
ARCA SALUTIS HUMANÆ, SIUÈ COMMENTARIA LOCUPLETISSIMA, IN...

Giovanni Maria Capalla,
Giovanni Battista Coccini





ARCA SALVTIS HVMANAE,

SIVÈ

COMMENTARIA LOCVPLETISSIMA,

IN TESTAMENTVM, ET PASSIONEM IESV CHRISTI SALVATORIS NOSTRI.

Quod aliàs

SERMO DOMINICVS, ET CAELESTIS THESAVRVS

APPELLATVR;

REGISTRATVM IN D. IOANNIS EVANGELIO.

In quibus ad reconditiorem SACRÆ SCRIPTVRÆ sensum eruendum, præcipuè verò ad MORALIS DOCTRINÆ intelligentiam acquirendam, pulcherrimi CONCEPTVS, & ingeniosissima DOCVMENTA traduntur, nec cum minori deuotione, quàm eruditione illustrantur.

OPVS OMNIBVS STVDIOSIS PRÆSERTIM THEOLOGIS, TVM VERBI DIVINI PRÆDICATORIBVS, & animarum curam gerentibus, summoperè vtile, ac necessarium.

AVTHORE

Admodum R. P. Fr. IOANNE MARIA CAPALLA, Salutiensi, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ professore.

GEMINO INDICE, ALTERO LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ EXPLICATORVM; Altero rerum memoria, & notatu dignarum lectori passim occurrentium, adornatum.

CONSENSV SVPERIORVM, ET CVM PRIVILEGIIS.





VENETIIS, M. DC. VI.

APVD BARETIVM BARETIVM BIBLIOPOLAM, Ad Signum Beatæ Mariæ Virginis.

ILLVSTRISSIMO,
ET REVERENDISSIMO
D.D. HIERONYMO BERNERIO
S. R. E. CARDINALI ASCVLANO,
DOMINO SVO COLENDISSIMO.



FR. VINCENTIVS FANTVTIVS SACRÆ THEOLOGIÆ Magister, ac Prouinciæ vtriusq; Lombardiæ humilis Prior Prouincialis Ordinis Prædicatorum. S. P. P.



ECREVERAT (Cardinalis Illustriss.) Reuer. P. Fr. Io. Maria Capalla de Salutijs, Sacræ Theologiæ Magister eximius, cum proximè collapsis annis eandem quam nos, auram vitalem carperet in D. Io. Euangelistæ partem postremam, quam Testamentum Iesu Christi, nuncupauit Commentaria multis olim à se vigilijs, ac laboribus edita, ac perfectè (vt aiunt) manu extrema elaborata, Illustrissimæ tuæ Amplitudinis nomine exornare, tantoque titulo decorata in lucem proferre, eo fortasse animo, vt tanquam magnete ad interna Commentariorum perlustranda omnium mentes attraheret, vel vt eo tanquam clypeo, ab omni detractione protegeret, vel demum vt eo tamquam tutelari quodam iure tibi Patrono suo, ac Domino (quod maximè probo) cui potissimè quæque eius res erant referendæ, ac offerendæ referret, offerretque. Verum repentina occupatus morte, voti sui compos haud esse potuit. Absit tamen, vt qui tanti patris desiderium potest perficere, non perficiat. Ego qui habitu, domo, & diuturna illi sui beneuolentia coniunctus, omne studium, omnemque operam, ne vel illud euanescat, vel differatur adhibere debeo, imò & possum; quippe, qui huius Prouinciæ vtriusq; Lombardiæ moderationem, & regimen, ad quod hoc proculdubio pertinet, licet indignus sustineo. Quare nihil præterea ratus expectandum, specimen quoddam ingenij illius admirabilis, & meæ in te obseruantiæ imaginem quandam tibi offero; sic enim putò fieri posse, vt eius animi summa propensio, & mea in te prompta voluntas, magna ex parte manifestetur. Adde, quod maximè rationi consentaneum apparet, tibi Præsuli Amplissimo, & in toto terrarum orbe celebratissimo, & de omni literatura optimè merito, tantos, tamque fructuosos labores dicari, qui grauissimam Herois personam vbique sustines, qui Dominicanam tuam familiam, ita cordi habes, vt tui potius, quam illius videaris obliuisci; qui demum pro fidei Catholicæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ conseruatione, ampliationeque vitam ipsam paruifacere dignum ducis; Munusculum igitur hoc, quod perexiguum esse ingenuè fateor, hilari (Princeps Illustrissime) fronte accipe, & non tam donum, quàm animum eius, qui olim dedicauit, & qui

nunc dedicat, intuere. Deum Optimum Maximum nos interim votis omnibus exorabimus, vt te Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Amplissimum diutissime incolumem florentemq; conseruet. Vale; meque Illustrissimæ tuæ dominationi addictissimum in tuorum seruorum numero patere benignus conseruari.



BARETIVS BARETIVS BIBLIOPOLA LECTORI STVDIOSO, S. D.





QVOD lenta laboris nostri molimina Elephanti partum (vt aiunt) imitentur (Studiosè Lector) est cur mireris, est cur excuses. Non enim mea me voluntas induxit, sed necessitas coegit, & vt grauius, sed verius dicam temporis iniquitas. Cum enim iam diu apud me delituisset, curæque meæ commissum æstiuis hisce caloribus præli sudorem expectasset: magna pars Operis intermedia quæ neruorum commissuram totiusque corporis iuncturam aptè connecteret, defuisse planè deprehenditur. Hinc protinùs delatio rei, dilatio temporis, dilatatio tamen Operis. Accessit demùm pius felixque labor quo tam vtilis & fructuosi, tam elegantis & artificiosi Operis Commentaria suis vndiq; numeris absoluerentur, quæ si diligenti cura reuoluantur, manibusque frequenter contrectentur, in versando affectum disces, in conuersando effectum docebis. Habent enim in se mirabilem gustum pietatis, & singulare quidem specimen eruditionis, vnde & teipsum moribus informes atque componas, alios amoribus prosequaris, & colas. Et certè in hoc miseriarum theatro, & circulo vanitatum, vbi nihil præter ludibria, & phantasmata, nihil præter mendacia, & insanias falsas ante oculos obuersatur, vbi noua quotidie protruduntur ingeniorum spectra, & meræ hominum laruæ passim obuolitant (sic enim in imagine pertransit homo, & frustra conturbatur) Quid in lucem felicius exire poterat, quo tam innumeros mundi laqueos Beato Antonio præmonstratos, effugere liceat, quam hoc sacrum castæ puræque mentis exercitium, vacillantis animi solatium, & præsidium, quiescentis in otio reclinatorum aureum, ad superiora suspirantis refugium tutissimum Iesu Christi Testamentum. Quibus enim oblectamur, & seducimur, otio & literis abutentium sermones passim in pretio sunt, quibus inescamur & euertimur mellita hæreticorum venena vbique propinantur, quibus aduocamur & fallimur, blanditiæ fabularum ab omnibus teruntur. Quid ni prodeat & in vulgus emanet, contra pestem tam letiferam salutare remedium, contra otium tam pestiferum, oblectamentum sanctissimum, contra venenum tam speciosum, antidotum præsentissimum? At hæc omnia subministrat vnum hoc Sacræ Passionis compendium, corona patientium, saluandorum enchiridium, Saluatoris Testamentum. Et cum hęreticorum sermo serpat vt cancer, quid ni sermo Dominicus vbiq; serpat, & centuplum fructum ferat. Quam verò laudabile se prodat ingenium pietasque viri singularis, duo præcipuè documentorum capita facilè persuadebunt. Latet hic scilicet Cęlestis Thesaurus, latent diuitiæ salutis,

ritis, ſcientia & ſapientia; hinc intellectus illuminatur, illinc voluntas accenditur; hinc lectio utilitatem, meditatio uoluptatem capit, utraque totius animæ exultationem, & ſpiritus pinguedinem adminiſtrant. Si tamen ſaluberrimum ſanctiſſimi uiri conſilium acceſſerit ad Demetrium ſcribentis, lectionem frequenter interrumpat oratio, & animam Deo iugiter inhærentem grata uiciſſitudine accendat operatio. Sed quia ad maioris culpæ cumulum pertinet, ſcire quenquam quæ ſcire debet, & ſequi nolle quod ſciat, non deſunt exempla iuſtorum per quæ proficimus, non deuotiſſimæ contemplationes, quibus aſcendimus, non ardentiſsimæ charitatis encomia quibus uires animoſque colligimus. Viuere quidem in nobis non eſt, rectè autem uiuere in nobis eſt: Vt diu enim uiuamus fato opus eſt, ut ſatis, animo. Ad animum uerò excolendum, & rectè inſtituendum quid efficacius quam Sacræ Scripturæ expoſitionibus euoluendis, & glorioſæ Crucis myſterijs intimè perſcrutandis totá mentis aciem infigere, omneſq; ingenij neruos intendere? His ego ſubſidijs ut greſſus tuos promoueam (Beneuole Lector) & de itineribus æternitatis ſuauiter meditanté, nec aliud agentem, quod vel feſtinantem auertat, vel currentem abripiat: non defui ſtudio & induſtria, qua potui, perlubenti tam piæ neceſsitati, cauſæ tam gratæ, temporibus licet ingratis peropportunè ſuccurrere, & in tui commodi gratiam, gratiſsimo me incommodo expoſui. Feram tamen, & animo non iniquo perferam, ſi hæc quantulacunq; ſunt, te æquo animo tuliſſe indies intellexero. Vale.



INDEX AVCTORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE.

QVARVM EXPLICATIO

Ex hoc libro Clarescit.

Ex libro Genesis.

quam daturus sum filijs Israel &c. pag. 81. col. 3

20 Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis &c. p.116.c. 2

22 Cæteri cum veritatem loquantur, non ipsi loquuntur, cum sit omnis homo mendax, sed organum sunt loquentis, per os sanctorum, quia veritas a quocunque dicatur, à Spiritu sancto est. p.98.c. 3

36 In medio latronum moritur Iesus. I.P.pag.66. col. 3

Ex lib. Deuteronomij.

1 MAledictus homo qui pendet in ligno. I.P. p.34.c. 4

4 Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. p.1.c. 3

Quod præcepero tibi hoc tantum facito domino, nec addas quidquam, nec minuas. pag. 184.c. 3

Ostendit vobis dominus pactum suum, quod præcepit, vt faceretis, & decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis, quæ enim est alia gens sic inclinata, quæ habeat ceremonias iustaq; iudicia, & vniuersam legem, quam ego propono vobis hodie ante oculos vestros. p.184.c. 3

5 Quia Deus noster ignis consumens est. I.P.pa. 22.c. 1

6 In toto corde meo exquisiui te. p.78.c. 1

18 Prophetam suscitabit Dominus, ipsum audietis, cui & pater testimonium præbuit, ipsum audire. p.98.c. 4

20 Si exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus, & maiorem quàm tu habeas exercitus multitudinem, non timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Aegypti. p.108.c. 3

21 Quando peccauerit homo, quod morte plectendum est adiudicatus morte appẽsus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed eadem die sepelietur, quia maledictus est à Deo qui pendet in ligno. I. P. p. 76. c. 4

23 Non erit meretrix de filiabus Israel. p.171.c. 4

24 Non negabis mercedem indigenti, & pauperis fratris tui, sed eadem die reddes pretium laboris sui, ante solis occasũ quia pauper est, & ex eo sustẽtat animam suã, ne clamet contra te ad dominum, & imputetur tibi in peccatum. p.179.c. 1

25 Pro mensura peccati erit & plagarum modus. p.158.c. 2

28 Abundare te faciat Dominus omnibus bonis fructu terræ tuæ, quam iurauit Dominus patribus tuis, vt det tibi. Aperiet Deus thesaurum suum optimum Cœlum, vt tribuat pluuiam in tempore suo. p.12.c. 3

Si audieris vocem Domini Dei tui vt facias atque custodias omnia mandata eius, quę ego præcipio tibi hodie, faciet te dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus quæ sunt in terra: benedictus erit fructus ventris tui, terræ tuæ, iumentorum tuorum &c. p. 107. col. 2

30 Elige vitam, vt & tu viuas, & diligas dominum Deum tuum, vt obedias voci illius, illique adhæreas. p.86.c. 4

Reuertitur Dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis. p.173.c. 1

31 Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere. p.18.c.3.& p.38.c. 2

Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verbum Domini mei. p.147. c. 2

Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. p.46.c. 4

Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. p.73.c.4.& I.P.p.7.c. 3

Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit & creauit te. p 90.c. 4

Interrogent igitur patres suos, & dicent illis, maiores suos, & dicent illis. p.94.c. 1

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. p.94. c. 1

32 Hæccine reddis domino popule stulte. I. P. p. 35.c. 4

Ex lib. Iosue.

1 ECce præcipio tibi confortare & esto robustus; noli metuere & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris. p.108.c. 3

Ex lib. Iudicum.

6 Gedeon imbrem illum cœlestem prius super vellus, postea secundo super terram descendere postulauit &c. I.P.p.65.c. 1

10 Ita ponite pedes vestros super colla Regum istorum, nolite timere, ne paueatis, confortamini, & estote robusti, sic enim faciet dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicatis. p.184. c. 2

13 Dauid in campis quæritur, & inuentus ad regnum sublimatur. p.119.c. 2

Quid quæris nomen meum quod est admirabile? p.133.c. 4

Quoniam Nazareus vocabitur. p.135.c. 3

Ex lib. primo Regum.

2 VIuo ego dicit dominus, quia glorificabo glorificantes me: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. p.69.c. 1

2 Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & subleuat, deducit ad inferos & reducit. pag. 152.c. 4

Pedes sanctorum suorum seruabit. p.203.c. 3.

2 Famelicis saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. I. P.pa.70.c. 4

Constitue (inquiunt Samueli) nobis Regẽ, sicut & gentes habent, & dixit Dominus ad Samuelem: Audi vocem illorum, non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. I.P. pa.40.c. 1

Sanctificaui domũ hanc, quã ædificasti, vt ponerẽ nomen meũ ibi in sempiternũ. pa.202.3

* 2 Pro-

34 Do-

Pecca-

ad flumen propagines eius.pa.118. col.4
Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. pa.119. 3
Ostende faciem tuam, & salui erimus. pag. 219. 1
80 Cibauit eos ex adipe frumenti. pag.11.c.2.& pag.13. 4
Custodit Dominus animas sanctorum, de manu peccatoris liberabit eas. pag.197. 2
81 Ego dixi Dii estis, & filii excelsi omnes. pag. 42.c.4.& p.192. 3
82 Deus quis similis erit tibi. pag. 127.c.4.& I. P. pag.54. 2
83 Melior est dies vna in atriis tuis super millia. pag.2. 2
Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. pag.83.c.3.& pag.193. 4
Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Syon. pag.86.1.& I.P. pag.7. 3
Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. pag.219. 2
84 Veritas de terra orta est. pag.14. 2
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & in sanctos suos, & in eos, qui conuertuntur ad cor. pag.52. 1
Gratis abscōderunt mihi interitum laquei sui, superuacuè exprobauerunt animam meam. pag.146. 3
85 Deduc me in via tua, & ingrediar in veritate tua, & introibo in domum tuam. pag.88. 4
Custodi me Domine, quoniam sanctus sum. pag.210. 3
86 Memor ero Raab & Babylonis scientium me. pag.51. 4
Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. pag. 33.c.4.& p.103. 1
Quoniam gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. pag.81. 1
87 Infixus sum in limo profundi, & I.P. pag.6. 4
88 Veritas tua in circuitu tuo. I. P. pag. 5. 3
Peccauerunt ei, & non filii eius in sordibus, generatio praua atq; peruersa. I.P. pag.45. 4
Posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersum me, obmutui & silui a bonis, & dolor meus renouatus est. I.P. p.54 2
Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita. pag.82. 4
90 Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. pag.37. 1
Cum ipso enim sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum. p.101.c.4.& 109.c.1 & pag.142. 3
Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. pag.111. 3
Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, a sagitta volante in die ab incursu & à dæmonio meridiano &c. pag. 112.c.1.& p.115. 3
Quoniā ipse liberauit me de laqueo venātium, & a verbo aspero. pag.139. 4
Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum, clamabit ad me & exaudiam eū &c. pag.195. 2
Circundabit te veritas eius non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, ab incursu & dæmonio meridiano. I.P. pa.74. 4
93 Beatus quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. pag.30. 4
In corde meo consolationes tuæ lætificauerūt animam meam. pag.113. 2
Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto. pag.126. 2
Nisi quia Dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. pa.202.c.4 & I.P. pag.18. 2
Mihi vindictam, & ego retribuam. I.P. pag.7. col. 3
94 In manu eius sunt omnes fines terræ. pag.18. 1
95 Tunc exultabunt omnia ligna Syluarum. pag. 119. 3
96 Quoniam nubes & caligo in circuitu eius, tandem præ fulgore eius nubes transierunt, dissipati quidem sunt, sed non compuncti. I.P. pag.43. 4
Qui diligitis dominum, odite malum. pag. 124. 2
97 Notum fecit Dominus salutare suum in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam pag.88.c.3.& I.P. p.49. 1
Psallite in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. pag.152. 2
100 In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. pag.65. 2
101 Percussus sum vt fœnum. I.P. pa.48. 3
Cinerem tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam. I. P. pag.75. 2
102 Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas: qui redimit de interitu vitam tuam qui replet in bonis desiderium tuum. pa.129. 1
Qui sanat omnes infirmitates tuas, & redimit de interitu vitam tuam. pag.146. 1
103 Inter medium montium pertransibunt aquæ, vbi potabunt omnes bestiæ agri. pag.26. 2
Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. pag.65. 1
104 Quærite faciem eius semper. pag.71.c.3.& I. P. pag.36. 1
Dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius, & legem eius exquirunt. pa.136. col. 1
Nolite tangere Christos meos. pag.152. 4
106 Errare eos fecit in inuio &c. pag.86. 2
Qui descendunt mare in nauibus facientes operationes in aquis multis. pag.100. 3
Misit verbum suum & sanauit eos. pa.121.c.4. & pag.146. 1
107 Omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur. I. P. pag.69. 1
108 Persequutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare. pa. 63. 3
Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. pa.66. 4
Maledicent illi & tu benedices. pag.69. 1
Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi ego autem orabā. Retribuebant mihi mala pro bonis & odium pro dilectione mea. p.144. 3

Locuti

metent.pag.22. 3
Euntes ibant, & flebant, venientes autem venient, pòrtantes manipulos ſuos. pag.174. col. 3
Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filii excuſſorum.pag.62. 4
Surgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris.p.32.c.4.p.116. 2
Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat qui cuſtodit eam, vanum eſt vobis ante lucem ſurgere.pag.204. 4
127 Filii tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ, & vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.pa.83. 1
128 Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores.pa.164. 2
129 De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam.I.P. pag.5. 1
131 Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum; de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. pag.12. 3
Ecce audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis ſyluę.pag.119. 2
Si autem cuſtodierint filii tui teſtamentum meum,& teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos, & filii eorum vſque in ſeculum ſedebūt ſuper ſedem tuam.pa.131. 1
133 In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite dominum. pag.65. 2
135 Confitemini Domino quoniam bonus,quoniã in ſeculum miſericordia eius. pa.189. 1
136 Quoniam beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. pag.76. col. 4
138 Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernum ades. pa.4. 1
Tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.pag.37. 2
Domine miſericordia tua in ſeculum. p.115. 4
140 Singulariter ſum ego donec tranſeam.pa. 5. 2
141 Quæ autem portio noſtra, niſi ipſe Dominus. pag.31. 3
143 Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me.pag.18. 4
Quorum filii ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua.pag.24. 2
Dextera eorum, dextera iniquitatis. I. P. pag. 65 4
Docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum.I.P.pag.70. 4
144 Oculi omnium in te ſperant Domine,& tu das eſcam illorum in tempore oportuno; aperis tu manum tuam &c.pa.12. 3
Voluntatem timentium ſe faciet,& deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos. pag.176. 2
147 Qui poſuit fines tuos pacem,& adipe frumenti ſatiat te.pag.8. 2
Velociter currit ſermo eius.I.P. pag.65. 3
148 Ipſe dixit,& facta ſunt.pag.98. 3
Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. p. 174. col. 4
Præceptum poſuit, & non præteribit.I.P. pag. 10. col. 3
149 Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. pag.81. 4
197 Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. p.145. 3

Ex lib. Prouerbiorum.

1 NOn ambulandum, nec commorandum cum impiis,quia pedes eorum currūt ad malum,ad præcipitium,ad interitum. p.62. col. 4
4 Omni cuſtodia ſerua cor tuum,quoniam ab ipſo vita procedit.pag.17. 3
6 Homo apoſtata vir inutilis graditur ore peruerſo.pag.56. 3
Sex namque ſunt quæ odit dominus: Et ſeptimum quod deteſtatur anima eius. Oculos ſublimes,linguam mendacem,manus effundentes innoxium ſanguinem, cor machinãs cogitationes peſſimas, pedes veloces ad currendum in malum, teſtem fallacem, proferentem mendacia, & eum, qui ſeminat inter fratres diſcordias.pag.63. 1
Illaqueatus es verbis oris tui. pag.98. 2
7 Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus.pag.55. col. 4
8 Panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiuæ dulcedinem.pag.164. 3
Et qui mane vigilauerint ad me, inuenięt me. I.P.pag.29. 3
9 Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem,immolauit victimas ſuas,miſcuit vinum,& poſuit menſam ſuam. pag. 9. col. 1
Dominus conſtituit me initium viarum Dei, qui ſe præbuit directorem & præuium quē ſequeremur.pag.86. 1
Venite bibite vinum quod miſcui vobis. pag. 122. 3
10 Fortitudo ſimplicis via domini, pauor autem his qui operantur malum.I. P. p.20. 2
Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato. pag. 68. 3
Ibid. Filius ſapiens lætificat patrem.
Iuſtitia hominem à morte liberat.I.P. p. 5. 2
Qui moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. pag.107. 4
11 Simulator ore decipit amicum ſuum.pag.138. col. 4
12 Alii diuidunt propria, & diuites ſunt, filii capiunt aliena, & in egeſtate ſunt.I.P.pag.44. col. 1
15 Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò,ne poſtea emendare non poſſis, cum dehoneſtaueris proximum tuum. pagina 63. col. 2
Secura mens,quaſi iuge conuiuium. pag.156. col. 4
17 Melior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. pag.60. col. 3
18 Vir amicabilis ad ſocietatem magis amicus eſt,quàm frater.pag.55. 4
Turris fortiſſima nomen Domini. pag.203. 2
20 Quis eſt, qui viuat & non peccet? quis poteſt dicere mundum eſt cor meum? pag.34. 1
Propter frigus piger arare noluit, mendicabit æſtate,& non dabitur illi.p.64.c. 2
23 Si dederis cœnare ad menſam potentis, conſiderans, intellige quæ apponuntur tibi,& ſic mitte manum tuam,ſciens,quia te alia oportet præparare. p.180.c. 4

25 Glo-

31 Quis

Terræ

37 Tunc

Ex

Ex Baruch prophetia.

Ex Ezechiel prophetia.

Ex Danielis prophetia.

Ex Osea prophetia.

11 De

Ex Euangelio Sancti Marci.

Ex Euangelio Sancti Lucæ.

qui

Ex Euangelio Sancti Iohannis.

Et

Ex Epist. ad Romanos.

Ex Epist.1 ad Corinth.

Ipse

Ex Epist. 2. ad Corinth.

Deus

Ex Epist. ad Iacob.

Ex Epistola 1. Pet.

exem-

Ex Epist.2.Pet.

Ex Epist.1.Ioan.

Qusi,

Ex lib. Apocalypseos.

Laus Deo cunctipotenti Virginique Deiparæ Aduocatæ nostræ, Amen.

INDEX

INDEX LOCORVM COMMVNIVM RERVM MEMORIA ET NOTATIONE DIGNARVM, QVAE IN HOC

Opere Lectori assiduo passim obuia futura sunt, serie Alphabetica & ordine Methodico digestus.

Aeternum

Angelus.

Anguis.

Angustia.

Anima.

Animal.

Animus.

Aper.

Apostolatus.

Apostoli.

Apostata.

Apparatus.

Apparitio.

Aqua.

Arbor.

Arceor.

Bene-

C

Christo

Christianus.

Cibus.

Ciuitas.

Cinis.

Clamor.

Clarificatio.

Cogitatio.

Cogitatus.

Cognitio.

Columba.

Columna.

Commendabile.

Commensalis.

Compedes.

Communis.

Concionator.

Con-

Crux

Deipara.

Diabolus.

Diabo-

Eccle-

Eucha-

Harmonia.

Hebræus.

Helias.

Hilaris.

Homo.

Ignorantia

Ioannes

Iudæ

Magistrum

Mundus.

Mundanus.

Mundus.

Munior.

Murmurans.

Mutabilitas.

Mutatio.

Mysterium.

N

Natus.

Natura.

Naturalis.

Nebulo.

Negans.

Negligentia.

Nemo.

Nemo

****** 2 Obticeo.

Pater.

Paternitas.

Patientia.

Patiens.

Paucus.

Pauper.

Pax.

Peccatum.

Peccator.

Per-

Pseudo-

Re-

Virtus

F I N I S.

Laus perennis Deo trino & vno, & intactæ pariter Virgini Deiparæ in secula seculorum.

Corrigente & Indicem hunc disponente Hupperto Faber Vbio Agrippinate, Seniore, Anno renascentis Seculi M D C V. ipsis Kalendis Septembr. M.D.Baretio Baretio Bibliopola Veneto mandante.

TESTAMENTVM
IESV CHRISTI SALVATORIS.
QVOD
SERMO DOMINICVS NVNCVPATVR. REGISTRATVM
IN D. IOANNIS EVANGELIO, A CAP. Decimo tertio, vsque ad Cap. Decimum octauum.

A SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE R. P. F. Io. Maria Capalla, Salutiensi, Ordinis Prædicatorum,

Doctissimis Commentarijs, ad varios Sacræ Scripturæ sensus, reseratum.



ANTE DIEM FESTVM PASCHAE, &c. Hebræorũ Genus electum, in hoc præsertim gloriatur (& non iniuria) legem se à Deo prolatam suscepisse, eamq; eiusdem Dei digito conscriptam accepisse. Nos verò quid dicemus fratres? Nonnè ditioribus muneribus prædiros esse gloriabimur, qui eiusdem Dei legem, non angelorum ministerio, vt illi, sed ab eiusdem Dei ore immediata prolatione suscepimus? Illam habuerunt ipsi, digito vtique Dei in tabulis lapideis contextam. Nos verò ab eiusdem Dei ore, lingua, voceque, non calamo, nec digito, seu alio seiuncto instrumento; verùm, labijs proprijs eius dictantibus, expressam, & dearticulatam; nullo alio atramento, aut figuris, sed spiritu Dei viui, in cordibus audientium exaratam suscepimus. Quòd & per Prophetam, Dominus nobis spoponderat; Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ego eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Quod, & Propheta prædixerat, vbi inquit, Lingua mea, calamus scribæ, velociter scribẽtis. Quis est enim scriba huius Dñici Sermonis scribẽtis, nisi ipsa lingua Saluatoris proferentis? Velociter profectò scripsit, qui totum hũc Sermonem, paucis in horis (quãuis satis prolixũ) absoluit. Quæ lingua, instar diuini calami, non alio su[ ]tatramento intincta, q̃ illo, videlicet, non tetro, aut obscuro, sed dulcissimo, ac purissimo, lactis, & mellis latice, cuius meminit Sapiens: Mel, & lac sub lingua tua &c. Velociter igitur hunc suum Sermonem, Christi lingua conscripsit; quem, celeri, frequentique studio, paucis interiectis, conclusit. Possunt equidem, & omnes alij Christi Sermones, conciones, dictaq; Saluatoris, cõis istius vocis, Sermonis videlicet, numen nancisci: Verùm peculiari quadam ratione, hæc sua vltima dicta, nobis veluti pro testamento relicta, Sermonis nomine inscribi, ac nuncupari habilius possunt, cum in eodem, veluti in Compendio, cętera omnia, breuissimis sententijs contineantur. Fuerunt, & hęc Christi eloquia, postremaq; eius verba, familiari quadam cum dilectis Discipulis expressa dulcedine, quasi pacis, fidei firmamentum, amorisque incentiuum, & robur charitatis, & tanquam pro testamento relicta, prædicente eodem Saluatore per Prophetá, Disposui testamentum electis meis. Hæc voluit benignissimus Saluator, antequam diem suæ mortalitatis clauderet, seque ab aspectibus suorum abriperet, tanquam compendia totius sui instituti, in fine pertractare, quibus ab ore pendentibus, singulari quodam affectu, inauditaque benignitate, quid in pectore recensendum seruabat, aperiret. Diuus namque Ioannes, uelut Aquila, inconniuentibus oculis, Incarnati Solis lucem suspiciens, huius diuini sermonis fidissimus extitit reserator, adeoque suo infixa cordi, hæc vltima Christi verba retinuit, vt nec seriem, nec hærentia, silentij velo contegi permiserit.

Hier. 31. Dominici sermonis Scriba Saluatoris Lingua. Psal. 18. Cant. 5. Testamentum Christi Discipulis relictum. Mira Christi benignitas erga discipulos. Psal.

Expletis igitur ijs vsq; ad capitulũ duodecimũ, q̃ ad Diuini Verbi incarnationẽ, humanitatis, simulq; ac Diuinitatis misteria spectabant: Enarrans ijs, quæ suis rudimentis, & vitæ operibus, prædicatione, & miraculis, ad veræ fidei cognitionem attinebant: Insuper & de præludijs ad veram viuendi formam pertinentibus, cęterisque Ecclesiæ Catholicæ quam ipse sibi disponebat, iactis fundamentis. Tandem tertiodecimo capit. Sermonem hũc Dominicum aggressus, ad penora charitatis, passionisque eius mysteria reseranda processit. In quo equidem, non de morte tantum eiusdem Saluatoris, sed & de prçuijs, cõcomitantibusq; circunstantijs, & accidentibus, ad ipsam, ad quam properabat mortem, pertractaturus accessit. Et primò quidem ad illud maximum, & ineffabile humilitatis suæ, dilectionisq; nostræ ac præclarum facinus, sic exorsus, inuitat.

Operis exordiũ

Ante diem festum Paschæ, sciens &c. Tractatur igitur in primis de inexplicabili illa dilectione, qua di-

Connubium Christi cum Ecclesi. lectam sibi sui munere Corporis, & Sanguinis Sacramento dotatam associauit Ecclesiã, nõ secus ac ad sublcuãdos animos, multis circunstantijs pparat conuiuãtes.

Primò igitur temporis, dehinc operis, postremò personæ operantis, circunstantias recensuit. Prætermissis itaque nonnullis alijs circunstantijs, loci videlicet, vbi hæc facta fuerunt, de quibus dicitur, Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo, amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum quam intrat, & dicetis Patri familias. Dicit tibi Magister: vbi est diuersorium, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostedet vobis Cenaculũ magnũ strarũ &c. aggressus est Ioannes, tpis simul, & operis circũstãtias inqens. Luc.22.

Ante diem Festum Paschæ, &c. Describensque sigillatim quidquid Christus, proprijs suis manibus est exequutus. Postremò nec ipsius operantis circunstantias indictas reliquit, eò maximè quò ferebatur spiritu dilectionis, amorisque, & charitatis ardore, dum inquit; Cùm dilexisset suos, qui erant in mundo &c. necnon, & corporis, vt infra patebit. Miro insuper fidei zelo, & ea quę Diuinitatis sunt nequaquam obticuit, sed apertè, & eiusdem Diuinitatis argumenta, tantę humilitatis operi copulauit, dum inquit; Sciens IESVS, quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit &c.

Quibus sic dispositis, ad ea, quæ miro Diuus Ioannes ordine, edisseruit, acriori mentis studio, perspicaciorique indagine, totis, quibus possumus viribus, Domino suggerente, velut altiora, sublimioraque conuertimur. Sunt enim hæc, quæ non à riuulis, sed ab ipso fonte desumimus. Cedunt si quidem huic sermoni, quęcunque Prophetarum, Patriarcharum, Legislatorum verba, & legis vtriusq; Doctorum: qui veluti perstrepentia tympana, buccinantes tubæ, organaque resonantia, eiusdem verbi extiterunt, summæ huius veritatis, pręcones effecti. Cedant, & ministri omnes, ipsi omnium Magistro. Cedant instrumenta cuncta, Authori, & Legislatori omnium. Christus enim Deus, & homo, ipse nobis, qui Sapientia est Pątris, hęc omnia, suo proprio ore deprompsit. Ipse veritas Dei summa, hæc nobis pandidit; imò, & in hoc super omnes magnificauit, secundùm quod scriptum est. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Quod maximè & Apostolus expressit; Olim Deus loquens patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorũ, per quem fecit, & sęcula. Hæc est illa summa veritas, summaque sapientia, quæ infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei. Verba, inquam, efficacia, & omni gladio ancipiti penetrabiliora, diuidentia spiritum, & animam, degustantibus illa.

Prophetæ Chri pcones. Dominici sermonis dignitas, & excellentia.

Deut.4. Hebr.1. Hebr.4.

Ante diem Festum Paschæ &c. Hæc enim Dominus, suis seorsum pandit Apostolis, vt per eos quos verbi ministros effecerat, credentium multitudini patefierent. Sic enim & olim antiquæ legis ministris, & sacerdotibus Moysi, & Aaron loquutus est dicens; Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel. Deinde retulit Moyses; Primo mense quartadecima die mensis ad vesperum, Pascha Domini est, & in quintadecima solemnitatem celebrabitis altissimo Domino. Hæc erat prima dies Azymorũ, præuia sequentis die: solemnitati, de qua dr, Venit dies Azymorũ, in qua necesse erat occidi Pascha. Et erat præparatio ad Pascha celebrãdum, quæ apud Matth. & Mar. Prima dies azymorum dicitur. Duo autem præcipua fuerunt beneficia, quibus maximè Iudaicum Pascha fuerat institutum, & vtrunque horum beneficiorum, quintadecima primi mensis die acceperant. Est apud Hebræos, nõ idem, qui apud nos primus mensis, sed is erat secundum appropinquationẽ æquinoctij vernalis: Per lunas enim, non per dies, distinguebantur apud ipsos, menses; & quæ vicinior ęquinoctio aderat, primum mensem efficiebat: Qua ratione contingit, vt interdum annus, vel vndecim tantum menses, idest Lunas habeat, vel tredecim, iuxta rationem elungationis ab equinoctio, vel appropinquationis ad idem. Veluti apud nos, interdum quatuor, interdum tres tantum habemus hebdomadas Aduentus, iuxta rationem appropinquationis festi Beati Andreæ Apostoli. A quartadecima autem die eius mensis, vsq; ad diem vigesimum primum, nuncupabatur festum Paschæ, & erat in illis diebus continuus esus azymorum, iuxta prescriptam formam, per Moysem a Dño traditã.

Exo.12. Luc.22. Mar.14. Mar.14. Iudaici Paschatis institutio.

Pascha Iudaicum. Exo.12.

Qui autem minus perspicaces inter Græcos extiterunt, adeo fuerunt hębetes, vt nescirent euangelistarum conciliare dicta. Dicentibus alijs, tempus cęnæ, festum Paschę fuisse: diuidentes festum Paschæ, à vespere diei pręcedentis, in quo azyma cęperãt edi. Et (vt inquiunt) si est antę festum, iam non est in Festo. Quod fundamentum, facilè eliditur, si quod legitur aduertatur. Moyses namque, iussu diuino promisit populo duplicia cibaria; Dabit (inquit) vobis dominus, vespere carnes edere, & mane panes in saturitate. Et iterum, Loquere ad eos: Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus, scietisque, quòd ego sum dominus Deus vester. Qui Moyses, complectens quòd vespere, & mane postea factum fuerat: vesperam, quæ erat quintę diei, connumerauit cum mane diei sequentis: & sub vno die, vtrumque terminum copulauit; vesperam videlicet quintæ feriæ, cum mane sextæ: & sub vno die eiusdem sextę feriæ, vtrumque mysterium simul complexus est, inquiẽs: Videte quòd dominus dederit vobis Sabbatum, & propter hoc, die sexta tribuit vobis cibos duplices.

Græcorum error. Exo.16. ibid. Gręcorũ error elidit. Ibidem

Nõ igit' obsoletus (ut imperitiores affirmãt) dicendi modus, quo diuus Io. simul, & Moyses vsi fuere, cũ vtriusq; legis testimonio apprimè cõprobet' Hoc deniq; absit, vt vel suspitio falsitatis, vel veritatis sit cõtradictio cũ veritate. Cœnabatur itaque vespere quartædecimæ lunæ, & erat terminans illum diem; initium autem primæ diei azymorum, vespere illo incipiebat. Constat autem, diem à vespere exordium sumere, cum factum sit vespere, & mane dies vnus: & compertum habeatur, dinumerari horas ab eiusdem diei vespere, & viginti quatuor horarum cursus, mensurari secundum rationem vnius illius diei, quę a prima, vsque ad vigesimã quartam horam transigitur, diei, noctisque eius mensuras, tanquam totius naturalis diei præcipuas partes auspicari. Ante diem igitur idest, pridièquàm pateretur, re uera Christus ipse cœnauit. Feria quinta tamen, & luna

A vespera dies sumit initiũ. Euangelistæ cõcordãtur.

Euãgelistę concordãtur.

Luna quartadecima computabatur secundum legalem computationem pro sexta feria, ante festum Paschale, quod erat in Sabbato: quia initium feriæ sextæ à quinta feria sumebat exordium, Nulla prorsus ideo, inter Euangelistas est discrepantia: Quia alij, non à præcedenti vespere vt Ioannes: sed ab ipso naturaliter, non legaliter incipere volunt, & intelligi.

Ante diem festum Paschæ. &c. Quid est ante diem, nisi noctem denotare? Quid ante diem festum, nisi ipsam inferre vigiliam? Quid ante diem festum Paschę, nisi laborãtibus hic nobis hæc opera quæ facturi sumus innuere, quibus ad cœlestia gaudia pertingere valeamus? Hæc sunt, quæ nobis discutienda proponuntur. Breuia verba, non tamen breues verborum sensus. Verba breuia, vbi de abbreuiato verbo agitur, & tractatur. Amplissimi verborum sensus, qui ex abstrusis vocibus educuntur. Ioannes noster Euangelista: qui nec Mundum posse capere dignouit, si omnium, quæ dixit, & operatus est Dominus, conficiendi essent Libri, idest, si quidquid inferre voluit, suis Christus operibus, explanare tentasset, solo quippe illo verborum stylo, in paucis studuit multa concludere. Quibus, Diuino freti auxilio, possemus quasi à putei profundo, sensuum abdita exhaurire: vel ex spicarum aristis frumentum nostro labore excutere. Cùm n. (teste Propheta.) Omnis gloria eius ab intus existeret, rectè monemur ab ipso scripturarum omniũ sacrarum Authore, vt non legendo literam, per immensos sacræ Scripturæ campos spatiemur: Verum vt ea q̃ sub illius rudi cortice latent, scrutemur. Ad cuius intelligentiam, multa sese offerunt pręuia, quæ externis abduntur aspectibus, & sub litera cõtinentur inclusa. Iure nocturno tempore decreuit Iesus peragere, hæc Passionis suæ præludia, qui altiora secretioraque Maiestatis suæ, nocte voluit adimplere mysteria. Elegit noctem in Incarnationis mysterio, quando scilicet Verbum caro factum est, & Dei filius in Virginis vterum descendit (dicente Propheta.) Dum medium silentium tenerent omnia, & nox iter in suo cursum haberet: Omnipotens Sermo tuus, Domine, à Regalibus sedibus venit. Nocte natus est Christus, vbi scilicet solent Pastores, noctis excubare vigilias. Nocte tradendus erat, ligandus, deridendus, flagellandus, conspuendus, Nocte tandẽ & resurgere debebat. Quapropter cõsentaneum erat, vt idem Deus, qui tantis priuilegijs, olim apud Hebręos noctes illustrauerat, diuino etiam quodam ordine noctem hanc, bonorum omnium Cęlestiumque archanorum cumulatissimam, noua faceret luce clarescere, & micanti irradiare splendore: Cum sit congruentior, aptiorque nox, qua Diuinis inspirentur corda mysterijs. Quod ex eo facilimè potest, quisque conijcere: Nam, vbi minus mens nostra per externa vagatur, & quò magis vigilantius Animus ab exteriorum sensuum quietatur tumultibus, indeaptior efficitur, atque paratior ad Diuinorum spiritualiumque secretorum indaginem, Tunc (inquam) promptius, atque facilius mentis nostræ acies, ad superna erigitur. Nam & Magister ille Nicodemus de Diuinis sermonem habiturus archanis Nocte ad Iesum accessit, quia contemplationi aptior esse dignoscitur.

Ioãnis Euangelistæ stylus & scopus.

Psal. 44.

Sacræ scripturæ sensus inspiciẽdos esse.

Passionis suæ prælu dia Christus nocte peragit.

Sap. c. 13.

Nocte Christ' nascitur nocte patiıur & resurgit.

Nox ad cõtemplãdũ aptissima est.

A Quòd si, nobis, ad cõtemplanda cœlestia Planetarum, ac sydeum proprietates, & cursus agnoscendos nox ipsa pro ipsius ratione temporis suffragatur: consulto de cœlestibus tractaturus Christus, hæc in nocte iure optimo edocet, quò singulis singula coaptentur, & mirabili Diuinæ Sapientiæ glutino, infima supremis, supremaque infimis copulentur. Hæc igitur omnia Christus pridie quàm pateretur, post lucis sæculi discessum, radios suæ lucis expandit. Quia, si humanæ rationis lumen non cedit, lucis æternæ radios Mens nostra non capit. Quæ omnia, cùm maxima sint attentione, & oratione sumenda, sunt noctis interstitio B reseruata, qua promptiores efficimur, faciliùsque ad superna erigimur.

Ante diem festum Paschæ. &c. Habet Mundus dies suos: Habet & Christus: Habet festa sua Mundus: festa sua, & dies suos habet & Christus. Procul hæc absunt ab inuicem, longèque dissentiunt. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis: Si autem in Potentatibus octuaginta anni: & amplius eorum labor, & dolor. Hæc nobis, multoque maiora ab humana die promittuntur; quæ paruis se momentis, nobis nunc parens: Nunc verò nouerca læta arridet, Nunc dorsum vertit indignans. Vnde dicebat C Propheta. Diem hominis non concupiui. Dicitur dies Hominis, in quo agitur, quidquid lubet homini: Pergunt suo, non præceptorum itinere. Clarè ambulant dum in magnis, & in mirabilibus super se gradiuntur, Gloriæ mundanæ illustres, Diuitiarum copia locupletes, aura populari tumentes. Diem suum, ac festum Paschæ Christus in obscuro, & angusto noctis silentio cum suis celebrare conspicitur: Dicente Propheta. In silentio, & spe erit fortitudo vestra. Quia in humilitate, secum nos exinanitos, cupit à splendore sæcularis gloriæ remotos, gaudijsque mundanis, ac oblectamentis sęculi vacuos. Diem habet clariorem Chri- D stus, & iucundiorem, de quo Propheta. Melior est Dies vna in Atrijs tuis super millia. Tempus nostrum semper est paratum: Tempus autem eius nondum aduenit: ideò non ascendit, nisi forsan occultè ad festum hoc nostrum. Mundus autem, cuius iniquitatæ sunt viæ in omni tempore, nulla temporis habita ratione, semper parat tempus, vt ducant mali in bonis dies suos, subindeque in momento ad inferna descendant. Christus autem cum suis, Ante diem festum Paschæ, tempus parat, quia nullum nisi post mortem festum cum Mundo celebrant, & peragunt. Quamobrem infra dicitur Mundus gaudebit, Vos autem E contristabimini: Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Audi quid Apostolus de se ipso testetur, & quomodo hanc vitam transigat in vigilia. In labore (inquit) & ærumna, in vigilijs multis, in fame, & siti, In ieiunijs multis, in frigore, & nuditate &c. Nos igitur, qui sedulò hic in agone contendimus, ab omnibus abstinere debemus: quandoquidem (Apostolo teste.) Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Huic Abstinentiæ, tanquàm vigiliæ nostræ vita promittitur. Qui Abstinens est adijciet vitam: Cui Paschæ, resurrectionis nostræ festiuod posteà iure subsequitur.

Dies Christi & dies mũdi.

Hier. c. 12.

Esa. c. 30.

Psal. 83.

2. Cor. c. 11

1. Cor. c. 9.

Eccl. c. 33. Abstinentię vtilitas.

Ante diem Festum Pascha. &c. Suprà cap.7. Diuus Ioannes festum Scenophegiæ, cui intererat Christus vocat nouissimum. In nouissimo aût festiuitatis die &c. Diem vltimum festiuitatis illius, quæ terminanda erat, (cum tabernaculorum esset) vocat Euangelista nouissimum: Qui illius terminum adesse non ignorabat. Diem verò, seù Paschatis festum, noluit vocare nouissimum: Cùm non finiendum, aut terminandû, sed in præstantius foret, & dignius commutandum. Nam, & infrà, cùm de Sabbati festiuitate loquitur, Erat (inquit) enim, magnus dies ille Sabbati. Quare dicitur erat, nisi quia ampliùs futurus non esset? Hoc vtique extat iure Diuino præceptum, dies aliquos Diuino cultui applicandos: Et iussum fuerat Sabbatum, in mysterium requiei in Sepulchro, Corporis Christi, pro salute hominum tunc morituri: quod ad ceremoniale pertinet, Quibus ceremonialibus, Christo iam mortuo, cessantibus, mutatus est dies, non mutatum præceptum de obseruantia diei Diuino cultui adscripti. Omnium nempè, quę possidemus, decimas Domino offerre debemus: Sic, & temporis, dierum, frugumque, & bonorum.

Dies Sabbati mutata fuit.

Sed valdè notandum est quod dicitur: Ante diem festum Paschæ: Quasi non absque medio diei, peruenire possimus ad diem: Cum namque, (Apostolo teste) Pascha nostrum sit Christus: Non potest qui Christum cupit: statim, aût sine Baptismo, vel sine contritione ipsum adipisci. Hæc ante Pascha, à cupientibus celebrare Pascha, sunt pręmittenda fidelibus, relicto fermento veteri malitiæ, & nequitiæ, & in azymis sinceritatis, & veritatis illud celebrare. Tunc enim (inquit Augustinus) dignè Pascha celebrare poterimus, si transitum in nobis perficere studuerimus, & de vitijs ad virtutes, de caducis ad perpetua, de temporalibus ad æterna commigrare didicerimus. Hoc Christus insinuat, qui ante festum, Discipulorum pedes abluit, & emundat. Vel forsan, hoc etiam perspiciendum extat in verbis; Antè diem festum &c. omne opus seruile Christum perfecisse, quod non faciendum iusserat in lege. Nec satis illi aquam in peluim effundere, & singula præparare: Verùm etiam suorum pedes expurgare voluit, & abstergere. Cùm tamen huiusmodi charitatis officia, inter seruilia nec sint connumeranda. Hoc enim superstitio pharisaica arguebat in Christo, quem velùt Legis, & Sabbati violatorem accusabat, quod ægrotantes die illo sanitati donabat. Absit tamen, vt seruile opus dicatur, quod in Dei gloriam, proximique salutem quisque operatur. Opus magnum quidem, & arduum, verbum Dei populo nunciantibus, siuè prædicando, siuè in cathedris legendo, & opera alia etiam corporalia inculpatè operamur in festis, quæ procùl eò magis à seruili opere distant, & aliena censentur, quò magis ad Dei gloriam, proximique salutem ordinantur. Hinc & qui organa, & musycalia instrumenta, siuè campanas, aliavè officia corporaliter exercent, nullo sunt (etiam ducti mercede) peccato obnoxij festiuæ celebritatis. Videant tamen, qui dictis diebus ludo, choreis, & tripudijs, imo (quod detestabilius) lenocinijs, comessationibus, & impudicitijs incumbunt;

1. Cor. 5. Nô Iudęorum more Pascha celebrandû esse.

August.

Ablutio pedû non est seruile officium.

Charitatis opera quâtumvis laboriosa seruilia eé non pôt.

Dies Festos sûma deuotione colendos.

F Hi enim cessant ab opere, non vt Deo famulentur, & inseruiant, non vt orent, aût gratias agant, vel implorent, seù quæuis alia Pietatis opera prosequantur: sed vt suis potiùs oblectationibus, ac voluptatibus indulgeant.

Ante diem Festum Paschæ. &c. Attende, Christum in plenilunio, Pascha suum peregisse, qui in plenitudine temporis missus, figurarum, & prophetiæ, legisq; operatus est plenitudinem, qui omnem Patris adimpleuit voluntatem. Hoc enim decebat, eum, in quo latet omnis plenitudo Diuinitatis, quem vidimus plenum Gratiæ, & veritatis, pleniùs, & fructuosiùs radios
G sui splendoris expandere, quibus, in morte Diuinitas eius clarius illucesceret, vt in plenilunio offerretur. Sed nec prætereundum illud, quod incalescente, & ascendente Sole, deficiente autem Luna, & radios declinante obire mortem elegerit: Sic enim decet omnem impleri iustitiam, vt respondeant vltima primis. Per Lunam, Iudæorum Synagogam non incongruè intelligimus, ad cuius inspectationem suos obseruabant ritus. Decuit autem, vt illa, quæ passim amplior, gloriosior, splendidiorque ante Solem effecta erat, retrocedens à Sole debilior, & ignobilior Mundo appareret. Preerat quidem olim, ante Aduentum Christi, &
H ortum Solis Iustitiæ, tenebris figurarum, & vmbris prophetiarum, quibus resplendentibus, apparente Sole, suis radijs coruscante, congruum erat, vt ad decrementum tenderet: Sol autem multas (etiam Noctis) partes auferendo, sic illucesceret, vt omnem ab Ecclesia obscuritatem depelleret, & corda fidelium illustrata gratiæ lumine, feruore Charitatis accenderet. Sic enim Vates ille antiquæ legis finis, & nouæ Concionator, clara voce protestabatur: Me oportet minui, illum autem crescere. Quo eleuato & exaltato, mox audiuimus ardentia corda clamantia: Nonnè cor nostrum ardens erat in nobis, dùm loqueretur in via? Mox (in-
I quàm) illud, quod per Prophetam dicitur, adimpletur. Non est, qui se abscondat à calore eius.

In plenitudine têporis suû Pascha peragit Chrs.

Ioan. 3.

Luc. 24.

Psal. 18.

Ea autem videtur esse ratio, quare, & primo mense, & quartadecima die mensis celebraretur Pascha, quod eodem die, & mense, olim à durissima Pharaonis seruitute, præsertim liberati fuerint. Duo quidem eo die beneficia, Iudæi à Domino consecuti sunt: Alterum quidem, quòd ab Angelo exterminatore protecti fuerint: Alterum, quòd mox educti sint ex Aegypto, submersis persecutoribus. Ne autem, horum beneficiorum redderentur immemores, statuit Dominus quotannis, eisdem temporibus, huiusmodi ritus celebrari, quibus fi-
K dentiùs homo ad Deum, velùt ad sui tutissimum confugeret adiutorium.

Quia igitur per intinctionem postium eius occisi Agni, sanguine quidem intincti, à transeunte Angelo percutiente, vita donati fuerant: ideò statuit Deus Agnum singulis annis occidi, eo die Phase; quæ versione græca Pascha, & latinè transitus, nuncupatur. Rursus cum egredientes ex Aegypto, nequirent, pro conficiendis panibus, fermentare farinam, ideò statuit Deus, vt à die comestionis, & deinceps per septem dierum decursum, Azymis vescerentur. Hoc autem totum tempus, Pascha vocabatur. Quibus ad litteræ ra-

Dies azimorû Pascha dicebatur.

tionem

Christianorū agnº sanctior è & pstā tior.

tionem sic habitis, multa conciliari poterunt dicta vtriusque legis, & testamenti. Hæc autem in figura contingebant illis. Ideò habemus nos longè præstantiorem, & prorsùs sanctiorem Agnum: Agnum (inquam) immaculatum Agnum Dei, per prædestinationem Diuinæ voluntatis occisum, ad tollenda totius Mundi peccata. Est itaque Christus noster Agnus, & nostrum Azyma, est & ipsa veritas, & sinceritas. Est, & ipsa liberatio, sed non temporalis à seruitute hominis, & iugo lateris, sed spirituali à iugo peccati, & seruitute Diaboli, eripiens nos de potestate tenebrarum, & in sortem filiorum Dei reducens. Cùm igitur Christus, sicut ouis ad occisionem ductus sit, Pascha nostrum immolatus est Christus, cuius sanguine illinitis postibus nostris, signatisque signaculo Crucis, capitibus nostris in Baptismate, à perditione huius sęculi, velùt ab ipsa Aegyptiaca seruitute eripimur: Et tunc celeberrimum agimus transitum, cùm à peccato recedentes, Gratiam consequimur, & à Diabolo, transimus ad Christum. Maximè autem cùm ab hoc sęculo nequam, ad cœleste Regnum commigramus, atque transferimur, solemnem hunc transitum celebrare dicimur. Sed attende, antequàm ad Diem festum hunc perueniamus, qualis vigilia præcedat.

Azyma nostrū Christus est.

Tùnc verè Pascha pagimº cū ad Chrm transimus.

Ante Diem festum Paschæ. &c. Perpende, quomodò de hoc festo loquitur, tanquàm de vno solo, & re vera, de vno hoc solo sermonem habet, quo legalia claudebantur, & vlteriùs superfuturum non erat festum illius Paschatis, Maris rubri transitum præsignantis. Transijt illud Iudæorum vmbraticum, accessit autem aliud gloriosiùs Pascha nostrū, iure dictū, quod ꝓ nobis immolatus est Christus. Qualis autem præcesserit illius festi Paschatis vigilia, non est qui non intelligat, cùm per centenos annos vitam in ægestate duxerint, & penè inedia consumpti, duro seruitutis iugo prius fessi, & attenuati laboribus, tunc, ad suum illud Pascha pertingere meruerunt. Sic enim decet (vt institutum est) vigiliam festum præcedere, vt qui seminant in lachrymis, in exultatione metant. Cæterùm ad hoc Pascha; quod Christus est, maiorem oportuit vigiliam antecedere, totius videlicet antiquæ legis, quæ Lex seruitutis erat, innumeris vallata præceptis, multarum carnium esu priuata, rituum, & innumerabilium ceremoniarum pondere prægrauata, adeò vt vocaretur onus intollerabile, quod neque nos (aiebant ipsi) neque Patres nostri portare potuimus. Sed et si vlterius prospicere voluerimus, qualem Christus, ad suum Paschæ festum transiturus; vigiliam celebrauerit: Nonne totius vitæ eius decursum, vnam eius festi vigiliam exploratam habebimus? Triginta trium annorum vigiliam Christus, idest totum mortalitatis suæ decursum transegit in hac vita, qua nobiscum conuersatus est, vt innotescerct, ad festiuitatem illam supremam non alio posse homines calle pertingere, quàm per huius vigiliæ transitum: Sic enim per multas tribulationes oportet nos in Regnum Dei introire, in Ieiunijs multis, in frigore, & nuditate &c. Quod autem breue est, &

Iudęorum Pascha vmbra erat Paschatis nostri.

Lex ātiqua Paschatis huius erat vigilia.

Act. 15.

Vigilia Christi.

Act. 14.

A momentaneum huius tribulationis nostræ (attestante Apostolo) Supra modum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Audi vigiliam hanc persoluentem: Vsque in hanc horam esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cędimur, Nec sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Cui autem gaudium annunciatur Saluatoris Aduentus, nisi vigilias custodientibus? Ac deinde quid est, quod pollicitus est Christus esurientibus, & sitientibus saturitatem, flentibus, & tristitiam habentibus consolationem, pauperibus, & egenis Regnum cœleste, nisi apertè nos

2. Cor. 4.

Vigilias seruātibus Aduentus sui gau-diū Saluator annunciat.

B ad vigilias inuitando, simulque protestando? Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis. Veh autem diuitibus, & consolationes suas in hac vita habentibus: quibus, instar cameli in foramen acus, in Regnum Dei datur ingressus; Ducunt enim in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Luc. 13.

Ante diem festum Paschæ. &c. Hic est ille Dies, tamdiu desideratus nostræ salutis, & redemptionis. Iam olim exultauerat Abraham, vt videret Diem istum, vidit, & gauisus est, velut in quo voces Prophetarum sunt exauditæ, vmbræ fugatæ, promissiones adimpletæ, tenebræ depulsæ, scripturæ

C consumatæ, completa oracula, signa præmonstrata, fidei nostræ spes roborata, vt iam liceat nobis in Die ambulare, secundum quod scripsit Apostolus. Nox præcessit, Dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus.

Rom. 13.

Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc Mundo ad Patrem. Cùm scientiæ Christi, sibi in instanti suæ Conceptionis infusæ, quantùm ad humanam eius intellectionem, omnia futura innotescant, & ex Diuinitate, quæ est connaturalis, eademque cum cognitione Patris, omnia nuda, & aperta sint ocu-

Nouit Chrs oia ī primo suæ conceptionis instāti.

D lis eius rectè participio vtitur Euangelista: Stat enim assumpta Humanitas semper iuxta verbum, innititurque verbo. Insuper eò congruentius ꝑ participium sciens, quàm per verbum, Christi scientia designatur: per verba enim tempus aliquod exprimi, ac significari oportet, præteritum scilicet præsens, aut futurum: quibus velut deficientibus partibus, scientiæ Christi ratio, non explicatur verè, & integrè. Ideò nec sciuit, nec sciebat, sed sciens, quod fertur super omnes temporis differentias, vsus est, nec iniuria: Cùm de eo scriptum sit ab Apostolo. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius: In quo sunt omnes

Nec sciuit nec sciebat Christus sed semp scit.

Heb. 13.

E thesauri Sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi. Quid autem illa Sapientia nescit, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? Sciebat horarum, & Dierum Conditor eam, quam sibi elegerat, horam, vel quam concesserat ex horis, potestatibus tenebrarum. Ipse est, qui horas distinxit, numerauit, ordinauit: de quo scriptum est: Ordinatione tua perseuerat Dies, quoniam omnia seruiunt tibi: & tempus ab æuo ire iubet ipse.

Psal. 118.

Sciens quia venit hora eius &c. Hæc nobis ab Euange-

Euangelistis sæpius repetuntur, quibus in memoriam reuocemus, Christum nulla Iudæorum arte, nulla Mundi Potentia, nulla Astrorum virtute, sed sponte, propriaque voluntate, Mortem oppetiisse; & quidem ea vrgente charitate, qua nostram appetijt operari salutem. Erubescant igitur, & facessant cuncti Hæretici, & infideles, qui occubuisse Christum ex infirmitate impudentissimè astruere non verentur, & velut Iudæorum laqueis irretitum Mortis supplicia pertulisse. Optimè itaque Euangelista cùm supra retulisset, dixisse Christum se capere volentibus: Adhuc modicum vobiscum sum: & infrà, tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum, & alibi, Nondum venit hora mea: Nunc subintulit, eadem scientia, se horam eius agnouisse, qua futura sciebat, & præsentia agnoscebat. Quare autem maluerit Christus hanc sibi horam, in qua pateretur eligere, non paruæ temeritatis esset, humano decernere velle Iuditio:

Rom.11.

Cùm incomprehensibilia sint iuditia eius, & inuestigabiles viæ eius, Quis autem nouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Sunt autem hæc potius ad curiositatem, quàm ad vtilitatem inuestigata. Sed esto: quia Sapientibus, & Insipientibus debitores sumus. Tres occurrunt rationes, quibus congruentior visa censetur hæc hora, cæteris postpositis; & primo quidem ratione figuræ præcedentis, respectu Agni Paschalis. Decebat enim rem figuratam, ibi respondere figuræ, vbi figura adesset, vt figura in figurato euidentior fieret, & illustrior, & vt figuratum certius dignosceretur per figuram. Rectè igitur respondent vltima primis, vt vbi cœlestis Agnus innocentissimus offerri debebat, ibi cederet Agnus ipsum præfigurans.

Medio tēporis passᵘs est Christus.

Secundò expurgaturus nos Christus à fermento veteri malitiæ, & nequitiæ, vt essemus Azymi sinceritatis, & veritatis: ea die ipsum pati decebat, qua Azymorum æsus fuerat institutus. Tertio sicut in medio Terræ, salutem operatus est Christus: Ita & in medio temporis passus fuisse diceretur: quæ hora forsan erat illius temporis, & annorum, de quibus Propheta. In medio annorum notum facies: In medio annorum viuifica illud.

Abach.c.3

Sciens Iesus, quia venit hora eius, &c. Supra Christus duodecim esse horas Diei significauerat: Quod autem nunc ad hanc vnam deuenisse audimus, apertè intelligimus eundem Diem, persoluisse cætera redemptionis nostræ mysteria, deuenisseque ad vltimam totius decursus vitæ horam, qua Diem suum extremum claudere, pro nobis moriendo, debebat. Illud tamen prætereundum non est, quod hæc ad Christum hora venisse dicitur, ac si tracta, & vocata ab illo esset.

Traxit ad se Christ' mortis suę horam.

Decet autem, & oportet omnino horas Diem sequi, & rationibus, solis gressum gubernari. Ad nos autem nostræ non veniunt horæ, sed potius nos ad illas properantes accedimus. Quòd autem molestissimum videtur, illud est, quòd nescimus neque diem, neque horam. Vtinam autem nos imparatos, nostra non inueniret

F hora: in quam, dum nihil de ea cogitamus, velut in occultum latronem incidimus: quandoquidem veniet sicut fur. Si autem sciret Pater familias, qua hora fur veniret, vtique vigilaret, nec domum suam perfodi sineret. Sed, (proh dolor) sunt qui nec diei suæ, nec horæ rationem habere curant, qui nec patiuntur de ea verbum audire: Et quo magis propinqui horæ efficiuntur, eò molestiùs audiunt, & sibi horam illam commemorari molestissimè ferunt. Itaque trahuntur potiùs ad horam, quam properent ad illam:

Trahūtur a tempore mali ad mortis suę horam.

Velut in qua, de diurno denario nihil accepturi sint, nihilque mercedis, possint à Domi-

G no præstolari, in cuius vinea vix aliquid operati sint secundum conuentionem, & promissionem exhibitam. Immo timeant coram Domino assistere velùt villici diffamati, bonorumque Domini dissipatores, ignari, & confusi pro ratione reddenda. Contristantur autem, & animo consternantur, velut Gentes, quę Deum ignorant, & quæ legem non habeant, nec sacramenta possideant.

Vt transeat ex hoc Mundo ad Patrem. &c. Hoc est verum Pascha, Christus. Hic est Christianorum transitus, ex hoc Mundo ad Patrem, à terrenis ad superna, à voluptatibus carnis, ad bona spiritualia, à

Fœlix transitus.

H peccato ad gratiam, à vitijs ad virtutes, à cœno ad cœlum, à Mundo ad Patrem. Hæc est Iustorum vicissitudo, vt ex hoc Mundo, in quo pressuram patiuntur, transeant à persecutoribus ad præmia largientem, ab impiorum caterua, ad pientissimum Patrem: ita vt per ignem, & aquam in refrigerium adducantur. O fœlicem Christi transitum. Hac enim ratione humiliauit semetipsum factus, obediens vsque ad Mortem, à qua transiret ad beatam vitam humanitati suæ concessam: Sic enim oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam: Propter quòd & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen &c. Huic cedere, iubentur Angeli, Iter facite ei, qui ascendit super occasum Dominus

Luc.c.24. Phil.c.2. Psal.67.

I nomen illi. Occubuit Morte, super quam victor ascendit, cum resurrexit, & eam per immortalitatem conculcauit. Hic est breuis horæ transitus, quia fit semper. Homo namque natus de muliere, breui viuens tempore repletur multis miserijs. Memento igitur quia ventus est vita tua, vt transeas ex hoc Mundo ad Patrem: Si tamen tu es, qui transeas Mundum, vt pergas ad eum, qui est supra Mundum. Secus autem, si te transeat Mundus, vt non tu expellas, ac renuas Mundum: Immo retinearis, & expellaris à Mundo. Transit nempè, & Mundus ipse, & con-

Iob 14. Breuis hominū transitus.

Trāsire debemus è mundo.

K cupiscentia eius. Aliò tamen tendis, si tu mundum transeas: & aliò pergis, si te Mundus transeat: Primùm, quanto sit tibi beneficio, vt trāseas Mundum, hoc solo accipe, quòd transis ad Patrem: Patrem (inquam) cœlestem, bonorum omnium largitorem; Malum est autem, vt te transeat Mundus, in quo, tua tibi bona Mundus eripit. Attende igitur, sponsam non potuisse dilectū quem quęrebat, inuenire: nisi pertrāseundo paululum. Mox enim, cùm aliquantulùm vicos, & plateas pertrāsisset, eum, quem in totius ciuitatis, idest Mūdi ambitu reperire non potuerat, inuenit, paululum tm̄ vix pertransimus.

Mundus transit. Bonum est si transeamus nos mundum: malum autem est, si transeat nos mundus.

transimus, cùm præstolantem, & obuium, occurrentemque Patrem inuenimus. Nequit ipse, nisi transeamus ex hoc mundo ad Patrem, inueniri, aut possideri. Nihil commune habet Deus cum Mundo, vt exire, & Mundum transire cogatur, vt inueniri possit à nobis. Quid autem est transire Mundum, nisi postponere, retroque mittere Mundum? Post terga habere Mundum; à quo obtutus auertimus, cui è contrario, siue ex aduerso incedimus.

Trāsire mundū est calcare terrena.

Vt transeat ex hoc Mundo ad Patrem. Attende per hoc innui plures esse Mundos; quòd si vnus tantùm est Mundus, quomodo inquit Ex hoc, quasi distinguens hunc ab alio? & quidem diuersi sunt Mundi: non creatione, sed conditione: non mole corporea; sed conditione speciali. Est Mundus, à quo recedens transit Christus: de quo scriptum est; Totus Mundus in maligno positus est: & alibi, Nolite diligere Mundum, neque ea, quæ in Mundo sunt &c. Sed est, & Mundus, quem Deus sic dilexit, vt filium suum vnigenitum daret: de quo idem Saluator, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi. Rectè igitur hoc Mundo, non ex Mundo absolutè Christus transire dicitur, & recedere. Quibus innuit, se à conuersatione prauorum, suam subtracturum conuersationem: a prauis hominibus, suam subducturum præsentiam: ab ærumnis, & persecutionibus, ad æterna gaudia transmigraturum. Et ad hoc, velut significans, non sui solius, sed etiam iustorum omnium, hoc vnum esse Pascha cōmune, communem hunc vnum esse transitum: iuxta eam expressionem, quam ascendendo fecerat. Ascendo (inquit) ad Patrem meum, & Patrem vestrum: Deum meum, & Deum vestrum: Tanquam diceret: Ecce ab hoc nequam sęculo, transferor ad illud Regnū, & sęculum, quod meum est, ac proindè & vestrum, vobis, ab origine Mundi paratum. Ab insequentibus, & in me malignantibus, transeo ad meum, simul ac vestrū Patrem, cuius ego vnigenitus existo; in quo semper sibi bene complacuit. De hoc infimo terrenæ, & humanæ huius habitationis ergastulo, ad illam cœlestem habitationem non manufactam pergo, & transeo, quæ communis est oībus Beatis, & Angelis, & hominibus.

Plures sunt mū di.

1. Ioan. cap. 5.

1. Ioan. cap. 2.

Marc. c. vltimo.

Vt transeat ex hoc Mundo &c. Mira Dei prouidentia: quæ cuncta gubernat, attingens a fine vsque ad finem fortiter semper in cœlo manens: solius humanitatis omnino progressus iste, & transitus debet intelligi: quandoquidem secundum naturam diuinam, nunquam à Patris sinu, dextera ve recessit. Vt igitur, illuc, quam assumpserat humanitatem, se manifestaret aduehere, vbi ipse ab æterno per diuinitatem existit, eò transire dicitur, perpetuò illic permansurus; deinde non per loci mutationem ad inueniendum Patrem, & illuc properandum, quasi non hic, sed illic Pater existat; de quo scriptum est, Cœlum, & terram ego impleo; Absit enim, vt à quouis loco ille credatur absistere: de quo scriptum est. Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero ad infernum, ades. Verùm vbi res prospicitur, ibi esse, iure merito perhibetur: propterea, cùm in cęlo, Deus, non per speculum in ęnigmate, sed facie ad faciem videatur: ibidemque, tanquam in domo propria glorificentur beati: non tanq̃ aduenæ, seu hospites,

Nulla loci mutatione Chri fit trāsitus.

Hie. 23.

Ps. 138.

Facie ad faciē Deus videtur i patria.

A sed tanquam ciues, & domestici Dei, eò ad Patrem, & ad patriam transire dicimur; vbi laborantes reficimur, defessi quiescimus, pauperes ditamur, miseri glorificamur, esurientes pascimur, & sitientes saturamur, sicut dicitur, Satiabor cum apparuerit gloria tua Elias transferendus ex hoc Mundo, seruum suum Helisęum, duplicis spiritus sui, compotem fieri poposcit: clam tamen volebat ascendere, nec secum illum volebat. Christus autem non sic.

Psal. 16

Vt transeat ex hoc Mundo. Transire nequit Mundum, quisquis humanis, carnalibusque adhuc detinetur affectibus. Et qui se irretitum sentit Mundi huius B illecebris, quomodo ad Patrem perueniet, cùm adhuc Mundum non transeat, sed detineat à Mundo? Qui Mū di bonis oblectamur, qui eius malis frangimur, & aduersis atterimur; quomodo trāsimus Mundum, qui tam turpiter retrahimur ab ipso, ne accedamus trans ipsum? Sed esto: corpore detineamur à Mundo, mente tamen suprà Mundum cōuersari debemus, vt trans Mundum ad Patrem possimus accedere. An non mente transierāt Mundum, de quibus dicit Apostolus, Nostra conuersatio in cœlis est? & alibi: Mente seruio legi Dei, corpore autem legi peccati. Filij hominum igitur, vsquequo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæ- C ritis mendacium? Si autem thesaurum quempiam, thesaurizare cupis in cęlo, habeas, vbi adsit, & cor tuum. Accipe ex hoc dicto, nō alium, quam ipsummet Deum, repositum tibi esse thesaurum: Ego, inquit, Merces tua magna nimis. Tibi ex hoc Mundo transeunti, omnium bonorum copiam pollicetur. Quis igitur ex hoc Mundo, non transeat libenter ad Patrem? a morte ad vitā? imò à luctu, & mœrore, quis nō transeat libenter ad gaudia? à valle miseriæ, ad Regnum cęleste? Ne autē censeas totum hunc transitum, tunc tantum absoluendum tibi esse per mortem, illum in te ipso experire: vt paulatim Mundum transire, mundana contemnere incipias, D & discas: quò facilior à Mundo recessus; & ad Patrem, facilior tibi sternatur accessus. Quid est transire aliquid, nisi declinare ab illo? Sic enim transisse dicuntur à sauciato illo, sacerdos, & leuita, qui eo inspecto, nihil erga ipsum affecti, operati sunt: tu autem, qui declinas à malo, qui declinas à peccato, qui detestaris illecebras, qui voluptatibus nō indulges, qui sensui nō pares, qui Mundi oblectamenta contemnis: ex hoc Mundo transis, & tunc ad Patrem pergis, cùm hęc ad Patrem dirigis, cùm illò tendis; & tuos disponis gressus, quò accedas ad Patrem, & ad Patrem peruenias. Nulla igitur nos prospera demulceant: nulla nos frangant aduersa, quo minus E ad Deum, & Patrem nostrum properemus: & velut gigantes exultemus ad currendam viam mandatorum eius: Sic enim vocauit nos Deus in æternam gloriam suā, in Christo Iesu modicum passos.

Phi. c. 3

Roma. cap. 7.

Gen. 15

Vt transeat &c. Attende quàm pretiosa sit mors Sanctorum eius in conspectu Domini: nec non quomodo Iusti visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Noluit enim mortem Christi, vocare mortem Euangelista, sed transitum: cùm mors prę- seferat vitę priuationem, separationemque corporis & animæ: carnis corruptionem, multorumque bonorum amissionem; quæ, nec Christum, nec iustorum aliquem

Christi mors transitus dī, non mors.

aliquem vllo modo decent. Quia igitur Christus post F triduum redittiuus resurrecturus erat, multòque potiora bona adepturus; rectiùs, obitus eius, transitus, quàm mortis nomine significatur. Quamuis enim Christus mortem subiturus esset, eamque amarissimam, supplciis, & ignominiis, omniumque generum pœnis refertam: quia tamen ad hæc subeunda lætus accedebat, non velut de lugubri actione, mortem nominat, sed tanquàm, de optato termino, hylarem, appellare maluit, transitum.

Ecclesia Synagoga diuersimode trāseunt

Vt transeat (inquit) ex hoc Mundo ad Patrem. Attendite insuper, quantùm inuicem distent, Ecclesia, & Synagoga. Huius Moyses ductor, homo terrenus, G transit cum dilecto populo ab Aegypto ad terram, lacte, & melle fluentem: Illius autem ductor Christus, qui descendit de cœlo, se ducem præbet, & ostendit: vt transeat ex hoc Mundo ad Patrem. Et hoc quidem præsertim expressit dux noster Christus, quòd ad Patrem transiret; vt agnoscamus Deum, nobis in Patrem, suo merito constitutū esse, à quo bona omnia nobis polliceri possemus: & vt fugato eo seruili timore, in filiorum sortem euecti, timore filiali, sedulis obsequiis, illi inseruiremus.

Vt transeat ex hoc Mundo ad Patrem. Transeunt
Iob 2. boni: transeunt, & mali: Ventus enim est vita nostra, H & vapor ad modicum parens. Omnes enim sicut aqua dilabimur. Verum audi quàm diuersam suscipiat vi-
Psal. 41. cem iustus ab impio. Transibo (ait iustus) in domum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei. Audi
Psal. 36. quid de impio testentur oracula Diuina. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum: transiui, & ecce non
Psal. 1. erat. Non sic igitur impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proiicit ventus a facie terræ: quorum, gloriamane sicut herba transeat, vespere decidat, induret, & arescat. Quid igitur ociamur dum omnia sic transeunt, vt relinquamur ab omnibus? Exultemus, & nos, vt gigantes ad currendam viam, retro relinqua- I mus Mundum. Nulla nos a cursu voluptas retineat, quandoquidem transit, & Mundus, cum concupiscentia eius. Si autem Mundanis tribulationibus fatigaris, iam vnde transeas habes: non enim in pelago, a quo exire nequeas, fluctuas; sed in flumine, & in aquarum medio, à quo exire valeas, & ad portum applicare perpetuæ salutis.

Bonorū et malorū diuersus est trāsitus.

Iam itaque cùm pertransierit Christus, frustra in mūdanis his oblectationibus eundem quærimus. Iam (inquam) suam a nobis subduxit præsentiam, quam transtulit ad Patrem: quo didicimus, vndè transeamus ad
Iob 6. Christum: Propter quod aiebat, Nemo potest venire K ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eum. Sic enim decebat, eam sponsam illò transire, quò sponsus transiret, cui vniri, & associari debebat. Quapropter inquit sponsus, se concupiscentibus; Transite ad me om-
Eccl. 24 nes, qui concupiscitis me. Sunt è quibus transit Mundus: sunt, & qui transeunt a Mundo. Transit Mundus ab auaris, voluptuosisq; hominibus, dum nihil inueniunt in manibus suis, eorum cursu completo. Transeunt è Mundo, quorum conuersatio in cœlis existit, qui nec Mundum diligunt, nec ea, quæ in Mundo sunt.

Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc Mundo. Secum conferebat, & mortis memoriam sua mente versabat, qui de hora sui trāsitus cogitabat. Hoc, Christus adhuc mortalis, sua intus ratione discurrebat, quod nobis faciendum pro iusta ratione insinuabat. Vix enim salubrior nobis occurrere potest cogitatio, quæ ad nostram saluē, efficax ac congrua efficitur præparatio. Qui autem mortis memoriam à se repellunt, hi ad benè moriēdum quomodo se præparare possunt? Moyses, Dei iussū, cineres in altum spargens super Aegyptios, vulnera ex his genitis animalibus, qui affligerentur incussit: quia per Mortis memoriam, dum eleuatur peccator, plerumque contritionis dolore torquetur, & contunditur. O deplorandam mortalium conditionem: eorum (inquam) qui, quò viciniores per senectam, ianuis mortis sunt, eò remotiores à memoria mortis, ad illam properant, quam, tam stolidè, nec nominari patiuntur. In morte assiduè versamur, cū morte quotidie colluctamur, mortalitate induti, semper moribundi morimur, & de hora mortis vix per mentis rimulam, cogitamus. Quid hominis vita breuius? quid incertius hora mortis? & quid tamen morte securius? Audiant qui thesaurizant, & ignorant cui congregabunt ea. Audiant, qui auertunt faciem suā, ne videant in finem. Audiant, qui dicunt; Anima mea, multa bona habes congregata in horreis, in domibus, in thesauris. Quos stultos nuncupat qui de morte cogitat, & ad cogitandum illa nos inuitat. Quò enim sæpius de morte discurrimus, eò securiùs per eandem transimus. Nam & equi, quò securiùs per stadium currāt, tempore, quo ad consequendum brauium ad clangorem buccinæ adducuntur, priùs per idem stadium commodius ambulaturi, & discursuri perducūtur. Frequentiùs igitur per mortem, & de morte discurrere est nos ad consequendum brauium præparare, Apostolo admonente, Sic currite, vt comprehendatis: Quatuor pedes habēt equi, quibus insidunt, qui fugiunt à morte: et quatuor habēt pedes, qui velociùs feruntur ad mortem. Primi quatuor pedes; Spes vana longioris vitæ: Affectus superfluus terrenorum: Ignauia ad credendum, & operandum quæ recta sunt: & præsumptuosa procrastinatio existimantiū, tunc se posse à peccatis conuerti, cum sibi placitum fuerit. Isti sunt quatuor ministri deferentes Luc. 7. feretro iuuenem, qui facto sibi obuio Christo, eius iussu steterunt. De primo dicitur, Ducūt in bonis dies suos, Iob 21. & in puncto ad inferna descendunt. De secundo, Cum 1. Thes. cap. 2. dixerint pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus. De tertio inquit Saluator, Quæ autem Mat. 25 paratæ erant, introierunt cum sponso: tardis autē clauditur ianua & respondetur, nescio vos. De quarto, Ne Eccl. 5 dicas, miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Non tardes conuerti ad Dominum, nec differas de die in diem: subita enim venit hora illius. His nanque quatuor, veluti in æternæ mortis feretro, vehitur peccator. Sed à quatuor ferimur, qui ad bonum finem, ac ad fœlicem vitæ terminū properamus. Primum est meditatio mortis: Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis; Facilè Eccl. 7. enim omnia contemnit, qui se cogitat moriturum.

Mortis cogitatio salubertima

Miseria Hominum cōditio de morte nō cogitātiū.

Pulcherrima similitudo.

1. Cor. c. 9.

Quatuor pedes mortē fugiētium.

Demorte non cogitantib' improuisa mors aduenit

Secundum est periculorum Mundi copia, in quibus vndique

Rom. 7. vndiq; velùt septi versamur. Vnde Apostolus. Infelix ego homo, quis me liberabit. &c. Tertium est ratiocinatio fienda coram summo iudice, de omnis vel minimo peccato, & quàm horrendum sit incidere in manus Dei viuentis, cũ in multis offendamus omnes. De omni verbo otioso reddent rationem in die Iuditij, Quartum potissimum omniũ, est fruitionis Diuinę appetitus, qua beatificatur homo: In qua omnium bonorũ aggregatio consistit: Ad quam suspirat, qui ad illam anhelat. Heu me (inquit) quia incolatus meus, prolongatus est. Hanc horam, in qua transeat, ex hoc Mundo ad Patrem, ille peroptat, qui se Dei filium per gratiam excogitat. A cęno ad cœlum, ab vmbra ad lucem, à carcere ad Regnũ, ab exilio ad Patriam. Quis hanc horam non amat? quis eandem non exoptat, quis ad illam non aspirat? Cęterum vidimus transituros Alueos, firmare gressum donec transeuntem cernant: Post cuius vestigia ambulantes, securi ad littus se transferant. Ecce transeuntem Christum, velùti ducem, post quem ambulãtes iam securi sumus q; ad Patrem transimus. Abiturus ipse, reliquit Matrem; quia dum vadit ad Patrẽ, illud insinuat, quod edocuerat. Nisi, qs reliquerit aut Patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, &c. non potest ad portum salutis pertingere.

Quatuor pedes quibus ad bonum ferimur.

Matt. 12.

Beatorum status.

Psal. 119.

Mortis horam boni desiderãt.

Matth. 19.

Sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc Mundo ad Patrem. &c. Ex Mundo ad Patrem, velùt ad distantes, plurimumq; discrepantes terminos, quo medio transeatur, his verbis ostenditur: quibus non solùm accessum ab hoc vno, ad alium terminum denotare, sed consultò etiam mediũ, per quod acceditur, innuere voluit. Equidèm potuisset euangelista dicere: Vt vadat ex hoc Mundo ad Patrem, vel vt reuertatur ex hoc Mũdo ad Patrem: sed consultiùs, nec non congruentiùs, talem accessum, non sine medio fiendum, necessariò infert, & insinuat. Cùm esset egressus eius à Patre. Vt homo in Mundo fieret: Hoc in instanti totum iter peregit. At cùm regressus eius est ad Patrem, hoc non nisi pertransenndo medium. Nàm esto: & etiam Angelus ab vno termino, ad alium (& si procùl) nullum pertransceundo medium poterit, si maluerit, personaliter se transferre: Hoc minimè Naturæ conuenit humanæ cuius est munus, transire per medium. Christus igitur, Deus, & homo, humanæ naturæ iura perficiens, ad patrem non vadit, nisi transeat, per opportuna media: media (inquam) tribulationum, angustiarum, calumniarum, flagellorum, spinarum, crucis, & passionum. Nonnè (inquit) ipse, opòrtuit sic pati Christum, & ità intrare in gloriam suam? Longè nos, qui à cœlestibus dictamus, sine medio peruenire non valemus: asserente Apostolo. Quoniam oportet nos pèr multas tribulationes introire in Regnum Dei. Et apud Matth. Ipse Saluator. qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Venit hora, idest sese offert opportunitas, pro comparanda salute, nunc patiendi, nunc orandi, nunc ieiunandi, modo nacta occasionè, benè hoc, vel illud operandi, voce modò, nunc armis, nunc sanguine; & vita decertandi, & animam pro Christo exponendi, iuxta quod scriptum est. Qui amat animam suam perdet eã, & qui odit animam suam, idest vitam suam, in hoc Mũdo, in vitam æternam custodit eam.

Per mortis mediũ puenimus ad terminum.

Angelus sine medio transit ad terminũ.

Media q. bus transeamus.

Luc 27.

Act. 14.

Matth. 16.

Matth. 16.

Vt transeat ex hoc Mundo ad Patrem. &c. Huius sui altissimi trãnsitus, meminit idem ipse Dominus per Prophetã, inquiens: Singulariter sum ego, donec transeam. In transitu, vocat se singularem, in quo, & ante quem, nullum habuit consortem. Singularis, (inquit alia littera) sum ego, donec transeam: Quid est singularis sum, donec transeam? Nònne aperte est dicere, tunc multiplicabor, cum transiero? Instat igitur transitus eius quia venit hora eius, vt transeat ex hoc Mundo ad Patrem: Et qui singularis fuit, ante transitum, & in trãsitu multiplicabitur societate post transitum. Ante passionem, & in passione, singularis fuit Christus, qui consortem in patiendo non habuit: scriptum namque est. Torcular calcaui solus, & de Gentibus non est vir mecum. Solus voluit pati, qui pro cęteris omnibus voluit mori: quò, sibi soli tota ratio salutis, vnde emanaret, ascriberetur. Voluit (inquam) in passione solus pati: Dicente eodem: Si me quæritis, finite hos abire. Singularis (inquit) ego sum donec transeam. Tanquàm diceret: Vnus ego sum, donec transeam: Multi verò, in me vnus erunt, dùm transiero. Post hoc Pascha igitur (inquit Augustinus) non ero singularis: post transitum non ero solus: quia multi imitabuntur, & multi consequentur. Hoc nobis, & ipse Saluator superius apertè disseruit, inquiens: Amen amen dico vobis; nisi granum frumenti, cadens in terra, mortuum fuerit, ipsum solum manet: Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ecce quomodò singularis, antequàm transeat. Ecce quomodò non amplius singularis, postquàm transiuit. Propterea (inquit) singulariter sum ego, donec transeam. Cùm exaltatus (inquit) fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.

Transit Christ⁹ singulariter.

Esa. 63.

Ioan. 18.

Pro alijs sol⁹ Christus est passus. Augustin⁹

Ioan. 12.

Cùm exaltat Christus à terra, ecce transitus: Cùm omnia trahit, ad se ipsum, ecce non amplius singularis: Quia, & illi grano, multa seges debebatur, & ipsi exaltato, frequens turba adiungebatur. Nemo enim (inquit Augustinus exponens dicta verba psalmi) ante Christum mortuus est, pro Christo, idest: Nemo propter confessionem nominis Christi, præter Christum, in passione potuit. Multi enim (adiungit ipse) mortui sunt: Multi prophetæ talia passi sunt, non tamẽ ideò moriebantur: quia prænuntiabant Christum, sed quia peccata hominum dicebant in eos, & eorum iniquitatibus liberius resistebant, & habentur inter Martyres. Iustè etenim, & si non pro nominis Christi confessione, tùm pro veritate, dùm ab impijs occisi sunt, inter sanctos, & martyres computati sunt. Vsq; adeò autẽ pro ipso nomine, idest pro cõfessione nominis Christi, nemo mortuus est, antequã granum illud, in terram caderet: Ex persona cuius dictum est: Singularis sum ego, donec transeam: Vt & ipse Ioannes, ipsius Domini pręcursor, qui recẽs interfectus erat ab iniquo Rege, donatus puellæ saltatrici, non propter hoc interfectus esset, quia confessus est Christum: perhibebat enim testimonium Christo ipse Ioannes, quem & Dei Agnum, peccata tollentem, digito demonstrabat. Quid est, quod illi qui audiebant Christum, ipsum occidere uolebant, & eum, qui testimonium de ipso perhibebat, non occidebant? Habebat enim vires, habebat gratiam, habebat & excellentiam: quia, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, & tñ fit impetus, non in Ioannem, sed in Petrum, qui tunc infirmus fuit, cùm suæ

B gloria-

gloriationis vires in negatione ostendit. Ille qui habebat vires, non patitur persecutionem propter Christum; nè pro Christi nomine antecederet Christum. Quare hoc, nisi vt impleatur quod dictum est, singularis sum ego donec transeam?

Cum dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos. &c. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum Christus nobis verbum eructat. Verbum (inquam) bonum, & suaue, eius Diuinam, & æternam exprimens charitatem, qua obstrictus, non quasi nos prius dilexerimus Deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos, relictis nonaginta nouem ex centum ouibus, errantem vnam quæsiturus, & ad caulas reducturus accessit. Tantùm quippè abest, vt cogitare quis possit, nostra merita Christum impulisse ad prestandas ruinæ nostræ, & damnationi suppetias, vt nullius puri virtute hominis, quantacunque meritorum omnium vbertate redundet, potuisset humanum genus tali è Mortis clade resurgere, tantarumque è mole calamitatum emergere. Absit vt homini aliqua dignitas ascribatur, qua tantùm sibi de Deo polliceri possit, in cuius conspectu, nullus iustificabitur homo, nisi prius omnium peccatorum ei tribuatur remissio.

Mira Christi dilectio erga nos.

Hominis impotētia.

Igitur cùm adhùc inimici essemus dilexit nos, & se ipsum tradidit pro nobis, & recōciliati sumus Deo, per mortem filij eius. Alioquin quomodò possedisset amicos, si non dilexisset inimicos? Parùm tamen fuit Christo suos dilexisse, nisi potioribus bonis illos, vsque in finem diligendo donassent. Quid enim est in finem diligere, nisi perseueranter, & indesinentèr amare? Nunquàm prætermittens dilectionem, qua nos est prosequutus, donec nostram operaretur omninò salutem, & ad portum salutis naufragijs expositos secum adduceret. Potuisset quidèm Christus, illæsus, & insauciatus transire ad Patrem; & declinatis ab hoc sæculo naufragantis vitæ procellis, à mortalitate: ad immortalitatem transire: Verùm, vt operi manuum suarum porrigeret dexteram, maluit subire naufragia, vt perditos à naufragio liberaret, & sua nos virtute eriperet, vndè dicitur: Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

Rom. 5.

Psal. 68.

Cum dilexisset suos, qui erant in Mundo. &c. Hos suos non occupabat Mundus. Erant quidem in Mundo, haud tamen erant de Mundo: Ideò non eos diligebat Mundus, sed oderat eos Mundus. In Mundo pressuram habebant, in quos Christi dilectio maximè ferebatur. Absit tamen, vt eos sic dilexisse credatur Christus, quasi priùs boni essent, quàm diligerentur. Sed quia dilecti erant, ideò boni erant, & selecti e Mundo. Nemo enim se ipsum potest de Mundo eligere: Non enim volentis, aut currentis, sed Dei opus est miserentis; Ego (inquit) elegi vos de Mundo; enimuerò ab eo tantùm, qui est supra Mundum, qui de Mundo sunt, eligi possunt. Nondùm traheris: Ora, vt traharis. Si autem gustaueris, aut videris, quàm suauis est Dominus, & fragrantiam odorum eius olfeceris, curre in odorem vnguentorum eius, si quomodò comprehendere valeas, si vis ab ipso diligi: Non diligeris, nisi eius totus efficiaris. Dùm enim amicus huius sæculi, effici cōcupiscis, inimicus Dei constitueris. Aut enim vnum odio habebis, & alterum diliges, aut vnum sustinebis, & alterum contemnes. Hæc in te ipso diligentèr attende. Ex quibus coniectare poteris, an talis sis, qui diligaris: licebit (inquam) non scire, sed cōiectare: quia, Nemo scit, an odio, vel amore dignus sit.

Odit pios mundus.

Ioan. 15.

Eccles. 9.

F

Cùm dilexisset suos. &c. Non per potentiam, & creationem tantùm: Quia tui sunt Cęli, & tua est terra, & in manu eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. Omnes (inquit per Prophetā) Animæ meæ sunt: Igit' non creatione, sed dilectione, idest, quos ante Mundi cōstitutionem, vt sui essent, elegerat: quos erga se benè affectos fecerat, qui eius, quæ impendebat beneficia, suscipiebant: qui donis oblectabantur cœlestibus: qui eum implorando recognoscebant: qui se ipsos ei seruientes, & mandatis eius parentes exibebant. Hi sui esse dicuntur: quos, à Patre, suscepit in suos. Iuxta quod infra dicitur: Tui erant, & mihi eos dedisti. Hos Christus continua dilectione prosequitur. Propterea non ait, cùm diligeret: sed cùm dilexisset suos, cùm nihil facere vnquàm debuerit vineæ suæ, quod non fecerit. Discant hinc, oportet, Iudei vlterius suos, idest Dei, & Saluatoris non esse: eos enim iam vacuos, dilectione conspicimus: Agnoscant itaque se desolationis mancipia, ablato Dominio exules se attendant, & profugos: Ablato sceptro in seruitutem redactos, sine sacrifitio, sine sacerdotio, sine templo, sine Prophetia diuini cultus, & religionis expertes: Relictam domum suam desertam, velut tugurium in Cucumerario, tanquam malum nauis confractæ à Deo derelictos.

Psal. 94.
Ezech. 18.

G

Prædestinatiōis inscrutabile mysteriū.

Iudei desolationis filij.

H

Esa. 1.

Quomodò autèm si sui essent, (vt olim ante execrandum facinus expulsionis Christi) quem super se regnare noluerunt, non liberarentur, fouerentur, & reducerentur, & ad Diuinum cultum restaurandum reuocarentur? An nòn cultores suos, protexisset Deus, si eorum cultum, & Religionem vlteriùs accipere voluisset? Si conseruanda eorum fuissent sacrificia, futuraque adhùc talia, in quibus sibi complaceret: Nùm hæc terminari, & aboleri sic voluisset? Cùm igitur apud Iudeos, nil aliud remanserit, nisi sola littera, & inepta quædam ceremoniarum suarum obseruantia, perierint autem apud ipsos bona illa, verum Dei cultum consequentia: restat, vt nulla apud eos possit esse religio, transierintque ab ipsis Ecclesia, Regnum, Sacrifitium, Sacerdotium, Pietas, & Religio, Scientia, &c. Ita vt sacrarum litterarum euidentia careant, & velamine oculos obtectos habentes, inter cœcos connumerandi iure merito censeantur. Oportuit enim in his, in quibus vera constabat. Religio, & cultus Diuinus, multos effulgere viros sapientia, & pietate præditos. Vndè ante aduentum Saluatoris Prophetas extitisse legimus, & viros omni pietate, & sanctitate pollentes. Verùm postquam Christum, & Euangelium eius respuere Iudei, & ad Christianos, fides, & Ecclesia confluxere, plures vidimus Abrahamos, Deo fidelissimos, qui & se ipsos, morti tradiderunt pro Christo: multos Iosephos, qui etiam proprias vxores despexerunt pro Christo, plures Samueles habuimus, & Diuini cultus Zelatores: plures Eliseos, despecto habitu vitam austeram in cenobijs, & alpestribus profitentes. Doctores antem citra Apostolos, tales, ac tantos passìm vsque ad hanc diem recipimus, vt eorum cumulus non tam facilè suppnte-

Nota hāc digressionem pulcherrimā i Iudeorum proteruiā.

I

K

supputetur: quasi de fontibus Saluatoris nos haurire aquas cum gaudio iugitèr experiamur: Cęteris, & infidelium, & hęreticorũ cisternis dissipatis, atq; relictis. Nã ij, in quibus bonarum litterarũ, elucebat profectus, dum nobiscum benè sentirent, sacrificarent, & colerẽt: accedente hæresi, in reprobum sensum, traditi conspiciuntur, vt vix in illis cuiusuis cultus Diuini vestigium appareat, sapientiæque & virtutis. Huiusce rei exemplum nobis præbent Alemani: in quibus olim tanta pietas, & bonitas effulgebat, sapientiaque & virtutum omnium decus; quæ extincta, imò & in vitia ferè omnia dimisso cultu; & sacrificio diuino commutata videntur. Non igitur sunt sui, quos Deus in finem non diligit? qui à via veritatis recedunt. Solis nanque perseuerantibus vsque in finem, salus & vita promittitur.

Perseuerãtiæ virtus necessaria.

Cum dilexisset suos, qui erant in Mundo, &c. Nè putaremus ad solos Christianos hanc pertingere charitatem, absoluto sermone pronuntiat: (inquiens) suos, qui erant in Mundo. Non in Iudea tantùm: sed in tota latitudine Mundi. Alias enim oues habebat, quæ non erant ex hoc ouili: quas secum oportebat adducere: ad quarum beneficentiam, missi sunt in vniuersum Mundum, omnibus creaturis prædicaturi Apostoli. Non enim moriturus erat Christus, pro gente tantùm: Sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ergo cùm opus magnæ dilectionis pro sua benignitate incohasset, illud consummare, & perficere vsque in finem iure voluit, & decreuit. Quòd Christus Iudaicum illum populum elegerit, quòd fouerit, quòd ditauerit, quòd protexerit, custodierit, & pauerit, huius inceptæ dilectionis, in suos fideles, signum extitit. Quòd carnem pro nobis assumpserit, quòd egenus factus sit, & mendicus, quòd fessus prædicando discurrerit, fleuerit, ieiunauerit, & in oratioue pernoctauerit: maioris hæc signa dilectionis extitere clarissima. Quid si pro nobis mori recusasset? quid si pro nobis pati renuisset? Absit hoc à Christo, cuius charitas fortis est, vt mors. Nempè neq; mors, neq; vita, nec pericula, nec gladij possunt ipsum à sua charitate seiungere. Igitur cùm dilexisset suos: in finem dilexit eos.

Dilectionis Christi signa maxima.

Cum dilexisset suos, &c. Audi, eundem per Prophetam, dicentem. Nunquid obliuisci potest Mater infantem vteri sui? Et certè si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliuiscar, & alibi: In charitate perpetua dilexi te: Ideò attraxi te, & misertus sum tui. Attende igitur Christum, velut nutricem paruulis inseruiẽtem: siuè tanquàm galinam pullos suos, sub alarum tegmine fouentem, animamque pro illis ponentem. Vide quantùm diligimur, quotquot ex ouibus eius sumus. Si autem vnusquisq; quod suum est, diligit: Demus nos Deo vt in finem diligamur ab eo, Iam enim prior ipse dilexit nos, vt diligatur à nobis, & tamẽ si eum diligimus, qui nos sic diligit, multam mercedem habebimus.

Esa: 49.

Hier. 31.

In finem dilexit eos. &c. Quis nos, & prior, & dilexit, ac deinde in finem dilexit, nisi is qui est Alpha, & Omega, Principium, & finis, ex quo omnia, per quem omnia? Oportet autem, vt non tantùm principium, sed & finem attingat vera dilectio: Ideò nõ in fine, sed in finem, idest ab initio vsque in finem, illos, illa charitatis dilectione est prosequutus, quę nunquàm excidit, sed ad vltimum beatitudinis finem omnia dirigit. Est autem finis omnis pręcepti charitas de puro corde, & conscientia bona. In finem verò charitatis diligit Christus, qui ad extremum peruenit, eius in nos charitatis, de qua scriptum est: Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam, ponat quis, pro amicis suis. At Christus, (vt testatur Apostolus) pro impijs mortuus est: Iustus pro iniustis: Et cùm adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo, per mortem filij eius. Diligit quidem, quisquis compatitur patienti, quisquis flet, cum flentibus, & congaudet gaudentibus: quisquis vritur, si aliquis infirmatur: quisquis egenis subuenit, & necessitati patientis occurrit: quisquis sua dispensat, vt communia faciat, quæ possidet bona. Verùm si quis patibulum subeat, & pœnas alteri luendas suscipiat, mortem obeat, damnato præscriptam, hoc est, in finem diligere, & illùc pertingere, vnde non sit vlterius pertransire. Vnde Mundus, minimè capax est huius dilectionis, quia transit: propter quod Ioan. clamat, Nolite diligere Mundum, neque &c. Transit enim, &c. Et hoc est in finem diligere, quò solus Christus voluit pertingere. Hæc est præcipua, amicitiæ ratio, qua non eius, qui amat, sed eius qui amatur, beneficentia attenditur, & subministratur.

Vera dilectio.

Charitas.

Ioan. 15.

Roma. 5.

1. Ioan. 2.

Vera amicitia quænam sit.

Dilexit tandem suos, qui erant in mundo, cùm à primo iusto sacrifitiũ offerente, de manu eius, oblata suscepit munera: sed magis in finem dilexit eos, cùm maiora suis propijs manibus corporis, & sanguinis sui ad sumendum, & sacrificandum perenniter exhibuit. Dilexit suos cùm Noe, eiusque familiam, suffragio ligni à submersione diluuij liberauit: magis autem in finem dilexit eos, quos ligno crucis redimendo, à peccatorum illuuie, & submersione saluare constituit. Dilexit suos, cùm Patrem illũ multarum Gentium, in tantùm euexit, vt se ipsum illi, in mercedem promiserit, & e Sodomis fratrem eius eductum liberauerit. Magis autem in finem dilexit eos, quos ab infernalis uoraginis incendio, per gratiam eripuit, & per fidem mittendo, in vniuersum mundum regnaturos misit. Dilexit suos cùm Iacob dilexit, populumque eius à tyrannica seruitute Aegyptiaca mirabiliter exemit, & in terram promissionis victoriosum adducere constituit: Magis autem in finem dilexit eos, quos à Diaboli seruitute deuinctos, in sui Regni cohæredes elegit.

In finem dilexit eos, &c. Attende quomodò omni tempore amet, qui amicus est, hoc enim ptæ se ferunt hæc dicta, vt quos Christus dilexerat, eos & in finem dilexerit: Apertè significans eum, qui se viuum in obsequium suorum dederat, morientem se, totum in eorum beneficentiam exhibere: Vt qui, nobis suas actiones, & merita impertierat viuus, ipse se morientem tribuat, & sua merita nostra fore constituat: Nihil sibi soli retinens, sed totum, quod in vita, & in morte est operatus nobis commune faciens.

Verus Amicus.

Et esto quantùm ad sufficientiam, Christus pro omnibus satisfecerit, & oĩum hominũ salutem sit operatus, velitque omnes homines saluos fieri: quantùm tamen ad efficientiam, non pro omnibus, sed pro multis, (& his quidem suis dilectis) & passus est, & mortuus: dicente eodem Hoc est corpus meum, qđ pro vobis tradetur. Hic est sanguis meus, qui pro vobis, & ꝑ multis effundetur, in remissionem peccatorum. Diligit vtique Deus, omnia quæ sunt, & nihil odit eorum, quæ fecit:

Sufficientèr, quidẽ non tamẽ efficiẽtèr, pro omnibꝰ passus est Chrs.

Luc. 22.

Verùm quos de Mundo elegit, hos in finem, qui vltra, & supra Mundum est, diligit, & diligĕdo dirigit ad Patrem, omnium creaturarum finem, quē omnia diligūt, velut in quo quiescunt. Fecit enim Deus rationalem creaturam, vt summum hoc bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur. Ideò idem Augustinus ait; Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te. Hic est finis, ad Patrem transire, & in illa beatitudine sine fine gaudere.

Augustin. Beatitudo finis est hominis.

In finem dilexit eos. &c. Attende hic (obsecro) totum eius, & plenum in suos, integrumque, & mirabilē dilectionis suæ decursum. Priùs Abel respiciendo, signa huius dilectionis exhibuerat: deindè promissiones benedictionis Abraham, & semini eius expresserat: & subinde iuramento confirmauerat: Postremò factis hęc omnia adimpleuit, vt quos dilexerat, qui erant in Mundo, in finem eos se dilexisse ostendat, vt integram, perfectamq; ac nunquàm deficientem sibi charitatem inesse demonstret: In finem enim est: ac si diceret; sedula, nō deficiente, ac vehementissima eos prosequutus est dilectione, secundum quod scriptum est. Delectationes in dextera eius vsque in finem.

Psal. 15.

In finem dilexit eos. &c. Quò omnia ad perfectionē reducat, in finem suos dilexisse dicitur. Fidelium autem omnium vnus est finis Christus Iesus: Hunc cùm adepti fuerint, [illegible] quiescunt. Mouet autem vt amatum, & desideratum. [illegible]ropterea inquit. Ego si exaltatus fuero à terra omnia [t]raham ad me. Est nanq; in quem Angeli prospicere desiderant: Cui potestates seruiunt: quem astra matutina collaudant. Non tamen omnium perfectissimus est finis: sed omnia perficiuntur fine. Quod enim perfectum est, hoc finitum est. Ad hunc cōsequendum omnia sustinent incōmoda: omnia respuuntur ob lectamenta. Audi Apostolum anhelantem ad finem: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Omnia enim arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Nihil arbitratus sum me scire, inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Insupèr totius legis, & iustitiæ finis est Christus: in quo perficiuntur omnia, & illustrantur; & in quem vniuersa reducuntur, (vt dicit Apostolus). Attende autem potiora bona in fine dilectionis, nil aliud prætendere, quàm talia esse, quę cætera omnia bona exuperent.

Finis noster Christus est.
Ioan. 12.
Phil. 3.
Rom. 10.

Cùm igitur in dilectionis exordio, Deus cœlos præparauerit, & in obsequium nostrum cuncta creauerit, & sub pedibus hominis creata subiecerit: restat, vt ad alia anhelemus, longeq; præstantiora bona, quàm sint cęlum, aut astra, aut luminaria, pretiosioraq; super Aurū, & topatyum, siue quodcunq, sublunare terrenum: de quibus testatur Apostolus. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ prę parauit Deus his, qui diligunt illum. Parùm itaque visum erat Christo nos dilexisse, cùm totum hūc Mundū nostro manciparit obsequio: qui tantis nos etiam spiritualibus gratijs ditauit, nisi, & illuc nos eueheret, vbi sui Regni, suæq; gloriæ comparticipes efficeret esuros, & super mensam suam, in Regno suo potaturos. Ecce finem, in quem diligimur.

1. Cor. 2.

In finem dilexit eos, &c. Ex his accipe nihil aliud cōpulisse Christum ad passionem, & mortem non ex personæ proprietate, aut culpæ malignitate: Non ex phari-

F sæorum peruersitate: non ex diabolica prauitate, sed ex sola sua charitate, & benignitate mortē oppetijsse. Hac enim eos in finem diligit: quā, vsq; ad vltimum vitę spiritum in ipsos retulit. Ecce dilectio: Dùm nostra fuit culpa: eius tamen fuit pœna. Ad quem Augustinus: Quid commisisti dulcissime puer, vt sic iudicareris? quid cōmisisti amantissime iuuenis: vt adeò malè tractareris? Quod scelus tuum? Quæ noxa tua? quæ causa mortis? Ego tui sum causa doloris; Ego tuæ mortis meritum, tuæ vindictæ flagitium, tuę passionis liuor, tui cruciatus dolor. Quò tua flagrauit charitas? quo processit pietas? quò excreuit benignitas? quò tuus attigit amor? quò

Augustin.

G peruenit compassio? Ego iniquè egi: tu pœna mulctaris? Ego facinus admisi, tu vltione plecteris? Ego crimen edidi, tu torturæ subijceris? Ecce (Rex glorię): Ecce mea impietas, & tua clarescit pietas. Hoc tui antidotum amoris: Hoc tuæ præsidium dilectionis. Oblatus es, qa ipse voluisti, & dolores nostros portasti.

In finem dilexit eos, &c. Discant qui diligunt, & in finem diligere: Nec alio amore diligere, quàm eo, quo ī finem vsq; diligenda diligat. Nullus terrenus amor, nulla carnalis dilectio, in finem peruenit, sed in via desistit. Transiturus amor nuncupatur: illa aūt nunquam excidit, nunquā terminatur, sed ad finem illum protenH ditur, qui in perpetuas æternitates est duraturus: Habens fructum in sanctificationem: finem verò vitam æternam. Sed nec desunt qui, & quidem Christum diligunt, haud tamen in finem: Dùm eum bonorum temporalium exhibitorem diligunt, & ad hoc diligunt, vt prosperè hìc omnia illis succedant. Qui cùm à fine procul existant, in dilectione multum deficiunt. Horum autem potius Deus venter est, & finis interitus. Quos autem amat hìc, Deus corrigit: castigat autem omnem, quem recipit. Quid conquereris igitur, si à Christo in fiem diligeris? satis tibi hic solus amor. In finem enim veniet, & non mentietur, & Regni eius non erit finis.

Fictus amor diuturnus esse nō pôt.

I Sunt & qui in principio amant multos, quos dicunt amicos, quorum dilectio in tantùm deperditur, & minoratur, vt plerunque in odium conuertatur. Hoc præsertim interest inter amorem sæculi, & Christi, qđ Christus ī prīcipio, quos amat, corrigit, & castigat: Dilectionis aūt fructum, & insignia maximè ostendit in fine. Secus aūt qui sæculi amore ardet, q quò plus in principio feruet, eò citiùs tepescit: quia passim incalescit animus eius, qui in Christi dilectione versatur. Torpescit autem in mente omnis humanus affectus, qui nil, quod nō sit, aut vile, aut inane adinuenit. Hinc hortatur nos ille ad præstolandum Dīm. Expecta (inquit) Dominum: Vi-
K riliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum; Quod si sic cùm suis adeò dilectis agit Christus, vt se illis beneuolētiæ signis tanto dedat affectu: quid est quod aliqui ante finem sibi semper arridentem cupiūt Christum? Neq; enim nisi seminaremus in lachrymis, ī exultatione meteremus, nec refici mereremur, qui nulla oppressione, nullove mętore laboraremus, & onerati essemus. Hunc in finē, noster figat oculus, ibiq; nr̄æ mētis tendat affectus, vt ī finē nobis benignus sit Christus.

Fallax amicitia pcessu temporis aperit.
Terrenus & vilis amor facilè & citò perditur & torpescit.
Psal. 26.

In finem tandèm suos diligere dicitur Christus, qui non finit, aut terminat suam dilectionem morte: immo suā nobis in morte dilectionem ostendit, & quidem iustis, & electis suis in finē vitæ, quos decedētes suscipit, quos fessos recipit, quos esurientes pascit, quos sitientes inebriat

inebriati ab vbertate domus suæ. O quàm pretiosam facit in conspectu eius Mortem sanctorũ eius. Visi sunt oculis insipientium mori: Illi autem sunt in pace. Audi quid pollicitus sit vni iustorum (licèt aliàs latroni, & sceleštissimo.) Hodie mecum eris in Paradiso. Ibi Christi dilectio (in morte scilicet) ostenditur, & probatur. Certè in hac vita multæ sunt tribulationes iustorum; sed de omnibus his liberauit eos Dominus. In Mundo vtique pressuram habebunt, & contristabuntur: sed tristitia eorum conuertetur in gaudium, & gaudium ipsorum nemo tollet ab ipsis. Hoc nobis gaudendum, quòd in finem diligamur à Christo. Prosperetur, vt velit, via impiorum, & benè sit his, qui malè agunt, viuentibus. Nobis viuere Christus est, & mori lucrum. Hîc bone Deus nos vre, hîc seca, vt in finem saluos, suscipias, & in æternum parcas.

Sap. 3. Sãctorum mors Deo gratissima. Luc. 23. Psal. 33. Ioan. 16. Phil. 1. Tribulatio necessaria.

In finem postremò suos se diligere ostēdit Christus, qui humano illo more vsus est, quo solet amicus ab amicorum consortio recessurus: & sponsus ab amplexibus sponsę procul abiturus, præstantiora dilectionis signa relinquere. Hac enim præsertim ratione, suos in finem dilexit, idest, vehemēter amasse dicitur Christus, quòd suo instante abscessu, suo imminente transitu, & suæ mortis astante hora potiora signa suæ, in suos, dilectionis ostenderit. Magnum tamen aliquid præ se ferũt verba hæc, quibus sic in finem suæ conuersationis, suos dilexisse dicitur.

Verus amor ex duobus agnoscitur.

Maxima dilectio duplici ex re considerari potest: Aut ex magnificentia diligentis. Aut ex beneficijs, consolationeque dilecti, & indigentis. Si primum attendimus, hoc vnum non ambigimus, Christum, & tantum, & taliter nos diligere, sicut nos Deus dilexit. Si sic igitur, quòd nos dilexerit Christus, intuebimur, sicut nos, Deũ dilexisse conspeximus, facilè apparebit quantùm nos dilexerit Christus. Cùm igitur de maxima Dei dilectione loqueretur Euangelista, vnum tantùm adduxit argumentum excellentius, altiùs omnibus, cęterisque præstantius: quo solo illam ineffabilem, & cognosceremus, & confiteremur Christi dilectionem. Sic (inquit) Deus dilexit Mundum, vt filium suum Vnigenitum daret. Nihil enim Deus, aut pretiosius, aut salubrius suo filio præstare poterat. Si autem hoc est potissimum, maximæ eius dilectionis argumentum: ad hoc ęque probandum de Christo, necesse erit omninò, vt ęquiualente demonstratione, eandem nobis conspicuam dilectionem faciat.

Ioan. 3.

Si autem dicis quòd, & ipse se ipsum tradidit pro nobis: oblatus est quia ipse voluit, & spõte ipse animam suam posuit: Hanc rationem ad rem non esse, facilè ostendimus; & quidem compertum est, & non aliam esse in filio, quàm in patre voluntatem: Ideò eadem voluntate, qua Deus filium suum tradidit, & Mundo dedit, eadem (inquam) Dei filius, & dari Mundo, & tradi voluit. Vndè non plures, sed vnus est actus, & vna volitio, qua Pater, & filius idem volunt. Hoc autem nostro non potest facere satis proposito, vbi ponitur actuum dilectionis Christi discretio: Cùm dilexisset suos: Ecce primum: In finem dilexit eos: ecce aliud. Igitur aliquid in hoc, quod non in illo, dilectionem indicans: præsertim cùm in illo actu diuinæ voluntatis simul, & eodem actu voluerit Deus, & tota Trinitas, & Christi incarnationem, & eius mortem, cęteraq; redem-

Isa. 53. Vna est Dei patris & filij eademq; voluntas.

A ptionis nostræ mysteria.

Ad ostendendum igitur Christus maximam hãc in suos dilectionem, operæpretium videtur, vt conformē præbeat suæ dilectionis pręstantiã. Cùm igitur iam traditus fuerit, & passioni, & morti, noua, & ea maxima, æqualisq; illius dilectionis ratio ostēdatur, oportet. Est autem & alter sui ipsius tradendi modus, quo se nobis tradidit Christus. Et hic quidem quãtum ad eius assumptam humanitatem, quã, quia pro nobis assumpsit, nobis ineffabili, & saluberrimo modo impertitus est: corpus scilicet suum in cibum, & sanguinem suum in potũ

B tribuendo, vt tali sui ipsius exhibitione, pari nos dilectione cum Patre prosequutus esse videatur. Sic igitur, & Christus dilexisse Mundum dicitur, vt corpus suum sibi substantialiter vnitum daret. Nam sicut Pater consubstantialem sibi filium, cum quo vnum tantum esse habet in natura, Mundo pro eximia sua charitate dedit: Ita pro summa sua charitate filius, corpus sibi in vno esse personali cõiunctum Mundo exhibere voluit. Accipite (inquit) & comedite ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et sicut Pater mittendo filium in mundum, in descensu fecit illum visibilem, qui erat inuisibilis: Ita in ascensu filij de

Vnum est Dei patris & filij esse in natura.

C mundo ad Patrem decuit, vt inuisibilem sub speciebus illis occultatum se nobis relinqueret, & exhiberet. Hoc itaque est, in finē suos dilexisse Christum, qui se ipsum suis, pro summa sui benignitate, perpetuò cum eis mansurum tradidit. Et hæc erat propria, & conueniens consolatio, qua sola poterant sublevari mœsta suorum pectora; Dolebant nanque de abscessu dilecti sponsi, & Magistri sui, nec poterant aliter à mœstitia subleuari, quàm per præsentiæ concessionem. Ideò se ipso exhibito aiebat ad ipsos. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sęculi; Quod quidem oportuit de humanitate, & secundum præsentiam veri corporis

Cõsolatio nr̃a Christus est. Matt. 28.

D intelligi: quam subducendam à suis oculis dolebant. Quandoquidem, quantùm ad Diuinitatem, semper assistit, & præsens est omnibus creaturis: Nec gaudendum de illa nouitèr erat illis. Alia porrò, & quidem oportunissima, in finem suæ inter suos conuersationis, exhibuit dilectionis signa, quibus tam benignè, se ipsum credebat: quosque tot pijs sermonibus, promissionibus, eruditionibus, monitionibus, & quod potissimum est, exemplis, vsq; ad lotionem pedum instruxit, ac consolatus est, indulgentissimus ipsorum reatibus, & eorum imbecillitati clementissimus auxiliator. Quę qa aptissimis nos instruunt argumentis, quanta Christus vsque ad finem in suos æstuaret dilectione.

E *Et cœna facta: Cùm Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas. &c.* Solius cœnæ meminit Euangelista noster, nihil eorum referens, quę facta sunt in cęna, veluti ad alios Euangelistas, cætera recensentes, opportunè nos remittens. Qui, & de æsu Agni Paschalis, & de institutione augustissimi corporis, & sanguinis Christi sacramēti, vt sufficere visum est, sermonē habuerunt. Absit aũt, vt vnus Euangelista, aliquid in corroborationem alterius, siue quodlibet ab alio Euangelistarũ dictũ recēsere credat. Sed cũ par sit, authoritas, & fides, in ipsius vnius, & eiusdē spiritus veritatis, fidelissima instrumēta: qd vnus tacuit, alius retulit, & plerunq; quòd prior recensuit, posterior obticuit. Sicut enim supra dictum est, diuersæ fuerunt Euangelistarum, scribendi

Omnium euãgelistarum vna fides & par extat authoritas.

rationes, vt totum nobis effigiarent Christum. Postremus omnium Ioannes, nè eadem repetat, quæ ab alijs dicuntur, nullam nisi hanc breuissimam, de cœna Domini mentionem facere consultò voluit, nè prolixior efficeretur, qui breuitati studebat. Hæc autem omnia, de quibus Ioannes hic tàm diligenti sermone edisserit, vt etiam accidentia circunstantiasvè describat, auidum spectatorem profectò, & percupidum auditorem expostulant. Non enim satis fuisse videtur illi, solam pedum lotionem paucis exponere: sed ea diligentius enarrare, quæ mirificis vndique respersa mysterijs, ad vtilitatem ecclesiæ, & ad nostram doctrinam scribi debebant.

Ioan. Euā. scopus.

Videamus igitur q̄ nobis proponantur considerāda. Estò non nisi post pedum lotionem, Sacræ Eucharistiæ venerandum, & admirabile sacrm fuerit institutum.

Et cœna facta: cùm Diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Iscariotes. &c. Aptum quippe, & opportunū ualde conquirendarum gratiarum tempus, & dilectionis locus, ipsum conuiuium. Nonnè paratur amore conuiuium? Nonnè sodales dilectione ad condescendum in cœna conueniunt? Hoc igitur obseruandum dilectionis signum: Christi conuiuas nos effici curasse Dominum, ut qui potiora nobis dona exhibiturus erat, ea nobis in conuiuio exhiberet, ut ea omnia pro summa eius, in conuiuas dilectione innotescerent. Cùm igitur ad cœnam Dominicam accedis: Ecce tempus acceptabile, ecce dies salutis, in quo petas, iustaq; petita accipias. Pete ab eo, dùm propè te est, & in te est: Tempus enim miserendi eius, quia venit tempus. Assuerum illum præpotentem, & diuitem, Regni sui gloriam, & animi amplitudinem in conuiuio optimatibus Regni sui, ciuibusque & omni Populo, multorum dierum spatio, ostentare voluisse legimus. Quid est quod obtinere apud Herodem facilè in conuiuio non posset impudica puella choreas edocta, quę nedum dimidium Regni, petitura obtinuisset, sed & caput eius, in disco impetrare potuit: quo inter natos mulierum non surrexit maior? Zacheus, Magdalena, Mattheus tali se occasione ad gratias salutares præpararūt. Quod & nos cęna Dominica consecuturos sperare debemus. Dicente Domino: Panis, quem ego dabo caro mea est pro Mundi vita.

Conuiuiū dilectione exhibetur amicis.

In conuiuio gratiæ fiunt & munera dantur.

Ioan. 6.

Ecce igitur gratiarum cōuiuium opportunum, comparandorum beneficiorum tempus. Sic enim eximius ille Patriarcha Isaac antequàm diem suū clauderet extremum, & primogenito suo benediceret, obsonia sibi præparati, curauit, & iussit. Quibus assumptis maximam post se iuniori filio reliquit, & quidem de rore cœli, & de pinguedine terrę benedictionem. In quibus Christi typum gerebat: Non enim tunc præsentem indixit, sed futurum pronuntiauit, inquiens: De rore cœli, & de pinguedine terræ erit benedictio tua. Nec obiter hęc duo simul, vnaq; benedictione voluit copulari: cùm ea, quę futura erat benedictionis possessio in rore cœli, & pinguedine terræ consistere debuisset. Vbi & aliud maximè est aduertendum, dum Esau conquereretur de surrepta sibi à Iacob benedictione; petens à Patre, vel aliā benedictionem; respondit Isaac: Frumento, & Vino, stabiliui eum: & tibi post hæc, fili mi vltra quid faciam? Et instanter petenti ab eo benedictionem, benedixit dicens: In pinguedine terrę, & rore cœli, erit benedictio tua. Quęso autem, quæ

Gen. 27.

F est terrę pinguedo? Nonnè frumentum, oleum, vinum, bonorumq; omnium abundantia? Hæc fuit benedictio Esau, qui temporalibus, & terrenis bonis, abundare cupiebat. Illa autem, quæ est Iacob benedictio erat solius frumenti, & vini, quæ profectò minor, & angustior esse videbatur, benedictione Esau; si vtraque temporaliter tantùm, propensiùs intelligatur. Cùm igitur talis sit benedictio Iacob, quæ maximè ab Esau deploranda erat, necessariò aliquid in illa frumenti, & vini benedictione occluditur, super terrenum, & temporale bonum. Neque enim Iacob, talem panis, aut vini passus fuisset inediam, vt ad exteros cogeretur accedere, ne fame periret, si eius benedictio

Bndictionis Iacob & Esau differentia.

G temporaliter intelligenda esset: Ipse enim (inquit) filijs suis: Audiui quòd triticum venundetur in Aegypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia.

Gen. 42.

Spiritualis igitur cibi abundantia ex frumento, & vino illi promissa fuit. Non autem Esau: quia sacramentum corporis, & sanguinis Christi, soli Ecclesiæ, & fidelibus conceditur. Vnde dicitur. A fructu frumenti, vini, & olei, idest corporis, sanguinis, & gratiæ Christi (vt docet Augustinus) multiplicati sunt fideles. Nonnè Elias, Eliseus, ipseque populus Israel, multas

Psal. 4.

August. Christi in nos magnificētia.

H perpessi sunt inedias, ex panis, & vini terrestris inopia?

Magnificentiùs igitur nobiscum egit Deus, qui nos fideles maioribus donauit æduliorum beneficijs: iuxta quod ab Esaia dicitur: In die illa erit germen Domini in magnificentia, & fructus terræ sublimis, & exultatio ijs, qui saluati fuerint de Israel. Quod est germen Domini? Nonnè Christus Dei Patris filius? quomodo germen efficitur, nisi dum passim in Ecclesia consecratur? Vbi quasi nouum germen ad sumendum fidelibus exhibetur. Ipsum igitur germen, quod & terræ fructus, ante consecrationem ex pane, & vino, erat; tunc sublimis efficitur, cùm substantia panis &

Esa. 4.

Christus ecclesiæ germen.

I vini in corpus, & sanguinem Christi, per transsubstantiationem, media consecratione conuertitur, Et hæc est exultatio non toti Iudæorum populo, sed ijs (inquit) qui saluati fuerint de Israel, id est nobis, qui terrena hęreditate dimissa participes facti sumus sacramentorum Dei in Ecclesia sancta eius, & Catholica.

Ad hoc autem germen germinandum cœlestis ros requiritur, idest virtus diuina suffragatur. Quapropter in benedictione additur: de rore cœli &c. De quo, & alibi scriptum est. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum. Ros non nisi de cęlo sereno, & silen-

Ros non nisi nocte cadit.

Esa. 45.

K ti noctis tempore descendit in terram. Audi Prophetam. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox suo cursu iter, perageret: omnipotens sermo tuus Domine, à Regalibus sedibus venit. Hoc rore benedicimur, quia in ipso benedicentur omnes gentes. Est igitur iustus & Saluator noster Christus, cœlestis ros: secundum quod expressiùs per Oseam dicitur. Ero quasi ros, & Israel germinabit. Sed hic ros de pinguedine terrę benedictionem operatur. Est aūt terræ pinguedo, à fructu frumenti, & vini, apertè ostendens huius sacramenti in hac Dominica cęna confecti mysteriū, & rationem: Cū ex pane confectū sit corpus Christi, & ex vino sanguis. Quod & per Melchisedech sacerdotem gentium apertè fuit præmonstratum: Secundum cuius ordinē, idest ritum,

Sap. 18.

Christus ros dicit.

Oseæ 14.

Diuina uirtute transsubstantiatur panis in carnem, & vinum in sanguinē.

ritum, & formam, Christus dictus est in æternum Sacerdos: Cum ipse sit, qui semper hoc sacramentū conficiat: quoniam non humana, sed diuina tantùm fieri potest virtute transsubstantiatio hæc. Vnde non dicit sacerdos: Hoc est corpus Christi; sed, Hoc est corpus meum: quæ verba, eandem retinent, quam semel in Christi ore habuere virtutem.

Et cœna facta. Idest completa illa veteri cœna, & ea terminata: postquàm nulla alia relinquitur: Cū iam aduenisset terminus eius præfigurationis Agni Paschalis exhibiti, vt ederetur: accingitur Christus, vt aliud nobis, longèque præstantius conuiuium pro summa sua dilectione proponat, & exhibeat. Homo quidam nobilis, & Pater familias, faciens in Mundi vespere, cœnam magnam, & ad eam multos aduocans, traditurus illud corpus suum in sacramento sumendum, & eundem sanguinem bibendum, qui pro multis tradendus, & effundendus erat: dùm ad perfectum transitur, imperfectum adimplet. Oportebat enim euacuari omne quod imperfectū est, dum accederet quod perfectum est. Pedagogus erat ante Christum, lex figurarum, quæ nihil adducere ad perfectum poterat. Eam igitur cum imperfectis, cedere oportebat perfectionibus: Et ideo non prius, quàm absoluta esset vetus illa Agni Paschalis cœna, transitur ad illud ineffabilissimum instituendum, & ordinandum conuiuium, in quo panem Angelorum manducaturus esset homo.

Lex antiqua imperfecta.

Et cœna facta, &c. Attende quomodo transeunte Domino ad quinq; illas debellandas scelestissimas Ciuitates, & Regna, occurrens Abraham, duo illi obsequia prestare pio curauit affectu: Aliud refectionis per bucellam panis, & aliud lotionis pedum. Domine (inquit) si inueni gratiam in conspectu tuo, nè transeas seruum tuum: Sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, ponamque bucellam panis, & confortetur cor vestrum, postea transibitis: Hæc duo nō respuit, sed suscepit ab Abraham seruitutis obsequia: ita enim Dominum respondisse fertur: Fac (inquit) vt locutus es. Credere autem omnino oportet, non fefellisse Abraham Dominum, vt quæ pollicitus fuerat, & ille acceptauerat, eadem nō rependerit, sed ex parte tantùm obseruauerit. Esto igitur: nil aliud expressius de lotione pedum Domini, recenseatur in scripturis: Satis tamen huius facti veritas eo dicto comprobatur, quo iussus legitur, vt quod se facturum spoponderat exequeretur, & faceret. Lotis igitur pedibus, conuiuium subsecutum fuisse intelligimus: In quo ea obseruanda videntur. Et quidem primum Abraham bucellam tantum promisisse, sed & vitulum sub nomine bucellæ exhibuisse: Vitulum (inquam) saginatum, tenerrimum, & optimum.

Gen. 18.

Deus carnes illas quō comedisse dicatur.

Alterum est animo aduertendum: Deum quidem carnes illas vitulinas, seu bucellam minime carnaliter comedisse, sed modo ineffabili deglutijsse, & quod videbatur dentibus mandere, & conterere, molaribusq; comprimere, intactum tamen in præiacentem materiā resoluisse. Tertium, ibidem & lac, & butyrum in cōuiuio interfuisse, non te lateat. Tulit (inquit) butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit ante eos. Sed hæc nobis, hoc præsignasse conuiuium, facilè inotescet, si & eam præparatam nobis bucellam, vituli illius saginati optimi, & supercœlestis

A carnes traditas non ignoremus.

Sacrosanctæ Eucharistiæ veritas ostēditur, & probatur.

Non est igitur quòd astruant impij: realiter in bucella à Christo tradita, qua in dies refocillantur credētium animi, & gaudent Ecclesiæ membra, Christique discipuli, carnes illas, & Christi corpus inueniri non posse: quas tàm apertis oraculis, & repetitis sermonibus, est pollicitus Christus. Nam, & hanc, & illam bucellam, carnes complecti, & cōtinere in aperto est. Quòd autem tunc, non carnaliter, Deus carnes illas comederit, illo Psalmi comprobatur dicto, vbi scriptū est: Nunquid manducabo carnes Taurorum, aut sanguinem hyrcorum portabo? Quinimò, nec ille apud B Tobiam, Angelus Raphael, realiter corporalem cibū, (vt videbatur) carnaliterue comedebat: Sed cibo inuisibili, qui ab hominibus videri non potest, satiari se ostendit. Talis est æsus carnis Christi, in hoc diuino conuiuio, vt sub visibili forma, visibilibusque speciebus, inuisibiliter sumatur, non carnaliter, vt carnales videre videntur.

Psal. 49.

Cœterum lac, & butyrum, ad hanc mensam perficiendam, Abraham ille fidelium omnium Patriarcha eximius, curauit apponere. Quibus discamus ad hoc per illud designatum conuiuium, accedentes, non nisi velut infantes, quasi modo geniti lac concupiscere, & C ab vbere, Matris Ecclesiæ, pendentes sugere: cùm nulla in hoc præcipuo omnium Sacramento, ratio suppetat; ad ineffabilem modum, & perquirenda sola fide mysteria, sic enim & canit de eo Ecclesia: Ad firmandum cor sincerum, sola Fides sufficit. Ex hoc autem lacte, piæ, & fidelis eruditionis pinguedo, elicitur, qua butyrum desumitur, vt opulentius hoc conuiuium esse perhibeatur. Qui enim fellicat vbera ad lac exprimendum (inquit Salomon) exprimit butyrū. Hæc autem bucellæ pinguedo, ea est, cuius meminit propheta. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Huius bucellæ pinguedo, non carnalis D est intelligēda: Verum spiritus, & animę: de qua scriptū est. Sicut adype, & pinguedine, repleatur anima mea.

Lac in cōuiuio.

Prouer. 30.

Psal. 147.

Psal. 62.

Hoc igitur est quod nobis expositum est, in hac vltima cœna, Christi conuiuium: de quo diligentius, & fusius, cœteri Euangelistæ pertractauere, cùm non corpori, sed animæ hoc conuiuium præparetur.

Et cœna facta, &c. Hanc cœnam in vitæ occiduo, nobis præparat Christus, velut, sine qua, nullus diem suum claudere debeat. Hanc (inquam) veri solus occasu, sterni, disponi decuit, & præberi, vt eadem, nos præsertim vteremur in nostræ lucis occasu, nè in nos tenebræ ruant. Illic enim congressum habemus, cū E occurrentibus tenebrarum harum spiritibus: Cùm nō sit illic colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus insultātium spirituum versutias, & vaferrimi hostis insidias, cum Negotio perambulāte in tenebris, & Demonio meridiano, rugientibusque præparatis ad escam. Longè enim præstantioris est virtutis, & dignitatis subcineritio pane, vesci cuius virtutē Elyā quadraginta dierum decursu ad Dei montem peruenisse legimus. Hac enim potissimum ratione, viaticū nuncupatur: quod nobis transeuntibus tam salubriter, & opportunè, præparatū fuerit. Neminem autem Discipulorum Christi decet, sine hac, diem suum claudere, & transitum ad Patrem facere: per quam, accessum habemus ad Deum.

Dæmonū insultus.

3. Reg. 19.

Eucharistia peregrinatiōis nostræ viaticum.

Hæc

Hæc igitur animo tuo, sunt pia contemplatione reuoluenda: Vt quàm gratum esse conuenit tantæ celsitudinis Sacramentum, tantæ beatitudinis pignus, tantæ dilectionis signũ, tantæ benignitatis donum agnoscas. Hoc autem maximè conuenit esse gratum, quod ab amicissimo datur: quod in testamento legatur, quod in donatione conceditur, quodque vltimò exhibetur amanti. Eò gratiora sunt amicitiæ monimenta, suauioraque, & commendabiliora: quò grauior cõmendabiliorq; nobis est amicus, & suauior. Quò autem vtrisq; coniunctiora sunt, eò pretiosiora habentur, & existunt. Quid coniunctius Christo? Nobis autẽ quid intimius, quàm corpus suum in cibum, & sanguinem suum præbere in potum? Qui certus es, te dignè habere corpus Christi, quomodo non eris, & certus te possessurum totum Christum? Iamque totus Christi effectus, dissolui cupias, & esse cum illo?

Amici grati grata sũt munera.

Agnosce igitur, vt ames, & fidas: Sic enim non aliter retinebis: Etenim hisce xenijs oblectatur tantus, qui ad te declinauit hospes, & hisce epulis detinetur, nè pertranseat, donec relinquat post se benedictionem. Prius tamen, ac potius debet spiritualitèr quisquam sumere, quàm sacramentalitèr. Parùm nobis profuturũ esset, si corporaliter, velut obsonium assumeretur caro Christi: Si non prius spiritu reciperetur. Quid, & profuisset Mariæ Christum, in ventre concepisse corporaliter, si spiritualiter prius in mente, non concepisset eundem? Inuitat autem, & impellit spiritualis huius buccellæ esus, Christianorum animos ad sacramentalem eiusdem sumptionẽ, & versa vice sacramentaliter sumpta adauget, & dulciorem efficit spiritualem animi refectionem, cor hominis confirmans. Hoc itaque, est illud perenne gaudium totius Ecclesiæ, quo, non modò spiritualiter, sed & corporaliter tanto fruitur conuiuio, eius dulcedine satiata, qui & spiritus est, & corpus: qui Deus est, & homo. Sic enim totum se dedit, vt totum reficeret, ac restauraret hominem, & ad fidem reuocaret, vtramque hominis naturam, corporis scilicet, & animæ. Vnde post sumptionem dicitur: Quod ore sumpsimus, pura mente capiamus, &c.

Maximum Ecclesiæ gaudiũ est Eucharistiæ Sacramentum.

Esus carnis Christi.

Et cœna facta, &c. In vna, eademque cœna, & finis antiquæ, & initium nouæ exstitit cœnæ. Finita erat illa legalis, quia non poterat, habere terminum Synagoga, nisi vbi initium habebat Ecclesia: Quarum vtraque, nec sine sacerdote, nec sine sacrificio, nec sine sacerdotio consistere poterat: Dicente, Apostolo: Translato enim sacerdotio oportet, vt & legis, translatio fiat: Sic enim legi omni sacerdotium coniungitur, vt nulla lex sine sacerdotio vbique locorum, esse videatur. Cessit hìc antiquæ legis ritus, & sacerdotium: Vbi initio Ecclesiæ, nouum succedit sacrificium, noua exhibetur hostia, nouumque præscribitur sacerdotium. Ibi enim suos omnes Apostolos tunc consecrauit, & ad offerendum præscripsit noui testamenti hostiam, cum inquit: Hoc in mei commemorationem facite. Hostiam consecrando exhibuit, dum inquit. Accipite, & comedite: Hoc est enim corpus meum, &c.

Christi cœna legis antiquæ terminus, & nouæ fuit initium.

Heb. 7.

Lex sine sacerdotio esse nõ põt.

Hæc est cœna, quæ deinceps cœna Dominica nuncupatur, qa in illa nõ humanum solitum, vt nostris fieri solet cęnis panẽ, aut cibũ reperimus: Sed ideò cęna Dominica nuncupatur, quia Dominus in illa sumitur. De qua Apostolus: Conuenientibus vobis in vnum iã

Cœna Dominica.

1. Cor. 11.

F non est Dominicam cœnam manducare. Hanc homo quidam nobilis, non tantum fecit, sed & magnam fecit, multosque vocauit, dum inquit: Accipite, & comedite ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meum. In vtroque namque, hæc vera comestio, & non figurata, (vt volunt Hæretici) denotatur. Comestio (inquam) eius cibi, qui ad manducandum exhibetur: Ipsa est; in qua, & per quam figuræ prioris illius testamenti; in quo omnia in figura contingebant illis, ad lucem veritatis reducuntur. Hoc tantum abest, vt & nos adhuc in illis commoremur vmbris, quibus versabantur, qui Christi prestolabantur aduentum.

G Duæ erant figuræ in testamento illo veteri, in quibus hoc vnum Christi Sacramentum Ecclesiæ suæ designatur exhibitum, vnaque sui corporis, & sanguinis sacrificium: altera panis, carnis verò altera: Vtramq; designari iussit. qui vtrinque Sacramentum hoc designari voluit. In pane, velut in propria materia, ex qua conficeretur, & in carne quæ realiter ipsi Sacramento inesset. De primo dicitur: Accipies symilam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas, quorum senos altrinsecus, super mensam purissimam corã Domino statues, & pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monimentum oblationis

Duabus figuris prefignatũ fuit Eucharistiæ Sacramentum.

Leu. 24.

H Domini. Non vbique panes, coram Domino voluit offerri, sed super mensam, quæ aptè denotat Altare. Iussit, & super panes thus afferri in signum Diuinitatis, quando quidem per thus Diuinitas designatur. Nam & Reges illi Magi ab Oriente Christum in Bethleem adoraturi aurum, thus, & myrrham ipsi obtulerũt: aurum, velut Regi magno: myrrham sepulturæ eius: thus autem tanquam Deo vero: vt Augustinus cœterique rectè sentientes, intellexerunt. Ex symila, idest purissima farina iussit panem confici, in qua materia purissima, purissimum Christi corpus efficeretur. Aliam quoque mensam præparari iussit in veteri lege dicens:

Thus in altari cur apponitur.

August.

I Facies (inquit) & mensam de lignis Sethim, & inaurabis eam auro purissimo; faciesque illi labium aureum, & ipsi labio coronam, & super illam, alteram coronã aureolam. In angulis eius mensæ, aureos circulos, & subter coronam alios circulos aureos: quibus & ornari, & portari posset mensa. Omnia tandem ex auro purissimo, disponi ad ornatum mensæ: Cui postea panes superponendi essent: iussit. Pones (inquit) super mensam panes propositionis, in conspectu meo, semper. Abiit vt omnis mensa, cui propositionis panes superponendi erant, tanto decoraretur ornatu, tantisque auri splenderet insignibus: Sed illa tantum sic

Exo. 25.

Exo. 25.

K mysticè iubetur ornari, quæ in conspectu eius semper debebat adesse. Per hanc enim Euangelicæ legis declaratur Altare, quod vsque in finem sæculorum coram Domino comprobatur: iuxta id quod scriptum est: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, & alibi: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Cui nam alteri mensæ tantus competit ornatus? Hanc non homo, sed Deus adeò exornari iussit, & statuit: vt in ea diuinum aliquod supraponi deberet: quod est corpus, & sanguis vnigeniti, ac sibi dilecti, in quo, semper sibi benè complacuit, filij.

Psal. 109.

Matth. vlt.

Hoc nobis non humana, sed diuina sapientia rectè disposuit, qua nobis diuinũ aliquid innotuit: dicẽte Sal.

Sapientia

Prouer. 9. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinú, & posuit mensam suam. Hæc est mensa de qua testatur, quod dicitur: Paratur mẽsa Domini aduersus omnes, qui tribulant nos. Quæ mensa tàm salubris, quod tàm mirificum æpularum pabulum, quænam tantæ cœna virtutis, per quam ab angustijs, malisq; omnibus eruimur, & aduersus hostes defendimur? Quis vnquàm mensam pugnantem, ac cunctis hostibus sese obijcientem audiuit, aut vidit? Quæ virtus tanta mensæ? Vndè p̃potentum huius mensæ virium tàm excelsum robur? Certè nulla mensa ex ijs, in quibus mortua tantum animalia in ædulijs offeruntur: Sed ea solũ, in qua viuens, & victoriosus Christus continetur, ab hostibus cunctis nos protegere potens, carnalium voluptatum congressum, & diabolicam omnem perfidiam, totiusq; Mundi illecebras deuincens, eneruans, atque prosternens. Hęc est illa visio per somnium ostensa vni ex militibus in castris Madianitarum. Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcineritius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: Cumque peruenisset ad Tabernaculum, percussit illud, atq; subuertit, & terræ funditùs coequauit. Respondit is, cui loquebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis: Quis est (quæso) hic tàm virtuosus tamque potens panis, nullo impellente decurrens, & fortiter in castra inimicorum irruens, tabernaculum eorum subuertens, ac funditùs demoliens, castraque inimicorum in fugam conuertẽs, nullis armis munitus, nullo ferro stipatus, sola roboratus suæ virtute præsentiæ? Hoc potuit panis ille noster quotidianus, quem semper in Altaris mensa adorandum expositum tenem⁹: qui solo verbo hostes omnes, & militum copias prosternere potest. Hæc nobis parata est mensa, aduersus omnes, qui tribulant nos: vbi panis continetur ille cœlestis: de quo supra: Ego sum panis viuus, qui de Cœlo descendi. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum, & panis, quem ego dabo, caro mea est pro Mundi vita. Cuius talis est virtus, & potestas, vt in nomine eius omne genu flectatur Cœlestium, Terrestrium, & Infernorum.

Psal. 22. [margin]
Euchari- stia Hostiũ omnium propugna- culum. [margin]
Iudic. 7. [margin]
Cap. 6. [margin]

Non deest, & huic mensæ calix ad bibendum: Domino præparante in mensa, & exhibente: Et accepto Calice (inquit:) Benedixit, & dedit Discipulis suis, dicens: Accipite, & bibite ex hoc omnes: Hic est enim calix, sanguinis mei, noui, & æterni testamenti, qui pro vobis effundetur. Cuius excellẽtiam, hac sola verborum Emphasi, Dominus nobis exprimere voluit: Calix meus inebrians, quàm preclarus est. Moyses indignatione percitus, confractum in puluerem redegit idolum, idolatræque populo sumendum exhibuit. Quod adorauerunt, sumendum tradidit idolatris, non tamen ad salutem, sed magis ad perditionem, vt scriptum est: Noluit benedictionem, & elõgabitur ab eo. Induit maledictionem, sicut vestimentum, & intrauit, sicut aqua in interiora eius, & sicut oleũ in ossibus eius. An non congruentiùs iustis dabitur ad salutem quod idolatris, & infidelibus præbitum est in confusionem? Dixerunt illi de conflato vitulo: Hi sunt dij tui Israel, & hauserunt Idolum Moyse facinus detestante. Vndè Augustinus: Tu confregisti capita Draconis, cuius (inquit) Draconis? Intelligimus Dracones omnia dæmonia sub Diabolo militantia. Quomodò ergò singularem Draconem, cuius caput confractum est, nisi ipsum Diabolum intelligere debemus? quid de illo fecit? Confregisti (inquit) capita Draconis. Attendamus igitur: Conflatum erat idolum, & comminutum est caput eius. Suscepit Idolatra, & bibit de capite eius, quẽ falsò adorabat: qa sic diuina Iustitia ad facinoris exaggerationem requirebat. Dedisti (inquit) eum escam populis Aethyopum. Qui sunt populi Aethyopes, nisi caligine peccati, præsertim autem infidelitatis errore denigrati? Et quomodò (inquit Augustinus) acceperunt isti in escam Draconem istum? Puto quòd magis Christum, credentes, accipiunt in escam: Cùm ex illo populo (Iudeorum videlicet) subsecuti sint Apostoli, & fideles Ecclesiæ. Nunquid impasti erunt credentes in Christum? Dictum fuit Petro, & de Gentibus. Surge Petre, & occide, & manduca: Ait autem Petrus: Absit Domine, quia nunq̃ manducaui omne commune, & immundum: Quid est macta & maduca (inquit Augustin⁹?) Occide quod sunt, & fac quod es: Comminue videlicet, & bibe. Vtrumque tamen in eodem Sacramento: quia oportebat, & sine dubitatione oportebat (inquit ille) vt corpus, quod erat Diaboli, transiret credendo in corpus Christi. Ecce igitur: Nunquid impasti erunt credentes in Christum? Nunquid, & membra Christi suo carebunt capite, quod sumant? Sumunt igitur iniqui, sumunt Idolatræ, sumũt, & membra Diaboli, suum caput in escam. Dedisti eũ escam populis Aethyopum. Non sument caput suum fideles credentes in Christum? Sumunt illi, sed ad confusionem, & ad exitium, sumunt isti, & suum caput, & Saluatorem, sed ad salutem, ad expiationem, & ad vitã. Panis, quem ego dabo (inquit) caro mea est pro Mundi vita: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem in me manet, & ego in illo. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. Hæc ille. Sumunt itaque fideles ad salutem, quem veracitèr adorant, Domino propinante: Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum.

Luc. 22. [margin]
Psal. 22. [margin]
Psal. 118. [margin]
Exod. 32. [margin]
In Psal. 83. [margin]
Psal. 73. [margin]
Act. 10. [margin]
Ioan. 6. [margin]

Vt igitur seriosius aliquid de re tanti momenti tractemus, ad tria quæsita negocium reducemus. Et primum quidem: An debuerit: alterum, potueritnè Christus illud efficere: Tertium an voluerit ipsum cõficere. Quod autem spectat ad primum: an debuerit hoc insigne, & augustissimum Sacramentum institui: Tres præcipuæ assignandæ sunt rationes. Vna propter Ecclesiæ necessitatem: Alia propter fidelium vtilitatem: Tertia propter Authoris dignitatem. Vt igitur seorsùm de singulis agamus: illud in primis obseruandum est nobis: Omnibus tàm fidelibus, quàm infidelibus idolatris, & Barbaris: in omni Ecclesia, aut vera, aut p̃tensa semper interfuisse sacrificia, & sacerdotes ad illa offerenda, quod etiam Ethnicorum testimonio conprobatur. Nam apud Gentiles copias legimus sacerdotum. Et hæc communia sunt omnibus, solo impulsis naturali lumine, suum Creatorem venerantibus: licèt decepti à pessimo malorum omnium suggestore, à Deo vero diggressi sint, & ad idola conuersi. Hoc naturæ ius non prætererunt primi illi homines Abel, & Caim: nec est existimandum Adam, qui fuit erroris caput, ab hoc Religionis actu, & recognitionis munere defecisse. Sed in Abel, non in Adam, qui fuit initium peccati, Ecclesia Dei originem habuit: velut in fundamento,

Sacræ Eucharistiæ institutionis necessitas. [margin]
Non in Adam, sed in Abel Ecclesia Dei sumit originem. [margin]

mento, seu magis, initio hominis iusti, innocentissimi, purissimi, & deuotissimi Virginis, & Martyris, quæ sacrificia sub lege Naturæ perseuerauerunt.

Igitur nè rudiores simus Gentibus, legem non habentibus, naturaliter tamen ea, quæ legis sunt facientibus: Christi Ecclesiam, in qua sumus, quam profitemur, cuius laudes concinimus, ritè venerari, & colere iure debemus. Hanc, quam sibi in sponsam, Christus elegit, perfectam, cœlestem: imò (Apostolo teste) gloriosam efficere voluit. Quòd si perfecta est Ecclesia Christi: perfectum omninò in ipsa statuẽdum est sacrificiũ. Contendere autem esse Ecclesiam, sine sacrificio, non Gentilis, non Idolatræ, nec Ethnicorum, sed nostri tantum temporis Hæreticorum temeritati ascribẽdum est, & cæcitati. Nos autèm cum Apostolo, ponimus cum lege translatum esse sacerdotium, ad offerendas hostias. Non igitùr est vilior hostia, in prestantiori lege, & Christi Ecclesia: imò excellentius requiritur sacrificium, quò nobiliorem esse non ignoramus Ecclesiam. Quæ non solùm indiget sacrificio, sed vtiq; eo præstantissimo quãdoquidèm Ecclesia, cuius caput est Christus nobilissima, & prestantissima prædicatur, & extat. Vndè nec taurorum vltra, nec arietum, ouiumq; aut agnorum potest confici sacrifitium, quæ animalia erant imperfecta Christum figurantia; Maior namque & symbolica magis est proportio, carnis ad carnẽ, sanguinis ad sanguinem, viuentis ad viuentem, morientis ad morientem, & agni ad Christum: quàm panis materialis ad carnem, & vini ad sanguinem. Et ideò cùm tanti mysterij mentionem faceret Vates, non inquit: Tu es sacerdos, vt Melchisedech, sed inquit: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Aliud est res, aliud ordo rei. Non est igitur eadem res in sacrificio Melchisedech, & Ecclesiæ, imò longè diuersè res, in illo enim species panis, & vini, cum eorum substãtia: In isto aũt, solæ species, cum alia longè prestãtiori substantia. Et ideò non alibi, quàm in Hierusalem voluit hoc conficere sacramentum, vt esset in sacrificiũ, quia ibi omnia offerebantur sacrifitia. Ite in Ciuitatem ad quendam, &c.

Est igitur ordo, secundum formam Melchisedech: quia panis, & vinum ad sacrifitium, quod in Ecclesia offertur, ordinãtur: Vbi præparatur vtrunque, vt in illis conficiatur, quod in alijs nequit omnino confici: Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium medullatorum vindemiæ defecatæ. Hic igitur est ordo seruandus, quem & seruandum iussit Dominus, quem & ipse seruauit. Accepit enim panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, inquiens: Accipite, & comedite: Hoc est .n. corpus meum. Seruauit ordinem, & seruari iussit eũdem. Hoc facite, idest: Sic hoc faciendum vobis instituo, vt hoc ordine deinceps in Ecclesia, sacrificia offeratis, & hostias. Non enim sermo est hic de sacrifitio illo interiori, & spirituali, quo cuiuscunque generis homines, seipsos per intentionem, & affectum, mentisque eleuationem, se Deo tenentur offerre, à quo in spiritu humilitatis, & aĩo contrito suscipimur: de quo dr̃: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. De quo Petrus: Gens sancta, regale sacerdotium: Sed de eo sermonem habemus, quod per exteriores religionis actus homo protestatur se Deum implorare, & colere. Ad salutem

Sũmo honore colẽda mater nostra Ecclesia. Eph.5. Hebr.5. Christ' sũç caput Ecclesię, & sacrificium. Psal.109. Matth.27. Isa.25. Duplex sacrificij genus. Psal.50. Epist.1.c.2.

F vtrunque requiritur, quibus à Deo delictorum venia imploratur, & vnum ad aliud ordinatur. Insuper maximo iuditio attendenda, & exploranda est Sacramentorum ratio in sancta Ecclesia, sine quibus, nec Ecclesia sancta efficeretur, nec nos, qui membra sumus Ecclesiæ, sanctificari possemus. Et numero igitur, & dignitate potiora requiruntur Ecclesiæ, quàm Synagogæ: & nouæ magis, quàm veteris legis, in lege gratiæ sacramenta conueniunt, quæ contineant, & efficiant fidelibus gratiam, quam antiquæ legis sacramenta nequaquàm efficiebant, vbi sola circuncisio abolere poterat originale peccatum. Nobiliora nunc Eccle-G siæ requiruntur sacramenta in remedium omnium peccatorum: quæ & gratiæ plenitudinem nobis impertiantur. In nullo autem citra Christum, reperiri potest gratiæ plenitudo: Qui fons est totius gratiæ, & remissionis delictorum. Vndè diuus Ioan. hoc expresit, dum ait: Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis.

Congruum itaque nobis, qui ad fontem gratiarum Iesum recurrimus, tale habere sacramentum, in quo fons gratiæ, Iesus ipse continetur: qua ratione Eucharistia Sacramentorum omnium Sacramentum à Theologis nuncupatur. Offerat Synagoga agnos, arietes, H tauros, & vitulos, & hyrcos. Offerant, & Idolatræ filios suos, & filias suas Dæmonibus: Nos vero Deo Patri offeremus per dilectum filium, in quo semper sibi benè complacuit, hostiam puram, hostiam Sanctam, hostiam immaculatam: panem Sanctum vitæ æternæ, & Calicem salutis perpetuæ. Hunc ipse nobis donauit, vt & suum ipse à nobis donum acciperet. Et sicut nos sic ipse dilexit, vt vnigenitum daret, sic nos vult eundem diligere, & quem diligit summoperè, illũ sibi semper offerre, cœteris omnibus abdicatis. Et hæc est promissio illa, de qua testatur Salo. Dominus (inquit) pollicitus est, vt habitaret in caligine: de quo & Esaias: I Tu es Deus abscõditus: & Regius Vates: Nubes, & caligo in circuitu eius. Absit enim, vt in fumo, aut nebulis oblectetur Deus, seu terra caligine. Se abscondit, & tamen quotidiè populo fideli ostendi vult: Vbi sub speciebus illis panis, & vini voluit ocultari: Posuit ibi tenebras latibulum suum: quem conspicere nequit quisquis mortalis oculus: vbi veri adoratores in spiritu, & veritate illum adorant: quia ipse veritas est, quæ nec decipere potest, nec aliquem fraudare didicit. Hoc est (inquit) Corpus meum, quod pro vobis tradetur. Corpus hoc meum, quod naturali sua periodo, oculis vestrum obijcitur: Ipsum ex purissimis sanguinibus in-K temeratæ Virginis susceptum, ex panis, & vini cibo deductum, & in carnem, & sanguinem per caloris naturalis virtutem conuersum: Ego eandem carnem, ex pane, & eundem sanguinem ex vino in aliam conuerto substantiam. Sint hæ meæ manus, stomachus: Conuerto panem in carnem: Transubstantio vinum in sanguinem. Hoc mea virtus efficit, hoc mea potentia: quod & terra ex se producit: quod & vitis ipsa in ligno suo perficit. An poterit palmes, aquam, in vinum conuertere: Ego autem ipse, hoc, in botris traducere, & efficere non potero? Ideò assimilo me viti, & vos palmitibus: Non vt minoris simus virtutis: Et qui sine me nihil potestis facere, per me oĩa potestis perficere. Vndè Apost. Omnia possum in eo, qui me cõfortat Christus.

Condecuit

Sacramentorũ rationem debemus sollicitè pscrutari. Ecclesiæ Christi dignitas. Cap.1. Eucharistia est cæteris omnibus, Sacramentũ dignius, & prestãtius. Quid Deo offerendũ sit. 2. Paralip. Cap.6. Cap.45. Psal.96. Ex purissimis Mariæ sanguinibus cõpactum est Christi corpus. Phil.4.

Euchari-stiæ institutio necessaria.

Condecuit itaque, imò (vt rem propiùs attingamus) summoperè congrua, in cœna Domini, huius Eucharistiæ extitit institutio: Ita vt nèc ante acti temporis, nec futuri, sed vbi commigraturus esset ad Patrē, causa rationabilior hoc exposceret institutum. Exigebat siquidem humana perfectio, vt sese Christus, nobis, tanquàm membris caput vera, & reali corporis compage associaret, atque adiungeret: Debuitque (vt vmbram fugaret veritas) antiquæ legis, & ritus consumationi nouum succedere Sacramentum. Hinc iure optimo decuit illud passionis suæ tempore consecrari, quo imminentis sibi mortis, præsagiebatur oraculum: demũque, vt ex hoc ritu, did icisset Ecclesia, frequētiùs in dies, celebris huius instituti, renouare memoriam: Et vt postremò traditum, profundiùs nostris cordibus affigeretur, illudque tanquàm vltimum faciliùs memoria posset, & tenaciùs asseruari.

Cur in vltimo vitæ suæ termino Christus Euchari-stiam instituerit.

Si autèm, ad fidelium vtilitatem conuertamus Sermonem: quænam videlicet, infit vtilitas Ecclesię, ob huius sacramēti institutionem: hæc illa præcipua, & omnium proficua, est remissio peccatorum; tam iure sacrifitij, iuxta quod, tàm viuis, quàm defunctis, pro quibus offertur, suffragatur: quàm iure sacramenti, in quo Author gratiæ continetur. Et esto: per quodcunque Sacramentum ritè susceptum gratia infundatur suscipienti: per hoc tamèn, non solùm edentes, verùm etiã esurientes impleuit bonis. Quid est edentes, nisi sacramentalitèr suscipientes? Quid est esurientes, nisi spirituali actu illum concupiscentes? Quisquis enìm fidelitèr credit: hic spiritualitèr sumit: quia per hanc viuam fidem Christo incorporatur. Credè (inquit Augustinus) & manducasti. Et non sunt fraudati à desiderio suo.

Euchari-stiæ institutio saluberrima.

Hoc igitùr augustissimo sacramento, peccata delentur, virtutes augentur: Homo consors Naturæ Diuinæ efficit: demones fugantur, carnis & Mundi vires eneruantur: Mundana vilipenduntur: voluptas cohibetur: mens eleuatur: Animus illustratur. Angelis famulamur: dum panem Angelorum manducamus. Tandē vnimur Christo Redemptori: non in nos Christũ mutantes: Sed nosmetipsos transferentes in Christum, & naturam super naturam eleuantes. Qui manducat (inquit supra) meam carnem, & bibit meum sanguinē, in me manet, & ego in illo.

Quanta sit Euchari-stię virtus, & dignitas.

Cap. 5.

Non est (inquàm) parua huius sacramenti, sed saluberrima, & immensa vtilitas, cùm & gratiam impartiatur, & ad gloriam in posterum consequendam, plurimum valeat: Quamuis enim delicta mortifera, quæ scientē, & volentem adhùc hominem tenent obstrictũ, nequaquàm abstergat: Venialia tñ oĩa, & ea lœthalia, quæ è memoria exciderunt, omninò delet, & abluit. Tantũ verò pęnæ, post culpã dimissam nòndũ expiatæ tollit, & adimit: quãtus est suscipiētis, vel offerētis hoc sacramentum Charitatis affectus: quod dignè suscipiētem, magna securitate præmunit, velut saluberrimum quoddam pharmacum aduersus ea, in quę incurrimus, & incurrēda pericula: Nèc elapsa peccata vim eius impediunt, sed neque præsentia: nisi ea parte duntaxàt, qua, ab omni vitij labe immunem, & purum animum, & omnis expertem criminis solet hoc sacramentum spiritualis suauitatis iucunditate perfundere.

Spiritus & animæ dulcor, & iucunditas è Euchari-stia dignè eã sumentibus.

Circa tertium autèm, quod vltimò discutiendum

A occurrit: ex præstantia Christi fuisse congruam: non est ardua largitoris cognitio benignitatis. Qui enìm seipsum nobis, in patibuli sacrificio illo cruentissimo, semèl tam libentèr ad passionem, ad ludibria, ad ignominias, & ad mortem obtulit: Quomodò eque libētèr seipsum non offeret ad adorandum, ad venerandum, & colendum? Dedit se illudendum, impiorum manibus odientium: non dabit seipsum, fidelium manibus ipsum super omnia diligentium? Quomodò non inuidendum erit illis sycarijs, qui corpus illud contingere meruerunt: in quo plenitudo Diuinitatis latitabat?

B Quod si beati illi oculi, & illæ aures pronunciantur, qui videbant, & quæ audiebant, quæ illi increduli videre, & audire digni erant: Vtique & cruenti illi Christi homicidæ, nobis adhùc fęliciores viderentur. Iustum quippè omninò erat: vt non illi nobis, sed nos ipsis beatiores essemus. Vndè cùm ad offerendum se in manibus satellitum, & Pharisęorum, ac inimicorum eius eodem sero accederet: suum, quo flagrabat, desiderium propalauit. Hoc enim se desiderio desiderasse, idest maximo optasse desiderio, manducare hoc Pascha, cum discipulis declarauit: Quibus ostendit nòn tantùm optasse mortem obire, vitam exponere, & sanguinem pro

Christi desiderium.

C nobis effundere: quæ omnia post cœnam completa fuerunt: Verùm in cœna hoc suum maximum desiderium implere voluit, & ostendere, cum inquit. Desiderio, desideraui hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.

Quia in cœna, traditurus erat seipsum Ecclesiæ, & discipulorum manibus, inquit. Accipite, & comedite ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Tanquàm diceret: Antequàm hanc carnem meam tradam prædonibus flagellãdam; Antequàm hoc corpus meũ carnificibus concedam, ad crucifigendum, & conspuendum: Antequàm, hunc meũ sanguinem vulnerum faucibus effundendum exponam, vos mei amatores in be-

D neficientiam suscipite, adorandumque sumite. Infinitæ insupèr dilectioni, infinitum dilectionis donum exigebatur. Christus Ecclesiam, quam in sponsam eligere dignatus est, nullo conuenientiori dilectionis pignore dotare debuit, quàm seipso. Nam sponsæ, nil charius, nil iucundius, nil magis necessariũ dilecto sibi sponso. Omnia respuit, diuertit ab omnibus, nec spōsam se sine spōso arbitratur; magìs autèm viduã, velut quę sui orbata sit sponsi præsentia. Quod si quærit, quem diligit anima sua, nocte quærit, quia videre illum quærit.

Spōsę dulcissima est sponsi pręsentia.

E Hìc caligat oculus, vbi facies sponsi, & vultus eius non conspicitur. Vndè Ecclesia, non sempèr Dominum, sed vultum Domini sæpe requirere, & postulare videtur. Vultum tuum deprecabuntur: Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Quia magna est sponsæ lætitia in nocte cum sponso esse. Longè maior, illum, quem diligit, aperta facie contueri. Lætamur, & nos Christũ habere, illumque possidere, etsi nunc per speciem panis in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Et ideò concludit Propheta: Ostende faciem tuam, & salui erimus. Facies Domini, Augustino teste: præsentia est Domini. Si igitùr fatearis præsentiam, fateberis, & faciem. Et iterum, idem Augustinus: Modò, & si nondum vides, crede, vt cùm videris, non erubescas. Et iterum in exordio. Para vndè videas, quod amas, antequàm videas. Licèt igitùr, nunc habeamus, nunc tamen

Vult^9 Christi desiderabilis.

Psal 44.

Psal. 11.

Psal. 29.

In Psal 93.

In Psal. 99.

non

non videmus; Ex parte tamen cognoscimus,& ex parte prophetamus.

Insuper cùm maximè tristarentur Apostoli,de abscessu Domini, & Saluatoris, Dominus non alia poterat ratione,illos consolari, quàm seipsum præbendo. Quo enim possum⁹ fugare tristitiam,nisi eo, quod erat causa tristitiæ? Aut certè oportet esse æquiualens, aut dignius,& excellentius. Nam Sancta illa mulier, quæ flebat ad monumentum, consternata dolore, quià nòn inuenerat Iesum; nec per visionem Angelorum viuentium, lachrymas cohibere potuit, nèc vllis consolationem accipere,sermonibus blandis: Sola Christi præsentia fugauit tristitiam, doloremque compescuit. Igitùr, nec totam Ecclesiam consolaturus erat Christus, nisi sua præsentia; ideò post resurrectionem abiturus, & suam corporalem præsentiam à conspectu carorum suorum ablaturus, sic eosdem consolatur. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi. Tanquàm diceret: Quid meum abscessum egrè fertis? Nō sic euehor in cęlum, vt me,à vobis omninò subtraham. Præsentiam corporalem in cœlum, vbi solum beati vident oculi, quæ nunc vos videtis,ego transferor:meipsum vobis sub alia specie licèt inuisibilem, relinquo, & remaneo vobiscum, vsque ad consumationem sæculi. Quandoquidèm cum sæculo durabit Ecclesia, cui me credidi, & perpetuo amoris fœdere copulaui. Nec patitur expositionem,communis illius modi, & generalis,quo Deus est cōmunitèr,in omnibus rebus: Quādoquidèm, aut nulla, aut leuis esset amicorum consolatio, habere,quod commune est omni creaturæ, cùm Deus sit in omnibus rebus, per essentiam, per præsentiam, & per potentiam, vt docet Augustinus cum cæteris Theologis.

Marię Magdalenę Amor.

Math. vlt.

Christ⁹ sēper à nobiscum est.

Igitùr ad consolandos Apostolos,suosque quoscunque dilectos, non communis illè essendi modus intelligendus erit,sed ille specialis, quo sua perdilecta sponsa gaudet, sedulòque gaudebit. Ego (inquit) vobiscū sum. Non sola Diuinitate, qua vbique sum, Cœlum, & Terram implens; Verùm, & secundum corporalem substantiam,secundum quam,non vbique,sed vobiscum sum, idest inter vos: Secundum quā,non passim solùm reficimur, sed & illum in Ecclesiarum tabernaculis reseruatum, colimus, & adoramus. Hæc maxima Ecclesiæ consolatio: hoc præcipuum Ecclesiæ priuilegium: hoc singulare Christi donum, quo seipsum nobis donauit. Datus,primò fuit, nobis à Patre, & opera, quæ facit Pater,& ipse facit,quia seipsum nobis perpetuò dedit, quia à Patre,nōn ad tempus nobis est datus. Hinc apud fideles, ab vniuersaque Ecclesia Christi,est sortitum hoc sacramentum Eucharistiæ nomen, quod est gratiarum actio, quasi de tanto dono, tamquàm digno arrabone ad æternam vitam, incessantèr gratias agere, non desinamus. Dicente Domino: Non sicut manducauerunt patres,vestri manna,& mortui sunt. Qui manducat hunc panem,viuet in æternū. Et iterum. Qui manducat meam carnem,& bibit meū sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et alibi. Panis, quem ego dabo,caro mea est pro Mundi vita. Propter quod ab hac vita migrantibus fidelibus, in viaticum exhibetur.

Eucharistię nomē.

Quod verò secundo loco, agendum esset de Christi potestate,hic tractandum: Nōn video, cum quibus sit

F huiusmodi sermo habendus, nisi forsàn, & contra negantes prima principia,disputare oporteret. Quisquis enim de Christi Diuinitate,nutanti animo vacillat, hic non à consortio tantùm,fidelium se abdicat; verùm,& à Christiani nomine,alienum se pronūciat,& indignū. Quod si Christus Deus, & homo fideli mente tenetur, (quod præsertim Sanctus Euangelista noster Ioannes, contra pseudochristicolas comprobare satagit,) non erit locus vllus eius impotentiæ, vbi ascribetur Diuinitati Virtus; Quod si (Angelo teste in omnium mysteriorum Christi exordio.) nō est impossibile apud Deū omne verbum. Quid causari poterit Hereticus, seu in-

G fidelis,de virtute Christi? Cùm (teste Apostolo) Christum Dei Virtutem, & Dei sapientiam dicimus, quomodò illum virtute priuamus? Ipse est Verbum, quo ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Quod si ex nihilo omnia creauit, quomodò ex aliquo aliquò non faciet, per quem omnia, in quo omnia, & ex quo omnia? Hoc,quod virtus naturalis perficit, dùm vnam substantiam,in aliam conuertit, virtus Diuina non faciet?

Luc. 1.

1. Cor. 1.

Adsint naturales omnium Academiarum professores,dicant ipsi: Quiquid causa secunda agit, in virtute primæ causæ agere, multoque magis causam primam

H posse agere, quàm causa secunda agat. Imò congruū hoc præcipuè comprobatur ex accommodatione virtutis causæ ad effectum; Cùm transubstantiatio panis in Corpus Christi, & vini in eius sanguinem, tam respectu modi, cùm nullis præuijs dispositionibus, quā respectu termini,quæ sunt res infinitæ, cuiusmodi nullus est in toto vniuerso alius effectus, nec creatio Angelorum,nec quarumcunque creaturarum, Diuinæ correspondeat virtuti in ratione termini: Quandoquidèm corpus, & sanguis Christi, quod ex virtute eius Diuinitatis efficitur, per substantiarum panis, & vini transubstantiationem, toti eius virtuti correspōdet, & idem

I est,qui conficit,& conficitur. Qua actione, nulla præstantior, nulla potentior, nullauè conuenientior, aut effici, aut excogitari potest.

Vide obsecro quō Eucharistię veritatē iàm cōcinnè, & eggregiè, tanque potenti,& perspicaci ratione suadet.

Admirabilis conuersio panis in carnem.

Quid hoc Sacramento,mirabilius in vniuerso? Quid præstantius in Mundo? Quid dignus in omni sæculo? Quid iucundius, & vtilius in Ecclesia? Quid in terris mirabilius? Quid in ipso cœlo diuinius? Memoriam (inquit) fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Hìc cumulus omnium beneficiorum nobis præstitorum: Hìc plenitudo omnium Virtutum: Hìc totius Maiestatis archiuium, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporalitèr. Huius tàm præclari facinoris;

K summique beneficij præcognitor Propheta, inquiebat: Dabit voci suæ, vocem Virtutis. Quid est dare voci suæ uocem Virtutis? Supra prodigia præclariora, quæ olim operatus est Dominus, idem recensuit Propheta: Nùnc uerò de futuro, tùnc abdito, nùnc aperto mysterio,inquit. Dabit uoci suæ, uocem virtutis. Moyses, Iosue, Gedeon, suis uocibus, quibus virtus inerat Diuina, multa, eaque præclara operari sunt miracula, quæ suis locorum reponuntur ordinibus.

Psal. 110.

Eucharistiæ sublimitas.

Coloss. 2.

Psal. 67.

Psal. 28.

Erat quidèm uox ipsorum Prophetarum, Diuina munita uirtute; tamèn hoc in loco, mysteriosa sunt uerba, quibus nō aliter, aut alibi usus est Propheta. Propterea enim,& in futuro loquitur,qđ & futurū prædicebatur.

Dabit

Dabit (inquit) voci suæ vocem virtutis. Duas nominat voces, vocem videlicet, à qua omnis virtus, & vocē recipientem ipsam virtutem. Nusquàm per duas voces, aliquid, aut mysteriorum, aut miraculorum factum legimus: In hoc tantummodò præcipuo, omniumque miraculorum miraculo, sacramentorumque omnium sacramento, duas voces seorsum in eodem, seu pro eodem effectu expressas intuemur; quando videlicet ad instituendum corporis, & sanguinis sui augustissimum sacramentum, prius propria sua voce Christus confecit, & consecrauit, cùm inquit. Accipite, & comedite. Hoc est enim corpus meum. Subindè vocem virtutis tunc statuit, cum hoc faciendum discipulis suis præcepit, quibus inquit. Hoc facite, quotiescunque, &c.

Christi, & cōficiētiū Euchari-stiæ sacramentū nō vna ē vox, sed vna virtus, & sonus.

Esto igitur, duæ sint voces seorsum distinctæ, Christi videlicet, & Apostolorum, cœterorumque sacerdotum; Omnium tamen vocum vna tantùm est virtus, & sonus. Et qui suæ voci dedit virtutem transubstantiandi, panem in corpus, & vinum in sanguinem, ipsius Christi instituentis, eandem virtutem in voce sacerdotum præbuit, ad idem perficiendum opus. Neque enim sacerdos consecrans, inquit: Manducabo. Hoc est corpus Christi: Sed vocem Christi ipsissimam repetit. Comedite, hoc est corpus meum, &c. Quia vocem virtutis, etiam in ore aliorum inesse voluit. Dolebant filij prophetarum, sub Eliseo Propheta, amaritudinem carnium, & obsoniorum degustare nō posse. Mors in olla, mors in olla. Vir Dei farinæ pugillo desuper asperso, statim omnem amaritudinem in dulcedinem conuertit. Ad quid farinam ad dulcorandum, eximius ille Propheta assumpsit, nisi quia ipse præuidit, cœterisque denotauit, longè saluti nostræ consulendū, cū per sacramentum, ex farina, seu pane conficiendum vita nobis esset promerenda? Quod & per ipsum Saluatorem nostrum, nobis apertè est denunciatum. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Qui manducat hunc panem viuet in æternum. O Hæreticorum damnatis damnabiliorem infidelitatem: Fatentur Iudæi, & seriò dictum, veraciterque adimplendum, Christum, suæ carnis edulium, nobis ad salutem concessurum, qui de modo hęsitantes, carnales carnalitèr intelligendo, nullo excogitato nouo sumendi modo, in sacramento, carnis eius obsonia sunt abhominati. Quidni? An non diabolo credulitate inferiores conuincuntur? cùm ille, ad Christum tentator accedens rogauerit: Si filius Dei es, dic, vt lapides isti panes fiant. Agnoscebat ille, quod nec credere volunt isti: Transubstantiationis rerum inesse Christo virtutem. Cùm tamen nullus vnquàm ex lapidibus panes, sicut ex panibus carnes fieri intellexisset. Sciebat Sathanas, quem nec latere tam conspicua veritas poterat, non ex lapidibus tantum panes, sed & filios Abrahæ suscitare potuisse. Quod si lapides in panes, quare non panes in lapides, conuenientius autem in carnes, per transubstantiationem conuertere poterit?

4. Reg. 4.

Hæreticorum proteruia.

Mat. 4.

Hæretici Diabolo peiores ēe conuincūtur.

Superest de tertio quæsito sermonem concludere. An voluerit Christus sui corporis, & sanguinis sacramentum conficere, in quo verum, ac reale corpus suū, & sanguis contineretur. Quod cùm non ab alio, melius, quàm ab ipso sit explorandum, cùm nemo sciat, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, nec quæ sunt

A Dei scrutari possit, nisi spiritus Dei: quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit? Videamus igitur, an Christus hanc suam fuisse intentionem ostenderit: Exploremus, an ab ore eius aliquid hauriamus, per quod mentem eius dignoscamus: Sunt enim voces signa earum passionum, quæ sunt in anima. Non consulamus hoc loco oracula prophetarum, non nobis respondeant oblationes veterum: Christum ipsum consulamus. Tunc autem agentis voluntarij exploratam intentionem habebimus, cum aut se facturū prædixerit, aut ex euidentia facti innotuerit. Quorum vterque modus, tantæ rei veritatem comprobauit.

Rom. 11.

Voces sūt signa conceptuum.

Agentis voluntarij effectus.

B Prædixit quidem, nec solum quod futurum, & se facturum prædixit, sed & promisit, nec non sub iuramento firmauit. Prædixit, cùm dixit: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Promisit, cum sub comminatione adiecit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Dicente Psalmista: Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ, & alibi. Panem Angelorum manducauit homo, & iterum: Cibauit eos ex adipe frumenti. Quod si quis verba Christi, sic perperam interpretari voluerit, vt non de vera sua carne, nec de suo realiter corpore intelligenda contendat: C hic nedum dissentit ab Ecclesia, sed ab ipsa Iudæorum caterua, quæ quidem, nemine discrepante, eadem Christi verba de vera eius carne, ac de reali eius, naturalique corpore intelligenda voluerunt, qui cum non caperent modum, dum carnalitèr, & quasi in frusta concisum arbitrantur, abhominati sunt, & aliqui ex eis recesserunt ab ipso, & facti sunt Hæretici, nostrorum Hæreticorum duces, & magistri, ac patres infidelitatis. Quomodò (inquiunt) potest hic nobis dare carnem suam, ad manducandum? Hi primitiæ Hæreticorum, nostri temporis extiterunt, qui non ad Ecclesiam, nec ad cœtum fidelium, magis autem ad D Iudæorum Synagogam spectant, cœterorumuè infidelium.

Ioan. 6.

Psal. 21.

Psal. 77.

Psal. 80.

Iudęorum error d'Eucharistiæ sacramento.

Postremum, an voluerit perficere quod prædixit, promisit, & iuramento firmauit Iesus Saluator noster. Nescio quis tam vecors, aut certè impudens, vel captus mente, inficiari tam conspicua possit, vel audeat. An mentiri didicit summa veritas, & vita? Hoc tantùm absit, vt non sit Deus verax, omnis autem homo mendax. An mutatus ab illo: Non ne ipse est, de quo scriptum est: Ego Deus, & non mutor? Qui fieri potest, vt quod Christus facere potuit, & debuit, illud non perfecerit? Aut abreuiata manus eius fuit? Vel E obliuiscetur misereri Deus? Quod si dederit voci suæ vocem virtutis? Nonne ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt? An non portat, omnia verbo virtutis suæ? Eadem, qua febribus imperat, languidos sanat, mortuos ad vitam reuocat, & vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt: Hoc idem quod dixit solo verbo perfecit. Quod autem sub illis speciebus, siue in tabernaculo illo Christus contineatur, infiniti adsunt testes, omni exceptione maiores doctrina perspicui, sanctitate cœlebres, pietate conspicui, fidei zelo feruentes, Deo dilecti, & omni virtute eruditi: Quibus impudentia nulla, nulla temeritas, nullauè cecitas, seu Hæreticorum proteruia potest occurrere.

Malac. 3.

Oēs mente sani Eucharistiæ veritatem confitent.

Rogemus (quęso) sacrorum rituū,diuinarumq; literarum doctissimos scrutatores; Quibusnam verbis magis congruis,qua cōuenientiori formula,quo nobiliori stylo,melioriuè debuisset vti Christus,si sui corporis,& sanguinis sacramentum reale cōficere voluisset? Inquit ipse: Hoc est corpus meū,quod pro vobis tradetur. Hic est sanguis meus,qui pro vobis effundetur. Hoc facite in meam commemorationem. Suffecisset fidelibus,si tantùm dixisset; Accipite,& comedite: Hoc est corpus meum. Bibite: Hic est sanguis meus. Veluti si quis manum porrigat,illamq; amico despondeat, dùm ait: Do tibi manū meā, siue aliquid huiusmodi; Cui credimus,nulla additione apposita. Verùm ad obfirmandā tanti mysterij veritatē,& ad stabilitèr construendā,tanti negotij certitudinem,aduersus Hæreticorum versutias, non minùs optimo, q̃ diuino consilio, & illud addere voluit: Corpus meum (inquit) nō figura corporis, nec phantasticum,seu imaginarium,non emētitum, seu per repręsentationem: Sed quod pro vobis tradetur,& sanguis meus, qui pro vobis,& pro multis effundetur. Et supra: Caro mea vere est cibus.

Hoc Apostoli,hoc discipuli Domini, hoc tota credit Ecclesia,coluit,obseruauit,tenuit, prædicauit,& perennitèr fideles edocuit. Tandèm concludimus cum ipso Christo,omnium nostrum Redemptore, nihil sibi retinuisse; & seipsum nobis (licèt inuisibilitèr) in pretiosissimo,& augustissimo sui corporis,& sanguinis sacramento realitèr reliquisse. Quò migraturus posset omnino veracitèr dicere: Quid debui facere vineæ meæ, & non feci? Nec locus detur tā responsioni, q̃ confusioni Iudęorū simul,& Hęreticorū. An non excellentiorem cibum,& potum Ecclesię suæ Christus,pro subsidio vitæ spiritualis, præstare debuit, quā illi Synagogæ præstiterit, cui manna de Cœlo præbuit? Quod si Christus ipse est vita nostra,& se omnibus suis vitam dare fatetur, Ipse cibus noster,qui & est vita nostra,à quo etiàm sunt omnia bona nostra.

Cibus noster,& vita nřa Christus est.

Magna hic ad summū fides nostra probatur, & exactissimè propalatur, vbi sola suffragatur fides. Hoc docet fides, quod sola videt fides. Summa hic requiritur fides, & plena fides, vbi nihil mirabilius potest præstare fides. Nam & ex hoc, omnium fidelium est nuncupatus Pater ille fidelissimus Abraham, qui sic adhæsit fidei,vt in spem,contra spem crediderit, & reputatum est illi ad iustitiam. Hoc non capiebat humana ratio, quòd in Isaac vocaretur sibi semen, quem occidere iusserat Dominus. Vtrunque humana ratio non capit mysterium, vbi fides tenet sacramentum. In sacramento deficiebat ratio, nèc ad eam veritatem ptingebat, vbi & illi Patri, & nobis filijs suppetias pstat fides. Sicùt igitùr credidit Abraham, & tàm viua iustificatus est fide:nos si filij Abrahę sumus,opera Abrahæ, ea præsertim, quibus pater noster dicitur,impleamus,& Deo,ac homini Christo credamus. Hæc enim tota ratio verè nostræ fidei, Deo, & in Deum credere, omniaque in illum referre. Nihil enim euidentius ostendi, aùt excogitari verius potest, quàm quod Dei testimonio probatur. Nulla ratio efficacior,nulla probatio clarior,nulla euidentia illustrior, magister nullus veracior. Quis audet, (qui pro sua imbecillitate non capit doctrinarum mysteria) illa negare, quæ alijs perspicua sunt,& pro compertissimis habentur? Quid (obsecro) per hanc adeò sublimem, quam Christo Domino ascribimus actionem, quid (inquam) incongruum, quid indecens, quidue non laudabile videtur impingi, propter quod diuina illa maiestas,ab hoc egregio, cōmendabiliq; opere,huius nempè sacramenti institutione retraheretur? Quod si totum, quod in re tanta peragitur, ad ipsius Diuinæ Maiestatis redundat gloriam, quo effugiet in Deum iniuriā,quisquis à tā pclari, pecoelsiq; operis cōfessione,se facit extorrē, per qd̃ Diuina illa bonitas,summa illa sapientia,necnō,& suprema illa potentia,tàm optimè prædicatur,& commendatur?

Fidesviua.

Quę sit nostrę fidei ratio.

Eucharistiæ institutio, magnū est Diuinæ potētiæ,sapientiæ,& bonitatis eius indicium.

Propterea enim, & miraculorum miraculum haud immeritò nuncupatur, velùt in quo bonum omne supremum, ineffabili quodam modo,abditum comprænditur, in ipsoque supra cœtera omnia Diuinæ Sapientiæ, bonitatis, & potentiæ opera mirificentiùs, & præclariùs diuinum opus effulgeat,attestāte Propheta; Memoriam fecit mirabilium suorum misericors, & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Diuinæ quippè Maiestatis potentia,ex eo,quo solo nutu cuncta creauit,mirabilitèr prædicatur;bonitasq; hinc emicat, in rerū oīum productione,tā affluentis copia largitatis. Ei (inquam) summæ hoc pietatis opus ascriptum est, qui fideles suos,nè inędia deficerent,dùm per inuia,desertaq; loca transcurrerent,cęlestibus pauit ædulijs.

Eucharistia miraculorū miraculum.

Ps. 110.

Cùm igitùr omnia in hoc vno augustissimo Sacramento comprehendantur,miro quodā,diuinoq; tropo connexa, vndè causatur cœca Hæreticorum proteruia, vt tanto detrahens operi,nō pertimescat prophano ore in Dei maiestatem oblatrare? Etenim si tot flagitijs is redderetur obnoxius, qui multis attestantibus simul,& comprobantibus, Regem aliquem,in eius sede Domicilij latentèr adesse,adhuc perstaret incredulus,velletq; ad eius,cunctis renitentibus,intrare latibulum; quidni omni reprehensione,& mulctatione dignissimus habebitur ille,qui latentem in Eucharistia Christum,grauissimis fide testibus,sanctisq; Ecclesię Doctoribus firmitèr asseuerātibus,fidē adhibere nolit,sed in illud potius, tantū, & ineffabile sacramentū, ore sacrilego debachatur,oblatrat,sub pedibus suis conculcat, impudenterq; discerpere,& impetere nō veretur? An nō sublimis resplendet hìc diuina potentia, in quo se naturæ authorē ostendit? Iudæis ipsis cęcutientibus,& dicentibus.Quo potest hic nobis,dare carnem suam,ad manducandum?

Magna Hæreticorum temeritas,& proteruia.

Singularitèr quoq; cōmēdat hoc magnū, & admirabile sacramentū,diuinæ bonitatis, & prouidentiæ celsitudinē, quo tā facilè ad Cęlos,pclusum nobis iter,peruium fuit,tutū,& rectū,quo tanto dotari pignore,cęlestis vitæ, ad q̃ properamus, & anhelamus,pignus suscipimus, secundum qd̃ scriptum est; qui manducat hunc panem viuet in æternum,& panis,quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Qui igitùr hoc suscipit sacramētum,qui illud veneratur,& colit, præclara in ipso Diuinæ pietatis, potentiæ, ac sapientiæ eius protestatur, & decantat insignia. Quæ cùm supra mortales omnium sensus, & cogitatus ascendant, qui adhùc in suo infidelitatis errore perdurans titubat, vel ista distorquet, aut negat, nouerit se Diuinæ Maiestati iniuriam subrogare, & quæ sublimiora, potioraque de illo prædicantur, pro sua perfidia, & temeritate apertè dirimere. Quòd si peccatum, quod supremam insultat Dei bonitatem, nec non impugnat summam

Ioan. 6.

summam ipsam veritatem, illud efficitur, quod in Spiritum Sanctum nuncupatur, (teste enim eodem Saluatore) est, quod non remittitur, neque in hoc sæculo, neque in futuro, consulant sibiipsis Hæretici, vel quicunque hæsitant, in hac perspicua veritate, & offendunt in tàm aperto lumine: Est enim exhibitio, seu donum fidelibus factum sacramenti, corporis, & sanguinis Saluatoris præcipuum, ac summum omnium donorum donum ab ipsa summa Dei bonitate elargitum, ac innenarrabili munificentia concessum.

Mat. 12.

Negâtium Eucharistiæ sacramentum peccatum

Potuit Dauid prædicari munificentia, & extolli, quòd tã magnificè egerit cũ filio amici, & dilecti sui Ionatę Miphiboseth: Qui cũ solus superstes esset, ex stirpe eius in signum beneuolẽtiæ, qua in Patrem eius ferebatur, sibi asciuit eundem, cui non solũ annonam præbuit, victus, & mensæ, verùm cõmensalem sibi fecit, & sedulò sibi adesse voluit. Oblitus Dauid oĩum persecutionum, & insidiarum Saul, inspecta tñ dilectione, filij eius Ionatæ, nòn solùm, nòn respuit genus eiusdem, aut cohibuit, imò auxit in genere eius, signa magnificentiæ, vt is, qui claudus vtroq; esset pede, velut abhominabile mõstrũ sibi coniungeretur in mensa: Verũ Christus munificentiùs agens, etiàm dùm ipse, actualitèr persecutionẽ pateretur, traderetur, paucorũ denariorũ precio vẽderetur; dum crux sibi pararetur, spinæ, claui, myrrha, & cętera instrumentorum ad torquendum ipsum genera præpararentur; dùm (inquam) aduersus eundem dolis, insidijs, consilijs, falsis testibus se muniunt Iudæi, & Sycarij, milites, funes, arma congerunt, turbam ad petendũ Barrabam erudiunt, ac impellunt, dum illi instrumenta præparant, mortis Saluatoris, Saluator sacramenta pręparat salutis: omnia agebant perditi, vt perderent Saluatorem, & Saluator, vt perditos saluaret, operabatur.

2. Reg. 9.

Hìnc maxima exorta videtur lucta, perditionis, & salutis, mortis, & vitæ, peccati, & gratiæ, & sic actum est, vt vndè mors oriebatur, indè vita resurgeret. Iam exortum est certamen peccati, & gratiæ in congressu damnationis, & salutis. Satagit toto posse Princeps tenebrarum, & vsque adeò machinatur, vt etiam si possibile esset, Saluatorem deprimeret, obrueret, extingueret; Christus autèm totus, ad nostram salutem conuersus, in nostram beneficientiã cuncta operatur. An hæc mentis oculo contueris? Neque enim segnitèr, & incuriosè sunt prætereunda, quæ ab Apostolo, imò ab ipso Domino tibi proponuntur; Ego (inquit ille) accepi à Domino, quod tradidi vobis; Quoniam Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agẽs benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite, & comedite ex hoc omnes. Hoc est.n. corpus meum, quod pro vobis tradetur. Quæ vrgebat necessitas, vt exprimeretur hora? Nonnè Apostolo, ipsę Dñs reuelauit, homini, vsq; ad tertiũ Cęlũ rapto, & euecto? Quid accepisti, ò Paule, aut ad quid accepisti? Quare à Dño accepisti, quod à discipulis accipere potuisti? Sed esto illi factum referre potuerint, qui inter cęnandum Sacramentum corporis, & sanguinis Christi, accipere è Christi manibus meruerunt, mysterium tamen accipere, ab his non potuisti; Qd subindè ab ipso Domino reuelãte accepisti, magnum, & necessarium, sublime, ac profundum mysteriũ, quod Dño reuelante suscipitur: In nocte (inquit) in qua tradebatur Iesus, accepit panẽ, & gratias agens benedixit, &c. Nùm satis erat dixisse: Anteq̃ transiret ad Patrem? Anteq̃ crucem subiret, aut mortẽ obiret, ac ab oculis suorũ abriperetur? Rei vtique veritatem, istis aperuisset verbis, sed præclari facinoris mysterium, quod referare volebat, non aperuisset.

Mortis, & vitę, peccati, & gratiæ dissidium.

1. Cor. 11

Apostoli dicta verissima, & maxime credibilia esse monstrantur.

Considera igitur factũ, perpende, & rationẽ facti, intellige mysteriũ, & inauditam admirare clementiã, sæuientibus in ipsum ad vulnera, ad cladẽ, ad interitũ, pparat ipse pharmacũ, medelã, & pignus, ad salutẽ, & vitã. Quis tanti se facit, vt de myster.js, q̃ totius fidei præuia sunt, titubare velit, nimium suæ cõditioni tribuens? aut quis propter imperitiã, non intelligẽs, propter hoc Dei verbum in controuersiã ponit? Nisi credideritis (inquit) non intelligetis. Nòn.n. credimus, quia intelligimus: sed ideo intelligimus, quia credimus, & intellectum nostrum in obsequiũ Christi captiuamus. Sit igitùr nobiscum noster Emanuel, qui sub nomine isto prędicari, voluit, & prænuntiari, quia nobiscum remanere voluit; cuius delitiæ essent cũ filijs hominũ. Teste Ps. qui quasi admirans, de tã præclaro, homini prestito beneficio ait: Quid est homo, quòd memor es eius, aùt filius hominis, quia visitas eũ? Minuisti eum paulominùs ab Angelis; quorum gloria, est cùm Deo esse, & illi quidẽ, non coniunctiores Deo, quìn potiꝰ in hoc inferiores nobis, quippè, qui nèc conficere Eucharistię Sacramentũ possunt, nec sumere debent; In eo aũt excedunt, qđ per speciem habent, & vident, qđ nos p fidẽ contẽplamur; vlteriùs nõ est quod missam faciamus, aut paruipendamus ppetuã, nedũ antiquissimã illã, q̃ ab Ecclesia traditionẽ suscipimus, à qua in his, q̃ fidei, ac Diuini cultꝰ sunt, rationem accipimus; Quæ nos docuit, non obseruanda sabbata, diem verò, q̃ Dominicã nuncupamus, solemni ritu, summoq; honoris, & laudum præconio celebrandam. Ipsa nos monuit tandẽ non circuncidendos, ceremonias veteris legis reijciendas; Agnorum, cęterorumq; sacrificia aĩalium propulsanda. Deniq; ipsa nos erudiuit, & continua obseruatione edocuit, hoc esse cæterorum sacrificiorũ sacrũ, nouum, solemneq; sacrificium; oĩum vmbras, ac figuras veterũ, sua veritate pficiens similiter, & illustrãs. Quod vsq; ad hãc horã perdurasse, & velint, nolint Hæretici, pseueraturũ, quousq, in terris militabit Ecclesia, eodẽ Dño affirmante: Eccè ego vobiscũ sum oĩbus diebus vsq; ad cõsumationẽ sæculi: didicimus.

Isa. 7.

Psal. 8.

Christianorum dignitas, & authoritas

Mat. 28.

Vnum tantùmodò hìc apponendum videtur, qđ ex Isaiæ verbis desumitur, vbi dicitur: Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si dedero triticum tuum, vltra, cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum, in quo laborant: quia, qui congregabunt illud, comedẽt, & laudabunt Dominũ, & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis. Transite, transite per portas: præparate viam populo: planum facite iter, & eligite lapides, & eleuate signũ ad populos. Eccè Dominus auditum fecit in extremis terræ: Eccè Saluator tuus veniet, & eccè merces eius cum eo, & opus illius coram eo. Populus sanctus redempti à Domino. Sunt autèm hæc Prophetarum oracula, eo grauissimo sensu perscrutanda: quo ad nostram doctrinam sint intelligenda. Apostolo enim teste: Quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Singula igitur nobis in tanti ratione mysterij obseruanda sunt verba. Iurat Dominus: Quidni semel, sed iterum iurat? An forsan inanitèr, aut de re parui momenti iurabit,

Isa. 62.

1. Cor. 14.

Iurat Dominus dr. qui iurat? quod aut ad rem nòn facit, aut parui facit. F Ad quid iurat? Iurat igitur Deus in præcipuis suæ omnipotentissimæ celsitudinis mysterijs. In solis enim Christi mysteriorum archanis iurasse Dominum perspicimus: Vbi difficilior est nostræ mentis assensus.

Iurauit itaque primò Dominus in maximo illo incarnationis, & redemptionis mysterio: Per memetipsū (inquit) iuraui, quia fecisti hanc rem, benedicam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes Gentes. Iurauit Christi Sacerdotium æternaliter in Ecclesia permansurum: asserente Propheta: Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum? Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Iurauit daturum se Populo suo terram promissionis, quam perpetuò essent possessuri. Quod spectat ad illa vitæ æternæ bona, quæ Deus præparauit diligentibus se: Abundare te faciat Dominus omnibus bonis fructu terræ tuæ, quam iurauit Dominus patribus tuis, vt det tibi. Aperiet Deus thesaurum suum optimum Cęlum, vt tribuat pluuiam in tempore suo. Iurauit se recessurum à Populo Iudęorum propter infidelitatem ipsorum: Ecce ego (inquit) iuraui, in nomine meo magno: quià nequaquàm vltrà vocabitur nomen meum in ore omnis viri Iudæi. Iurauit se nobis ipsum præbiturum, dicente Sancto Zacharia: Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham puerum suum, daturum se nobis.

Gen. 22. *Ps. 109* *Deut. 28.* *Hier. 44.* Sæpè iurat Dominus.

Iurauit igitur de aduentu per incarnationem: Iurauit se non in Iudæorum Synagoga, sed in Ecclesia permansurum, cui seruiamus in sanctitate. Iurauit Sacerdotij æternitatem, secundū ordinem Melchisedech, & alibi. Iurauit Dominus, Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Iurandum restabat, & de his: ex quibus sui corporis, & sanguinis perpetuam Ecclesiæ Catholicæ obseruantiam, confici ordinauit. Et hoc est iuramentum, quod ad tantæ rei Sacramentum, apertè monstratur. Ad quid iurabit Dominus de materiali, vt cibus est corporis, vitæque temporalis tritico, qui nos ab huiusmodi cura eximere voluit, dum iubet: Nolite, solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus: Scit enim Pater vester, qui dat omnibus affluenter, quia omnibus his indigetis: Ipse enim est, qui dat escam omni carni.

Ps. 131. *Matth. 6*

Cæterū peculiaris prouidentię, hoc præcipuè oīum Dominorum munus exigit: vt seruis suis congrua, sufficiensq; præbeatur annona: Quod & in sancto illo Patriarcha manifestatur: Si Dñs De⁹ meus fuerit mecum, in via ista, per quā ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum: erit mihi Dominus in Deum, &c.

Gen. 40.

Nobis etiam viatoribus, hoc contulit beneficiū Dñs, q̄bus abundè satis, de alimētis prouidit. Et panis (inquit) quē ego dabo, caro mea est ꝑ Mūdi vita: Qui mãducat hunc panē, viuet in ęternū. Nā & seruo suo Dan. Dñs p Angelū, & Abachuch: ex miraculo prouidere voluit. Et Propheta: Oculi (inquit) oīum in te sperāt, Domine, & tu das escam illorum, in tēpore opportuno: Aperis tu manū tuā, &c. Augustino dicente: Verè magnus Dñs, & misericordia eius vera: Qui nobis dedit manducare corpus suum, in quo tanta est perpessus, necnon, & sanguinem suum bibere. Quippè, qui pullis coruorum inuocantibus eum prouidet. Qui solem suum, oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos.

Dei prouidentia. K *Dan. 14.* *Ps. 144.* *In Ps. 33*

Vndè igitur tanta cura tritici? An non omnes gentes etiàm, quæ Deum ignorant, vbertate terræ gaudent? Quid si multis passeribus pluris sumus nos? Huius itaq; tritici, summa hęc ostenditur ratio, quià, Arua sunt, quæ non afferunt cibum, & Nationes sunt, in quibus non reperitur germen, in vineis. Iurat Dominus, & in dextera sua iurat, & in suæ fortitudinis brachio, per æternam clementiam benignitatem, & charitatem iurat, qui in charitate perpetua, dilexit nos. Iurat per fortitudinem, ac sui brachij omnipotentiam .i. per filij sui vnigeniti fortitudinem: Qui portat omnia verbo virtutis suæ. Ipse brachium Domini, qui est potentia Patris, solis adhùc infidelibus tantùm reuelandum. Si dedero triticum vltrà inimicis tuis: hæc ad solos fideles spectat promissio illos, quos non fraudandos esse frumento insinuat, dicente etiam Propheta: A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. Non enim de vulgari frumento, loquitur sermo propheticus: Sed de quodam spirituali, vbi dicitur: Frumenti tui, & vini tui: de quo, & per alium Prophetam: Aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Iurat in dextera, quia acceptum panem in dextera, illud consecrauit in corpus, & vinum in sanguinem. In brachio: quia nulla alia poterat virtute confici: qua etiam passim conficitur, & consecratur, cùm idem repetitur. Hoc est corpus meum. Et quod manu accepit consecrandum: brachio porrexit suscipiendum. Accipite, & comedite ex hoc omnes.

Hebr. 1. G *Psal. 4.* *Isa. 45.* Iurat De⁹ in brachio suo. H

Qui congregabunt illud, comedent, & laudabunt Dominum. Quis cibus nunquàm à laude disiunctus? nonnè de quo, & alibi per Prophetā dr: Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dñm, qui requirunt eum? Manducant diuites, manducant Principes, Sacerdotes, nobiles, Regesque, & omnes pingues terræ: Manducant, & pauperes, ignobiles, & qui non habent argentum; Et tamen singulos sumentes, humiles esse oportet, laudantesque, & adorantes: qui eum ad salutē sumere digni sunt. Vndè Augustinus. Quorundam (inquit) abusus Christianorum, qui grauabàtur in missis audiendis diu interesse in Ecclesijs, non patiebantur, insectatur, inquiens: Adhùc conqueri vobiscum volo, (quod valde dolendum est,) quia sunt aliqui, & maximè potentes huius Mundi, qui cùm veniunt ad Ecclesiam, non sunt deuoti, ad Dei laudes celebrandas: Sed cogunt etiam Præsbyterum, vt abbreuiet Missam, & inter Dei laudes miscent sermones, veluti curis sæculi impliciti, qui hanc Dei sententiam, spernere cernuntur, dùm non Deo, sed negotijs sæculi vacant. Quibus aperiri poscentibus respōsurus est, in iudicio Dominus. Amen dico vobis: Nescio vos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatē, & recepistis mercedē vestrā.

Psal. 21. Manducāt multi Christi corpus, sed dignè pauci. I *Tom. 10.* *Ser. 251.*

Ad vitam quidèm cibus sumitur, ad quam spectat hic Christi corporis cibus, in eo quod subditur: Viuent corda eorum, in sæculum sæculi. Nostri, nòn alterius frumenti, aut tritici, nostri, non alterius vini, quæ, tanti subministrant materiam sacramenti, peculiaris Domini inest cura, qui Domino sacrificamus, quod ablatum est à Iudæa, non confirmatum: attestāte Domino per Prophetam: Depopulata est Regio, luxit humus, quoniam deuastatum est triticum, confusum est vinum, & vinea confusa est, perijt sacrificium, & libatio de domo Domini, &c. Iuramentum, & sumpta promissio, est verbi Domini, quod permanet in æternum;

Psal. 21. *Iocl. 1.* Iuramentum Dei est promissio eius.

Vbi

Vbi bibendum in atrijs Domini Sanctis, apertè monstratur. Quæ sunt atria Domini, nisi Ecclesiæ, in quibus laudatur, & colitur Dominus? Vbi sacrificium offertur Domino? Vbi specialitèr de vino fit mentio, nō ex ea tantùm parte sacrificij, proptèr quod seorsùm in vino fit sanguinis consecratio: Verùm, quià licèt infirmis, aût legitimo præpeditis impedimento, deferatur in domos corporis Christi Sacramentum, nulli tamen, nec Episcopis, aut Sacerdotibus, licet conficere Sacramentū, & sanguinem sumere, nisi inter celebrandum.

Qui ab Eucharistiæ Sacramento arceantur.

Postremò adhortatur Dominus eos, tàm ex gētibus, q̄ ex Iudæis, qui extra Ecclesiam sunt, in ipsam per portas eius. i. per fidem, ac fidei Sacramenta, introire, vbi æternæ vitæ cibum inuenire poterūt. Transite (inquit) ò Iudæi, à Synagoga ad Ecclesiam, ab vmbraculis ad lucem, à figuris ad figuratum. Transite gentes ad Idolatria ad Dei cultum, à tenebris ad lucem. Præparate viam populo, quia ingredientibus uobis, multi ex vestris subsequentur. Planum facite iter per Baptismum, nec non per confessionis Sacramentum: Offendicula peccatorum submouete. Eligite lapides, Sanctos videlicèt Ecclesiæ Christi Martyres, quorum exemplo confirmemini, aut præcipuos Doctores, quorum eruditione stabiliamini. Eleuate signum in populis; date voces conuersionis vestrę; Christum, quē negastis, & in quē non credidistis, extollite, & exaltate, adorate, implorate, & superexaltate; non voce tantum, sed moribus; non sola fide, sed & operibus. Hoc concinite, quod iam Dominus auditū fecit, in extremis terrę, vbi admirabile fecit nomen suum, in vniuersa terra. Ipse. n. misit suos in Mundum vniuersum, prædicare Euangelium omni creaturæ: Et quasi tubarum cœlestium, quæ enarrant gloriam Dei, aperto clangore; In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Martyrum fides & cōstantia magna sunt fidei nostræ munimenta.

Psal. 18.

Quòd si animo ad Deum conuerteris, ecce Saluator tuus qui omnium in se sperantiū Saluator existit, venit, & tibi. Venit oībus per incarnationē, & merces eius, cum eo. Quæ merces Christi, aut quæ merces Dei? Si quid aliud à Deo, quid nobis cū eo? Ego (inquit ipse) Merces tua magna nimis. Merces Dei, ipse filius Dei, Deus. Hanc secum Christus contulisse mercedem, dicitur: An non scriptum est, summam hanc mercedem dilectis eius præparatam? Vna tantū merces, quià vnus tantùm Deus. Et tamen ea merces, quæ cum gloria, non nisi post mortis somnum, exhibetur dilectis, ipsa, sine gloria, non tñ absq; gratia, ijsdem rite sumentibus, viuentibus, exhibetur. Aduenisse igitùr Christum cū mercede, non quacunque, sed sua, insinuat: necnon ipsum realitèr fidelibus suis se prestitisse. Et opus illius coram eo. Quia solius Christi virtus, hoc conficit Sacramentum. Hoc autem opus eius, non, nisi coram eo, quia in Ecclesia, & in Altari, in sacrificium consecratur, & offertur, speciale hoc mun⁹ Ecclesiæ, quæ tali ditatur præsidio, decoratur arrabone, gaudet priuilegio. Quasi nauis institoris, de longè portans panem suum. Quis institor, cuius ipsa nauis suum deffert panem? Nonnè ipse Christus, nauis author, & gubernator? Quæ nauis eius, nisi Ecclesia eius, adhuc militans, huius maris magni, & spatiosi sæculi, fluctuum agitata procellis fabricata lignis, & clauis. i. Cruce Christi crucifixi? Hæc (inquā) non alia, panem suum, non alienum, quia vltrà, non datur alienis fert secùm. Quis Ecclesiæ panis? Audi:

Gen. 15.

Vna oīum nsi, & merces laborātium Christus Iesus.

A Ego sum panis viuus, & iterū. Panis, quem ego dabo, caro mea est, pro Mundi vita. In naui requirendus est panis iste, quem nec sciunt, nec agnoscūt, nisi qui in Ecclesia sunt. Sic olim Hebræorū turba, manna nō agnoscebat, sed dicebat mahu. i. quid est hoc? Cui respondit Moyses. Hic est panis, quem dedit vobis Dominus. Ita incognitum est huius cœlestis panis addititissimum mysterium, his omnibus, qui procùl sunt ab Ecclesia.

Quib⁹ ap-tū sit, cęlestis panis mysteriū.

De longè portat Ecclesia hunc panem, quæ de Cęlo suscipit, magis de longè, quàm manna descenderit, quia in Cęlo nunquàm manna fuit: imò Nemo potest ascē-B dere in Cœlum, nisi qui descendit de Cœlo, filius hominis, qui est in Cœlo. De longè venit, qu a longè à peccatoribus salus erat. Nunc autem propior est nostra salus, quàm cum credidimus. Et quidem non plures, hæc nauis, portat panes, sed vnum panem, de quo omnes cōmunicamus. Quod & ille edocuit, qui edoctus fuit in Cœlo, raptus vsque ad tertium Cœlum. Panis, quem sumimus, aut frangimus, non ne communicatio corporis Christi est? Attende panis vnitatem, attende, & huius panis fractionem. An diuisus erit Christus? Absit, omnes idem sumimus, qui de vno participamus. Et sicut cum de Cœlo descendit, non C tamen esse in Cœlo per diuinitatem cessauit; ita & à terris in Cœlum ascendens, sic ascendere voluit, vt terram non omninò relinqueret, aut nos sua præsentia omninò fraudaret. Eccè inquit: Ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi.

Ioan. 3.

1. Cor. 10.

Panis vnitas.

Vnum, & eundē oēs panem sumimus.

Matt. vlt.

Proterua Hebræorum natio, infidelis gens, & incredula, duræ ceruicis populus, qui post haustū inundātis aquæ à silice proculum, cum per terram desertam, inuiam, & inaquosam transcurreret, adhùc in suo perdurans infidelitatis errore, in tam execrādum blasphemiæ facinus, ob murmurationem contra Dominū, incurrit, vt Dei omnipotentiam in controuersiam ponere non D erubuerit. De quo per Prophetam: Generatio praua, & exasperans, generatio, quæ non direxit cor suum, & non est creditus, cū Deo spiritus eius. Quid est hoc, tàm exitiale delictum, in quod Rex & Propheta ille sic excanduit, quo tantoperè lacessitus, prauæ illi generationi, tàm acriter contumeliarum verbis, & probris insultet? Quid namque dixerunt? Malè locuti sunt de Deo. Dixerunt: Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? quoniam percussit petram, & fluxerūt aquæ, & torrentes inundauerunt: Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Hinc potissimùm ab eis nunc exacerbatus est Dominus, qui E cùm anteà in castris spiritum Moysis, adeò irritassent, cùm in deserto sitibundi, aquas importunè exposcerent, eos de edulijs murmurantes, audiuit; Et intantum in eos Domini furor, & ira efferbuit, vt panem tunc dare distulerit. Et distulit (inquit Propheta,) & ignis accensus est in Iacob, & ira Dei ascendit in Israel. Sed quare? quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius. Tunc enim, nec panem merebantur accipere; propterea distulit Dominus, nec, quod peruersa gens, superbiendo, & murmurando flagitabat, obtinuit. Tunc igitur panem distulit, & carnes, velut carnalibus concessit. Et pluit super eos, sicut puluerē carnes, &, sicut arenam maris, volatilia pēnata. Et velùt, qui pro pane carnes, ex indignatione, ipsis infidelibus nō denegasset, dum adhùc escæ eorū, in ore

Iudęorum proteruia.

Psal. 77.

Iudęorum insania.

Carnes sic p Iudæos pluit Dominus.

ipsorum consisterent, ira Dei ascendit super eos,& electos Israel impediuit. Contra quos, propter duó, iratum fuisse legimus Dominũ: & quia nõ crediderũt in Deo: & quia non superauerunt in salutari eius. Igitur panis mysteriũ, vsq; ad Saluatoris aduentum protendebatur.

Ira Domini in Iudeos.

Qua in re, facilè cõtueri possumus, q̃ longè is, quem Dauid ordinẽ contexuit, ab eo, quem Moyses hystoriarum registrator edocuit, discrepet. Moyses quippè, vt Propheta, hystorias contexere elaborauit, eorum facta commemorans, quibus, velut typicis sensibus, & figuris, occulta præsagiebantur futura mysteria. Dauid autem, cùm in iam propinquioribus versaretur mysterijs, nulla historiarum serie, sed diuerso prorsus ordine, sic ista recensuit. Estò igitùr: Referente Moyse. priùs cibati sint in deserto, tã carnibus volatilium pennatorum, quàm manna ipso; imò vno legali die, cibus vterque illis fuerit præstitus, dicente Moyse: Vespere comedetis carnes,& mane saturabimini panibus. Post cibum ad sitim extinguendam, aquæ fuerunt illis exhibitæ de petra, quod apertè constat sequenti capite: Vbi populus sitijsse legitur, & ipsa siti vrgente, aduersus Moysem, quòd illos in desertum conduxerit, vt siti consumerentur, insurrexisse.

Exod. 16. *Ibidem.* 17. Iudeorum sitis.

Quare igitur Sanctus,& eximius ille Proph. Dauid, dum hæc recensuit, potum cibo præponens, sic à proposito visus est aberrasse? Cur inquam in summam Dei bonitatem, & potentiam infidelitatis errore detentos, tàm effera mente, in Dominum insurrexisse proteruos, sic hæc, diuerso ordine copulauit? Cum igitur neuter Propheta à veritatis tramite deuiasse credendus sit, ad alium sensum Prophetæ dictum inflectere, nè quid absonum videatur, oportet; Fateamurq; necesse est, vt in alios infideles, in ipsiusq; Dei potestatem, ac virtutem blasphemos, hæc ille iure Vates intorqueat. Hi sunt Heretici, nostra hac tẽpestate suborti: hi sunt, qui male locuti sunt de Deo, & dixerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam in Deserto. Iudæi siquidem, cum aduersus Dominum, ad petram contradictionis oblatrarent, iam pasti erant, iam satiati panibus, iam saturi carnibus; Ergò non ad ipsos sermo, nec de ipsis sermo. Hìc conqueritur Propheta, de dubitatione illa, quæ petræ percussionem subsecuta est: Ergò non de pane, aut cibo, seu mensa illa, quæ sterilis percussionẽ marmoris, antecesserat, sed de eo pane, mensa, & cibo, quæ postmodùm fuere exhibita: Ergo ad petram aliam, recurramus, oportet. Petra autèm (inquit Apost.) erat Christus. Ad quod mysterium, nos reuocat: Nolo (inquit) vos ignorare fratres, quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eandem potum spiritualem biberunt, consequente eos petra: Petra autem erat Christus.

Moyses,& Dauid cõcordes adinuicem. Hæreticorum blasphemia. 1.*Cor.* 10. *Ibidem.*

Hæc sunt diuina mysteria, in figuris, ac nubibus illis, antiquis Patribus præsignata,& tradita: de quibus Augustinus. Audita quidem sunt in veteri testamento, quæ cognoscuntur in nouo: Audita cum prophetarentur, cognita cum implerentur. Nam, & Myses,& Patres nostri narrauerunt nobis. Ista est petra obiurgationis in quam, temerè impingẽtes Heretici, offensi fuerunt, dicentes: Durus est, hic sermo &c. & iterum supra: Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis, qui de Cœlo descendi. Quibus respon-

In Ps. 77. *Cap.* 6.

F dit Christus, dicens: Nolite murmurare inuicem. Nemo potest venire ad me,&c. His quidem, scilicet, credulis, dictus est lapis angularis, duos in vnum firma compage connectens; Qui manducat hunc panem, in me manet, & ego in eo: Incredulis vero lapis offensionis efficitur. Et recesserunt à Christo, ac erecta ceruice, insurrexerunt aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.

Christ⁹ lapis angularis.

Murmurant itaque oblatrantes Hæretici, dicentes: Nunquid, & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Quænam tanta panis, aut cibi difficultas, per quam Christi potentia in controuersiam vertatur? Dictum est siquidem de illis: Cibauit illos ex adipe frumenti,& de petra melle saturauit eos. Facessat igitur omnis murmuratio, contra Dominum; procùl hinc proterua detractio, nec vlteriùs insonet in auribus insipientium: Nunquid, & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Hoc infidelis dixerat, quod retulit Hæreticus. Quomodò potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Et tamen, illũ ante percussionem petræ, mensa paratur: hìc autem sumendus post petræ percussionem, cibus opponitur. Hoc facite (inquit) in meam commemorationem. Percussa hac petra, panis iste relinquitur, quia mortuo in Cruce Christo, passionis suæ, nobis, iugis in Sacramento memoria exhibetur, atque recolitur. Anxiatur Hæreticus,& quisquis fidei catholicæ expers, non capiens tanti verba mysterij, nec transubstantiationis substantiæ, panis in verum,& reale Christi corpus, modum valens attingere; cùm tamèn, hocmet in Christo, imò, & in nobis naturæ virtus peregerit, cuius virtute panis, quo vescimur, in carnẽ conuertitur,& sanguinẽ.

Hæreticorũ murmuratio. G *Psal.* 80. H Trãsubstãtiationem panis ĩ carnem nõ capit Hæreticus.

Quid (incredule) naturæ concedis, quod in naturæ authore audeas denegare? Quæ naturæ virtus, nisi quã sibi author naturæ communicat? An forte naturæ legibus, naturæ author obuoluitur, & obstringitur? An supra naturæ authorem, naturam ipsam attollis? Nùm abbreuiatam adeò manum Domini labans efficis, vt vltra non possit, aut supra, quam possit ipsa natura? Quid si rediuiuos à tumulo prosilire mortuos sua voce vidisses? aridos, cœcos, surdos, & mutos, &c. incolumitati donatos?

Hæreticorum incredulitas, & dementia. I

Proptereà igitur Hæretici aliud sibi commentum effingunt, suadere nitentes consecrationis verba illa à Christo prolata, dum ait: Accipite,& comedite. Hoc est enim corpus meum. Non vera, aut realia, sed metaphorica, non efficientia, inquam, sed significantia. Quibus in verbis, nil aliud contentum esse astruunt, nisi dictum, solum significatum amplectens: Sicque de significato, aut figurato, iterum transeunt ad figuram. Apostolo namque teste, in veteri illo testamento, vbi omnia in figura contingebant illis. Panis iste supercœlestis, per manna illud cœlitus emissum præsignabatur. Et ideò inquit, vt supra diximus: Omnes candẽ escam, & eundem potum sumpsisse. Nòn erit igitùr hic cibus figuratus tunc, cum figura non ad figuram, sed ad realitatem, & veritatem necessariò terminetur. Et ideò Christus cum sub figuris, aut tropis, siue parabolis, aliquid occultaret, nè in figuris vlterius Ecclesiæ suæ mysteria pateretur abscondita, seipsum expressius declarauit, vel ab Euangelistis voluit declarari, vt veritatis magister vocaretur, & esset. Nam & alibi cùm parabo-

Hæreticorum malitia. K 1. *Cor.* 10

parabolicè loquens, regnum cælorum decem Virginibus assimilasset, ipse eam quā docebat, parabolam exposuit: Ideò & vos estote parati &c. & iterum cum dixisset regnum cœlorum, simile etiam Sagennæ missæ in mare. &c. In fine subintulit: Sic erit in cōsummatione sæculi: Exibunt Angeli, & separabunt malos, de medio iustorum &c. Aliquando interpretabatur ipse, instantibus Discipulis, vt ignaris innotesceret, dùm sępe ab eo exposcerent: Edissere nobis parabolam. Aliquando Euangelista discussit à figuris verba Saluatoris: vt cum dixisset Iudeis, Soluite templum hoc, & ego in triduò reædificabo illud: adiecit Ioannes: Hoc autē dicebat de templo corporis sui. Et supra, cùm sub metaphora de se loqueretur: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum: Statim Euangelista inquit: Hoc autem dixit, significans, qua morte esset moriturus. Nec Christus igitur, nec Apostoli, nec Euangelistæ passi sunt sub figuris Ecclesiæ suæ sacramenta inuolui. Nec tanti fecerunt Iudeorum Synagogam, vt illam præferre viderentur Ecclesiæ, quæ luci exposita apertis nos doctrinis erudit, Soli autem tenebrarum filij, soli (inquā) hæretici latibulis adhùc assueti, quæ apertissimis probātur omnium scripturarum oraculis, sanctorumq; omnium doctrinis, sub figuris occultant.

Mat. 25. *Mat. 13.* *Cap. 12.*

Non igitur euidentia solùm, & aperta sunt Christi verba de veritate huius augustissimi sui corporis, & sanguinis sacramenti: Verùm nullis conuenientioribus, aptioribusve terminis, uerbis, aut vocibus, veritas explicari, probari, aut aperiri potuisset: Quæ si obscura fuissent, aut ad alium sensum reflecti potuissent, quomodò in re tam graui, in negotio tanti momenti obticuissent omnes apostoli, qui & aliorum Christi verborum sensa obscuriora scrutati fuerunt.

Aperta testimonia Euchari-stiæ veritatem comprobātia.

His autem, qui passi fuerant scandalum, Iudeis scilicet, carnalitèr Christi verba sumentibus, & solùm intelligentibus, sic respondet Christus, vt prauam cordiū suorum duritiem, sua responsione confundat. non aliterq; quàm vt dixerat, intelligatur, factique realitatē sequenti verborum serie confirmet, & roboret, cum subinfert. Hoc est corpus meum. Abhorret namque stylus rerum grauissimarum, vt per ambages, seu incertas voces, quod recensetur proferatur. Nec patitur testatoris vltima sententia, vt aliter quàm vt sonant verba, intelligantur. Nonnè à Iudeis conceptum remouisset scandalum ipse Saluator, qui ab eisdē aliud remouit, quando non lotis manibus manducare panem, non coinquinare hominem dixit, Quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum mittit: Qui ergò corroborauit, quod dixit: qd anteà retulerat, nouo argumento confirmauit.

Iudeorum scādalum.

Nō distorquēdas esse sacræ scripturæ sententias.

Mat. 15.

Attende itaque quomodò in hac quæstione grauissima, nequaquàm Christus obticuit, sed murmurantes sedare sategit: Nec falsò quidem, at verè, nec in signo apparentèr, verùm realiter suam se tradere carnem, intelligi voluit. Murmurantes ergo compescuit: iterumq; quod anteà retulerat, confirmauit, cùm murmurantibus illis superaddidit: Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, &c. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Ioan. 6.

Obserua Christum, ad fidei terminos remittere negotium, hæc præponens cæteris dictis. Qui credit (inquit) in me habet vitam æternam &c. Quia sola fide

A capitur totum, quod ibi continetur: Iuxta Ecclesiasticū carmen. Quod non capis, quod non vides: hoc cognoscit vera fides. Et alibi: Et si sensus deficit, ad firmandum cor sincerum, sola fides sufficit. Iacto igitur pręcipuè in hoc sacramento, fidei fundamento, corroborat quod dixerat, se videlicet esse panem, quem edendum prædixerat, subinferens denuò: Ego sum panis viuus qui de Cœlo descendi, &c. Credentibus itaque sequacibus de reali corporis Christi commestione, sed adhuc illis de modo altercantibus, velùt ignaris huius comestionis extra nauseam, alterius modi communis, & consueti, nondum compotes effecti, altercabantur,

Fide cognosciui Euchari-stiæ mysterium.

B hæsitantes. Quomodò potest hic nobis dare carnem suam, ad manducandum? dixit illis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi, erat prius? tanquam diceret: Vt quid vos admiramini seu in uerbis meis scandalizamini? Quod si uos discipuli, & amici ex meis verbis scandalum sumitis, quid de inimicis? quid de insidiatoribus & obseruatoribus, vt me in verbo capiant? dixistis namque: Durus est hic sermo, & quis potest ipsum audire? tanquàm apertè diceretis; nec uos discipuli, & amici, nec cęteri etiam inimici capere potuerunt verbum, & animos accommodare dicto Saluatoris. Et tamen, (inquit Augustinus)

C sic oportebat, vt diceretur, quod nō ab omnibus intelligeretur. Secretum enim Dei, intentos debet facere, non aduersos: Isti autem citò defecerunt, talia loquente Domino. Non crediderunt aliquid magnum dicentem, & verbis illis gratiam aliquam cooperiētem: sed prout voluerunt, intellexerunt; & more hominum, carnem, qua, indutum erat uerbum, ueluti concisam distribuere credentibus in se inquiunt: Durus est hic sermo, qs potest eum audire? Quid autèm est hoc, quod intulit Christus: Si ergò uideritis filium hominis, ascendentem ubi erat prius? Hìnc soluit (ait Augustinus) quod illos mouerat: Hìnc aperuit vndè fuerant scandalizati; Hìnc planè si ipsi intelligerent. Putabant enim, cum

Trac. 27. in Ioan.

D erogaturum corpus suum. Ille autem dixit, se ascensurum in cœlum. Cum videritis (inquit) filium hominis, ascendentem ubi erat prius. Certè, uel tunc uidebitis, quia nō eo modo, quo putatis, erogat corpus suū: Certè uel tunc intelligetis, quia non consumitur morsibus: sed quòd spiritus est, qui uiuificat: & caro nō prodest quidquam.

Vbi non negligentèr prætereundum est (subintulit Augustinus) quod ait Dominus: Si ergò uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? filius hominis Christus ipse ex Virgine Maria: ergò filius hominis hìc cœpit esse in terra, ubi carnem assumpsit ex ter-

E ra. Vndè prophetìcè dictum est: Veritas de terra orta est. Nulla enim esset q̄stio, si dixisset Christus: Quid si videritis filium Dei ascēdentem vbi erat priùs? Cùm verò filium hominis ascensurum dixit, vbi erat priùs, nunquid filius hominis, in cœlo erat priùs, quando in terra esse cœpit? In terra loquebatur, & in cœlo se esse dicebat: dicente eodem supra. Nemo ascendit in cęlum, nisi qui descendit de cœlo. Filius hominis qui est in cœlo. Quò pertinent ista, nisi vt intelligamus vnam personam esse Christum Deum, & hominem? Christus ergò vnus est: Verbum, anima, & caro unus Christus: filius Dei, & filius hominis vnus Christus. Filius Dei semper, filius hominis ex tempore: tamen unus

Psal. 84.

Ioan. 3. Verbum, caro, & anima Christi vnus est Christus.

Christus

Christus, secundum vnitatem personæ, in cœlo erat, quando in terra loquebatur, filius Dei in terra, cùm nobiscum conuersabatur.

Obserua Christi responsionem, qua duritiē, seu proteruiam, tàm Iudeorum, quàm Hæreticorum prorsus infringit. Consultò enim proportionabilitèr de humanitate, & Diuinitate sua, tale astruit argumentum. Sicut ego, ex mea Diuinitate simul & in cœlo, & in terra realitèr, & uerè consisto: ita & ex humanitate postquàm ascendero in cęlum, sic ero in cœlo, secūdum carnem, vt etiam in terris realitèr existam: relinquo namq; corporis, & sanguinis mei sacramentum, per quod realiter in cœlo, & realiter in terra, (licèt illic & realiter, & naturaliter: hic autem realiter sacramentaliter) persistere volo. Iuxta promissionem meis fidelibus factā.

Iudeorum proteruia, Christi responsione contunditur.

Aduerte hæc sedulò, & mente recōde.

Totus igitur in cœlo per Diuinitatem, & totus in terra per Diuinitatem: totus in cœlo per humanitatem, & totus in terra per humanitatem. Nulla mutatio verbi, facta est per incarnationē, in verbo. Nulla mutatio corporis Christi, in ipso corpore, per cōsecrationem est fienda: Humanitas sola passa est mutationem, in incarnatione: Sola panis substantia, mutationi subijcitur in consecratione. Verbum, etsi in assumpto corpore, dimensionum legibus subiecto, realiter contineatur, nullis tamen legibus dimēsionum astringitur, aut tenetur, corpus Christi, quamuis sub accidentibus, dimensionū legibus subiectis, realiter reperiatur; nullis tamen legibus dimensionum ipsorum limitatur. Verbum indiuisibilitèr in corpore continetur: corpus Christi in Eucharistiæ sacramento indiuisibilitèr reperitur. Diuinitas tandem verbi, in assumpta humanitate, nullo argumento, nulla ratione, nullove oculo comprobari, aut videri potest, Nisi exterioribus argumentis operū diuinorum, & reuelationum, &c. Corpus Christi in sacramento, nec à quouis oculo corporali, siue etiam Angelico, videri potest, nec ratione aliqua suaderi, nec quouis argumento probari, sed sola fide conspici.

Christ' totus in cęlo est, & tot' in terra.

Hìc sacrosanctæ Eucharistiæ altissima occultissimaq; scrutare mysteria.

Corpus Christi, in sacramēto sola fide conspicit.

Optimè igitur duritiam illorum, & incredulitatem propulsat Saluator, dùm inquit. Quid si videritis filiū hominis ascendentem in cœlum, vbi erat prius? Tanquàm apertè concluderet. Si illud, quod spectat ad Diuinitatem, credituri estis; quare ea, quę De humanitate pronuntio, tanta mentis duritie contemnitis, & credere denegatis? Quid est ergo (inquit Augustinus) quod adiungit. Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quidquam? Dicamus ei. o Domine magister bone, quomodò caro non prodest quidquam, cùm tu mox dixeris: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in vobis? Et iterum. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam? An vita non prodest quidquam? Et propter quid sumus quod sumus, nisi ut habeamus vitam æternam, quam nobis tua carne promittis? Quid est ergò, Non prodest quidquam? Non prodest quidquam, quomodò illi intellexerunt: Carnem quippè sic intellexerunt, quomodò in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quomodò spiritu vegetatur. Sic ergo dictum est. Caro non prodest quidquam.

Accedat igitur spiritus ad carnem, quomodò accedit charitas ad scientiam, & plurimùm prodest. Nam si caro nihil prodesset, si ustra verbum caro fieret, ut ha-

F bitaret in nobis. Si per carnem nobis tantùm profuit Christus, per carnem, spiritus aliquid, pro salute nostra egit. Caro vas fuit, habet enim organum spiritus, quod est ipsa caro, & ipse est, qui uiuificat; Caro autem nō prodest quidquam. Non sic igitur, ego do ad manducādum carnem meam, sicut illi intellexerant, de carne secundū modum suum. Hæc ex Augustino: loco citato.

Frangit Christus panem, quia non vult, plures consecrare panes; Vnum consecrat, vt sit communio ex cōmunicatione vnius corporis, quod in vnitate consistit. Item de fractione panis sæpius mentio repetitur, vbi de hoc sacramento agitur, ut hinc clarius perspiciamus,

Cur frangat Christ' panem.

G non insistendum nobis, dùm de hoc sacramento agit', in illa exteriori forma, ipsisve exterioribus speciebus, quæ nostris offeruntur obtutibus, nec in illis immorandum accidentibus quæ oculis obijciuntur, verùm intimiùs perscrutandum, quę sub illis latent speciebus, quę renda abdita, interiora perspicienda, & quæ oculis occulta sunt, sacramenta, lumine fidei indaganda. Nam scriptum est: quatenùs Dauid immutauit vultum suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ. Cuius occulti mysterij scrutator Augustinus sermone secundo, in declaratione tituli, inquit. Mutauit in sacerdotio vultum suum, corā

1. Re. 21.

H regno patris sui. Tunc mutauit vultum suum (Dauid videlicet noster) cum, dùm in Iudea esset, sacrificium secundum Aaron, posteà de corpore & sanguine suo instituit sacrificium, secūdum ordinem Melchisedech. Et tympanis personabat, quia tympanum non fit, nisi cum corium in ligno extenditur. Tympano personabat Dauid, significans quòd crucifigendus esset Christus. Tympano autem ad ostia ciuitatis concrepabat. Quæ sunt ostia ciuitatis, nisi corda nostra; quæ clauseramus contra Christum? Et ferebatur in manibus suis. Quomodò ferebatur in manibus suis? Quia cum commendaret ipsum corpus suum, & sanguinem, accepit in

Psal. 33.

Tympanū Dauid.

I manibus suis, quod norunt fideles, & ipse se ferebat quodammodò, cum diceret. Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum &c. Sed & Moyses cum per deserti penetralia transiret, postquàm nemoribus, uepribus, & virgultis trāsactis, ad interiora peruenit, ibi Dei gloriam adesse cognouit. Hincindè diuina omnia sunt nobis obsita caligine, abdita sunt oculis, quæ peruia sunt fidei. Omnis enim gloria eius ab intus &c. & hac potissimum ratione uocatur cœna Dominica, ab Apostolo. Quia in cœna (saltèm ordinariè, & in pluribus) non naturali lumine solis, quem super bonos, & malos facit oriri Dominus, vtimur; sed lumen candelarū in

Psal. 44.

1. Cor. 11

Lumen fidei obscurum.

K obscuris tenebris, ingruentibus noctibus, ad uidendum accommodamus, quod est ipsum fidei lumen ab ipso authore fidei, nobis collatum; secundum quod scriptū est. Domine, in lumine tuo, videbimus lumen. Hac enim ratione vocatur cęna Dominica, non cęnæ exemplar, quia ibi, Dominus; non figura Domini, à cęnantibus sumitur; cùm uerè Dominica cęna celebratur, fideliterque recolitur. Cæterùm quid uobis uidetur, ò uerè fideles catholicæ fidei cultores, de Hæreticis, quanti faciant Christum? quàm magnificum prædicent, quā ardentem eum ostendant in ecclesia, sibi tamen adeò dilecta? Cui frustum panis in suo abscessu, pro suæ immensæ dilectionis pignore, reliquisse contendunt? Nonne inuidendùm esset ab ecclesia Christianorum, finagogæ

Psal. 35.

Panis ecclesiæ, Iudeorū māna longè pręstātius.

finagogæ Iudeorum, cui manna è cœlo præstitum erat, (A) quod non panis tantùm, sed eduliorum omnium suauitatem continebat, ità vt desiderium eorum, afferret eis, & non fraudarentur à desiderio suo: Ad quid specialiter, opus erat Apostolo, vt sibi à Domino mysterium istud reuelaretur. Si tale non esset archanũ, quod non ab alio, tantùm discere, sed suis proprijs potuisset oculis auspicari? Ego (inquit) accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Hoc ipsi reuelare, ipse Dominus voluit, quod supra hominum ingenia, ipse Dominus effecit. In qua nocte (inquit) tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum. Ineffabile hoc sacramen- (B) tum, maluit ipse Dominus, doctori gentium aperire, quò indubitata fide, omnes fideles, suscipere vnanimiter possent.

Cur magnũ & admirabile Eucharistiæ mysterium, fuerit Apostolo reuelatum.

Obserua insupèr quod idem Apostolus, paulò ante inquit. Vt prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod dico: calix benedictionis, cui benedicimus, nonnè communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quẽ frangimus, nonnè participatio corporis Domini est? Non incongruè igitur Marcus euangelista, non ignarus humilitatis Saluatoris, qui in cunctis abiectissimus extitit, cœnæ huius apparatum descripsit, in qua nil sublimius, nil æsu salubrius conuiuantibus sodalibus, exhi- (C) bendum erat: Non enim misit discipulos suos ad domum pauperum amicorum, seu cõsanguineorum, sed ad domum diuitis præpotentis. Ite (inquit) in ciuitatem ad quendam &c. Ipse ostendet vobis cęnaculum grande stratum: illic parate nobis. Ad quid grande cęnaculum, nisi ob grandiorem cęnam, cùm non cęna propter cęnaculum, sed cęnaculum propter cęnã eligatur? Hæc non obitèr permisit, sed sponte requisiuit, qui semper humilimus fuit.

Dominicę cęnę sublimitas.

Mar. 14.

Adhuc autem apud nos alterũ ex illis pretiosioribus vas ostenditur, quod Genuæ maxima veneratione custoditur, atque recolitur. Bone Deus. Quomodo adhùc in tantam lucẽ offendere possunt, nisi qui prorsus filij sunt tenebrarum?

Vas quod i cęna Dominica fuerat, apud Genuẽses reseruatũ colitur, & ostẽditur.

Ex his omnibus intellige, & firmitèr credens conclude, confitentem Christi omnipotentiam, Diuinitatem, eiusdemque erga nos summam benignitatem, ac dilectionem, nullo modo posse inficiari hanc veritatem, aut repudiare sententiam.

Cùm diabolus iam misißet in cor. &c. Mirum, & tremendũ facinus. In conuiuio Christi, ac inter discipulos eius, etiam diabolus inuenitur. Ecce quomodo inter filios Dei adsit & Sathan. Quomodò autem huc in- (E) trasti, tu Iuda, non habens vestem nuptialem? Certè ligatis manibus, & pedibus, in tenebrasque exteriores, nunquàm inde eruendus, mitteris. Vide agnos, adhuc inter lupos consistere. Vide in rete Domini bonos, & malos pisces contineri: Triticum cum zizania reperiri: Perpende sanctos cum peruersis conuersari. Sic enim decet, ne marcescat sine contrario virtus: & vt coronas perpetuas adipiscantur, quicũque legitimè certauerint. Aduenit diabolus, obduraturus mentem Iudæ, acturusque, nõ vt quod sanctum erat, sanctum non esset ei qui hoc non poterat, sed sanctum non sumeretur sanctè: & quasi rabidus canis, obsonium sanctæ bucellæ, totum oculo, sed protentior animo, exhibitum sumeret edulium. Adfuit & Iudas, conuiuioque interfuit:

Intererat & diabol⁹ cœnæ Dominicæ.

Ecclesia militans.

Sed vtinam, tempus miserendi eius obseruaret, & veniam in conuiuio, quam Magdalenæ nouerat non negatam, poscendo, obtineret. Quia tamen actum erat in animo eius, veluti cuius mentem iam auaritiæ pestis, totam occupauerat, cuius cor, nec magistri lenitas, nec mansuetudinis benignitas, poterant à concepto scelere, reuocare: Potius malum sibi ex beneficio parat, abutiturque benignitate, & mansuetudine indignatur. Hæc Iudæ inhumanitas: hæc discipuli proteruitas: quem, nec mensæ communio placauit, nec facinoris fera, ac ante inaudita peruersitas, ad resipiscendum traxit. Iusto autem Dei iudicio, in diaboli potestatem damur, & in concepta malignitate relinquimur, tunc maximè, cùm impij nec benignitate flectimur, nec beneficio, seu clementia à nostro facinore resipiscimus.

Pessima ingratorum consuetudo. Iudæ proteruia.

Cùm diabolus iam misisset in cor, &c. Diabolus miserat, & quod ille miserat, miser ille non reiecerat. Impius, semen mittit impietatis. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & sibi similem in impietate constituit. Miserat impius suggestor, in agrum Domini zizaniam hanc pessimam, & radicem in corde Iudæ fecit: Ità ut iam impietatis fructus, in proprij magistri necem produceret. Hoc autem sibi ad obfirmandam, in corde Iudæ impietatem, præscripsit diabolus: quo supplantator inter epulas efficeretur: Et dum adhuc escæ essent in faucibus eius, magnificaret super magistrum suum supplantationem, & quidem misit in cor: neque intus in cor mittere potuisset, nisi simul & ipse in Iudam introisset. Hoc est enim in tentationem intrare, idest tentatori aditum præbere: alioquin quomodo misisset in cor, si occlusum cor inuenisset? Si illi prius non patuisset cor? si occupatum, plenumque cor inuenisset. Imò in cor diabolus non mitteret, nisi & traditum illi cor simul fuisset. Absit autem, vt qui nec in porcorum corpora intrarę poterant: in corda hominum ad libitũ introire possint. Qui autem nec iumenta, nec cætera bo- (D) na temporalia, molestare Sathan, apud Iob poterat: quomodo cor hominis pro sua voluntate occupare poterit, bonaque omnia dilapidare? Tradidit ergò Iudas, prius cor suum diabolo, quem diabolus mox technarũ suarum compotem fecit, suorumque votorum ministrum. Expressiùs autem infra, post bucellam, Sathanas intrasse in Iudam describitur: dùm ad finem, facinus, quod conceperat, reducitur: Et quòd in cor, per cogitationem introduxit, posteà opere compleuit.

Diaboli officium.

Sathanas i Iudã cur intrauerit.

Cum diabolus, &c. Diabolus in Iudam, velut in rem suam, & in possessionem suam, quæ sua semina sunt: misit. In cor eius, sicut in propriam domum suam, & in suum vas, præparatum, virus suum immittit. Hæc autem Iudas, de se ipso disposuerat: veluti qui prius impius in pios extiterat, & crudelis in pauperes Prius pietatis prętextu murmurabat condemnans pietatem: Deindè, cum in peccatorum profundum peruenerit, contemnit.

Iudas diaboli mancipium.

Factus igitur apostata à Christo, totum se diabolo commendauit. Adhùc quem scelestum iam diabolus agnouerat, se conuertit. Nec abhorret ingratus discipulus, tantũ perpetrare sacrilegium immanissimumq; facinus committere. Quod faciens statim diabolus Iudam suum impulit ministrum, vt aduersus Christum quodcunque cogitauerat impleret. Hæc enim munia sunt iniquorum discipulorum Christi in ecclesia, quibus

Iudę ingratitudo.

Diaboli versutia.

bus peiores, vix aliqui repeiinntur ex laicis. Agnouerat diabolus, hunc inter cæteros solum plusquã Christum amare pecunias, deditumq; auaritiæ, quæ est dolorum seruitus. Agnouit inter cęteros, proditurum Iesum, Iudam ingratum discipulum, ideò ad hunc conuertitur persuasurus facinus, quod vix alius excogitasset.

Non cogit nos ad peccandũ dęmon, sed suggerit.

Non compellit Sathanas, sed impellit, non efficit, sed suggerit ille peccata; suadet (inquam) non cogit. Circuit ille non ingreditur: quærit quem deuoret, non tamen rapit, nisi volentem: nec intrat, nisi aperiatur sibi. Quapropter vt resistamus, adhortatur nos Apostolus. Nolite (inquit) locum dare diabolo: Et aliuscoapostolus. Cui resistite (ait) fortes in fide. Sic enim non super id quod possumus, tentari permittimur: sed vt per tentationem, Deus in nobis, prouentum faciat, vt coronentur, quicunque legitimè certauerint.

Ephes. 4. 1. Pet. 5.

Cum diabolus misisset in cor, &c. Quò tantũ impietatis scelus, non ab alio, quàm à diabolica perfidia excogitatum agnoscas, authorem facinoris, & magistrum ostendit diabolum, quasi humanæ mẽti hoc infandum sacrilegium non potuisset illabi, nisi diabolica impietate suggestum. Hinc autem discas quanta versutia, quantisve machinis in cor mittere, sua tela conetur humanæ naturæ, tàm improbus hostis: gnarus profectò, quod talis aditus ingressu obtento, cætera omnia mala sibi polliceri possit indè euentura; quandoquidem à corde exeunt, velut ab infecta radice, quę coinquinant hominem, homicidia, odia, sacrilegia &c cæteræque omnes cogitationes malæ. Hinc licet ab vno crimine discere omnes, diabolique eam esse naturam, vt nullum malum intentatum relinquat, omniumq; flagitiorum incitamenta mortalium pectoribus inserat, nulli parcẽs hominum conditioni, gradui, sexui; ita vt inter cœnæ Dominicæ conuiuas, vnum e mensa Domini surripere potuerit. Quis igitur cordis sui ostium, diabolicis tentationibus non præcludat? qui diabolica suggestione Iudam Magistri sui proditorem effectum videat, Iudeosque, itidem Messiæ sui occisores?

Humani generis hostis crudelissim' est diabolus.

Diaboli natura & conditio.

Qui autem horremus, & nostris in præcordijs Iudæ facinus detestamur, quo iam impiæ suggestioni, sic consensit, vt magistrum suum pariter, ac nostrum dominum, & regem Angelorum, simul atque nostrum, totiusque boni nostri authorem & largitorem tradiderit, ab eo apostatauerit, & diabolo occurrerit; à Christo se abdicauerit & Sathanæ adhæserit; est (inquã) quod horribilius horreamus in nobis, & eo detestabilius, qđ in nobis experimur, iterumque atque iterum, quod ille semèl commisit, nos perpetrasse. Quotidie enim, Iesum peccando prodimus, quotidie ab illo recedimus, & sceleribus diabolo appropinquamus, cuius mancipia efficimur, peccati seruituti, in eius potestatem vltranei addicti. Prodit autem, & vendit omnis auarus, per vsurarias conuentiones, per fraudulentas rationes merciũ, per detentas mercedes, per rapinas &c. Christum, & ipsius Christi regnum: ita vt interdum minori pecunia viliorique pretio, quàm quo, à Iuda vendatur Christus, cuius erat discipulus, & assecla hæresque bonorum omnium. Vendit, & gulæ parens, pauca etiam lente eum, in quo, sunt omnes thesauri Dei absconditi. Sed & superbus, inanisque gloriæ cupidus, nescio qua instabili & incerta aura vendit eum, ac prodit, in quem desiderant Angeli prospicere. Nonnè detractor, contumeliosus, seminator inter fratres discordiarum, verbo Christum vendit, & ab eo recedit, cum nequeat summa veritas cum eis partem habere? Vendunt & Christum, qui voluptatibus dediti, carnis desideria perficientes, omnem etiam suam consumunt substantiam &c. Vide igitur qui de Iuda vlterius non dolere debes, de quo nõ est dolendum, vt de te ipso doleas, dũm tibi optio, est tã benignè concessa, agasque vt benignitas Dei ad pęnitentiam te adducat. Doleas (inquam) quòd diabolo circumeunti & quærenti quem deuoret, tam facilè consentias: Christo autem ad ostium stanti, pulsanti, roganti, perseueranti, adhùc præcludas aditum.

Plures Iuda multò peiores, reperiuntur nũc in mũdo.

Vendunt peccatores Chrm.

Cum diabolus iam, &c. Optimè dictum illi fuerat, quod insidiaretur calcaneo, fraudulentissimus enim ille, ac cunctis bestijs callidior, serpens antiquus, & sæuissimus draco, vitæ Christi insidiatur, manetq; ad deuorandum paratus, cuius ab initio homicida fuit, quem semper incredibili est prosecutus odio. Hac enim ratione molestior Christianis efficitur, quod eos per Christum, suas olim sedes occupare in cœlestibus non ignoret. Huius autem, Christum confregisse in aquis, capita per psal. didicimus.

Perpende hìc obsecro cur fidelibus sit demõ magis infest'.

Tria sunt capita huius draconis, quæ Christus confregit in aquis. In aquis (inquam) baptismalibus omne caput peccati confringitur, originalis videlicet, venialis, & mortalis, si quo, antè irretitus fuerit, rectè suscipiens. Et hoc quidem tertium, septem habet capita, uiria videlicet capitalia, quæ in fonte baptismatis singula confringuntur, & è medio tolluntur. Ideò non potest non prius calcaneo insidiari, quàm ab inferiori sensu ad superiorem rationem ascendat, in qua peccatum per voluntatis assensum consumptum reuiuiscat.

Tria draconis capita.

Draconis capita quo modo confringãtur.

Per hoc autem, quod inquit diabolum in cor misisse Iudę virus suum, apertè innuitur Iudam, diaboli membrum effectum, Sicut enim Christus bonorum omniũ caput dicitur, ita & meritò diabolus malorum caput esse perhibetur. Quandoquidem sicut Christus, concorporauit, & vniuit sibi ecclesiam fidelium, in vnitate corporis mystici, cuius dicitur caput; ita diabolus vnit sibi, non solum infideles, & hæreticos, sed impios omnes, in sua impietate degentes. Quorum congregatio, sinagoga sathanæ; seu ecclesia malignantium nuncupatur. Ea autem adhuc conuersatio, & mixtio inter bonos reperitur, adeo vt, donec expurget aream hãc suam à paleis, vt reponat in horreo triticum, ad littusque trahat rete, ac bonos, à malis diuidat, necnõ separet agnos ab hędis, vix inuicem reprobos, ac probos, iustos, ac impios discernere valeamus. Hinc supra Christum, vocasse Iudam, diabolum audiuimus. Vnus (inquit) vestrum diabolus est. Et Petrus, dùm ea, quæ Dei non sunt, sapit, sathanas vocatur. Velut si communia, effecta sint idiomata capitis, & membrorum. Et ille superbiens Nabucodonosor, nuncupatus est lucifer. Infundit igitur diabolus in Iudã, velut in suum coniunctum membrum, velut arbor, in ramum sibi cohærentem, humoris eiusdem qualitatem, quæ in stipite reperitur. Si enim, dimissus à diabolo Iudas extitisset, eiusque membrum non fuisset, neq; diabolus in cor eius, virus suum infundere potuisset. Quisquis igitur consentit suggerenti diabolo, iam efficitur membrum diaboli, & in ipsius cor, veluti mancipij sui diabolus, facilè omne facinus immittit. Nam parum est diabolo, in aures, in oculos,

Diabolus malorum omniũ caput.

Apoc. 2.

Cap. 6.

Esa. 14.

Actum est de eo, cui cor diabolus occupat.

oculos, in sensus, & etiam in intellectum quæcunque obscęna, & profana mittere, quæ refellere facilè bene compositus potest animus: Verùm cum in cor iam missum est, & voluntate firmatum; non nostrum, sed solius Dei est munus, a peccato nos liberare, & à diaboli seruitute eripere.

Cùm diabolus iam misisset. &c. Diaboli nequitiam, eiusque in Christi asseclas, proteruiam, quis satis referre posset? Quid humano generi infestius? Quid perniciosius? Quid nostro aduersario iniquius? Quid diabolo prauius? Quid peruersius Sathana? Quid malignius, quid crudelius dæmone? Ipse nempe est qui suscitauit in cęlo bellum, qui inter Angelos pacem conturbauit. In paradiso seminauit discordiam: primos illos parentes sic sauciauit, vt semiuiuos relinqueret, qui primum fratrem, in fratrem cōcitando fecit, & in omni ecclesiæ agro, seminauit zizaniam. Posuit in ęsu ingluuiem, in generatione luxuriam, in conuersatione malitiam, in locutione mendacium, in cōuentionibus fraudem, in administratione auaritiam, in bono proprio superbiam, in alieno inuidiam, in correptione iram, in veritate odium, in diuitijs iactantiam, in scientijs pertinaciam, in dominatione arrogantiam, in subiectione indignationem, in paupertate diffidentiam, in corde ponit cogitationes iniquas, in ore locutiones prauas, in opere actiones malas: semper illecebras suggerit, falsa lucra proponit, turpia facta commendat, offendicula gressibus parat. Laqueos vndique tendit, & singulos præcipitare molitur.

Diabolus humano generi infestissimus

Diaboli inuidia.

Hic est ferus ille Belial, cum quo nihil commune habet Christus, quique in Christo non habet quidquam. Huic igitur omnino renunciemus, cui in baptismo iam semel renunciauimus. Sis tu nobis propitius defensor bone Iesu, ne vnquàm præualeat, aduersum nos iste cōmunis, tuus.s. & noster hostis: Potens es enim Domine, eripere nos de faucibus diaboli, & de potestate tenebrarum, de rugientibus præparatis ad eścam. Qui enim fortior es, potens es deuincere illum, & omnia spolia eius auferre, vesaniamque eius cohibere. Extende tu manum tuam in ceruicibus inimicorum tuorum, & cōprehendantur in superbia sua: alioquin superbia eorū, qui te oderunt, ascendit semper. Contere brachium peccatoris, & maligni, quoniam dolosè egit, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Surripe tu domine chirographum, quod contra nos tenet, & proijce accusatorem nostrum; deleque omnia, quæ in eo continentur aduersum nos commissa facinora. Non permittas tuæ creaturæ, dominari tyrannum istum, tenebrarum principem; nec tradas bestijs animas confitentes tibi. Extende Domine super nos alas protectionis tuæ, quia in vmbra alarum tuarum sperabimus, donec transeat iniquitas. Sub vmbra igitur alarum tuarum protege nos, vt serpentis insidias euitare possimus: assiduo enim nos liuore prosequitur vt deuoret, & ut perdat; siue enim vigilemus, siue dormiamus, siue māducemus, siue bibamus, siue aliquid aliud agamus, adest insidiator, die, ac nocte instat fraudibus, & technis, artibusque omnibus, vt etiam ad nos decipiendos se in Angelum lucis transfiguret, vt nos à te auersos disperdat, & dispersos in æternum perdat.

Chirographū tenet dęmon aduers^9 nos.

Cum diabolus, iam misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariothis, &c. Nequam hic insidiator, ho-

A minum, impius Diuinæ ęmulator maiestatis, malorum omnium callidus suggestor inter alumnos Christi versari, nec pertimescit. Quasi alter cuculus, qui aliarum auium infestus est nido, à quo sorbendo germana auicularum oua, ablatis illis, sua ementita fraudulenter supponit. Hoc in Iuda potuit nostræ salutis æmulator, vt in vno, ex multis saltem gloriari possit, cuius & nostræ ignauiæ, & versutiæ diabolicæ conquerebatur Dominus. Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Quibus intelligimus, sathanam, tota sua versutia inter Christi fideles, pessimarum omnium iniquitatum

Rectè diabolus cuculo comparatur.

Mat. 8.

B semina inijcere. Non talis illi inest cura, non tanto fertur hastu, inter Turcas, Iudeos, Sarracenos, idolatras, & ab ecclesia reiectos, cum his omnibus occlusa sit saluationis via, solis ecclesiæ membris reserata. In quos infestus ille omnem mouet lapidem, vt exosam reddat ecclesiam: imò in eundem Christum, excitat odium, vt tradatur gentibus ad illudendum, ad flagellandum, ad conspuendum, & cruci affigendum. Hoc molitur noctu, tenebris peccatorum prius obcæcato animo; hoc potest dormientibus hominibus perficere, impias suggestiones infigere cordibus, falsas doctrinas persuadere, nouas sectas perquirere, & quod olim apud legem

C veterem, per Baalistas, Molochitas, Saducæos, Phariseos, Giezitas, &c. In ecclesia aduersus fideles concitauit in Christum, tùm Iudam primum ex Apostolis: Arrium infestum diuinitati eius, ex asseclis, Manichæos, Pelagianos, Donatistas, Lutheranos, Anabaptistas, Caluinistas, & omnium aliarum zizaniarum ministros.

Omnium hęresū factor est diabolus & initium.

Cum diabolus iam misisset in cor, &c. O infelicem Iudæ sortem, ò quantum mutatus ab illo, qui pridie fueras. Quomodo tam repente eclypsaris ò lucifer, qui mane oriebaris, solis splendore clarescens? O quàm promptè, quamq; facilè cecidisti? Quid est dicere. Cùm diabolus iam misisset in cor, nisi apertè insinuare præce

D denti iam culpa præparauisse Diabolo locum? Nisi e cœlo per auaritiam defluxisses, quomodo in tam horrendum facinus, & barathrum corruisses? Solus nanque peccator, cum in profundum peccatorum venerit, tàm salutem, quàm Saluatorem contemnit. Attende quam amarum tibi, ò Iuda, quàm damnabile sit tibi ò infelix, Dereliquisse dominum recessisse à magistro, & oblitum esse Domini creatoris, ac Redemptoris tui. Attende (inquam) de quàm iucundo, & felici statu, ad infelicem, & miserrimum, tàm præceps transferis. Præcipitasti te à summo pinnaculi, & corruisti. Veh tibi hinc, veh tibi illinc, veh tibi vndique. In

Miserim^9 omniū Iudæ casus & ruina maxima.

E corde, vbi (si non mentior) aliquando abscondebas mandata Dei tui, & magistri tui, vt non peccares illi, nunc diabolicis, truculentissimisque suggestionibus locum præstas, aduersus Dominum & aduersus Christum tuum? Dixeras pridie (forsan) cum Thoma, eamus & nos, & moriamur cum illo; quod utique labijs confitebaris, qui corde aliud moliebaris: illorum ascribendus cathalogo, de quibus conqueritur, qui cordis intimus scrutator existit. Populus hic, labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Heu qui abiecisti Deum, sathanam recepisti. Repulisti, disiulisti, tradidisti Christum tuum; proiecisti omnes sermones eius retrorsum; diaboli mancipium magis, quàm Christi discipulus esse elegisti. O insanæ mentis deplorandam amentiam.

Matt. 15.

Iudæ dementia.

amentiam. O impudentem virum. O uecordem, & ingratum discipulum. Hæc iacta sunt, iam tuo cordi omnium iniquitatum, & malorum semina. Hæc in corde iam recondita delitescunt, dùm fingis laborem in præcepto. Inter oues lupus assistis, vt rapias, vt perdas, insidias parans pastori, vt eo percusso dispergantur oues. Et iam, qui non es cum Christo, contra Christum es, & qui non colligis secum, dispergis cum sathana, cui te corde spopondisti: Seminauerat quidem optimus agricola, in suorum discipulorum agro, bonum, tàm veritatis, quàm pietatis semen, sed quod cecidit supra petram hoc volucres cœli comederunt, & abstulerunt. Quid vsque adeò gloriaris in malitia, potens factus in iniquitate, vt pepigisse fœdus cum diabolo, pactum cum inferno, consensum cum morte non abhorrueris.

Facilis Iudæ assens' diabolicis tentationibus.

Nec oportuit, vt se in Angelum lucis transformaret, vt blandiretur sathanas, cui te primo congressu despondisti, & præcordia præparasti. Affuit tentator, cuius te apprehendit, non humana, sed diabolica ipsa tentatio. Parùm tibi obfuisset tentatio, si in tentationem taliter non incidisses, vt cor tuum tentationi non concessisses. Proiecisti sermones tui magistri, & domini retrorsum, abiecisti spiritum Christi, & spiritum diaboli suscepisti: propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium stirpitùs eradicabit.

Cum diabolus iā misisset in cor, &c. Audi virum iustū, ac Deo charū, hæc prædicentem. Ingredietur bestia latibulum, & in antro suo morabitur, & ab interioribus egredietur tempestas. & alibi: Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus, & vmbræ protegunt vmbram eius. Sic deceptor latibula vmbrarum quæritat, vt in abscondito incautum decipiat, deceptumque possideat. et (vt Gregorius inquit.) si semel cor in intentione corrumpitur, sequentis actionis medietas, & terminus ab hoste callido securè possidetur, quoniam totam sibi arborem fructus, ferre conspicit, quam veneni dente, in radice per suggestionem vitiauit. Quod & idem Iob. apertè innuauit, dùm inquit. Cor eius indurabitur, quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus.. Effectus igitur omnis pietatis expers, nullis vltra beneficijs emolliri potuit, nullis persuasionibus ab incepto retrahi, nullisve terroribus à facinore reuocari. Quod si Christo non adhæsit cor prauum, iam diabolo restat occupandum: vt qui, ab vno dominorum elongatur, alteri se coniungat.

Job 37.

Job 40.

Cap. 41.

Diuersis armorum generib', tentat diabolus.

Cæterùm obseruat diabolus, eos qui affecti sunt dolis, & nactus occasionem propensioris fraudis, insilit assumens secum septem alios spiritus nequiores se, vt fiant nouissima hominis illius peiora prioribus: insidiatur quasi leo paratus ad prædam, vt nunc vno, nunc altero, tum superbiæ, tum inuidiæ, tum luxuriæ spiritu surripiat, & surreptum possideat. Maximè sua iacula infigere posse conspicit in eum, qui de spirituali bono sui, uel alterius tristatur. Tunc enim in Saulem molestior insilijt, cum inuidia persequi insontem Dauid, ac occidere cogitauit. Nam uelut latro deserta obtinet loca, præsertim in segnes illos, qui opus Dei faciunt negligenter. In istos tanquam in vacuos se ingerit, velut in feriatos, & alienos ab his, quæ ad Dei cultum spectāt. Hinc sæpe sæpius hortamur, cordibus nostris psallere, semperque in domino gaudere, & illi in lætitia seruire,

Inuidos diabol' facilè & celeriter occupat.

F necnon iubilare Deo salutari nostro: quandoquidem animus, Dei iucunditate perfusus, roboratur aduersus diabolicos astus, & incursus sathanæ. Impletur diuini verbi virore, ita ut nihil residui sathanæ, occupandum relinquat. Quo quidem consilio Diuus ille Antonius Anachoreta, suos hæremicolas tutos à technis sathanæ, & hac arte, reddere excogitauit. Nec ignoramus quantùm dęmonis uires debilitarentur, imò de laudibus frāgerentur sonoris vocibus, psallentis in cithara. Quo prę̨sidio passim vtitur ecclesia, quæ in tympano, & choro, in chordis, & organo, in cimbalis bene sonantibus, totos subleuare ad Deum fideles salubritèr consuluit.

Diuinarū laudū concentibus diabolica tentatio ꝑpulsatur.

G Secus in malæ mentis peccatoribus, in male dispositis cordibus, prædo sęuissimus debachatur. Quod si nos ipsos, & omnia nostra quæcunque obueniant, in manibus Christi referamus, quis dæmonum congressus expauescet? Quis diffidet vaserimi draconis superare sæuitias? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meū: si exurgat aduersum me prę̨lium, non timebo, qui d faciat mihi homo: Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.

Igitur nullum tutius præsidium, nihil ad profligandam à peccatoribus tristitiam aptius gaudio rerum diuinarum: cordis lætitia, quę est in Christo Iesu; seruitute iucunda Saluatoris. Huius expers Iudas, expers

H etiam consolationis, locum cessit diabolo: Quo utinā exemplo eruditiores euadamus. Cæterùm, cum per tentationem iam diabolus assideret Iudę, nec illum ipse repelleret, tandem per consensum, in cor Iudæ, tanquàm in suam possessionem, seminatę zizaniæ, & radicati odij, fructus suscepturus intrauit.

Cùm diabolus iam misisset in cor, &c. Vociferabantur olim ad Eliseum propter obsonia illa collocynthidarum amaritudine respersa sibi ipsis timentes. Qui à Propheta liberati fuerunt, ab instanti, in quo versabantur periculo. At insensatus Iudas, nec suæ salutis timet

4 Reg. 4.

I exitium, nec tanti virus degustat amaritudinem. Saltē suæ captiuitatis vinculum abrumperet, quo se e manibus insidiatoris eximeret. Demulcet ille, & deluditur iste, dùm tenet suis dolis miserum irretitum, paulatim ad littus donec extrahatur conducit miserum. Vnde autem id nobis eueniat, ut communis hic noster, tàm acerrimus sit effectus hostis: Illud in primis est prænotandum. Nullo alio concitatum fuisse, quàm suipsius propria iniquitate. Ipse in se Deum concitauit, in quem superbiæ suæ cornua erigere non erubuit. Deus autem ea compulsus temeritate, pulsum eundem à propria designatæ sibi beatitudinis sede, in barathrum, perpetuo igne cruciandum relegauit. Is autem malignitatis suæ

Cur diabolus humani sit generis hostis acerrimus.

Demonū miseria & ruina.

K odio maxime flagrans, cum nec Dei maiestatem minuere, nec in aliquo eandem offendere posse, non ignoret, omnibus furijs inuectus, in nos, vt in eiusdem Dei veri imagines, assiduè diuersis dolis insidiatur.

Grassatur autem in omnes, quos à speciali Dei adiutorio immunitos reperit & agnoscit. Ad hoc enim Christi oues dispergere molit', quas ab eius patrocinio abductas, deuorare possit. Hinc quātæ sit curæ Christo suas oues proprio ouili reconditas habere, apertè reserauit, illius Pastoris exemplo, qui relictis nonaginta nouē ad illam properauit, quæ per abrupta pergens errabat. His additur & inuidiæ liuor, quo ad omne nostrum impediendum bonum perurgetur. Hi sunt hostes nostri inuisi-

Diaboli liuor & cruciatus.

inuisibiles, qui mille nocendi modos ad nostram impediendam salutem habent. Dolet enim & erubescens confusione perfunditur, hominem multis calamitatibus obnoxium, paulominus ab Angelis minoratum, gloria & honore decoratum, & non solùm qui ex lutea massa compaginatus extitit, nihil minus ipsis Angelicis spiritibus habet; verum (quod illis est molestissimum) sedibus his, quæ debebantur ipsis æternaliter potiri concessum est. Hinc omnium peccatorum origo, vt sicut pater mendatij dictus est diabolus, ita & omnis causa peccati dici, & appellari possit: non quidem immediatè, siue directè, sed originariuè, & indirectè, videlicet, quia ad peccandum primum hominem instigauit, ex cuius peccato subsecuta est radix, & fomes, siue pronitas hominum ad peccandum. Sic enim retorquere delicta in diabolum possunt, quo tamen specialiter non instigante, multa possunt committi crimina, vel ex carnis petulantia, suggesta, vel ex libertate animi prouenientia. Hinc ab ipso nostro Ioanne hostis, seu serpens antiquus nuncupatur. Non enim spontè ad seducendam mulierem, delegit inter animalia serpentem, sed Dei voluntate prohibitus, ne amabiliora desumeret, non potuit alio, quàm serpentis ministerio vti, tum ad mysteria congruentius accommodanda, quæ vltrò prætermittimus, ne ab instituto nostro procul, quàm par sit, recedamus. Tum ex eorum conuenientia symbolicis proprietatibus connotata. Sic enim super Genesim ad literam dictauit Augustinus.

Diabolus mendacij origo fuit caput.

Quo diabolus fit omnis causa peccati.

Apoc. 12

Obserua Diui Petri præceptum, quo nos ad euitandos diaboli dolos edocuit, sobrietate, & vigilantia vti per sobrietatem scilicet, peccata carnalia, per vigilias mentis peccata fugere. Quid est diabolum circuire, nisi apertè insinuare, repetitis vicibus ad nos illum accedere, & circum circa cursitare, atque hincinde explorare, si quomodo reseratum sibi aditum reperiat. Dùm enim primo congressu, puta per superbiam, aut per inuidiam, & iterum per detractionem, modò per odium, nunc per luxuriam &c, onem, modò per odium, nunc per luxuriam &c, oftium sibi mox aduertit occlusum, vices repetit insidiarum, Si quomodo, per vitium aliquod sibi detur accessus. Quibus non nisi maxima vigilantia, & temporalium voluptatum sobrietate, tutò custodiri nequit. Quod cernens Apostolus inquit. Nolite locum dare diabolo.

Vigilia & sobrietas, demoniacas tentationes longè propellunt.

Ephes. 4.

Cum diabolus iam misisset in cor. Quantis nobiscum machinationibus & versutijs agat diabolus, facilè intelligit, qui in se ipso oculos conuertit. Innumeris enim nos, illudere phantasmatibus conatur, & vbi nos procliuiores ad aliquod facinus intelligit, crebris & nouis suggestionum erroribus, mentes nostras obnubilare satagit, & sæpè præcipitat. Iudam auaritiæ deditum, & iam pecunijs obstrictum perspexerat: quem murmurantem de pio, Christo exibito, obsequio, aduersus sanctæ mulieris offitium audierat, ad deterius facinus, imò ad immanissimum omnium sacrilegium, vlterius conducit, vt eodem rete capiatur, quo aliàs captus non ignoratur. Iam vtique expetijt sathanas, ut cribraret nos sicut triticum, cum in cribro agitato per multa foramina periculum de tritico facit, vt cadat. Ne quit in cribro constitutos, licèt agitatos surripere: sed ideo hinc nos, & inde agitat ex diuersis anfractibus repræ-

A sentat, quo, si non in uno, aut per vnum deijcimur, dùm alij repræsentamur, exeundo cadamus. Neque enim ignoramus cogitationes eius, inquit Apostolus. Sumus quidem omnes in cribro, qui in hoc mundo sumus, vbi assiduis, & incertis agitamur procellis, nunquam firmi, nunquàm stabiles. Semper incerti, ac varijs vicissitudinibus agitati. Homo enim natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs, & nunquam in eodem statu permanet. Cribratur à domino triticum, ut cadens in terram, per sui ipsius deiectionem, mundo moriens afferat fructum multum & alibi. Mittam uentilatores, & ventilabunt eam. Cribrat sathanas, sed ut cadentes rapiat, raptosque deperdat. Ecce Iudam in cribro, tàm crebrò ventilatum, ac semper in terram deiectum. Iob autem fortius, ac uehementius conspice ab eodem agitatum, semper tamen in simplicitate sua persistentem.

2. Cor. 2.

Mundi instabilitas.

Iob. 14.

Ioan. 12.

B

Hier. 51. Cribratur à diabolo Iudas.

Insuper nec frumentum in diabolico cribro, nec diabolicum cribrum patitur inesse sibi frumentum: quandoquidem ex porcorum cute conficitur, in qua immundi solùm uelut sues in uolutabro, in omni cœno voluptatum fœdantur. At diuinum cribrum, quo iusti agitantur, agitati, angustiati, afflicti, quibus dignus C non est mundus: ipsum ex melotis, & pellibus caprinis confectum non ignoramus. Apostolo dicente. Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis &c. Sunt enim (teste magistro super hoc passu) melotes vestes, ex camelorum pellibus confectæ, aut etiam ex taxorum, quæ sicut caprinæ, hyspidæ, sunt, ac mordentes. Tanquam in cilitijs, ac asperitatibus, non voluptatibus uitam ducentes. Et in desertis, uelut Elias, & Ioannes Baptista commorantes. Attende quomodo velut in cribro, Dei spiritu agitati, circunferantur. In solitudinibus (inquir) errantes, in montibus, & in speluncis & D in cauernis terræ: Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: quia sic tanquàm aurum in fornace probat electos Dominus. Prius enim triticum trituræ subijcitur, antequàm cribro expurgandus mittatur: quia nullus tàm repentè ab omni inquinamento purgatur, qui prius, trituræ non subijciatur. Prius (inquam) à maioribus, subinde à minoribus: prius à mortalibus, subinde à venialibus emundatur. Nemo enim repentè fit summus. Vtrorumque necessaria emundatio, vbi nihil coinquinatum, introire potest. Vnde Dominus per Prophetam. Si separaueris pretiosum à uili, quasi E os meum eris.

Hebr. 11.

Alio & alio cribro boni cribrantur & impij.

Hier. 15.

Cum diabolus iam misisset in cor. &c. Sancta illa mulier Iudith, impio Iuda cautior, noluit aduentum Holofernis, in Bethulia præstolari, quæ maluit illi extra mœnia, licet furibundo, occurrere. Quem, ne periret, perdidit, & ne captiua fierer, trucidauit. Obsidentem nostri cordis arcem, truculentissimum habemus inimicum, diabolum videlicet, à cuius tyrannide, donec ingrediatur, securi consistimus. Satius erat Iudæ ad hostem exire, illique accedenti occurrere, quàm illi aditum præbere, intusque recipere. Nunquam enim belli ductores, subripere dominium poterunt ipsis, tantummodo in obsidione constitutis.

Prudentia Iudith.

D Quod

Luc. 2. Quod si fortis armatus, custodit atrium suum, nonnè in pace sunt omnia quæ possidet? Quod si illo, nec forti, nec armato existente, fortior superuenerit? nonnè omnia bona eius diripiet? O infœlicem Iudæ exitum; qui ab impio, immanissimoque hoste, nec atrium, nec arcem custodiuit, sed vt ingrederetur, aditum reserauit. Non sic vigiles custodientes ciuitatem, quorum vnusquisq; ensis, super femur suum propter timores nocturnos. Non sic segnitèr, non sic qui se oculatum ostēdit custodem dùm inquit. Circundederunt me inimici mei vndiq;, circundederunt me simul. Circundederunt me ma a, quorum non est numerus. Quid est circundare, nisi insultare? Quid vndiq; circundari, nisi ab inimicis, insidijs vndiq; perturbari. Quapropter quanta, sit custodiendum cura, cor nostrum, sapiens Salomō edocet, dùm ait. Omni custodia serua cor tuum, quā ab ipso vita procedit. Vbi enim sapiens dictutus erat custodia, ibi præm sit omni, vt videlicet (inquit Gregorius) vnusquisque hìncinde diligentèr circunquaq; respiciat Et quandiu in hac vita versatur, contra spiritales nequitias, i acie se positum aduertat, ne mercedes, quas per bona opera colligit, incautus, dùm malè operatur, amittat, ne hìnc hosti fores obstruat, & aliunde aditum pandat. Si quæ (inquit) ciuitas contra insidiantes inimicos, magno valletur aggere, fortibus cingatur muris, omni muniatur custodia. Tum verò in ea foramen tantummodo immunitum, per negligentiam relinquatur, inde per non occlusum hostis ingreditur, qui exclusus foris videbatur. Pharisæus namque ille, qui in templum oraturus ascenderat, mentis suæ ciuitatem quanta munitione vallauerit, facilè intelligimus. Ieiuno (inquit) bis in sabbato, decimas do, omnium quæ possideo, & si aliquem defraudaui, reddo quadruplum: quorum etiam omnium gratias domino agit.

Psal. 39.

Prouer. 4

Cordis custodia.

Magna hìc certè munimina adhibuit: sed videamus, vbi immunitum foramen hosti, per quod intraret, reliquit. Quia non sum (inquit) velut hic publicanus. Tunc enim cum hunc despexit, ciuitatem cordis sui, insidiantibus hostibus per elationem aperuit. Quam frustrà per ieiunium, eleemosinam, gratiarum actionem, & satisfactionem clausit. Incassum munita sunt cætera, cùm locus, de quo hosti pateret aditus, munitus non extitit. Gratias rectè agit, sed dùm peruersè, super publicanum se extulit, ac illum intumescendo despexit, sui cordis ciuitatem, se extollendo prodidit, quam ieiunando seruauit, elargiendo, & satisfaciendo muniuit. Victa erat ventris ingluuies, lepor gulæ depulsus, superata erat largitate cupiditas, deuicta suffragijs eleemosinarum tenacitas, propulsata penitus erat auaritia. Quibus hoc laboribus, & impugnationibus actum credimus? Sed omnes hi labores, vno vitio corruerunt, cunctaque bona, vnius culpæ gladio sunt perempta.

Luc. 18.

Humilitas in bonis operib⁹ necessaria est

Vnde & magnoperè eniti oportet semper beneagere, ac in ipsis etiam nos semper bonis operibus cautè custodire. Hoc enim & Iacobus ait: Qui totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est omnium reus Et Salomon. Qui in vno offendit, multa bona perdit. Qui enim dixit. Non mœchaberis, ipse est qui & dicit. Non occides &c. Quòd si non mechatus fuerit, occidat autem, iam legis diuinæ factus est transgressor. Hinc etiam vates ille regius sic aiebat.

Iaco. 2.

Eccles. 9.

F Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis. Quid est in omnibus mandatis perspicere, nisi vndique se oculatè custodire, & omni iniquitati aditum præcludere? Facilè igitur in cor Iudæ & intrare, & eum suis nexibus obuoluere potuit dæmon. Qui cum fur esset, & auaritiæ aditum dedisset, ad quidquid voluit, illum diabolus concitauit. *Psal.* 118

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, &c. Omnia sibi obuentura Christus agnouit. Hanc autem cognitionem talem esse, his uerbis ostenditur, vt aliquid supra simplicem, seu nudam cognitionem intelligas. Est autem constructiua rerum. G Præscientia autem subordinat sibi prouidentiam, ita vt prouidentia pars præscientiæ dicatur, & sit. Addit tamen aliquid ad scientiæ rationem, & ideò non solùm Dei sapientia, attingere dicitur à fine, vsq; ad finem fortitèr, sed quod etiam disponat omnia suauitèr. Scit igitur Christus, & hoc vnum scit, quia omnia dedit illi Pater in manus: Vt intelligas quod ei cui Pater scientiam suam voluit esse communem, & suam communicabit omnipotentiam. Propter quod omnia ei in manus tradidisse dicitur.

Prouidentia Dei, et præscientia subalterna est.

Est autem duplex in Christo scientia, qua & abdita, & occulta adeo prospicit, vt omnia nuda, & aperta sint oculis eius. H Ea (inquam) increata, quàm cum eo, ab æterno pater communicauit, de qua Apostolus. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, & hæc causa rerum, addita voluntate, apud Theologos esse censetur. Sed & præter scientiam suam naturalem, quam vt homo habet, quæ fit dum lumine intellectus agentis illustrata phantasmata, intellectui possibili repræsentantur, quibus rerum materialium fiditates cognoscere possit: Inest & infusa scientia animæ Christi, potiori longè excellentia, quàm Adamo, uel Salomoni, qui sapientiores, inter omnes homines sunt crediti. I Vnde Euangelium, scientiam Salomonis scientiæ Christi, vt homo est, comparando, inquit. Et ecce plusquam Salomon hic. Ignauiam Iudæorum redarguendo, illius Reginæ Australis exemplo, & comparatione, quæ nec sexus infirmitati, nec itineris longitudini, nec sumptibus, aut periculis parcens, e proprio Regno, domibus &c, Hierusalem, aliquid sapientiæ Salomonis auditura perrexit. Inquantum igitur Deus, & ut homo, sciebat omnia Christus, qui omnia sibi à patre tradita esse sciebat.

Duplex Christo scientia.

Hebr. 4.

Col. 2.

Quæ nam Dei scientia sit causa rerum.

Et vt Deus & vt homo scit Christ⁹ omnia.

Sciens, quia omnia dedit ei pater in manus. &c. K Ne arbitremur Christum suæ oblitum maiestatis, ob id, quod conspirauerint aduersus ipsum diabolus, & Iudas, Iudæique, vt eum traderent morti. Sed cum non ignarus esset, sibi collatæ potestatis, consciusque esset, quia omnia illi pater dedit in manus: diabolum etiam intellige, & Iudam, mortem, & quæcunque aduersus ipsum conuenerunt. Haud tamen voluit, sua vti tunc potestate, ne impediretur opus nostræ redemptionis, quod pro sua voluit exequi voluntate. Quin potius ad obeundum susceptum munus, spontaneæ sui ipsius oblationis, ad ulteriora præcingitur.

Passioni suæ tēpore Christ⁹ virtutis suæ potentia nō vtitur

Est autē & quod sciebat Chřs, pp quod Euangelista in cæteris, q̄ de ipso spectanda restant, cautos nos reddere voluit: eius videlicet summæ maiestatis celsitudinem cōmemorās, inexcogitabilisq; dignitatis, & diuinitatis, *Hebr.* 1.

secun-

secundum quam, a paterna mente æternalitèr exiuit, velut verbum, de quo scriptum est. Quia portat omnia verbo virtutis. Sicut enim Dei verbo, omnia facta leguntur, ita Dei verbo omnia repelli, & in nihilum redigi possent. Vtinam & homo suam prius intelligeret dignitatem, antequàm ageret vilitatem: qui cum in honore esset non intellexit &c. Neq; enim aliquando peccato assentiret, ne tantùm a seipso degeneraret. cui omnia dedit pater in manus, cui dictum est: quia subtus te erit appetitus tuus. & Apostolus. Omnia vestra sunt. Nullis igitur artibus, nullis viribus, nullis insidijs, aut technis poterat compelli Christus ad obeundam mortem, vt illud tantum intelligas, quod scriptum est. Quoniam oblatus est, quia ipse voluit: et quod potestatẽ ipse habeat, ponendi animam suam. Frustra igitur diabolus Iudas, Pilatus, & quisque contrarius Christi, eo renitente cõsiliũ fecissent aduersus dñm, & aduersus Chrm eius.

L. Cor. 3.

Sciens, quia omnia dedit. Sic decuit patrem facere filio, vt omnia in eius constitueret potestate. Vnde et testatur Propheta. Quoniam omnia subiecit Deus sub pedibus eius. Hæc autem traditio, quam filio pater facere, plerunq; legitur, non est (quantum ad diuinitatem) temporalis, sed cum diuinitate æterna, nil aliud explicans, quàm eam potestatis conformitatem, quæ spectat ad diuinitatis vnitatem, & eam cooperationem denotans, qua pater omnia cõicauit filio, dicente Augustino. Omnia simul pater dedit filio, qui genuit filium, ĩ quo sunt omnia. Cæterùm ab instanti incarnationis, Christo homini, cum quo communicatum est esse diuinum, tradita sunt esse diuinum consequentia, seu cõcomitantia. Sic enim, sua cõia fecerunt idiomata, duę illæ naturæ, diuina, & humana, vt inuicem accommodentur, ita ut hunc hominem Christum, intelligendo, dicimus Deũ, creatorem, omnipotentem, æternum &c. non tamen ratione assumptæ humanitatis, sed ratione assumentis personæ diuinę, quem etiam ratione humanitatis assumptæ, mortalem, & mortuum, passibilem, & passum interdum nuncupamus. Iure igitur, & sciuisse dicitur, & hoc sciuisse: quod pater omnia illi in manus dedit, vt resarciret omnia, dicente eodẽ. Ecce noua facio omnia.

Psal. 8.

Natura diuina & humana copulata in uno.

Apoc. 21

Sciens, quia omnia dedit ei pater in manus. Attende quod cum supra de patre scriptum sit, quod omnia subiecerit sub pedibus eius; nunc omnia in manus eiusdem tradidisse dicatur. Et primò quidem ea ratione, vt quæ prius vilia erant, ante aduentum Christi, indigna, vt conculcarentur pedibus, ea per Christum nobiliora efficerentur, vt non vlterius sub pedibus cõterantur, verum, vt manibus contrectentur. Sunt enim sub pedibus lapides, lutum, terra, & q̃libet viliora, quæ terreno homini congruere non ignoramus. Christi aũt benignitas, nostras non respuens imbecillitates, e sub pedibus nos erigens, & à terrenis subleuans, in manus suscipere nõ est dedignatus. Et quidem oportebat nos, in manibus Christi collocari, in quo innouantur, & perficiuntur, siue q̃ in cęlis sunt, siue quę in terris. Omnis.n. artifex innouaturus quod cõfractum, quod inueteratum, quod disiunctum, quod diuisum reparaturus, extrema etiam inuicẽ copulaturus, opus suũ purgaturus, in manibus resarciendũ suscipit. Vñ Proph. In manu eius, sunt oẽs fines terrę. Sic cerdones, calceos in manibus suscipiũt restaurãdos.

Psal. 94.

Insuper, qui diligentius inspicere, & cõtẽplari vult aliquid, in quo complaceat sibi, in manibus suscipit

A cõtemplandum. Hinc Prophe. Oculi dñi super iustos. Quasi oblectetur in illis. Insuper & qui cariora defert, quod multò carius est sibi, in manibus defert. Sic enim gemmas in anulis contentas, in manibus deferimus, necnon flores odoratu suaues, & aspectu delectabiles, in manu nonnunquam gerimus. Nam & eximius ille Prophetarum, suæ animæ assiduus inspector, & amator, eam se in manibus habere protestabatur inquiens. Anima mea, in manibus meis semper &c. Quid est animam in manibus habere, nisi illam contemplari, pulchritudinem eius admirari, dona, & gratias illi collatas B discutere, & percunctari; si quæ adsint turpia, emendare, & eam omnino ab omni terrenorum labe, ne coinquinetur, erigere, ab omni contrario incursu, & offensione culpæ peccatique rubigine mundam, & spectabilem facere?

Psal. 33.

Psal. 118

Quid sit animam ĩ manib⁹ tenere.

Sed & tunc in manibus aliqd accipimus; nummos, panem, cæteraq; huiuscemodi, cum ea, alteri suscipienda porrigimus. Christus igitur omnia in manu habere dicitur: homo autem solam suam animam in manu sua habere perhibetur. Quia Christus omnia nobis donare, & omnia nostra facere voluit, vt dùm suscepimus ipsum, omnia cum ipso nobis elargiantur. Ad quos Apo C stolus. Omnia (inquit) vestra sunt. Habet igitur omnia in manu, qui promptè, & faciliter nobis tribuit, regnũ, vitam, gratiam, gloriam, diuitias omnes, & thesauros cęlestes, vt si quis indigeat his, si quis ea cupiat, vel cætera quæcunque bona, ad eum accedat, in cuius manus omnia sunt tradita: de quo scriptum est. Tua est potentia, tuum regnum, domine, tu es super omnes gentes. Et alibi. In ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui possit resistere voluntati tuæ. Quid igitur vltra aliud quærimus, quàm Christum habere? Quid vlterius alium, quàm Christum poscimus, bonorum omnium largitorem tàm promptum, tàm benignum, tàm sedulum? D Quis unquàm ad ipsum, petiturus dona accessit, & vacuus recessit? Hoc autem residui habemus, cum afflicti sumus, vt oculos nostros ad hunc, à quo omnia bona procedunt, attollamus. Vt sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suę, ita oculi nostri ad Dñm Deũ nrm.

Christ⁹ omnia suis habet manibus, in manib⁹ autem hominis sola est anima.

Hest. 13.

Psal. 22.

Omnia dedit ei pater in manus. Quid est quod iustorum animæ in manu Dei esse perhibentur, in manibus autem Christi omnia esse dicuntur? Quid per singulare illud, & plurale istud denotatur, nisi quod sola manu sua dextera, Deus iustos fouet, illisq; opitulatur, per misericordiam, & pietatem eos à malis liberãdo, & ad potiora, æternaq; bona eleuando? Secundum quod scri- E ptum est. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Sed omnia habet, non in manu, sed in manus: quandoquidem, & iustitiam, & pietatem in impios, & in pios intelligatur extendere. Vbi sunt, qui vnam tm̃ in Christo manum cõstituunt, siue confingunt? Volunt quidã ex hereticis, oĩa in manu Chrĩ trad ita esse: cum tñ testet' Io. Omnia in manus ipsius consistere. Qũo ad dexterã suam, agnos collocaret, hędos aũt ad sinistrã, si vnam tm̃ manum, & hanc dexterã. i. solam misericordiam cõtendunt existere, oẽsq; fideles sola fide fore saluãdos: quasi nihil iustitiæ insit Christo? Verum qui in ruinam, & in resurrectionem multorum positus fuit, vtraque manu gaudeat, oportet, qua bonos foueat, tueatur, & ad uitam erigat, malos autem puniat, exprobret, damnet,

Iob 14.

Duabus Chrĩ manibus vniuersitas cõtinetur.

& arceat. In manus itaque omnia habere dicitur, cuius manus in ceruicibus inimicorum suorum: necnon in brachio suo, deponat omnes aduersarios suos.

Sciens quia omnia. Grauissimum onus, ab imo, ad superna eleuaturus Christus, omnia in manus suscipit, velut qui manum suam misit ad fortia: Ibi enim non satis vna manu, grauissimum pondus attollere, vbi tota requiritur potentia subleuantis. Nam ad erigendum genus humanum, quod corruerat, totius, soliusq; Christi infinita potentia requirebatur, quod nulla poterat alia virtute resurgere. Verum & ad erigendum eum, qui infixus erat in limo profundi, parumper attolli oportuit Christum, & eleuari, & vtraque manu, coniunctis pedibus, curuato humero, & inclinato capite, omnem suam collecturum potestatem, vt pondus illud grauissimum, e profundo eriperet, cui tam fortitèr inhærebat. Quapropter aiebat. Si ego exaltatus fuero à terra, oĩa traham ad me. Pondus autem, & grauitas peccati quanta sit, hoc vno accipe, quòd tantam potuit in momento distantiam cadendo pertransire, vt e cęlis corruens ipsius graui mole oppressus sathanas, ad infima, & centrũ ipsum peruenerit. Quanti igitur ponderis existimandum est, quod cœlorum stabilitate sustineri nequit, ne præceps corruat? Hæc est grauitas, quam nec terra ipsa sustinere valuit, quæ aperta, plures deglutiuit. Sunt autem qui peccati sarcinam non sentiunt, quam deferunt. Soli verò sentiunt, qui pondus assumere, & illud dimittere satagunt. Ii sunt qui sub onere gemunt, peccatorũ grauem cumulũ deponere cupientes. Audi quendam ex his. Quoniam iniquitates meę supergressæ sunt caput meum (inquit) & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar.

Ad saluandos homines duas Christ⁹ manus apposuit.

Exaltatione Christi ĩ crucem, restaurata sunt oĩa.

Ioan. 12.

Peccati põdus & grauitas.

Psal. 37.

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Non sibi aliquid reseruauit pater, quin totum commune fecerit filio. Non sola, aut spontanea tantum voluntate, se totum dedit filio, sed naturæ suæ fœcunditate coæqualem sibi genuit sobolem, quæ Dei virtus, & Dei potentia esset: Nec ignarus tantæ suæ celsitudinis, & maiestatis, quantò maior erat in omnibus, tantò seipsum præ omnibus humiliauit. Quid dicam humiliauit? Imò exinaniuit, formam serui suscipiens, linteo se præcingens & peluim cum aqua ad offitium, illud omnium humillimum disponens.

Dei patris fęcũditate genit⁹ est sibi filius per omnia coęqualis.

Dedit ei omnia in manus. Petierat semel, atq; iterum ferus ille, superbissimusq; sathanas, à Deo, virtutem sęuiẽdi in Iob illum, virum iustum, ac sanctissimũ: Quod vltrò concessit; sed aliquid sibi Deus reseruauit, in quo sathanas, potentiam non habuit. Ecce omnia eius in manu tua sunt: tantummodo animam eius serua. Ideo in manu persecutorum, plerunq; suos tradit dominus, ad puniendum, ad corrigendum, ad promerendum: At nõ in manus, sed in manu tradit, qui non animam, sed corpus tantùm tradit: Ideoq; non illos, sed se timendum ostendit, cum inquit. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, & cum illud occiderint, non habent amplius quid faciant: Dicam autem vobis quẽ timeatis: Timete eum, qui potestatem habet, & corpus occidendi, & mittendi animam in gehẽnam ignis. Hunc timete. Iesus solus omnia in manus habet, qui omnem potestatem habet, qui & occidere, & viuificare potest, qui damnare, aut saluare corpus & animam potest. Ego occidam, & ego viuere faciam, Percutiam & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

Iob 2.

Matt. 10.

Deut. 31.

F

Sciens, quia omnia dedit ei pater in manus. Vnam olim tantùm manum, dicebatur plerunque Deus habere, qua sola omnia condidit. Manus mea (inquit) excelsa, fecit hæc omnia. Qui enim vnum tantum sibi coęternum, & coæqualem habebat filium, per quem omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil, qui sola diuinitatis omnipotentia fruebatur: quasi vna sola manu, vti in factione rerum dicebatur. At ubi de redemptione humani generis agitur, ibi de duabus manibus tractatur. Cum enim Dei Verbum ipsum sit patris manus, quo omnia creauit, ordinauit, perfecit, ad reparationis nostræ peragenda mysteria, misericordiæ addenda erat, manus, sine qua nostram, nõ potuisset restaurare naturam. Hęc diuinitati, addenda erat manus, nostræ humanitatis, qua posset aliquid, quod illa non utiq; potuisset. Assumpta itaq; humanitate, potuit impassibilis pati, immortalis potuit mori, inuisibilis cerni nostris oculis potuit. Vtraq; manus ad opus nostræ redemptionis requirebatur, quarum vna & pati, & mori possit, & ex alia, resurgere à mortuis, & omnia implere, siue quæ in cœlis sunt, siue quæ in terris. Hoc rogabat qui dicebat. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me.

Esa. 66.

Christus Dei patris est manus.

G

Psal. 143

H

Missa est manus, & manus est addita manui: quia humanitas est unita diuinitati. Harum manuum mysteriũ recolit hic Euangelista. Sciens Iesus, quia omnia dedit ei pater in manus. Quod exordio nostræ instantis redẽptionis recolendum nobis omnino erat. Cuius mysterij concors illa prædilecta, & redempta sponsa, sic de dilecto redemptore gloriabatur. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quid est lęua sub capite, nisi humanitas cum diuinitate? Caput nostrum Christus est. O fęlix amplexus, cuius humanitatis manu, à damnatione liberamur, & diuinitatis dextera, ad æterna fruenda gaudia perducimur.

In incarnatione Christi, manus addita est manui.

Cant. 2.

I

Et quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Hanc suam non poterat Christus ignorare sublimitatem, quam ea ratione, præponere statuit, tantæ humilitati, de qua sequens habetur sermo, quò Christi euidentior efficeretur, nusquàm humilitas excogitata, per quam nec suorũ est dedignatus pedes discipulorum, proprijs abluere manibus, & abstergere. Signa tu igitur vtrorumque extremorum mysteria, & ea in corde tuo, quasi in libro scribe. Sciens itaq; quia à Deo exiuit. Non sicut radius à sole, vel tanquã fluuius à mari, vel sicut virgultum ab arbore, sed sicut sol à sole, arbor ab arbore, à mari mare. Deus de Deo, lumen de lumine, Deus uerus de Deo vero, leo à leone, homo ab homine, agnus ab agno, filius a patre. Hanc (inquã) suam egressionem, à principio ęternitatis, cõpertissimam habens, in eo actu tantæ suæ humilitatis, minimè tamen potuit, aut à dignitate retrahi, aut à maiestate cohiberi. O nostrum omnium præclarum specimen; imò expressam terræ, & cineris superbientis confusionem. Hæc Christus, qui non rapinam de seipso sciebat, quod e sinu patris exierat, æterna illa generatione, qua pater totam secum communicauit substantiam, diuinitatem, maiestatem, & potestatem. Et illuc, vnde egressus erat, per communicatam diuinitatem, tenderet, & accederet per assumptam humanitatem, certus de sua gloria, nec nõ de ea securus dignitate, qđ sessurus esset ad ęterni Patris dexterã, Quod iudicaturus

Quomodo exeat Christus à patre.

K

Mira Christi humilitas.

rus esse viuos & mortuos, isq; futurus, cui omne genuflecti oportebat.

Et quia à Deo exiuit, &c. A Deo quidem, quia à Patre, haud tamen à Diuinitate, cui pater suam impertitus est Diuinitatem. Creaturæ omnes & à Deo, & à diuinitate, siue à Deitate exeunt, quæ ex nihilo in esse producuntur. Est & alia eggressio qua per actionem immanentem aliquid egreditur, dùm in eadem essentia alia persona per personæ actionem egreditur, vt idem sint in substantia, & tamen diuersæ in suppositis. Qua autem per actionem transeuntem egrediūtur creaturæ omnes, ea, & ab essentia, & à personis, incōparabili, & infinita distantia, & proportione distinguunt. Nihil cōmune vniuocum habet cum creatura creator. In nullo, secūdum eandem rationem, participat cum infinito finitum, & æternum cum temporali. Esto q per analogiam in multis conueniant, & per participationem coaptari videantur. Nec iniuria. Cum sic de nobis ꝓmeruerit Christus, vt quod sibi proprio iure naturę conuenit, illud per gratiam, & participationem nobis cōe fecerit. Cuius præstātiæ nos admonet Apostolus, & Euāgelista noster, alio ī loco. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus. Si autem filij, nōnè & hęredes Dei, cohęredes verò Christi? Hinc alius Euangelista Christum natum, vocat primogenitum, non qa aut Dei, aut Mariæ subsecuti sint, alij naturales filij: sed utique per adoptionē, & gratiam, cum et Maria Mater gratiæ sit nuncupata. Vnde & Apostolus Christum primogenitum in multis fratribus vocat &c.

Actionis immanentis & transeuntis diuersus est exitus.

Deo & creaturis nihil est cōmune vniuocum.

Epist. Io. 1. c. 3.

A Deo exiuit, & ad Deum vadit, &c. Non vt hyppocritæ, qui tm̄ hībus ore vident. Nec negligenter, aut vt multi, qui nunc tm̄ bona faciunt, cum non habēt occasionem peccandi. Iesus autem exultauit vt gigas ad currendam hanc suā viam, & absoluēdum iter. Quia à summo cęlo egressio eius, & occursus eius vsq; ad summū eius.

Psal. 18.

Quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Ecce colūbæ eggressūm, vt aduertas eodem eam reuertentem, vnde exierat. Sed illa Noe naturalis, & irrationalis, intelligētia nō errante duce, ad archam post volatū super aquas, à quibus nequit demergi, reuertitur. Vera autem, & eo verior quò innocentior, & mitior columbæ, non terrestris, sed diuina, non naturalis, sed supernaturalis, non irrationalis, sed ipsamet sapientia, ad patrē, vnde egressa est, regreditur. Quo aūt itinere, testat ꝓph. A summo cęlo (inquiēs) egressio eius, & occursus eius vsq; ad summum eius. Hæc autē est solius columbæ iam celebrata conditio, vt illuc reuertat libenter, & sollicitè, vnde digressa fuerat. Non talis est corui ꝓprietas, qui etsi ab eadem archa, & ab eodē Noe digressus fuerat, illectus tamen cadauerum putredine, conuersus ad illa, paruisacit ad archā, & ad Noe regressūm, nec vlterius eò reuertit vnde exierat. Egressi sumus & nos quidem à Deo. Ipse enim fecit nos, & non ipsi nos. Verum cum multis iam simus irretiti illecebris, regressum ignoramus: cū nemo sciat an amore, an odio dignus existat. Si autem nostrū spectemus progressum, facilè aduertere possumus, an ad patrem cęlestem properemus. Qui enim carnalibus oblectamur, qūo ad cęlestem patriā ambulamus? Qui spiritualibus neglectis gaudijs, solis voluptatibus corporis operā damus: quì fieri potest, vt ad superna tendamus? Cęterùm solus Christus hoc pro cōperto, & tutissimo habet, vt gnarus, non solum egressionis, sed etiam recursus existat. Ipse solus omnis expers peccati, solus suum nouit locum, ad quem per humanitatem assumptam reuerti dicitur, eā ibidem collocaturus, vbi æternè secundum diuinitatem collocatus, est permansurus.

Psal. 18.

Christ' velut columba, salutis nuncia, ad archā regreditur.

Quia à Deo, &c. Ecce duplicem causam, quæ ascribitur a sapientibus Deo, efficiens videlicet, & finalis; minimè tamen materialis, aut formalis. sed à quo, & ad quem termini referūtur. Et quidem primum per egressionem, secundum verò per tendentiam: oportuit autem & ambas in vnum coire causas, quò fiat eò regressus, vnde est factus eggressus. Hinc & mystica ea proportione hoc idem innuere voluit Salomō, dùm aquas nobis eò tendere significauit, vnde egressæ sunt. Omnia flumina (inquit) exeunt à mari, & ad mare, vnde exeūt, reuertuntur. Sic enim quodam iure naturæ vinciuntur, vt non, nisi iniuria, seorsum separari possint. Hinc enim supra Dominus inquiebat. Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos &c. Neque enim separandum est initium à fine, cum vnus, idemq; sit finis noster, qui est principium nostrum; & quia à fine degenerat, is & à suo principio degenerare omnino dicitur, & comprobatur. Quid igitur boni habes, quod non acceperis? Si autem accepisti, quare gloriaris, quasi non acceperis? Quapropter cum omne donum optimum, & omne bonum perfectum desursum sit, descendens à patre luminum: quomodo fodimus nobis ipsis cisternas dissipatas, quæ nequeunt eas continere aquas, quas detinemus, & usurpamus, ne ad mare, vnde exierunt, reuertantur?

Eccles. 1.

Ioan. 8.

Surgit à cęna, & ponit vestimenta sua. &c. Quæ tam vrgens necessitas poterat Christum compellere, vt à cęna surgeret, nisi charitas eius, qua vrgentur & cæteri fideles ad perficienda opera omnia, quę in ædificationē, & beneficentiam proximorum peraguntur? Sic enim vrgebat charitas Christum, vt qui aliàs sitibundus poposcerat poculum, sitis propriæ oblitus, ad conuersionem Samaritanæ totus conuerteretur. Num inter cœnandum surgit à cęna, velut eduliorum appositorum & proprij cibi immemor effectus? Nedum de mensa, sed à cęna, aliud longè præstantius opus adimpleturus.

Surgit xp̄s à cœna.

Solent voluptatibus, & castrimargiæ indulgentes, fores domorum & tabernaculorum claudere, ne, dùm gulæ vacant, impediri possint; & vt toti intenti illuuiei. nullis causis adduci possint ad quæcunque charitatis opera peragenda. Abeant iam Sardanapali, & Epicurei: quorum Deus venter est, & finis interitus. Discant qui nil inter cęnandum, non scurrile, non obscœnum, non profanum, aut audire, aut pertractari volunt, & qui mimos accersunt mensis. Procul à cōuiuio Christi; propè verò conuiuium Herodis se intelligāt esse. Nulla in Christo voluptas, sola necessitas. Nullum cibi oblectamentum, delectus nullus, nullus ibi castrimargię, aut illuuiei locus, Nulla pars sathanæ, quia nulla Christi, cum belial conuentio.

Gulosi.

Verba salutaria & vtilia sunt in mēsa dicenda.

Surgit à cœna. Vt totum ipse absolueret negotiū, vbi nullum parasytum, nullum scurram, nec cuiusquam famulatum, nullius voluit obsequium interuenisse. Ipse ministrat, qui ministrare venit, non ministrari. Totum per se agit; totum scius administrat, oē ipse solus opus absoluit: sua ipse vestimenta deponit, ipse linteum accipit; eo seipsum pcingit, peluim pparat, aquā fundit, pedes lauat, lotos tergit. Rursus depositas ipse resumit vestes: & cęteroīa benignissimus adimplet Iesus. Hæc oīa

tam suauiter à fine vsque ad finem Christus Dei virtus & sapientia disponit.

Diligenti igitur cura, & perspicaci obtutu perspicienda sunt singula, & finis expectādus, propter quem à tanto talia peraguntur. Adsimus (quæso) & nos huic mensæ spectatores, & Dominum assurgentem, ad mensam manentibus, auido mentis oculo contemplemur. Et quidem non nisi mirum aliquod, & spectādum spectaculum polliceri nobis possumus. Imò & tale facinus sperare, quod à sæculo nunquàm sit auditum. Quis autem, qui Iesum sic præcinctum, ad pedes discipulorum, & Iudæ procumbentem, christiana mente intuetur, non admirabitur? Nam si ille tam nobilis, & sanctus Propheta, opus cōsiderans Christi, quòd in medio duorum animalium in crepundijs vagientem natum intueretur, expauescit, quomodo nostræ non tinniant aures, Christum audiēdo, in die vltimo sui regressus ad pedes sordidos idiotarum, & piscatorum prouolutum? Sed nonnè expauit super hoc inexcogitato facinore, idē Propheta, cum non illud tantùm expauisse dicatur primo die, natiuitatis. s. Christi quòd in medio animalium infans iaceret: sed illa quoque opera, quæ in vltimo hoc die Christum eundem absoluisse præuiderat; proptereà non inquit, consideraui opus tuum Domine; sed opera tua domine, & expaui. Hoc (pace omnium dixerim) tàm sordidum, vilissimumq; offitium, non est dedignatus proprijs manibus absoluere, & quidem in omnes, tàm bonos, quàm malos ex suis discipulis.

Abacuhch

Cedat hìc Abraham, qui non se loturum proprijs manibus pedes Angelorum exhibuit; Itemque Loth, hoc eodem erga eosdem angelos vsus: ij enim, sed lauētur (inquiunt) pedes uestri: Quantùm autem hominū elatam contundat ceruicem hoc vnum Christi inauditum egregium & insigne facinus, facilè intelliget quisquis meminerit, vix aspectum inimicorum ferre hominum superbiā, quibus aut denegatur, pro minimo verbo egrè habito, aspectus, vel toruis, non nisi oculis prospiciuntur. Quibus tales non nisi, dura loquuntur, & pungentia tela proferunt, obsequia autem omnino præstare denegant. Et quamuis sint terra, & cinis, inferiores conculcant, æquales lacerant, superiores morsibus feriunt, quos mordaci quodam liuore carpere, &, obtrectare non cessant. O nostram insaniam, ò nostrum exitium, ò inquam hominum contundendā proteruiam. Insidiatur Iudas sanguini, & vitæ Christi, nec latet Christum proditoris perfidia, & quid moliretur in corde, quidq; pactus esset de ipso. Quid verò cogitat Christus de Iuda? Quid in proditorem agit? Quō se gerit coram inimico? Nunquid hostis accingitur in hostē? Nunquid ad arma currit? An insultat, & contumelijs exprobrat? Aut lacessit conuitijs? An ut crudelior in crudelem se præparat? Et non potius cogitat cogitationes pacis, & non afflictionis? Nunquid ab opere sibi à patre cōmisso desistit? vel charitatis vincula soluit, siue benignitatis leges deponit? vel continebit in ira sua misericordias suas? aut obliuiscetur misereri Deus? Nihil nō piū, nihil non benignum, nihil non sanctum in Christo conspicimus. Ecce Agnum Dei mansuetissimum, pium in impios, benignum ad hostes; beneficum in aduersarios. Hæc tua Christe opera, quæ mundus non percipit, non suscipit. Hæc nesciens mundus horret audire, & abhorret implere. Eius mysterij ignarus, quod benignitas Dei

Aduersus superiores suos murmurantes.

F ad pœnitentiam nos adducit. Dedignaris tu obsequij necessitatem patienti, cum Christus non dedignetur proprij proditoris lauare, & abstergere pedes? Vultum tu dedignaberis benignè contueri, cum Christus pedes scelestissimos non abhorreat contrectare? An aspernaberis tibi blandientem, cum Christus suscipiat se prōdentem, sibiq; tam impiè insidiantem? Negabis tu impendere fratri, quod Christus tam benignè, & tam prōptè præstare videtur proditori?

Mirā Christi benignitatem imitare.

Quid est quod aliorum culpam incuses, cum tua te proteruia accuset? Non est culpa amplexanda, sed homo, in quo est culpa, recipiendus ad osculum pacis, si

G forte tu lucrum facere, & abstergere aliorum sordes valeas: secus autem, sint sordes eius cum perfidia ipsius in damnationem eiusdem, & tu innocens eris a damnatione illius, qui occasionem ei resipiscendi pro posse ex charitate dedisti. Non est tuus inimicus Iudas: sed esto: esset Iudas: haud tamen es tu Christus, sed homuncio, sed similis illi, sed puluis & cinis, ac mancipiū mortis. Sed esto: & ille Iudas, & tu Christus. An non ad Iudæ pedes prouolutum vides Christum? Vt enim à mortalium pectoribus hanc arrogantiam diuelleret Christus, vt hanc in cordibus duritiem frangeret, suo exemplo nos edocere statuit. Qui nec ob impiorum, &

Aduersus peccātem benignè agendū est, vt reducatur ad bonum.

H sæuientium feritatem, nec ob animi te odientis pertinaciam, dùm nulla adesse etiam tibi videtur spes consequendi in illo, fractus retraharis, aut à tanto charitatis opere desistas: etsi enim ad illius frustra conuersionē videtur hoc fieri, tibi tamen nusquam frustra. Quandoquidem ad te pax conuertetur, tuaq; benignitas compensabitur ab eo, qui humilibus impertitur gratiam, & qui exaltat se humiliantes, &c.

Maximū est eorum charitatis offitium, q oēs quantūuis scelestos à pctīs, dulcis animi clementia reuocare conantur.

Surgit à cœna. A nullo vocatus, à nemine requisitus, nec ab alio rogatus, ipse promptum se exhibet ad obsequendum vilibus, rudibus, proditori, & abnegatori. Hæc obedientiæ promptitudo, sine qua victima placere nequiret. Cum melior sit obedientia, quàm sacrifi-

I cium, & peius sit, non obedire, quàm non sacrificare, eò quod primum sit omnibus præceptum, secundum paucioribus concessum, solis videlicet sacerdotibus. Surgit igitur ipse hylaris executor paterni beneplaciti, volūtarius accedit, vltraneus occurrit, alacer omne suum implet ministerium, & gaudens ad victimam, lætus ad crucem properat, ad flagella, ad ludibria, ad vulnera, & ad mortem. Sic enim decet perfectam charitatem, foras timorem mittere, socordiā deponere, & excutere torporem. Non retrahunt satellitum cateruæ, non sæuitiæ inimicorum, non odia frementium, non præuisa ludibria,

K non alapæ, non sputa, non claui, non lancea, non flagellorum, & spinarum aculei, non deniq; tot flagris accelerata mors: quandoquidem hęc omnia vna deuincit, & superat charitas. Quid miramur igitur, si velut impatiens, vrgente charitate a cęna surgat Christus, charitatis, & dilectionis opera, tunc maximè exhibiturus? Et hæc quidem in normam nostram decebat Christum omnium magistrum peragere; vt qui exaltandus erat super omnes in cęlis, humiliaretur vsque ad pedes seruorum in terris. Quò sciamus nos tantò exaltandos, in cęlis, quantò humiliores erimus in terris.

Alacri animo, libentissimèque quodcunque pietatis opus exequere.

Surgit à cœna. Surgebat Thobias à prandio, vt vita functorum sepulturæ daret corpora: surgit à cęna Christus, vt viuentium suffragia præbeat animorum: Ille in prandio:

prandio: Iesus in cena, sua mysteria complet, quia post prandium illud, adhuc cena ista restabat. Duarum cenarum meminit scriptura illius antiquæ legis, in qua omnia in figura contingebant illis. Vna fuit Darij Regis. Altera fuit Holofernis. vt duplex nobis denotetur cena; vna Christi, & hæc opulentissima celebratur, quæ hanc Christi protestabatur, de qua per eundem dicitur. Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Holofernes autem suos tantum domesticos vocat, & seruos, quia Diabolus eos tantum pascit, quos & captiuos fecit, & in sui potestatem redegit.

3 Esdr. 3. Iudit 12. Luc. 14.

Cœna Christi omnium eduliorum genere cumulatissima, de qua Apostolus: Oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum. Diaboli cœna ibi terminatur, vbi nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Vtraque cœna dicitur, quia totum, quod prius possidebatur, relinquitur; sed à Christo, in melius cōmutatur, quod relinquitur, à diabolo etiam, quod possidebatur, deperditur. In aduentu autem Christi, nostra cœna reseruatur, quam ipse non à principio, sed in vitæ suæ termino celebrare voluit, veluti ad quam peruenire non valemus, quamdiu pleno voluptatibus ore libamus, temporaliumque delitiarum detinemur amore, mūdana omnia post nos relinquamus, vt ad mensam Christi dignè accedere possimus: sic enim oportet euacuato stomacho sumere cibum, & digestione peracta ad corporalem refectionē, nè lædamur, accedere. Ita ad hanc animæ mensam omni alio affectu expoliatam, & euacuatam oportet accedere, abdicatisque terrenis, in quibus oblectabamur affectibus, euacuato animo, ad Christi mensam, vt prosit, accurrere, & ab illis animū auertere. Iuxta id quod scriptum est. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient: Me (inquit) esurient, me sitient, donec ad mensam illam cœlestem perueniant; vbi non esurient, nec sitient amplius; satiabuntur autem cum apparuerit gloria Dei, & ab vbertate domus eius. Poterat Christus, post cœnam præstolari, quando nihil minus idem opus perfecisset, nisi, & hoc nos exēplo erudire voluisset, vt nullis tam addicti vnquàm voluptatibus simus, quin & diuinis etiam animum dem⁹, & causis pauperum incumbamus. Maximè autē tunc pauperibus est subueniendum, cum tibi suppetit terrenarum copia facultatum: Tunc (inquam) opulentia ferculorum mouere te debet ad egenis, famelicisque compatiendum, cum per vicos, aut plateas quempiam aspicis egestate consumi.

1. Cor. 8. — Quomodo ad Xpi mensā accedamus, edocemur — Eccl. 24.

Eorum tunc tu pedes lauas, eorumque inquinamēta abstergis, cū de manu tua, & de mensa tua, qualiacunque obsonia ipsis pauperibus elargiris. Tantæ se impietatis immunem, ostendit sanctus ille, qui inquiebat: Si negaui pauperibus quod volebant, & oculos viduæ expectare feci, si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea; si despexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimēto pauperem; si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est; humerus meus, à iunctura sua cadat, & brachium meum, cum ossib⁹ suis confringatur. Qui fieri potest, vt à Deo misericordiam expectet, qui esurientem non pauit, egeno non subuenit, & misericordiæ opera procul abiecit? Quomodo diuinam audebitis implorare clementiam, quem sic in

Tunc verè pedes lauas cum pauperib⁹ subuenis. — Iob. 31. — Crudeles ī pauperes difficillimè saluantur. Deiq; misericordia sūt omnino indigni.

A proximum eius, pietatis inuasit obliuio, nulloq; emollescit fraternitatis amore.

Deponit vestimenta sua. Hæc summæ humilitatis dignatio eius, qui ministraturus, non vt sibi ministretur, venit, vt nedum aliorum, sed & sui ipsius ministrator existat. Quapropter ipse est, qui sua exuens vestimenta ea, dum deponit, reponit. Et quidem iure optimo, decoris vestimenta deponenda erant, vbi humilitati, in tantum cessura erat maiestas, vt cuius Cœlum sedes est, terra autem scabellum pedum eius, ad pedes vsque abiectissimorum prouolutus cerneretur. Prius, dū se

B exinanire voluit, mortalitatem assumens suæ diuinitatis Maiestatem ab humanis aspectibus subducens, habitu inuentus est, vt homo. Nunc & humanam etiam sibi congruam, præstantiæ ipsius dignitatem, in oculis suorum asseclarum, inexcogitabili humiliatione deponit, ita sanè, vt vilior in oculis mortalium appareret. In obsequio. s. lotionis pedum vilium homunculorū. Licèt. n. quis viliores, & bouum, & camelorum, siue asinorum passim pedes abluat; vix tamen hominum rusticorum pedes abluere suaderetur. Vidimus plerunque Dominos suorum equorum vngulas, mira vigilantia, proprijs etiam manibus, & lauare, & abstergere; Dominas au-

Inepta sanè hominum indignatio qui & asinorū immūdissimorumq; aïaliū pedes abluūt pauperum aūt pedes nō solum nō abluūt verum nec ad eos dignantur aspicere.

C tem interdum, & si nobilissimas, non ignoramus canū suorum, & pedes, & totum corpus indicibili diligentia sæpius lauare, fouere, abstergere, & curare, & ad eos expoliendos, liquores sæpe, & vnguenta preciosa mira arte profundere, qui tamen vix in obsequium pauperū, & ad imitationem Christi ad tale, quod concipiunt vilissimum, lotionis opus pedum vilium piscatorum pro virtute suaderi possent, velut, qui pecudum, ac iumentorum potius, quàm hominum pedes lauare non erubescant, cùm tamen hoc in homines sit virtus, erga iumenta sit vilitas. Et (quod maximè vrget) ad homines sit Christi sancta imitatio, in illis nō nisi uecors, & dam-

D nanda superstitio. Quapropter Apostolus hanc virtutem humilitatis Christi, virtutem vocat, velut, quæ præcipuè, & inseparabiliter, & mirabiliter in Christo eluceat; Libenter ille gloriatur in infirmitatibus, vt hæc in illo virtus inhabitet. Quanto magis in ministratione, in submissione, & imitatione Christi, & ꝓpter Christū?

Deponit vestimenta sua. Proh bone Deus: Quomodo in oculis omnium viles, & indecori apparebunt, qui induuntur purpura, & bysso, qui mollibus vestiūtur, qui sericis amicti incedunt, qui inauratis vestibus, & splendidissimis togis dilatant philateria, cum vix sub vestibus, contegatur ambitio, inuidia, auaritia, luxuria,

E liuor, odium, & prauitas deprauatorum sensuum, cum infęlix aïa subfucatis, & emētitis vestibus exterioris apparētię, tātoperè sępe sordescat. Quid abhominabilius? Quid turpius? Quid detestabilius? Audi quid Vates ꝓdixerit: In die illa auferet Dn̄s ornamentū calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armyllas, & mythras, & discriminalia, & peryscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & anulos, & gemmas, in fronte pendentes, & mutatoria, & paliola, & linteamina, & syndones, & vittas, & erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine, caluitium, & pro fascia pectorali cilitium. Et post multa ait Propheta: Congregabo omnes amatores tuos, & congregabo super te, eos vndique, & nudabo ignominiam tuam, coram eis, & videbunt omnes turpitudinēm tuā,

Isa. 3. — Superflu⁹ vestiū ornat⁹ abhominabilis. — Ezec. 16.

&

ipſorum conſiſterent, ira Dei aſcendit ſuper eos, & electos Iſrael impediuit. Contra quos, propter duo, iratum fuiſſe legimus Dominũ: & quia nõ crediderũt in Deo: & quia non ſuperauerunt in ſalutari eius. Igitur panis myſteriũ, vſq; ad Saluatoris aduentum protendebatur.

Ira Domini in Iudeos.

Qua in re, facilè cõtueri poſſumus, q̃ longè is, quem Dauid ordinẽ contexuit, ab eo, quem Moyſes hyſtoriarum regiſtrator edocuit, diſcrepet. Moyſes quippè, vt Propheta, hyſtorias contexere elaborauit, eorum facta commemorans, quibus, velut typicis ſenſibus, & figuris, occulta præſagiebantur futura myſteria. Dauid autem, cùm in iam propinquioribus verſaretur myſterijs, nulla hiſtoriarum ſerie, ſed diuerſo protſus ordine, ſic iſta recenſuit. Eſtò igitur: Referente Moyſe, priùs cibati ſint in deſerto, tã carnibus volatilium pennatorum, quàm manna ipſo; imò vno legali die, cibus vterque illis fuerit præſtitus, dicente Moyſe: Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus. Poſt cibum ad ſitim extinguendam, aquæ fuerunt illis exhibitæ de petra, quod apertè conſtat ſequenti capite: Vbi populus ſitijſſe legitur, & ipſa ſiti vrgente, aduerſus Moyſem, quòd illos in deſertum conduxerit, vt ſiti conſumerentur, inſurrexiſſe.

Exod. 16. *Ibidem.* 17. Iudeorum ſitis.

Quare igitur Sanctus, & eximius ille Proph. Dauid, dum hæc recenſuit, potum cibo præponens, ſic à propoſito viſus eſt aberraſſe? Cur inquam in ſummam Dei bonitatem, & potentiam infidelitatis errore detentos, tàm efferа mente, in Dominum inſurrexiſſe proteruos, ſic hæc, diuerſo ordine copulauit? Cum igitur neuter Propheta à veritatis tramite deuiaſſe credendus ſit, ad alium ſenſum Prophetæ dictum inflectere, nè quid abſonum videatur, oportet; Fateamurq; neceſſe eſt, vt in alios infideles, in ipſiuſq; Dei poteſtatem, ac virtutem blaſphemos, hæc ille iure Vates intorqueat. Hi ſunt Hęretici, noſtra hac tẽpeſtate ſuborti: hi ſunt, qui male locuti ſunt de Deo, & dixerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam in Deſerto. Iudæi ſiquidem, cum aduerſus Dominum, ad petram contradictionis oblatrarent, iam paſti erant, iam ſatiati panibus, iam ſaturi carnibus; Ergò non ad ipſos ſermo, nec de ipſis ſermo. Hìc conqueritur Propheta, de dubitatione illa, quæ petræ percuſſionem ſubſecuta eſt: Ergò non de pane, aut cibo, ſeu menſa illa, quæ ſterilis percuſſionẽ marmoris, anteceſſerat, ſed de eo pane, menſa, & cibo, quæ poſtmodùm fuere exhibita: Ergo ad petram aliam, recurramus, oportet. Petra autèm (inquit Apoſt.) erat Chriſtus. Ad quod myſterium, nos reuocat: Nolo (inquit) vos ignorare fratres, quoniam Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt, & omnes eandem potum ſpiritualem biberunt, conſequente eos petra: Petra autem erat Chriſtus.

Moyſes, & Dauid cõcordes adinuicem. Hæreticorum blaſphemia. 1. *Cor.* 10. *Ibidem.*

Hæc ſunt diuina myſteria, in figuris, ac nubibus illis, antiquis Patribus pręſignata, & tradita: de quibus Auguſtinus. Audita quidem ſunt in veteri teſtamento, quæ cognoſcuntur in nouo: Audita cum prophetarentur, cognita cum implerentur. Nam, & Myſes, & Patres noſtri narrauerunt nobis. Iſta eſt petra obiurgationis in quam, temerè impingẽtes Hęretici, offenſi fuerunt, dicentes: Durus eſt, hic ſermo &c. & iterum ſupra: Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis, qui de Cœlo deſcendi. Quibus reſpon-

In Pſ. 77. *Cap.* 6.

F dit Chriſtus, dicens: Nolite murmurare inuicem. Nemo poteſt venire ad me, &c. His quidem, ſcilicet, credulis, dictus eſt lapis angularis, duos in vnum firma compage connectens; Qui manducat hunc panem, in me manet, & ego in eo: Incredulis vero lapis offenſionis efficitur. Et receſſerunt à Chriſto, ac erecta ceruice, inſurrexerunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.

Chriſt' lapis angularis.

Murmurant itaque oblatrantes Hæretici, dicentes: Nunquid, & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo? Quænam tanta panis, aut cibi difficultas, per quam Chriſti potentia in controuerſiam vertatur? Dictum eſt ſiquidem de illis: Cibauit illos ex

Hæreticorũ murmuratio.

G adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos. Faceſſat igitur omnis murmuratio, contra Dominum; procùl hinc proterua detractio, nec vlteriùs inſonet in auribus inſipientium: Nunquid, & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo? Hoc infidelis dixerat, quod retulit Hæreticus. Quomodò poteſt hic nobis dare carnem ſuam ad manducandum? Et tamen, illũ ante percuſſionem petræ, menſa paratur: hìc autem ſumendus poſt petræ percuſſionem, cibus opponitur. Hoc facite (inquit) in meam commemorationem. Percuſſa hac petra, panis iſte relinquitur, quia mortuo

Pſal. 80.

H in Cruce Chriſto, paſſionis ſuæ, nobis, iugis in Sacramento memoria exhibetur, atque recolitur. Anxiatur Hæreticus, & quiſquis fidei catholicæ expers, non capiens tanti verba myſterij, nec tranſubſtantiationis ſubſtantiæ, panis in verum, & reale Chriſti corpus, modum valens attingere; cùm tamèn, hocmet in Chriſto, imò, & in nobis naturæ virtus peregerit, cuius virtute panis, quo veſcimur, in carnẽ conuertitur, & ſanguinẽ.

Trãſubſtãtiationem panis i car nem nõ capit Hæreticus.

Quid (incredule) naturæ concedis, quod in naturæ authore audeas denegare? Quæ naturæ virtus, niſi quã ſibi author naturæ communicat? An forte naturæ legibus, naturæ author obuoluitur, & obſtringitur? An

Hæreticorum incredulitas, & dementia.

I ſupra naturæ authorem, naturam ipſam attollis? Nùm abbreuiatam adeò manum Domini labans efficis, vt vltra non poſſit, aut ſupra, quam poſſit ipſa natura? Quid ſi rediuiuos à tumulo proſilire mortuos ſua voce vidiſſes? aridos, cœcos, ſurdos, & mutos, &c. incolumitati donatos?

Proptereà igitur Hæretici aliud ſibi commentum effingunt, ſuadere nitentes conſecrationis verba illa à Chriſto prolata, dum ait: Accipite, & comedite. Hoc eſt enim corpus meum. Non vera, aut realia, ſed metaphorica, non efficientia, inquam, ſed ſignificantia. Quibus in verbis, nil aliud contentum eſſe aſtruunt, niſi

Hæreticorum malitia.

K dictum, ſolum ſignificatum amplectens: Sicque de ſignificato, aut figurato, iterum tranſeunt ad figuram. Apoſtolo namque teſte, in veteri illo teſtamento, vbi omnia in figura contingebant illis. Panis iſte ſupercœleſtis, per manna illud cœlitus emiſſum præſignabatur. Et ideò inquit, vt ſupra diximus: Omnes eandẽ eſcam, & eundem potum ſumpſiſſe. Nòn erit igitùr hic cibus figuratus tunc, cum figura non ad figuram, ſed ad realitatem, & veritatem neceſſariò terminetur. Et ideò Chriſtus cum ſub figuris, aut tropis, ſiue parabolis, aliquid occultaret, nè in figuris vlterius Eccleſiæ ſuæ myſteria pateretur abſcondita, ſeipſum expreſſius declarauit, vel ab Euangeliſtis voluit declarari, vt veritatis magiſter vocaretur, & eſſet. Nam & alibi cùm parabo-

1. *Cor.* 10

parabolicè loquens, regnum cęlorum decem Virginibus assimilasset, ipse eam quã docebat, parabolam exposuit: Ideò & vos estote parati &c. & iterum cum dixisset regnum cœlorum, simile etiam Sagennæ missæ in mare. &c. In fine subintulit: Sic erit in cõsummatione sæculi: Exibunt Angeli, & separabunt malos, de medio iustorum &c. Aliquando interpretabatur ipse, instantibus Discipulis, vt ignaris innotesceret, dùm sępe ab eo exposcerent: Edissere nobis parabolam. Aliquando Euangelista discussit à figuris verba Saluatoris: vt cum dixisset Iudeis, Soluite templum hoc, & ego in triduò reædificabo illud: adiecit Ioannes: Hoc autẽ dicebat de templo corporis sui. Et supra, cùm sub metaphora de se loqueretur: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum: Statim Euangelista inquit: Hoc autem dixit, significans, qua morte esset moriturus. Nec Christus igitur, nec Apostoli, nec Euangelistæ passi sunt sub figuris Ecclesiæ suæ sacramenta inuolui. Nec tanti fecerunt Iudeorum Synagogam, vt illam præferre viderentur Ecclesiæ, quæ luci exposita apertis nos doctrinis erudit, Soli autem tenebrarum filij, soli (inquã) hæretici latibulis adhùc assueti, quæ apertissimis probãtur omnium scripturarum oraculis, sanctorumq; omnium doctrinis, sub figuris occultant.

Mat. 25. *Mat. 13.* *Cap. 12.*

Non igitur euidentia solùm, & aperta sunt Christi verba de veritate huius augustissimi sui corporis, & sanguinis sacramenti: Verùm nullis conuenientioribus, aptioribusve terminis, uerbis, aut vocibus, veritas explicari, probari, aut aperiri potuisset: Quæ si obscura fuissent, aut ad alium sensum reflecti potuissent, quomodò in re tam graui, in negotio tanti momenti obticuissent omnes apostoli, qui & aliorum Christi verborum sensa obscuriora scrutati fuerunt. His autem, qui passi fuerant scandalum, Iudeis scilicet, carnalitèr Christi verba sumentibus, & solùm intelligentibus, sic respondet Christus, vt prauam cordiũ suorum duritiem, sua responsione confundat. non aliterq; quàm vt dixerat, intelligatur, factique realitatẽ sequentis verborum serie confirmet, & roboret, cum subinfert. Hoc est corpus meum. Abhorret namque stylus rerum grauissimarum, vt per ambages, seu incertas voces, quod recenseatur proferatur. Nec patitur testatoris vltima sententia, vt aliter quàm vt sonant verba, intelligantur. Nonnè à Iudeis conceptum remouisset scandalum ipse Saluator, qui ab eisdẽ aliud remouit, quando non lotis manibus manducare panem, non coinquinare hominem dixit, Quod intrat in os, in ventrem vadit, & in secessum mittitˀ: Qui ergò corroborauit, quod dixit: qđ anteà retulerat, nouo argumento confirmauit.

Aperta testimonia Euchariſtiæ veritatem comprobãtia. *Iudeorum scãdalum.* *Nõ distorquẽdas esse sacræ scripturæ sententias.* *Mat. 15.*

Attende itaque quomodò in hac quæstione grauissima, nequaquàm Christus obticuit, sed murmurantes sedare sategit: Nec falsò quidem, at verè, nec in signo apparentèr, verùm realiter suam se tradere carnem, intelligi voluit. Murmurantes ergo compescuit: iterumq; quod anteà retulerat, confirmauit, cùm murmurantibus illis superaddidit: Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ: Patres vestri manducauerunt manna in deserto, &c. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

Ioan. 6.

Obserua Christum, ad fidei terminos remittere negotium, hæc præponens cæteris dictis. Qui credit (inquit) in me habet vitam æternam &c. Quia sola fide capitur totum, quod ibi continetur: Iuxta Ecclesiasticũ carmen. Quod non capis, quod non vides: hoc cognoscit vera fides. Et alibi: Et si sensus deficit, ad firmandum cor sincerum, sola fides sufficit. Iacto igitur precipuè in hoc sacramento, fidei fundamento, corroborat quod dixerat, se videlicet esse panem, quem edendum prædixerat, subinferens denuò: Ego sum panis viuus qui de Cœlo descendi, &c. Credentibus itaque sequacibus de reali corporis Christi commestione, sed adhuc illis de modo altercantibus, velùt ignaris huius comestionis extra nauseam, alterius modi communis, & consueti, nondum compotes effecti, altercabantur, hæsitantes. Quomodò potest hic nobis dare carnem suam, ad manducandum? dixit illis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, vbi, erat prius? tanquam diceret: Vt quid vos admiramini seu in uerbis meis scandalizamini? Quod si uos discipuli, & amici ex meis verbis scandalum sumitis, quid de inimicis? quid de insidiatoribus & obseruatoribus, vt me in verbo capiant? dixistis namque: Durus est hic sermo, & quis potest ipsum audire? tanquàm apertè diceretis; nec uos discipuli, & amici, nec cęteri etiam inimici capere potuerunt verbum, & animos accommodare dicto Saluatoris. Et tamen, (inquit Augustinus) sic oportebat, vt diceretur, quod nõ ab omnibus intelligeretur. Secretum enim Dei, intentos debet facere, non aduersos: Isti autem citò defecerunt, talia loquente Domino. Non crediderunt aliquid magnum dicentem, & verbis illis gratiam aliquam cooperiẽtem: sed prout voluerunt, intellexerunt; & more hominum, carnem, qua, induturus erat uerbum, ueluti concisam distribuere credentibus in se inquiunt: Durus est hic sermo, qs potest eum audire? Quid autèm est hoc, quod intulit Christus: Si ergò uideritis filium hominis, ascendentem ubi erat prius? Hinc soluit (ait Augustinus) quod illos mouerat: Hinc aperuit vndè fuerant scandalizati: Hinc planè si ipsi intelligerent. Putabant enim, eum erogaturum corpus suum. Ille autem dixit, se ascensurum in cœlum. Cum videritis (inquit) filium hominis, ascendentem ubi erat prius. Certè, uel tunc uidebitis, quia nõ eo modo, quo putatis, erogat corpus suũ: Certè uel tunc intelligetis, quia non consumitur morsibus: sed quòd spiritus est, qui uiuificat: & caro nõ prodest quidquam.

Fide cognoscitur Euchariſtiæ mysterium. *Trac. 27. in Ioan.*

Vbi non negligentèr prætereundum est (subintulit Augustinus) quod ait Dominus: Si ergò uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? filius hominis Christus ipse ex Virgine Maria: ergò filius hominis hìc cœpit esse in terra, ubi carnem assumpsit ex terra. Vndè propheticè dictum est: Veritas de terra orta est. Nulla enim esset q̃stio, si dixisset Christus: Quid si videritis filium Dei ascẽdentem vbi erat priùs? Cùm verò filium hominis ascensurum dixit, vbi erat priùs, nunquid filius hominis, in cœlo erat priùs, quando in terra esse cœpit? In terra loquebatur, & in cœlo se esse dicebat: dicente eodem supra. Nemo ascendit in cęlum, nisi qui descendit de cœlo. Filius hominis qui est in cœlo. Quò pertinent ista, nisi vt intelligamus vnam personam esse Christum Deum, & hominem? Christus ergò vnus est: Verbum, anima, & caro unus Christus: filius Dei, & filius hominis vnus Christus. Filius Dei semper, filius hominis ex tempore: tamen unus

Psal. 84. *Ioan. 3.* *Verbum, caro, & anima Christi vnus est Christus.*

Christus

Christus, secundum vnitatem personæ, in cœlo erat, quando in terra loquebatur, filius Dei in terra, cùm nobiscum conuersabatur.

Obserua Christi responsionem, qua duritiē, seu proteruiam, tàm Iudeorum, quàm Hæreticorum prorsus infringit. Consultò enim proportionabilitèr de humanitate, & Diuinitate sua, tale astruit argumentum. Sicut ego, ex mea Diuinitate simul & in cœlo, & in terra realitèr, & uerè consisto: ita & ex humanitate postquàm ascendero in cęlum, sic ero in cœlo, secūdum carnem, vt etiam in terris realitèr existam: reliquo namq; corporis, & sanguinis mei sacramentum, per quod realiter in cœlo, & realiter in terra, (licèt illic & realiter, & naturaliter: hic autem realiter sacramentaliter) persistere volo. Iuxta promissionem meis fidelibus factā.

Iudeorum proteruia, Christi responsione contunditur.

Aduerte hæc sedulò, & mente recōde.

Totus igitur in cœlo per Diuinitatem, & totus in terra per Diuinitatem: totus in cœlo per humanitatem, & totus in terra per humanitatem. Nulla mutatio verbi, facta est per incarnationē, in verbo. Nulla mutatio corporis Christi, in ipso corpore, per cōsecrationem est fienda: Humanitas sola passa est mutationem, in incarnatione: Sola panis substantia, mutationi subijcitur in consecratione. Verbum, etsi in assumpto corpore, dimensionum legibus subiecto, realiter contineatur, nullis tamen legibus dimēsionum astringitur, aut tenetur, corpus Christi, quamuis sub accidentibus, dimensionū legibus subiectis, realiter reperiatur; nullis tamen legibus dimensionum ipsorum limitatur. Verbum indiuisibilitèr in corpore continetur: corpus Christi in Eucharistiæ sacramento indiuisibilitèr reperitur. Diuinitas tandem verbi, in assumpta humanitate, nullo argumento, nulla ratione, nullove oculo comprobari, aut videri potest, Nisi exterioribus argumentis operū diuinorum, & reuelationum, &c. Corpus Christi in sacramento, nec à quouis oculo corporali, siue etiam Angelico, videri potest, nec ratione aliqua suaderi, nec quouis argumento probari, sed sola fide conspici.

Christ⁹ totus in cęlo est, & tot⁹ in terra.

Hìc sacrosanctæ Eucharistiæ altissima occultissimaq; scrutare mysteria.

Corpus Christi, in sacramēto sola fide conspicit.

Optimè igitur duritiam illorum, & incredulitatem propulsat Saluator, dùm inquit. Quid si videritis filiū hominis ascendentem in cœlum, vbi erat prius? Tanquàm apertè concluderet. Si illud, quod spectat ad Diuinitatem, crediturі estis; quare ea, quę De humanitate pronuntio, tanta mentis duritie contemnitis, & credere denegatis? Quid est ergo (inquit Augustinus) quod adiungit. Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quidquam? Dicamus ei. o Domine magister bone, quomodò caro non prodest quidquam, cùm tu mox dixeris: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in vobis? Et iterum. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam? An vita non prodest quidquam? Et propter quid sumus quod sumus, nisi ut habeamus vitam æternam, quam nobis tua carne promittis? Quid est ergò, Non prodest quidquam? Non prodest quidquam, quomodò illi intellexerunt: Carnem quippè sic intellexerunt, quomodò in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quomodò spiritu vegetatur. Sic ergo dictum est. Caro non prodest quidquam.

Accedat igitur spiritus ad carnem, quomodò accedit charitas ad scientiam, & plurimùm prodest. Nam si caro nihil prodesset, frustra verbum caro fieret, ut ha-

F bitaret in nobis. Si per carnem nobis tantùm profuit Christus, per carnem, spiritus aliquid, pro salute nostra egit. Caro vas fuit, habet enim organum spiritus, quod est ipsa caro, & ipse est, qui uiuificat; Caro autem nō prodest quidquam. Non sic igitur, ego do ad manducādum carnem meam, sicut illi intellexerant, de carne secundū modum suum. Hæc ex Augustino: loco citato.

Frangit Christus panem, quia non vult, plures consecrare panes; Vnum consecrat, vt sit communio ex cōmunicatione vnius corporis, quod in vnitate consistit. Item de fractione panis sæpius mentio repetitur, vbi de hoc sacramento agitur, ut hinc clarius perspiciamus,
G non insistendum nobis, dùm de hoc sacramento agit, in illa exteriori forma, ipsisve exterioribus speciebus, quæ nostris offeruntur obtutibus, nec in illis immorandum accidentibus quæ oculis obijciuntur, verùm intimiùs perscrutandum, quę sub illis latent speciebus, quę renda abdita, interiora perspicienda, & quæ oculis occulta sunt, sacramenta, lumine fidei indaganda. Nam scriptum est: quatenùs Dauid immutauit vultum suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ. Cuius occulti mysterij scrutator Augustinus sermone secundo, in declaratione tituli, inquit. Mutauit in sacerdotio vultum suum, corā
H regno patris sui. Tunc mutauit vultum suum (Dauid videlicet noster) cum, dùm in Iudea esset, sacrificium secundum Aaron, postea de corpore & sanguine suo instituit sacrificium, secūdum ordinem Melchisedech. Et tympanis personabat, quia tympanum non fit, nisi cum corium in ligno extenditur. Tympano personabat Dauid, significans quòd crucifigendus esset Christus. Tympano autem ad ostia ciuitatis concrepabat. Quæ sunt ostia ciuitatis, nisi corda nostra; quæ clauseramus contra Christum? Et ferebatur in manibus suis. Quomodò ferebatur in manibus suis? Quia cum commendaret ipsum corpus suum, & sanguinem, accepit in
I manibus suis, quod norunt fideles, & ipse se ferebat quodammodò, cum diceret. Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum &c. Sed & Moyses cum per deserti penetralia transiret, postquàm nemoribus, uepribus, & virgultis trāsactis, ad interiora peruenit, ibi Dei gloriam adesse cognouit. Hincindè diuina omnia sunt nobis obsita caligine, abdita sunt oculis, quæ peruia sunt fidei. Omnis enim gloria eius ab intus &c. & hac potissimum ratione uocatur cœna Dominica, ab Apostolo. Quia in cœna (saltèm ordinariè, & in pluribus) non naturali lumine solis, quem super bonos, & malos facit oriri Dominus, vtimur; sed lumen candelarū in
K obscuris tenebris, ingruentibus noctibus, ad uidendum accommodamus, quod est ipsum fidei lumen ab ipso authore fidei, nobis collatum; secundum quod scriptū est. Domine, in lumine tuo, videbimus lumen. Hac enim ratione vocatur cęna Dominica, non cęnæ exemplar, quia ibi, Dominus; non figura Domini, à cęnantibus sumitur; cùm uerè Dominica cęna celebratur, fideliterque recolitur. Cæterùm quid uobis uidetur, ò uerè fideles catholicæ fidei cultores, de Hæreticis, quanti faciant Christum? quàm magnificum prædicent, quā ardentem eum ostendant in ecclesia, sibi tamen adeò dilecta? Cui frustum panis in suo abscessu, pro suæ immensæ dilectionis pignore, reliquisse contendunt? Nonnè inuidendùm esset ab ecclesia Christianorum, sinagogæ

Cur frangat Christ⁹ panem.

1. Re. 21.

Psal. 33.

Tympanū Dauid.

Psal. 44.

1. Cor. 11

Lumen fidei obscurum.

Psal. 35.

Panis ecclesiæ, Iudeorū māna longè prestātius.

synagogæ Iudeorum, cui manna è cœlo præstitum erat, A quod non panis tantùm, sed eduliorum omnium suauitatem continebat, ità vt desiderium eorum, afferret eis, & non fraudarentur à desiderio suo: Ad quid specialiter, opus erat Apostolo, vt sibi à Domino mysterium istud reuelaretur. Si tale non esset archanũ, quod non ab alio, tantùm discere, sed suis proprijs potuisset oculis auspicari? Ego (inquit) accepi à Domino, quod & tradidi vobis. Hoc ipsi reuelare, ipse Dominus voluit, quod supra hominum ingenia, ipse Dominus effecit. In qua nocte (inquit) tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum. Ineffabile hoc sacramentum, maluit ipse Dominus, doctori gentium aperire, B quò indubitata fide, omnes fideles, suscipere vnanimiter possent.

Cur magnũ & admirabile Eucharistiæ mysterium, fuerit Apostolo reuelatum.

Obserua insupèr quod idem Apostolus, paulò ante inquit. Vt prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod dico: calix benedictionis, cui benedicimus, nonnè communicatio sanguinis Christi est? Et panis, quẽ frangimus, nonnè participatio corporis Domini est? Non incongruè igitur Marcus euangelista, non ignarus humilitatis Saluatoris, qui in cunctis abiectissimus extitit, cœnæ huius apparatum descripsit, in qua nil sublimius, nil æsu salubrius conuiuantibus sodalibus, exhibendum erat: Non enim misit discipulos suos ad domum pauperum amicorum, seu cõsanguineorum, sed ad domum diuitis præpotentis. Ite (inquit) in ciuitatem ad quendam &c. Ipse ostendet vobis cęnaculum grande stratum: illic parate nobis. Ad quid grande cęnaculum, nisi ob grandiorem cęnam, cùm non cęna propter cęnaculum, sed cęnaculum propter cęnã eligatur? Hæc non obitèr permisit, sed sponte requisiuit, qui semper humilimus fuit.

Dominicę cęnę sublimitas.

Mar. 14.

Adhuc autem apud nos alterũ ex illis pretiosioribus vas ostenditur, quod Genuæ maxima veneratione custoditur, atque recolitur. Bone Deus. Quomodo adhùc D in tantam lucẽ offendere possunt, nisi qui prorsus filij sunt tenebrarum?

Vas quod i cęna Dominica fuerat, apud Genueses reseruatũ colitur, & ostẽditur.

Ex his omnibus intellige, & firmitèr credens conclude, confitentem Christi omnipotentiam, Diuinitatem, eiusdemque erga nos summam benignitatem, ac dilectionem, nullo modo posse inficiari hanc veritatem, aut repudiare sententiam.

Cùm diabolus iam misisset in cor. &c. Mirum, & tremendũ facinus. In conuiuio Christi, ac inter discipulos eius, etiam diabolus inuenitur. Ecce quomodo inter filios Dei adsit & Sathan. Quomodò autem huc intrasti, tu Iuda, non habens vestem nuptialem? Certè li- E gatis manibus, & pedibus, in tenebrasque exteriores, numquàm inde eruendus, mitteris. Vide agnos, adhuc inter lupos consistere. Vide in rete Domini bonos, & malos pisces contineri: Triticum cum zizania reperiri: Perpende sanctos cum peruersis conuersari. Sic enim decet, ne marcescat sine contrario virtus: & vt coronas perpetuas adipiscantur, quicũque legitimè certauerint. Aduenit diabolus, obduraturus mentem Iudæ, acturusque, nõ vt quod sanctum erat, sanctum non esset: qui hoc non poterat, sed sanctum non sumeretur sanctè: & quasi rabidus canis, obsonium sanctæ bucellæ, tortuo oculo, sed proteruior animo, exhibitum sumeret edulium. Adfuit & Iudas, conuiuioque interfuit:

Interfuerat & diabol' cœnæ Dominicæ.

Ecclesia militans.

Sed vtinam, tempus miserendi eius obseruaret, & veniam in conuiuio, quam Magdalenæ nouerat non negatam, poscendo, obtineret. Quia tamen actum erat in animo eius, veluti cuius mentem iam auaritiæ pestis, totam occupauerat, cuius cor, nec magistri lenitas, nec mansuetudinis benignitas, poterant à concepto scelere, reuocare: Potius malum sibi ex beneficio parat, abutiturque benignitate, & mansuetudine indignatur. Hæc Iudæ inhumanitas: hæc discipuli proteruitas: quem, nec mensæ communio placauit, nec facinoris fera, ac ante inaudita peruersitas, ad resipiscendum traxit. Iusto autem Dei iudicio, in diaboli potestatem damur, & in concepta malignitate relinquimur, tunc maximè, cùm impij nec benignitate flectimur, nec beneficio, seu clementia à nostro facinore resipiscimus.

Pessima ingratorum consuetudo.

Iudæ proteruia.

Cùm diabolus iam misisset in cor, &c. Diabolus miserat, & quod ille miserat, miser ille non reiecerat. Impius, semen mittit impietatis. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & sibi similem in impietate constituit. Miserat impius suggestor, in agrum Domini zizaniam hanc pessimam, & radicem in corde Iudæ fecit: Ità ut iam impietatis fructus, in proprij magistri necem produceret. Hoc autem sibi ad obfirmandam, in corde Iudæ impietatem, præscripsit diabolus: quo supplantator inter epulas efficeretur: Et dum adhuc escæ essent C in faucibus eius, magnificaret super magistrum suum supplantationem, & quidem misit in cor: neque intus in cor mittere potuisset, nisi simul & ipse in Iudam introisset. Hoc est enim in tentationem intrare, idest tentatori aditum præbere: alioquin quomodo misisset in cor, si occlusum cor inuenisset? Si illi prius non patuisset cor? si occupatum, plenumque cor inuenisset. Imò in cor diabolus non mitteret, nisi & traditum illi cor simul fuisset. Absit autem, vt qui nec in porcorum corpora intrare poterant: in corda hominum ad libitũ introire possint. Qui autem nec iumenta, nec cætera bona temporalia, molestare Sathan, apud Iob poterat: quomodo cor hominis pro sua voluntate occupare poterit, bonaque omnia dilapidare? Tradidit ergò Iudas, prius cor suum diabolo, quem diabolus mox technarũ suarum compotem fecit, suorumque votorum ministrum. Expressiùs autem infra, post bucellam, Sathanas intrasse in Iudam describitur: dùm ad finem, facinus, quod conceperat, reducitur: Et quòd in cor, per cogitationem introduxit, posteà opere compleuit.

Diaboli offitium.

Sathanas i Iudã cur intrauerit.

Cum diabolus, &c. Diabolus in Iudam, velut in rem suam, & in possessionem suam, quæ sua semina sunt: misit. In cor eius, sicut in propriam domum suam, & in suum vas, præparatum, virus suum immittit. Hæc autem Iudas, de se ipso disposuerat: veluti qui prius impius in pios extiterat, & crudelis in pauperes Prius pietatis prętextu murmurabat condemnans pietatem: Deindè, cum in peccatorum profundum peruenerit, contemnit.

Iudas diaboli mancipium.

Factus igitur apostata à Christo, totum se diabolo commendauit. Adhùc quem scelestum iam diabolus agnouerat, se conuertit. Nec abhorret ingratus discipulus, tantũ perpetrare sacrilegium immanissimumq; facinus committere. Quod faciens statim diabolus Iudam suum impulit ministrum, vt aduersus Christum quodcunque cogitauerat impleret. Hæc enim munia sunt iniquorum discipulorum Christi in ecclesia, quibus

Iudę ingratitudo.

Diaboli versutia.

bus peiores, vix aliqui reperiuntur ex laicis. Agnouerat diabolus, hunc inter cæteros solum plusquã Christum amare pecunias, deditumq; auaritiæ, quæ est dolorum seruitus. Agnouit inter cęteros, proditurum Iesum, Iudam ingratum discipulum, ideò ad hunc conuertitur persuasurus facinus, quod vix alius excogitasset.

Non cogit nos ad peccandũ dæmon, sed suggerit.

Non compellit Sathanas, sed impellit, non efficit, sed suggerit ille peccata; suadet (inquam) non cogit. Circuit ille non ingreditur: quærit quem deuoret, non tamen rapit, nisi volentem: nec intrat, nisi aperiatur sibi. Quapropter vt resistamus, adhortatur nos Apostolus. Nolite (inquit) locum dare diabolo: Et alius coapostolus. Cui resistite (ait) fortes in fide. Sic enim non super id quod possumus, tentari permittimur: sed vt per tentationem, Deus in nobis, prouentum faciat, vt coronentur, quicunque legitimè certauerint.

Ephes. 4. *1. Pet.* 5.

Cum diabolus misisset in cor, &c. Quò tantũ impietatis scelus, non ab alio, quàm à diabolica perfidia excogitatum agnoscas, authorem facinoris, & magistrum ostendit diabolum, quasi humanæ mẽti hoc infandum sacrilegium non potuisset illabi, nisi diabolica impietate suggestum. Hinc autem discas quanta versutia, quantisve machinis in cor mittere, sua tela conetur humanæ naturæ, tàm improbus hostis: gnarus profectò, quod talis aditus ingressu obtento, cætera omnia mala sibi polliceri possit indè euentura; quandoquidem à corde exeunt, velut ab infecta radice, quę coinquinant hominem, homicidia, odia, sacrilegia &c cæteræque omnes cogitationes malæ. Hinc licet ab vno crimine discere omnes, diabolique eam esse naturam, vt nullum malum intentatum relinquat, omniumq; flagitiorum incitamenta mortalium pectoribus inserat, nulli parcẽs hominum conditioni, gradui, sexui; ita vt inter cœnæ Dominicæ conuiuas, vnum e mensa Domini surripere potuerit. Quis igitur cordis sui ostium, diabolicis tentationibus non præcludat? qui diabolica suggestione Iudam Magistri sui proditorem effectum videat, Iudeosque, itidem Messiæ sui occisores?

Humani generis hostis crudelissim° est diabolus.

Diaboli natura & conditio.

Qui autem horremus, & nostris in præcordijs Iudæ facinus detestamur, quo tam impiæ suggestioni, sic consensit, vt magistrum suum pariter, ac nostrum dominum, & regem Angelorum, simul atque nostrum, totiusque boni nostri authorem & largitorem tradiderit, ab eo apostatauerit, & diabolo occurrerit; à Christo se abdicauerit & Sathanæ adhæserit; est (inquã) quod horribilius horreamus in nobis, & eo detestabilius, qđ in nobis experimur, iterumque atque iterum, quod ille semel commisit, nos perpetrasse. Quotidie enim, Iesum peccando prodimus, quotidie ab illo recedimus, & sceleribus diabolo appropinquamus, cuius mancipia efficimur, peccati seruituti, in eius potestatem vltranei addicti. Prodit autem, & vendit omnis auarus, per vsurarias conuentiones, per fraudulentas rationes merciũ, per detentas mercedes, per rapinas &c. Christum, & ipsius Christi regnum: ita vt interdum minori pecunia vilioriq; pretio, quàm quo, à Iuda vendatur Christus, cuius erat discipulus, & assecla hæresque bonorum omnium. Vendit, & gulæ parens, pauca etiam lente eum, in quo, sunt omnes thesauri Dei absconditi. Sed & superbus, inanisque gloriæ cupidus, nescio qua instabili & in certa aura vendit eum, ac prodit, in quem desiderant Angeli prospicere. Nonnè detractor, contumeliosus, seminator inter fratres discordiarum, verbo Christum vendit, & ab eo recedit, cum nequeat summa veritas cum eis partem habere? Vendunt & Christum, qui voluptatibus dediti, carnis desideria perficientes, omnem etiam suam consumunt substantiam &c. Vide igitur qui de Iuda vlterius non dolere debes, de quo nõ est dolendum, vt de te ipso doleas, dũm tibi optio, est tã benignè concessa, agasque vt benignitas Dei ad pęnitentiam te adducat. Doleas (inquam) quòd diabolo circumeunti & quærenti quem deuoret, tam facilè consentias; Christo autem ad ostium stanti, pulsanti, roganti, perseueranti, adhuc præcludas aditum.

Plures Iuda multò peiores, reperiuntur nũc in mũdo.

Vendunt peccatores Chřm.

Cum diabolus iam, &c. Optimè dictum illi fuerat, quod insidiaretur calcaneo, fraudulentissimus enim ille, ac cunctis bestijs callidior, serpens antiquus, & sæuissimus draco, vitæ Christi insidiatur, manetq; ad deuorandum paratus, cuius ab initio homicida fuit, quem semper incredibili est prosecutus odio. Hac enim ratione molestior Christianis efficitur, quod eos per Christum, suas olim sedes occupare in cœlestibus non ignoret. Huius autem, Christum confregisse in aquis, capita per psal. didicimus.

Perpende hic obsecro cur fidelibus sit demõ magis infest°.

Tria sunt capita huius draconis, quæ Christus confregit in aquis. In aquis (inquam) baptismalibus omne caput peccati confringitur, originalis videlicet, venialis, & mortalis, si quo, antè irretitus fuerit, rectè suscipiens. Et hoc quidem tertium, septem habet capita, uitia videlicet capitalia, quæ in fonte baptismatis singula confringuntur, & è medio tolluntur. Ideò non potest non prius calcaneo insidiari, quàm ab inferiori sensu ad superiorem rationem ascendat, in qua peccatum per voluntatis assensum consumptum reuiuiscat.

Tria draconis capita.

Draconis capita quomodo confringãtur.

Per hoc autem, quod inquit diabolum in cor misisse Iudę virus suum, apertè innuitur Iudam, diaboli membrum effectum, Sicut enim Christus bonorum omniũ caput dicitur, ita & meritò diabolus malorum caput esse perhibetur. Quandoquidem sicut Christus, concorporauit, & vniuit sibi ecclesiam fidelium, in vnitate corporis mystici, cuius dicitur caput, ita diabolus vnit sibi, non solum infideles, & hæreticos, sed impios omnes, in sua impietate degentes. Quorum congregatio, sinagoga sathanæ; seu ecclesia malignantium nuncupatur. Ea autem adhuc conuersatio, & mixtio inter bonos reperitur, adeo vt, donec expurget aream hãc suam à paleis, vt reponat in horreo triticum, ad littusque trahat rete, ac bonos, à malis diuidat, necnõ separet agnos ab hedis, vix inuicem reprobos, ac probos, iustos, ac impios discernere valeamus. Hinc supra Christum, vocasse Iudam, diabolum audiuimus. Vnus (inquit) vestrum diabolus est. Et Petrus, dùm ea, quæ Dei non sunt, sapit, sathanas vocatur. Velut si communia, effecta sint idiomata capitis, & membrorum. Et ille superbiens Nabucodonosor, nuncupatus est lucifer. Infundit igitur diabolus in Iudã, velut in suum coniunctum membrum, velut arbor, in ramum sibi cohærentem, humoris eiusdem qualitatem, quæ in stipite reperitur. Si enim, dimissus à diabolo Iudas extitisset, eiusque membrum non fuisset, neq; diabolus in cor eius, virus suum infundere potuisset. Quisquis igitur consentit suggerenti diabolo, iam efficitur membrum diaboli, & in ipsius cor, veluti mancipij sui diabolus, facilè omne facinus immittit. Nam parum est diabolo, in aures, in oculos,

Diabolus malorum omniũ caput.

Apoc. 2.

Cap. 6.

Esa. 14.

oculos, in sensus, & etiam in intellectum quæcunque obscœna, & prosana mittere, quæ refellere facilè bene compositus potest animus: Verùm cum in cor iam missum est, & voluntate firmatum; non nostrum, sed solius Dei est munus, a peccato nos liberare, & à diaboli seruitute eripere.

Actum est de eo, cui cor diabolus occupat.

Cùm diabolus iam misisset. &c. Diaboli nequitiam, eiusque in Christi asseclas, proteruiam, quis satis referre posset? Quid humano generi infestius? Quid perniciosius? Quid nostro aduersario iniquius? Quid diabolo prauius? Quid peruersius Sathana? Quid malignius, quid crudelius dæmone? Ipse nempe est qui suscitauit in cęlo bellum, qui inter Angelos pacem conturbauit. In paradiso seminauit discordiam: primos illos parentes sic fauciauit, vt semiuiuos relinqueret, qui primum fratrem, in fratrem cōcitando fecit, & in omni ecclesiæ agro, seminauit zizaniam. Posuit in ęsu ingluuiem, in generatione luxuriam, in conuersatione malitiam, in locutione mendacium, in cōuentionibus fraudem, in administratione auaritiam, in bono proprio superbiam, in alieno inuidiam, in correptione iram, in veritate odium, in diuitijs iactantiam, in scientijs pertinaciam, in dominatione arrogantiam, in subiectione indignationem, in paupertate diffidentiam, in corde ponit cogitationes iniquas, in ore locutiones prauas, in opere actiones malas: semper illecebras suggerit, falsa lucra proponit, turpia facta commendat, offendicula gressibus parat. Laqueos vndique tendit, & singulos præcipitare molitur.

Diabolus humano generi infestissimus

Diaboli inuidia.

Hic est ferus ille Belial, cum quo nihil commune habet Christus, quique in Christo non habet quidquam. Huic igitur omnino renunciemus, cui in baptismo iam semel renunciauimus. Sis tu nobis propitius defensor bone Iesu, ne vnquàm præualeat, aduersum nos iste cōmunis, tuus. s. & noster hostis: Potens es enim Domine, eripere nos de faucibus diaboli, & de potestate tenebrarum, de rugientibus præparatis ad escam. Qui enim fortior es, potens es deuincere illum, & omnia spolia eius auferre, vesaniamque eius cohibere. Extende tu manum tuam in ceruicibus inimicorum tuorum, & cōprehendantur in superbia sua: alioquin superbia eorū, qui te oderunt, ascendit semper. Contere brachium peccatoris, & maligni, quoniam dolosè egit, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Surripe tu domine chirographum, quod contra nos tenet, & proijce accusatorem nostrum; deleque omnia, quæ in eo continentur aduersum nos commissa facinora. Non permittas tuæ creaturæ, dominari tyrannum istum, tenebrarum principem; nec tradas bestijs animas confitentes tibi. Extende Domine super nos alas protectionis tuæ, quia in vmbra alarum tuarum sperabimus, donec transeat iniquitas. Sub vmbra igitur alarum tuarum protege nos, vt serpentis insidias euitare possimus: assiduo enim nos liuore prosequitur vt deuoret, & ut perdat; siue enim vigilemus, siue dormiamus, siue māducemus, siue bibamus, siue aliquid aliud agamus, adest insidiator, die, ac nocte instat fraudibus, & technis, artibusque omnibus, vt etiam ad nos decipiendos se in Angelum lucis transfiguret, vt nos à te auersos disperdat, & dispersos in æternum perdat.

Chirographū tenet dęmon aduers' nos.

Cum diabolus, iam misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariothis, &c. Nequam hic insidiator, hominum, impius Diuinæ ęmulator maiestatis, malorum omnium callidus suggestor inter alumnos Christi versari, nec pertimescit. Quasi alter cuculus, qui aliarum auium infestus est nido, à quo sorbendo germana auicularum oua, ablatis illis, sua ementita fraudulenter supponit. Hoc in Iuda potuit nostræ salutis æmulator, vt in vno, ex multis saltem gloriari possit, cuius & nostræ ignauiæ, & versutiæ diabolicæ conquerebatur Dominus. Vulpes foueas habent, & volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Quibus intelligimus, sathanam, tota sua versutia inter Christi fideles, pessimarum omnium iniquitatum semina inijcere. Non talis illi inest cura, non tanto fertur hastu, inter Turcas, Iudeos, Sarracenos, idolatras, & ab ecclesia reiectos, cum his omnibus occlusa sit saluationis via, solis ecclesiæ membris reserata. In quos infestus ille omnem mouet lapidem, vt exosam reddat ecclesiam: imò in eundem Christum, excitat odium, vt tradatur gentibus ad illudendum, ad flagellandum, ad conspuendum, & cruci affigendum. Hoc molitur noctu, tenebris peccatorum prius obcœcato animo; hoc potest dormientibus hominibus perficere, impias suggestiones infigere cordibus, falsas doctrinas persuadere, nouas sectas perquirere, & quod olim apud legem veterem, per Baalistas, Molochitas, Saducæos, Phariseos, Giezitas, &c. In ecclesia aduersus fideles concitauit in Christum, tùm Iudam primum ex Apostolis: Arrium infestum diuinitati eius, ex asseclis, Manichæos, Pelagianos, Donatistas, Lutheranos, Anabaptistas, Caluinistas, & omnium aliarum zizaniarum ministros.

A

Rectè diabolus cuculo comparatur.

Mat. 8.

B

C

Omnium heresū sator est diabolus & initium.

Cum diabolus iam misisset in cor, &c. O infelicem Iudæ sortem, ò quantum mutatus ab illo, qui pridie fueras. Quomodo tam repente eclypsaris ò lucifer, qui manc oriebaris, solis splendore clarescens? O quàm promptè, quamq; facilè cecidisti? Quid est dicere, Cùm diabolus iam misisset in cor, nisi apertè insinuare præcedenti iam culpa præparatum fuisse Diabolo locum? Nisi e cœlo per auaritiam defluxisses, quomodo in tam horrendum facinus, & barathrum corruisses? Solus nanque peccator, cum in profundum peccatorum venerit, tàm salutem, quàm Saluatorem contemnit. Attende quam amarum tibi, ò Iuda, quàm damnabile sit tibi ò infelix. Dereliquisse dominum recessisse à magistro, & oblitum esse Domini creatoris, ac Redemptoris tui. Attende (inquam) de quàm iucundo, & felici statu, ad infelicem, & miserrimum, tàm præceps transieris. Præcipitasti te à summo pinnaculi, & corruisti. Veh tibi hìnc, veh tibi illìnc, veh tibi vndique. In corde, vbi (si non mentior) aliquando abscondebas mandata Dei tui, & magistri tui, vt non peccares illi, nunc diabolicis, truculentissimisque suggestionibus locum præstas, aduersus Dominum & aduersus Christum tuum? Dixeras pridie (forsan) cum Thoma, eamus & nos, & moriamur cum illo; quod utique labijs confitebaris, qui corde aliud moliebaris; illorum ascribendus cathalogo, de quibus conqueritur, qui cordis intimus scrutator existit. Populus hic, labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. Heu qui abiecisti Deum, sathanam recepisti. Repulisti, distulisti, tradidisti Christum tuum; proiecisti omnes sermones eius retrorsum; diaboli mancipium magis, quàm Christi discipulus esse elegisti. O insanæ mentis deplorandam amentiam.

D

Miserim' omniū Iudæ casus & ruina maxima.

E

Matt. 15.

amentiam. O impudentem virum. O uecordem, & ingratum discipulum. Hæc iacta sunt, iam tuo cordi omnium iniquitatum, & malorum semina. Hæc in corde iam recondita delitescunt, dùm fingis laborem in præcepto. Inter oues lupus assistis, vt rapias, vt perdas, insidias parans pastori, vt eo percusso dispergantur oues. Et iam, qui non es cum Christo, contra Christum es, & qui non colligis secum, dispergis cum sathana, cui te corde spopondisti: Seminauerat quidem optimus agricola, in suorum discipulorum agro, bonum, tàm veritatis, quàm pietatis semen, sed quod cecidit supra petram hoc volucres cœli comederunt, & abstulerunt. Quid vsque adeò gloriaris in malitia, potens factus in iniquitate, vt pepigisse fœdus cum diabolo, pactum cum inferno, consensum cum morte non abhorrueris.

Iudæ dementia.

Nec oportuit, vt se in Angelum lucis transformaret, vt blandiretur sathanas, cui te primo congressu despondisti, & præcordia præparasti. Affuit tentator, cuius te apprehendit, non humana, sed diabolica ipsa tentatio. Parùm tibi obfuisset tentatio, si in tentationem taliter non incidisses, vt cor tuum tentationi non concessisses. Proiecisti sermones tui magistri, & domini retrorsum, abiecisti spiritum Christi, & spiritum diaboli suscepisti: propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium stirpitùs eradicabit.

Facilis Iudæ assens' diabolicis tentationibus.

Cum diabolus iā misisset in cor, &c. Audi virum iustū, ac Deo charū, hæc prædicentem. Ingredietur bestia latibulum, & in antro suo morabitur, & ab interioribus egredietur tempestas. & alibi: Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus, & vmbræ protegunt vmbram eius. Sic deceptor latibula vmbrarum quæritat, vt in abscondito incautum decipiat, deceptumque possideat. et (vt Gregorius inquit.) si semel cor in intentione corrumpitur, sequentis actionis medietas, & terminus ab hoste callido securè possidetur, quoniam totam sibi arborem fructus, ferre conspicit, quam veneni dente, in radice per suggestionem vitiauit. Quod & idem Iob. apertè insinuauit, dùm inquit. Cor eius induiabitur, quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Effectus igitur omnis pietatis expers, nullis vltra beneficijs emolliri potuit, nullis persuasionibus ab incepto retrahi, nullisve terroribus à facinore reuocari. Quòd si Christo non adhæsit cor prauum, iam diabolo restat occupandum: vt qui, ab vno dominorum elongatur, alteri se coniungat.

Iob 37.

Iob 40.

Cap. 41.

Cæterùm obseruat diabolus, eos qui affecti sunt dolis, & nactus occasionem propensioris fraudis, insilit assumens secum septem alios spiritus nequiores se, vt fiant nouissima hominis illius peiora prioribus: insidiatur quasi leo paratus ad prædam, vt nunc vno, nunc altero, tum superbiæ, tum inuidiæ, tum luxuriæ spiritu surripiat, & surreptum possideat. Maximè sua iacula infigere posse conspicit in eum, qui de spirituali bono sui, uel alterius tristatur. Tunc enim in Saulem molestior insilijt, cum inuidia persequi insontem Dauid, ac occidere cogitauit. Nam uelut latro deserta obtinet loca, præsertim in segnes illos, qui opus Dei faciunt negligenter. In istos tanquam in vacuos se ingerit, velut in feriatos, & alienos ab his, quæ ad Dei cultum spectāt. Hinc sæpe sæpius hortamur, cordibus nostris psallere, semperque in domino gaudere, & illi in lætitia seruire,

Diuersis armorum generib', tentat diabolus.

Inuidos diabol' facilè & celeriter occupat.

F necnon iubilare Deo salutari nostro: quandoquidem animus, Dei iucunditate perfusus, roboratur aduersus diabolicos astus, & incursus sathanæ. Impletur diuini verbi virore, ita ut nihil residui sathanæ, occupandum relinquat. Quo quidem consilio Diuus ille Antonius Anachoreta, suos hæremicolas tutos à technis sathanæ, & hac arte, reddere excogitauit. Nec ignoramus quantùm dęmonis uires debilitarentur, imò de laudibus frāgerentur sonoris vocibus, psallentis in cithara. Quo pręsidio passim vtitur ecclesia, quæ in tympano, & choro, in chordis, & organo, in cimbalis bene sonantibus, totos subleuare ad Deum fideles salubritèr consuluit.

Diuinarū laudū concentibus diabolica tentatio ꝑpulsatur.

G Secus in malæ mentis peccatoribus, in male dispositis cordibus, prædo sęuissimus debachatur. Quod si nos ipsos, & omnia nostra quæcunque obueniant, in manibus Christi referamus, quis dæmonum congressus expauescet? Quis diffidet vaserimi draconis superare sæuitias? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meū: si exurgat aduersum me prelium, non timebo, quid faciat mihi homo: Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.

Igitur nullum tutiùs præsidium, nihil ad profligandam à peccatoribus tristitiam aptius gaudio rerum diuinarum: cordis lætitia, quę est in Christo Iesu; seruitute iucunda Saluatoris. H Huius expers Iudas, expers etiam consolationis, locum cessit diabolo: Quo utinā exemplo eruditiores euadamus. Cæterùm, cum per tentationem iam diabolus assideret Iudę, nec illum ipse repelleret, tandem per consensum, in cor Iudæ, tanquàm in suam possessionem, seminaturę zizaniæ, & radicati odij, fructus suscepturus intrauit.

Cùm diabolus iam misisset in cor, &c. Vociferabantur olim ad Eliseum propter obsonia illa collocynthidarum amaritudine respersa sibi ipsis timentes. Qui à Propheta liberati fuerunt, ab instanti, in quo versabantur periculo. At insensatus Iudas, nec suæ salutis timet I exitium, nec tanti virus degustat amaritudinem. Saltē suæ captiuitatis vinculum abrumperet, quo se e manibus insidiatoris eximeret. Demulcet ille, & deluditur iste, dùm tenet suis dolis miserum irretitum, paulatim ad littus donec extrahatur conducit miserum. Vnde autem id nobis eueniat, ut communis hic noster, tàm acerrimus sit effectus hostis: Illud in primis est prænotandum. Nullo alio concitatum fuisse, quàm suipsius propria iniquitate. Ipse in se Deum concitauit, in quem superbiæ suæ cornua erigere non erubuit. Deus autem ea compulsus temeritate, pulsum eundem à propria designatæ sibi beatitudinis sede, in barathrum, perpetuo igne cruciandum relegauit. Is autem malignitatis suæ odio maxime flagrans, cum nec Dei maiestatem minuere, K nec in aliquo eandem offendere posse, non ignoret, omnibus furijs inuectus, in nos, vt in eiusdem Dei veri imagines, assiduè diuersis dolis insidiatur.

4 Reg. 4.

Cur diabolus humani sit generis hostis acerrimus.

Demonū miseria & ruina.

Grassatur autem in omnes, quos à speciali Dei adiutorio immunitos reperit & agnoscit. Ad hoc enim Christi oues dispergere molit', quas ab eius patrocinio abductas, deuorare possit. Hinc quātæ sit curæ Christo suas oues proprio ouili reconditas habere, apertè referauit, illius Pastoris exemplo, qui relictis nonagintanouē ad illam properauit, quæ per abrupta pergens errabat. His additur & inuidiæ liuor, quo ad omne nostrum impediendum bonum perurgetur. Hi sunt hostes nostri inuisi-

Diaboli liuor & cruciatus.

inuisibiles, qui mille nocendi modos ad nostram impediendam salutem habent. Dolet enim & erubescens confusione perfunditur, hominem multis calamitatibus obnoxium, paulominus ab Angelis minoratum, gloria & honore decoratum, & non solùm qui ex lutea massa compaginatus extitit, nihil minus ipsis Angelicis spiritibus habet; verum (quod illis est molestissimum) sedibus his, quæ debebantur ipsis æternaliter potiri concessum est. Hinc omnium peccatorum origo, vt sicut pater mendatij dictus est diabolus, ita & omnis causa peccati dici, & appellari possit: non quidem immediatè, siue directè, sed originatiuè, & indirectè, videlicet, quia ad peccandum primum hominem instigauit, ex cuius peccato subsecuta est radix, & fomes, siue pronitas hominum ad peccandum. Sic enim retorquere delicta in diabolum possunt, quo tamen specialiter non instigante, multa possunt committi crimina, vel ex carnis petulantia, suggesta, vel ex libertate animi prouenientia. Hinc ab ipso nostro Ioanne hostis, seu serpens antiquus nuncupatur. Non enim spontè ad seducendam mulierem, delegit inter animalia serpentem, sed Dei voluntate prohibitus, ne amabiliora desumeret, non potuit alio, quàm serpentis ministerio vti, tum ad mysteria congruentius accommodanda, quæ vltrò prætermittimus, ne ab instituto nostro procul, quàm par sit, recedamus. Tum ex eorum conuenientia symbolicis proprietatibus connotata. Sic enim super Genesim ad literam dictauit Augustinus.

Diabolus mendacij origo fuit & caput.

Quo diabolus sit omnis causa peccati.

Apoc. 21

Obserua Diui Petri præceptum, quo nos ad euitandos diaboli dolos edocuit, sobrietate, & vigilantia vti per sobrietatem scilicet, peccata carnalia, per vigilias mentis peccata fugere. Quid est diabolum circuire, nisi apertè insinuare, repetitis vicibus ad nos illum accedere, & circum circa cursitare, atque hincinde explorare, si quomodo reseratum sibi aditum reperiat. Dùm enim primo congressu, puta per superbiam, aut per inuidiam, & iterum per detractionem, modò per odium, nunc per luxuriam &c, ostium sibi mox aduertit occlusum, vices repetit insidiarum, Si quomodo, per vitium aliquod sibi detur accessus. Quibus non nisi maxima vigilantia, & temporalium voluptatum sobrietate, tutò custodiri nequit. Quod cernens Apostolus inquit. Nolite locum dare diabolo.

Vigilia & sobrietas, demoniacas tentationes longè propellunt.

Ephes. 4.

Cum diabolus iam misisset in cor. Quantis nobiscum machinationibus & versutijs agat diabolus, facilè intelligit, qui in se ipso oculos conuertit. Innumeris enim nos, illudere phantasmatibus conatur, & vbi nos pronos, ad aliquod facinus intelligit, crebris & nouis cliuiores ad aliquod facinus intelligit, crebris & nouis suggestionum erroribus, mentes nostras obnubilare satagit, & sæpè præcipitat. Iudam auaritiæ deditum, & iam pecunijs obstrictum perspexerat: quem murmurantem de pio, Christo exibito, obsequio, aduersus sanctæ mulieris officium audierat, ad deterius facinus, imò ad immanissimum omnium sacrilegium, vlterius conducit, vt eodem rete capiatur, quo aliàs captus non ignoratur. Iam vtique expetijt sathanas, ut cribraret nos sicut triticum, cum in cribro agitato per multa foramina periculum de tritico facit, vt cadat. Nequit in cribro constitutos, licèt agitatos surripere: sed ideo hinc nos, & inde agitat ex diuersis anfractibus repræ-

A sentat, quo, si non in uno, aut per vnum deijcimur, dùm alij repræsentamur, exeundo cadamus. Neque enim ignoramus cogitationes eius, inquit Apostolus. Sumus quidem omnes in cribro, qui in hoc mundo sumus, vbi assiduis, & incertis agitamur procellis, nunquam firmi, nunquàm stabiles. Semper incerti, ac varijs vicissitudinibus agitati. Homo enim natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs, & nunquam in eodem statu permanet. Cribratur à domino triticum, ut cadens in terram, per sui ipsius deiectionem, mundo moriens afferat fructum multum & alibi. Mittam uentilatores, & uentilabunt eam. Cribrat sathanas, sed ut cadentes rapiat, raptosque deperdat. Ecce Iudam in cribro, tàm crebrò ventilatum, ac semper in terram delectum. Iob autem fortius, ac uehementius conspice ab eodem agitatum, semper tamen in simplicitate sua persistentem.

2. Cor. 2.

Mundi instabilitas.

Iob. 14.

Ioan. 12.

B

Hier. 51.

Cribratur à diabolo Iudas.

Insuper nec frumentum in diabolico cribro, nec diabolicum cribrum patitur inesse sibi frumentum: quandoquidem ex porcorum cute conficitur, in qua immundi solùm uelut sues in uolutabro, in omni cœno voluptatum fœdantur. At diuinum cribrum, quo iusti agitantur, agitati, angustiati, afflicti, quibus dignus non est mundus: ipsum ex melotis, & pellibus caprinis confectum non ignoramus. Apostolo dicente. Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis &c. Sunt enim (teste magistro super hoc passu) melotes vestes, ex camelorum pellibus confectæ, aut etiam ex tassorum, quæ sicut caprinæ, hyspidæ, sunt, ac mordentes. Tanquam in cilitijs, ac asperitatibus, non voluptatibus uitam ducentes. Et in desertis, uelut Elias, & Ioannes Baptista commorantes. Attende quomodo velut in cribro, Dei spiritu agitati, circunferantur. In solitudinibus (inquit) errantes, in montibus, & in speluncis & in cauernis terræ: Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt: quia sic tanquàm aurum in fornace probat electos Dominus. Prius enim triticum trituræ subijcitur, anteqùàm cribro expurgandus mittatur: quia nullus tàm repentè ab omni inquinamento purgatur, qui prius, trituræ non subijciatur. Prius (inquam) à maioribus, subinde à minoribus: prius à mortalibus, subinde à venialibus emundatur. Nemo enim repentè fit summus. Vtrorumque necessaria emundatio, vbi nihil comquinatum, introire potest. Vnde Dominus per Prophetam. Si separaueris pretiosum à uili, quasi os meum eris.

C

Hebr. 11.

Alio & alio cribro boni cribrantur & impij.

D

Hier. 15.

E

Cum diabolus iam misisset in cor. &c. Sancta illa mulier Iudith, impio Iuda cautior, noluit aduentum Holofernis, in Bethulia præstolari, quæ maluit illi extra mœnia, licet furibundo, occurrere. Quem, ne periret, perdidit, & ne captiua fieret, trucidauit. Obsidentem nostri cordis arcem, truculentissimum habemus inimicum, diabolum videlicet, à cuius tyrannide, donec ingrediatur, securi consistimus. Satius erat Iudæ ad hostem exire, illique accedenti occurrere, quàm illi aditum præbere, intusque recipere. Nunquam enim belli ductores, subripere dominium poterunt ipsis, tantummodo in obsidione constitutis.

Prudentia Iudith.

D Quod

Luc. 2. Quod si fortis armatus, custodit atrium suum, nonnè in pace sunt omnia quæ possidet? Quod si illo, nec forti, nec armato existente, fortior superuenerit? nonnè omnia bona eius diripiet? O infœlicem Iudæ atrium, qui ab impio, immanissimoque hoste, nec atrium, nec arcem custodiuit, sed vt ingrederetur, aditum reserauit. Non sic vigiles custodientes ciuitatem, quorum vnusquisq; ensis super femur suum propter timores nocturnos. Non sic segnitèr, non sic qui se oculatum ostédit custodem dùm inquit. Circundederunt me inimici mei vndiq;, circundederunt me simul. Circundederunt me mala, quorum non est numerus. Quid est circundare, nisi insultare? Quid vndiq; circundari, nisi ab inimicis, insidijs vndiq; perturbari. Quapropter quanta, sit custodiendum cura, cor nostrum, sapiens Salomō edocet, dùm ait. Omni custodia serua cor tuum. qm ab ipso vita procedit. Vbi enim sapiens dicturus erat custodia, ibi præm sit omni, vt videlicet (inquit Gregorius) vnusquisque hìncinde diligentèr circunquaq; respiciat Et quandiu in hac vita versatur, contra spiritales nequitias in acie se positum aduertat, ne mercedes, quas per bona opera colligit, incautus, dùm malè operatur, amittat, ne hìnc hosti fores obstruat, & aliunde aditum pandat. Si quæ (inquit) ciuitas contra insidiantes inimicos, magno valletur aggere, fortibus cingatur muris, omni muniatur custodia. Tum verò in ea foramen tantummodo immunitum, per negligentiam relinquatur, inde per non occlusum hostis ingreditur, qui exclusus foris videbatur. Pharisæus namque ille, qui in templum oraturus ascenderat, mentis suæ ciuitatem quanta munitione vallauerit, facilè intelligimus. Ieiuno (inquit) bis in sabbato, decimas do, omnium quæ possideo, & si aliquem defraudaui, reddo quadruplum: quorum etiam omnium gratias domino agit.

Psal. 39.

Prouer. 4

Cordis custodia.

Magna hìc certè munimina adhibuit: sed videamus, vbi immunitum foramen hosti, per quod intraret, reliquit. Quia non sum (inquit) velut hic publicanus. Tunc enim cum hunc despexit, ciuitatem cordis sui, insidiantibus hostibus per elationem aperuit. Quam frustrà per ieiunium, eleemosinam, gratiarum actionem, & satisfactionem clausit. Incassum munita sunt cætera, cùm locus, de quo hosti pateret aditus, munitus non extitit. Gratias rectè agit, sed dùm peruersè, super publicanum se extulit, ac illum intumescendo despexit, sui cordis ciuitatem, se extollendo prodidit, quam ieiunando seruauit, elargiendo, & satisfaciendo muniuit. Victa erat ventris ingluuies, lepor gulæ depulsus, superata erat largitate cupiditas, deuicta suffragijs eleemosinarum tenacitas, propulsata penitus erat auaritia. Quibus hoc laboribus, & impugnationibus actum credimus? Sed omnes hi labores, vno vitio corruerunt, cunctaque bona, vnius culpæ gladio sunt perempta.

Luc. 18.

Humilitas in bonis operib' necessaria est

Vnde & magnoperè eniti oportet semper beneagere, ac in ipsis etiam nos semper bonis operibus cautè custodire. Hoc enim & Iacobus ait: Qui totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, factus est omnium reus. Et Salomon. Qui in vno offendit, multa bona perdit. Qui enim dixit. Non mœchaberis, ipse est qui & dicit. Non occides &c. Quòd si non mœchatus fuerit, occidat autem, iam legis diuinæ factus est transgressor. Hìnc etiam vates ille regius sic aiebat.

Iaco. 2.

Eccles. 9.

F Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis. Quid est in omnibus mandatis perspicere, nisi vndique se oculatè custodire, & omni iniquitati aditum præcludere? Facilè igitur in cor Iudæ & intrare, & eum suis nexibus obuoluere potuit dæmon. Qui cum fur esset, & auaritiæ aditum dedisset, ad quidquid voluit, illum diabolus concitauit. Psal. 118

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit, &c. Omnia sibi obuentura Christus agnouit. Hanc autem cognitionem talem esse, his uerbis ostenditur, vt aliquid supra simplicem, seu nudam cognitionem intelligas. Est autem constructiua rerum. G Præscientia autem subordinat sibi prouidentiam, ita vt prouidentiá pars præscientiæ dicatur, & sit. Addit tamen aliquid ad scientiæ rationem, & ideò non solùm Dei sapientia, attingere dicitur à fine, vsq; ad finem fortitèr, sed quod etiam disponat omnia suauitèr. Scit igitur Christus, & hoc vnum scit, quia omnia dedit illi Pater in manus: Vt intelligas quod ei cui Pater scientiam suam voluit esse communem, & suam communicabit omnipotentiam. Propter quod omnia ei in manus tradidisse dicitur.

Prouidentia Dei, ei' præscientiæ subalterna est.

Est autem duplex in Christo scientia, qua & abdita, & occulta adeo prospicit, vt omnia nuda, & aperta sint oculis eius. H Ea (inquam) increata, quàm cum eo, ab æterno pater communicauit, de qua Apostolus. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, & hæc causa rerum, addita voluntate, apud Theologos esse censetur. Sed & præter scientiam suam naturalem, quam vt homo habet, quæ fit dum lumine intellectus agentis illustrata phantasmata, intellectui possibili repræsentantur, quibus rerum materialium fiditates cognoscere possit: Inest & infusa scientia animæ Christi, potiori longè excellentia, quàm Adamo, uel Salomoni, qui sapientiores, inter omnes homines sunt crediti. I Vnde Euangelium, scientiam Salomonis scientiæ Christi, vt homo est, comparando, inquit. Et ecce plusquam Salomon hic. Ignauiam Iudæorum redarguendo, illius Reginæ Australis exemplo, & comparatione, quæ nec sexus infirmitati, nec itineris longitudini, nec sumptibus, aut periculis parcens, e proprio Regno, domibus &c, Hierusalem, aliquid sapientiæ Salomonis auditura perrexit. Inquantum igitur Deus, & ut homo, sciebat omnia Christus, qui omnia sibi a patre tradita esse sciebat.

Duplex Chr'sto scientia.

Hebr. 4.

Col. 2.

Quænam Dei scientia sit causa rerum.

Et vt Deus & vt homo scit Christ' omnia.

Sciens, quia omnia dedit ei pater in manus. &c. Ne arbitremur Christum suæ oblitum maiestatis, ob id, K quod conspirauerint aduersus ipsum diabolus, & Iudas, Iudæique, vt eum traderent morti. Sed cum non ignarus esset, sibi collatæ potestatis, consciusque esset, quia omnia illi pater dedit in manus: diabolum etiam intellige, & Iudam, mortem, & quæcunque aduersus ipsum conuenerunt. Haud tamen voluit, sua vti tunc potestate, ne impediretur opus nostræ redemptionis, quod pro sua voluit exequi voluntate. Quin potius ad obeundum susceptum munus, spontaneæ sui ipsius oblationis, ad ulteriora præcingitur.

Passionis suę tépore Christ' virtutis suæ potentia nō vtitur.

Est autē & quod sciebat Chrs, pp quod Euangelista in cæteris, q̄ de ipso spectanda restant, cautos nos reddere voluit: eius videlicet summæ maiestatis celsitudinem cōmemorās, inexcogitabilisq; dignitatis, & diuinitatis, Hebr. 1.

secun-

secundum quam, a paterna mente æternaliter exiuit, velut verbum, de quo scriptum est. Quia portat omnia verbo virtutis. Sicut enim Dei verbo, omnia facta leguntur, ita Dei verbo omnia repelli, & in nihilum redigi possent. Vtinam & homo suam prius intelligeret dignitatem, antequàm ageret vilitatem: qui cum in honore esset non intellexit &c. Neq; enim aliquando peccato assentiret, ne tantùm a seipso degeneraret. cui omnia dedit pater in manus, cui dictum est: quia subtus te erit
1. Cor. 3. appetitus tuus. & Apostolus. Omnia vestra sunt. Nullis igitur artibus, nullis viribus, nullis insidijs, aut technis poterat compelli Christus ad obeundam mortem, vt illud tantum intelligas, quod scriptum est. Quoniam oblatus est, quia ipse voluit: et quod potestatē ipse habeat, ponendi animam suam. Frustra igitur diabolus Iudas, Pilatus, & quisque contrarius Christi, eo renitente cōsiliū fecissent aduersus dñm, & aduersus Chřm eius.

Sciens, quia omnia dedit. Sic decuit patrem facere filio, vt omnia in eius constitueret potestate. Vnde et
Psal. 8. testatur Propheta. Quoniam omnia subiecit Deus sub pedibus eius. Hæc autem traditio, quam filio pater facere, plerunq; legitur, non est (quantum ad diuinitatem) temporalis, sed cum diuinitate æterna, nil aliud explicans, quàm eam potestatis conformitatem, quæ spectat ad diuinitatis vnitatem, & eam cooperationem denotans, qua pater omnia cōicauit filio, dicente Augustino. Omnia simul pater dedit filio, qui genuit filium, ī quo sunt omnia. Cæterùm ab instanti incarnationis, Christo homini, cum quo communicatum est esse diuinum, tradita sunt esse diuinum consequentia, seu cōcomitantia. Sic enim, sua cōia fecerunt idiomata, duç illæ naturæ, diuina, & humana, vt inuicem accommodentur, ita ut hunc hominem Christum, intelligendo, dicimus Deū, creatorem, omnipotentem, æternum &c. non tamen ratione assumptæ humanitatis, sed ratione assumentis personæ diuinç, quem etiam ratione humanitatis assumptæ, mortalem, & mortuum, passibilem, & passum interdum nuncupamus. Iure igitur, & sciuisse dicitur, & hoc sciuisse: quod pater omnia illi in manus dedit, vt
Apoc. 21 resarciret omnia, dicente eodē. Ecce noua facio omnia.

(Natura diuina & humana copulata in vno.)

Sciens, quia omnia dedit ei pater in manus. Attende quod cum supra de patre scriptum sit, quod omnia subiecerit sub pedibus eius; nunc omnia in manus eiusdem tradidisse dicatur. Et primò quidem ea ratione, vt quæ prius vilia erant, ante aduentum Christi, indigna, vt conculcarentur pedibus, ea per Christum nobiliora efficerentur, vt non vlterius sub pedibus cōterantur, verum, vt manibus contrectentur. Sunt enim sub pedibus lapides, lutum, terra, & q̄libet viliora, quæ terreno homini congruere non ignoramus. Christi aūt benignitas, nostras non respuens imbecillitates, e sub pedibus nos erigens, & à terrenis subleuans, in manus suscipere n̄ō est dedignatus. Et quidem oportebat nos, in manibus Christi collocari, in quo innouantur, & perficiuntur, siue q̄ in cęlis sunt, siue quę in terris. Omnis.n. artifex innouaturus quod cōfractum, quod inueteratum, quod disiunctum, quod diuisum reparaturus, extrema etiam inuicē copulaturus, opus suū purgaturus, in manibus resarciendū suscipit. Vñ Proph. In manu eius, sunt oēs fines terrę.
Psal. 94. Sic cerdones, calceos in manibus suscipiūt restaurādos.

Insuper, qui diligentius inspicere, & contēplari vult aliquid, in quo complaceat sibi, in manibus suscipit

A cōtemplandum. Hinc Prophe. Oculi dñi super iustos. Quasi oblectetur in illis. Insuper & qui cariora defert, Psal. 33.
quod multò carius est sibi, in manibus defert. Sic enim gemmas in anulis contentas, in manibus deferimus, necnon flores odoratu suaues, & aspectu delectabiles, in manu nonnunquam gerimus. Nam & eximius ille Prophetarum, suæ animæ assiduus inspector, & amator, eam se in manibus habere protestabatur inquiens. Psal. 118
Anima mea, in manibus meis semper &c. Quid est animam in manibus habere, nisi illam contemplari, pulchritudinem eius admirari, dona, & gratias illi collatas
B discutere, & percunctari; si quæ adsint turpia, emendare, & eam omnino ab omni terrenorum labe, ne coinquinetur, erigere, ab omni contrario incursu, & offensione culpæ peccatique rubigine mundam, & spectabilem facere?

(Quid sit animam ī manib' tenere.)

Sed & tunc in manibus aliqd accipimus; nummos, panem, cæteraq; huiuscemodi, cum ea, alteri suscipienda porrigimus. Christus igitur omnia in manu habere dicitur: homo autem solam suam animam in manu sua habere perhibetur. Quia Christus omnia nobis donare, & omnia nostra facere voluit, vt dùm suscepimus ipsum, omnia cum ipso nobis elargiantur. Ad quos Apo
C stolus. Omnia (inquit) vestra sunt. Habet igitur omnia in manu, qui promptè, & faciliter nobis tribuit, regnū, vitam, gratiam, gloriam, diuitias omnes, & thesauros cęlestes, vt si quis indigeat his, si quis ea cupiat, vel cætera quæcunque bona, ad eum accedat, in cuius manus omnia sunt tradita: de quo scriptum est. Tua est potentia, Hest. 13.
tuum regnum, domine; tu es super omnes gentes. Et alibi. In ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui possit resistere voluntati tuæ. Quid igitur vltra aliud quærimus, quàm Christum habere? Quid vlterius alium, quàm Christum poscimus, bonorum omnium largitorem tàm promptum, tàm benignum, tàm sedulum?
D Quis unquàm ad ipsum, petiturus dona accessit, & vacuus recessit? Hoc autem residui habemus, cum afflicti sumus, vt oculos nostros ad hunc, à quo omnia bona procedunt, attollamus. Vt sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suę, ita oculi nostri ad Dñm Deū nřm. Psal. 122.

(Christ' omnia suis habet manibus, in manib' autem hominis sola est anima.)

Omnia dedit ei pater in manus. Quid est quod iustorum animæ in manu Dei esse perhibentur, in manibus autem Christi omnia esse dicuntur? Quid per singulare illud, & plurale istud denotatur, nisi quod sola manu sua dextera, Deus iustos fouet, illisq; opitulatur, per misericordiam, & pietatem eos à malis liberādo, & ad po-
E tiora, æternaq; bona eleuando? Secundum quod scriptum est. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Iob 14.
Sed omnia habet, non in manu, sed in manus: quandoquidem, & iustitiam, & pietatem in impios, & in pios intelligatur extendere. Vbi sunt, qui vnam tm̄ in Christo manum cōstituunt, siue confingunt? Volunt quidā ex hęreticis, oīa in manu Chři tradita esse: cum tñ testetᵉ Io. Omnia in manus ipsius consistere. Qūo ad dexterā suam, agnos collocaret, hędos aūt ad sinistrā, si vnam tm̄ manum, & hanc dexterā.i. solam misericordiam cōtendunt existere, oésq; fideles sola fide fore saluādos: quasi nihil iustitiæ insit Christo? Verum qui in ruinam, & in resurrectionem multorum positus fuit, vtraque manu gaudeat, oportet, qua bonos foueat, tueatur, & ad uitam erigat, malos autem puniat, exprobret, damnet,

(Duabus Chři manibus vniuersitas cōtinetur.)

 & ar-

& arceat. In manus itaque omnia habere dicitur, cuius manus in ceruicibus inimicorum suorum: necnon in brachio suo, deponat omnes aduersarios suos.

Sciens quia omnia. Grauissimum onus, ab imo, ad superna eleuaturus Christus, omnia in manus suscipit, velut qui manum suam misit ad fortia: Ibi enim non satis vna manu, grauissimum pondus attollere, vbi tota requiritur potentia subleuantis. Nam ad erigendum genus humanum, quod corruerat, totius, soliusq; Christi infinita potentia requirebatur, quod nulla poterat alia virtute resurgere. Verum & ad erigendum eum, qui infixus erat in limo profundi, parumper attolli oportuit Christum, & eleuari, & vtraque manu, coniunctis pedibus, curuato humero, & inclinato capite, omnem suam collecturum potestatem, vt pondus illud grauissimum, e profundo eriperet, cui tam fortitèr inhærebat. Quapropter aiebat. Si ego exaltatus fuero à terra, oĩa traham ad me. Pondus autem, & grauitas peccati quanta sit, hoc vno accipe, quòd tantam potuit in momento distantiam cadendo pertransire, vt e cęlis corruens ipsius graui mole oppressus sathanas, ad infima, & centrũ ipsum peruenerit. Quanti igitur ponderis existimandum est, quod cœlorum stabilitate sustineri nequit, ne præceps corruat? Hæc est grauitas, quam nec terra ipsa sustinere valuit, quæ aperta, plures deglutiuit. Sunt autem qui peccati sarcinam non sentiunt, quam deferunt. Soli verò sentiunt, qui pondus assumere, & illud dimittere satagunt. Ii sunt qui sub onere gemunt, peccatorũ grauem cumulũ deponere cupientes. Audi quendam ex his. Quoniam iniquitates meę supergressæ sunt caput meum (inquit) & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Miser factus sum, & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar.

Ad saluandos homines duas Christ' manus apposuit.

Exaltatione Christi ĩ crucem, restaurata sunt oĩa.

Ioan. 12.

Peccati põdus & grauitas.

Psal. 37.

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Non sibi aliquid reseruauit pater, quin totum commune fecerit filio. Non sola, aut spontanea tantum voluntate, se totum dedit filio, sed naturæ suæ fœcunditate coæqualem sibi genuit sobolem, quæ Dei virtus, & Dei potentia esset: Nec ignarus tantæ suæ celsitudinis, & maiestatis, quantò maior erat in omnibus, tantò seipsum præ omnibus humiliauit. Quid dicam humiliauit? Imò exinaniuit, formam serui suscipiens, linteo se præcingens & peluim cum aqua ad offitium, illud omnium humillimum disponens.

Dei patris fęcũditate genit' est sibi filius per omnia coęqualis.

. *Dedit ei omnia in manus.* Petierat semel, atq; iterum seruus ille, superbissimusq; sathanas, à Deo, virtutem sęuiẽdi in Iob illum, virum iustum, ac sanctissimũ: Quod vltrò concessit; sed aliquid sibi Deus reseruauit, in quo sathanas, potentiam non habuit. Ecce omnia eius in manu tua sunt: tantummodo animam eius serua. Ideo in manu persecutorum, plerunq; suos tradit dominus, ad puniendum, ad corrigendum, ad promerendum: At nõ in manus, sed in manu tradit, qui non animam, sed corpus tantùm tradit: Ideoq; non illos, sed se timendum ostendit, cum inquit. Nolite timere eos, qui corpus occidunt, & cum illud occiderint, non habent amplius quid faciant: Dicam autem vobis quẽ timeatis: Timete eum, qui potestatem habet, & corpus occidendi, & mittendi animam in gehẽnam ignis. Hunc timete. Iesus solus omnia in manus habet, qui omnem potestatem habet, qui & occidere, & viuificare potest, qui damnare, aut saluare corpus & animam potest. Ego occidam, & ego viuere faciam, Percutiam & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

Iob 2.

Matt. 10.

Deut. 31.

F

Sciens, quia omnia dedit ei pater in manus. Vnam olim tantùm manum, dicebatur plerunque Deus habere, qua sola omnia condidit. Manus mea (inquit) excelsa, fecit hæc omnia. Qui enim vnum tantum sibi coęternum, & coæqualem habebat filium, per quem omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil, qui sola diuinitatis omnipotentia fruebatur: quasi vna sola manu, vti in factione rerum dicebatur. At ubi de redemptione humani generis agitur, ibi de duabus manibus tractatur. Cum enim Dei Verbum ipsum sit patris manus, quo omnia creauit, ordinauit, perfecit, ad reparationis nostræ peragenda mysteria, misericordiæ addenda erat, manus, sine qua nostram, nõ potuisset restaurare naturam. Hęc diuinitati, addenda erat manus, nostræ humanitatis, qua posset aliquid, quod illa non utiq; potuisset. Assumpta itaq; humanitate, potuit impassibilis pati, immortalis potuit mori, inuisibilis cerni nostris oculis potuit. Vtraq; manus ad opus nostræ redemptionis requirebatur, quarum vna & pati, & mori possit, & ex alia, resurgere à mortuis, & omnia implere, siue quæ in cœlis sunt, siue quæ in terris. Hoc rogabat qui dicebat. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me.

Esa. 66.

Christus Dei patris est manus.

G

Psal. 143

H

Missa est manus, & manus est addita manui: quia humanitas est unita diuinitati. Harum manuum mysteriũ recolit hic Euangelista. Sciens Iesus, quia omnia dedit ei pater in manus. Quod exordio nostræ instantis redẽptionis recolendum nobis omnino erat. Cuius mysterij concors illa prædilecta, & redempta sponsa, sic de dilecto redemptore gloriabatur. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Quid est lęua sub capite, nisi humanitas cum diuinitate? Caput nostrum Christus est. O fęlix amplexus, cuius humanitatis manu, à damnatione liberamur, & diuinitatis dextera, ad æterna fruenda gaudia perducimur.

In incarnatione Christi, manus addita est manui.

Cant. 2.

I

Et quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Hanc suam non poterat Christus ignorare sublimitatem, quam ea ratione, præponere statuit, tantæ humilitati, de qua sequens habetur sermo, quò Christi euidentior efficeretur, nusquàm humilitas excogitata, per quam nec suorũ est dedignatus pedes discipulorum, proprijs abluere manibus, & abstergere. Signa tu igitur vtrorumque extremorum mysteria, & ea in corde tuo, quasi in libro scribe. Sciens itaq; quia à Deo exiuit. Non sicut radius à sole, vel tanquã fluuius à mari, vel sicut virgultum ab arbore, sed sicut sol à sole, arbor ab arbore, à mari mare. Deus de Deo, lumen de lumine, Deus uerus de Deo vero, leo à leone, homo ab homine, agnus ab agno, filius a patre. Hanc (inquã) suam egressionem, à principio ęternitatis, cõpertissimam habens, in eo actu tantæ suæ humilitatis, minimè tamen potuit, aut à dignitate retrahi, aut à maiestate cohiberi. O nostrum omnium præclarum specimen; imò expressam terræ, & cineris superbientis confusionem. Hæc Christus, qui non rapinam de seipso sciebat, quod e sinu patris exierat, æterna illa generatione, qua pater totam secum communicauit substantiam, diuinitatem, maiestatem, & potestatem. Et illuc, vnde egressus erat, per communicatam diuinitatem, tenderet, & accederet per assumptam humanitatem, certus de sua gloria, nec nõ de ea securus dignitate, qđ sessurus esset ad ęterni Patris dexterã, Quod iudicaturus

Quomodo exeat Christus à patre.

K

Mira Christi humilitas.

rus esset viuos & mortuos, isq; futurus, cui omne genu-flecti oportebat.

Et quia à Deo exiuit, &c. A Deo quidem, quia à Patre, haud tamen à Diuinitate, cui pater suam impertitus est Diuinitatem. Creaturæ omnes & à Deo, & à diuinitate, siue à Deitate exeunt, quæ ex nihilo in esse producuntur. Est & alia eggressio qua per actionem immanentem aliquid egreditur, dùm in eadem essentia, alia persona per personæ actionem egreditur, vt idem sint in substantia, & tamen diuersæ in suppositis. Qua autem per actionem transeuntem egrediūtur creaturæ omnes, ea, & ab essentia, & à personis, incōparabili, & infinita distantia, & proportione distinguunt. Nihil cōmune vniuocum habet cum creatura creator. In nullo, secūdum eandem rationem, participat cum infinito finitum, & æternum cum temporali. Esto q̄ per analogiam in multis conueniant, & per participationem coaptari videantur. Nec iniuria. Cum sic de nobis p̄meruerit Christus, vt quod sibi proprio iure naturę conuenit, illud per gratiam, & participationem nobis cōe fecerit. Cuius præstātiæ nos admonet Apostolus, & Euāgelista noster, alio ī loco. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus. Si autem filij, nōnè & hęredes Dei, cohęredes verò Christi? Hinc alius Euangelista Christum natum, vocat primogenitum, non qa aut Dei, aut Mariæ subsecuti sint, alij naturales filij: sed utique per adoptionē, & gratiam, cum et Maria Mater gratiæ sit nuncupata. Vnde & Apostolus Christum primogenitum in multis fratribus vocat &c.

Actionis immanentis & transeuntis diuersus est exitus.

Deo & creaturis nihil est cōmune vniuocum.

Epist. Io. 1. c. 3.

A Deo exiuit, & ad Deum vadit, &c. Non vt hyppocritæ, qui tm̄ hībus ore vident. Nec negligenter, aut vt multi, qui tunc tm̄ bona faciunt, cum non habēt occasionem peccandi. Iesus autem exultauit vt gigas ad currendam hanc suā viam, & absoluēdum iter. Quia à summo cęlo egressio eius, & occursus eius vsq; ad summū eius.

Psal. 18.

Quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit. Ecce colūbæ eggressum, vt aduertas eodem eam reuertentem, vnde exierat. Sed illa Noe naturalis, & irrationalis, intelligētia nō errante duce, ad archam post volatū super aquas, à quibus nequit demergi, reuertitur. Vera autem, & eo verior quò innocentior, & mitior columbæ, non terrestris, sed diuina, non naturalis, sed supernaturalis, non irrationalis, sed ipsamet sapientia, ad patrē, vnde egressa est, regreditur. Quo aūt itinere, testat̄ p̄ph. A summo cęlo (inquiēs) egressio eius, & occursus eius vsq; ad summum eius. Hæc autē est solius columbæ iam celebrata conditio, vt illuc reuertat̄ libenter, & sollicitè, vnde digressa fuerat. Non talis est corui p̄prietas, qui etsi ab eadem archa, & ab eodē Noe digressus fuerat, illectus tamen cadauerum putredine, conuersus ad illa, paruipfacit ad archā, & ad Noe regressum, nec vlterius eò reuerti vnde exierat. Egressi sumus & nos quidem à Deo. Ipse enim fecit nos, & non ipsi nos. Verum cum multis iam simus irretiti illecebris, regressum ignoramus: cū nemo sciat an amore, an odio dignus existat. Si autem nostrū spectemus progressum, facilè aduertere possumus, an ad patrem cęlestem properemus. Qui enim carnalibus oblectamur, qūo ad cęlestem patriā ambulamus? Qui spiritualibus neglectis gaudijs, solis voluptatibus corporis operā damus: quì fieri potest, vt ad superna tendamus? Cęterùm solus Christus hoc pro cōperto, & tutissimo habet, vt gnarus, non solum egressionis, sed etiam recursus existat. Ipse solus omnis expers peccati, solus suum nouit locum, ad quem per humanitatem assumptam reuerti dicitur, eā ibidem collocaturus, vbi æternè secundum diuinitatem collocatus, est permansurus.

Psal. 18.

Christ᷒ velut columba, salutis nuncia, ad archā regreditur.

Quia a Deo, &c. Ecce duplicem causam, quæ ascribitur a sapientibus Deo, efficiens videlicet, & finalis; minimè tamen materialis, aut formalis. sed à quo, & ad quem termini referūtur. Et quidem primum per egressionem, secundum verò per tendentiam: oportuit autem & ambas in vnum coire causas, quò fiat eò regressus, vnde est factus eggressus. Hinc & mystica ea proportione hoc idem innuere voluit Salomō, dùm aquas nobis eò tendere significauit, vnde egressæ sunt. Omnia flumina (inquit) exeunt à mari, & ad mare, vnde exeūt, reuertuntur. Sic enim quodam iure naturæ vinciuntur, vt non, nisi iniuria, seorsum separari possint. Hinc enim supra Dominus inquiebat. Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos &c. Neque enim separandum est initium à fine, cum vnus, idemq; sit finis noster, qui est principium nostrum; & qui à fine degenerat, is & à suo principio degenerare omnino dicitur, & comprobatur. Quid igitur boni habes, quod non acceperis? Si autem accepisti, quare glòriaris, quasi non acceperis? Quapropter cum omne donum optimum, & omne bonum perfectum desursum sit, descendens à patre luminum: quomodo fodimus nobis ipsis cisternas dissipatas, quæ nequeunt eas continere aquas, quas detinemus, & usurpamus, ne ad mare, vnde exierunt, reuertantur?

Eccles. 1.

Ioan. 8.

Surgit à cęna, & ponit vestimenta sua. &c. Quæ tam vrgens necessitas poterat Christum compellere, vt à cęna surgeret, nisi charitas eius, qua vrgentur & cæteri fideles ad perficienda opera omnia, quę in ædificationē, & beneficentiam proximorum peraguntur? Sic enim vrgebat charitas Christum, vt qui aliàs sitibundus poposcerat poculum, sitis propriæ oblitus, ad conuersionem Samaritanæ totus conuerteretur. Num inter cœnandum surgit à cęna, velut eduliorum appositorum & proprij cibi immemor effectus? Nedum de mensa, sed à cęna, aliud longè præstantiùs opus adimpleturus.

Surgit xp̄s à cœna.

Solent voluptatibus, & castrimargiæ indulgentes, fores domorum & tabernaculorum claudere, ne, dùm gulæ vacant, impediri possint; & vt toti intenti illuuiei. nullis causis adduci possint ad quæcunque charitatis opera peragenda. Abeant iam Sardanapali, & Epicurei: quorum Deus venter est, & finis interitus. Discant qui nil inter cęnandum, non scurrile, non obscœnum, non profanum, aut audire, aut pertractari volunt, & qui mimos accersunt mensis. Procul à cōuiuio Christi; propè verò conuiuium Herodis se intelligāt esse. Nulla in Christo voluptas, sola necessitas. Nullum cibi oblectamentum, delectus nullus, nullus ibi castrimargię, aut illuuiei locus, Nulla pars sathanæ, quia nulla Christi, cum belial conuentio.

Gulosi.

Verba salutaria & vtilia sunt in mēsa dicenda.

Surgit à cœna. Vt totum ipse absolueret negotiū, vbi nullum parasytum, nullum scurram, nec cuiusquam famulatum, nullius voluit obsequium interuenisse. Ipse ministrat, qui ministrare venit, non ministrari. Totum per se agit; totum prius administrat, oē ipse solus opus absoluit: sua ipse vestimenta deponit, ipse linteum accipit; eo seipsum p̄cingit, peluim p̄parat, aquā fundit, pedes lauat, lotos tergit. Rursus depositas ipse resumit vestes: & cęter oīa benignissimus adiplet Iesus. Hæc oīa

D 3 tam

tam suauiter à fine vsque ad finem Christus Dei virtus & sapientia disponit.

Diligenti igitur cura, & perspicaci obtutu perspicienda sunt singula, & finis expectãdus, propter quem à tanto talia peraguntur. Adsimus (quæso) & nos huic mensæ spectatores, & Dominum assurgentem, ad mensam manentibus, auido mentis oculo contemplemur. Et quidem non nisi mirum aliquod, & spectãdum spectaculum polliceri nobis possumus. Imò & tale facinus sperare, quod à sæculo nunquàm sit auditum. Quis autem, qui Iesum sic præcinctum, ad pedes discipulorum, & Iudæ procumbentem, christiana mente intuetur, non admirabitur? Nam si ille tam nobilis, & sanctus Propheta, opus cõsiderans Christi, quòd in medio duorum animalium in crepur diis vagientem natum intueretur, expauescit, quomodo nostræ non tinniant aures, Christum audiẽdo, in die vltimo sui regressus ad pedes sordidos idiotarum, & piscatorum prouolutum? Sed nonnè expauit super hoc inexcogitato facinore, idẽ Propheta, cum non illud tantùm expauisse dicatur primo die, natiuitatis. f. Christi quòd in medio animalium infans iaceret: sed illa quoque opera, quæ in vltimo hoc die Christum eundem absoluisse præuiderat; proptereà non inquit, consideraui opus tuum Domine; sed opera tua domine, & expaui. Hoc (pace omnium dixerim) tàm sordidum, vilissimumq; offitium, non est dedignatus proprijs manibus absoluere, & quidem in omnes, tàm bonos, quàm malos ex suis discipulis.

Abacuhch

Cedat hìc Abraham, qui non se loturum proprijs manibus pedes Angelorum exhibuit; Itemque Loth, hoc eodem erga eosdem angelos vsus: ij enim, sed lauẽtur (inquiunt) pedes uestri: Quantùm autem hominũ elatam contundat ceruicem hoc vnum Christi inauditum egregium & insigne facinus, facilè intelliget quisquis meminerit, vix aspectum inimicorum ferre hominum superbiã, quibus aut denegatur, pro minimo verbo egrè habito, aspectus, vel toruis, non nisi oculis prospiciuntur. Quibus tales non nisi, dura loquuntur, & pungentia tela proferunt, obsequia autem omnino præstare denegant. Et quamuis sint terra, & cinis, inferiores conculcant, æquales lacerant, superiores morsibus feriunt, quos mordaci quodam liuore carpere, & obtrectare non cessant. O nostram insaniam, ò nostrum exitium, ò inquam hominum contundendã proteruiam. Insidiatur Iudas sanguini, & vitæ Christi, nec latet Christum proditoris perfidia, & quid moliretur in corde, quidq; pactus esset de ipso. Quid verò cogitat Christus de Iuda? Quid in proditorem agit? Quo se gerit coram inimico? Nunquid hostis accingitur in hostẽ? Nunquid ad arma currit? An insultat, & contumelijs exprobrat? Aut lacessit conuitijs? An ut crudelior in crudelem se præparat? Et non potius cogitat cogitationes pacis, & non afflictionis? Nunquid ab opere sibi à patre cõmisso desistit? vel charitatis vincula soluit, siue benignitatis leges deponit? vel continebit in ira sua misericordias suas? aut obliuiscetur misereri Deus? Nihil nõ piũ, nihil non benignum, nihil non sanctum in Christo conspicimus. Ecce Agnum Dei mansuetissimum, pium in impios, benignum ad hostes, beneficum in aduersarios. Hæc tua Christe opera, quæ mundus non percipit, non suscipit. Hæc nesciens mundus horret audire, & abhorret implere. Eius mysterij ignarus, quod benignitas Dei

Aduersus superiores suos murmurantes.

F ad pœnitentiam nos adducit. Dedignaris tu obsequij necessitatem patienri, cum Christus non dedignetur proprij proditoris lauare, & abstergere pedes? Vultum tu dedignaberis benignè contueri, cum Christus pedes scelestissimos non abhorreat contrectare? An aspernaberis tibi blandientem, cum Christus suscipiat se prodentem, sibiq; tam impiè insidiantem? Negabis tu impendere fratri, quod Christus tam benignè, & tam prõptè præstare videtur proditori?

Mirã Christi benignitatem imitare.

Quid est quod aliorum culpam incuses, cum tua te proteruia accuset? Non est culpa amplexanda, sed homo, in quo est culpa, recipiendus ad osculum pacis, si

G fortè tu lucrum facere, & abstergere aliorum sordes valeas: secus autem, sint sordes eius cum perfidia ipsius in damnationem eiusdem, & tu innocens eris a damnatione illius, qui occasionem ei resipiscendi pro posse ex charitate dedisti. Non est tuus inimicus Iudas: sed esto: esset Iudas: haud tamen es tu Christus, sed homuncio, sed similis illi, sed puluis & cinis, ac mancipiũ mortis. Sed esto: & ille Iudas, & tu Christus. An non ad Iudæ pedes prouolutum vides Christum? Vt enim à mortalium pectoribus hanc arrogantiam diuelleret Christus, vt hanc in cordibus duritiem frangeret, suo exemplo nos edocere statuit. Qui nec ob impiorum, &

Aduersus peccãtem benignè agendũ est, vt reducatur ad bonum.

H sæuientium feritatem, nec ob animi te odientis pertinaciam, dùm nulla adesse etiam tibi videtur spes consequendi in illo, fractus retraharis, aut à tanto charitatis opere desistas: etsi enim ad illius frustra conuersionẽ videtur hoc fieri, tibi tamen nusquam frustra. Quandoquidem ad te pax conuertetur, tuaq; benignitas compensabitur ab eo, qui humilibus impertitur gratiam, & qui exaltat se humiliantes, &c.

Maximũ est eorum charitatis offitium, q oẽs quantũuis scelestos à pctis, dulcis animi clementia reuocare conantur.

Surgit à cœna. A nullo vocatus, à nemine requisitus, nec ab alio rogatus, ipse promptum se exhibet ad obsequendum vilibus, rudibus, proditori, & abnegatori. Hæc obedientiæ promptitudo, sine qua victima place-

I re nequiret. Cum melior sit obedientia, quàm sacrificium, & peius sit, non obedire, quàm non sacrificare, eò quod primum sit omnibus præceptum, secundum paucioribus concessum, solis videlicet sacerdotibus. Surgit igitur ipse hylaris executor paterni beneplaciti, volũtarius accedit, vltraneus occurrit, alacer omne suum implet ministerium, & gaudens ad victimam, lætus ad crucem properat, ad flagella, ad ludibria, ad vulnera, & ad mortem. Sic enim decet perfectam charitatem, foras timorem mittere, socordiã deponere, & excutere torporem. Non retrahunt satellitum cateruæ, non sæuitiæ inimicorum, non odia frementium, non præuisa ludibria,

K non alapæ, non sputa, non claui, non lancea, non flagellorum, & spinarum aculei, non deniq; tot flagris accelerata mors: quandoquidem hęc omnia vna deuincit, & superat charitas. Quid miramur igitur, si velut impatiens, vrgente charitate a cęna surgat Christus, charitatis, & dilectionis opera, tunc maximè exhibiturus? Et hæc quidem in normam nostram decebat Christum omnium magistrum peragere; vt qui exaltandus erat super omnes in cęlis, humiliaretur vsque ad pedes seruorum in terris. Quò sciamus nos tantò exaltandos, in cęlis, quantò humiliores erimus in terris.

Alacri animo, libentissimèque quodcunque pietatis opus exequere.

Surgit à cœna. Surgebat Thobias à prandio, vt vita functorum sepulturæ daret corpora: surgit à cęna Christus, vt viuentium suffragia præbeat animorum: Ille in

prandio:

prandio: Iesus in cena, sua mysteria complet, quia post prandium illud, adhuc cena ista restabat. Duarum cenarum meminit scriptura illius antiquæ legis, in qua omnia in figura contingebant illis. Vna fuit Darij Regis. Altera fuit Holofernis. vt duplex nobis denotetur cena; vna Christi, & hæc opulentissima celebratur, quæ hanc Christi protestabatur, de qua per eundem dicitur. Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Holofernes autem suos tantum domesticos vocat, & seruos, quia Diabolus eos tantum pascit, quos & captiuos fecit, & in sui potestatem redegit.

3 Esdr. 3. Iudit 12. Luc. 14.

Cœna Christi omnium eduliorum genere cumulatissima, de qua Apostolus: Oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt illum. Diaboli cœna ibi terminatur, vbi nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Vtraque cœna dicitur, quia totum, quod prius possidebatur, relinquitur; sed à Christo, in melius cōmutatur, quod relinquitur, à diabolo etiam, quod possidebatur, deperditur. In aduentu autem Christi, nostra cœna reseruatur, quam ipse non à principio, sed in vitæ suæ termino celebrare voluit, veluti ad quam peruenire non valemus, quamdiu pleno voluptatibus ore libamus, temporaliumque deliciarum detinemur amore, mūdana omnia post nos relinquamus, vt ad mensam Christi dignè accedere possimus: sic enim oportet euacuato stomacho sumere cibum, & digestione peracta ad corporalem refectionē, nè lædamur, accedere. Ita ad hanc animæ mensam omni alio affectu expoliatam, & euacuatam oportet accedere abdicatisque terrenis, in quibus oblectabamur affectibus, euacuato animo, ad Christi mensam, vt profit, accurrere, & ab illis animū auertere. Iuxta id quod scriptum est. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient: Me (inquit) esurient, me sitient, donec ad mensam illam cœlestem perueniant; vbi non esurient, nec sitient amplius; satiabuntur autem cum apparuerit gloria Dei, & ab vbertate domus eius. Poterat Christus, post cœnam præstolari, quando nihil minus idem opus perfecisset, nisi, & hoc nos exēplo erudire voluisset, vt nullis tam addicti vnquàm voluptatibus simus, quin & diuinis etiam animum dem⁹, & causis pauperum incumbamus. Maximè autē tunc pauperibus est subueniendum, cum tibi suppetit terrenarum copia facultatum: Tunc (inquam) opulentia ferculorum mouere te debet ad egenis, famelicisque compatiendum, cum per vicos, aut plateas quempiam aspicis egestate consumi.

1. Cor. 8. Quomodo ad Xpi mensā accedamus, edocemur. Eccl. 24.

Eorum tunc tu pedes lauas, eorumque inquinamēta abstergis, cū de manu tua, & de mensa tua, qualiacunque obsonia ipsis pauperibus elargiris. Tantæ se impietatis immunem, ostendit sanctus ille, qui inquiebat: Si negaui pauperibus quod volebant, & oculos viduæ expectare feci, si comedi bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea; si despexi pereuntem, eo quod non habuerit indumentum, & absque operimēto pauperem; si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est; humerus meus, à iunctura sua cadat, & brachium meum, cum ossib⁹ suis confringatur. Qui fieri potest, vt à Deo misericordiam expectet, qui esurientem non pauit, egeno non subuenit, & misericordiæ opera procul abiecit? Quomodo diuinam audebitis implorare clementiam, quem sic in

Tunc verè pedes lauas cum pauperib⁹ subuenis. Iob. 31. Crudeles ī pauperes difficillimè saluantur. Deiq; misericordia sūt omnino indigni.

A proximum eius, pietatis inuasit obliuio, nulloq; emollescit fraternitatis amore.

Deponit vestimenta sua. Hæc summæ humilitatis dignatio eius, qui ministraturus, non vt sibi ministretur, venit, vt nedum aliorum, sed & sui ipsius ministrator existat. Quapropter ipse est, qui sua exuens vestimenta ea, dum deponit, reponit. Et quidem iure optimo, decoris vestimenta deponenda erant, vbi humilitati, in tantum cessura erat maiestas, vt cuius Cœlum sedes est, terra autem scabellum pedum eius, ad pedes vsque abiectissimorum prouolutus cerneretur. Prius, dū se

B exinanire voluit, mortalitatem assumens suæ diuinitatis Maiestatem ab humanis aspectibus subducens, habitu inuentus est, vt homo. Nunc & humanam etiam sibi congruam, præstantiæ ipsius dignitatem, in oculis suorum asseclarum, inexcogitabili humiliatione deponit, ita sanè, vt vilior in oculis mortalium appareret. In obsequio. l. lotionis pedum vilium homuncu'orū. Licèt n. quis viliores, & bouum, & camelorum, siue asinorum passim pedes abluat; vix tamen hominum rusticorum pedes abluere suaderetur. Vidimus plerunque Dominos suorum equorum vngulas, mira vigilantia, proprijs etiam manibus, & lauare, & abstergere; Dominas au-

C tem interdum, & si nobilissimas, non ignoramus canū suorum, & pedes, & totum corpus indicibili diligentia sæpius lauare, fouere, abstergere, & curare, & ad eos expoliendos, liquores sæpe, & vnguenta preciosa mira arte profundere, qui tamen vix in obsequium pauperū, & ad imitationem Christi ad tale, quod concipiunt vilissimum, lotionis opus pedum vilium piscatorum pro virtute suaderi possent, velut, qui pecudum, ac iumentorum potius, quàm hominum pedes lauare non erubescant, cùm tamen hoc in homines sit virtus, erga iumenta sit vilitas. Et (quod maximè vrget) ad homines sit Christi sancta imitatio, in illis nō nisi uecors, & dam-

D nanda superstitio. Quapropter Apostolus hanc virtutem humilitatis Christi, virtutem vocat, velut, quæ præcipuè, & inseparabiliter, & mirabiliter in Christo eluceat; Libenter ille gloriatur in infirmitatibus, vt hæc in illo virtus inhabitet. Quanto magis in ministratione, in submissione, & imitatione Christi, & ꝓpter Christū?

Inepta sanè hominum indignatio qui & asinorū immūdissimorumq; aīaliū pedes abluūt pauperum aūt pedes nō solum nō abluūt verum nec ad eos dignantur aspicere.

Deponit vestimenta sua. Proh bone Deus: Quomodo in oculis omnium viles, & indecori apparebunt, qui induuntur purpura, & bysso, qui mollibus vestiūtur, qui sericis amicti incedunt, qui inauratis vestibus, & splendidissimis togis dilatant philateria, cum vix sub vestibus, contegatur ambitio, inuidia, auaritia, luxuria,

E liuor, odium, & prauitas deprauatorum sensuum, cum infęlix aīa subfucatis, & emētitis vestibus exterioris apparētię, tātopere sępe sordescat. Quid abhominabilius? Quid turpius? Quid detestabilius? Audi quid Vates ꝑdixerit: In die illa auferet Dñs ornamentū calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armyllas, & mythras, & discriminalia, & peryscelidas, & murenulas, & olfatoriola, & inaures, & anulos, & gemmas, in fronte pendentes, & mutatoria, & paliola, & linteamina, & syndones, & vittas, & erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine, caluitium, & pro fascia pectorali cilitium. Et post multa ait Propheta: Congregabo omnes amatores tuos, & congregabo super te, eos vndique, & nudabo ignominiam tuam, coram eis, & videbunt omnes turpitudinem tuā,

Isa. 3. Superflu⁹ vestiū ornat⁹ abhominabilis. Ezec. 16.

&

& dabo te in manus eorum, & destruent lupanar tuũ, & demolientur postribulum tuum, & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui, & derelinquent te nudam, plenamque ignominia. Non igitur ex apparatu, gloria hominis est pensanda, nec secundũ faciem iudicandus homo. Interdum enim deposito ouino vellere, lupus improbus adesse conspiceretur. Nunquam has vestes hyppocritæ deponunt; nunquam non concupiscunt auram popularẽ; secus autem Christiani nominis legitimus possessor, & fidelis æmulator.

Vestium vs⁹ ex peccato inductus.

Cæterùm cum non nisi post peccatum, ad ignominiam eius obtegendam, vsus vestium adductus fuerit, constat liquido, vestium multiplicitatem ex peccatorum abundantia profluxisse; hancque non iniuria protestari, quam peccatum induxit, ignominiam. Verum & illud vnum conspicimus, nostris his calamitatibus, adauctum malum, vt quæ ad contegendam ignominiã facinorum, in homine existentium appositæ fuerunt, ipsa nunc illecebrarum, & peccatorum instrumenta efficiantur, præsertim cum huic subiacere vanitati vterq; sexus videatur, omnem sollicitudinem in apparatu vestium ponendo; ita vt nec vnquam finis adinuentionũ, & nouitatum expectari possit: maximus autem, & incredibilis extet humanis mentibus in vestitu luxus, & ambitio, qua facilè inducantur ad se prostituendas omnis conditionis mulieres, & ad omne facinus perficiendum, vsurarum, fraudium lenociniorum: Nemo (inquit Gregorius) existimet in luxu, atque studio pretiosarum vestium peccatum deesse, si enim culpa non esset, nullo modo Dominus Ioannem Baptistam, de vestimenti sui asperitate laudasset, nec Apostolus fœminas, à pretiosarum vestiũ appetitu cõpesceret, inquiens. Non in veste pretiosa: quas & Petrus admonuit, ne cultui vestimentorum intendant. Pensate ergo, quæ culpa sit hoc viros appetere, à quo curauit Ecclesiæ Pastor, & Gentium doctor etiam fœminas cohibere.

Intollerabilis planè & maximè detestãd⁹ vestium ornatus superfluus.

Vestium pretiosarũ luxus, & ábicio, maximum est peccatum.

Deponit vestimenta sua. Qui veram nobis construebat uiuendi formam, iterum, atque iterum suas legimus deposuisse uestes, & interdum non omnes, sed quæ impedimento erant, ad opus perficiendum uoluntatis diuinæ, quo peracto, iterum quod deposuerat resumit. Interdum autem omnes deponit, & easdem denuò acceptas induit. Demum omnes deponit, & depositas ulterius non resumit. Primum in lotione pedum: secundum in totius corporis flagellatione: tertium in crucifixione. Primum ad humilitatis exemplum: secundum ad pœnitentium normam: tertium ad peccatorum abdicationem. Qui paratam coram nobis cœnam habemus, & ad indulgendum corpori, quieti sedemus, surgere à cœna iubemur, dum opibus, quibus abundamus, pauperes reficere tenemur. Nec omnes has vestes deponere debemus, sed quasdam retinere possumus nobis, habentes victum, & vestitum, quibus contenti simus; sic enim antequàm pedes lauet Christus, ampliores vestes deponit, insinuans quod expressius prædixerat. Date eleemosinam, & ecce oĩa munda sunt vobis. sic enim peccata nostra eleemosinis redimi non ignoramus. Quid autem si vnam tantum quis habeat vestem, nihilq; se superflui habere cognoscat? Nonne etiam mediam chlamydem, vel pallij proprij partem, algẽti pauperi charitas elargietur? O Martine, ò pie. Quàm pium est te effigiari Martine: sic

Eleemosina peccata delet.

Luc. 11.

Martini charitas.

F enim de iusto scriptum est. Dispersit, dedit pauperibus. Iustitia eius (ecce merces) manet in sæculũ sæculi. *Ps. 111.*

Flagellandus autem per assumptam pœnitentiam peccator, qui totus dolere debet, velut in quo, à planta pedis, vsque ad verticem, nulla sit sanitas, nullaq; pars doloris expers, omnes vestes deponere debet, à se abdicando omnem excusationem, ad excusandas excusationes in peccatis, nulloque velamine cooperire, sed omnem turpitudinem suam coram confessario simpliciter denudare, velut, qui dicat. Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo, G & cogitabo pro peccato meo. Reijcit à se vestes, scindens illas in corde, induens cilitium, & zonam ferreã; abstinens à cibo, & potu per ieiunium, & conspersus cinere donec remissionem obtineat: qua peracta salutari flagellatione, licitè poterit vestimenta necessaria, & idonea resumere: iterum cibo, & potu (adimpleto ieiunio) refici, ac cœteris congruis curis applicari, & honesta officia denuo peragere.

Quid sit vestes oẽs deponere.

Psal. 37.

Cõtritio.

In crucifixione, nullam suarum vestium resumpsit Christus, cum in Cruce omne aboleatur peccatum, omnis facinoris, & criminis sarcina deponatur; Ideo nullum est horum resumendum vetustatis indumen- H tum, vbi nullam vlterius decet dominari iniquitatem, nè maiorem contingat scissuram fieri, & nouissima hominis illius peiora prioribus efficiantur. Quicunque igitur veterem exuimus hominem, quomodo eundem vlterius resumimus? Exui (inquit sponsa illa) me tunica mea, quomodo iterum induar illa? Qui peccati tegimen, quo inuolutus tenebat, per pœnitentiam exuit, quomodo iterum superinduet illud? Nihil enim inquinatum potest ingredi Regnum Cœlorum.

Nullã sibi dum cruci figeretur Christ⁹ vestem retinuit.

Cant. 5.

Qui veterem expoliauit hominem, laceratam tunicam, corrosum vestimentum, sordidum indumentum peccati antiquitate corruptum, pœnitendo deposuit; I quomodo iterum eidem induetur? His, dum expoliati sumus, non nudi sumus, non ignominiosi sumus, nec erubescimus, sed stola tegimur illa innocentiæ, vel iustitiæ, sanctitatis, & puritatis; cuius exemplar extiterunt, qui se nudos, non ante agnouerũt esse, quam peccarent. Ante non abscondebátur, nec erubescebant, quia cooperti erant, & adueniente peccato sublata est innocentia, iustitia, puritas, & omne sanctitatis tegumen, ablatum ab homine fuit, qui se nudum mox conspiciens, latibula petijt. Nam & pueri, in quibus innocentiæ adhuc puritas perseuerat, & iumenta, quibus nullum inest peccati genus, nec se nudos agnoscunt, K nec suam erubescunt nuditatem. Non igitur obiter prætereundum, quare Christus nudus moritur, dum pro peccatis moritur. Quod autem mortuus est peccato, mortuus est semel. Et qui iterum peccatorum veste induuntur, velut rursus Christum crucifigentes dicuntur.

Peccati erubescentia.

Cur erubescãt homines nuditatem suam.

Deponit vestimenta sua. Non omnia, sed aliqua, quia qui in medio Iudæorum populo circundatus, velut ascita sibi quadam veste Ecclesiam constructurus, non totum abiecit populum Iudaicum, sed coniunctiores retinuit, qui fide adhæserunt sibi. Ampliorem autem turbam, & reliquum vulgus deposuit; haud tamẽ omnino abiecit, donec reliquiæ eius resumantur, & saluæ fiant. Illa verò omnia ad tempus exuisse, & expoliasse

Purgatorij loc' nobis necessarius est. liasse videtur sua vestiméta, quæ flagellis exposita sunt, A per fullones, & in camino ignis purganda, in purgatorij.s.locum, ad tempus exposita. Hæc autem omnia, iterum à Christo, flagellis purgata resumuntur. Eas tandem Christus, non vltra resumet vestes, quibus postremò exuitur, dum per sententiam, praui, impijque homines abijcientur, & in tenebras exteriores proijcientur, cum eisdem dicetur. Ite maledicti, &c.

Sunt autem, qui dum suarum vestium sordes non contuentur, in his etiam gloriantur, lætantes in rebus pessimis, & gloriantes cum malefecerint. Et ij proculdubiò sunt, qui in tenebris degunt, quibus nondum ortum est lumen illud, quo fugantur tenebræ, & cuncta B illustrantur. Nec iniuria. Cum exortum lumen dicatur in tenebris, non omnibus, sed rectis corde. Siquis igitur suarum vestium sordes, conspicere cupit, ad lumen accedat, oculos fideli obtutu aperiat. Nonne deformis, & vilis, ac abhominabilis vndique apparebit, cuius iustitiæ, velut pannus sunt menstruatæ? Superiores auté vestes deponere, & peccata maiora, & mortalia à se abdicare, est ista repellere, & resecare. De venialibus autem scimus, quia septiès in die cadit iustus, & si dixerimus, quia peccatum non habemus ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. *Prou. 24.* *1. Io. 1.*

Deponit vestimenta sua. Nullus audeat expoliare C Christum. Ipse seipsum tantùm expoliare potest, qui seipsum ablatis vmbraculis, & figuris, & manifestat, & reuelat. Ipse sensum aperit, vt intelligantur scripturæ. Ea autem Hæreticorum est temeritas, vt proprias in Christum manus injiciant, quibus eum ita expoliare se iactant, vt Christum se nudum prædicare, fateri non erubescant. Et quidem nudum, non nisi expoliant Christum, dum sola nos fide saluos fieri dicunt, abdicata à Christiana professione omni virtute bonorum operum; exuentes eum omni iustitia, & punitione: cũ tamen iustitia, cingulum lumborum eius, esse dicatur. Domini autem iussu, ad sacerdotes spectat, pellem sa- D crificandi vituli detrahere, eumque extracta cute, corã populo immolare; Labia enim sacerdotum Dei ministrorum, scientiam custodire dicuntur. Tunc autem vitulum, agnumque Dei, peccata tollentem veste spoliamus, & eius, quasi cutem extrahim', cum apertè mysteria eius declaramus, & palàm populo, quæ Christi sunt, reseramus. Hæc enim dum passim à nobis explanantur, illæque veteres figuræ, & Prophetarum dicta, ac Psalmorum oracula, legis cæremoniæ, & sacrificia, quæ de Christo sunt, Christum quasi veste detectum, manifestamus, & quasi tegmine discoopertum, palàm mundo facimus. Sic namque membratim detegimus, E dum eius facta, disertis, & conspicuis intelligentijs abdita declaramus, alia incipientibus, alia proficientibus, alia simplicioribus, alia sapientioribus administramus, prudenterque exhibemus: sic enim decet, ablato literæ cortice, detractoque velamine illius carnalis intelligentiæ, omnem compagem totius corporis Christi, quod est Ecclesia, singillatim aperire, & pro captu, velut escam propinare, cum non omnium sit solidus cibus, sed perfectorum. Adesse autem, & carnes, & neruos, & ossa in corpore eius, contuebimur, detracto cortice, siue subtracta veste. Quæ ab omnibus mandi non poterunt, sed à perfectioribus, & fortioribus, magis videlicet sapientibus, & eruditis. *Maxima Hæreticorum temeritas.* *Bonorum operũ fructus, simul cũ fide saluant.*

Deponit vestimenta sua. Et nos ea nostra, quibus honestamur, deponere debemus, quemadmodum ea deposuerunt Apostoli super asellam, quo insideret illi Saluator. Et cum turbis, de quibus scriptum est. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. *Mat. 21.* Has nostras, quibus honestè tegimur, vestes, tunc super asellum sternimus, cum bona opera, & charitatis, ac religionis indumenta simplicibus sternimus. Vt dũ sic lucent opera nostra bona, coram hominibus, ille bonorum omnium largitor, dum glorificatur ab hominibus, capaces efficiantur ad recipiendum, sustinendum, & possidendum Christum, vel potius sic adaptentur, vt possideantur à Christo. His igitur exemplis, simplicitas eruditur, ac disponitur. Vnde Apostolus sic Timotheo suo præcipit. Exemplum esto fidelium, in verbo, in conuersatione, in charitate. *Timot. 4.* Similiter etiam ipsi prædicatores, qui scripturæ sacræ testimonia, & facta proponunt, qui sanctorum prepositis exemplis, virtutes suadent, & sanam doctrinam sapientissimorum Doctorum sententijs, ac conciliorum decisionibus confirmant. Hi & dorso, & pedibus aselli Christianitatis vestes, in quibus ambulent rudiores, substernunt. *Concionatores.* Nec desunt honestissimæ vestes continentium, ac virginum, tegumentaque pietatis, patientiæ, fortitudinis, humilitatis, charitatis, &c. quę substerni possint, quæ tamen peracto ministerio, à nobis iterum sunt sumenda, vt ijs, & in obsequium proprium vti valeamus.

Deponit vestimenta sua. Omnium temporalium à se abiecit commodum Christus, quo expeditiùs nostris nos inquinamentis ablueret. Hoc, & æternorũ amor, & proximorum salus operatur, quorum vrgente dilectione, nos ipsos omni expoliam' ornatu, & proprijs postpositis commodis, aut vacare liberiùs contemplationi, aut aliorum necessitatibus deseruire possimus. *Pro salute proximorũ omnia postponẽda sunt.* Propter primũ, inquit Proph. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Ecce elõgaui fugiens, & mansi in solitudine. *Psal. 54.* Expectabam eum, qui saluum me fecit, à pusillanimitate spiritus, & tempestate. Fugit, & elongat se à cõsortijs, in solitudinéq; se transfert, quisquis ad contemplandum se præparat, gnarus, quomodo terrena habitatio, deprimat sensum multa cogitantem. *Contemplatio.* Ad multa enim vagatur animus, vbi sese offerunt plura ad sensus, & tunc mens innumera multitudine desideriorum comprimitur, cum sensus per diuersa vagatur. Nam attento eo, facilius distrahitur, quò frequentius terrenis obiectis molestatur. Vnde Apostolus hortatur: Nihil solliciti sitis, & alibi. *1. Cor. 7.* Volo autem vos sine sollicitudine esse: oraculo Saluatoris edoctus: Nolite solliciti esse dicentes, &c. *Mat. 6.* Quod autem claudendum ostium, cum oramus Patrem osten dit; hoc nos solũ.i.soli orationi tunc deditos fore insinuauit.

Cœterùm de proximi cura, quam vnicuique nostrũ Deus mandauit, non superfluis tantum, sed & cõgruis, & honestis uitæ nostræ subsidijs, nos expoliari debere ostendit, qui peracto ministerio, retorsit in discipulos. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Quantò enim ꝓpensior cernitur Christus, in obsequium nostrum omnium, quorum est Dominus, & Magister, tantò nos, qui Christiano nomine censemur, tantique Magistri con discipuli uocamur, in

pauperum

Pauperib' subuenien dum esse. pauperum obsequijs promptiores esse debemus, omnique cordis puritate, & candida intentione obsequi pauperibus, & nacta opportunitate, illis vsque ad dimissionem vestium patrocinari. Imò (eodem D. Ioanne teste) Nos debemus pro fratribus nostris animam ponere, quoniam in hoc cognouimus charitatem Dei, quia ille posuit animam suam pro nobis. Cum nec satis illi fuerit, vestimenta corporis ponere, sed corpus etiam ipsum, ab anima separare voluerit, donec in resurrectione reassumeret. Quantò igitur magis (inquit D. Ioan.) qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, clauserit verò viscera sua ab eo; quomodo charitas Dei erit in eo? *Epist. 1. cap. 3.*

Christus etiam eodem linteo, quo ipse præcingitur, obsequium præstat, dum illo abstergit discipulorum pedes, quia de eadem substantia, quam nos ipsi tenemus, partem in obsequium pauperum erogare debemus. Filioli (inquit) non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. Sunt & ex diuitibus, qui nec obolum mendico Lazaro, vlceribus pleno tribuere velint, quorum iam in vno extat seuerit Iudicis seuera, & irreuocabilis sententia. Alij autem ex his plerique extant, qui, si denarium quandoq; ex multis suis nummis elargiantur, frustumue panis, de sua abundantia concedant, magnam rem, magnumue pietatis opus perfecisse sibi ipsis suadeant. O summe, & bone Deus. Quid facturi sunt in gratiam tui, & in obsequium proximi, qui velut inuiti, tam leuia, tam tenuia, tamq; parui momenti obsequia præstant, & velut eximia præstare videntur. *1. Ioan. 3.* Diuitum auarorum miserima conditio, e genis non subueniētium.

Deponit vestimenta sua. Multos turba nescia colit in foro, quos tales credit, quales non virtus, sed vestis exornat. Vtinam nec fallerent in amictu vestium exornati, togisque micantibus insigniti: sunt mythrati, sunt & cuculati, sunt inquam habitu clericale decorati; quorū decor est in sola veste. Qua deposita, nihil non turpe, & cœno sordidum conspiceretur; quorum mores, & vita abundat vitijs, impietate, & vniuersis plena malitijs; quorum denudatio in fine seruatur. Salomo. dicente: In fine hominis denudatio eius, & Aposto. Nolite ante tempus iudicare, quoad veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quod quidem opprobrium eximius Prophetarum, nequaquā obticuit. Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ, à me dicit Dominus, quia oblita es mei, & confisa es in mendacio, vnde & ego nudaui femora tua, contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ. Væ tibi Hierusalem. Quæ vt cordi pressius insigantur, eadem per exempli formam pronunciantur. Iubente eidem Prophetæ Domino: Vade & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos & feci sic, deinde factus est sermo Domini ad me, dicēs. Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & vade Euphratem, & absconde illud ibi, in foramine petræ, & feci sic, & post dies plurimos, dixit Dominus ad me. Tolle inde lumbare, quod precepi tibi, vt absconderes illud ibi, & ecce lumbare computruerat, ita vt nulli vsui aptum esset. Et dixit Dominus ad me. Sic putrescere faciam superbiam Iuda, & superbiam Hierusalem multam, populum pessimum, qui non vult audire verba mea, & ambulat in Multos vestium fallit ornatus. *Eccl. 11.* *1. Cor. 6.* *Hier. 13.* *Ibidem.*

F prauitate cordis sui. Lumbare assumptum, ipsi sunt viri Ecclesiastici, qui in sortem ministerij sacrorum diuinorum sunt assumpti, tanquam Aaron. Hi per continentiam renes astringunt, & comprimunt, & sua honestate, q̄ pudenda sunt, & turpia, cohonestant. Sed (proh dolor) lumbare discingitur, suaque ac aliorum pudenda iam passim videntur. Ad fluminis horam, ibi reponitur, quia ad cōmoda luxuriandi loca, in locis humentibus peccatores versātur: vbi facile omnis honestas corrumpitur, & corrupta deperditur, nulli vlterius apta vsui, nisi (sicut de ijsdem, sub salis figura, in Euangelio dicitur) vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Pauci hodiè casti inueniūtur.

G Non sic Christus non sic, qui cum nulli sit obnoxius peccato; in quo nulla apparere potest turpitudo, speculum sine macula, speciosus forma præ filijs hominū, liberè se exuere vestibus potest, qui & nudari voluit, suæ diuinitatis, & humanitatis insignia potiora assumēs, in Cruce moriturus, quia non vestis sibi, sed ipse vesti, gloriam, & honorem subministrat.

Et cum accepisset linteum, præcinxit se. Cum adducendus esset Ioseph coram Pharaone veste mutatur, qua venustior in oculis eius, & gratiosior appareret. Noster autem Iesus, totius humani generis saluator, exutus propria veste, aliam sibi assumit, linteum. s. quo se
H præcinxit. Nemo dat vestem Christo; nullus illi præbet vestem, ipse sibi eligit, quam suscipiat, & eam, qua se præcingat, absque omni opere præparat, & suscipit. Et eam quidem suscipit, quæ & mundissima esset, & talis, quæ non ex corruptione, aut putredine, sed ex virginis intemerato vtero suscepta. Respuit sericam, nec suscipit ex lana contextam; eam verò, quæ ex lino compacta esset, nō obiter suscipere maluit. Cum hæc ex terra, sit, virgine perseuerante, producta. Cæteræ verò, aut ex corruptis ouibus, aut ex putridis vermibus acceptæ. Vestem lineā induit Christus.

Decebat igitur, vt lino præcinctum, coram suis se
I præberet Christus ante sui oblationem, qui nedum hostiam, sed & sacerdotem offerentem apertè designaret. His enim lineis vestibus, indui iubebantur Sacerdotes, acceptabilem hostiam oblaturi Domino. Coram discipulis, linteo se præcingit, Quibus exemplar esset candoris, & munditiæ, velut quos, & præcinctos velit ad prædicandum gentibus euangelium, & cœleste illud Regnum, in quod nihil non mundum, nihil non purgatum, nihil tandem coinquinatum intrare potest. Attende igitur quibus præcingi oporteat, qui non coram Pharaone, sed coram totius orbis conditore præsentari debeat. Cum neminem Deus suscipiat sordi-
K dum, neminem pollutum, solos verò linteo præcinctos glorificandos suscipiat. Propter quod monebamur p Proph. Lauamini, & mundi estote: auferte malum cogitationū vestrarum ab oculis meis: Si autem, quisquis immundus, arcebatur ab accessu, & à contactu illarum rerum, & locorum, in quibus sancta continebantur, qua sanctitate, quaue munditia pollere debent, & initiati sacris, & sancti altaris ministri, sacrorumque, ac diuinorum mysteriorum, & sacramentorū dispensatores? Necnon, & quisquis accedit, ad suscipienda quæuis noui testamenti sacramenta, quibus infunditur rite suscipientibus gratia, qua diuinæ naturæ consortes efficimur, & in sortem filiorum Dei computamur, imò Christum ipsum induimur, & cohæredes eiusdem *Leui. 22.* Quib' vestibus induamur, edocemur. *Isa. 1.* Sacerdotes omnes & Dei ministros mūdissimos esse oportet, & sanctos.

eiusdem regni cum ipso ascribimur? Hæc est illa vestis nuptialis, qua qui caret, à conuiuio, & à domo Regis eiectus, in tenebras exteriores damnatus proijcitur.

Et cum accepisset linteum. Deposita Synagoga, Ecclesiam sibi ædificaturus Christus, quæ esset sancta, sine ruga, & sine macula, linteum prius suscepit, & eo se præcinxit. Et primo quidem ad fundamentum totius boni in Ecclesia, iaciendum, velut sapiens architectus se præparat. Et quidem eò firmius hoc iacit fundamétum: quò se infimius, vsque ad Apostolorum pedes proijcit, vt esset humilitas, velut cardo inferior cum omni superiori virtute, & dono cœlesti, ad rectè omne peragendum laudabile, & meritorium bonum. Nam & super hunc cardinem, & incarnationis mysterium audiuimus, & intelleximus fuisse euolutum. Quandoquidem, & ipsa testetur virgo, Dei mater mox effecta. Quia (inquit) respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim, ex hoc beatã me dicẽt, omnes generationes. Hoc igitur prius egit Christus, quod nos prius agere, edocendo suo exemplo, voluit. Non enim tollitur peccatum, nisi præuia humiliatione, dicente Propheta. Priusquàm humiliarer, ego deliqui. & Domino: Qui se humiliat, exaltabitur, cum superbis Deus resistat; humilibus autem elargiatur gratiam. Est igitur hoc, & Ecclesiæ, & salutis nostræ fundamentum, quod considerans, & in seipso expertus Proph. inquit: Bonum mihi Domine, quod humiliasti me. Quibus verbis ostendit, multa se assecutum fuisse bona, super isto prius iacto fundamento. Nec potuit Achab, siue Nabuchodonosor, aut Ezechias, ac plerique alij, aut Regnum, aut veniam, aut vitam exoptatam promereri, nisi prius amplexi sint humilitatem, veluti bonorum omnium principium, & fundamentum.

[Omnium bonorum operum fundamétum humilitas.]
[Canticum Mariæ.]
[Ps. 118.]
[Mat. 23.]
[Ps. 118.]
[Súma virtutum est humilitas.]

Et cum accepisset linteum, præcinxit se. Accingitur velut exultabundus, vt gigas, ad currendam viam. Nam & strenuus ille Thobias, magni Thobiæ filius, accessurus ad Raguelem, quo chirographum pactionis, & decreti, læbitorum talentorum deleret: viso iuuene (quem nesciebat Angelum Raphaelem) accincto, ad pergendum, seipsum ei in comitem tradidit, & fœliciter omnia perfecit. Quis autem viam mandatorum cucurrit, nisi qui depositis antiquitatis exuuijs, veterique expoliato homine, nouum superinduit, qui secundum Deum creatus est? Vt qui portauimus imaginem terreni, portemus, & imaginem cœlestis. Primus enim de terra terrenus, & terrena tãtum sapiebat: secundus verò cœlestis, cœlestia tantum sapit. Propterea enim, & lineum, non laneum, superinduit vestimentum, vt & in suis noua faciat omnia, operiatque charitas nostrorum multitudinem peccatorum. Sunt enim cœlestes lini florum colores, & de plenitudine eius omnes nos accepimus. Ea autem renouatio nostra est, de qua Apostolus: Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, &c. Nam nec ipsum linum sua natura album existit, aut purgatum, sed impurum, terreum, & commaculatum. Quod quidem non nisi multo labore, multa diligentia, multisque tunsionibus, ad nitorem, & candorem reduci potest, perfecteque expurgari. Lauatur lixiuio, & cinere contritionis, & igne diuini amoris confecto.

[Ephe. 4.]
[Linum, natura sua extat immũdum.]

Vix enim inter vegetabilia, aliç sunt plantæ, quç tam prudentem, ac solicitum exigant agricolam, ceu ipsum

A linum, cuius ager, requiritur optimè dispositus, & ad solis aspectum consitus, ac situatus. Facilè enim vepribus suffocatus, arescit, ideo continuis cultoribus indiget, ad infructuosa, quæ suboriuntur germina eradicanda, frequentique aspersione roris, vt reuiuiscat, & crescat, radicitus euellitur, ita vt penitus à terra separetur, ligatur, & in aquam macerandus immittitur, ac pœnè demergitur, radijs deinde solaribus exponitur, malleis, pro viribus contunditur; manuum artificio, & oris beneficio, non nisi nendo ducitur; totius corporis operatione, & miro artificio texitur; & plurima aliorũ concurrentium diligentia, ad perfectum adducitur, quç

[Labore assiduo expurgatur, & emũdatur linum.]

B purificandi, & candidandi peccatoris normam præferre, diligens scrutator intelliget. Nec iniuria circa illud adeo elaborant, & homines, & fœminæ, cùm plurima ab eo (sic disposito) beneficia præstentur, nedum hominibus, & fœminis, sed vniuersis cuiusuis generis, & gradus. Nihil nobilibus familiarius, nihil ignobilibus vtilius, diuitibus nil commodius, pauperibus nil iucundius; Aegrotantes lino inuoluti candido, recreantur, sani autem in eodem lætari videntur: Nobiles mulieres, in alio occupari oblectantur, quo solo otium fugare laudabilitèr possint, cœteræ autem vix per aliud sustentari possent. Non sicut lana, olet morticinium,

[Ad istar lini emũdãdã esse cõscientiam nostram.]
[Lini laus, & vtilitas.]

C sed quandam gratam continet olentiam. Multæ conficiuntur ex eo vestes, multæ reficiuntur, & reparantur multæ; die, noctuque vix sine lino patimur, per breue spatium existere. Et si comedimus, nec sine lineis comedere volumus, adeo lino affecti sumus, illoque oblectamur, ita vt à planta pedis vsque ad verticem, lino sæpius contegamur. Indigent, & mercatores propter saccos, lineis, itinerantes eo indigent propter perã, & sudarium; Indigent, & nautæ, quorum carbasa, & omnis generis vela linea requiruntur: & aucupes in ballistris, & laqueis, nec piscatores per retia, sine lino possent multitudinem piscium capere, sed nec equi edomari

[Lini necessitas.]

D possent, nec tauri vinciri, nec ferarum impetus cohiberi, nisi funium fortiorum astringerentur vinculis.

Quid igitur miramur Christum lineis indutum, cũ eum etiam Daniel, & Ezechiel talibus indutum mundo prædixerint? Et ecce vir vnus stabat in medio eorũ vestitus lineis, & attramẽtarium scriptoris ad renes eius. Christus rectè ad renes collocasse atramentarium dicitur, qui legi scriptæ finem, hac in cœna imposuit. Et sicut omnem decet Christi asseclam, indui his lineis, munditia, castitate, sinceritate, vniformitate; omni deposita peccati vetustate, & carnali voluptate: Ita &

[Christus rectè linũ induitur.]
[Dan. 10.]

E singulos decet magistros, & dominos, ea vestiri benignitate, per linum naturæ humanç, tam benignum, & gratum, vt in spiritu lenitatis, spiritales effecti, arguere discant, obsecrando, increpando, in omni patientia, & doctrina.

[Magistros & Dominos, benignos esse, maximè decet.]

Cœterùm, illud attendant, qui expositi sunt tunsionibus, ac pressuris tribulationum huius sæculi. Qui infirmitatibus, velut alueis quibusdam demersi videntur, alijsque calamitatibus nõ aliter se expositos esse, quàm vt puriores euadant, vt terrenorum expertes affectuum, ad munditiæ sanctitatem reducantur. Vnde Apostolus: Tribulatio patientiam operatur, patientia autem spem, spes autem non confundit, secundum quod scriptum est. Propter te, mortificamur tota die. Sic enim quos Deus amat, corrigit, & castigat, flagellat autem

[Rom. 5.]

omnem

omnem, quem recipit. Nobis igitur libenter glorian-dum est, cum Apostolo in infirmitatibus nostris, & cũ
Psal. 22. Propheta dicendum. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Et cum accepisset linteum. Non mappam, aut syndonem, sed linteum, tum ex honestate in abstersione pedum seruanda; tum ex prænotatione mysterij accipere maluit Dominus. qui ad nos, & à sopore peccati suscitandos accinctus properabat, & quia iam nox præcesserat, dies autem appropinquauerat, nocturnum instrumentum, ad aliud perficiendum opus assumit, quia hora est de somno surgere. Et vt intelligas te in Christo
Mat. 11. requieturum, dicente eodem. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Ad reficienda enim, & restauranda fessa membra, lectuli inuenti sunt.

Ignaui, & otiosi naturę beneficio sunt indigni. Væh autem, qui pigritiæ, & otio plusquam oporteat, vacant. Hi namque torpentes, & ignauiæ dediti, abutuntur beneficio naturæ præstito; quibus linteum. i. partem indulgentiæ, quæ ad voluptatem pertinet, aufert Christus. qui nec segnes, nec otiosos, seu somno deditos esse admonet, quos vigilare iubet, & orare, quia horam ignoramus, in qua veniet Dominus. Sic enim & in sapientia docuit. Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Insuper per linteum, quod è lecto abstulit Christus, & sibi præcinxit, ac in nobiliorem vsum conuertit, admonemur non solum nostris in cubiculis, ac in lectulis Christum partem habere debere, verum & locum nobiscũ te ibidem Christum peroptare. Neque enim sponsa in lectulo suo, suum, quem anima (non caro) tua desiderauerat, requisisset, nisi gnara esset, animæ suæ sponsum, gratum in lectulo, locum, suo iure possidere, vt communis sit lectus eius sponsæ, ac sponsi,
Cant. 1. de quo testatur, inquiens: Lectulus noster floridus. Quid est quod lectulum dicit floridum, nisi non putridum? nisi non contaminatum? nisi non fœdum? Adsunt ibi flores virginitatis, & castitatis, flores nitidissimę contemplationis, ac meditationis: sic enim in lectulo
Psal. 62. suo meditatur, vt columba, qui cum Proph. fateri potest: Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te. Ibi enim recognanda sunt, quæcunque iusta, quæcunque honesta, quæcunque pia, quæcunque sancta, & ad virtutes, ac bonorum operum fragrantiam sunt adimplenda.

Somni torpore languentes & desides odit Dominus.

Cuius igitur conscientia redolet pietatem, humilitatem, castitatem, obedientiam, iustitiam, charitatem, Dei reuerentiam, exempla sanctorum, dilectionem proximi, miserationem super egenum, & pauperem, facinorum detestationem, & cõtritionem delictorum, eius lectulus floridus, ac sponso præparatus dicitur, quamuis nec sic floridus erit sine flore, de quo per Prophet. Et flos de radice eius ascendet. Super quem florem
Isa. 11. requiescit spiritus almus. Et ego flos campi, & lilium conuallium. Interdum autem imbre nocturno, & rore, tum compunctionis, tum dulcedinis perfunduntur, secundum quod scriptum est. Lauabo per singulas noctes, lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. O fœlices lachrymarum imbres, de quibus dicitur. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Isto imbre aspersi flores, fructus pro-
Ps. 125 ducunt pacatissimos. Ita vt cum exultatione veniant, venientes, manipulos suos portantes. Iuxta quod in

Cuius lectulus floridus.

Contritione, & contemplatiõis dulcedine plena semper debet esse meditatio tua.

F alio Psal. expressius scriptum est. Dominus opem ferat illi super stratum doloris eius, vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Quid sibi vult stratus versatio, nisi tota euersio mali, tota commutatio doloris, & infirmitatis passionum, in bonum indeficiens, in gaudium perenniter permanens, & in gloriam æternam transiens. *Psal. 40.*

Sed & satellites, qui à Saul, iacentem in lecto Dauidem accipere, & ligare, ac captiuum facere, ducereque occidendum iussi erant, decepti reuertuntur, inuento tantum eius simulachro in lecto existente, & eo incolumi ab insidijs liberato, quod ad typum attinet eorum
G iustorum, ad quos diabolus satellites suos mittit, vt ægrotantes arripiat, morti perpetuæ cõdemnandos, quorum spiritu libero exiliente, soloque corporis simulachro, in lecto iacente, inuento, decepti reuertuntur. Quid occurret dicendum luxuriæ deditis, & ijs, qui in stratis suis, non nisi amplexibus inhonestis vacant, qui totam suam substantiam consumunt, & cum vxoribus, velut cum concubinis vitam agunt, pro eorum venerea, & culpabili voluptuositate; à quibus tam procul abest Christus quàm ipsi à ratione, & sacramento.

Diabolus mira iustorum arte deluditur.

Sed qui cum scortis, & meretricibus vitam ducunt, lasciuijs, & fornicarionibus vacantes, à Christo linteum
H auferunt, & perperam sibi vsurpant, in cubilibus, & impudicitijs. Ad quos per Proph. Væh qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Hæc enim, quæ in cubiculis fecistis, prædicabuntur in tectis. Quibus & Proph. Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Est enim linteum profanum, quod intactum remanet à Christo, in quo partem non habet Christus, & est linteum honestæ puritatis, quo se præcinxit Christus. Non enim tibi omnino denegatur linteum. Ideo eo vtere, quò tibi pars sit cum Christo; Quandoquidem duo erunt in lecto vno, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Adhæreat vita
I nostra linteo Christi, vt assumatur cum Christo, de quo scriptum est Beatus, quem elegisti, & assumpsisti. His enim velut vestimento vestietur. Iam enim Proph. teste: Angustatum est stratum (à Christo videlicet) ita vt alter decidat, & pallium breue, vtrunque operire non possit. Quandoquidem iam per Iesum, locus paratur pudicitiæ, & vno ablato linteo, voluptati præcluditur locus, Duobus olim linteaminibus vtebantur, quibus dicebat: Crescite, & multiplicamini, qui postquam creuerint: totamque iam dudum terram impleuerint. Multi sunt, qui se castrauerunt propter regnum Dei; Ideo qui dixerat: Nisi quis reliquerit patrẽ, & matrẽ, & vxorem propter me, non est me dignus, ablato vno linteamine, quod erat cõiugij, vnũ reseruauit, quod est
K pudicitiæ; Apostolo suadente. Non in cubilibus, & impudicitijs, &c. Iam ĩ angusto huius stratu, Regina illa Virginum, scilicet, & Angelorum iacebat, quæ Angelo respondebat: Quomodo fiet istud, quoniam virũ non cognosco? Erat & illa in angusto stratu, quæ connubia postulanti, Agnes Sancta respondit: Discede à me pabulum mortis, quia ab alio amatore præuenta sum, quem cum amauero, casta sum, cũ tetigero, munda sum cum accepero, virgo sum. Ideo sponsa, non in lecto, sed ĩ lectulo quęrit Christũ, quæ nullum alium amatorem admittit. Is est ille floridus, qui suauitatem omnis pudicitiæ redolet.

Voluptuosi à Christo, quàm lõgissimè absunt.

Amos. 6.

Psal. 4.

Mat. 24.

Psal. 64.

Isa. 28.

Rom.

Luc. 1.

Et cum

Sanctorũ linteum. *Et cum accepisset linteum, præcinxit se.* Depositis A vestibus, quibus die homo contegitur, suscipitur linteum, quo, nocte, homo operitur. Hoc egit Christus diem suæ mortalitatis clausurus. Antequam oculos claudat, linteum parat, obscuræ mortis ianuas ingressurus. Quo mysterio, iterum intelligamus de Christo, quod edocemur de quolibet iusto: de quibus dicitur: Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum, illi autem sunt in pace. Et de amico iam resurrecturo inquit ipse, qui est resurrectio, & vita. Lazarus amicus noster dormit, sed eamus, & suscitemus eum à somno. Nam & ipse syndone munda inuolutum suum corpus voluit, quod in sepulchro, quasi ad dormiendum reclinari statuit. Vnde igitur vestis expoliatur, hinc linteum suscipitur, quia in vita, homo indui veste cernitur, qui in morte linteo circundatur. Esto enim, veste corpus tegatur, linteo tamen totum corpus contegitur.

Sap. 3. Ioan. 11.

Viuente homine, nec facies veste, nec totus homo occultatur. A linteo autem, & manus, & pedes, ac facies ipsa contegitur, quia nulla vis operandi, ad vitæ munia mortuis relinquitur, quorum status in termino sibi congruo constituitur. Et ideo ab eodem vitæ, & mortis Domino admonemur supra: Me oportet operari opera eius, qui misit me. Venit nox, quando nemo potest operari; propterea Christus nonnisi linteo, operitur post mortem. Viuens autem, nunquàm sub linteo stetisse legitur, sed suscipiens linteum, se illo præcinxit, quasi ad bellum, virtute se præcingens, & fortitudine se moriturus accingens.

Ioan. 6.

Sunt peccatores, qui in peccati morte versantur, hi non vestiti, sed operti dicuntur: Quia tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate, & impietate sua. Boni induunt, tanquam vestem Christum, & gratiam. Apostolo dicente: Induimini Dominum Iesum Christum, & alibi: Christum induistis. Et iterum: Induite armaturam Dei, &c. quia non manus, non pedes, non D oculi, non lingua obteguntur, & tanquam cuncta membra tegeantur. Imò ad opus tunc relinquuntur, & quasi relegato corpore, ad opus accinguntur. Et ideo bene aptatur corpori indumentum, quo se vestit homo, quia gratia optimè, & proportionabiliter aptatur homini, & hæret quasi ambiens, & complectens hominem; peccatum autem, velut pallium profectò circundat hominem, Propheta dicente: Funes peccatorum circundederunt me, & absque proportione ab homine defertur: quo etiam, ab opere præpeditur. Nihil enim minus proportionatum homini, peccato, quod est aduersarium, & destructiuum bonorum eius, quo E opertus, nec agnoscitur, quod sit homo. Comparatus iumentis insipientibus, & effectus similis illis, & alibi: Amen dico vobis, nescio vos. Operit quidem, & vestimentum; quia charitas operit multitudinem peccatorum; operit & gratia, dicente Propheta: Beati quorum tecta sunt peccata. Vnde Helias ascensurus in cęlum, demisit pallium, & solas vestes detulit secum. Cum non nisi dimissis singulis etiā venialibus criminibus, possit homo petere, & adire cœlestia; quoniam nihil coinquinatum potest introire in Regnum Dei.

Psal. 72. Rom. 13. Galat. & Coll. 3. Ephe. 4. Ps. 118. Nil magis quàm peccatum homini aduersatur. Matt. 25. Psal. 31. Crimina et venialia aditum ad cœlorum regna præcludunt.

Et cum accepisset linteum, præcinxit se. Linteaminum genus, non ad illud tantùm, quod est ad cubandum lectulis, sed & quod ad abstergendas manus, seu superponendum mensis desumitur; quod mappa pressius nuncupatur. Communibus namque, propter multiplices sacræ scripturæ sensus, vti solemus scripturarum phrasibus: sic enim & illud se offert intelligendum, quod in actis Apostolorum legitur. Oblatum videlicet cęlitùs linteum, Petro in extasi subleuato, in quo continebantur animalia omnis generis inuoluta, munda videlicet, & immunda: volatilia, quadrupedia, & reptilia, quæ oblata fuerunt illi, vt manducaret. Congruentius competit mysterio, generico nomine, non propriè linteum ad lectulum, seu cubandum, sed B mappam ad mensam, intelligendum fore. Vtrique igitur mysterio mappa potius, quàm linteum competere videbitur, si mysteriorum ratio diligentius inquiratur. Non conceditur, sed iubetur Petro, vt in linteo contenta mactaret, & comederet. Quid autem comedere iubetur Petrus serpentes, & omnis generis immanissimas feras? An ad hoc tantum vt per Christum sic omnia capacia sint benedictionis, vt comedere possimus (teste Apostolo:) Quæcunque in macello sunt, comedite, &c. & alibi: Quæcunque apponuntur vobis, comedite; sanctificata tamen sint per verbum Christi, quo sic purgantur singula, à maledicto legis, vt nihil C vlterius immundum censeatur, quod cum gratiarum actione ad Christum suscipitur.

Act. 10. 1. Cor. 10. Luc. 10. Nullũ cibũ sine benedictiõe, & gratiarum actione sumendum.

Recusabat Petrus comedere, quod sibi diuinitus iubebatur, ignarus mysterij. Absit (inquit) Domine, quia nunquàm manducaui omne commune, & immundum. Cui statim, obiurgatio diuini eloquij occurrit. Quod Deus purificauit, tu, nè commune dixeris. Equidem prohibemur, ne in comessationibus, & ebrietatibus vitam agamus: Magis autem sobrij simus, & à vino temperemur, in quo est luxuria. Cum, hæc, qui renuunt, non hac ratione, à carnibus, aut quibusuis edulijs abstinent, quod immunda sint; Christi benedictione non emundanda. Verùm his pleriquè, & sancti homines abstinent, ad compescendas carnis illecebras, cauent à petulantia carnis, & meritum diuini operis quærunt. Soli enim carnales, carnalium oblonijs oblectantur, & dum voluptati inseruiunt, mortem potius, quam vitam acquirunt. Cum plures gula, quam gladio perimantur.

Rom. 13. Propter carnis petulantiam edomādā, à carnibus abstinendum est.

Cœterum, ad manducandum demittitur è cœlo mappa, etiam immundis animalibus plena. Quæ occidere, & mãducare, Petrus, diuino pręcipitur oraculo. Nec tamen illa comedisse legimus Petrum. Qui sibi intellexit, aliter interpretandum, timebat namque Ecclesiæ Pastor, & cœli ianitor, in Ecclesia recipere viros facinorosos, ac veneno grauiorum delictorum irretitos, & ea visione audacior factus, & Cornelium, & cœteros flagitiosos, quos sacri baptismatis vnda regenerauit, recipere non dubitauit. Siue igitur per linteum, baptismum, siue intelligas pœnitentiam, dummodo in his contineantur: pessimi etiam peccatores, incorporari sibi per fidem, debet, ac iubetur Petrus. Dicente Domino, per Prophetā. Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, & iterum: Nunquid est voluntatis meæ, mors impij? Et alibi: Si fuerint peccata vestra, sicut coccinum, idest, densissimo rubricata colore, velut nix dealbabuntur.

Ezec. 18. Cap. 33. Isa. 1.

E Hæc

Oēs quantūcūq; scelestos, & improbos ad Ecclesiā redeuntes suscipiēdos esse.

Hac eadem ratione mundissimam suscipit mappam, qua se ad detergendas sordidorum pedum feces, præcingit, illius etiam serpentis Iudæ, si tamen resipuisset, & criminis eum penituisset. Cum itaque præludia ad mysteria, spectantia ad opipara conuiuia tractentur conuenientius per linteum, mappam intelligere debemus.

Et cum accepisset linteum, præcinxit se. Duobus linteaminibus ad quiescendum, nos carnales vtimur, qui nedum mente, sed & corpore torpemus. Christus vno tantum vtitur linteo, qui etsi corporis necessitate, nonnunquam, quiesceret, & dormiret semper tñ sua mente vigilabat. Iuxta illud: Ego dormio, & cor meū vigilat. *Cant.* 5. Vno linteo dormit, qui corde vigilat, & alibi: Si dormiero, dico quando consurgam? *Iob* 7. Vel dormit Christus per naturæ humanæ conditionem, qui semper vigilat, naturæ diuinæ proprietate. (Christ⁹ qñq; dormiebat, & tñ semper vigilabat.) Vt sit ipse virga illa vigilans, quam Hieremias prophetica visione conspexit, dum interrogatus, audiuit. Quid tu vides Hieremia? *Hiere.* 1. Virgam (inquit) vigilantem ego video; & subdidit. Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo, vt faciam illud, & alibi. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. *Ps.* 120.

Vel iterum obseruandum: cur ex duobus linteis, vnum assumpserit, quem, ex duobus fratribus, vnum elegisse legimus, duo erant in agro vno, offerentes sacrificia Deo, Abel & Cain; vnus assumetur, & alius relinquetur, quia respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem, & ad munera eius, non respexit: vnum assumit, qui Iacob dilexit, alium non assumit, qui Esau odio habuit. Assumit vnum, quia Isaac elegit, non assumit alium, qui Ismael non elegit. Non tamen assumit primum, sed posterum, quia maior seruire debebat minori. Non assumit Cam, sed Sem, & Iaphet. Assumit, & vltimum Dauid, filium Cis, assumit, & Ioseph, illum, vt esset Rex in Israel, hunc, vt in tribubus charior esset, atque gloriosior. Assumit Ephraim, vt præesset maiori Manasse.

(Assumit Deus quos pdestinat & cęteros relinquit.)

Conabatur quidem adhuc ignarus mysterij Ioseph, subtrahere manus Iacob dexteram, à capite Ephraim minoris, illamque statuere super caput Manasse maioris, sed hoc, diuinum non permisit oraculum: sic enim ad illum Iacob (inquit) Scio fili mi, scio, & iste erit quidem in Populos, & multiplicabitur, sed frater eius minor, maior erit illo, & semen eius crescet in gentes. *Gen.* 48. Attende genealogiam Ismaelis inter gentes extendēdam, & amplificandam. (Genealogia Ismaelis.) Reuoca & illud memoriæ; quod Abrahæ tales fuerint factæ promissiones. *Gen.* 22. Adde & quod dicitur supra: Maior seruiet minori. Intelliges successuras gentes in hæreditate diuinæ benedictionis populo Iudæorum. Quod & saluator aperto expressit oraculo. *Mat.* 8. Multi ab Oriente, & ab Occidente venient, & recumbent cum Abraam, Isaac, & Iacob in Regno Cœlorum: Filij autem regni eijcientur foras; Et per aliū Prophetam: Dicam non populo meo, populus meus, & ipse dicet: Deus meus es tu. *Ose.* 2.

Quapropter sanctus ille Patriarcha Isaac, gnarus mysteriorum horum diuinorum, hæc etiam verbis insinuauit, quibus duos filios benedixit. Ad Iacob enim (inquit) Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam, &c. *Gen.* 27. In benedictione aūt Esau, ait:

F In pinguedine terræ, & in rore cœli desuper erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies, tempusque veniet, cum excutias, & soluas iugum de ceruicibus tuis; quibus intelligimus Christi genealogiam, secundum carnem per Iacob texendam. (Christi genealogia secundum carnē per Iacob contexitur.) Haud tamen mancipauit, seu priuauit cœlesti hæreditate Esau, cui aliquod maius bonum pronūciasse videtur, per id, quod dicitur: In rore cœli desuper; quod non dixit in alterius fratris benedictione. Veluti, qui maiorem cœlestis gratiæ abundantiam impertiret Gentilibus, quorum pater vocatus est Esau, quam carnali Israel, cui pater fuit Iacob. (Esau pater Gentiliū.) Ita vt Iacob pater esset Christi, secundum carnem per successionem prolis; G Esau autem, filius esset Christi, in generatione Gentilium. (Iacob Christi pater secundum carnē fuit.) Ille erat pater carnalis, iste filius spiritualis, ille velut prior, & quasi caput; isti velut posteriores, membra essent, non carnalia, sed realia mystici corporis Christi. Ille nil desuper repromissum habuit; iste desuper, promissionem accepit. Quia Israeli carnali, bona terræ possidenda promittuntur, & populo Gentili hæreditas supra Cœlum, per Christi fidem est repromissa. Postula à me (inquit Propheta:) Et dabo tibi gentes hæreditatem tuam. *Psal.* 2.

Hunc rorem cœlestis gratiæ venientem desuper, H Gentilis populus suscepit, quando Christi fidem acceptauit, de quo rore, Propheta ait: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, &c. *Isa.* 45. Excussit insuper iugum seruitutis, cum non vltra maior seruiet minori; sed cum minor subijcietur maiori i. suscepta fide, populus Gentilis præstabit, & dominabitur populo, & genti Iudęorum. Hoc nobis denotabat vnum è duobus tantum susceptum linteum, in abstersione pedum, quam ante passionem perfecit Christus. Quod aliud post passionem suscipi voluit linteum, siue syndonem, non vt prę cingeretur, sed vt inuolueretur totū corpus eius. Quod tectum, non nudum Iudæi Christum in figuris, & vmbraculis Prophetarum detinebant, nec attingebant; I Gentiles autem Christum discoopertum, & nudum suscipiunt, velut è figuris, & vmbraculis eductum Prophetarum. (Coopertū nō autem nudum volunt Iudæi Christum.) Pro tempore igitur, vno tantum vsus fuit linteo Christus, qui salutem in vno tantum constituerat populo. Vtroque postea fuit vsus, quando ad fidem populus Gentilis est conuersus. Sufficiebat vnū linteum, vni populo, & altero adaucto, aliud linteum, diuina dispensatione suscipitur, vt vbi abundauit delictum, mortuo Christo intelligeretur superabundare, & gratia, qua omne contegitur peccatum. Tunc enim angustatum erat stratum (inquit Propheta:) Ita vt alter K deciderit; & pallium breue vtrunque operire non poterat, quod vni populo ante mortem Christi satis erat. *Isa.* 27. Sed & illud aduertendum, quo ante passionem præcinxisse dicitur: Quod & Augustinus obseruasse videtur: *In Ps.* 92. Quare non dixit cinctum fuisse, sed præcinctum? Quisquis se cingit, cum operaturus est. Accingitur cum cinctione aliquid additur lateri, & tunc præcingi dicitur: cum ante se, ponitur aliquid, quo præcingatur. Ideo præcinxisse se dicitur, quia ante se humilitatem ad lauandos pedes accepit. Semper enim cinctus humilitate fuit. Tunc autem præcinctus dicitur, cum suscepto linteo, ad tam humile opus perficiendum accessit.

Deinde

Deinde misit aquam in peluim. Attende eum, quem lymphis tingere non audebat is, quo inter natos mulierum nõ surrexit maior. Eum (inquam) quẽ Io: Baptista eximius Prophetarũ, & plusq̃ Propheta, tanto reuerẽti timore prosequebatur, vt nec se dignum, ei⁹ corrigiam calceamenti soluere arbitraretur, tam vilia officia subeuntem. Eum ad cuius aspectũ Angeli contremiscunt; qui, dum respicit terrã, facit eam tremere, & fumigare, quos tangit, mõtes; in quem obtutus defigere nõ audebat Moyses, qui faciem suã obtexit, locutur⁹ cum Dño, sibi in rubo apparenti; Quem Cẽturio, ne in domũ suã intraret, propter ipsius dignitatem, retrahebat; Quem & aliàs Petrus à se peccatore recedere, præ reuerentia efflagitabat: Eum tãdem, cuius nomini oẽ genuflectit, cęlestium, terrestriũ, & infernorũ, accedere ad abluendos discipulorũ pedes nõ dedignari. Hãc.n. ratione, aq̃ in peluim ipse mittit; Ipse sibi, alijsq; ministrat, nullius obsequium postulat; In omnibus, & singulis, singula, & omnia obsequentissimus parat, ac exhibet.

Nimia Christi charitas, & humilitas.

Quo autem oculo, qua mente putas hæc oĩa spectare discipulos? Hæc.n. seriò fieri, non ignorabant, & tanti apparatus exitum nimia animi suspensione p̃stolabantur, inuicem musitantes. Quid sibi volunt hęc, quę tam promptè, & incunctanter à magistro nostro peragi vidèmus? Quæ erit tam vrgens occasio, vt surgat solus à cęna, & nobis inscijs se totum solus ad opus aliquod disponat? Magni momenti rẽ, ista prętendunt. Cum autẽ ad hoc ventum fuit, vt ad pedum suorum lotionẽ, proprijs manibus faciendã Christũ accedere cõtuerentur; tunc ipsi videntes, sic admirati sunt, conturbati sunt, cõmoti sunt, tremorq; apprehẽdit eos; Sed & quis tam vecors, aut adeò stupidus, siue captus mente, vt tanto spectaculo non terreatur, & ad omnem sæculi detestandã vanitatẽ, ac fastum non inducatur? Et si magis mouent exempla, quam verba; quis tanto non resipiscat exemplo? An timescet seruus, vbi prosternitur Dñs? Neq; coram eis solum, sed & coram impio, oĩumq; scelestissimo discipulo se deijcit. Illic superbiet terra, & cinis, vbi Deus ad ima se proijcit? In caput eius conspiras, vt sanguinẽ proximi effundas, cuius pedes fouet Christus, suscipit, amplectitur, abluit, & proprijs manibus tergit?

Discipulorũ Christi stupor, & tremor.

Hominũ superbia, & arrogãtia.

Deinde misit aquam in peluim. Hoc opus supremę, Diuineq; sapientiæ dicentis: Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio: Ego quasi fluuius dorix, & sicut aquæ ductus exiui de Paradiso. Dixi rigabo hortum meum, & plantationẽ meã, inebriaboque fructum partus mei. Suas sic irrigat sapientia Ecclesiæ suæ nouas plantationes: Hortus enim Christi ipsa est Ecclesia, & fons signatus. Nondum extensa erat Ecclesia adhuc erat hortus iste cõclusus; Donec præparati, & speciosi efficerentur pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, eorum.s. qui mitterentur in vniuersum mundum omni creaturæ salutem euangelizaturi. Clausam in hydria aquam exhaurit, & fontis signati, siue sapientiæ absconditæ à sæculis effundit aquã. Neque enim vlterius poterat, aut abscondi, aut occulta contineri, quæ veluti confractis; superatisuè alueis, totam irrigaret terram, cum in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; dicente Salom. Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisq; ? Hæc est aqua plantationibus Christi reseruata, olim promissa. Effun-

Eccl. 24.

Hortus Christi, ei⁹ ẽ Ecclesia.

Eccl. 41.

A dam super vos aquam mundam, &c. Pressius autem se eam exhibiturum pollicitus est Samaritanæ. Harum autem Christi plantationum meminit Proph. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. E quibus multæ suborirentur pullulantes arbores, & palmites, secundum quod scriptum est: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, &c.

Ps. 143.

Psal. 44.

Deinde misit aquam in peluim. Quam infundit aquam Christus, non nisi in peluim infundit. In pelui igitur nè in terram fusa conculcetur ab hominibus, reponitur. Quo erudimur sanctum non esse dandum
B canibus, nec margaritas porcis exhibendas. Pariterq; illic non esse effundendum sapientiæ sermonẽ, vbi non est auditus. Non enim consistunt aquæ, nisi in concauis locis; si verò super sphæricam ponantur corpus, decidunt, & corruunt. Sunt enim superbi veluti elati montes, se extollentes etiã super altitudinem nubium, nequaquam gratiæ cœlestis capaces, donec curuentur per internã cordis humiliationem, cum superbis Deus resistat: Humilibus autem gratiæ salutaris aquam infundat. Et tales ligno fructifero comparantur; secundum quod scriptum est: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fru-
C ctum suum dabit in tempore suo. Cuius nec folium defluet, & omnia quæcunque faciet, semper prosperabuntur.

Sapientia hoĩs ñ nisi certo loco & tẽpore ostendẽda est.

Psal. 1.

Misit aquam in peluim. Attende eum, qui creator est aquarum, & elementorum omnium, ex quibus omne aliud sublunare corpus constituitur, quæ olim cum Deus vltionum esset, in ostensione suæ potentiæ acceperat; hæc patrem misericordiarum effectum, in ostensione suæ benignitatis suscipere voluisse. Hic n. omnia elementa in nobilius hominum obsequium cõuertere voluit. Quæ instrumenta essent ad authoris opus illud perficiendum, ad quod venerat peragendum. Pro-
D pterea enim, ex terra luto confecto, cæci oculos aperire voluit, & aquis ad discipulorum pedes lauandos, nunc verò ad fideles baptizandos vti. Vento etiam, per illum Spiritum Sanctum tribuendo, ad peccatorum indulgentiam, & facinorum remissionem. Igne autem, cum in eo visibiliter Spiritum Sãctum, & dona eiusdem Spiritus mittere voluit. Quibus intelligeremus, eum esse, cui elementa seruiunt. Et sicut proprium architectũ, ad opus, sua aptare posse instrumenta, ad quod aut pulchrum, aut deforme reducere velit.

De⁹ vltionum nunc est misericordiarum pater effectus.

Quo fit vt interdum terra ad degluriendos viuos sit aperta, & interdum ad præstandos rediuiuos mortuos
E fuerit sollicita. Aqua autẽ submerserit Aegyptios, quæ saluauit Hebræos, capita draconis demergit, quæ baptizatis salutem tribuit. Nam & archa illa fęderis, quę Dñi instrumentũ erat ad saluandos Hebræos, ipsa erat, qua Azotij, & Phylistæi deuastabantur. Nulla.n. res est tam bona, quæ, si ea male vtaris, in peius non conuertatur. Quid homini charius, amabilius, & vtilius vita? Qua, cum ad facinora perpetranda, quis vtatur, illud audiat, & attendat, quod de impio dicitur: Expedit ei, vt suspendatur mola asinaria collo eius, & demergatur, & alibi: Bonum erat illi (Proditori) si natus non fuisset homo ille. Quod quidem non per detestationem proprij esse, quod nemo potest appetere, sed p modum essendi tam miserabilem sola nõ essendi ratione comparatum, cui factum est inseparabile, & æternum.

Pro sui potentia Dñs ad diuersa pditionis, & saluationis ministeria diuersis sępe vel eisdem vtitur elementis.

Math. 18.

Mar. 14.

Non esse, quomodo bonũ sit.

Deinde misit aquam in peluim. In forma serui, opus etiam serui exercuit, quia seruile opus, quod cœperat adimplere curauit. Equidem supramodum in operibus, in verbis, in victu, & vestitu, claruit semper summa humilitas Christi. In natiuitate, in circuncisione, in baptismo, in passione, in loco passionis, in loco natiuitatis, in matre, in discipulorum societate. Quæ tñ oĩa vni huic humilitati cedere videntur, qua ad pedes deiectus, velut omnium infimus, minoratus à seipso videtur, vt illa hic maior floreret humilitas, in qua suæ maiestatis splendorem obtexit. Cum in natiuitate cecinerint Angeli, & ad præsepe, se prostrauerint Magi, in circuncisione à Simeone fuerit magnificatus, & lumen gentiũ prædicatus, in baptismo à Ioanne propalatus, & patris oraculo, Dei filius protestatus, in passione, terræ, & cœli testimonio, & rediuiuorum præconio per suam tandem resurrectionẽ exaltatus, & glorificatus. Sola hic apparuit humilitas, vbi depositis vestibus, nulla resplenduit suę diuinitatis maiestas, q̃ nobis humilitatẽ prorsus imitandã reliquit, vt infra mox intulit, exemplũ nobis exhibuisse, vt quemadmodũ ipse fecit, ita & nos faceremus.

In oĩb' tã diuinis, q̃ humanis eius operib', summa fuit semp Christi humilitas.

Quod autem ad imitandũ principaliter agitur, nullo maiestatis splendore roboratur. Nec Abraham Angelis, nec Ioseph fratribus, sed Christum discipulis pedes lauisse legimus, cuius inexcogitabilis facinoris non potuit, non admirari Petrus. Hoc igitur egit Christus, quò nos humilitatis iura amplecteremur vberius. Talia in nos est operatus, qualium nos amatores efficeret ardentius. Hæc fecit ille, qui nos à subdolis artibus, & diabolicis fraudibus cupit eximere, à quibus (D. Bernar. teste) sola humilitate possumus euadere. Quod autem Christi benignitas, tam promptè ad aquas conuertatur, vt eas infundat in peluim, sicut non vacat mysterio, ita nec caret consilio. Non tamen indifferenter suscipit aquas, sed tales, quæ puræ sint, quæ ad fœcundandum aptæ, & ad purgandum idoneæ. His ad pedes discipulorum applicatis, se totum conuertit ad opus, vt operandi intus conciliaret symbolum, quo euntes prædicaturi in vniuersum Mundum, operaturi essent in obsequium hominum. Qui aliquando maledixit terræ, nunquàm tamen maledixisse legitur aquis, quibus maximè vsurus erat in expiatione peccati: quarum ministerio, totam peccatis infectam purgauit per diluuium terram, & baptismatis fonte, subinde ad vitã regenerat. Hanc formam mysticè obseruari statuit Ecclesia, quæ aquam in pelui, seu commodiori vasculo, in singulis Ecclesijs, & poni, & conseruari voluit, citius aspersione fideles in introitu Ecclesiarum à venialibus emundarentur peccatis: sunt enim venialia, quasi puluis pedum, coinquinans, retardans, & impediens progressum. Hæc igitur aqua Christi nomine benedicta, & mentẽ à venialibus mundat, & ad diuina nos pręparat, & ab obscenis cogitatibus, cor præmunit intactum. Dæmonũ, nobis vbique insidiantium, virtutem reprimit, frõtem, signando munit, distracta corda per vagationem ad tẽporalia, in quibus versatur, intus ad sui considerationẽ reducit, & compotem suæ salutis hominem reddit.

Nemo fuit vnq̃ Christo humilior.

Bernard.

Christus aquis maledixisse nusquam legitur.

Aquæ benedictę effectus, & virtus.

Communis hic aquarum vsus, & antiquitate probatus est apud Iudæos, ac etiam apud Gentiles: Hoc iussum fuisse legitur, Iudæorum legislatori Moysi. Facies labrum æneum, cum basi sua ad lauandum, ponesque illud inter tabernaculum testimonij, & altare, & missa

Exod. 30.

F aqua, lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus suas, & pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare. Vt ostenderet neminem dignè Synagogam intrare, & altari approximare posse, qui illotis est manibus, & pedibus. An non, & ipsi Turcæ eundem, & austeriorem ritum obseruãt? Qui non eas tantum manuum, & pedum, sed verendorum partes abstergunt, vt suas impij Mahumet Moscheas ingredi sine iniuria possint? Quod si omnem decet locum talis ornatus, vbi conuenitur ad implorandã diuinam gratiam, quomodo audebunt Christi fideles Ecclesias ingredi, nullo signo protestante sanctitatem? G Non enim: Templa nostra, quæ & diuino cultui sunt consecrata, sanctorum multorum reliquijs munita, & (quod maximè vrget) pœnitentia corporis Christi decorata, minoris sanctitatis, ac munditiæ accessores quærunt. Quod etiam Tullius: Iuxta ritum etiam Paganorum, aspersionem aquæ præstare suffragium ad castimoniam conseruandam, & labem à mente tollendam asserit, iuxta illud notum: Casta placent superis, pura cũ mente venite. Et manibus puris, sumite fontis aquam. Romanos aũt hũc obseruasse ritum ablutionis, Persius, & Paulinus apertè testant. Et Herodotus de Aegyptiorum, ac et Græcorum ritibus, idem de ijsdem fatetur.

Turcarum ritus.

Aliquo sãctitatis signo pmuniri debẽt fideles intrantes Ecclesiam.

1. *lib. de legibus*.

H *Et cœpit lauare pedes discipulorum*. Eam abiectissimam, officij à se assumpti functionem aggressus, incunctantèr, promptè, & sollicitè prosecuturus, cœpit pedes lauare discipulorũ. Vtinam illam nos maledictionem euitemus in segnes prolatã. Maledictus.n. qui opus Dei negligentèr operat. Nescit.n. tarda molimina Spiritus S. gratia. Etsi.n. vilissimũ sit hoc officiũ, eiusq; celsitudini (vt ita dicã) incõuenientissimũ, veluti, quod nõ nisi deposita veste propria absoluere nõ potuisset, q̃ tñ prõptè, q̃ libenti animo illud exequatur, sermonis series cõprobat.

Maledicti à Deo sũt, Dei operibus segnitèr incumbentes.

I Nos autem tam tardè mouemur, tam lentè ambulamus, dum Dei operibus incumbimus, vt non nisi inuiti agere videamur. Vix.n. ad sacramenta suscipienda aliquando trahimur, & ad audiẽda sacra, tardius quò possumus, potius rubore, aut cõsuetudine accedimus, q̃ spiritu, & religione ducamur. Vix misericordię opera pietate ducti adĩplere curamus, qui oculos ab egenis auertimus, qui pedes à carceribus, & hospitalibus locis retrahimus, qui aures infirmantiũ gemitibus, & iniuriã patientibus obturamus, qui manus ad auxilium cunctis Christianæ pietatis non extẽdimus, & os nostrum, nec in oppressorũ, pupillorũ, & aliorũ vim patientium suffragiũ aperimus. Dominus hoc ipse, solus, charitatis opus, & promptè, & totũ adimplet. Cui iam derelictus est pauper, ad quẽ confugiãt oppressi, Dñe (inquiẽtes) vim patimur, responde pro nobis.

Pessima, & miserima conditio eorũ, q̃ tã hi videntur ad pietatis opera prosequenda.

K *Cœpit lauare pedes*. Quorum postea sanguine mũdaturus erat animas, & cõsciẽtias ab operibus mortuis emundaturus, horum prius, voluit lauare pedes, & abstergere, quò discamus, eius non esse Christi sanguine peccatis emundandã aĩam, cuius pedes prius abluti nõ fuerint. Pes enim hominis, ipsa est affectio hominis, quandoquidẽ sicut pedibus, fertur totus homo, & super pedes sustentatur, & eò pergit corpus, quò pedes mouentur, ac tendunt; Ita quisq; suo regitur affectu, & eò ducitur, quò ab affectu portatur. Nisi aũt à terrenis loti fuerint hominis affectus, non est hõ redẽptionis capax. Sed heu q̃ difficilis lotio, q̃ tanto indiget mundatore.

Quid sit pedes abluere.

Horum

Horum (inquam) pedum (bone Iesu) oportuit te sordes abluere, cum enim omnes nos immundi simus, ab immundo quis mundabitur? Cum solus mundus sis, qui solus expers es peccati, quis potest facere mundũ de immundo conceptum semine? nonne tu, qui solus es? Laua igitur tu me Dñe ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Effunde tu aquam tuam, super nos, & mundabimur ab omnibus inquinamentis nostris.

Sol⁹ Christus inter homines est mũdissimus.

Video quod lauare cœpisti, non video quòd lauare desijsti, quia nos ad te lauandos accedere voluisti; sumus namq;, & nos, tuorum discipulorum ascripti cõsortio, ꝓpterea n. licet essent oẽs Apostoli, q̃bus dignat⁹ es sordidos lauare corporales pedes: noĩe tñ discipulorũ eos vocari in Euangelio voluisti, vt nos, qui nõ Apostolorũ, sed Discipulorũ cathalogo connumeramur, hoc saluberrimum à te beneficiũ præstolaremur, nec frustra illud expectaremus. Video aũt te quærentem, seu poscentem peluim, in qua tuam possis infundere aquã. Vnum tñ inuenio, quod te nõ despicere nõ ignoro, quod dũ ĩ me quæro, non inuenio, lebetem inuenio, peluim non reperio. Vnum quæro, aliud inuenio, quia illud bonum, quod volo, non facio, sed illud malum, quod nolo, hoc ago. Vas non inuenio mundum, concauum, & aptũ ad aquam gratiæ suscipiendam. Lebetem reperi, ignibus cupiditatum denigratum, & infernalibus flammis, peccati turpitudine denigratũ. Hoc vnum mihi deesse cõperio, cor contritũ, & humiliatũ, quod nunq̃ despicies.

Duo pedes, duę legis fuere tabulæ.

Cœpit lauare pedes Discipulorũ. Duo purgandi erãt à Christo pedes, q̃bus populus Iudaicus ambulabat, falsa interpretatione sordidi. Et sicut duo pedes ex decẽ constant digitis, sic duæ illæ tabulę, q̃bus regi, & ambulare iussus fuit populus, decẽ cõtinebant ꝓcepta, q̃ falsa interpretatione cõmaculata, Christi lotione indigebant. Sed & Hæretici adhuc sordescunt pedibus, q Iudaizantes, illud primũ ꝓceptũ sic deturpant, vt nec venerari patiãtur sanctos, nec implorari; Qui nec sanctas permittunt Christi, sanctorũq; eius imagines, quibus Dei Maiestas extollitur. Tunc aũt, & hoc purgauit ꝓceptũ Christus, qui nos suffragari amicis edocuit, quos vt faciamus pręcepit, vt nos recipiant in ęterna tabernacula; sed & imagines congruas tunc apertè approbauit, & veneratione dignas ostendit, cum inspecta Cęsaris imagine, in commendationem eius aperuit, quæ Cęsaris erant, esse Cesari reddenda, & quæ Dei, Deo.

Sordescũt suis pedibus Hæretici.

Imaginũ ✝us à Domino comprobatus est.

Quæ adhuc ignorant inuicem accommodare Neochristiani, Iudaismum olentes: Sabbatum autem quantis superstitionibus indecorum fecerint, satis conspicuum relinquitur, singulis Euangelium Christi profitentibus. Qui enim discruciabantur, quod ęger, aut cæcus reciperet sanitatem in die sabbati, & signa sanitatis in tollẽdis grabbatis ostenderet, quò euidentius, eo die Deus glorificaretur: hi cadenti asino, aut boui præsto aderant, præstantes iumentis beneficia. Quod autem attinet ad dilectionem proximi, nonne hoc etiam polluerant preceptum antiqui, qui perperam apposuerant, odio habendum inimicum? Quare & hoc oportuit lauari, abstergique à sua sorde, per Christum dicentem: Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos. Sed & illud de honoratione parentum quibus non polluerant impietatibus, suadentes simplicioribus & rudioribus filijs familias, munus quodcũque esset ex ipsis illis, prodesse, patribus, & matribus in egestate manentibus, & ex necessitate deficientibus? Quid de furto, ac rerum alienarum cupiditate dicendum? cum eorum cupiditas adeo increbuerit, & perseueret, vt nullo auaritiæ pelago, siue vsurarum voragine expleri queat? Sed & hunc articulum Christus extergere voluit, cum apertè dixerit. Mutuũ date nihil vltra sperantes. Eam autem, & mulierum cohibuit effrenem incontinentiam, qua etiam altercabantur de vxore, cuius esset post resurrectionem futura, cum pluribus coniugata matrimonio fuisset, cum responderit: In resurrectione, eam non esse concubitus copulam, quam perperam expectabant, sed esse homines, sicut Angelos Dei, qui nec nubent, nec nubentur.

Christiani Iudaizantes.

Luc. 6.

Vsurarum vorago.

Luc. 6.

Christus omnia vitia lauat & abluit.

Illi insuper fœdabant, & hunc articulum, qui concupiscentia illecti interiori, Dei mandatum contaminabant: Vnde, vt & iste purgaretur articulus, opus fuit Christo emundante, dum inquit: Ego autem dico vobis. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eã in corde suo. Vel etiam duo pedes, sunt illa duo præcipua mandata, dilectionis Dei, & proximi, in quibus tota lex pendet, & Prophetæ.

Mat. 5.

Cœpit lauare pedes, &c. Decuit enim legis sanctæ, & immaculatæ sanctos, & immaculatos esse ministros: Lex enim Domini immaculata conuertens animas; Et Apostolus: Lex (inquit) sancta, & mandatum sanctum. Nam & qui posuit immaculatam viam nostram, vt ambularemus sancti, per viam mãdatorum eius expeditius excursuri, nostros ab omni sorde, voluit abstergere pedes. Moyses enim vocaturus populum, ad Regni terreni susceptionem, extrahere calceamenta iubetur, super terram sanctam, coram Domino ambulaturus. Sed vt ostenderet Christus, nos ꝑ ipsum consecuturos beatitudinem, quæ immaculatis in via promissa fuit, dicente Proph: Beati immaculati in via, q ambulãt in lege Domini, aperiturusque beatitudinis ianuam, ad nostros accedit lauandos pedes, ad tollendas sordes, ad maculas abluendas. Et antequàm mittantur in vniuersum mundum ad conuocandas omnes gentes ad cœleste Regnũ consequendũ, non sufficit excalceiatio, sed ablutio requiritur, nec quæcunque, sed per Christum, de quo Proph. Qui ꝑfecit pedes meos, tanq̃ ceruorũ; quos sic ablutos, & benè dispositos, ab oĩ via mala ꝓhibeam⁹. Sed cũ totus mũdus, in maligno positus sit, & oẽ qđ est in mundo immundũ sit, cõcupiscẽtia oculorũ, aut voluptas carnis, aut sũpbia vitę, quì fieri poterit vt incedamus in mũdo, & non contaminemur à mundo? Verũ non obitèr duos nobis tñ natura ꝓbuit pedes, quod volatilibus propriũ est, terrestribus autem quattuor dedit pedes, vt super pectus suũ gradientes, toto corpore hæreant terrę. Sicut igitur aues facilè cęnũ, & omne lutum impollutæ transeunt, dum alis distentis feruntur ad altiora; Ita & homo q̃squis ab ipsis terrenis, ad supna, & spiritualia se eleuat, totius mundi inquinamẽta deuitat, & sic ꝓhibet ab oĩ via mala, pedes suos, cuius viuere Christus est, cuius & conuersatio in cęlis est, qui nec terrena sapit: Qui aũt hõ aĩalis est, nõ ꝑcipit ea, q̃ Dei sunt. Deprimit terrena cogitatio, sensum multa cogitantẽ. Duo aũt sunt hoĩs pedes, quibus terrenorũ fimo infixus, cõtaminat incedẽs, cõsuetudinis, & voluptatis. Sed quis poterit istos abstergere pedes? Ad hos: ecce accictũ Chrm, abstergẽdos, nõ est alicui ĩterclusa salutis via, nec abbreuiata ẽ man⁹ Dñi, sed ꝓtẽsa, & ad purgãdos sordidos nr̃os pedes extensa.

Psal. 18.

Rom. 7.

Ps. 118.

Psal. 17.

Cur duos tñ nobis pedes, sicut, & volatilib⁹, cęteris aũt. terrestrib⁹ q̃tuor natura fuerit elargita.

Cœpit lauare pedes. Contuere, & attende, quid obsequij, à capite pedes suscipiant. Christus caput discipulorum pedes lauat, normam præbens superiorum, formam præscribens capitum, & rectorum Christi fidelium. Hi enim ad tollenda subditorum inquinamenta, & propensiori studio incumbere debent, qui rationem reddituri sunt earum animarum, & gregis, quorum cura illis est, credita. Ij enim purgandi sunt pedes, inferiores s. à superioribus, doctrinæ veritate, vitæ sanctitate, consilijs, exhortationibus, legibus, correctionibus, monitis. Vt corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, cohibeat insolentes, foueat mansuetos, patiens sit ad omnes; sed vtinam talibus gauderet Ecclesia nunc capitibus, quibus abstergi possent, & mundari Ecclesiæ pedes. i. simplices, & subditi, ac rudes, in quorū persona dr̄: Lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei: Et non magis pollui, ac fœdari, quorum immunditiæ, & contaminant inferiorum aures, & pusillorum animis scandalo fiunt. Heu heu, nostrum hic exitium propter nos hæc, scandala patitur Ecclesia, quæ Pastoribus caret, qui pedes lauent, quod si lotores, & non fœdatores haberet, nonne hæreses abstergerentur? nonne vitia abolerentur? nonne populi pessimis moribus dediti corrigerentur, & ab anfractibus retraherentur? Certe vice apostatarum haberemus, qui parerent, & sanctæ obedientiæ Christi Vicarij, & Pastorum cœterorum subijcerentur. Pro infidelibus, fideles susciperemus, pro Hæreticis, Catholicos, & pro persecutoribus sectatores.

Quales, se erga subditos, superiores exhibere debeant, & ostendere.

Iob 29

Aliorū pedes abluētes, Pastores i Ecclesia non habentur.

Hoc autem est omne malum, quod ab Aquilone pēdet, vt sit talis populus, qualis sacerdos, & talia membra, qualia capita. Sic enim mutato optimo auri colore, argentum versum est in scoriam, quandoquidem nemo in Ecclesia magis nocet (teste Greg.) quàm qui peruersè agens, nomen, vel ordinem sanctitatis tenet. Delinquentem enim hunc redarguere nullus præsumit & in exemplū vehementer culpa protenditur, &c. Nil enim aut absurdius aut damnabilius, quàm quod is, qui prædicat non furandum, furetur, qui exprobrat mœchum, mœchetur, qui suadet ieiunia, crapuletur, qui diuitias detestatur, auaritiæ nexibus obuoluatur. Quomodo autem quis suum bene peragit ministerium, qui à ministri ratione procul existit? Sed & hæc mala ab oculis offensorum abstergere etiam curauit Christus totius Ecclesiæ caput, cum ad pedes conuersus. i. ad inferiores, & subditos, inquit: Quæcunque dixerint vobis, facite, secundum autem opera eorum, nolite facere.

Greg.

Miserima hodierni temporis status conditio summaque calamitas.

Matt. 23.

Cœpit lauare pedes, &c. Flebat sanctus ille Proph. Iudaici Populi ignominias, hanc Synagogæ intuens turpitudinem. Quod sordes eius essent in pedibus eius. Hanc in Populo illo deflebat ignominiam, velut, qua ignominiosiores efficerentur. In principio Israelitica progenies non leuioribus fuerat sordibus maculata, velut, quæ apud patrem de pessimo posset crimine accusari, & in necem innocentis fratris conspirare, illumque mortuum in cysternam dissipatam conijcere, Ismaelitis eundem, tanquam perpetuo seruum vendere. Crescente eadem Synagoga, horribilibus idolatriæ sordibus multoties est maculata; sed diuus Proph. ad pedes eius conuersus, lachrymabilitèr de solis pedum sordibus dolet.

Hierem.
Thren. 1.

Pedum sordes.

Quænam istæ pedum sordes, de quibus adeò dolet

F Propheta, nisi ea flagitia, & peccata damnabiliora, grauiora, detestabiliora, & abhominabiliora, quæ in fine commisit, & in quibus se adeò deturpauit? Igitur sceleribus in fine magis, quàm in medio, aut principio se maculauit, grauioribus. Tunc grauius offenderunt, cum Christum, in propria venientem, sui non receperunt, & qui eum non receperunt, nec eum audierunt, conuitijs eum affecerunt, doctrinæ, & miraculis detraxerunt: tandem Regem Regum, verbum patris, saluatorem Mundi despexerunt, expulerunt, neci Crucis tradiderunt.

G Quos igit Christus à Synagoga assumebat, & Ecclesiæ fundamenta præparabat, horum pedes ipse lauabat, lauit Petrum, lauit, & Iudam; sed Petro lauatio profecit, qui à Synagoga ad Ecclesiam transijt; Non profecit Iudæ, qui in fecibus Synagogæ, proditor effectus Saluatoris, etiam laqueo se suspendit. Huius flagitiosissimi criminis, sequutię in Christum, sub nomine peccati, idem meminit Proph. quasi hoc sit solum peccatum, quod est omnium peccatorum maximum. Peccatū (inquit) peccauit Hierusalem; propterea instabilis facta est. i. propter quod peccatum irreparabilitèr corruit.

Synagogę Iudaicæ peccatum

Thren. 1.

Cœpit lauare pedes, &c. Diuinæ legis decreto iubebatur Aaron, qui sacrificaturus erat, prius lauari antequam coram Domino sacrificium oblaturus accederet. Nam ipsum, & pro seipso, & pro populo sacrificare oportebat, quia vterque peccato obnoxius erat, lauabatur Aaron sacrificaturus animalia munda in expiationem peccatorum totius populi, sed Israelitici tm̄. Non lauatur Christus, sed lauat ipse alios, quia iustus pro iniustis sacrificandus accedebat, & oīum, totiusque humani generis criminum sordes detersurus. In Iordane quidem baptizatur, non lauandus ipse ab aquis, sed aquas ipse emundaturus: lauando enim, & tergendo aliorum pedes, ad seipsum trahit eorum sordes; ideo enim præcingi linteo voluit, qui aliorū sordes in seipso mox seipsum sacrificaturus suscepit, quia non sua, sed aliorum crimina abluenda per passionem curauit. Quo adueniente, iussionis verbo, abluuntur omnium sordes peccatorum, vt omnis quicunque baptizatus fuerit, saluus esse possit.

Exod. 29.

H

Non lauat se Christus, sed alios.

I

Cœterùm parum est, Aaron corpus lauari aqua, cum corpus ipsius Christi, irrorandum sit sanguine proprio. In oblatione animalium, semel abluebatur aqua corp⁹, summi sacerdotis antiquæ legis, & Synagogæ. In sui oblatione sacrificij, Aaron aliam vitam, alium sanguinē, aliud à seipso holocaustum offerebat. Christus non semel, sed iterum, atque iterum sanguine proprio, quasi imbre madefecit, dum in horto sanguinis riuuli decurrentis in terram effluebant; flagellis cœsus, tandem clauis confossus, totum penè corpus suo sanguine, quasi vnda riguit. Ipse enim (Apostolo teste) assistens Pontifex futurorū bonorum per amplius, & perfectius per proprium sanguinem, introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Ad abluendas itaq; facinorum nostrorum sordes, seipsum obtulit Christus, mundans nos lauacro per sanguinē suum; Et sicut sordidi panni antequàm totaliter lauentur, purgentur, & omnino mundentur, prius madefiunt, vt ad emundationem præparati, disponantur, ita & aqua, pedes eorum lauare prius voluit, quos totalitèr per sanguinem sanctificare disposuit. Neque enim super niuem dealbantur, qui

Christi ablutio.

K

Hebr. 9.

sola

sola aqua pedibus saluantur, sed cum Christi sanguine abluuntur, tunc (Proph. inquit) Lauabis me, & super niuem dealbabor, & alius Proph. Si fuerint peccata vestra sicut coccinum, erunt alba sicut nix &c.

Psal. 50. *Isa. 51.*

Propterea (inquit) cœpit lauare pedes discipulorũ. &c. Erant quidem mundi, sed non perfecti, erant sine labe peccati, nõ tamẽ cęlestis adhuc gloriæ participes effecti. Ab ipsis pedibus incipit lotio, & purificatio nostri. Qui vtique pedes animæ, eius sunt affectiones, quibus hincinde defertur. Neque enim poterit aut internum, aut externum quodcunque opus nostrum purgatum labe peccati inueniri, non purgata, sed sordescente intẽtione nostra. Manibus itaque se ad pedes conuertens Christus, quasi in compedibus ipsarum nos constituit ad alligandos reges gentium in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciat in eis iuditium cõscriptum. Hoc manuum Christi opus germanissimum, quo iubente, astricti sumus, vt vno pede dextro ad amorem Dei dirigamur, & ab omni amore sęculi diuellamur. Nisi quis reliquerit patrem & matrem, fratres, sorores, agros &c, non est me dignus. In alio vero ad proximi dilectionem astringimur, vt etiam inimicos diligere iubeamur. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.

Matt. 19. *Luc. 6.*

Eccles. 6. Horum cõpedum meminit. Eccl. Erunt (inquit) tibi compedes eius in protectione fortitudinis, & bases virtutis. Iusti compedibus ferreis se ligatos agnoscunt, qui à diuinorum præceptorum uinculis fortiùs se strin gi sentiunt, ita vt nullo modo valeant illos effringere, & a veritatis, ac iustitiæ semita declinare. Nec hoc est commune impijs, qui aut a se proiicere, aut effringere vincula moliuntur, quibus se ulterius astringi non patiuntur. Vnde d.r: Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. Vincula charitatis hæc sunt, quibus vrgentur iusti. De qua Apostolus. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis, fortissimum, quo nullum aliud fortius, nec per tribulationem, nec per angustiam, nec per famem, aut finum, nec per mortem, nec per vitam dissolui potest: Manuum igitur Christi, ad pedes applicatio est manda torum eius, per virtutem ipsius obligatio, cuius virtute acquiritur in nobis, criminum nostrorum salubris, & sancta emundatio. Quod si sancto illi antistiti Cypriano, in epistola ad consolandos Christi adiletas, in cõpedibus obstrictè detentos, opportunum, æquumque visum fuit eos extollere, qui ob Christi confessionem intrepidi tenerentur astricti compedibus: An non propensius exaltandi extant, qui non ferreis, sed charitatis nexibus per Christum colligati sunt Christo? Imposuerunt (inquit) illi compedes pedibus vestris, & felicia membra, Dei templa, infamibus vinculis ligauerunt, quasi cum corpore ligetur & spiritus, aut aurum vestrũ ferri contagione maculetur: ornamenta sunt ista, nõ vincula, nec christianorum pedes ad infamiam copulant, sed ad coronam clarificant & disponunt. O pedes feliciter vincti, qui itinere salutari in Paradisum diriguntur, O pedes feliciter vincti, qui non a fabro, sed a domino resoluuntur. O pedes in sęculo ad præsens ligati, vt sint semper apud dominum liberi. Squallent sine balneis siti, & sorde membra deformia, sed spiritualiter intus abluitur, quod foris carnaliter sordidatur. Nec nos prætereat, quæ hinc obsequia, quænam beneficia

Compedibus ligati. *Psal. 2.* *Col. 3.* *Charitatis vinculum nulla mundi arte dissoluitur.* *Ciprianus* *Epist. 77.* *Martyrum vicula ferrea, eorũ sunt ornamenta pulcherrima.*

A suscipiamus à Christo, pro sua immensa benignitate, vsque ad pedes nostros subacto. Quæ tanta incest cura Christo nostrorum pedum? Quid cum pedibus Christo? Multum per omnem modum, quos a uinculis soluere, a sordibus abstergere, a lapsu diuertere, ab inuio reducere, & in viam salutis dirigere concupiscit.

Christ' pedũ nostrorum curã habeat.

Et cœpit lauare pedes discipulorum. &c. Eximius ille inter orientales præcipuus vir, simplex & iustus, cui similis non reperitetur in terra, sanctus Propheta apud gentiles Iob, iustioris Christi personam agens, assumpta parabola ait. Quando secretò Deus erat in taber-B naculo meo, & omnipotens erat mecum, & pueri mei in circuitu meo, lauabam pedes meos, butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Constat enim, per id quod dicitur assumpsisse parabolam, mysticum nobis protulisse sermonem. Christi autem corpus diuinitatis esse tabernaculum, non est, qui non intelligat ex fidelibus eius, cuius typum gerebat illud antiquum tabernaculũ, per Moysen tanta diligentia constructum, & ad tantam venerationem sublimatum; ita vt & sanctuarium suum iusserit fieri Deus, iuxta omnem similitudinem tabernaculi, in monte diuinitus ostensi, ad designandam Christi humanitatem, ut in ipso veram viuendi, operandiq; C formam, fideles susciperent. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis.

Iob 29. *Tabernaculũ Moysis.* *Exod. 25.* *Apoc. 21*

Secretò Deus, in hoc tabernaculo latebat; tunc maximè cum Christus, omni suæ diuinitatis maiestate deposita, quasi virorum nouissimus, ad lauandos suorum discipulorum pedes se accinxit. Ipsi non alia petra, quã ea, quæ Christus est, oleum tũc fundebat, cum ab omni inquinamento hominem emundabat, puluerum & palearum inquinamenta lauando purgabat. Butyro illos inungebat, quando suæ mansuetudinis dulcedine, eorũ corda emolliebat, fractosq; animo confortabat. O immensam diuinæ mansuetudinis pietatem. Et qui de filij D humilitate tabescimus, quomodo de æterni patris benignitate non stupemus? Hanc vnicam suam sobolem, quam totius suæ maiestatis compotem fecit, dũm æternaliter generauit, in terris deiectam, ac ad vilium etiam pedum prouolutam tacendo cernit, & cernendo clementius tacet.

Quis vlterius de seipso tumescat? Quis tantũ, ac cœlestem regem, tàm vili, abiectoque officio applicatum cernẽs non erubescat? Manus illę tornatiles, plenæ iacyntis, sordibus abluendis ad pedes occupantur. Vultus ille, in quem angeli prospicere desiderant, quo peragẽdo officio, quæso inclinatur? Quis ulterius genua sua E coram domino flectere recusabit, cuius in conspectu Christum coram nobis: imò & coram Iuda genuflexũ cernit? Quomodo apponet se ultra magnificare homo super terram; ad cuius pedes obuolutum pro humilitate intelligat Christum?

Hæc est cõuallis illa Mambrę, in qua dominus se sub aliena specie ostendit Abrahæ. Quæ est ista conuallis, nisi utraque humilitas Christi, interior. s. & exterior, in feruore diei. i. in supremo suæ charitatis & dilectionis æstu? Hoc tam dilectum sponsæ. i. Ecclesiæ lilium illud conuallium, cuius fragrantia hinc uniuersa redolet Ecclesia. Hæc est illa conuallis, de qua ait Prophe. Inter medium montium, pertransibunt aquæ, ubi potabunt omnes bestiæ agri. i. vbi suarum uoluptatum sitim, & ardorem extinguent, cum ad normam Christi se totos

Conuallis Mambræ. *Gen. 18.* *Psal. 103*

component

3. Reg. 20. Anuquorum quorũdam error, de Dei habitaculo.

component homines. Olim arbitrabantur Sirij, in mõtibus tantùm versari Deum, Iudaici populi propugnatorem. Dij eorum, dij montium sunt, ex eo quod non nisi magnalia, non nisi sublimia agere contuebantur. Hic hallucinatur omnis mortalium prospectus, Deum nostrum in conuallibus cernere, & implicitum adeo nostris eruditionibus reperire, cuius inexcogitatæ benignitatis, & vates illæ meminit, qui admirans ait. Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo, & in terra? Quid est respicere, nisi oblectari? In his libentèr versamur, & vltrò occupamur, in quibus oblectamur.

Psal. 112.

Non est igitur, quod de tanta Christi humilitate vlterius admiremur, quem de summa hominis abiectione oblectari didicimus. Ascendat igitur diabolus altissimum. s. quasi cõscensurus in diuinæ maiestatis thronum. Ascendant membra eius, & extollantur superbientes, quia nihil minus istis, quàm illi. Quandoquidem vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros libani: Transiui, & ecce non erat: Quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Nos ad Christi humilitatem tendamus, illam toto conatu æmulemur, quandoquidem, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Audiant elati, quoniam omnis gloria eorum velut flos agri, quæ vnius diei periodo velociter arescet. Audiant tumescentes. Non sic impij, non sic, sed tanquàm puluis, quem proijcit ventus a facie terræ. Iste est puluis Aegypti, qui à Moyse, & Aaron percussus virga, versus est in cinifes: animalia non minus tenuia, quàm abhominabilia, quæ tamen plaga, digitus Dei dicta est, quia soli Deo est reseruata, superborum plaga, siue punitio. Iuxta illud, quod scriptum est, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Hic est ille cinis, iussus sumi de camino, qui sparsus in cœlum, per manus Moysi & Aaron, in quoscunque cadebat, vlceribus turgentium vessicarum, tàm homines, quàm iumenta torquebat.

Exod. 8.

Psal. 50.

Cinis Aarõ sparsus in altum.

Nos autem tanto edocti magistro, uiam ciuitatis habitaculi, per humilitatem ingredimur, vt ad sublimiora peruenire possimus. Hoc enim sæpe consequitur humilitas, quod nec virtus, nec ratio obtinere, cõsequivè poterat. Per foramen acus, qui transituri sumus, quod nec timidus diues, nec camelus gibbositate elatus queunt transire, viam arctam angustamq; portam, quã humiles qui sunt, facilè pertransceunt domino dicente. Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum celorum. Necessaria est, ergo nobis virtus, qua sibi ipsi quisque vilescit. Ima ex deiectione quærit, qui ad sublimiora tandem, domino iubente ascendit. Amice (inquit) ascende superius.

Exod. 9.

Humilitate omnia à Do'o impetrantur.

Mat. 18.

Humilitatis virtus est nobis sũmopere necessaria

Cęterùm quid est incipere Christum lauare pedes discipulorum, nisi dicere Christum & accommodatum ad discalceandos pedes discipulorum, quò posset eosdem, suis proprijs manibus, quibus totum hoc negotium absoluere voluit, lauare simul & abstergere? Non enim est dedignatus pedes lauare, neque dedignatus est calceamenta, è pedibus eorum extrahere. Summæ humilitatis argumentum, vsquequaq; in toto opere, exhibere nobis voluit & documentum.

Cœpit lauare pedes. &c. Prudentissima illa, castissimaque Iudith, vt gratiam in oculis Principis Holophernis acquirere posset, ad occurrendum ciuitatis Bethulię, ac Iudæorum exterminio, non solùm ornauit se pretiosis vestibus, non caput tantùm, sed pedes etiam sandalijs exornauit. Nec enim ignorabat, si non primo, saltẽ non vltimo oculorum ictu, homines ad gressus prospicere, quo exploratam suscipiant personarum compositionem: nec illam fefellit opinio: quandoquidem captus legitur Holofernes, non sola eius faciei admirabili pulchritudine, verum & honesta pedum compositione. Sandalia eius, alibi dicitur, rapuerunt oculos eius. An non & nostros, supremus ille Deus exercituũ princeps regũ terræ intuetur pedes, qui pedum gressus obseruat? Audi Iob. Obseruasti oẽs semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Hac enim ratione iusserat ipse Deus Abraham seruo suo, vt non post, sed ante se ambularet. Ambula (inquit) coram me, & esto perfectus, vt gressus eius obseruare videretur. Et ideo rex ille Ezechias suorum gressuum, non alium testem, quàm Deum ipsum adduxit. Memento (ait) quomodo ambulauerim coram te corde perfecto. Tandem post ducis nostri aduentum, non amplius ante ipsum, sed post ipsum ambulare, & ire iubemur, antequàm a nobis præsentialiter recedat. Qui vocati sunt post ipsum ambulare, uiam munditiæ ingressuri, viam purã, & immaculatam accessuri, pedum lotione disponũtur.

Honesta pedum cõpositio delectabilis.

Iudith vltimo.

Iob. 13.

Esa. 38.

Ambulandũ est post Christum.

Tandem cœpit lauare pedes discipulorum &c. Despõsaturus sibi ecclesiam, oportebat, prius desponsandam lauare, & ab omni sorde, etiam pedum emũdare, ut omnino sancta esset. Et quia in ianuis erat, vt aperiretur regnum cęlorum, ideo teste Apostolo: Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquę, in verbo uitæ, vt exhiberet ipse sibi, ecclesiam gloriosam, non habentẽ maculam, aut rugam, aut aliqd huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Huius abstersionis meminit Propheta. Si separaueris pretiosum a vili, quasi os meũ eris. Quod est os Dei, nisi sermo, & verbum ipsius Dei? Quisquis igitur separat pretiosum a uili, ad instar verbi Dei erit. Pretiosi enim erant, qui mundi erant Apostoli, solis pedibus illotis, vile aliquid adhuc continebant. Quos pedes os domini emundauit.

Ephes. 5.

Hier. 15.

Necessaria nostri cum Christo proportio Christus suos non tantum sermone, sed & opere mundauit. Vos (inquit supra) mundi estis, propter sermonem meum. Sermo eius velut ignis conflans & emundans filios leui. i. Apostolos ad sacerdotium electos. Mundat & manu, eorum pedum sordes abstergendo Quasi os domini erimus, si opere & sermone pretiosum a vili, separauerimus, & pretiosa Dei charismata, ab omni inquinamẽto præseruauerimus, animamque nostram, quæ omni thesauro, est pretiosior, a sorde peccatorum, confitendo separauerimus.

Cœpit lauare pedes discipulorum. &c. Disponit pedes eorum, quasi ceruorum ad dirigendum pedes nostros in uiam pacis. Neque enim nisi loti pedibus, purgatisque affectibus, currere uiam mandatorum possumus. Ambulantium namque pedes, aquarum refrigerio restaurantur. Ipse solus lauat, qui refrigeria præstare potest. Absterget enim ipse lachrymas, ab oculis sanctorum. Quod si per aquas, tribulationes accipimus, solis pedibus, Christus aquã infundit, qui nos, in terris per multas iubet tribulationes intrare. Mundus totum corpus

Itinerãtiũ pedes aqua loti recreantur.

corpus aquis mergit; Dæmones aquam super caput ef-fundunt, qui per superbiam, & illecebras sæculi nos plerunque demergunt. Vnde psalmista vociferatur. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.

Honesta pedum compositio & lectabilis.

Psal. 68.

Et extergere linteo, quo erat præcinctus. &c. Vide quàm perfecta sint Dei opera. Non fuit satis Christo proprijs manibus, & solo personali obsequio pedes discipulorum lauare, sed & ijsdem manibus voluit pro sua incredibili benignitate etiam abstergere. Vtrūque perficit Christus, & rigat, & quod ipse rigat, abstergit. Plerunq; nos aquis tribulationum immergit; mox autem ab his nos eripiens, totus benignus abstergit: & vt nil remaneat madidi, linteo abstergit, quia totum hominem abstergit, dicente eodem Apostolo. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum &c. Nō est igitur quod cunctetur quisquam, aut conqueratur, cum pedibus eius infunditur aqua, quæ nisi effunderetur, nequaquā ipse à contaminationibus abstergeretur. Tunc itaque scias te lauari, cum offendicula à te remoueri intueris. Qui fœdaris tuis diuitijs, qui indulges voluptatibus, si merces aut mari demerguntur, aut surripiantur furibus, hoc pedum tuorum lauacrum. Si populari aura exaltatus inflaris, ac superbis, lauacro indiges tuæ ambitionis affectibus. Tibi filius aufertur, vt auaritiæ, cui damnabiliter incumbis, maculis emunderis: interdum & amico, cui nimium fidis in tui æmulum conuerso, à maledicto purgaris, de quo scriptum est. Maledictus homo, qui confidit in homine. Plerunque insuper & quia prosperitate gloriaris, & fortitudini tuæ fidis plusquàm par sit; de corporis pulchritudine, & voluptatibus extolleris, ita vt etiam glorieris cum malefeceris; repentè irruit super te formido, & pauor mortis & ingruente infirmitate cogeris lauandos pedes, in confessionis sacramento exhibere Christo.

Iudith 8. time.

Ioh. 15.

Rigat Christ' & abstergit.

Apoc. 21

Esa. 38

Tunc pedes nostri lauant, cū fortes i tribulatione persistim'.

Ambulat dū:t pd Christus.

Ephes. 5.

Hier. 17.

Hier. 15

Hæc est aqua pedum, pœnitentiæ sacramentum, quo non totus lauatur peccator, quādoquidem lauatur culpa, sed relinquitur pœna. Ea autem, quæ capiti infunditur aqua, in baptismate videlicet, totum lauat & abstergit hominem, cui nec pars culpæ, aut aliquid pœnæ extergendum vlterius relinquitur. Attende igitur quales sint tui affectus pedes: quod si pedem superbiæ tibi venisse conspicis, ad aquam salutarem sacramenti pœnitentiæ recurre: si veloces pedes ad effundendum sanguinem præsentias occurrisse: accelera, ne cuncteris: dirige gressus tuos in semitis Dei: odium laua, quia qui odit fratrem suum, homicida est. Hanc pone lucernam pedibus tuis, verbum & mandatum Dei, ac legem eius & ab omni via mala prohibe illos, & ambula in vijs eius, de quibus scriptum est. Viæ eius viæ pulchræ, & semitæ eius pacificæ.

Baptismatis aqua pœnam tollit & culpam.

Pœnitētię aquis lauadi sunt pedes nostri.

Et extergere linteo, quo erat præcinctus. Iam erat præcinctus antequam aggrederetur opus, quod perficiēdum erat: quemlibet enim pcingi oportet, ad quodcunque diuinum perficiendum opus. Sic enim iam edocti sumus. Fili accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem. Et Apostolus. Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Præcinctus enim restringitur, ideò is præcingitur, qui à voluptatibus & illecebris restrictus est, qui se non laxat, qui nō

Eccles. 2.

1. Cor. 9.

A de bono opere superbit, qui sua phylateria non dilatat, qui ieiunijs se macerat &c. Nec iniuria quandoquidem, cum hostibus periculosissimus congressus lucta nobis est ardua, & perniciosa colluctatio cum diabolo, mundo, & sæculi satellitibus, passim occurrentibus occasionibus. Hoc nobis Machabæus ille strenuusque legis diuinæ propugnator Iudas, cōsilium reliquit, quo in hostium turmis & copijs victores essemus. Accingimini (inquit) & estote præparati ad bellum. Et Petrus fidelium pastor. Sobrij (inquit) estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiēs circuit, quærens quem deuoret. Sic enim infirmi accincti fiunt robore, ad præliandum. f. et deuincendos omnium insurgentium impetus, & ictus. Veh improuisis, veh segnibus, qui cum ad bellum non inueniantur accincti, leuioribus feriuntur iaculis, & leuissimis impulsibus in omne genus peccati prolabuntur: de quibus Propheta. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Beatus igitur qui semper est pauidus, quia semper est accinctus semper strenuus, semper fortis in acie.

B

Hostiū irsultus periculosi.

Psal. 53

Attende & Christum præcinctum, antequam congressum ineat, cum forti armato, ab eius nos potestate liberaturus. Induit enim fortitudinem & præcinxit se virtute, vt intrepidus resisteret flagellis, colaphis, sentibus, sputis, opprobrijs, falsis accusationibus, derisionibus contumelijs, & crucifixioni. Quis hæc superasset, nisi prius accinctus? Quis sustinuisset, nisi præparata prius fortitudine, & accinctus robore? Audiant qui conqueruntur, quod faciè succumbant, quod tàm facilè cedant tentationibus, & feriantur etiam solo verbo, leuissimoque tactu festucæ. Hi sunt inermes, semper improuisi, nunquam accincti, illis expoliati ad sustinēdus ictus armis, de quibus Apostolus. De cætero fratres confortamini in domino, & in potentia virtutis eius, induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli; state succincti lumbos vestros, in veritate, induti loricam iustitiæ, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & gladium salutis sumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei, per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in spiritu. Hæc est fiducia nostra, & fortitudo nostra, quibus innixi, & stipati omnia possumus, & superamus omnia, propter eum, qui dilexit nos. Absit igitur vt diffidamus, qui sic accingi possumus, & muniri, uenit enim ira Dei in filios diffidentiæ. Iacta cogitatum tuum in domino, & ora eum, & ipse faciet, faciet (inquam) cum tentatione prouentum. Pete ab eo vt uias tuas dirigat, & consilia tua in ipso permaneant. Ipse liberabit te, de laqueo venantium, & à verbo aspero, scapulis suis adumbrabit te, & sub vmbra alarum suarum proteget te. Videbunt hæc recti & lætabuntur, omnis autem iniquitas opilabit os suum. Sed quis sapiens, & custodiens hæc?

C

Ephes. 6.

D

Quibus armis inimicis nostris obuiandū sit.

Non diffidēdum de Dei auxilio in tentationibus nostris.

E

Deus igitur, qui lauat tuas sordes pedum, ipse est, de quo scriptum est. Deus qui præcinxit me virtute, ipse posuit immaculatā viam meā. Perfecit pedes meos &c. Viri sancti accingebātur indumentis humilitatis, & pœnitentiæ. Elias, Ioan. Baptista, & serui Benedab Regis Siriæ. Niniuitæ &c. Et veniam promeruerunt. Requiescam in die tribulationis, & ascēdam ad populum accinctum nostrum. Samuel seruiens Domino accingebatur Ephod, i. puritatis candore. Accinxit fortitudine

Psal. 17.

3. Reg. 20

Abach. 3

Humilitatis tel'o facile omnia superātur aduersa.

dine lumbos suos, & roborauit brachium suū, & idem dominus ad discipulos. Sint lumbi vestri præcincti &c. *Luc. 12.* Præcingitur insuper Christus diem suū clausurus, hoc in suæ mortalitatis ergastulo: disponit domui suæ Ecclesiæ, quia moriturus erat. Vtinam & nos, quos tot monita, tàm certos faciunt, quod morituri sumus, sic accingeremur, vt nil vlteriùs non bene dispositum relinqueremus. Multa ad hoc vnum compellunt, vt ad diem obitus accingamur. Congressus periculosissimus, non cum æquali, sed cum fortiori inimico; de quo scriptum est. Non est potestas super terram quæ assimiletur ei. *Iob 41.*

Quid insensati torpescimus, luctam tam crudelem, tàm periculosam suscepturi? Cum vno diabolo, sanctus ille ex vtero matris Hieremias timens congressum habere, domino se commendat. Vide domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. *Thren. 1.* Nos autem, quorum iniquitates, supergressæ sunt caput nostrum, & sicut onus graue grauatæ sunt super nos: Turmas principum, & potestatum copias, imparati, & improuisi, inermes, minimeque accincti non timebimus? Quid facimus, qui nec pati uolumus, nec exire cogitamus? Accinguntur qui ad viam præparantur. Nos iam multum itineris persoluimus, & necdum accincti sumus. Insuper & cautionibus multis accincti præparatique esse debent, qui negotiationum omnium suarū rationem sunt reddituri, qui si defecerint, nōne in carcerem detrudentur perpetuas luituri pęnas, donec reddant minimū quadrantem? Quid si de verbis omnibus otiosis, reddituri sunt homines rationem in die illa discussionis nostræ, & iuditij nostri particularis? Attende virgines illas minus præparatas, & ideo fatuas cum sponso non fuisse receptas, nec vltra ab eo cognitas. Accingatur igitur quisquis se bellaturum non ignorat, quisquis se victoré intelligit, & quisquis redditurum se rationem domino agnoscit.

Pericula nobis imminētia & graues crebrimosq; dæmonū insult', valde esse timendos.

Et extergere linteo, quo erat præcinctus. &c. Attende non angusta, aut breui mappa, sed longo, latoq; instrumento, linteo videlicet maluisse Christum pedes discipulorum abstergere: quo suam uoluit præferre benignitatem, vt eius longanimitatem, diuitiasque bonitatis eius ipse denotaret. An ignoras (inquit Apostolus) quoniam benignitas Dei ad pęnitentiam te adducit? *Rom. 2.* An diuitias longanimitatis eius contemnimus? & secundum duritiam cordis nostri, & impenitens cor thesaurizamus nobis iram? Per linteum igitur intellige latitudinem misericordię eius, quā super omnes extendit, à progenie, in progeniem super timentes eum: per longitudinem, eius patientiam, qua nostram præstolatur conuersionem accipias. Hæc suscipit, & his vtitur, vt nos abstergat. Angustum est uas, in quo lauamur, quia breue est, ac momentaneum quodcunque patimur in hoc sęculo. Abstersionis autem instrumentum, latum est, & amplum, quia æternū nobis gloriæ pondus, breui penitentia datur. Nam & eodem, in regno suo præcinget se, cum suos faciet discumbere, & transiens ministrabit illis.

Venit ergo ad Simonem Petrum. &c. Cum inquit (cępit lauare) & mox seqt̄, Venit ergò ad Symonē &c. cōspicuū relinquit, se primo ad Petri pedes transtulisse. Nec series verborum aliter patitur, vt intelligatur. Ad Petrum, quem singulariter amabat, necnon à quo singulariter amabat, venit primò, vt discas Christū hinc, F inde amore duci, nulloque alio, quàm amore trahi: quo solo, prudentes illæ sorores, Christū inuitare ad subueniendum infirmitati fratris lazari uoluerunt. Ecce (inquiunt) quem amas infirmatur. *Ioan. 11.* Christus à patre ad nos amore est missus. Vnde qui donum est amoris, amore se nobis donat: Amore trahitur & solo amore compellitur. In istos fertur, & his primò sua beneficia largit̄.

Christ' ad pedes Petri, cur primò declinet.

Venit singulariter ad Petrum, quem singulari dignitate honorare in ecclesia proposuit, primo ad hunc accessit, quem primum instituturus erat, super cęteros caput, ac Pastorem totius dominici gregis. Qua ratione præcipua solum Petrum, & nullum aliorum Apostolorum G nominat, quasi in Petro specialis innueretur ratio. Nam quomodo ad Petrum uenit primo? Non quia in Christi sequela esset primus, cum Andreas prius adhæserit Christo. Non ratione senectutis, quia Christi negotia; non annorum computatione mensurantur, de qua nulla in scripturis mentio reperitur, tanquàm de re ad propositum non faciente. Sed nec constat, an senior, esset Andrea sibi germano, aut Philippo vel alijs. Imò falluntur, qui Petrum quasi senio confectū delineatum ostendunt: dicente illi domino infra. Cum esses iunior, cingebas te & ambulabas vbi volebas. *Ioan. vlt.* Cū autem senueris, alius ducet te, quò tu non uis. Hoc autē H dixit significans, qua morte esset moriturus. Qui cum superuixerit, supra triginta annos, post mortem Christi, constat senium eius ad tempus passionis ipsius referendum esse.

Andreas prim' fuit Chri Apostol' ab eo vocatus.

Tandem nec a Petro incepisse credi potest, ex maiori Petri necessitate, quasi sordidior esset cęteris, quia à Iuda lotionem incepisset, quo dempto, mundi erant omnes, vt infra Christi testimonio patebit. Igitur in Petro alia præeminentiæ ratio spectanda erit, nē obiter, aut minus consultò, Christum aliquid egisse dicamus. Quā quidem & illa innuunt verba, in quibus & personam, & officij dignitatem euangelista apponere curauit.

Petri Apostoli præeminentia.

I *Venit (inquit) ad Symonem Petrum.* Sic enim & tunc geminato nomine nuncupauit, cum eum sui gregis Pastorē, iuxta promissum effecit. Symon Petre, diligis me plus his? Hunc igitur honorat, hunc præponit, quem iam omnibus præponendum, & honore prosequi uolebat. Tam igitur persona, quàm personæ officiū per diuersa nomina spectari debetur. Cum Symon sit naturale nomen personæ, Petrus verò supernæ dignitatis excellentiæ. In Petro, seu in pedibus Petri, nullę sordes extiterunt extergēdæ, qui ex officij sibi iniuncti munere sanctus dicitur, & successores sancti vocantur. At Symon, pari cum cæteris lotione, indigere potest: neque K enim verentur summi Pontifices proprios publicè confessarios habere, quorum ministerio, nisi loti fuerint à Christo, nec cum Christo partem habere poterunt. Neque enim illa ratio locum habere videtur, vbi suadet, non ad Petrum, sed ad Iudam declinasse, quia humilitatis exemplum Petro dabat. Quandoquidem in re ipsa singulare exemplū dabat, vt qui maior erat, minor efficeret, & ideo dignitati eius, locus tali exemplo debebat, vt non à se ipso, sed ab alijs stipendia honoris, pro dignitate suscepturus esset. Nec alia ratio vrget, qua dicitur Petrum, non immediatè fuisse in latere Christi, quia surrexerat à loco, vbi discumbebat, & subinde à Iuda remotior erat. Ideò nequit dici, ordinem seruasse discumbentium, cum etiā verisimile videat̄ multis

cum

cum Christo a mėsa surrexisse, cui suffragia præstarentur in præparatione rerum. Si igitur vltimus, aut nō primus fuisset, forsitan dixisset. Tu nobis lauas pedes? sed dixit, Tu mihi lauas pedes? ignarus quid vlterius acturus esset.

Venit ergo ad Symonem Petrum. &c. Hæc in tanto opere humilitatis ratio obseruanda. Non ad se vocat Petrum, quem tamen aliàs, vt se sequeretur accersit: sed ad Petrum venit, quæ maxima dignatio fuit. Elysabeth illa vetus mulier, & noua mater, cum ad se matrē Christi aduenisse cognouisset, exclamauit, quæ se indignam tanti obsequij agnouit. Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? Sanctus omni nato mulierum sanctior, cum ad se Christum vt baptizaretur aduenisse conspiceret, quasi terrore maiestatis cognitę concussus, quo poterat, spiritu, reboabat. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Sed quid miramur Christum venire ad discipulum, qui venit ad perditos, qui venit ad inimicos. Non ad se vocat Petrum, qui obsecuturus est Petro, pedes loturus Petri: ad Petrum vadit, cum nemo possit ire ad Iesum, nisi pater, qui misit ipsum, traxerit eum. Attende opportuna nascentis ecclesiæ exordia. Non est Petrus, qui primos accubitus, & primas sibi vendicet cathedras: Non se ingessit Petrus, vt preferretur cæteris, aut primus esset: sed Christus ipse est, qui Petrum eligit, quem primum faciat, & præferat alijs: ipse accedit, vt cum talem faciat, qualem esse voluit. Vnde Apostolus idem nobis commemorauit. Nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur a Deo, tanquàm Aaron. Audiant hoc nostræ tempestatis magnates, ac populorum Presidentes, & omnes ecclesiæ Pastores, vt nostrum, vnde pendeat exitium, cōtueantur. Cum tales sint pastores, non ad quos venerit Christus, sed qui cucurrerint ad Christum, illuc seque ingerant, quo ire reluctat Petrus, & quantum potest, se retrahit. De quibus Dominus per Prophetā conqueritur. Currebant, & ego non mittebam eos. Hoc tantùm scelus, irreparabileque ecclesiæ damnum operatur ambitio: Hoc tantum facinus introduxit cupiditas, consumpto Christi patrimonio in scurris, in luxibus, in epulis, & voluptatibus. Quo fit, vt contentio talis audiatur, qualis nec intergentes: quis s. inter ipsos videatur esse maior. Hæc autem facilè dissimulari possent, & pertransiri silentio, si in ipsorum hæc tantùm damnum conuerterentur. Verùm cum in exitium multorum cedant, in totius christianæ religionis dedecus, ac detrimentum: Veh nobis si tacuerimus: veh gnatonibus, veh adulatoribus, qui impinguant capita oleo peccatorum, qui demulcent, & liniunt, quod tantùm ad parasitos àttinet.

Hebr. 5.

Honoris & dignitatum ambitio.

Hier. 13.

Multorū damnū publicum in ecclesia nō tacēdum.

Hæc autem a præsidentibus abstergerentur, tuncque capitis lauarentur, cum ecclesiasticæ dignitates, diuina ministeria euangelici præsulatus, & sacra offitia, ac munia, non nisi viris verè euangelicis, idoneis, congruisque cōferrentur, qui irrūpere valerent iniquitates, qui normam rectè viuendi præstituri essent, & circa omnes, seipsos bonorum operum exemplum prebituri. Verum cum iam passim hæc carni, & sanguini distribuantur: qui fieri poterit, vt caro, & sanguis regnum Dei possidere possit? Plerunque autem & in gratiam, indignis, ac discolis tribuuntur, qui, quę sua sunt tantummodo quęrunt, penitus ignorātes quæ Iesu Christi; sed in stipendium, non obsequiorum Christo, aut ecclesiæ præstitorum; sed personarum, ac domorum traduntur quę patrimonia sunt Christi, & eorū qui nobis personā Christi repręsentant, pauperum. s. & orphanorū. Qui oēs eo magis procul sunt à ratione pastorum, quātò propiores cōditionibus mercenariorū, qui contendunt intrare in ouile ouium Christi, tātùm vt pascantur, vt mactent, & dissipent, nihil in ædificationem conferentes, totum in destructionem euertentes negotium.

Quib' dandę & iponenda sint pfulatꝰ ministeria, ecclesiasticarumque dignitatū offitia.

Ecclesię iactura & calamitas.

Venit ergo ad Symonem Petrum. Discant saltem à Christo, et si non à Regibus, Imperatoribus, cęterisve Principibus, omnique cętu fidelium pedes adire Petri Vicarij eiusdem Christi, uestigia uenerari, solus hic nobis ab euangelista proponitur, cuius pedes singulariter Christus abstergendo honorauit. Hoc tantùm abest vt personæ tantùm honoris exhibeatur, sed offitio, & dignitati Christum agentis, in pascendis gregibus eius in terris. Non enim minori nos decet humilitate pollere, quàm cuius Christus, personaliter dignatus est exemplum se præbere. Non sunt hęc idololatrarum opera, sed humiliātium se Christo signa, cuius Vicarium, pro dignitate crediti sibi muneris, veneramur. Verùm usq; adeò hęreticorum impudentia, ac temeritas processit, vt nihil magis detestentur, nihil tanto liuore atque odio prosequantur, quàm Pontificis, ac Papę nomen. Nusquam enim Turcas Barbaros, Mahumetanos, aut cuius uis generis infideles, peioribus, vel certè similibus conuitijs detestati sunt, qui eousque deuenerunt, vt Papam Antichristum vocare non erubescant: Nihil autem tam pium, aut iustum operari possit, quin impij isti in malam partem interpretentur, & omnia perperam per eos conuertantur. Non hoc Mahumetani faciunt, qui lege saltem naturæ instructi, vnicuiq; multitudini non ignorant inesse caput quoddam visibile, eiusdem naturæ, cū membris. Ideo hoc vnum non ignorant, ecclesiam, & turbam fidelium, sine visibili capite consistere non posse, à quo dirigantur, quod consulant, ad quod, cōfugium, in controuersijs emergentibus, habeant: sed vt tales inueniantur, controuersiarum suarum iudices, qui ipsis arrideant, non theologos, non gnaros literaturę, sed ignaros, ac expertes doctrinæ, interdum eligunt. In cuius rei detestationem dedignatur animus, aliud obijcere, quàm quod Plato in legibus, & Aristoteles in Politicis sanxisse leguntur. Animaduertentes ne ab imperitis, consilium sumeretur.

Sūmi Pontificis pedes osculamur, vt ei tanquam Christi vices gerenti se subditos agnoscam'

Hæreticorum temeritas.

Turcarum consuetudo pessima.

Illud autem vnum occurrat, ipsis aduertendum, quod Roboamo accidisse legimus. Qui relicto consilio senum, ac prudentium, adhęrens autem consilio iuuenum: & regnum ipsum, & consensum populi à se rebellantis deperdit. Quorum autem senum reliquerunt, & paruifecerunt hęretici consilium, nisi eorum maiorum, ac vetustorum patrum suorum, a quorum vestigijs, tàm impudenter recesserunt, rectioribus, & nouis istis præse ferentibus euangelizastris adhęrentes, qui solius nouitatis se amatores ostenderunt? Longè autem illis satius esset, nec tam pios suos addicere damnationi æternę patres, nec tam facilè ab approbatissimis antiquorum semitis retrocedere. Interrogent igitur patres suos, & dicent illis maiores suos, & dicent illis. Et audiant monentem Salom. Non te pręstereant narrationes seniorum, ipsi enim didicerunt a patribus suis. Nec contra diuinam legem comedant paschalem nostrum agnum, idest, de Christo aliquid deglutiant, nisi prædecessori, ac mor-

2. Paral. 10.

Deut. 32. Eccles. 8.

ac mortuorum animalium veluti reparaculis, indutis, ac munitis pedibus.i. antiquorum nostrorum qui obierunt, vestigijs, fixis plantis firmitèr inhærentes. F

Simon Petrus personæ est & excellētiæ nomen.

Venit ergo ad Symonem Petrum. Vtrunque nomē non inconsultò explicat Euangelista, personæ.s. & excellentiæ. Prius, Petrus vocabatur Symon ob naturalis eius esse demonstrationem: sed quia confessio Christi ad supernaturalem gradum euehere eundem debebat, cui in petra fundamentum daretur; non amplius Symon, sed Petrus appellari iubetur. Consultò autē Christus Symonem hunc, quem caput ecclesiæ præficere designauit, Petrum vocari voluit, vt sicut a Petra Petrus est dictus, ita eius offitium, per quod mutatus fuit Symon in petrum a petra & dependens a petra: repræsentansque petram declararetur. Velut qui vices petrę inter mortales ageret; secundum quod eadem illi prædixerat petra Christus, Tibi dabo claues Regni cœlorū, & quodcunque solueris super terram erit solutum, & in cœlis, &c. Ideo cum non in Petro, sed in petra sit ecclesiæ fundamentum, & Petrus non sit Petrus sine petra, non in vnitate personæ, sed in vnitate ecclesiæ consistit dicta promissio. Hinc factum est vt Petrus verso capite, ad terram moreretur in cruce, cui tantùm præerat, & moriens terminabat functionem, creditæ sibi iurisdictionis. Christus autem, qui in cœlis etiā caput est & dominus omnium: capite permanente in supremo totius corporis loco, mori destinauit. G

Mat. 16.

Verso ad terram capite mortuus est Petrus in cruce.

Hinc etiam nullus successorum Petri vocatus est nomine (quasi proprio nomine) Petrus, cum omnes in Petro sic dicti sunt à petra. Quod enim comminatus est dominus lapides clamaturos, cessantibus sibi laudes canere Hębreorum filijs apertè innuit Gentiles sub cura Petri in Abrahæ filios suscitandos. Nec illud prętereundum hoc loco videtur, quod idem Saluator, omnisque ecclesiæ, tàm triumphantis in qua super omnes principatus & potestates, cæterosq; beatos spiritus caput est constitutus: quàm militantis, in qua mortales existimus, & peregrinamur, qui ciuitatem permanentem non habemus, futuram autem inquirimus. Dydrachma soluturus, vno & eodem pro se, & pro Petro voluit fieri satis. Non solus ipse Christus, nec cæteros soluere voluit discipulos, sed qui in se Petra, & in Petro continebatur vnitas ecclesiæ, vnum dydrachma, quasi pro vno, non pro pluribus soluendum ordinauit, & iussit. Per dydrachma enim non prædiorum, aut domorum, sed capitum exactio fiebat. Vnde Augustinus inquit. Pro se & pro Petro Saluator dari iubet dydrachma, qui pro omnibus Apostolis soluisse vř. Quia sicut in Saluatore, erant omnes causæ magisterij, ita & post Saluatorem, in Petro omnes discipuli continentur: Quem constituit esse caput eorum, vt dominici gregis pastor esset. Et cum ad discipulos loqueretur. Ecce sathan expetiuit vt cribraret vos sicut triticum. Conuersus singulariter ad Petrum ait. Ego autem rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando confirma fratres tuos. Si pro persona rogauit, quare etiam non pro Iacobo, & Ioanne & cæteris? Sed & quomodo exauditus dicitur pro sua reuerētia, cum, trina negatione, Petrus abnegauerit postea Chr stum? Quomodo non defecisset Petrus, si non esset petra supra quam est, non personæ sed ecclesiæ vnitas? Hęc est iexpugnabilis colūna veritatis, aduersus quā, portæ Inferi, minimè pręualere poterūt.

Luc. 19.

Chrs triūphātis est simul & militantis ecclesiæ caput.

Aug. quęs. noui & veteri testa. lib. 2. q. 75.

Luc. 22.

Inexpugnabilis est colūna veritatis ecclesia.

An statutus esset, præsidētiæ locus, inter Apostolos, nec in sacris literis nec à sanctis Doctoribus referatum reperi: video equidem, & pro comperto legitur. Inter Apostolos subortam quęstionem, quis illorum videretur esse maior, quā è medio, Christi respōsio sustulit, eosq; deiectæ ambitionis tumore sedauit. Non enim (inquit) sicuti principes sęculi, qui suo principatu inflati, subditis se dominari gloriantur: Non sic (inquit) inter vos, sed qui maior est vestrum, sit minister vester, & qui pręcessor fuerit, sit sicut iunior. Cæterùm Andreas præcedebat coapostolos temporis vocatione, & ad apostolatus dignitatem euectus, specialiter refertur quod dilectus fuerit à dño, cōcinente de eo ecclesia. Dilexit Andream dominus in odorem suauitatis. Subinde Petrus princeps Apostolorum vocatur, de quo scribitur. Super ecclesiam meam, principem te constitui, specialiter nāq; omnium suarum ouium Christus curam ipsi cōmisit, ac præcepit. Pasce oues meas Pasce agnos meos. Cuius munus, veluti in dilectione fundatum post responsum ad illam trinam interrogationē. Diligis me plus his? &c. Tu scis domine, quia amo te, creditum sibi fuit. Iacobus Zebedei filius cæteros cōsanguinitate præcedebat, cum ætate etiam Ioannem pręcederet; aliumq; Iacobum discipulatu pręiret, Ioannes autem cęteris præstabat quadam pręrogatiua dilectionis, qua Christus insontes, purioresq; animos diligere solet. Equidē diligit dominus cuncta, quæ fecit, diligitq; cunctos homines, quos creauit: Verum pręcipua quadam dilectione iustiores, similioresq; sibi diligit, super cęteros. Teste namq; Philosopho, potissima dilectionis ratio in similitudine cōsistit, axiomaq; illud vulgatissimum ab omnibus acceptatur. Omne simile diligere sibi simile. et alibi, similitudo causa amoris pręscribitur. Ioānes igitur nunquam mente, aut corpore contaminatus, semperq; purissimus, similior Christo effectus, ab ipso specialiter etiam fuit semper dilectus, quem semper secum habere voluit, conscium q; secretorum suorum effecit: sic enim decet pares cum paribus conuersari, & sancta cum sanctis pertractari. Hac namq; familiaritate, Ioannes secus Christum collocatus, cæterisq; coapostolis maior, hac in ratione declaratur. Nulla igitur hic pręsidentiæ ratio, inter apostolos conuincitur. Quapropter diuersa est doctorum sententia, ad quē primò Chrs lotur us pedes, accesserit. H I

Luc. 22.

Apostolorū gradus.

Nulla fuit inter Apostolos præeminentię & graduū ratio, siue maioritas vel minoritas.

Venit primò ad Petrum, quia peccata capitum, interdum traducuntur, vt puniantur, tàm in subditos, quàm in posteros: Sic enim Herode irato, cōmota est omnis Hierosolyma cum illo. Ad pedes velut ad fundamenta hominis, quibus regitur, & ad Petrum, tanquàm ad fundamentum ecclesiasticum, primò emundandum recurrit, quibus emundatis & à terrenis affectibus expurgatis facilius cæterorum consequat' emundatio. Hæc iusserat dominus viro illi, qui vestitus lineis apparuit. Trāsi per mediam ciuitatem Hierusalem, senem, adolescentem, virginem, paruulos, & mulieres interfice, & a sanctuario meo incipe &c. Vbi a Pastoribus, & a Rectoribus emundatio exordiēda designatur, ad quorum exemplar totus componitur orbis, & a boue maiori, discit arare minor. Ad quos illud Esaię dirigitur, vbi dicitur. Vade ad eum qui habitat in tabernaculo Sobnan prepositum templi, & dices ad eum. Quid tu hic? aut quasi quis hic? Ecce dñs asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, coronās coronabit te tribulatione. Superbi qui præsunt K

Ezec. 9.

Esa. 22.

Luc. 22.

præsunt asportantur, velut asportatur gallus gallinaceus, qui deorsum capite demisso, pedibus sursum suspensus, atque ligatus, velut expositus cladi defertur. Hic inter cæteras aues tumescit, & luxuriatur. Tandem, qui sic præsunt, tribulatione coronabuntur, idest, toti subiacebunt angustijs, iuxta illud. Quantum exaltauit se, & in delitijs fuit, tantum datæ illi tormentum, & luctum. Ad cuius mysterij significationem, Petrus Apostolorum Princeps, & totius militantis ecclesiæ regimine, & authoritate præpositus demisso capite, & sursum pedibus sub leuatis mori constituit & voluit: quia Christus insinuans nobis, quomodo huius sęculi gaudia, & quo fine clauderentur, sustinere passionem, & tormenta voluit, quò cæteris innotesceret, quis gloriæ, & celsitudinis nostræ status succedat elatis.

Apoc. 18

Ambitiosorũ finis & pœna.

Dixit autem ei Petrus, domine tu mihi lauas pedes?

Viderat Christum versus se accedentem, peluim ad pedes suos accommodantem, ante se procumbentem, pedibus suis manus extendentem, forsan & calceos detrahere volentem: ideo exanimis effectus Petrus, inauditum exhorrescens facinus, totius ignarus mysterij, opus auersatur inquirens: Domine, tu mihi lauas pedes? Titulo ipso satis patefecit, quantum mox abhorreret inauditum opus. Sed & esto, nondum Saluator eius lauaret, tantum autem ad lauandum se præberet pedes, visus tamen est sibi ex detestatione actionis, quod iam suos lauaret sordidos pedes. Ceu cum aliquis tangere vlcus approximando videtur, quasi iam tactus excruciatur infirmus: Non tam celeritèr retrahit dolens manum, quàm celeritèr retrahit Petrus pedes: dolet vterque quod tangatur: quis autem magis doleat, facilè intelligimus, si Petri uerba attendimus. Non lauabis mihi (inquit) pedes in æternum. Nec iniuria exhorruit Petrus inauditum humilitatis exemplum, cum tam uile offitium, à tanto, omniumque domino uideat exhiberi. An non perhorresceret Moyses, ille omnium Prophetarum eximius, qui non nisi detractis calceamentis, e pedibus, rubo illi appropinquare potuit, ut propius conspiceret, quomodo nõ combureretur & arderet?

Apostolorũ gratia

Obstupescit Petrus

An non & alius plusquam Propheta, quo, inter natos mulierum, maior non surrexit, etiam perhorrescetet, qui nec sanctum ausus erat Dei verticem tangere, sed tremebundus aiebat. Ego debeo à te baptizari, & tu uenis ad me? An non, id quoque detrectassent Magi illi, ac Reges orientales, qui inuentum in crepundijs paruulum, procidentes adorauerunt pedes illius, humiliter deosculantes? An non, & pater nutritius, & putatiuus, eiusdem Saluatoris, se retraxisset Ioseph, qui se à prægnante uxore virgine, eam dimittendo excogitauerat? An senex ille Symeon, tàm inauditum sustinuisset obsequium, à Christi manibus absoluendum, qui ea in lætitia se moriturum præcabatur, quod Christũ, Dei salutare, senio saltè confectus conspexisset &c.

Sãctorum humilitas.

Math. 3.

Iure igitur perhorrescit Petrus, quod sordidos sibi pedes Christus emundet, & abluat suisque abstergat manibus. Qui suam non ignorans imbecillitatem, ne sibi appropinquaret precabatur. Recede (inquit) à me domine, quia homo peccator ego sum. Non minus igitur, & nunc suæ abiectionis gnarus, Christi autem celsitudinis compos, pia

Petri humilitas admiranda.

A quadam extimatione, Christum ab opere cohibere contendit.

Domine tu mihi lauas pedes? Interrogatione ista, non percunctatur, quidnam velit facere Christus, quem pręcinctum, astantem, ac præparatum videbat, ad lotionẽ suorum pedum nil aliud prestolantem, quàm ut consisteret Petrus, operique non obsisteret, sed acquiesceret, sed ex subreptione inexpectati operis, & detestatione, adhuc latentis mysterij, velut totus in admirationem resolutus excandescit. Proh, si hic adfuisset tumidus ille phariseus indignans, & ægre ferẽs, dominũ, suos a Magdalena permisisse sanctos, mundissimosq; pedes contingi? Quæso quàm ægrè tulisset, si Christum, quem tamen non Deum, sed Prophetam tantùm credebat, pro

B uolutum ad piscatorum pedes, imò ad peccatorum sordes, abluendas, fuisset intuitus.

Sunt qui contendunt Christi discipulos, nudis pedibus incessisse, ea potissimum ratione quod asserant Christum discalceatum ambulasse, quorum sententiæ libenter subscriberem, nisi ex scripturæ testimonio Apostolos calceatos inuenirem. Quandoquidem ex Act. Apost. Petri in carcere dormientẽ, angelo admonente, illum solitum calceari dignoscere: Calceate (inquit) caligas tuas, calceatus utiq; est, quisquis calceatus incedit. *Act. 12.*

C Aliud scripturæ testimoniũ est. Vbi sandalijs, calceatos incedere debere legim' Chri discipulos. Quod si calceatos Christi discipulos audiamus, noua suppetit admirandæ humilitatis Christi occasio, dùm accedente ipso, ad Petrum eius loturus pedes, prius ad discalceandum pedes eiusdem se conuerterit. Accesserat enim vt ministraret, opus illud qđ ipse solus absolueret. Quod autẽ iusserit dominus. Calceamenta in pedibus non deferenda, maioris ponunt argumenta perfectionis, quod ex alijs eius dictis facilè comprobatur, dùm nec peram, nec duas tunicas deferendas prohiberi videtur. Cum tamen Christi loculos habere voluerit, duplicemque *Mar. 6.*

An nudis incederẽt pedibus Christi discipuli.

Math. & Luc. 10.

D vestem defferre inferius, pro passione patebit: hoc enim moralis ciuilitas exigebat, ut mutato tijs uestibus, non ad laxum, non ad pompam, sed ad necessitatem haberemus. Præsertim Christus non extremam uiuendi rationem, tum in uictu, cum in uestitu deligere maluit, quò plures, sub leuiori iugo conuocaret: non sic igitur prohibita sunt indumenta, ut illis pro ratione, uti non debeamus, sed vt in his studium nostrum impendamus ipso, alibi dicente. Nolite sollicitiesse, quid manducabimus, aut quid bibemus, seu quo uestiemur. Scit enim pater uester, quoniam his omnibus indigetis. Quapropter ad mysticum propriè hęc uidentur, præ se ferre *Luc. 12.*

E sensum ueluti, & illa indumenta de quibus Apostolus. Accipite armaturã Dei, ubi magister inquit. Estote calciati pedes, idest, affectiones vestræ sint munitæ virtutibus, ne pungantur à vitijs, & hoc in præparatione euãgelij pacis, vt sitis, videlicet, ita præparati ad prædicandum euangelium, quod nullis præpediti terroribus ab incepto munere desistatis. *Ephes. 6.*

Domine tu mihi lauas pedes? Vix nos homunciones, & mancipia putredinis, nisi prius petita venia pedes nominare dignamur, & quod nos verbo proferre dedignamur, Tu Dei æterni, æternum Verbum proprijs manibus, tàm uilia, ac infima corporis membra lauare disponis? Manus (inquam) illæ, quas ego conspexi cæcorum oculos aperire, ad aures applicatas, surditatem

Non dedignat Chrs pprijs manib' cõtrectare, qđ superbi qdã homuntiones vix dignantur audire.

F depel-

depellere, leprosis ac omnis generis infirmis impositas, sanitatis beneficium præstare, apprehensa manu mortuorum, eos ad vitam reuocare, quibus (vt vnico multa perstringam verbo) apertis, omne animal impletur benedictione, illis meos sordidos contendis lauare pedes?

Domine tu mihi lauas pedes? Vtinam possimus nos illud mente excogitare, quod Petrus nec verbo, & Euangelista, nec scripto potuerunt explicare. Det nobis Deus illò meditatione pertingere, quò nequit lingua, vel calamus peruenire. Vix enim aut commodiora, aut grauiora potuisset Petrus verba multa proferre, quibus tàm dignè, tàm eleganter, & tàm sublimitèr explicari possent, quæ duobus his verbis cõtineri nõ ignoramus: Tu (ait) mihi lauas pedes? Tu, quem adorant angeli: Tu, qui sedes super cherubin: Tu in quem desiderãt angeli prospicere: Tu quo conspecto beant agmina cælestia. Mihi lauas pedes? Tu qui in sinu patris semper cõsubstantialiter existis, sine quo nihil operatur pater. In quo plenitudo diuinitatis continetur. Tu ex quo omnia, per quem omnia. Tu Dei patris vnigenitus, in quo pater bene semper sibi complacuit, splendor patris & figura substantiæ eius. Quem Reges & Prophetæ voluerunt videre, & non uiderunt, audire & non audierunt, mihi lauas pedes? Tu mihi vermi: & putredini, cui dixi pater meus es, mater mea, & soror mea uermibus. Mihi (inquã) lauas pedes? Vtinam vt uermi, mihi hodie non essent pedes, cum hoc unũ inauditum inspiciam, quod vermis pedes lauare disponas. Sed si sic pro tuo occulto consilio, hominum pedes lauare disponis, ad alium accede, qui tuæ sit ignarus maiestatis, quẽ tua sublimitas lateat, a quo tua dignitas non defraudetur. Ego autem qui te, tuamque celsitudinem & corde credo, & ore sum confessus, Te Christum esse filium Dei viui, quomodo hoc patiar? Non lauabis mihi pedes in æternum.

Verba hęc Petri magnæ sunt emphasis.

Domine tu mihi lauas pedes? Noluit, vt aliàs interdũ solebat, Christum nominare præceptorem, aut magistrum: sed dominũ eum vocat, & vt eius illi ipsi dignitatem commemoret, vt à tam vili officio desisteret, & vt capta saltem beneuolentia, à suis, illum iam prouolutum, pedibus amoueret. Inglorium nimis videtur munus subire dominus, qui sic se demittit, vt seruorum suorum pedes lauet. Magis autem ad seruos spectat domini sui pedes lauare. Ego autem & natura seruus tibi, & professione discipulus, nulla ratione pati debeo, à te mihi lauari pedes. Hæc omnia Petrus adhuc Christi mysteriorum ignarus secum intus reuoluisse repentè videtur, cum duo illa verba admiratione raptus protulisse legitur. Sed hoc tantum absit o Petre, vt aliquid inglorium, aut minus congruum, seu indignum operari credatur Christus Dei virtus, & Dei sapientia.

Petri admiratio.

Domine tu mihi lauas pedes? Mirabatur Petrus de tam seruili opere in tanto domino, cuius diuinitatem pridie fuerat confessus. Tu es Christus filius Dei viui. Miraris quod miretur? Mirandum nobis potius, si non miraretur. Audi alium mirantem, & à mirante saluabis admirantem. Mirabatur Propheta Deum de hominе rationem tenere. Quid est homo, quod memor es eius. Mirabatur sanctus ille vir, quod Deus dignaretur ad hominem suæ maiestatis oculos conuertere. Homo (inquit) natus de muliere. i. fœmina corrupta, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs. i. etiam in ventre

Psal. 8.

Iob 14.

F matris, vbi ĩ iniquitatibus cõceptus est, q quasi flos &c. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos &c. Quidni mirareris ò sancte propheta, si tantũ facinus suæ benignitatis contuereris. Huius etiam tanti mysterij typũ, aliquãdo gessit, & ingenuus ille Tobias, Tobiæ illius magni filius, cui, dùm loturus pedes suos ad Iordanis aquas descendit, infestus ac immanis occurrit piscis, quem tandẽ fidissimi comitis Archangeli Raphaelis monitu, sibi in obsequium acquisiuit, dùm ab aquis extraxit, partem cordis ad profligandas insidias dæmonum, ab oppressis reseruauit, & ad liniendos obcæcatorum oculos fel eius extractum custodiuit. Christo Dei filio ad aquas declinanti, quò pedes suorum pedum, qui sunt apostoli ipsum in toto orbe portantes, G ablueret, occurrit Petrus velut piscis, adhuc in littore natans, & apertè ore, opponit se toto conatu lotori audacter respondens. Non lauabis mihi pedes in æternum.

Piscis Tobiæ.

Petrus pisci comparatur.

Quid moliris Petre? Arguis eum, qui non est tibi æqualis? Et loqueris quod tibi non prodest? Quantum in te est, tulisti preces coram Deo, & imitaris linguam blasphemantium. Quis es, qui respondeas Deo? Vnum locutus es, quod utinam nõ dixisses. Digitum tuum ori superpone auditurus quid sanctiori, & iustiori te dicat Deus. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus H imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi si habes intelligentiam. Quis conclusit ostiis mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens? circundedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia, & dixi. Vsque huc venies, & nõ procedes amplius. Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquiescit? Nunquid irritum facies iuditium meum (inquit Deus) & condemnabis me, vt tu iustificeris? Sed scio (ò Petre) te cum alio illo iustissimo excusaturum te. Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? Manum meam ponam super os meum, I vnum enim locutus sum quod vtinam non dixissem, & alterum quibus vltra non addam. Audi igitur auditionem in terrore uocis eius, & sonum de ore eius procedentem. Post eum rugiet sonitus, tonabitq; voce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur cum audita fuerit vox eius: Tonabit Deus uoce sua mirabiliter, qui facit magna, & inscrutabilia. Vox eius concutiens desertum, & cedros libani confringens. Si non lauero (inquit) te, nõ habebis partem mecum.

Iob 14.

Iob 38.

Huius piscis branchiam, velut in faucibus cõprehensam Christus apprehendit, & apprehensam e fluctibus ad littora statuit, in tutoq; constituit, cordis eius partẽ. i. K diligentis, ac reuerentis Christi maiestatem ex humilitate, ad fugandos demones, non ab energumenis, sed ab infidelibus idolorum cultoribus, nobis reseruandũ ordinauit. Quo ab eodem Petro edocti sumus, sic admonente. Aduersarius vester diabolus circuit, quęrens quẽ deuoret, cui resistite fortes in fide. Iubemur partem cordis reseruare, non totum cor, quia etsi non explicitè totam, implicitè tamẽ fidem, & dilectionem eius in Christum habere tenemur. Fel autem totum reseruari præcipitur, quia neminem vnquam odiuit Petrus præter aduersarios Christi, aut Malchum, aut Symonem Magum illum in Christum debachantem, & se supra se extollentem, præcipitauit. Ananiam & Saphiram coniugem, ac complicem fraudis, morte condemnauit.

Brãchiam piscis apprehendit Christus.

1. Pet. 5.

Iustè

Iustè Deus irascitur & peccata vlciscitur.

Iustè igitur irascitur, & vltor criminum efficitur qui Petri zelo feruens, Petri gladium ad vlciscendum suscipit. Cęterùm, vidistinè vnquam humilitatem cum humilitate certantem? Cerne in Christo, & Petro hanc sibi colluctantem. Grandis est humilitas Petri domino resistentis, insuper & excandescentis. Non lauabis mihi pedes in æternum. Maior tamen humilitas Christi, cui cedere oportuit humilitatem Petri. Nec tamen obedientia minuit humilitatem, vbi non propria, sed superioris authoritas mutat voluntatem. Cautior enim seipso factus, ex Christi responso, didicit vnde melius sibi consuleret, vt obedientiæ iura, in nullo violaret. Quod etsi omnia subuertere voluerit, vel in vnum omnia coarctauerit, teste Iob, quis resistet ei? aut quis ei dicere poterit, cur ita facis? Rectè igitur obmutescit Petrus, licet mysteriorum Christi, adhuc existat ignarus, nec illud agnoscens, quod si voluerit contendere cum Deo, non poterit illi respondere, vnum pro mille.

Humilitas Petri magna quidē verùm, lōgè maior est Christi humilitas.

Iob. 10.

Obmutescit Petrus ad Christi respōsum.

Iob 9.

Respondit Iesus, & dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Eadem responsione Ioanni recusanti, se baptizari occurrit, cui hæc dixerat. Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tanquam diceret. Vt sic ad iustitiæ limites pertingamus. Vtile mihi, velut exemplari hominum, & necessarium tibi eorum vices gerenti, vt ego sic coram te humilier, & tu meam hanc humiliationem, non recuses, sed suscipias: quò sic ad iustitiam pertingamus, dùm ego, sic omnibus iustitiam paro, tu vero obediendo per id impetrandam insinuas. Vt igitur, hoc vnum verum est, nos coram Deo impuros, & immundos esse, quorum opera (vt à nobis sunt) instar panni menstruati existunt: ita & illud vnum nobis necessarium est, vt oblatam per Christum gratiam, qua mundemur, eiusque ministerium non recusemus, de quo scriptum est. Quis potest facere mundum, de immundo conceptum semine? nonnè tu, qui solus es? Sed quomodo illud recusabitur Christi ministerium quod absoluturus descendit in terram cum peccatoribus, & publicanis conuersans, & manducans? In hoc autem Petrus cum illo Syriæ Principe Naaman conuenire videtur, quod vterque aquæ mysterium ignorare noscitur, & vterq; lotionis renuit ministerium, declinatque: nondum eorum quæ sunt spiritus Dei, compos effectus. Testante Saluatore, qui ait. Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Tu simbecillis, ignarus sacramenti diuini, animalis, adhuc homo nesciens quid spiritus agat, vnde veniat, aut quò pergat. Modo nescis, nec scire potes. Scies tamen postea. Tu qui humanis adhuc procellis fluctuas, qui secundum faciem tantùm iudicas, qui solis obtutibus carnalibus res ponderas, qui sola exteriora consideras: Nescis modo, scies autem postea: cum in alium virum mutaberis, cum ea, quæ Dei sunt, sapere didiceris, cum diuini pneumatis afflatu, cœlestium effectus eris compos mysteriorum, cum patefieri inceperint tibi ęraria archanorū diuinorum. Si hæc cognouisses, & tu ad effusionem istam aquarum, pedum tuorum sordes abstergentium cucurrisses: Modo autem abscon dita, hæc sunt ab oculis tuis.

Math. 3.

Iob 14.

Pluries à Christo reprehensus fuit Petr⁹.

Recole Petre quòd iterum, atque iterum incusatus fuisti ignorantiæ. Audisti enim indignantem tibi aliàs dominum, cum eundem ab opprobrijs, & passione retrahere conareris, ad quæ properare se, prædixerat, Abfit (inquiens) hoc à te domine. Et respondentem acerbè tibi veluti aduersario. Vade retro me sathana, qui non sapis ea, quæ Dei sunt. Item in monte illo, in quo Christi diuinitatem degustasti, illectus dulcedine, tria ibi confici tabernacula poposcisti. Sed & tertiò, cum te Christum in carcerem, & in mortem secuturum iactares, eum nunquam negaturum, tibi improperatum est. Ante galli cantum ter abnegabis me. Quid igitur tibi ipsi vlterius fidis? Quid vlterius niteris in vetitum? Quomodo in obsequium Christi, tuum non captiuum ducis intellectum? Esto, quod modo nescias, quid nunc tibi agat Christus, quomodo conquereris de illo, & non de te ipso ignorante mysteria? Modo faciendum est, & antè operandum quàm intelligendum. Deciperis, qui prius vis intelligere mysteria, quàm operari mysteria. Non præuenit intellectio, sed sequitur fidelium capacitatem: ideo quod nescis modo, scies postea. Audiant hoc, quicunque conqueruntur de præsenti quouis, cui renituntur, opere. Iudicia enim Dei abyssus multa. Quis igitur potest scire sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Quantis nos adhuc reluctamur operibus Christi? Nec lauari patimur infirmitate, humilitate, ieiunio, pœnitentia, & omnium rationes, prius percunctamur, et scire eas eius volumus, quasi gens, quę iustitiam fecerit. Tunc autem postea scimus, cum interdum vexatio dat intellectum, cum cautiores nobis ipsis efficimur, & quò tendant perspicientes, ea, quæ antè, quorsum tenderent ignorantes mirabamur, intuemur.

Quod ego facio, tu nescis modo. Multa occulta, sibi reseruari voluit Christus, cuius omnia nuda, & aperta sunt oculis. Quorum aliqua aliquibus, aliqua nullis, aliqua aliquando, aliqua nunquàm mortalibus reuelari voluit. Hoc unum sibi Christus reseruari uoluit, vt nesciat homo, an odio, vel amore dignus sit. Aliquibus tamen hoc reuelauit, quibus se suæ gratiæ donum impertijsse, manifestare dignatus est, inter quos est Apostolus, & cæteri quibus visibilitèr Spiritus sanctus infundebatur: sciemus autem postea, qui salutem nostram cum timore, & tremore operaturi sumus, totoque conatu satagemus, vt uocationem nostram certam faciamus. Contendamus autem in vitam intrare, quam soli rapiunt violenti. Alia sunt sapientioribus aperta, rudioribus verò occultanda, & sunt margaritæ & sancta, quæ nec porcis, nec canibus sunt præponenda. Adhuc tamen sunt, qui Christi opera, & ecclesiæ mysteria, sic aperta volunt, vt nihil omnino in ipsis lateat: nihil difficile ignorantia hereticorum patitur, ubi mysteriorum pelagus continetur, sacram scripturam, hic sibi ipsis peruiam faciunt, ut nihil admittant, præter id quod sibi confingunt. In qua absonum illud undique audimus, vbi unusquisque suam cantionem canit, cæteris auribus adeo dissonam, ut non nisi confusionem intelligas. Quibus illud unum proponendum occurrit, quod Petrus attestatur de coapostolo sibi Paulo. Cariss. frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam, scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis loquēs in eis de his, in quibus sunt quędam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

Quæ sibi reseruauerit Christ⁹ & quæ & quibus tāta voluerit reuelare mysteria.

Hereticis nulla vidētur sacræ scripturæ loca difficilia, qui facilè ea omnia peruertunt, & corrūpūt.

2. Pet. 3.

Rogandus est igitur author scripturæ, vt nobis aperiat sensum ad intelligendas easdem: detque de eodem

nobis spiritu, quo conditæ sunt scripturæ, quandoquidem non voluntate humana, allatæ sint nobis, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sint sancti Dei homines. Quæ autem nunquam aperit mortalibus Christus, ea sunt, quæ soli cupiditati seruiunt, & saluti nihil proficiunt, magis verò officiunt, diem iuditij conspicuum habere, & alia percunctari, quæ pater posuit in sua potestate, satis est nobis ea scrutari, quorum adminiculo possumus eam, quam concupiscimus, cōsequi salutem. Alia autem abdita Dei iudicia, mens humana, non temerè attingat. Quare via impiorum prosperetur, & bene sit his, qui operantur iniquitatem, quare Deus hunc trahat, illum autem non trahat, non iudicemus, vt non erremus. Non ponamus os in cœlum, & lingua nostra, non transeat in terra.

Præsūptuosa quorūdam sciendi cupiditas.

Scies autem postea. &c. Tunc enim cum me legis antiquæ terminatorem intellexeris, authorem verò nouæ dignoueris, postea scies, cum ablato velamine legem diuinam prospexeris, fugatis tenebris, figuris conspicuis redditis, & vmbris propulsatis: scies postea, cū superioris luminis radio perfusus, diuinorum conscius effectus eris: cum antiquas illas legales obseruantias, & præcepta ceremonialia in meliorem, longeq; præstantiorem sortem, mutari conspexeris, meque abrogare ritus illos, et terminare sacrificia illa, ac penitus omnia abrogare, quæ cæteris in figura contingebant. Scies, eam summè mihi placere munditiam, & omnia ad pedes vsque mundanda esse, me lauante, & emundante.

Christ° antiquę legis terminus & nouæ, author extitit.

Scies postea, me tuos specialiter lotorum pedes accessisse, & præ cæteris expetiisse, quem præ cæteris mundum esse percupiam, emundemq; sollicitiùs, quē præstantiori amore prosequor. Scies insuper postea quanta sacerdotibus congruat munditia, & puritas, quanta esse conueniat speciositas pedum euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Qualis ab omni terreno puluere munditia, & qualis requiratur sanctitas ad dominicā mensam accessuris. Horum enim prius pedes, ab omni sorde expurgo, quos hodie sacerdotes conseruo, quos diuinorum sacramentorum ministros constituo, & diuini verbi præcones instituo, ac christiano gregi pastores præpono. Ab his enim maiorem munditiam exigo, humilitatem istis ostendo, charitatem insinuo, quorum iustitiā, super iustitiam Scribarum, & Phariseorum abundare pronuncio. Scies postea, cum me cęlestem illam ianuam, hucusq; omnibus clausam, pandere, & aperire intellexeris, vt iam expediti ad illam sic currant, vt comprehendant, vtq; omni ablato terrenorum affectuū puluere, viam mandatorum exultantes currant, velut gigātes accincti. Scies postea, cum intellexeris, quoniam ego rex vester ante sęcula, operans salutem in medio terræ, contribulo, & confringo capita draconis, superbiā, videlicet in aquis.

Quanta sacerdotes & Dei ministros, puritas deceat & mundities.

Scies autem postea. Vtinam saperes & intelligeres, ac nouissima prouideres. O si scires Petre, à quo, & ad quid dicitur tibi. Da tuos pedes, tu forsitan petijsses ab eo, & ab omni inquinamento totum te emundasset. In hoc tibi Samaritana præstare uidetur, quod illa à corporali siti aquæ, ad aliam trahitur sitibunda promissam aquam præstantiorem, & salubriorem illa: Tu verò ab aquis materialibus, & à lotione pedum corporali, nec transis ad illam lotionem, quæ solius est Christi, quæ propria est Saluatoris, & omnino necessaria tibi, tanquam sine qua, nec partem possis habere cum Christo. Totus tantum occuparis, ne patiaris tuos à Christo lauari pedes, absorptus rei nouitate, pro tua imbecillitate. Vtinam & nos sciremus, quò tendant quæ in præsentiarum agimus, & quæ modo occurrunt nobis, quomodo vlterius progrediantur: Nihil omnino casuale, nihil fortuitum, omnia prouisa, & ad vlteriorem terminum tendentia, à Deo omnia ordinata, secretioribus iuditijs reseruata.

Omnia a Deo ordinata sunt, & prouisa nec qd fortuitū euenit.

Nescis modo, scies autem postea. Nulla conuenientior responsio, qua omnis nostra aut inscitia, aut temeritatis audacia, vsquequaque contunditur. Quis vlterius factorum Dei scrutator efficitur, cum ita tam aperto opere Christi, ignorantia nostra reprobatur? Nec ea soli Petro dicta credamus, qui ad eruditionem nostram & dicta, & scripta non ignoramus. Quod vni dico (inquit ipse) omnibus dico. Ea enim quæ fiunt etiam naturaliter sępe ignoramus, quàm frequenter effectuum causas indagamus, quas, cum vel tantillùm in abstrusis naturæ operibus attigisse videmur, quasi ad altiora, & communi hominum captui imperuia, peruenisse gloriamur. Verùm longè capacitati nostræ incōmodiora, Christi facta rimantibus, sunt, quæ maiori lumine perscrutanda ponuntur. Beatus (inquit Propheta) quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Et iterum. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.

Mar. 13.

Psal. 93.

Psal. 118

Nec Abrahā sciebat, quid tunc, Deo iubente, fiebat, dùm filium, quem vnicum diligebat, sibi sacrificandum iubebat. Iob, Ioseph, Dauid, & ex afflictis præcipui, quod tunc à domino fieri conspiciebant, non satis intelligebant, quę postea, non solùm ipsi, verùm & cæteri dignoscebant. Quot mala, quot pericula, quot ægrotantium infirmitates nobis ignorantibus, ad nostræ salutis profectum, a Dei benigna manu suscipimus: Quibus dum angimur, nos recreari in hoc Christi verbo iubemur. Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Quod si modo perpendere Dei facta, non possumus, & pertingere ad rationem factorum nequimus, quare ad ea dignoscenda, postea non expectamus? Vtinam hæc rudes saperent, & intelligerent, sicque nouissima prouiderent. Quare tantis agitemur cladibus, tantis attenuemur egestatibus, & vndique obruamur inimicorum calamitatibus. Hæc vlterius ignorare minime debemus, q postea illud promissum recepturi sumus. Quanta modò nescimus, qui adhuc in tenebris ignorantiæ versamur, qui inuolucris peccatorum detinemur, qui iudicia Dei, quæ sunt abyssus, multa, non penetramus? Impediuntur ab ira, nè videant in quale facinus incurrunt, qui liuore vindictæ, sæuiunt in proximum: obcęcantur caloris prurigine adulteri, & carnalibus concupiscentijs agitati. Tandem excęcauit omnes impios malitia eorum, ambulant vt cæci, qui domino peccauerunt, qui nolunt intelligere, vt bene agant.

Plurima nobis aduersa eueniunt quæ an bona sint ignoramus.

Caloris prurit°, obscenos, & voluptatibus venereis deditos obcęcat.

Respondit ei Petrus. Non lauabis mihi pedes, in æternum. Non parua hic Christo irrogatur iniuria, qui ab incepto opere, & à desiderata actione indurata oppositione impeditur. Si autem Petrus, munus, & offitium Christi, hoc esse intellexisset, vt nos, à nostris sordidioribus maculis lauaret: vtique non sic restitisset. Sic nec Moyses, nec Hieremias diuinæ maiestatis explorata voluntate

Obsistunt Christo peccatores.

luntate repugnare noluerunt. Potius autem, & Petrus cõclamasset, & vnanimi voto, cũ Dauid, dixisset. Amplius laua me dñe ab iniquitate mea, & à peccato meo mũda me. Quod si fuisset Petrus mysterij cõpos, Chrm suo nos san guine, affixũ cruci à peccatis nostris lauare debere paucarum horarum interuallo, quõ tam strenuè cõtradixisset externæ lotioni, aquæ, illius, q paulò post sanguine intus emundaturus erat? Non lauabis mihi (inquit) pedes in æternum Videtur pronunciare futurum incertum, & arctare Christi opus, seu eius virtutem cõpescere, qui de se ipso nihil polliceri potest. O vecordem imprudentis animum, talia non de se solo, sed & de Christo præsumentis. Non lauabis, & quidem in æternum mihi pedes. Omnia præsumit mortalium temeritas. omnia audet imbecillitas proteruientium Et in æternum, qui nec vnius horæ, vix autem vnius momenti sibi possit rationem præstituere. Tantùm autem abest, vt aliquid intentatum relinquat, humana temeritas, vt etiam Deo se opponat, sibiq; suadeat etiam in æternum, non cessuram se Deo.

Psal. 50.

Humana temeritas, & proteruia.

Absit hoc tamen à Petro, vt ipsum his verbis pronunciare futurum credamus. Quæ verba sunt depromentis animum, & ex vehementi facinoris auersatione loquentis. Ignarus propulsat lauantem, quem nescit amãtem. Detestatur factum, qui ignorat obsequium. Velut qui dicat. Hoc nunquàm patiar, nunquam feram, nunquam hoc permittã, vt tu meos laues pedes. Quid mihi opus est tãto ministro, vt meorum lauem sordes pollutorum pedum? Sæpius ego, aliàs mihi hoc obsequium præstiti, iterumq; præstabo. Quod si mihi, tàm necessaria videtur lotio pedum, quare me ab aquis reduxisti, & à mari extraxisti, vbi iugiter meos lauabã pedes? Ego autem qui te secutus sum dominum, expedientius remãsissem, vbi mei possent lauari pedes. In hac angustia constitutus Petrus, Christo ad pedes eius prouoluto, occurrit, verbis spem auferentibus, quòd cessurus permitteret, sibi lauari pedes à Christo.

Ignorat Petrus, cur suos sibi pedes velit Christ ablui.

Angustia Petri.

Non lauabis mihi pedes in æternum. Veteri legi assuetus, ac antiquarum ceremoniarum ritibus imbutus Petrus, insolitam pedum lotionem abhorret. Satius illi visum fuisset, si aut vestes aut vasa, seu manus (quas sæpe lauabant) seu etiam corpora lauanda indixisset Christus: quia verò inauditam lotionem (pedum videlicet) & rem insolitam contuetur: necdum conscius tantæ nouitatis effectus reluctatur: ita vt in æternum se lauandũ neget à Christo. Sic plerunque, ut ad pauca respicientes, de facili annunciant, Petrus hic, nec quod inde sibi subsequatur damnum, nec cogitat, nec aduertit. Veh Petro, si exaudiendus esset à Christo. At pro sua benignitate Christus, nec audire, nec exaudire patitur Petrum nescientem quid peteret, exhibiti obsequij ignarum, & propriæ salutis aduersarium. Non recedit à Petro, non relinquit Petrum, seruum bonum, de ore suo non iudicat: compatitur infirmitati, & occurrit periclitanti, & ostendit illi, quod sibi imminet periculum.

Non exaudit Petrus.

Periclitat Petrus in verbis suis

Si non lauero te, non habebis partem mecum. &c. Hinc discimus, quàm stultum, & periculosum sit, temerè operum Dei scrutatorem fieri: quàm verò opportunum, soli inniti obedientiæ, in parendo mandatis. Nulla lotionis ratio, redditur Petro, quæ tamẽ quanti sit momenti, hoc vno intellige quod sequitur. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Nihil (accipe hoc tibi vnum) inconsultum agit Christus: nihil otiosum operatur Christus: sed & naturales effectus prius cœperunt homines admirari, & subinde philosophando, causas perscrutari. Duo ignorabat hic Petrus, alterum, quò Christi actio tenderet, alterũ, quò ipsum sua pertinacia traheret. Ignorabat primum, ad suam iustificationem tendere, ignorabat secundum, ad suam damnationem pergere. Vt igitur suæ saluti consulat, apertè dicitur illi. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Videbatur Petrus, quasi reuerentia ductus excusari, quod non permitteret, vt ab ipso Christo, sibi lauarentur pedes. Verùm, hoc responso Christi, compertum habemus, quantùm damnum supersit peccatori, qui indiscreta, & damnabili reuerentia coercetur, vel retrahitur ab orationis laudabili opere, ab ingressu ecclesiarum & ab accessu, ad audienda sacra, vel etiã post flagitia à sacramentorum susceptione cohibetur. Non enim alicuius oratione, inhonoratur Deus, sicut nullus offensus homo, dum honoratur, & laudatur ab offendente, offendi dicitur. Quod si homo, non ęgrè fert obsequia, & laudes hominis, quomodo laudibus, aut congruis orationibus peccatorum, offendi dicitur Deus?

Duo ignorat Petrus

Aduersa omnia esse æquo animo toleranda.

Sed & qui remedijs destinatis vtitur, ad conualescendum, quomodo non potius honorat, quàm inhonorat medicum salutis? Sic igitur Christus, & orationes, & templa, & sacramenta in remedium tribuit peccatoribus. Insuper quomodo offendimus, à quo vocamur, & à quo iubemur orare, & ad ipsum accedere, eiusq; auxilium implorare? Venite ad me omnes &c. Potius enim vocanti iniuriam irrogamus, si nos ab eius conspectu omnino retrahimus. Nec ipse cõuersatus esset, inter peccatores, manducans, & bibens cum illis, si ita peccatoris conspectum abhorreret. Nec ignoramus quod benignitas Dei sustinet nos, vt nos ad penitentiã adducat.

Si non lauero te Attende quomodo sit via, quæ videtur homini iusta, nouissima autem eius ducant ad perditionem. Sunt enim, quibus tantũ placent, quæ sibi bona videntur, vt bonæ intentionis suffragio velata pietate, singula, quæ operantur bona, & recta esse sibi ipsis suadeant, & illud, quod nostra inscitia bonum putamus non nisi bonum esse velimus, & quæ nostræ temeritatis iuditio, seu æstimatione mala esse arbitramur, omnino eadem, etiam aduersus Christum, talia esse contendamus. Hoc autẽ, ex Christi responso, quantę sit damnationis, apertè didicimus. Cum non solùm, aut bonum, aut salubre, Petro non erat quod ipse arbitrabatur: imò & perniciosissimum, & totius eius salutis exterminium. Insuper & hoc exemplo erudimur, quomodo prudentia carnis inimica sit Deo, & quomodo perdat Deus prudentiam prudentum, & sapiẽtiam sapientum reprobet. Veh igitur prudentibus, & sapientibus huius sęculi, veh & his, qui prudentes sunt in oculis suis. Non, hac duce, benè sentit, aut benè cogitat homo, qua & Saul reprobatur & Oza occidit, & Petro Christus, tàm damnabiliter comminatur.

Parua igitur, aut certè nulla, imò & damnabilis plerunque illa inuenitur esse excusatio, qua omnia sibi quidam condonari, vel nihil culpabile arbitrantur, quod bonæ intentionis prætextu excusari videtur. Non enim ea recta potest esse intentio, qua homo à Dei voluntare auertitur. Cum, & qui nos interficiunt, obsequium se Deo præstare perperam arbitrentur.

Dãnabilis & non acceptanda excusatio.

Et ideo cùm tam periculosum sit, suæ intẽtioni propriæ fidere, & propriæ inhærere prudentiæ, satius est, vt qui suæ saluti consulere cupiunt, fœlicioribus auspicijs ecclesiæ Christi, & sanctorum doctorum sententijs, ac sacrorum conciliorũ decretis inhæreant: Vnde optimè edocti sumus à Christo, vt propulsata propria nostræ volũtatis intentione, tàm fallaci, & periculosa: illi suæ innitamur infallibili, & æternæ.

Proprio voluntatis iuditio fidere periculosissimum est.

Si non lauero te. Audiant qui coaceruant sibi solos magistros prurientes auribus. Qui nihil terroris in auribus populi, nihilq; comminationis admittunt: Quomodo ab auribus fidelium ista auferenda, quorum interest cum timore, & tremore suam salutem operari? Hinc interdum generatio praua, & adultera, interdum vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri perficere vultis; interdum genimina viperarum nuncupãtur improbi, & scelesti homines, & talibus flagellis in angustam portam compelluntur intrare, qui ad nuptias inuitantur. Hoc igitur contestamur populo, quod & cõtestatur Christus Petro. Neque aut durius, aut damnabilius aliquid, contestari quisquam potest, quàm cum Christo nullam portionem habere. Quæ autem portio nostra, nisi ipse dominus? Portio mea domine (inquit Propheta) in terra viuentium: & alibi: Pars mea Deus in æternum.

Cũ timore & tremore æterna nobis promissa pmia sperare debemus.

Psal. 141

Psal. 71.

Qui igitur intelligis, quàm malum sit, & amarum, à domino separari, & nullam cum eo, portionem habere, omnia alia debiliora crede. Hæc enim est virga ferrea, & dura, qua rebelles compescuntur, qui vix à proprio sensu aliter cohibentur. Et ut saltem qui virtutis amore pro sua iniquitate peccare non oderunt, formidine pœnæ coerceantur, & operari rectè cogantur, prçuio timore seruili, donèc introducatur charitas, quæ foras hunc emittit, dum eundem, pro sua fortitudine in filialem conuertit. Audi igitur quantas ostendit tibi Christus tribulationes, multas & malas, quamque acritèr arguat te, & statuat contra faciem tuã. Si non lauero te (inquit) non habebis partem mecum.

Timor seruilis nequaquam cõtemnend°, & abijciẽdus, q̃ filialem sæpè timorẽ conuertit.

Si non lauero te, non habebis partem mecum. &c. Audiuimus Petrum, seipsum à Christi lauacro retrahẽtem: Audiuimus & Christum Petro comminantẽ, quibus intelligimus quàm graui errore seipsum deciperet, & perderet Petrus. Sed quod semel in Petro factum esse legimus, hoc sæpe in nobis experimur. Quod sancto illi apostolo, ac in cæteris, mundo, accidisse audimus, hoc in nobis immũdis accidere passim conspicimur, ipse purgationem peccatorum nostrorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Non est igitur, quod Petri pertinaciam admiremur, sed quod nostram tarditatem reprehendamus. Cedat ratio admirationis, alterius rationi, qua dolere de nobis debemus. Qui post Petri eruditionem, post Christi comminationem, post facti explanationem, post totius euangelicæ legis promulgationem: necdum Christi verbis deterriti, vel ab ipso, missorum persuasionibus compulsi, nostrarum sordium fœdissimas feces lauandas porrigimus. Adhuc lauari à prę cincto domino recusamus, animarũ medicos adhuc subterfugimus: Nostris immunditijs oblectamur: Bonũ malum, & malum bonum, adhuc existimamus, & ad excusandas excusationes in peccatis, adhuc tendicula perquirimus: Necnon pertinacitèr nobis ipsis fidimus, damnabilitèr autẽ Christi ministeria recusamus, & uolenti nos

Hebr. 1.

Peccatorũ obstinatio

F emũdare, obsistimus. Qui.n. nostri proximi odia, adhuc in pectore seruamus, qui in fratris nostri vindictã anhelamus, qui nos murmure, & detractione mordemus inuicem, & laceramus: Qui nos obscęnis & scurrilibus fędamus, qui sensibus nostris indulgemus, omnesq; quæ nostra sunt, quęrimus, nonne Christum repudiamus, & obsequium eius detestamur? Necnon & illud personamus, quod in alio condemnamus. Non lauabis mihi pedes in æternum?

Propria q̃ritantes, Chrm respuunt, & con...

Quod si & nos idẽ dicimus, & nobis eadem pscripta est responsio. Si non lauero te, non habebis partẽ mecũ. Et quidem eò acriùs maioriq; indignatione, quò & diuturniùs, & pertinaciùs blandienti, & comminanti obsi-

G stimus. Audiant hanc Christi vocem rectores, & Pastores, ad Petrum directam. Audiant fideles omnes Christi discipuli, quæ Christus dicit discipulo. Quod vni iste dicit, omnibus dicit: semel enim loquitur Deus, & secundò non repetit idem.

De° semel tantum loquitur.

Si non lauero te. Attende iam quò mysterium lotionis pedum pertingat. Iam enim altius aliquid intenditur, quàm quod sibi velle videbatur, cum vsq; modo, solius lotionis pedũm mentio facta videatur, nunc verò à pedibus ad totum Petrum transferri uidemus, dum nõ inquit. Si tuos non lauero pedes: sed si non lauero te. A

H parte enim, ad totũ, & ab infima, ac ignobiliori, ad nobilius, & sublimius ascendimus, qui infimi sumus. Inuisibilia enim Dei, per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sed & absit, vt vnam tm̃ lauet partem Christus. Aut enim nihil lauat, aut certè totum lauat, qui vnius peccati culpam non remittit: nisi & omnium simul culpas cõdonet, multũ abest, vt cum peccato possit esse gratia, in vno homine, vel una anima: necnon, & qui offendit in uno, fit omnium reus, estq; gratia in essentia animæ illustrans & emundãs totam aĩam. Igitur cum totũ lauat Christus, cuius pedes lauantã Chr̃o. Ideo lotione, pedum, ad lotionem totius Petri sermonẽ cõuertit Chri-

I stus. Nã & esto. possit homo de aliquo peccato dolere, de alio verò non dolere, ex quouis tali dolore, nunquã a peccato illo emũdatur, nec vnquam illud sibi dimittiť. Quod si quis de vno cõteri se credat, minimè aliorum cõtritionem habere arbitretur, hallucinatur, & impium se facit, dimidiã à domino veniam culparum sperando.

Gratia est in ipsa animæ essẽtia quæ cũ operaſ, non partim q̃dẽ, sed totam semp emũdat animam.

De oĩbus pc̃tis conteri debemus.

Quisquis igitur auaritiæ stimulis, adhuc agitatur, quisquis luxuriæ sordibus adhuc inquinatur, quisquis impietatis odio fluctuat; quisquis ambitionis rubigine maculatur, quisquis mundanis oblectamentis, & pompis sæculi incumbit, Audiat quid contestetur Saluator: quid illi pronunciet. Si non lauero te, non habebis par-

Aut nulla aut tota peccatorũ venia a dño semp obtinetur.

K tem mecum. Nemo seipsum fallat, nemo se decipiat. Qui sibi blanditur, hic sibi mentitur. Hæc autem est lotio pedum, auferre malum cogitationum nostrarum ab oculis Saluatoris. Neque enim partem cum Christo, habere possunt auari. De cuius plenitudine omnes nos accipimus. Non superbi, quibus ipse resistit. Non qui induuntur purpura, & bysso, nec qui epulantur quotidie splendidè. Non qui rancores, aduersus proximos seruant, nec qui pauperibus, & viduis insidias parãt: nec qui in terris sibi thesaurizant. Nulla horum, & similiũ est pars cum Christo. Hi autẽ tantùm cum Christo partem habere possunt, qui (cum mitis & humilis sit Christus) mites sunt, & humiles cum Christo, sua pauperibus distribuunt cum Christo; nec dolum faciunt, nec vindi-

Loti sunt pedes eorũ qui mala nõ operantur.

Quinam partem cũ Christo habeant.

vindicant iniurias, benefaciunt persequentibus: inimicos diligunt, pacem amplectuntur, sanctitatis amatores existunt: sacramenta suscipiunt, in quibus est Christus, in quibus nihil damnationis existit, expertes iniquitatis. Cęterum attende, quanto nitore indigeat, quæ anima ad Christi mensam est accessura. Quæ cum non sit optimè à crimine lota, cum Christo partem nõ habere potest: magis autem cum Iuda.

Si non lauero te, non habebis partem mecum. Pars Christi ipsa hæreditas est Christi, cuius nos comparticipes efficit, vt edamus, & bibamus super mensam suam in regno suo, & (vt inquit Apostolus:) Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi simus, qui nos transtulit in sortem filiorum Dei. Rectè igitur non in me, sed mecum, partem inquit habere lotos à se, quorum vna est communis gloria, & coæterna vitæ communicatio, sed & ea nobis lotis inest communicatio Christi, quæ sordidis denegatur, merita eius passionis, communicatio corporis, & sanguinis, participatio meritorum eius, & applicatio, infusioque illius gratiæ, qua naturæ diuinæ consortes efficimur; solis enim immaculatis in via, qui ambulant in lege Domini, præscripta est beatitudo; Ei videlicet, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, &c.

Rom. 8.

Ex meritis passionis Christi nostra beatitudo consurgit.

Vide, quæ sint partes Christi, & eas esse, ac tuas partes intellige. Christi partes fuerunt humilitas, obedientia, sanctitas, vitæ integritas, mentis puritas, ieiunium, orationes, diuinorum contemplatio, vitiorum exprobratio, &c. Has scito, te Christi membrum, assumere debere partes, quas suscipias oportet, vt à Christo laueris. Quod si illas non suscipis, non lauaberis, & quisquis à Christo lauatur, eas suscipit, vt & ipse partẽ cum Christo suscipiat. Sic enim se adimplere ea, quę desunt passionum Christi inquit Apostolus: Vide quomodo suas passiones, Apostolus, Christi passiones appellat, velut quibus inuicem communia facta sint, non tantùm regnum, & gloria, sed passiones, & opprobria.

Colloss. 1.

Quomodo autem si Christi membra sumus, nostræ passiones non erunt, & passiones capitis nostri Christi? Quidquid patitur ab his, qui non sunt membra Christi, quisquis est membrum Christi, adimplet ea, quæ desunt passioni Christi. Adhuc enim in membris suis patitur Christus. Vel adimpleo, quæ desunt, idest, quia Christus sic passus est, vt & nos compateremur, vt simul conregnemus; ideo quotiescunque pro Christo patimur, hanc mensuram adimplemus, dum quod nostrum est, apponimus. Dum igitur patior in carne mea, hoc adimpleo, quod Christus mihi deficere voluit, nè sub capite spinoso membrum esset delicatum. Non enim inquit Apostolus se adimplere, quæ desunt carni Christi, sed carni suæ, & hęc prælertim patitur pro corpore, non naturali, sed mystico Christi, quod est Ecclesia; cuius corporis minister factus fuerat, vt omnia sustineret propter electos, vt & ipsi misericordiã cõsequantur: sic enim inuicem, dum Christi membra sumus, partem habemus cum ipso.

Vide hic quõ adimplẽtur o:a martyrum passióib⁹, & tormentis, q̃ Christi passioni deesse dicuntur.

Si non lauero te, non habebis partem mecum. Maximum, & benignitatis Christi, & salutis nostræ mysterium. Peccante Petro, non semel tantum, sed iterum, atque iterum, nihil tam perniciosum, nihilque tam molestum retorsit in facinus, solo oculorum aspectu insinuauit delictum, quia respexit Iesus Petrum, & eo nutu accepto pro homine, à conspectu Saluatoris abscessit, & foras exiuit. Hic vbi vix Petri facinus conspicitur, tam acritèr exprobratur. Si non lauero te (inquit) non habebis partem mecum. O necessariam Christo obedientiam præstandam, ò promptitudinẽ obediendi à nobis maximè exhibendã. Erigebatur Petrus, quasi contra Christum, nec cedere volebat, vt obtemperaret Christo, ex animi infirmitate Christum se agnoscere negauit, qui ex animi firmitate Christo resistebat. Vbi enim grauius ex imbecillitate peccauit, ibi periculosius ex elatione restitit. Quid autem iniquius, quam nolle obtemperare maioribus, velle autem sibi obtemperari à minoribus (inquit August.) Ideo Petre disce, obsequi maiori tuo Christo, vt & tibi obtemperari à minoribus irreprehensibilitèr possit. Disce ad nutum obedire alteri, vt tibi alij obtemperare discant.

Verus obediens.

Non attendit verus obediens (inquit Bernardus:) quale sit, quod præcipitur, hoc solo contentus, quod præcipitur. Non disputat verus obediens, nec altercatur, minusque declinat. Non molestè fit, quod sustinet, non obmurmurat, nec contendit, sciens quoniam melior est obedientia, quàm victima, & quasi peccatum ariolandi, non acquiescere præcipienti. Hoc tibi (Petre) Christus, tam memorabili exemplo, cordi esse voluit, cuius specimen, in te ipso monstrauit. Age; vt obediatur tibi, sicut egit Christus, vt & tu obedires illi, & quidem opportunius, quia totus rectè viuendi modus, totius religionis cardo in obedientiæ limitibus consistit, totumque ibi reuoluitur, quo solo, incõcusso existente, cœtera rectè disponuntur, quo labefactato bona omnia confunduntur, & subuertuntur. D. Greg. dicente: Obedientia sola virtus est, quæ menti cœteras virtutes inserit, insertasque custodit. Quod si tam acritèr Petrus à Christo repræhenditur, & ab expulsione à consortio, seu communione cum Christo, tanquàm extorris accusatur in eo opere, quod sibi videbatur congruum, non admittere Christum sibi lauare abhominabiles pedes, Proh dolor: Qui fieri potest, vt nõ tremuli resipiscant, qui sceleribus offendunt? Qui crebrius recidunt? Qui ex voto, aũt promissione obstricti, ad eadem, v[...]t ad vomitum reuocant animum, quę pluriès sunt detestati?

Obedientia est religionis, & Ecclesiæ cardo.

Obedientia virtutũ Regina.

Cœterùm Christus, peccantem Petrum non exasperat, in quem reluctantem, nè abluatur exaggerat. Quandoquidem peccatores, demulcendi sunt ad veniã, Apostolo insinuante. Si præoccupatus fuerit aliquis in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis. Tunc autem maximè obiurgandi, ac terroribus concutiendi, minis, & durioribus increpandi, cum de lotione, & ablutione, videlicet de remotione, ac absolutione audire nolunt, hinc tantum imp[...]j hi diuertunt, qui à veritate auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur; Hi tantùm ne lauentur, obsistunt, qui de emendatione ab illecebris cauere non cogitant. Hi soli lotorum Christum, pedibus prouolutum, ad lauandum sordes, non audiunt, qui cum in profundum peccatorum venerint, contemnunt: quos videt inobedientes sibi præceptisq; suis obdurata mente resistere. Quid suis controuenientibus mandatis, dicturus erit, qui nec Petro absque præcepto pepercit?

Galat. 6.

Qñ peccatores sint leniter arguendi, & demulcendi, & quandò sint acriter, & asperè corripiendi.

Insurgit

Insurgit Christus in istos, & dira comminatione deterret: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Peccauit Caim, peccauit Saul, peccauerunt, & impij omnes, qui cum non loti fuerunt à peccatis, nullam cũ Christo portionem habuerunt. Peccauerunt filij Iacob, peccauit Dauid, peccauit Magdalena, qui & cum Christo portionem habuerunt, quia loti ab ipso fuerunt. Non est igitur, quod de grauitate scelerum quis desperet; lauantem quærat, & sacramenta suscipiat, & si fuerint peccata eius, sicut coccinum aut tanquã pannus menstruatæ, velut nix dealbabuntur. Inuitat nos

Isa. 1. ad lauandum, qui nos hortatur ad pœnitendum: La-

Ibidem. uamini, mundi estote, auferte malũ cogitationum vestrarum ab oculis meis, discite benefacere, &c.

Hoc idem nobis & ipse Saluator suarum concionũ initio protulit. Pœnitentiam agite, appropinquat enim Regnum Cœlorum, & iterum. Non enim veni vo-

Matt. 13. care iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Petrus suarum prædicationum initio, pastor ouium sibi à Chri-

Act. 3. sto creditarum, teste D. Luca: In primis protestabatur. Pœnitemini (inquiens) vt deleantur peccata vestra; quandoquidem nil detestabilius apud Christum, & damnabilius nobis, quàm nolle ablui sordibus. Au-

2. Cor. 7. di Apostolum de aliorum pœnitentia lætantem: Gau-

Pœnitentia necessaria deo, quia contristati estis ad pœnitentiam. Quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Audi & ipsum Saluatorem. Gaudium (inquit) est Angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem

Luc. 18. iustos, qui non egent pœnitentia: Potissimam autem rationem ab ipso suscipimus, dum ab eodem audimus:

Luc. 13. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Hinc paterfamilias, de redeunte filio illo prodigo, & pastor de oue, quæ perierat, mulierque de dragma, quam perdiderat, inuenta, maximis gaudijs exultasse leguntur.

Domine non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. Hic suum despondet animum Petrus. Nam

Amãti nil charius, q̃ amati præsentia. teste Peripateticorum Principe, Veræ dilectionis oblectatio, sola societatis præsentia oblectatur. Et cum nil iucundius contingat amico, quàm rei amatæ assistentia, illud vnum intollerabilius est amico, vt separetur, & procul ab amato moretur. Hoc est quod non patitur Petrus amans Christum. Hoc illi sufficit, vt a concepta obstinatione resipisceret. Qui enim in æternum dixerat se nunquam permissurum lauari sibi pedes. Nè ab amato propulsatus, à consortio excluderetur sui dilecti præceptoris, mox dictum retraxit, sententiam mutauit, & errorem mox agnitum correxit, & vnde negauit pedes, concedit non tantum pedes, sed & manus, & caput. Sola diuortij mentio, hoc potuit in Petro, vt repentè non vnum tantùm, quod à Christo petitur, concedatur, sed vt totum se perhibeat expeditum ad singula quæ poscere prætendit Christum, ad lotionem præparatum. Nihil enim illi durius, nihil molestius, quàm à Christi consortio exclusum iri. Nihil ausus fuit percunctari causæ, à Christo, quare tam inauditum opus, tam vile ministerium desumpserit, vt suos vellet omnino lauare pedes. Nec tamen allegoriæ existebat gnarus, nec suam defensat, donec causam intelligat, sententiam: satius illi effectu obtemperare, quàm causas perquirere.

Nulla igitur sit in Christi discipulo pertinacia. Sola

F iussit fideli seruo obedientia, qua meliora promerentur, quàm victimis. Nec tam mordicùs tueamur, nil tã obstinata mente suscipiamus, ab ingeniolo nostræ incapacitatis, quin audito nostro periculo, & Christi agnita voluntate, consentiamus, & obtemperando cedamus. Munus illud est sapientis, talem mox mutare sententiam. Audiant, & qui, aut vouent, aut iurant se non facturos aliquid, quod eis in salutis suæ, & in charitatis præiudicium cedit, & discant: ab eo bono, quod inconsulto arbitrabantur, mutare sententiam, & Dei mandatis, libero marte parere, meliusque sibi consulere. Imprudens Iephte in vouendo, impius effectus

G est in eo, quod vouerat persoluendo, qui filiam sacrificauit, quæ festiua prima obuia fuit patri. At prudens Petrus despondet animum ab ea, quam bonam existimauerat sententiam, & ab animi firmitate decedens; cedit Christo aliter persuadenti.

Domine non tantùm pedes meos, sed &c. Ecce quomodo, qui ad bene agendum, & obtemperandũ Christo per solam dilectionem nõ mouetur, incusso timore corripitur. His duobus calcaribus, negligentis animus sollicitatur. Quod tamen fortiori, isto exemplo didicimus Petri; quandoquidem non ex rudioribus, & infirmioribus plures conspicimus tantum timore, quam

H amore compelli ad resipiscendum, verum & ex maioribus, ac præcipuis in ipsoque Petro, virtutem calcaris timoris experti sumus. Qui autem fieri potest, vt timore non corripiatur in terris, vbi aut parua, aut certè imperfecta adhuc est charitas, cum sola perfecta charitas, quæ tãtum est in patria, foras mittat timorem? Sunt igitur vnicuique duo pedes, quibus ambulamus, amore, scilicet, & timore. Quorum primus est timor. Ipse est dilectioni præuius, & tanquam pedagogus ad Christum. Qui autem instantibus periculis non mouemur, qui tantis terroribus non expergiscimur, qui tã

I acribus passim occurrentibus comminationibus non sollicitamur, qua spe etiam Christo partem habendi ferimur? Pluribus enim comminationibus quàm Petrus, compotes sordium nostrarum effecti sumus, & eo spondente animum, & obtemperante, à Christi nos obsequio subducimus, & pedes, quos præbere Christo debemus, ab Ecclesia auertimus, & ad ludos, ac bachanalia dirigimus. Et eos, quos in viam pacis dirigere iubemur, per semitas prauitatis fœdari permittimus.

Domine non tantùm pedes meos, sed &c. Iam vexatio dat Petro intellectum: nondum enim cum timore, & tremore salutem suam operari didicerat. Nè igitur illum thesaurum perdat, per quem vendidit omnia,

K quæ habuit. Nè (inquam) Christum amittat, propter quem reliquerat domum, patrem, vxorem, nauem, patriam, & domesticos, cæteraque, quæ possidebat, velut omnia arbitrans vt stercora, vt Christum lucrifaceret, totum se spondet, inquiens; Non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput. Ad quem eat nescit Petrus, nisi ad Christum, verba vitæ habentem, qui & vita nostra est, sine quo nulla est vita. O quàm durum Petro, sola mentio separationis à Christo. O quàm insupportabile onus, à Christi societate separatum iri. Neque enim ignarus erat Petrus, quod sine Christo omnia deperdit, qui cum Christo omnia sibi donata à summo patre non ignorabat; sciebat se non posse, non mori, sine vita; non posse, non nisi cœcum fieri, sine lumine,

Incũctãti a iõ maioribus obediendũ est.

Sapiẽtis est, in melius mutare cõsiliũ.

Plures timore, quã amore resipiscunt à malo.

Præsumptio quorundã maxima.

Vexatio & tribulatio sæpe dat intellectum.

Sine Christo miserimus quisquis extitit.

lumine, se sine via errantem, in inuijs existere, se sine veritate deceptum iri, se sine Saluatore, non nisi fore damnandum. Istis, & nos plerunque erudimur, quã graue, & exitiale sit facinus, à Christo separari, & eius non esse participes, à quo omne bonum optimum, & omne donum perfectum descendit: In quo sunt omnes thesauri absconditi, & in quo latet omnis plenitudo diuinitatis: A quo est salus, vita, & resurrectio nostra; per quem saluati, & liberati sumus. Necdum despondimus animos, qui terrena sapimus, qui sectamur, & perficimus nostras concupiscentias, qui sæcularia desideria sectamur, & Christi mãdatis obsistim⁹. Hylares, & vltranei cum Christo datores simus, pastorem, & episcopum animarum nostrarum adeamus, nostras animas illi abluendas offeramus, præoccupemus faciem eius in confessione, & cum Proph. dicam⁹: Asperges me Domine hysopo .i. amaritudine tuę comminationis, & mundabor ab inquinamẽtis meis, à sordibus voluptatum mearum, & à maculis peccatorum meorum lauabis me, & super niuem dealbabor. *Psal. 50.*

Dicit ei Symon Petrus. Dñe non tantùm pedes, &c. Cum obsisteret iubenti, locutus est Petrus; cum cedit præstolanti, Symon Petrus vocatur, vt ex nominis interpretatione pateat, & effectus mysterij. Est enim Symon, ac obediens nuncupatus. Habebat quidem Petrus zelum, hunc tamen indiscretum, quia non secundum scientiam. Hoc vnum scire oportebat, quòd Deo maximè est nobis obediendum, & irrequisitis rationibus, soli eius inhærendum voluntati. Esto enim, lotio illa pedum, nec de iure naturali, nec de iure diuino simpliciter esset: adueniente tamen Christi voluntate sic iubentis, effecta est de iure positiuo diuino. Et vt discas, talia positiua præcepta, homines ad peccatum mortale ligare, & astringere, apertè obsistẽti indicitur. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Cui mox Petrus cedit, & paret: quod si non paruisset, mortalitèr peccasset, & à consortio Apostolorum, & Christi exulasset. Non tamen, aut ante, aut vlterius post factum illud singulare, vis illius præcepti se extendit. Quo facto intelligas, quorsum præcepta se extendant secundum intentionem iubentis, necnon, & quomodo, aut impediant consecutionem salutis, aut reducant obtemperantes ad consequendam salutem. Nonne, & Petrus saluari potuisset absque hac lotione pedum, à Christo? tamen huic obedientiæ voluit subijci Petrus, sine qua, non fuisset salutem consecutus, vt inde discas, præceptis positiuis, & ad hominem factis obtemperandum esse. Nonnè hæ sunt claues ligandi, atque soluendi; quas Christus tradidit Ecclesiæ?

Indiscret⁹ Petri zel⁹.

Expulsus fuisset Petr⁹ ab Apostolorum cõsortio si renuisset i sine eius pedes lauari.

Domine non tantùm pedes meos, sed &c. Qui se lotione pedum, indigere intelligit, ipse se, & capite, & manibus contaminatum dubitando titubat; sibi Petrus nihil conscius erat; haud tamen in hoc se iustificatum comprobat, ideo se totum emundandum exhibet. Quasi idem cum Proph. dicat: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me Domine. Scio quòd in me, nõ habitat bonum, nec illud bonum, quod volo, hoc facio, sed illud malum, quod odi, hoc ago. Age ergo tu (bone Iesu) cui oculatiùs meæ innotescunt sordes, vt tua ope, & tuo ministerio ab omnibus emundet inquinamentis, & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Exterge *Psal. 18.*

A nedum sordes pedum, gressuumque meorum; sed & amplius laua me, ab omni iniquitate mea, & à peccato meo munda me. En tibi exhibeo caput, & manus, quò tu, me abstergas, à meis concupiscentiarum voluptatibus, & opera mea, totua intentione fœdata, à maculis, quibus coram te immundus appareo, expurgentur. Imperfectum hoc meum, viderunt oculi tui. Et ideo, quod tu vides, & odisti in me, longe fac à me. Attende in Petro, formam peccatoris à Christi humanitate præuenti, & eiusdem peccatoris Christi voluntati obsequentis; Prius quidem, ei, qui præuenit nos in benedictionibus suis, reluctatur, verùm vrgente B domini verbo, comminationis videlicet, & præcepti, promptiorem ad obediendum, vt emundetur à crimine, se exhibet. Etenim ipsa lotio, & extractio calceamentorum, seu denudatio pedum, peccatoris statum apertè designat.

Te reuelante indigeo lotione pedum, te operante emunder, manibus, & capite. Meus nunc se maculauit intellectus, aliter sentiendo, quàm tu sentires, mea me fœdauit voluntas obsistendo tibi; oculi mei contraxerunt maculas; lingua, & manus, quibus nitebar te à meorum pedum lotione repellere. Nunc aũt, ò bone Iesu, Paratum cor meum, Deus, paratum cor meũ. C Præbe veniam ignorantiæ meæ. Quod rectum est in oculis tuis, hoc totum perfice. Ego autem præsto sum, vt nil aliud vlterius velim, quàm quod, te velle agnouerim. Et quidem, qui ad vnius iussionis vocem egressus est de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, etiam tacitus paruisset illi mandato, si contigisset. Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & offeres illum in holocaustum, &c. Qui tamen pro reuerentia, suæ fisus imperitiæ, vsque modo obsistit Christo roganti, qua prorsus propulsata, quàm promptè pateat deprecãti, audiuimus; Non solùm pedes meos (inquit) sed & manus, & caput.

D Christus autem maluit tantùm lauare pedes, quia in lauandis pedibus, & affectuosius est opus humilitatis, & expressior significatio charitatis, vt cum vsque hodie, suorum peccata emundare non desinat, nullus tam grauibus contaminatus facinoribus de seipso diffidat, desperetuè, non fore lauandum. Ipse namque est, qui venit quærere, & saluum facere, quod perierat. Præbeat igitur omnis sordidus, pedes ad lauandum Christo, quod si fuerint peccata eius, sicut coccinum, tanquàm nix dealbabuntur. Pedes tantùm voluit lauare, quibus nec puluerem immundorum inesse voluit, magis autem excutiendum è pedibus præcepit. Attende E & terminum legis, simul, ac mysterium euangelicæ præparationis. Moyses ad Pharaonem iturus, defectũ balbutionis exponit. Hieremias se puerum insinuat ah, ah, ah Domine De⁹, nescio loqui, qa puer ego sum. Esaias, se pollutum labijs confitetur. Hi omnes verbi Dei præcones, defectum in capite pati, se sunt confessi. Sed quomodo non patiebãtur defectum in capite, qui erant sine capite? At in aduentu tam præclari, ac purissimi nostri, & totius humani generis capitis, non est, quod vlterius conqueramur de capite. Conqueratur Synagoga, inquiens. Caput meum doleo. Ecclesia præstantissimo, & eo sanctissimo, perfectissimoq; gaudet capite.

Neminem quantuncunq; peccatore, & scelestissimũ debere desperare, & de salute diffidere.

Hiere. 1.

Synagoga semp suo dolet capite.

Cęterùm, quod ad nostra attinet singulorum capita vna,

vna actione, lotionis pedũ dignoscimus à fortiori munda fore capita quacunq; fœdatione cōtaminata. Vnde vngere caput suum, & faciem suam lauare peccator iubetur, etiam si super carbones denigrata esset. Fidei autem præconibus, capita non lauantur. Nec manus etiam lauare voluit Christus, sed tantùm pedes, quandoquidé opera, quæ nos operari contingit, tunc mũda sunt, cum bona, & recta intentione fiunt. Ideo lauantur tantum pedes, vt toto nisu, omniq; conatu rectas, & puras nostras affectiones habeamus totum quod in mente affectionis est prauæ, & inordinatæ, abluamus; vt sic puriora efficiantur opera nostra. Intentio nostra, ipsa est oculus noster.

Cur non man°, sed tantùm pedes Christ° abluat.

Ecce, quanta per rectũ, & sanum oculum, totius corporis emundatio. Si autem oculus tuus nequā fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Ipsa nostra intentio est nostrorum fructuum fęcũdissima arbor, quæ quidem nonnisi bonos, si bona sit, producit fructus. Quod si contingat eam malam esse, quomodo non etiā fructus malos producet? dicente eodem Domino, & Saluatore. Arbor bona, bonos fructus facit, arbor autem mala, malos. Nec potest arbor bona malos fructus facere, nec mala bonos.

Mat. 7.

Domine non tantum pedes meos, sed &c. Vtilis vtique, ac proficua Symonis cum Iesu confabulatio Symō namque obediens, Iesus autem Saluator. Ideo libenter, ac frequentius cum Symone Iesus confabulatur, quia cum obedientia salus ipsa versatur; loquitur obedientia cum salute, quia salus ad obedientiam inclinatur, & solis obedientibus salus æterna promittitur. Nihil hominibus securius obedientia, qua, & filius hominis æterno patri subijcitur, factus illi obediens vsque ad mortem. Propter quod, & Deus exaltauit illum, & omnia illi subiecit. Nihil arduum, nihilue difficile obedienti, quia cum salute versantur.

Cum obedientibus semper est Christus.

Solis obedientibus salus, & vita promittitur.

Parum sanè Symoni pedes exhibere lauandos Saluatori, sed durior obedientia, qua vincitur, & superatur resistentia. Pedes non lauandos in æternum durius remouebat, qui propter verba labiorum Christi mox, non pedes tantum, sed & manus, & caput lauandum exhibebat. Nec enim ignorabat, quoniam obedire oportet magis Deo, quàm hominibus. Magis autem, quàm sibi ipsi homini, sed vt verus obediens non procrastinat in mandato, in quo nec quare, nec quomodo perscrutatur, sed mox adimplet, quod resolutè præcipitur. Tunc enim agnouit, quod & Augustinus edocuit. Quoniam nihil iniquius, quàm maiorum non parere mandatis. Agnouit præstantiorem victimis esse obedientiam, ad quam, seipso eruditior effectus, ad plura adimplenda, quàm iubeatur, incunctanter se exhibet.

August.

Hoc vnum nobis necessarium, amare quod iubetur, in quo veræ obedientiæ vis continetur. Vnde Augustinus: Fac me amare quod iubes, & iube quod vis. Neque enim prorsus laudabilis, & proficua est illa obedientia, quæ non est voluntaria. Nec vnquàm bene voluntaria dicitur, quæ aut vi, aut timore seruili perficitur. Nam cum obedientia, ad superna respiciat, quomodo supra feretur, qui ad infima adhuc conuersus, nondum supra se extollitur, imò in amore terrenorum versatur? Amare igitur Dei præcepta est animum ad eorum obseruātiam disponere, & præparare.

Nec laudabilis è, nec proficua obediētia inuoluntaria.

F Vnde qui illa obseruare cupiebat, hoc de seipso asserebat. Ideo dilexi mandata tua super aurum, & topation, & alibi. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Quid est abscondere in corde, nisi illa amore complecti? Vtinam & nos idem cum eodem Propheta dicamus. Quomodo dilexi legem tuā Domine, tota die meditatio mea est.

Ps. 118. *Ibidem.*

Intellexit Petrus ex Christi exprobratione longius se à sua salute futurum, non parendo innuenti, quàm cum crediderat, & ideo non pedes tantùm, sed & manus abluendas parat, & quasi patenter cum alio sancto dicat: Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut
G mundissimæ manus meæ; tamen sordibus argues me, & abhominabuntur me, vestimenta mea, consentit, & exhibet nedum pedes, sed & manus lauandas, qui timet & impuras coram Christo habere. Tanquàm, & cum eodem alio iusto loquatur. Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormiam, &c.

Iob 9. *Iob 7.*

Domine non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. Agnita Christi voluntate, & sui perspecta necessitate, non fuit illi visum satis, si tātum pedes exhiberet Christo, verum & quas interdum necessariò lauandas ex contractis sordibus manus, ac ipsum caput
H agnouerat, sedula mente exhibuit lauanda. Huius rei typum Otthoniel gessisse videtur. Hic enim capta Cariath Sepher ciuitate literarum dicta, & Chaleb filia Axam in vxorem habita, agrum arentem habens, petijt pro dote irriguum superius, & irriguum inferi°, quò fertilis ager eius redderetur. Petrus enim capta ciuitate literarum .i. Ecclesia sibi ad regendum exhibita, vbi solius literaturæ cognitio reperitur, vbi sola veritas prædicatur, & ostenditur, vbi tot fulgent omnis scientiæ, & sapientiæ doctores, sponsam Axam speciabiliter accepit .i. conspicuam, & adornatam: (sic enim Axa interpretatur) Romam videlicet, in qua sederet,
I elegit, quæ præ cæteris & decora erat legibus, & ornata moribus, illustris admodum, & toti mundo conspicua. Quæ sedens in asino, & sterilem agrum consecuta petijt irriguum superius quæ solo inferiori irriguo irrorata, sterilem hunc mundum possidebat, vt inde velut superioribus irriguis spiritualium, ac diuinarum gratiarum fœcundaretur. Tunc enim hæc dum assequitur Petrus, adhuc insedit asino .i. rudi suæ stoliditati hærebat. Qui & iurisdictionem pollicitatione, non Chaleb Domini temporalis, sed Christi Regis Regũ, & Domini vniuersorum acceperat mundani, adhuc sæculi, & ignaui hominis; qui cum in honore esset non
K intelligens, comparatus iumentis insipientibus, & similis illis effectus.

Iudith 1.

Irriguum superi°, & irriguũ inferius Petr° habuit.

Hoc igitur intelligens Petrus, petijt pro sibi credita Ecclesia etiam irriguum superius. Non tantũ (inquit) Domine pedes meos, sed & manus, & caput. Ecce totam Ecclesiam repræsentatam in Petro. Ecce caput loquēs pro cæteris membris, sui agri fertilitatem petit; Rudis hominis, & stolidi peccatoris gratiarum imbres ipse poscit. Terram arentem accipit, vt ex gentibus os gratia carentibus, & in omne opus bonũ arentibus Ecclesiā instrueret, & irriguis assiduis fertilē, ac vberrimam possideret; secundum quod scriptum est. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Nec iniuria hoc poscit Petrus, cum in sola Ecclesia contingat iustos reperiri

In Petro tota repræsentatur Ecclesia.

Psal. 86.

reperiri, qui positi dicuntur secus decursus aquarum, A quò suos producant fructus in tempore suo. Propterea enim secus decursus aquarum positus dicitur, non secus decursum aquæ, quia solo inferiori irriguo non poterat opera meritoria facere ager iste hominis, quia ex operibus legis non poterat iustificari. Ideo huic irriguo aliud irriguum additur, quod est superius ex merito, scilicet, & participatione sanguinis Christi, de quo scriptum est. Quia lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quo solo irriguo omnia opera Ecclesiæ, & hominum singula fœcundantur; Quo non obtento, etiam cum fecerimus hæc omnia dicimus, quod serui inutiles sumus. Hoc est irriguum, quod petijt B Petrus, dum aliò tendere pedum suorum lotionem intellexit; ad emundationem. s. suarum sordium, & imperfectionum suarum; Dicente illi Domino: Si non lauero te. Quid est te, nisi te, & te? Cuius superioris irrigui testatus est Dominus per Prophetam. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimi ab omnibus inquinamentis vestris. Quid est ab omnibus inquinamentis, nisi non tantum pedes, sed & manus, & caput.

Apoc. 1.

Ezechiel. 36.

Lauantur igitur irriguo inferiori, aquę materialis pedes Petri, lauantur irriguo superiori, & manus, & caput Petri, imò totus Petrus, cui dictum est. Si non lauero C te, &c. Lauatur caput pueri in baptismo, irriguo inferiori aquæ terrestris naturalis; lauatur irriguo superiori totus infans imbribus superioris, & cœlestis aquæ, longè mundioris, & in vitam æternam salientis. Hoc autem superius irriguum, non datur, nisi destructa ciuitate literarum. i. nisi dimissa lege scripta, quæ solo irriguo inferiori perfusa; quia bonis tantum Synagoga illa temporalibus inhiabat, illi promissis. Si volueritis audire me; bona terræ comedetis. Item, dabo vobis terram lac, & mel fluentem. Hac terminata; datur irriguum superius, quia æterna nobis bona conceduntur. Vnde de vtroque irriguo dicitur. Veni vt vitam habeant, D & abundantius habeant.

Ecclesia superiori, & inferiori irriguo Synagoga autē inferiori tantū perfusa ē.

Isa. 1.

Exod. 3.

Ioan. 10.

Dicit ei Iesus. Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Loti fonte baptismatis erant Apostoli, Augustino teste, tamen quia sanctus sanctificari potest adhuc, & qui lotus est, excellentiùs expurgari potest adhuc, ex hoc discimus, quia hic de interiori homine, de quo principaliter agitur, loquitur Christus. Ecce quomodo mundi, mundiores interdum seipsis efficiuntur. Vt enim testatur emundator Christus. Mundus erat Petrus, mundus erat Andreas, cum cœteris Apostolus, à Iuda. Tamen, qui lotus est E indiget, vt pedes lauet. Ergo in mundis aliquid immundum. Verùm delicta quis intelligit? Expertes vtique erant peccati mortalis, multis tamen irretiti peccatis venialibus; de quibus scriptum est. Quis est, qui viuat, & non peccet? Quis potest dicere mundum est cor meum? Si igitur in multis offendimus omnes, ergo coinquinati sumus, & sordescimus, & pedum lotione indigemus. Necdum enim decoros vsquequaque nostros affectus habemus; nondum vias nostras ad lineam, rectas facimus, aut gressus nostros impolluto calle transimus; fomitem concupiscentiarum nostrarum, adhuc non extinximus, carnisq; petulantiam, qui adhuc experimur malum, quod odimus plerunq; operamur; Inuenimus plerosque, qui cum Petro, patrem, vxorem, domos, & sæculum relinquunt, nec tamen cum Petro, propriam depellunt voluntatem, sensum proprium non à seipsis abdicant, nec quæ Christi sunt, æquo semper animo sustinent, sibiipsis placere student, nec quæ Dei sunt, pleno sinu suscipiunt.

Venialiū peccatorū expertes non erant Apostoli.

Prou. 20.

Ad pedes igitur Apostolorum lauandos tantum cōuertitur Christus, veluti, qui tam crebrò nequeant lauari, quàm crebrò subiacent immunditiæ; ipsi enim affectus nostri sunt, qui iterum, atque iterum pulueribus sordidarum voluptatum maculati inquinantur; quotidiana illa necessaria est nobis ablutiō, pro qua quotidie rogare iubemur; & hanc tunc lotionem à Christo poscimus, cum eum orando imploramus; dimitte nobis debita nostra, &c. Nullus se à lotione pedum retrahat, nullus sine Christo se mundum fore arbitretur; nullus pharisaico suasu, sibi ipsi blandiatur, tanquàm non sit ipse, sicut cœteri hominum; nullus sibipsi facere satis arbitretur; quisquis iustum se existimat, primò accusator sit sui, & dicat ipse prius iniustitias suas, vt iustificetur; secus non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens.

Quotidiè cōsciētiā nrām emūdare debemus.

Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Duo hic hominis lauacra apertè memorantur, alterum, quo iam mundi erant Apostoli, alterum, quo denuo à contractis sordibus emundantur; primò enim mundantur baptismate, Christi fideles, quo denuo non vlterius lauantur. Vnde aliud illis lauacrum est iure præparatum, pœnitentiæ, scilicet, & lachrymarum, quæ absterguntur linteo, dum per singulas noctes lauamus cum Propheta lectum nostrum, & lachrymis nostris stratum nostrum rigamus. Hinc enim posse lotis nouas superinduci sordes videmus, quæ cum per lauacrum capitis, quod in baptismate suscipitur non possint iterum abstergi, superest aliud lauacrum, quod est secundæ tabulæ præsidium, peccatorum omnium confugium, secundum quod scriptum est. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Ad hoc nisi confugiat peccator, tunc perire dicitur, cum nullam cum Christo partem habere prædicitur.

Loti fonte baptismatis semel, pluries pę nitentię aquis lauari debemus.

Pœnitētia est peccatorum refugium.

Luc. 13.

Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet, &c. Hæc nos cogunt verba, ad perquirendum vlterius, quæ ista erat necessitas, vt suorum Apostolorum Christus pedes lauaret, sub anathematis obtextu, cui videtur occurrere Esaias ille factorum Christi disertissimus explanator. Verè (inquit) languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Peccato carebat Christus, vnde mori, vt peccator posset, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; ideo qui pro peccatis aliorum moriturus erat, ad se suscipienda, & sibipsi ascribenda aliorū peccata, accōmodata pelui, velut ibi oīum peccatorū sordes reponendo ad se traheret, sibi asciret, & iusta in eum vltione, omnium peccata per mortem abolerentur, quibus ad seipsum applicatis, rogabat patrem. Longe à salute mea, verba delictorum meorum; cuius rei testis est ipsemet Petrus. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, cuius liuore sanati sumus. Vnde neminem voluit consortem, aut coadiutorem lotionis esse; ipse solus totum adimplet ministerium, qui solus peccata dimittit. Qui lauat nos à peccatis nostris in sanguine suo: sic enim omnia in sanguine mundari oportebat; quando-

Isa. 53.

Psal. 21.

1. Epist. 2.

Oēs lauari debere.

Quandoquidem sine sanguinis effusione, nulla esset facienda remissio. Hac etiam ratione, linteo se præcinxit, quo sibi sordes suorum inhæreret discipulorum, quas si quis in seipso habens punire vellet, puniendas sciret, abolendasque inueniret in Christo. Venerat equidem huius mundi princeps diabolus, sed in Christo nihil inuenit, quia nihil damnationis erat in Christo Iesu. Verùm assumptis aliorum sordibus, sordidior cunctis visus est. Vidimus eum non habentem speciem, neque decorem, reputauimus eum despectû, & nouissimum virorum.

Qui lotus est non indiget, nisi &c. Apostoli, et qui ad antiquá illá legē ptinebant, quę per Christū occidebat, erāt lauandi velut immundi. Quicunq; tetigerit morticinium, immundus erit vsque ad vesperam: Quam vesperam, nisi vsq; ad solis occasum, videlicet mortē, & transitum Christi? Et qui portauerit cadauera huiusmodi, immundus erit (inquit) vsque ad vesperam. Ad quam vesperam, cum sol iustitiæ, & lux mūdi iam peruenerit, rectè mundantur. Ideo Moyses accessurus ad Dominum in vepribus extraxisse calceos è pedibus, non lauasse pedes, legitur: Quod solius Christi munere obseruatur, quo quisque emundatur.

Leuit. 11.

Exod. 3.

Non indiget, nisi vt pedes lauet. Hoc patitur, & hoc requirit grauitas peccati, vt in inferiori tantū parte quæratur; non enim potest in aliqua superiori parte, aut loco consistere, quin secum trahat totum, cui inhæret. Incuruat enim hominem, vt totum pertrahat ad pedes, vltimas totius corporis compages. Iniquitates meæ (inquit ille pœnitentium exemplar) supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Curuatus sum vsque in finem. Quid est vsque in finem curuari, nisi vsque ad pedes inclinari? finis corporis sunt pedes, caput autem, ideo dicitur caput, quia principiū. Quisquis igitur auertitur à summo, & incommutabili bono ad bonum commutabile, is à superiori parte ad infimam descendit, à capite transfertur ad pedes. Quisquis mentem suam occupat terrenis affectibus, is illabitur à capite ad pedes. Quisquis sæculi voluptates sequitur ad pedes volutatur. Hinc iacentia iumenta in stercore sunt, qui terrena sapiunt, & circa terrena semper versantur. Hi igitur omnes suis se dedunt pedibus, semper ad pedes, ingenium, voluntatem, memoriam, aures, ora, & oculos declināt. Ibi itaq; quærenda erant hominum peccata, lauandi hi erant tantummodo, quod si nihil ad illos coinquinatum descenderit, mundus omnino, & nitidus totus à Christo comprobatur. Hinc serpens ille inimicus hominis constitutus solis pedibus, & calcaneo insidiaturus descr bitur; quandoquidem soli pedes expositi sunt morsibus eius, in quos solos peccatorum virus potest effundere, nisi enim prius descendat homo, nisi prius præcipitet mente, & ad pedes declinet, & in calcaneo oculos, mentem, & caput suum deponat, morsibus venenatis offendi non poterit. Vnde Proph. Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam verba tua. Quid est ab omni via mala pedes prohibere, nisi ab omni inquinamento peccatorum mentem, oculos, & totum hominem auertere? Qui igitur ab omni via mala pedes nostros non prohibuimus, sed vias potius cœnosas, & sordidas ambulauimus, qui pedes nostros non auertimus à dolo, & concupiscentijs, quæ

Psal. 37.

Cur calcaneo tm̄ & pedib' dęmon insidietur.

Ps. 118.

F militant aduersus animam, pedes nostros Christo lauandos offeramus; ipse à dextris maiestatis sedens in excelsis purgationem peccatorum nostrorum facit, lauare enim nostros pedes dicitur, qui pro nobis interpellat.

Non indiget, nisi vt pedes lauet. Gestorum Christi non absoluta, siue perfunctoria habenda est intelligentia, verùm typus mystici, & vtilioris perscrutandus est sensus, nimirum hoc vno didicimus veluti elogio, eos quibus ferimur fore lauādos ab omnibus sordibus pedes; non enim satis nobis esset emundati vno, & coinquinari altero, cum vtrunque nobis necessario lauandum esse, tam acerbè indixerit Christus Duo sunt
G quibus incedimus pedes, natura & cōsuetudine: hi duo necessariò sunt lauādi, cú natura prona sit ad malū p q̄ filij iræ nascimur, nisi aqua baptismatis emundemur. Consuetudine autem ferimur in ea vitia, & in easdem sordes, in quibus passim versati sumus, sunt, & duo sordidi nostri pedes, commissionis. s. & omissionis. Duo insuper pedes nostri, sunt quibus in viam pacis dirigimur. Duo illa sunt mandata, in quibus tota lex, & Prophetæ pendent. Dilectio Dei ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & ex totis viribus; dilectio etiam proximi, sicut nos ipsos. Quis autem inconta-
H minatè his duobus pedibus incedit? Quis incoinquinatos hos dicat se habere pedes? Omnino igitur, qui in nobis imperfecti, & polluti sunt, emundandi sunt ab omni rubigine, ab omni torpore, lauandi sunt cœteri affectus rerum terrenarum, quibus sordescimus; odia, & rancores, murmur, & omnis liuor in proximum abstergendi sunt.

Rarissimè est, qui plenè Dei dilectionem seruet, & proximi.

Hoc lauat Christus, vt statuat supra petram pedes meos, & dirigat gressus meos. Tunc statuit supra petram pedes Apostolorum, cum applicando ad se pedes eorum, velut in huius petræ firmitate fundamenta Ecclesiæ statuat. Hos lauando applicat sibi Christus, &
I perficit eos, tanquàm ceruorum. Nostros hos pedes perficere, est horum duorum mandatorum perfectos obseruatores facere. Dæmum duo adhuc dati sunt nobis pedes, quibus totius itineris nostri mensuram, & spatium absoluamus. Duo testamenta sunt duo pedes, sine quibus quisquis ambulare voluerit, claudicabit. Apostolis ambo lauantur pedes; tunc pes sinister lauatur, cum vmbræ fugantur, cum ceremoniæ abolentur, cum figuræ adimplentur, & prophetiæ verificantur. Lauatur littera, vt appareat, & conspiciatur spiritus; Nouum autem testamentum est pes dexter, pes fortior, & principalior; Tunc emundatur cum Ecclesiam sibi format Christus, in qua non sit macula, nec ruga, sed sit sancta, & immaculata, & cum omnia
K munda in Ecclesia requirantur, quomodo continua lotione pedum non indigemus, in obseruandis tam decalogi præceptis, quàm euangelicis documentis? His enim, tanquàm ad lydium lapidem, nostram debemus probare munditiā. Vtinam imperfectum nostrum videant oculi nostri, vt propulsatis omnium imperfectionum sordibus, mundi cum mundo, & sancti cum sancto regnare possimus.

Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet. Ianuā regni cœlestis reseraturus iam iam Saluator, esto: loti essent Apostoli. i. nullius peccati mortalis obnoxij, ad ingressum tamē, vbi nihil coinquinatū potest introire, voluit

voluit pedes eorum lauare, & omnium peccatorum venialium puluerem excutere, ac omnino mundare. Vide igitur ex his quomodo peccata venialia Deo displiceant; sed tamen notanda hæc displicentia, qua peccatum mortale, & qua peccatum veniale Deo displiceat, sic enim peccata mortalia Deo displicent, vt hominem, Deo displicere faciant in quo ipsa reperiuntur; venialia vero, non tantùm displicent, vt in quo sunt, Deo displicere faciant; vnde Petrus & Apostoli licet sordescerent pedibus, & & esto, eorum sordes non patiatur Christus, quas lauandas assumit, quia displicent; minime tamen aut Petrus, aut cęteri Apostoli displicent Christo, Iuda excepto, qui peccato mortali obnoxius erat. Horum autem ea peculiaris est ratio, quod peccatum mortale, hominem & priuat gratia, & Deo inimicum constituit; veniale autem nec tollit charitatem, nec inimicum Deo hominem reddit, offenditur tamen Deus peccato veniali, quo impeditur profectus caritatis, & gratiæ splendor obscuratur, sed non extinguitur. Obscurat (inquam) non obtenebrat, quia nitorem extrinsecum, non autem intrinsecum tollere videtur. Cuius igitur processus ad exteriora impeditur, & solummodo reprimitur, eius necessario lauandi, & abstergendi sunt tantummodo pedes, & est mundus totus.

Charitatē non tollit veniale peccatum.

Et uos mundi estis, sed non omnes &c. Vos propter sermonem meum, quem locutus sum vobis mūdi estis, qui eū recepistis, & quicquid dānationis, & immunditiæ erat in vobis, expulistis. Vos mundi estis, qui omnia quæ habuistis, vt mecum vitam ageretis, reliquistis. Vos qui sæculo renunciastis, carni & sanguini non indulgetis, qui diabolicis obstitistis suggestionibus. Vos (inquam) mundi estis: sed (proh dolor) non omnes: cum aliquis vestrum turpissimis obuoluatur sordibus. Ideo etsi corporali consortio in numero Apostolorum & mundorum annumeratus, non tamen iste verè est mundus, qui turpissimis fędatus est sordibus, qui crudelis est in pauperes, impius aduersus pios, charitatis operum propulsator, in magistrum murmurator; solius cupiditatis æmulator, & vitæ tanti benefactoris persecutor, & tam pretiosi sanguinis impudentissimus venditor.

Iudas proditor vix noie nuncupandus erat Apostolus.

Et uos mundi estis, sed non omnes &c. Vos tanquàm non auditores tantum, sed & factores verbi. Vos Dei præceptorum obseruatores, & legis diuinæ assidui cultores. Vos (inquam) mundi estis; sed non omnes, quia est qui dicat se nosse Deum, factis autem negat. In vobis inest, qui sit legis præuaricator, mandatorum violator, & totius munditiæ maculator. Vos mundi estis, quorum oculus est simplex, quorum intentio est recta & pietas animi est conspicua. Vos agni estis immaculati, in quorum medio lupus existit, ideo non omnes; Cū adhuc nostra sit hæc calamitas vt lupi cum agnis, leones cum vitulis, frumentum cum palea, zizania cum tritico, boni pisces cum malis in Ecclesiæ rete contineantur: est igitur immundus cum mundis, & cum iustis improbus extat. Hic vobis corā adest, in medioque vestrum consistit, quem vos nescitis, quem intus non agnoscitis: quapropter non estis mundi omnes.

A

Et vos mundi estis. Non ab immundissimis proditoris Iudæ pedibus retrocedit dominus, & velut qui venerit quęrere & saluum facere quod perierat & peccatores vocare ad pęnitentiam, necnon captiuis indulgentiam prædicare, Iudæ sordes accedit emundaturus. Ad impium accedit, cuius non est voluntatis mors impij, sed magis, vt conuertatur & viuat: Et propterea ad sedandū impium, ad confundendum proteruum, ad retrahendum malignum, & ad cohibendum proditoris scelus, lauare eius voluit pedes, quò eundem ad sese lauandum inuitaret, vt liniret scelus impietatis, vt pacatum redderet furentem, vt eius flecteret impietatem, quantùm fuit in medico sanare venit infirmum, & quantum fuit in Christo sanare venit perditum. Intuere Christum (Iuda,) seipsum tibi præbet saluatorem, cuius te agnoscit esse proditorem; Perditio tua ex te est tantummodo; ex eo auxilium tuum, qui adhortantem respuis, qui ad te declinantem non suscipis, qui lauanti animum non despondes, qui demum ad ostium pulsanti non aperis. Maiorem in tui perniciem hæc omnia conuertis, & ignoras quoniam thesaurizas tibi iram in die iræ. Cum te ad pęnitentiam Dei benignitas non adducit. Pertinax Iudas hoc sibi vendicat secundum duritiam suam, & impenitens cor, vt qui in sordibus est, sordescat adhuc. Sic enim contingit improbos improbiores fieri beneficio & obsequio, quibus nihil est bonum, & immundis nihil est mundum. Quidquid enim immundo vasi infunditur immundum efficitur; quidquid à serpentibus venenosis deuoratur in dirum virus conuertitur, & à Iuda ad prodendum Christum recipitur, hoc totum in perniciem eius conuertitur, exasperatur enim obsequio, & etiam ipsa offenditur mansuetudine.

Volebat Christus, & Iudę sordes abluere.

B

Iudę pertinacia effera mēs, & obstinata malitia.

C

D

Et uos quidē mūdi estis &c. Ipsi mūdi sunt qui de mundo non sunt. Mundi sunt, qui nihil commune cum mundo habent. Mundi sunt, qui pedibus mundana pessundant. Mundi, (inquam) sunt, qui mundanis pressuris fatigantur. Qui autem mundana sapiunt, sunt qui adhuc immundi sunt. Quomodo igitur mundi dicuntur Apostoli, qui ambitionis nota adhuc videntur inusti? præsertim cum (alio Euangelista teste) Orta sit inter ipsos contentio, quis eorum videretur esse maior. Nonne immundi erant, qui se super se extollere cupiebant? Qui gloriam humanam adhuc affectabant? Et quo modo mundi erant, qui necdum perfectè in Christum credebant? Qui à Christi sequela paulò inferius, fugiendo, se subtrahebant? Qui in passione eiusdem Christi scandalizabantur? dicente Christo. Omnes vos scandalum patiemini in me hac nocte. Ex quibus aliqui vsque ad periurium, Christum negabant, prædicente illi Christo. Antequam gallus cantet, ter me negabis. Quomodo tandem mundi erant, qui iamiam de resurrectione Christi dubitabant? Et tamen verum est ipsius veritatis verbum, omnes illos, dempto Iuda, mundos extitisse. Nonne tunc mundus erat Petrus, cum pleno cor-

Mūdi sunt qui mundi non sunt.

Luc. 22.

E

Mat. 26.

no cordis affectu, se commoriturum Christo exhibuerit, inquiens. Etsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Quapropter Christus non absolutè Apostolos totaliter, & vsquequaque mundos asserere voluit, sed eorum immunditiam ad ipsorum pedes retulit, inquiens. Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, & est mundus totus. paulò namque superius mentis affectiones pedes animæ esse, quibus progredimur, & hinc inde deflectimur, declarauimus.

Ad huiusmodi igitur pedes, immunditiam referunt verba Saluatoris, quibus insinuat nondum purgatos, & ab affectione terrena immunes Apostolos fuisse, quandoquidem his affectibus labefactati, & velut puluere contaminati immundi declarantur ij pedes, quandoquidem nondum perfectè tantam consecuti fuerunt gratiam, vt à naturalibus, terrenisque affectibus penitus emundarentur: Proinde enim Petrus nondum roboratus ex alto, fortitudinis gratiam fuerat talitèr assecutus, qui ad vocem ancillulæ suam expertus est animi imbecillitatem. Neque cęteri Apostoli sensibus præpeditis adeò ad superna ferebantur, quin ad infima, occasione nacta non conuerterentur, qui enim adhuc magis seipsos, quàm Christum amabant, terrena sapiebant, & plus de seipsis, aut sibiipsis timebant. Quapropter & fugiebant, & negabant, & dubitabant, atque etiam lethali huiusmodi culpa seipsos commaculabant, donec virtute ex alto, per missionem Spiritus Sancti roborati, leui etiam contagione fuerint emundati, cuius abundantiori virtute, singulæ, atque singulorum affectiones, & extinctæ fuerunt, & à pedibus emundatæ.

Interim cùm nemo repentè fiat summus, passim quasi per gradus ad sublimiora accedebant, & tunc ad culmen perfectionis peruenerunt, cum Spiritu Sancto etiam visibiliter descendente, omni abundantiori gratia sunt repleti. Errauerant duo illi fratres, qui, matre media, sublimiora loca apud Christum poposcerunt, vt vnus videlicet ad dextram & alius ad sinistram eiusdem Saluatoris collocaretur. Subinde cautiores effecti, ex responsione Christi, didicerunt non ex elationis ambitu, nec affinitate sanguinis huiusmodi consequenda esse, cum rursus inter ipsos de primatu quæritur, ibi de iure res in controuersiam vertitur; Quis eorum videretur esse maior; vt quod apud ipsos sub lite pendebat, singulis per singulos rationibus adductis, aut cederent rationi, si quæ potior videretur, aut ad iudicem controuersia referretur, tanquàm à Christo expectantes decisionem quæsiti, quam tamen non sunt secundum votum assecuti.

Per grad° ascendendum esse.

Et uos quidē mundi estis &c. Prenūciauerat Christus discipulis suis, quod pessimus ille omniū & nequissimus traderet eum Iudas, quem ipse cordium scrutator, scrutans corda, & renes Deus sui proditorem agnouerat, & præuiderat: Quibus inter se altercantibus & disceptantibus, quisnam futurus esset, tantæ temeritatis discipulus, vt in tantum magistrum insurgere auderet, & dominum: benignissimus Saluator, & Dominus benignissimis consola-

F tionibus occurrit, & verbis, sic consolaturus cosdē: Nolite contristari vos discipuli mei, qui mecum permansuri estis, cum malignissimum proditorem, & ingratum discipulum aduenire videritis, vt me ficto pacis osculo tradat gentibus ad illudendum, ad flagellandum, ad conspuendum, ad crucifigendum, & innumera tormenta, & opprobria passurum.

Vos quidem impunes, & ab omni hac labe immunes. Vos mundi estis, sed non omnes. Vnus vestrum Diabolus est: vnus vestrum præuaricationis est filius. Vnum vestrum Diaboli mancipium video esse iam factum. Vos quidem mundi estis.
G Vnus vestrum ut omnino lauetur, indiget, qui est totus immundus.

Et vos mundi estis, sed non omnes &c. Augustinus ad seleuciam ex his inferre videtur, Petrum, cæterosque Apostolos prius baptismate, non Ioannis tantum, sed Christi etiam, fuisse baptizatos; cum Ioannis baptisma, hominis interiores sordes nō aboleret, nec peccatorum maculas abstergeret. Sunt autem eius hæc verba. Ex hoc autem, quod hic dicitur, intelligitur quod iam Petrus baptizatus fuerat, intelligimus enim eius discipulos, per quos baptizabat Christus, fuisse baptizatos, siue baptisme
H Ioannis, vt nonnulli arbitrantur, siue (quod magis est credibile) baptismo Christi. Neque enim renuit ministerium baptizandi, vt haberet baptizatos seruos per quos alij baptizarentur, qui non defuit humilitatis ministerio, quando eis pedes lauit; euidenter ex his non solum inferre sed & concludere volens, vt qui discipulorum pedes non est dedignatus lauare, multo magis dignatus est eos baptizare. Nec putandum est abstersionis ministerium retardasse animæ, in quibus pedū sordes nō est passus adesse. Propterea testatus est eos mundos esse.

Et vos quidem mundi estis &c. Vos mundi estis,
I qui renati fonte baptismatis, eandem retinetis aut recuperastis innocentie puritatem, quos ego a maculis peccatorum emundaui & ablui. Verum nō omnes mundi estis, quia vnus vestrum, sordibus interioris hominis fœdus omninò existit, & obscenus. Vos mundi estis, vnus vestrum fœdissimus, & immūdissimus est, qui pessimis machinationibus magistro, & domino suo insidiatur. Vos mundi estis, qui nullam cum demone conuentionem habetis. Vnus autem vestrū non est mundus, qui iam a Diabolo præuentus, & mundi laqueis irretitus; carnis illecebris detentus: auaritiæ nexibus obuolutus; in-
K nocentissimum agnum omnium Saluatorem, & dominum prodere machinatur.

Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit non estis mundi omnes &c. Sciebat hominem qui sciebat, quid esset in homine. Ea autem hic obseruanda, & cordi affigenda Christi mansuetudo, qui proditorem suum, ac alios honorare voluit, suorum beneficiorum consortem fieri non negauit: crimen proditoris non prodit, eius animi impietatem non patefacit, quem in finem vsque dilexit, sed & pedes eius lauit, & mensæ sodalem habuit, corporisque & sanguinis sui sacramentorum consortem fieri non repulit, tantum

Non Ioannis tātum sed & Christi baptismo baptizati erant Apostoli.

eius

eius conscientiæ fores percutit, & inuiso iaculo eius animum ferit, occultoque aculeo solius verbi pungit, vt & hinc exemplo discamus, quas vices rependere persecutoribus & inimicis debeamus, nulli malum pro malo reddentes, sed è contrario benedicentes, & bonum pro malo reddentes.

Sciebat enim quisnam esset &c. Verborum Christi rationem non omnibus fore conspicuam, hac Euangelistæ nostri glosa apertè erudimur: oportet enim & eundem spiritum habere Christi, qui verborum eius rationes perscrutaturus accedit, ne suo spiritu talia scrutari præsumat; sed qui sapientiam desiderat, postulet à Deo, quandoquidem quæ sunt Dei, nemo intelligit, nisi spiritus Dei, & cui voluerit spiritus reuelare. Quis enim nouit sensum Domini, aut quis eius consiliarius fuit? Solus Christus futurorum præscius, & occultorum conscius, quē nemo fallere potest, cuius omnia nuda & aperta sunt oculis, vtriusque naturæ eius; consc ius sciebat quales essent, quos ipse elegerat, quem proditor latere non poterat.

Sciebat enim quisnam esset &c Hoc prudentissimo charitatis impulsu, ductus est explicare ipsemet Euangelista, ne contingeret sordibus Iudæ maculari iustos, nec in sortem impiorum traderentur pij, nisi sic deprompsisset Euangelista infamiam sordidorum, facile plerique ex apostolis incurrissent. Patitur Christus Iudam & cęteros, qui in ecclesia mali sunt in sortem & numerum apud homines in terra cōputari. Audiant hæc Hæretici, qui totum Christi diffamant inficiantque collegium, qui Iudam ad quem inter ipsos adesse conspexerint, qui omnes prælatos vna sorditate deturpant, omnes sacerdotes, omnesque religiosos propter vnam Iudam inter duodecim visi sunt prospicere, nec desunt homines tanta impietate deducti qui in Christi discipulos qui religionem ingressi sunt, insequuntur, vt cum ipsis, & de ipsis non nisi sicut cum totius humani generis hostibus agant nec vnquam debachari in omnes desistūt, & adeò toto obstrepunt aduersus nos conatu, vt totum sibi polliceantur mundum in nos concitatum iri; vbi autem optio, & opportunitas sese ipsis offerre videtur, nil intentatum relinquūt, vt ora, aures & mentes in odiū nrm cōuertant & ea qua possūnt arte, insidijs nobis aduersentur. Quos nisi amētes hos dixerim? In Christi verbo consolationem sumimus. Beati (inquit) eritis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me &c.

Abhominabilis & detestabilis eorum conditio q in religiosos & monasticos viros tā impudēti animo, & ore sacrilego debacchātur & mordaci quodā liuore eos carpe & minis sepe & insidijs ire ... erubesc...
Matth. 5.

Postquam autem lauit pedes eorum accepit vestimenta sua, &c. Christus non alia quàm sua assumit vestimenta, eadem ipse reassumpsit, quæ prius deposuit; lotione suorum peracta, quod deposuit, iterum ipse sumit, quia cùm nos sanguine suo lauerit, eandem, quam per mortem, carnem deposuit, reassumpsit, & nos cùm in nouissimo resurgemus die, idem corpus, eandemque, qua induimur, carnem reassumemus.

Iob. 19.
Audi virum Prophetam & rectum, hæc de se lætantet asserentem. Rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & non alius. Et reposita est hæc spes mea in sinu meo. Solus Christus ipse agnus est, qui suo, non alieno vellere circundatur; Solis peccatoribus datæ sunt aliorum tegumenta animalium, quando Deus tunicas illis pelliceas, quibus primi illi parentes induerentur præparauit. Sed & lupi alijs se contegunt, dum hyppocritę & hæretici ementitis vestibus caritatis, incautos fraude decipiunt, vt perdant & mactent, quorum vesaniæ nos admonet Christus Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Sol⁹ Christus proprijs indutus est vestibus.
Matth. 7.

Nunquam ementitur Christus, nunquam variatur, aut mutatur veritas, idem semper Christus eadem semper fides vera Christi, quæ vna est, & in vnitate consistit. Hic est articulus fidei inconcussus credere in vnam sanctam Ecclesiam catholicam. Videant quàm absint à Christo qui passim nouis imbuuntur hæreticorum inuolucris. Vnus Deus (inquit Apostolus:) Vna fides vnum baptisma & omnes in vno spiritu accessum habemus ad patrem: ergo qui ab hac fidei vnitate discedit, vt non idem cum omnibus dicat, sed in schismate, Christi vestem scindat, recessum à patre, non accessum ad patrem se consecuturum credat. Non sustulit Dauid indutum se in alienis vestibus quibus illum Saul induere persuadebat. Sunt qui se doctiores fingant, fortiores iactent, ingenuos profiteātur &c. qui veluti alienis vestibus decorati, se maxime turpiter nudos ostendunt, cum ad propriæ virtutis imbecillitatem, per facta & opus descendunt.

Ephes. 4.

Vestē Christi scindit qui ab vnitate recedūt Ecclesiæ.
1. Reg. 16

Postquam autem lauit pedes eorum accepit vestimenta sua &c. Operi congruentia sunt suscipienda vestimenta his enim gradus, officia & munera significantur, quibus implicitè homines ab hominibus secernuntur, suas Christus reassumit vestes, qui nec mutatorias habet, & quas semel sumpsit, has nunquàm mutauit, quia non peccati, sed innocentiæ suæ protestabantur integritatem; nobis autem, nec plures sufficiunt vestes, quibus quæ suboriuntur ignominiæ peccatorum delitescant, semper eodem amictu vestitur Christus, qui idem omnibus præsefertur, qui omnia est in omnibus, qui nec alicuius vultum in iuditio respicit, & personarum acceptator non existit. Iure autem hoīs, tot & tātas, ac varias mutant vestes, quibus varij, & inconstantes, nec vnquàm prorsus ijdem esse demonstrantur. Hoc expetit nostræ huius calamitatis opprobrium & inconstantia, vt qui pro culpabili nostræ mentis voluptate, veluti vento omnis inconstantiæ expositi, imus passim in adinuentionibus nostris, passim etiam in variarum vestium amictu transeamus. Absit hoc à Christo, absit & hoc à præcursore Christi, qui nequaquàm instar arūdinis, vento agitatæ, sed velut firmissimi montes, nullis commouentur ventis. Quod si nos pomparum & inanis gloriæ ac impiæ æmulationis non circunferremur aura, velut nubes sine aqua nunquam tam facili præcipitio sepiliri in inferno ob purpuram, & byssum comminaretur nobis Deus. Hoc nobis pretiosæ vestes malum nomen pronunciant; vnde per nobis designatum pastorem monemur, ne in pretiosa veste ambulemus.

Vestiū varietas incōstantiā animi declarat & innuit.

1. Pet. 2.

Postquam lauit pedes eorum, accepit vestimenta sua &c. Peracto passionis suæ mysterio, ablutis suo sanguine humani generis sordibus, lassus tam seruili opere, madefactus non solum sudore frontis suæ, antequàm vescatur pane suo sed pretioso sanguine suo, iterum assumit vestimenta, quæ deposuerat, ne impediretur ministeriū suū. iterum assumpsit gloriā suā, iterū

induit decorem suum, & superinduit maiestatem suā, F nihil dimittit quin assumat, quod deposuit Christus. Deposuerat gloriam vt inglorius esset in mundo, deposuit celsitudinem, diuitias suas, qui egenus pro nobis factus est; ad patrem autem ascensurus assumit maiestatem suam, & omnem ornatum suum, sed & passione totum quod dimisit, assumpsit, totum sanguinem reassumpsit quem totum effudit; Reassumpsit & corpus, vt suas secum eueheret vestes, vbi recumbit in dextera maiestatis; Reassumpsit & discipulos, quos pro eorum infidelitate in passione deposuerat. Iterum (inquit) veniam ad vos & assumam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos qui permansistis mecum in tribulationibus meis, sitis.

Sanguinē quem effudit & omnia q̄ Christus deposuit reassumpsit.

Reassumit & omnes electos Christus. Esto plerosque propter flagitia dimiserit, hos (inquam) tandem assumit, cum vocat. Venite benedicti patris mei &c. His enim in regno (tuo bone Iesu) velut vestimento vestieris, qui inseparabiliter adhærebunt. Videtur autem interdum Christus in terris sua vestimenta quasi dereliquisse. Absit tamen, vt in æternum suorum obliuiscatur; Non enim obliuiscetur misereri Deus, qui reuertitur vt reassumat; nec derelinquit Deus sanctos suos, sed in æternum conseruabuntur. Et esto, mater vteri sui infantem obliuiscatur; haud tamen Deus H nostri obliuiscetur. Absit vt destituamur in tribulationibus, cum ex his prouentum faciat nobis Deus. Petrus in naufragio sibi derelictus videbatur, quem tamen reassumit, qui operi suo porrigit dexteram.

Non deserit suos Christus electos.

Postquam lauit pedes, accepit &c. Discant saltem à Christo qui præsunt cæteris interdum vestimenta sua deponere, & deposita iterum reassumere; discant causis pauperum attendere, & inferiorum, ac infirmorum curas, ac causas personaliter, proprijsque manibus contrectare. Vestem propriæ gloriæ deponant, vt iterum reassumant; propriæ existimationis amictum ad horam saltem relinquant vt saluti inferiorum, & I subditorum zelo charitatis incumbant; lauent oppressionum sordes, rigores iustitiæ, falsasuè calumnias, quibus offenduntur orphani, ac pupilli, viduæ ac egeni, & cæteri, qui conqueruntur per Proph. Domine vim patior responde pro me. Necnon linteo innocentiæ, ac nitidissimæ iustitiæ, lachrymarū riuos abstergant ab oculis iustorum, & oppressorum. Hoc exigit suscepti muneris æquitas, & officij, ac crediti muneris integritas.

Præsidentium cura ergo subditos qualē esse oporteat.

Ezech. 28

Postquam lauit pedes accepit &c. Laicale officium peracturus laicalem præfefert personam summus ille sacerdos secundum ordinem Melchisedech, quò erudiamur nullo modo congruere laico, vel vestibus, vel instrumentis, vel munere fungi sacerdotum. Hinc K pro huiusmodi mortalium temeritate absorpti sunt viuentes in inferno inferiori Dathan & Abiron, qui thurificare ausi sunt tabernaculum. Oza occisus, qui arcam Dei tangere non est veritus, Saul pulsus est regno quod sacrificium offerre sit ausus; sed & Balthasar & regno & vita functus est in seipso diuinæ vltionis iuditium experiens, quòd vasa, quæ asportauerat e templo, quod erat in Hierusalem in cōmunem vsum laicorum conuertit, & concessit. Optimè igitur Iesus noster sua deponit vestimenta, quæ officio assumpto non conueniebant, malens postea denuò illa reassumere peracto ministerio.

Laicorum magna temeritas sacerdotum officio fungi volentiū.

Postquam lauit pedes accepit &c. Ipse qui posuit ipse est, qui accepit; Vna sola sed ad omnia se extendens inest potentia Christo, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipse hac eadem humiliat & subleuat, pauperem facit, & ditat, deducit ad inferos & reducit: habuit potestatem, tum ponendi, tum assumendi vestes suas, corpus suum, sanguinem suum, electos insuper & dilectos suos. Deposuit nos per creationem, qui eramus in ipso ante mundi constitutionē; quandoquidē quod factum est in ipso vita erat; Reassumimur per redemptionem, diuinæ naturæ consortes effecti. Ipse est qui trahit, ipse qui accipit, quia G non currentis aut volentis, sed Dei est miserentis; trahit autem non nisi volentem trahi. Accipit præparatos, cupientes dissolui & esse cum Christo.

Volentem trahi trahit dominus.

Et cū iterū recubuisset dixit eis &c. Post antiquæ legis ablutionem, post figurarum terminationem, post agni paschalis comestionem, post (inquam) pedum ablutionem, ad nouam cęnam, & nouum edulium à terreno & materiali agno, ad æterni & immaculati agni cælestis, peccata mundi tollentis conuiuium, à figuris ad realitatem transitur. Satis fuit apostolis, suas sibi lauare, & lotas abstergere manus, qua latione conuenientes assidere illi mensæ poterant, in qua materialis & significatiuus ille agnus manducari poterat; verum quid præsefert lotio pedum, antequam nouæ huic assideant cœnæ, si nihil ibi agno illo præstantius, sublimius, honorabilius? Quomodo hoc, in quod modò disponitur à Christo nihil verius, aut salubrius antiquo illo mosayco conuiuio, si in signis adhuc sunt hæretici, quomodo potius ad Synagogam antiquæ legis non spectant, quàm ad ecclesiam, & sacramenta nouæ legis? In cęna lotio pedum salutare hoc prębet documentū, maximæ inibi inesse maiestatis sacramentum. Quomodo huic sacramento Eucharistiæ tantum reuerentiæ deferretur, si sub illis panis & vini speciebus Christi corpus & sanguis non contineretur? Cui autem cibo tantam vnquā exhibuit reuerentiam, aut natio, aut cuiusuis professionis populus?

Reuerentia maxima Eucharistia sacramēto exhibenda.

Hæreticis præstantiores sunt Iudęi, nam cum vtriq; in figuris & signis adhuc versentur, Iudęi nobiliori, & accommodatiori gaudent signo & figura Christi, super Hæreticos, cum illis datum agnum paschalem non ignoremus, Christū præseferentem & significantem; Isti autem panem & vinum in signum carnis, & sanguinis Christi sibi ipsis confingunt. Rogo autem quoscunque non captos mente, quæ cum Christi carne & sanguine congruentior proportio? ea quæ est viuentis cum viuente, morientis cum moriente, carnis ad carnē, & sanguinis ad sanguinem, an ea quæ est expers tantarum conuenientiarum, panis & vini significatio?

Hæreticorum & Iudeorum agnus.

Certò igitur certius est, cum Christo maiorem conuenientiam Iudæos habuisse, quàm habeant hæretici, cum illi carnis ad carnem, sanguinis ad sanguinē, agni ad agnum & viuentis & morientis ad viuentem, & morientem proportione & signo gaudeant; quàm isti cęcitate percussi, qui solum signum in pane & vino constituunt. cum certè non nisi & remota & debilis sit proportio illa panis materialis, quem pro signo tantum suscipiunt.

Cum recubuisset iterū dixit eis &c. Sessionis Christi hoc

Solus verè dominus sedet.

hoc loco non obiter meminit Euangelista, qui de ea nō semel, sed & iterum mentionem facit; prius. n. sedisse intelligitur, cū surrexisse à cęna memoratur, qui peracto lotionis officio, iterum recubuisse insinuatur, quibus illud nobis sacramentum proponitur, quod soli Deo conuenire reperitur, solus ille sedere describitur, qui sui ipsius sola quiete perfruitur. Hunc cum se dominum vidisse propheta testatur, eundem sedentem vidisse fatetur. Vidi dominum sedentem super solium excelsum &c. & Proph. Deus sedet sup sedē sanctā suā. Nec alia ratione obticuit Euangelista noster Apostolos, simùl cum Christo recubuisse, quibus non nisi per Christum sedere concessum erat. Quid per sessionem, nisi requies & trāquillitas ac oīs immutabilitas designatur? Ad qd apertè insinuādū, statim cū sedisset inquit saluator. Vos vocatis me magister, & dn̄e & bene dicitis, sum etenim Tanquam diceret. En sedeo ego tanquam magister ille vnus, non qui in terris, vbi magistrum neminem vocare debetis, sed qui in cęlis simul ac Dominus vniuersorum, nec non dominus dominantium existo. Ille (inquam) dominus, qui visus est à prophetis sedere, qui me iamiam vilissimi serui opprobria suscepturum conspecturi estis. Nihil in vobis de mea dignitate suspicionis accedat. Ego Deus & non mutor. Totum in humanitate succedet, intacta diuinitate permanente. Propheta dicente. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Isa. 6.
Psal. 46.
Ps. 90.

Sedit itaque Christus, sed iterum à sessione surrexisse legitur, cum opus nostræ salutis passurus aggreditur. Quasi à sede descendit, qui è cęlis in terram per incarnationem aduenit, dicente Propheta. Cęlum mihi sedes est, & ideo inclinauit cęlos & descendit, quia diuinitatem, secum cum humanitate copulauit. Sedebat super Cherubin, & assumpta carne, manifestauit se coram Ephraim & tunc in terris visus est, & nobiscum conuersatus est.

Isa. 66.

Adhuc triplicem legimus creatoris sessionem, cuius & Petrus Damianus meminit: Vnam post mundi creationem, quando videlicet creator expletis sex creationis diebus, die septimo requieuit ab omni opere, quod patrarat. Alteram post ascensionem, quando ascendit in cęlum, & sedet a dextris Dei. Est & tertia, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ; cum quo sedebunt & Apostoli, ad quos ait. Sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Cum omnis requies per sessionem insinuata aliquem laborē quocunque modo denotet præcessisse, his tribus sessionibus instar hominis grauiora, & ardua operātis, Deus ipse describitur. Nempe ante primam registratam requiem, cęlos condidit, illos a prauis illis angelicis spiritibus expurgauit, temeraria illa agmina in perditionis abyssum indignatus demisit; Hominem e paradiso illo sibi in terris designato effugauit, & tunc requieuit, cum nouis remedijs legem & angelis, & hominibus promulgauit. Sed rursus velut scelerum peccantium enormitate grauatus, tactus dolore intrinsecus, quod hominem creasset, per diluuium penè, paucis exemptis totū extinxit. Subinde indignās in flagitiosos, sulfur, & ignē pluit super Sodomos; Et scelerum consortes Aegiptios submersit quasi lapidem in profundum maris. Iudeorum cadauera in desertis & montibus plerunque prostrauit. Tandem multorum scelerum sustentatione fatigatus, semel atque iterū cōquerebatur. Laboraui sustinens. Demum ad nos ipse descendens, nostræ mortalitatis carne velut caligine obtectus, salutis nostræ remedia operaturus; post perpessos labores vsque ad spiraculum vitæ, ad sedis requiem sessurus ascendit. Et tamen cum adhuc apud patrem pro nobis, aduocati vices gerat, assistens vultui eius in obsequium nostrum, velut indignantis domini irretitus flagitijs, tertia sibi superest sedes, quæ erit in iuditio, de qua dicitur. Parata sedes tua ex tunc. i. à die passionis tuæ; propter quam Deus, quoad humanitatem, exaltauit eum & dedit illi &c. A sæculo tamen tu es, qui non homo tantum, sed & Deus es.

Triplex nostri creatoris & redēptoris est sessio.

Isa. 1.
Ephe. 6.
Psal. 92.

Vna est Christi sedes tripliciter insinuata, vt per ea, quæ proponuntur, ad superna nostræ mentes dirigantur. Demum attendenda superesset tam sedentis gloria, quam sessionis excellentia. Quis autem ad illam vsque, vel mente pertingere potest, cum is qui ascendit, hoc soli patri innotescere innuat, cum inquit. Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Eò enim ascendit, & ibi consedit, quò nulla creatura pertingere vnquàm potuit, nec vsquam hoc quisquis præsumit, nisi qui tumidus, se supra se extollit. Seraphim (inquit) stabant. Stabant ait, non sedebant; nam filij Dei coram domino, inter quos & Sathan non fuit ausus sedere, sed simul assistere. Immo & Regina illa angelorum omnium, assistere describitur. Tandem (sancto attestante Daniele) omnes angeli stabant in circuitu throni, & millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei &c.

Vna est Christi sedes qui sēper ad patris dexteram sedet.
Ps. 138.
Sessionis Christi eminentia.
Psal. 44.
Dan. 7.

Eorum quis est, qui non assurgat tanto principi, & tantæ maiestati? Quotquot in cęlo existunt, omnes assistunt. Vidi (inquid Io.) turbā magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & populis stantes ante thronum. Stat Abraham stat Moyses coram domino, stat Helias, & prophetæ, & omnes iusti stant, quia fecit Dominus hominem erectum. Hoc munus est ministri, hæc serui conditio, solus ille euersus immo & peruersus spiritus omnium preuaricationum magister, mendaciorum omnium pater, dissensionum omnium origo, confidere voluit principi ac domino, o nefandam ac perpetuis cruciatibus damnandam temeritatem. Vbi omnes astant, & administrant inquit afflatus. Ascendam & sedebo in monte testamenti, quod Dei mater, ac totius cęlestis militiæ regina non audet, immo quod ipse vnigenitus Dei non præsumit, sed totum a patre suscepit, ipse inimicus pacis, & hostis veritatis ipse sedere concupiscit. Mulier illa mater filiorum Zebedei, ipso prudentior, sedere quidem postulabat in regno Christi & Dei, duos filios, haud tamen sine beneplacito Christi. Dic (inquit) vt sedeant hi duo &c. Et ille filius cui omnia dedit in manus pater, nec sedere statuit donec vocatus audiat. Sede a dextris meis, donec ponam &c. Cui pater totum hoc sedendi negotium retulit, dum respondit. Nescitis quid petatis. An super oēm cęlorum militiā vos extollitis, & super reginā vestram, ac cęlorū dominā ascendere vultis, qui omnes astāt? aut extra turbam illam sanctorū hominū vos cōstituistis, qui astant regi cęlorum & omnium? Vtinam asciti ad illud regnum recumbamus in nouissimo loco, vt dicat nobis qui nos inuitauit. Amice ascēde superius.

Apoc. 7.
Astant sancti non sedent ante Deum.
Diaboli superbia.
Math. 20
Ps. 109.

Et cum iterum recubuisset, &c. Hæc est humanæ naturæ infirmitas expostulans post defatigationem, quieté, & post lassitudiné requié, his n. velut vespere, & mane fit dies vnus, vnde exhibit homo ad opus suú, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Attendant, qui interponunt suis interdum gaudia curis, & operarijs ipsorum lassis donant requiem, nè cum Phaëtone damnentur, dum propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, suorum vindicát oppressionem. Rite igitur expectanda est ex labore requies, ex certamine solatium, ex æstu refrigerium, ex luctu gaudium, & ex tribulatione consolatio, ac ex opere præmium, &c.

Non nisi post laborem expectandú est præmiú.

Et cum iterum recubuisset dixit eis &c. Volens Christus agere quæ magistri sunt, necnon & se magistrum declarare, recumbere prius voluit, antequam doctrine & sermoni suo exordium daret. Hoc. n. docentis dignitas expostulat. Non quasi ipse sedendo, & quiescendo fiat sapientior, sed vt sedentes Apostolos, eruditiores, & rei magnitudini attentiores habeat, & efficiat, nisi. n. recumbat animus, nisi quiescat & effundentis & audientis mens, qui fieri potest, vt Dei verbum in irrequieto corde quiescat, & in fluctuante firmetur? Hinc. n. dicitur oportere eum, qui accedit ad Deum primo credere, & in fidei veritate animum solidare, nam infidelis est qui in fide perplexus, seu dubius est. Hoc fidei firmitas exigit, vt firmo tantum hæreat fundaméto, & stabili innitatur audientia menti.

Irrequietus animo verbú Dei audire nó potest.

Scitis quid fecerim vobis? Post factum ad facti considerationem inuitat, quo ab vno ad plurium cognitionem facilius ascendamus; vix. n. non nisi factorum euidétia in Dei celsitudinem pertingere possumus. Igitur per ea quæ facta sunt (intellecta tamen) Dei inuisibilia cognoscuntur, & non eius tantum sempiterna virtus & Diuinitas; verum & inestimabilis eius bonitas & humilitas. Scitis (inquit) quid fecerim vobis? Et certè si scirent, vt decet, cum Abacuch exclamarent. Consideraui opera tua Domine, & expaui. Sed quid est quod Discipulos interrogat, an sciant quid ipse fecerit, si in factis ipsius occulta non essent vlterius enucleanda mysteria? si medullam in seipsis facta non continerent? Et si intimiusad occultiora non forent inquirenda documenta.

Quomodo ad Dei cognitionem perueniam.*

Scitis (ait) quid fecerim vobis? An non intuiti fuerunt ac apertis obtutibus conspexerunt Christum eorum magistrum e mensa surrexisse, peluim accepisse, aquam in eam effudisse, linteo se præcinxisse, ac singulorum ipsorum pedes lauisse, lotosque abstersisse.

Quomodo igitur nesciebant quid fecisset illis Christus, si quod fecerat planè sciebant? Quomodo an tá cóspicuam sciant rem, interrogantur à Christo? Absit vt tá vacua Dei opera faciamus, vt sola obtutus exterioris indagine opus totum comprehendamus. Absit vt tam vacua Dei sacramenta existimemus, vt in solo exteriori consistere negotium arbitremur. Omnis igitur gloria eius ab intus, & velut nihil eius intelligant, qui quod intus exultit, non intelligunt, inquit. Scitis quid fecerim vobis? Tanquam aperte diceret: Quid vobis prodesse poterit, & si me corporeis oculis conspexeritis opus vestræ huius lotionis absoluisse, si vlterius quò res tendit non perscrutati fueritis? Si hæc scitis, beati eritis, si ea feceritis. Si autem (cum hæc scieritis) ea non

Finé cuiuscunq; inspiciédum esse.

F feceritis, infælices eritis & miserrimi.

Scitis quid fecerim vobis? Magnum, admirádum meque visum est vobis quod corporeis oculis opus conspexistis, sed longè maiora a vobis interioribus oculis restant consideranda. Scitis opus quod feci qui me lauantem vestros pedes intuiti estis; sed nec satis opus scitis, qui adhuc quid in opere contineatur non intelligitis. Ex aquis duo animalium genera me produxisse legistis; nempè & volucres & pisces. Vestros ego idem pedes mersi aquis, quasi ab illis vos educens, quos piscatores hominum futuros esse dispono in hoc mari magno vos piscatores pronuncio, quia in eodem mari iactandi

G fluctibus, immanissimisque procellis naufragia multa passuri, piscaturi estis homines, quos ad salutis portum attracturi estis; Vos insuper eduxi ex aquis, qui extersi e pedibus aquas, qui non vltra, vos, terrestria, sed cælestia animalia esse volui, quæ, à terrenis sint alienata concupiscentijs, & nullis affectibus voluptuosis in inferioribus detenta; magis autem eleuata, & sursum euecta, ita vt vestra conuersatio, & mentis eleuatio in cælis sit, ex amaris illis maritimis aquis volucres irrationales, & pisces produxi, qui tandem ablata omni amaritudine tribulationum, estis gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni estis pro nomine

Gen. 1. Ex aquis duo animalium genera producta sunt.

H meo contumeliam pati, & item pisces & volucres, non sæculi, sed ecclesiæ vos ex aquis produco, quia non ad contemplatiuam tm̃, sed & ad actiuam vitam vos adapto, quos prædicatores euangelij in vniuersum mundum pro salute gentium iam in procinctu mitto Hoc insuper scitote me adusque pedes vestros descendisse sub quibus pedibus, omnia Pater subiecit; secundum quod scriptum est. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Vt videlicet ea renouaturus ibi susciperem, & inquinamento expurgata in profectum saluandorum sublimius de cunctis velut instrumentis pro salute disponerem.

Ad contéplatiuam actiuáq; simul ordinauit Christus Apostolos. *Psal. 8.*

I *Scitis quid fecerim vobis?* Tam enim facilè beneficiorum præstitorum immemores efficimur, vt vix peracto opere obsequij præstiti, interrogandi simus, an ea vel sciamus, vel vlterius eorum memores simus: nec iniuria, cum nedum plura coniectis oculis pertranseamus in conspecta beneficia, verú & pauca quę ex multis cognoscimus, omissa facimus, & gratitudine experta derelinquimus. An vsquead fletum nostrum nó doluit ignorantiam Christus, qui dùm regiam illam sibique, aliàs dilectam Hierusalem intuitus, & ignorantiæ eius misertus, lachrymis obortis, sic eam est allocutus. Quia si cognouisses & tu. Ipsa enim facta ignara

K donorum, gratiarum & beneficiorum sibi collatorum, noluit intelligere, vt bene ageret.

Cæterùm quàm incompreh ésibilia sint iuditia eius, & inuestigabiles viæ eius, ipseq; solus librum & claudere, & aperire possit, non est aliquid temerè de Deo sentiendum, quàm quod sancta præbet ecclesia suis fidelibus credendum, nec aliter quàm ipsa decernit intelligendum. Demùm per hoc quod dicitur. Scitis quid fecerim &c. insinuatur non esse verborum expectandá prolationem, vbi factorum eius habemus explanationem. Videamus igitur, quæ alibi facta sunt, vt sciamus quæ à nobis fienda sunt.

Scitis quid fecerim vobis? His retunditur damnabilis & impudens illorum curiositas, qui factorum indagato

res

res effecti, vix in seipsis aliquid inesse prospiciunt, nec desunt, quæ in nobis aduertere debeamus, & quàm immemores simus Dei beneficiorũ. Quid enim habemus quod non acceperimus, & cum omnia in nobis nostra operatus sit dominus, ac omne donum optimum, & omne donum perfectum, sit descendens a patre luminum: nihilque quod debuit facere omisit, quin fecerit, An non iustè interrogamur an sciamus, quid fecerit nobis dominus? Quid igitur retribues domino pro omnibus quæ retribuit tibi? Vnde Augustinus. Scio domine mi, quia ex hoc quod me fecisti, debeo tibi me ipsum, & quia me redemisti, & pro me homo factus es deberem tibi, plusquàm me, si haberem, & quantò tu maior es, pro quo dedisti teipsum. Ecce nec plus habeo, nec quod habeo, dare tibi possum sine te. &c.

Damnabilis è & abhominabilis detestãdaque curiositas aliorũ semper facta perquirere, & indagare volẽtium.

Hæc est cognitio ad quam nos inuitat Christus, non cæterorum sed nostrorum factorum, & ad nos spectantium, vt attendant sibi salubriter, qui attendunt cæteris damnabiliter. Sciens igitur Christus quia nõ omnium est scientia, velut qui aliàs verba eius audientibus aure corporali monita dabat. Qui habet aures audiendi audiat: Nunc & factorum eiusdem compotes uolens efficere interrogat, an sciant, quid fecerit sibi, vt conciti interrogatione, ad aliam & eam altiorem intelligentiam erigerentur.

Quæ cognitio nobis necessaria sit.

Scitis quid fecerim vobis? Non enim suæ professionis obliuiscitur Christus, qui tam se præbet promptum ad promissa soluenda, imò qui longè plura addat promissis. Vni Apostolorum Petro, videlicet promiserat Christus, se explanaturum facti rationem, inquiens. Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Cui nedum sibi mox post facti absolutionem, sed & alijs omnibus conspicuam fecit operis rationem: quibus discant oportet, quàm culpabiles efficiantur qui, acceptis beneficijs, promissiones, etiam voto, & iuramento affirmatas, aut procrastinantes in annos protrahunt, aut obliuioni post gratiarum receptionem, tradunt. Aduersus quos est illud psalmi, in quo postquam Propheta, inquit. Vouete, mox sine interuallo subsequitur, & reddite domino Deo vestro, melius enim est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Nec est parua, aut cõtemnenda hominis spontanea promissio, qua etsi non aliorum debitor efficeretur, sui tamen ipsius debitor efficitur, qui seipsum promissione spondet, quam violare, est iuri naturæ, ac sibiipsi iniuriam inferre.

Celerimè Christus promissa persoluit.

Psal. 75. Vota & promissa soluenda. Eccles. 5.

Scitis quid fecerim vobis? Nostras hìc mentes ad intelligenda, scrutandaque factorum diuinorum occulta mysteria Saluator noster sollicitat, veluti quæ nobis reseranda in sacris litteris passim relinquat. Ne igitur illos, ad quos sermo, nosq; propter quos sermo, hæc abstrusa, quæ in mysterio aquarum peracto ad pedes illorum prætereant conniuentibus oculis, ad illa pretiosa reuocat, proponitque meditanda. Scitis (inquiens) quid fecerim vobis? Tanquam diceret. An in facto lotionis pedum vestrorum solo exteriori opere attenditis? An non vlterius, in ipso opere occulta mysteria penetratis? Nolo adeò vos rudes remanere, quos sapiẽtiores cupio efficere: ideò mentes vestras ad altiora compello, dùm sciscitor. Scitis quid fecerim vobis?

Quòd si rectè perpenditis, & ad præterita mentis aciem reuocatis: recolite quãtum distet antiquum illud aquarum diluuium à domino celitus demissum, ab ista aquarum effusione ad infima pedum meo ministerio vobis exhibitum. Olim aquæ formidabilis illius diluuij super capita descenderunt impiorum, vt illos demergerent: nunc aquę pedibus infunduntur, vt ad superiora dirigerentur, qui in terra iacebant. Aquarum ministerio antiquitùs peccatores, tum in fluminibus, tum in mari demersi leguntur; nunc per aquas viuificantur, qui morti addicti in terris inueniebantur. Descendit diluuium illud super capita iniquorum, ad deprimendam superbiam eorum, qui excusso timoris iugo, in omne flagitium præcipiti cursu prolabebantur. Infunditur nunc à Christo suorum pedibus aqua, qui humilibus suam impertitur gratiam. Super capita delinquentium, ac in voluptatibus vitam agentium illæ descenderunt aquæ, à vindicante domino, totumq; hominem impium morti condemnando.

Eleuat Christus discipulos ad altiora mysteria.

Aqua diluuij, & aqua lotionis pedum diuersimodè infunduntur.

Hoc Deus vltionum fecit, hoc iudex, & dominus in vindictam facinorum peregit. Delebo (inquit) hominem à facie terræ, quem creaui. Nunc autem longè hæc ab illis. Prius enim de sola creatione hominis mentio habetur: nunc autem postquàm Deus vltionum liberè egit, pater misericordiarum effectus, redemptionis mysterio, totus intentus ad abluendos suorum discipulorum pedes, vt ad superna conscendant, tanta benignitate conuertitur. Oportebat enim ad totum subleuandum hominem, eundemq; ad superna sublimandum, ne quid damnationis inesset his, qui sunt in Christo Iesu, ad pedes peruenire, vt totus ascenderet, qui totus redimendus erat. Propterea enim ex diluuio irati domini, imò & seueri Iudicis fugiebant perterriti, timoreq; concussi homines: nũc autem vbi mysterium agitur redemptionis, ad has aquas, vt libentiùs accedãt, inuitantur. Qui enim prius aquam nostram in Babylonia pecunia bibimus: nũc ad aquas hauriendas in Hierusalem, absque pretio vocamur. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate &c. Hæ sunt aquæ, quæ e fontibus Saluatoris hauriendæ erant. Prædicente eodem Propheta. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.

Gen. 6. Esa. 50. Cap. 12.

Quapropter solo tunc nutu vindices aquas in peccatores, apertis cataractis cęli, dimisit: nunc autem idem dominus magister effectus, non solo nutu, sed proprio etiam manuum ministerio totum negotium peregit, dùm aquas non solum disposuit: sed & ministrauit, & qui primum mysterium, vt dominus compleuit, hoc secundum redemptionis, & salutis nostræ mysterium nõ solum vt dominus: verùm & vt magister disposuit, atq; perfecit. Damnat enim impios dominus nõ volentibus, aut nolentibus impijs. Cum autem de salute tractatur, magisterium adducitur, & exemplum, quod à nobis perficiatur, præmonstratur atque iubetur: quandoquidem sine nobis concurrentibus, & cooperantibus nostra non perficitur salus. Augustino teste. Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te.

Voluntas nostra saluti nostræ cooperatur.

Qui igitur prius occidebat, qui prius impios perdebat, nunc impios iustificat, sordes abluit, & ad vitam defunctos reuocat. Quod per Prophetam prædixerat. Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo. His aquis efficitur in nobis fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Aquæ (inquam) gratiarum, aquæ baptismatis, aquæ salutaris. Aquæ salubris, nitidæ, &

Deut. 32.

dæ, & mundæ, toti uniuerso exhibitæ, & diffusæ, quo veluti diluuio abluerentur à criminibus, quicunque fonte baptismatis, eius imbribus irrorantur. De quibus dr. Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam. Oportebat enim vsque ad cacumina montiũ has aquas pertingere, quarum ministerio possent homines, vbique locorum salutem haurire, iubente domino discipulis. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos &c.

Psal. 64.

Matt. 28.

Scatent igitur vndiq; aquæ salutis, nec pertransfeunt, aut penitus dissicantur: verùm diutius donec mortales, in terra consistunt, nõ sicut diluuium illud, quod vnius anni spatio consummatum est; sed quod perpetuò pro salute hominum stabilitum est: secundum quod scriptum est. Dominus diluuium inhabitare facit, & sedebit dominus Rex in æternum. Illo priori diluuio infatuata est terra, diminutæ sunt segetes, fructus, & olera exinanita: adeò vt cogerentur mortales post diluuiũ vesci carnibus, innuente domino. Quibus antè nunquàm vsi fuerant: nec iniuria, cum ad punitioné ex vindicta demissæ fuerint illius aquæ diluuij, quę expurcatæ tàm hominum, quàm animalium cadaueribus existebant, immundæque, ac cęno commixtæ, adeoq; horribiles, vt columba illas abhorreret. Solus autem coruus ad illas se conuerteret. Neque enim aptæ erant ad potandum. Quas autem Christus suo tactu mundauit, vsquequaque salubres effecit, & columbis aptauit. Hæc igitur, & pleraque alia, sunt quæ scire debetis, vt me salutis authorem intelligatis, meaque virtute effectum, vt vbi abundauerit delictum, superabundaret, & gratia.

Psal. 28.

Diluuio illo antiquo diminuta sunt oĩa, hac vero ablutione Christi vniuersa restaurat.

Vos vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Hoc sibi velut germanum, ac singulare encomium iussit dominus reseruandum. Vos autem nolite uocari Rabbi, vnus est enim magister vester, vos autem omnes fratres estis, & patrem nolite uocare vobis super terram, vnus est enim pater vester, qui in cęlis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus, omnium hominum nullus extat aut pater, aut magister à conditore hominis; solus creator hominis pater est omnium hominum: de quo Prophe. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit te, & creauit te? Cum tamen idem dominus dicat. Interroga patrem tuum, & dicet tibi, maiores tuos, & annunciabunt tibi. Iam expertes sumus culpæ, qui patrem etiam in terris nobis vocamus, ideoque taliter in terris patrem nobis vocare prohibemur, qui superno patri, à quo omnis paternitas in cęlo, & in terra nominatur, nõ erit subordinatus, ut nihil per patrem, quem habemus in terris contrarium operemur, quod in offensam cedat eius patris, quem habemus in cœlis. Iuxta illud, quod alibi dicitur. Nisi quis reliquerit patrem &c. non est me dignus.

Matt. 23.

Deut. 32.

Ibidem.

Mat. 19.

Aut certè sicut vnus tantùm est essentialiter pater, cęteri verò per participationem, quorum virtus ab illo est mutuata, nec totum quod est hominis sua generatione producit, nihil attingens animi, solis compagibus corporis informatione membrorum suam virtutem extendens. Iisdem rationibus, aut vnum tantùm, aut etiam plures nobis inesse magistros rectè concedimus, & iubemur: Ipse solus verusq; magister existit, qui totius veritatis, & eruditionis scrutator, & pronunciator existit. Nunc autem, tunc solum habemus, cum nihil quod sit

Verus discipul⁹, nihil qđ doctori suo cõtrarium videaẽ, admittit.

F doctrinæ & scholæ contrarium admittimus. Qui autẽ erudiunt multos in ecclesia de doctrina Christi, potius nomine pedagogi sunt recensendi. Apostolo dicente. Etsi decem millia pedagogorum habeatis in Christo, non tamen plures patres. Is autem perperã sibi magisterium vendicat, qui nouam & alienam à Christo doctrinam prædicat: quos D. Iacobus redarguendo exprobrat. Nolite (inquit) plures magistri effici fratres, scientes quoniam maius iuditium sumitis.

1. Cor. 3.

Cap. 3.

Vos vocatis me, magister & domine. His duobus encomijs Apostol. & frequentiùs, & cõuenientiùs Christum appellare consueuerant, quibus duo illa præcipua
G prædicata, potentiæ videlicet, & sapientiæ profitentur, quorum altero se subditos, altero se discipulos eius confitentur. Neque enim humanitùs edocti, aut proprio iuditio ducti Christum confitebantur, aut dominum, aut magistrum tanquam caro, & sanguis hoc illis reuelauerit. Verùm patris æterni testimonio certiores effecti, quo reuelante eum, & Dei filium, & quem audire debeamus, accepimus: Et vlterius non inquit. Vos vocatis me vnum ex magistris vestris, aut vnum ex dominis, ad quos iam retulerat Christus, se talem magistrum fore, quo solo omnem veritatem addiscere debeamus. Ipse enim agnus est tenens librum, & virtutem habens ape-
H rire illum, ac omnia eius signacula soluere. Quid autem est Christum unicum magistrum confiteri, nisi Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, nec non in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi.

Christi encomia.

Hunc magistrum agnouit Petrus, dùm inquit. Ad quem ibimus domine? Verba enim vitæ habes. Agnouerant & qui retulerant, quia nunquam sic locutus est homo. Et qui in doctorum medio, tàm disertè adolescétulus disseruisset, tanquam capti animo quærebant, quomodo ille litteras sciret, cum non didicisset. Huic magistro omnis innititur veritas, cum sit ipse veritas, cui nullus alius sociandus est magister; Alium magistrum
I nolite vocare super terram. i. confingentem nouam, & à me diuersam aliamve doctrinam, cuius Christi doctrinæ nullus admittitur magister. Esto multi requirantur interpretes, expositores, explanatores, & eruditores, inter quos, qui hęc docuerit & fecerit, magnus vocandus est in regno cęlorum, qui verò tantum sic docuerit homines, minimus uocabitur in regno cœlorum.

Multi multa in scripturis edisserũt, quorum oĩum rectè explanantiũ vnus & verus magister est Christus.

Vos vocatis me Magister & Domine. Non vt illi hyppocritæ qui me Magistrum vocant, dum mihi insidiari moliuntur. Vos (inquit) me vocatis, & vocantes bene dicitis, magistrum me vocatis, bene dicitis. Tanquam dicat, esto, quisquis me magistrum & Domi-
K num dicat, bonum dicat, quia quod verũ est, in me fatetur, haud tamen bene dicit, quandoquidem qui me magistrum dicit, & à mea doctrina recedit, qui meus non efficitur discipulus, qui me verbis fatetur, factis autem negat, hic non bene dicit, quia solo verbo dicit, nec bene dicit, qui sola apparentia dicit. Hoc namque aduerbio stare iubemur iuxta verbum; vnde de Christo habente naturam humanam coniunctam semper & vnitam verbo scriptum est. Quod bene omnia fecit, & nos nihil bene facimus, nisi coniuncti verbo. Nam & qui errat cuius cor longe est à Deo, bonum quidé facit, quia Religionis actum agit, haud tamé bene, quia nõ iuxta, sed procul est à verbo. Qui ieiunat, qui eleemosinas exhibet &c. Vide igitur, vt bonum bene facias.

Eum uocare debem⁹ magistrũ cuius doctrinã profitemur, & tuemur.

Vos

Vos vocatis me: Cæteri magistri & domini sic ab hominibus vocantur, vt dum tales vocantur, tales interdum instituuntur, nec his gaudent titulis, nisi prius impositis. Hoc tantum abest à Christo vt honorem sumat ab homine; suum ipse magisterium, & dominium e cęlo secum detulit; dicente Nicodemo. Scimus quia à Deo venisti magister. Et quomodo magisterium sumeret in terra, qui non sumendum docet in terra? Nolite (inquit) magistrum vocare vobis in terra, vnus est enim magister vester, qui in cęlis est. Ergo si Christus magister est, Deus est, docens Iacob iuditia, & testimonia sua Israel. Sic igitur vos me vocatis, sicut me agnoscitis esse: & hæc vera cognitio rei intellectę, & intellectus adæquatio: Talem enim esse magistrum scitis, qui illuminat omnem hominem uenientem in húc mundum: cæteri exterius discipulorum auribus rudimenta scientiarum ministrant, solus Christus veri, & præcipui magistri rationem possidet, qui mentem irradiat, & intellectum intus illustrat. Solus ignorantiæ tenebras depellit Christus, qui et vniuersalis est omnium dominus, cui cæteri quique, qui præsident illi velut instrumenta comparantur tanquam ministri ad regem, ueluti media ad finem. Hic igitur magister, & dominus noster: de quo Proph. Dominus ipse legifer noster dominus rex noster, ipse veniet, & saluabit nos: de quo idē. Ecce testem populi dedi eum, ducem & præceptorem gentibus.

Rei intellectæ ad intellectū adęquatio vera est cognitio.

Esa. 33.

Cap. 55.

Vos vocatis me &c. Sum etenim. Congruis rationibus Christus se & magistrum, & dominum uocat: Hoc enim decuit, ut patris testimonium veritas ipsa cōfirmaret: vt in ore duorum uel trium stet omne uerbū, prius enim & se magistrum, qui erat uocauerat. Magister dicit. Vbi est diuersorium, vbi cum discipulis meis manducem? Ego etsi testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est. Sed & pater meus testimonium perhibet de me, quem vos dicitis, quia Deus uester est. Secundò, sicut Christus se lucem mundi fassus est, se resurrectionem & uitam, se uiam, & ueritatem, & alia, suam diuinitatem protestantia, nō minus congruum est, vt & se magistrum apertè, & dominum esse confiteretur. Dicite, quia dominus his opus habet, & statim dimittet eos.

Math. 21

Tertiò, vt se eum ostendat, quem in Malachia ostenderat, inquiens. Filius honorat patrem & seruus timet dominum: si igitur ego pater, ubi est honor meus? Et si ego dominus, ubi est timor meus? Quartò, ut discāt qui præsunt necessariam sibi fore ad rectè regendum sapientiam, quam & ille Salomon ad regnum euectus postulauit, & consecutus est. Naturali enim iure apti sunt regimini, qui uigent ingenio, ut docuerūt Plato, & discipuli eius. Hæc duo igitur opportunè in seipso ostendit Christus. Quorum optima dignoscitur esse connexio, ne ex defectu unius, aut ex carentia alterius crederetur aliquando commissi muneris iura non posse tueri. Quintò, quò illorum obstruatur os, qui nec dominum, nec magistrum in Christi ecclesia patiuntur. Sextò, ut nostros honores, & dignitates non semper abscondamus, sed quæ in propriam laudem laudabiliter occultamus, in Dei honorem, & proximi ædificationem nō obticeamus. Tunc enim in ore proprio laus non sordescit, cum non sibi, sed Deo laudem, & gloriam acquirit. Hinc Paulus doctorem se appellat gentium, non quasi ipse sit lux, sed ut testimonium perhibeat de luce.

Malac. 2.

Quæ in Dei aut proximi honorem redūdāt nō esse obticēda.

Vos vocatis me magister, & domine. &c. Esto dominus vniuersorum ipse sic Christus, specialiter tamen ad discipulos conuersus, se dominum confitetur. Idem qui nunquam in creatione rerum se dominum, nuncupauerat. Fecitque Deus, Dixitque Deus, viditq; Deus. Mox autem formato homine, dominum se nominauit & esse ostendit, ut se homo, cui omnia subiecerat, Deo subiectum agnosceret, cui & obtemperaret. Sed & tuc magistrum eiusdem hominis ostendit, cum illi lotionē dedit in paradiso uoluptatis. Habet autem & cathedrā, in qua requiescens edoceat, de qua dicitur. Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni uermiculus. Cathedra Christi omnium magistri ipsa crux Christi est: solent enim cathedræ, & eminentiores, & ligneæ esse: hic igitur sedens Christus, omnium virtutum se nobis præbuit magistrum, ipse est, enim qui linguas infantium facit esse disertas: Vnde Prophe. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.

2. *Reg.* 23

Chri crux est cathedra eius.

Psal. 8.

Docuit & Rhetoricam, qui nobis composuit orationem omnem complectētem petitionum necessitatem, qua ab æterno patre consequi possemus, quicquid petimus. Logicam docuit, qui fallaces detexit & propositionum veritatem aperuit: nam sophistica Phariseorum commenta propalauit, qui falsa ducti consequentia, & praua deductione, suas palliabant vsuras, odia inimicorum uota puerorum & concupiscentias ad adulteria, nec non & superstitiones, quibus dediti maximè erant Iudæi. Ostendit & nobis hęreticorum fallacias cognoscere, & detectas euitare, cum ueniunt ad nos in uestimentis ouium: sed & diaboli uersutias insinuauit, qui se in angelum lucis plerunque trāsfigurat, ut incautos decipiat, & prætextu palliati boni, ad facinus adducat. Vade (inquit) post responsiones disputationum vade sathana. Non tentabis dominum Deum tuum. Et cum interdum multi dicunt animæ meæ, Non est salus illi in Deo eius, occurrit sæpe, Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Non enim venit uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Rhetoricā logicamq; & omnes alias scientias Christus edocuit.

Veram philosophiam noster magister Christus edocuit, qui rerum causas manifestauit, principium rerum quod esset, & quis finis omnium. Ego sum alpha, & omega, principium & finis, quod nullus philosophorum scrutari potuit. Sed & ipsi nihil, ex nihilo fieri arbitrantes, rerum principiū omnino ignorabant. Theologiam autem, ueluti sponsam Christus semper professus edocuit. Quapropter qui ipsum audiebant, eum talem magistrum confitebantur, quippe qui uerax esset, & uiam Dei in ueritate doceret. Vnde interdum interrogabatur, Magister bone quid faciendo uitam æternam possidebo? Cui respondit. Si uis perfectus esse, vade & uende uniuersa quę habes, & da pauperibus & ueni, sequere me. Interdum ab aliis Præceptor, quod est mandatum magnum in lege? Ad quos inquit. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo. &c.

Christ' verus philosophus extitit.

Sacra Theologia est Chri sponsa.

Ipse tandem interpretabatur in omnibus scripturas, multa in figuris loquens incredulis. Vnde suis discipulis ait. Vobis datum est nosse misteria regni Dei cęteris autem in parabolis. Sed & ulterius, an non se medicum confitetur Christus, omnium uirtutum specimen. Non est opus (inquit) bene habētibus medico,

Verè Theolog' Christus fuit & medicus.

sed

ſed malè habentibus. Ipſe qui ſolo verbo reſtaurat vniuerſa, qui dicens tantùm verbo, ſanat omnes infirmitates tuas: Per quem cæci vident, claudi ambulāt, leproſi mundantur, mortui reſurgunt &c. Cuius virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Qualiter autem in cruce virtutum omnium ſe magiſtrum oſtenderit, non eſt pręſentis inſtituti diſſerere. Ibi enim magiſtrum in cathedra docentem, interna audiendi aure audientes, quam optimè erudimur, vt diſcamus iuſtitiæ rigorem prudétiæ honeſtatem, temperantiæ dignitatem, & fortitudinis ſublimitatem: quanta ibi fulſerit obedientia, quanta liberalitas, quanta charitas. &c.

F

Vos vocatis me magiſter, & domine, & benè dicitis, ſum etenim. Bene dicitis, quia quod iuſtum eſt dicitis. Bene dicitis, qui cum angelis cęleſtibus, canitis ſanctus, ſanctus ſanctus, Dominus Deus Sabaoth. Ex quibus illud vnum colligimus, quàm perperam vocentur magiſtri, ſeu quam falſo magiſtri titulo donentur qui reuera nequeunt offitium magiſtri peragere, qui idonei ad docendum alios non exiſtunt. Noſtri huius temporis, damnatur hìc ſocordia, & incuria, in quo ad doctoratum non admittit ſufficientia eruditionis, ſed exhibitio muneris. Cum adeò ignatos litteraturę inſigniri permittunt, vt ſine dedecore recenſeri in cathalogo doctorum nequeant. Hinc omnis iniuſta cauſa aduerſus omnem æquitatem, tuenda ſuſcipitur, vt qui leges non colunt, aut etiam ignorant iura, nihil tam iniuſtum, quod lucri cauſa non amplectantur. Aut certè, nihil tam æquum, quod non confundatur eorum confuſione, nec non quod non obſcuretur eorum cæcitate. Attendant igitur, quàm latius ſit, iuſtitiæ & veritatis prius eſſe magiſtrum, quam vocari magiſtrum. Cæterùm iam paſſim hoc Italiæ malum intulit Hiſpania, vt ferè uſque ad cerdones tranſierit dominatio, quod utinam abhorreretur, quod non benè dicitur, cohiberetur autem quod malè dicitur.

Quinā magiſtri nō ſint indigni.

Vide quā porrā & indignè, multi doctores nuncupari uelint & magiſtri, qui omnis penè ſunt litteraturę & doctrinæ, & virtutis expertes.

Si ergo, ego dominus & magiſter laui pedes veſtros, &c. vos debetis alter alterius lauare pedes. Tanquàm diceret. Si ego, quem vos & magiſtrum ſcitis, & magiſtrum dicitis. Si ego, quem uos, & dominum agnoſcitis, & dominum nuncupatis, dominatione, qua cū patre cunctis præſum creaturis & à fine uſq; ad finem, omnia attingendo diſpono, ad tam ſeruile opus exinaniui me ipſum, vt maculas, ac ſordes, nedum lotione aquæ, ſed ſanguinis effuſione abſtergerem, æquū eſt, vt vos, quos principes ſuper omnem terram conſtituo, quos legiſlatores, & magiſtros ad docendas omnes gentes in orbē mitto: vos totius dominici gregis arietes, uos boues currum Dei decem millibus multiplicem trahétes; vos architecti in ædificationem corporis Chriſti, quod eſt eccleſia, deſignati: vos ſal terræ poſiti, vos iudices ſeculi effecti, lumen mundi conſtitui non dominationis, ſed humilitatis miniſterium ſuſcipiatis, ut & pro clientibus veſtris, & fratribus veſtris animam ponatis. Hoc eſt bonum opus in epiſcopatu, quod quiſque deſiderat, qui epiſcopatum deſiderat. Hoc paſtoris munus, pro ouibus animam ſuam ponere. Audi nunc (Petre) rationē facti, & lotionis pedum Voluit Chriſtus tuos, ac cæterorum diſcipulorum pedes lauare cum tamen & dominus, & magiſter eſſet, ne dedignent ſuis fratribus pręlati, quamuis inferioribus, aut ſubditis miniſtrare, & obſequi in minimis: nunc rigando correctione, nunc abſtergendo dilectione, nunc arguendo, nunc vero obſecrando, &c. Humilis. Domini exemplar, humiliſsimo debet oſtendi ſeruo, qui enim ſuperbè peccantem redarguit, animum indignatione potius accendit.

Paſtorum & epiſcoporum offitia.

Si ergo, ego dominus & magiſter, &c. Vos (inquit) diſcipuli mei, hoc inuicem præſtare debetis, ut confiteamini alterutrum peccata veſtra, & ut hortando, docendo, corroborando, conſolando inuicem in verbis iſtis, ac circa omnes vos ipſos bonorum operum præbeatis exemplum. Sic enim & inquantū dominus, & inquantum magiſter, Chriſtus pedes ſe lauiſſe inquit ſuorum, & ſubditorum, & diſcipulorum. Hoc enim eſt utriuſq; muneris offitium Quandoquidem finis magiſtri, eſt ut diſcipulum inſtituat, & faciat ſicut ſe, & dominus ut ſeruos non difformes, ſed conformes habeat. Qui igitur ſimul eſt & magiſter & dominus, nos efficit ut conformes illi efficiamur: cùm oramus inuicem, ut ſaluemur, cùm neceſſitatibus ſanctorum communicamus, cū donamus inuicem, ſi quis aduerſus alterum querelam habemus, cùm, ſi quis infirmatur, cū illo infirmamur &c. cùm gaudemus cum gaudentibus & flemus cum flentibus, nec non cùm honore inuicem præuenimus. Vt filij ſimus & hęredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.

G

Magiſtri offitiū eſt, vt ſimilem in magiſterio diſcipulum inſtituat.

Si ergo, ego dominus, &c. & uos. &c. Attende efficaciam illationis, & conſequentiæ, & uide quàm efficacitèr deducatur, & deducta concludat, maxima emphaſi, hæc inuicem conferuntur. Si ergo ego dominus, & magiſter laui ueſtros pedes, & uos, à fortiori, debetis alterutrum lauare pedes, id eſt, nulla officia vobis pro ædificatione populi, & ad ſalutem proximi uideri debent uilia. Ego hoc uobis feci, qui tamen à uobis nunquàm lauari potero. Vos igitur, qui omnes interdum ſaltem puluere aliquo ſordeſcitis, inuicem lauate, & alter alterius onera portate. Qualem ego me exhibui uobis, qui dominus ſum, & magiſter, tales & uos uobis inuicem exhibere debetis, ſerui & diſcipuli. Non alligo uobis onera grauia & importabilia, quæ digito cōtingere nolim: ſed quod prior ego ſum operatus, hoc uobis operandum iniungo. Quod non uno digito, ſed omnibus digitis, & utraque manu non ſum dedignatus peragere miniſterium, qui tamen præſtantior ſum uobis, imò qui ſum dominus, & magiſter: uos qui pares eſtis conditione quibus ineſt una paritas, & quos tenet una neceſſitas, debetis alterutrum lauare pedes.

H

Argumēta Chri quā efficaciter cōcludāt.

I

Nihil iubeo indecorum, nihil ſuadeo turpe, nihil indignum præcipio. Quod ego iam uile egi, euacuaui omne ſcandalum, euecta ſunt infima, quæ elegi, & ſtulta quæ ſunt mundi, ita ut confundant, & ſuperent nobiliora, & ſublimiora mundi. Vlterius igitur nihil arduū uobis (licet mundo) præcipio, nihil graue impono, nihil difficile uobis iubeo. Quoties uos abiecti eritis, quoties infima loca petieritis, & quandiu humiles perſtiteritis, iam iuxta pedes aliorum conſiſtitis, facileq; ad lauandos illos, vos ipſos conuertitis. Quod ſi ſublimia elatione petitis, ſi alta conſcendere anhelatis, ſi ſuperbitis, & eleuamini, tunc ad infima deſcendere negligitis, & reſpicere cōtempta mundi non facilè poteſtis, nec cum Chriſto incumbere inferiorum neceſſitatibus.

Suauia ſūt quæ Chriſtus facienda pcipit.

K

Ad hoc ego dominus, & magiſter me coram uobis adeò demiſi, ad hoc me in oculis ueſtris exinaniui, ad hoc (inquā) taliter me abieci, ut à uobis totius ſuperbiæ ſtimulum

Cur ſe tā exinaniuerit Chriſt.

ſtimulum ſuccidérem, vt à vobis omnis ambitionis ſtimulum reſecarem, vt aſtum reprimerem totius exaltationis, & inanis gloriæ. Hinc hominum arrogantiā contundere volui, hinc deteſtandum indixi mūdi omnem faſtum. Quod igitur ego pro mea in vos charitate, Dominus & magiſter, ſum operatus, vos idem pro veſtra inuicem neceſſitate operari debetis. Et ſi præoccupatus fuerit, aliquis in aliquo delicto, ſuſcipite, & inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis: corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, patientes eſtote ad omnes. Lauate, & abſtergite, arguentes & obſecrantes in omni patientia, & doctrina. Sed & tunc inuicem lauamus, cum inuicem nobis peccata dimittimus, offenſaſque relaxamus. Sed & tunc lauas pedes condiſcipuli, cum ſi peccauerit in te frater tuus, corripis eum inter te, & ipſum ſolum, & tunc abſtergitur, cum te audierit & eum lucratus fueris.

Fraterna correctio eſt charitatis op⁹ eximium.

Tunc pedes lauamus, cum eſurienti panem noſtrum frangimus, cum egenos, vagoſq; in domum noſtrā inducimus, cum nudum operimus, & fratrum noſtrorū indigentijs ſubuenimus. Hæc eſt huius fluuij aqua irrigans, & fęcundās paradiſum, de quo dicitur. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum. Quis locus iſte uoluptatis, à quo aquæ defluunt, niſi Chriſtus, in quo cōſiſtit tota iucunditas æternæ beatitudinis, quæ aggregatio, & perfecta omnium bonorum eſt poſſeſſio? Ideo ipſe fundit aquas, à quo vt à capite, & à fonte omnis gratia profluit, & emanat, quo paradiſus ideſt eccleſia, quæ Regnum Dei dicitur, & irrigatur, & fęcundatur, cum ſublatis ſordibus, & ablutis peccatorum maculis, fructus facimus dignos pœnitentiæ, & fructus producimus honoris, & honeſtatis.

Gen. 2. Aquę paradiſi.

Attende Chriſti ſollicitudinem, circa emundationem pedum. Quid Chrō cum pedibus? Nūquid ipſi cura eſt de pedibus? eſt profecto, ſicut & de bobus, dum horū prouidētia ad aliorū ſalutem pducit. Quod ſi de pedib⁹ hoīum tantā lotionis curā ſuſcepit: quid de nobiliorib⁹ alijs mēbris hominis? An nō nobiliora ſunt cætera, tàm exteriora q̄ interiora hominis mēbra? Diſce igitur quàm horreat, quamque deteſtetur Chriſtus, quæ fœda & peccatis immunda præſtantiora ſunt cætera membra. Quid de corde veneno maculato odij? Quid de lingua blaſphemijs & conuitijs deturpata? quid & de cæteris?

Si ergo, ego dominus &c. et vos. &c. Quæ ex labe peccati introducta erat inter homines ſeruitus, hęc à Chriſto ſuſcipitur. Erat quidem, cum in crepundijs uerſaretur, ſubditus illis, cum quibus ingenuus verſabatur parentibus, ſed minimè tamen, vt dominis ſeruus, magis autem vt obediens filius, quæ ſeruitus non ex peccati pœna, ſed lege naturæ prodibat. Hanc autem ultrò ſtatuit ſubire, qui peccati communes pœnas & ſubire, & amplecti decreuit. Prius enim homo libertate naturali dotatus, nulli, niſi ſoli Deo, & Creatori ſubdebatur, omnibus animalibus, & iumentis dominabatur. Ne igitur dedignetur vlterius homo homini ſeruitutis obſequia præſtare, Chriſtus Deus, & homo his rudioribus talia, qualia nuſquam aliàs audiuimus, ſeruitutis munera exhibere cogitauit. Nam nec fratribus ſuis Ioſeph ille mitiſſimus proprijs manibus lauit pedes, magis autem lauari illos præcepit. Imò nec Abrahamum angelis lauiſſe pedes agnouimus, qui cum talia locutum tantummodo legimus, ſi inueni gratiam in oculis tuis,

Peccatum in orbē terrarum ſeruitutē induxit.

Gen. 18.

A ne tranſeas ſeruum tuum, ſed afferam pauxillum aquę, & lauentur pedes veſtri. Idem & duobus angelis Loth. Quibus Chriſti manſuetudinem facilè declaramus. Obſequentiſſimus autem Saluator obſequētiſſimos, & ipſos ſuos angelos facit hominibus. Apoſtolo dicente. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſteriū miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis. Sed & ipſa Virgo Mater, cum primum fęcunda fuit Chriſto, exurgens abijt in montana cum feſtinatione, vt obſequeretur, ac perſonaliter inſeruiret prægnanti vetulæ Eliſabeth.

Gen. 19. Obſequentiſſimos omnes vult Chriſt⁹ & amat. Hebr. 1. Luc. 1.

B *Si ergo, ego dominus & magiſter. &c. & vos debetis. &c.* Sed quomodo ita, & nos lauare iubemur. ſicut lauit ipſe, cum dicat ſe diſcipulis, & ſeruis pedes lauiſſe, nobis autem non dicat, & vos veſtris diſcipulis, veſtriſque ſeruis lauare pedes debetis? An vel in hoc potioris conditionis erimus, quàm fuerit Chriſtus dominus, & magiſter? Abſint hæc ab imbecillitate hominū. Sed qui principum gentium dominium abhominatur, qui tale dominium præſcindere ab eccleſia ſatagit, vt non ſic inter nos ſit, ſed tale exiſtat, vt qui maior noſtrū eſt authoritate, minor efficiatur humilitate, ideo velut abhorrens obticuit, & quaſi nullum ſit abſolutum do-C minium, ſed ſic data ſint dominia in beneficentiam ſubditorum, quò rectè apud ſingulos res agantur, quò ius æquitatis æqualiter diſpenſetur, quò à diuite pauper nō opprimatur, & leges, ac ordines iuxta merita conſeruentur. Vtque ſit qui poſſit, & terrere impios, & cohibere improbos, facinoroſoſq; punire, virtute vero præditos, & benemeritos extollere, & honorare. &c.

Prælatorū & præſidētium omniū, quod ſit officiū.

Ideo dati ſunt nobis, & Iudices, & Præpoſiti quibus obtemperemus, etiam diſcolis, vt docet Petrus. Qui autem bene præſunt, nec ſunt diſcoli, non vno tantum, ſed duplici honore digni cenſentur. Quid igitur elato ſupercilio intumeſcitis, qui nō veſtro, ſed dominico gre-D gi præeſtis? An in deſtructionem, & non magis in ædificationem, authoritatem habuiſtis à vero, vnicoq; domino omnium noſtrum magiſtro? Hoc dominium, noſtra proteruia popoſcit, & in pęnam peccati tale nobis impoſitum eſt onus, vt ſaltem timore coerceamur. Vnde Propheta. Poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro. Impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Tale tamen omnium eſt dominium inter nos, vt & domini nobis in multis inſeruire, & multa pro nobis agere, plurimoſq; labores, pro ſubditis ſint ſuo iure paſſuri, & peracturi. Ideo conſerui ſumus, & (vt D. inquit Chryſoſtomus) ſola nominis ineſt differentia domini, & ſerui inter nos, E re ipſa in Chriſto differunt, quia ipſe verus, vnuſq; eſt dominus, & magiſter: in nobis verò tantùm verbotenus diſcrepāt. Ipſe natura dominus eſt; nos natura ſerui ſumus; ſaltem autem debuiſſet inferre Chriſtus, ſi ego dominus & magiſter &c. quantò magis vos ſerui, & diſcipuli potiora facere debetis? Sed hæc inferenda mentibus hominum reliquit. Aliorum maluit imbecillitatem obtiecere, quo nos quanta proſequatur obſeruantia non ignoremus.

1. Pet. 2.

Pſal. 65.

Verùm contra, nos tanta arrogantia extollimur, & tanta elatione ferimur: Adeò in magnis ambulamus, & in mirabilibus ſuper nos, vt potior ſit cura iumētorum, canum, & accipitrū, quàm conſeruorū nſorum. Vtinā & alimentis non minus indigerent, quibus nec debita ſoluere patimur, nec mercedis retributionē, īpertimur.

Hominū ſuperbia, & arrogātia.

Si ergo

Si ergo ego dominus & magister. &c. Vnus aderat inter discipulos, cuius pedes dum lauit Christus, efficaciori emphasi nos concludere, & coarctare potuisset. Lauerat proditoris pedes, & proditoris in præparatione, & procinctu proditionis existentis Hoc exprimere aduersum nostram socordiam iure ipso potuisset. Sed ne totum hoc negotium ad Iudam conuertissent cęteri, sibi verò ipsis melius de facto consulerent, communi glutino, voce vna composuit, quod nostris distinguendum consiliis reliquit. Erat hic sacrilegus, cuius pedes lauit Christus. Quid vlterius conquerimur de cōseruo? Cur de maledico contristamur? Erat fur, & sanguinis mercator, actu hæc in dominum suum, & nostrum moliebatur: nulla emendationis species, nec criminis excusatio, sola peruersitas, sola adest obstinationis proteruia, cuius pedes accessit amplexurus Christus, loturus illos, & ablututus.

Lauit Christus & Iudæ proditoris pedes.

Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Vide quāti æstimauit nos diuina bonitas, vt conformes simus imaginis filij eius. Natura enim æmulatores sumus. Nam & angelus ille, esto (supremus,) diuinæ tamē factus est æmulator celsitudinis, vsq; ad rapinā arbitratus est esse æqualem Deo. Quod si non rapinam, & proprijs meritis talia de se ipso sensisset, nec sua elatione inflatus in tam magnis ambulasset, & mirabilibus super se, ex gratia consecutus fuisset, quod ex temeritate rapere volens, amisit. Qui enim confirmati sunt in gratia, hi similes sunt Deo, & viciniores ei. Huic autem desiderio nostro occurrere volens dominus, nobis ipse effectus est similis, vt nos illi similes efficeremur. Iam enim præscripta est forma in verbis Saluatoris.

Luciferi superbia.

Exemplum dedi vobis. &c. Oportet enim exemplum ab exemplari desumi, vt non sit sumendum, nisi ab exemplari, cum hæc relatiuè dicantur. Vnum autem exemplar Moysi in mōte est ostensum, secundum quod omnia facere iussus fuit. Et facies omnia secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte. Nam cum in mōte Syna Moyses, tam familiariter, cum Deo loqueretur facie ad faciem, sicut loqui solet amicus ad amicum, cęlestium archanorum adeò eum consortē fecit, vt totius cęlestis hierarchiæ exemplar ei ostendisse dicatur, iuxta quorum ordines & rationes distingueret in inferioribus, ac in ecclesia militante, iuxta quæ uiderat, & intuitus fuerat in ecclesia triumphante. Oportet enim inferiora, ita referri ad superiora, vt toto, quo possunt conatu illis morem gerere, & assimilari conentur, nec non imperfectum omne, eo quo potest nisu tendat ad perfectius in genere illo.

Exod. 25. Exemplū & exēplar relatiuè dicuntur.

Moysi igitur in umbratica adhuc, & imperfecta lege existenti, angelorum, & cęlestium spirituum ordines ostenduntur: quomodo Deo obediant, assistant, ministeria agant, quomodo Deum colant, laudent, adorent; quomodo Deum supra seipsos diligant: quomodo inuicem conuertentur, & charitate vinciantur, & tandem quomodo nobis præsint, nostrisque profectibus studeant, & huiusmodi cætera in quibus à nobis, sunt imitandi, iuxta quorum rationē (teste eruditissimo ac theologorum omnium præceptore magistro sententiarum) Moyses ordinauit legem, & ceremonias illas legales, & vt iam euacuetur quod ex parte est, adueniente quod perfectum est, quò lex illa data per angelos, & ad normam angelorum existens effigiata, quam nobis nouam attulit dominus angelorum, tantò melior angelis effectus, quantò excellentius, præ illis nomen hęreditauit. Nouum nobis, longeq; perfectius exemplar constituit, & quidem non alium, sed seipsum nobis in exemplar præbuit. Propter quod inquit.

Cęlestium spirituum ordines a Moyse visi fuerunt.

Magist. Senten. in epistol. ad Hebr. 8.

Exemplum dedi uobis. &c. Vnum tantum est omnium germanum exemplar (vt Augustini, & cæterorū doctorum (quos mystica magis oblectant) archana fert sententia) Christus Iesus Dominus noster: hoc Moysi ostensum est ab ipso domino in monte, cum eum, & incarnationis mysterij, & omnium operum Christi compotem fecerit. Quo & sacrificia, & holocaustomata, & ritus vestimentorum, & cæterarum cęremoniarū ad vnguem expositarum, totius vitæ Christi, & passionis, ac redemptionis formam typicis significationibus aperirent: quę cum desumpta fuerint, pro futuro tunc Saluatore, vlterius non erant duratura post aduentum eius. Qui euidentiori, ac aperto, depulsis figuris, & vmbraculis effugatis fastigio, se nobis in magistrum, & in agendis omnibus normam exhiberet. Vnde suo iam instante abscessu protestatur, & inquit.

Exemplar Moysi præmonstratū in monte.

Exemplum enim dedi vobis. &c. Hæc nos igitur Christi verba grauitèr vrgent, acritèr enim, & nostrum torporem arguunt, & ignauiam nostram condemnant: quales namq;, & quibus similes simus facilè, hæc Christi verba aperient. Hac nos Christi pragmatica apertè dignoscimus, tàm quales non simus, quàm quales esse debeamus. Qui enim adhuc superbimus, an nō à Christi exemplo recedimus? Dum nondum ab eo didicimus quia mitis est & humilis corde? Qui adhuc maledicimus, nec sustinemus, an non ab eo recedimus? Qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur: Qui nostram gloriam quærimus, quomodo similes illius sumus, qui suam gloriam (vt supra inquit.) non quærebat? Qui mendaces sumus, nonnè dissimiles illius sumus, qui verax est, & viam Dei in veritate docet? Cap. 8.

Tandem qui peccamus, hinc atque inde à recto diuertimus, multùm ab illius exēplo recedimus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Nihil in Christo superbiæ, in exemplari nihil nō rectum, non iustum, non pium, non sanctum, quia nec in ipso, nec in his quæ in Christo sunt, aliquid damnationis existit. Ipse omnium uirtutum exemplar ipse est totius ecclesiæ specimen, non omnium, sed eorum, qui scholas & discipulatum eius profitentur, quibus & dicitur.

Christ° est omniū virtutum exēplar.

Exemplum enim dedi uobis. &c. Vobis (inquam) qui me magistrum dicitis, qui meis sermonibus, & doctrinę fiditis, & discipuli estis. Vos qui æternę vitæ uerborum degustatores estis assidui. Quandoquidem vobis me exēplar præbeo, & humilitatis, obediētiæ & sanctitatis specimen, & exempla præmonstro. Non aliorum hoc, sed uestrum est munus, qui mei discipuli estis, quo carent qui procul a meo discipulatu abscedunt. Absit enim vt iustus, aut sanctus, aut humilis, aut virtutis perfectæ possessor existat, qui numero discipulorum meorum, nō sit ascriptus. Contunditur ibi hæreticorum insania, seculique uafritia propulsatur, qui dùm Christi exemplar respuunt, à suo sese discipulatu excludunt, dùm solum Christum castum, ieiunum, obedientem, orantem, humilem, patientē suscipiunt, ab eius discipulatu se statim abdicant

Hereticorum insania demōstratur.

abdicant, & nouas scholas, imò sectas mendaciorum effingunt. Sed absit à Christo, vt segnes discipulos habere patiatur, quorum exemplo nostræ vitæ & mortalitatis progressum, iubendo construxit.

Exemplum (inquit) dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Non est hoc cōsilium, sed præceptum. Nulla ibi conditionalis, sed absoluta locutio, & ideo nulla illis suffragatur excusatio. Hoc enim præceptū, & pceptum est, & affirmatiuum, obligās iuxta rationes temporis, siue oportunitatis ad ea oīa obeunda, quæ ipse nostris obtutibus imitanda reliquit. Hinc totius ecclesię vertex, ouiumq; Chri Pastor huius non immemor pcepti inquit. Chrs passus est vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Qūo verò excludantur qui non imitantur, doctor gentium aperuit, dùm inquit. Si cōpatimur, & conregnabimus. Ergo à contrario sensu irrefragabiliter demonstrat. Si nō cōpatimur, nec conregnabimus Et hęc est crux illa humeris nostris suscipienda, cuius meminit idem Saluator. Qui vult venire post me, abneget semetipsū, & tollat crucē suā & sequat me.

1. Pet. 2.

Mat. 16.

Exemplum dedi vobis. &c. Non satis mihi, quia nec satis vobis alta sapientibus, & ad sublimia anhelantibus quod pstando dixi. Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Sed corā vobis adeò me deijcio, incuruo, & descēdo, ut in star paruuli, minimus omnium vestrum videar: ut exemplum prębeam operis pscripti, dicti sermonis: ita vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis. Olim Iudaicus ille populus intumuit, & insultauit aduersus Moysen ob aquæ defectum, & exacerbauerunt spiritum eius ad aquas cōtradictionis, & uexatus est Moyses propter eos. Quid aūt per aquas cōtradictionis, nisi doctrinas erroris omniū hęreticorū ab ecclesia emergentium ītelligimus? Istæ sunt aquæ, quibus submerguntur oīum uiuētium spiritus, his tn̄ exceptis, qui in archa. i. in ecclesia, inclusi fuerint, in qua saluātur quicunq; saluantur. Hoc tn̄ abest vt subrui, aut submergi possit doctrinis hæreticorum ecclesia, quæ eò magis subleuat, & extollit, quò vndis vndiq; ac turbinibus hęreticorum procellis ve persecutorum molestatur. Habet Chrs aquas, sed in pelui, & ad mēsuram, quiescentes, & inclusas. Habet doctrinam sanā, firmam, captui facillimam, limitatam, & terminis fidei inclusam. In qua non inuicē dissentiunt, qui in ecclesia consistunt, & discipulatum Chri profitentur. Vbi.n. vna est fides, ibi unum dicimus omnes. Illi. i. hæretici suis dogmatib' intumescūt, & velut vento suarum adinuentionum inflati, se super scientiam Dei extollunt, nec limites, in quibus cōtineantur habent. Chri discipuli aquam in pelui iuxta Christi mensurā exhibitā suscipiunt, non alta sapientes, sed unanimiter, simul in vno consentientes. Nec sapiunt plusquàm oporteat sapere, sed ad sobrietatem, captiuantes eorum captum intellectuum in obsequium Christi. Ne dum se fieri sapientes credunt, stulti efficiantur.

Hęreticorum turbinibus, & molestijs eleuaē, & extollitūr ma ter nostra ecclesia.

Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Ne causaretur aliquis, satis sibi esse arbitrans, idem qd fecit Chrs efficere, consultò non inquit. Vt quod ego feci faciatis, sed vt quemadmodū ego feci vobis ita & vos faciatis Neq; sat esset ieiunanti qui facit quod fecit & Christus, si ut uideretur ab hoībus, ieiunaret, si faciem suā extenuaret, quandoquidem hippocritarum hoc est ieiunium, minimè tn̄ quemadmodum ieiunauit Christus. Nec qui orat in plateis, & pauperibus subuenit, vt sciat sinistra quid faciat dextera eius. Nihil

Ad solam Dei gloriā proximiq; salutē, bona quę agimus operari debemus.

A ad ostentationē operatus est Chrs, nihil ad aurā popularē, nihil ad fastū seu cōmodū pprium: solā Patris æterni laudē, solā Dei gloriā, & proximi salutē cōplexus, totū operabat Chrs sola charitate ductus, oīa absoluebat opera. Hac semp vrgente, totius redēptionis, & vitæ suæ cursū peregit. Nihil velut absq; ipsa Chro simile, aut nro cōparandum exēplari. Nihil oīno psectum. Audi apostolū aptè pstantem. Si linguis hoīum loquar, & angelorū, charitatem aūt non habeā, factus sum uelut ęs sonās, aut cymbalum tinniens. Et si habuero pphetiā, & nouerim mysteria oīa, & oēm scientiā. et si habuero omnē fidem

Charitas.

1. Cor. 13

B (qd pstantius est) ita vt & montes transferā: charitatē aūt non habuero, nihil sum. Et si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Hoc aūt aduertant hęretici, q charitatis expertes, oīa q̄cunq; se pati gloriant, frustra patiūtur. Sic. n. ille phariseus carens charitate, elatus aūt sui ipsius æstimatione et qd bis in sabbato ieiunasset, dimidiū bonorū suorū pauperibus erogasset, & fraudato quadruplū redderet, minimè iustificat' exiuit. Ita, esto, qd hæretici diabolica obstinatione in ignē cōiecti, sibi ipsis suadeant mortem obire

Hæretici charitatis expertes.

C p Chro, & aureolā martyrij adipisci; longè tn̄ absunt ab exēplari nro, pcul (inquā) sunt à pscripta forma, faciētes qd fecit, nō quēadmodū fecit Chrs Non. n. pęna, sed rō pœnæ (August. teste) martyrē facit. Sed qūo ex charitate moriunt, qui p sustinenda falsitate se trucidari patiunt? Quę pietas, q̄ religio, q̄ deuotio, q̄ (inquā) charitas fulget in exposito ad aculeos hæretico? An vt Chrs, vt Stephanus, vt Andreas, vt Cęcilia, & cęteri, q charitate cōpulsi, aliorū salutis memores, suorū cruciatuū immemores, Deū p tortorib' sunt pcati? An nō aptis vocib', eiulatib' rictib' sæpè cōspeximus, nō aliter quā desperatos diē clausisse, & morti succubuisse? Hi sunt, nō Chri, sed diabo-

Non pęna sed pœnæ ratio martyrē facit.

Hęretici p eorū perti naci opini one moriē tes in tormētis diaboli martyres fiunt

D li martyres, q nō pro tuenda veritate, aut imitāda charitate; eorū p impugnanda veritate, & extinguenda charitate mori disponunt. De quib' Ioannes ait. Ascenderunt sup latitudinē terræ, & circuierunt castra sanctorū, & descendit ignis à Deo de cęlo, qui deuorauit eos & diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi bestia, & pseudopropherę cruciabuntur die ac nocte in sęcula sæculorum.

Apoc. 20

In hoc solum à paganis differunt hęretici, quod illi è cęlo nunquā decidere dnr, ad qd nunquā ascenderunt; hæretici verò è cęlo demissi dicunt, qui ab ecclesia corruerunt, diabolo similiores, qui cecidit, & corruit a gau-

In quo differāt a paganis hæretici.

E dijs paradisi in cruciatus abyssi; & vterq; cecidisse in meridie dicitur. Qui in aperta, & omnibus conspicua luce veritatis, à veritate, in qua non steterunt, ciderunt. Et sicut nihil interest diaboli, dummodo ecclesia perturbetur, & deuastetur, ita nihil sibi, an in istā, aut illam hęresim corruant hæretici, dummodo quis erret, nihil ipsius interest, an hoc uel illo errore. Vnde Apostolus. Oportet (inquit) hæreses esse, non hæresim; cum nesciat colligere diabolus, tantùm autem nouerit dispergere. Qui enim omnes hæreticos suos esse nouit, nihil ad ipsum, an Caluinistę, an Lutherani, an Vgonoti, aut Anabaptistæ &c. Propter quod nō solum in sectas diuisi, sed sibi ipsis inconstantes sunt hæretici.

Exemplum dedi uobis, ut quemadmodū ego feci uobis, ita & uos faciatis. Hanc lotionem pedum discipulorū aliò tendere superius audiuimus, quā Petrus, ac cæteri

solius rei externæ spectatores intelligerent; cũ dixit dñs. Vos mundi estis. sed non oẽs, sciebat. n. quisnam esset q traderet eũ, propterea dixit, sed non estis mundi omnes. Apertè insinuauit eam non externã, sed internam emundationem præferre. Quid. n. pauperes hoĩes elegisset, & viles in discipulos, si exteriùs mũdos habere tñ secũ uoluisset? Qui fieri posset, ut expers efficeret partis cum Chr̃o Petrus, si materialium pedum sordes ablui nõ cõsensisset? Sed qui baptizati & prius lauacro regenerationis emũdati erant, adhuc alio pctõrum lauacro indigere oñdũtur. i. alio sacro, in quo peccata post illã toti⁹ culpę, & pęnæ remissionem cõmissa abluerentur. Huius aũt ablutionis hic typũ præbuisse Saluator ostendit, dũ inqt.

Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum. &c. Non inquit, quod ego feci, quod ad rem spectat exteriorem, sed quemadmodum. i. queadmodum ego & peccata, & reliquias peccatorum abstersi, ita & uos faciatis. i. remittatis pctõrum sordes in pęnitentiæ sacro. Vnde cum Chr̃s ipse seipso immediatè peccata discipulorũ dimiserit, inquit. Quemadmodum ego feci vobis. Nec ẽt dixit, alijs, sed consultò vtrunq; obticuit. Quod & ipsi sibi ipsis inuicem, & alijs, ẽt dimittere peccata iubentur. Oportuit autem, & hoc confessionis sacramentalis mysterium in euangelicę legis exordio, & institui, & intimari populo. Vnde Ioann. Bapt. legit' quod tanquam pedagogus ad Chr̃m & precursoris officium, non in baptismate solum, sed & in sacro confessionis populos ad se confluentes direxerit. Egrediebat' ad eum omnis Iudææ regio, & Hierosolimitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo, confitentes peccata sua. Cum aũt lotio pedũ affectionis maculas designet, vt supra est dictum, apertè & cõtra quosdam hereticos, habemus, nõ exteriora, sed & interiora in affectu latentia oportere confiteri. Sed quõ non oĩno occulta cum ipsa confessio suo iure sit occulta? Quõ nõ occulta, cum peccata, & peccati macula in aĩa, & in uoluntate consistat? Et ideo in actis Apost. manifestè habetur quatenus, qui curiosi fuerant post pctõrum suorum confessionem factam, apostolis detulerunt libris superstitiosis lectionibus consperfos, & cõbusserunt eos. Si. n. Christus tanta sollicitudine, ac pietatis astu ad pedes mortalium abstergendos, à terrenis maculis se cõuertit; quantò magis edocemur, vnoq; hoc, ac singulari exemplo admonemur, nobiliorum membrorũ maculas, manuum & linguę, oculorum, imò, & mentium, & cordiũ abstergendas fore, q̃ passim contrahunt', quod inde auspicamur, p illud quod alibi dr̃. Quę exeũt ab hoĩe hæc sunt, quæ coinquinãt hoĩem, blasphemiæ adulteria, furta &c. Hinc Chr̃s q excellẽtiorem baptismũ institutur⁹ erat, quo peccata, virtute Spiritus sancti abolenda erant. Pręconem suum retulisse uoluit. Ego baptizo uos aqua. medius aũt uestrum stetit, q baptizabit aqua, & Spũ sancto. Adeo itaq; necessariũ fuit, vt Chr̃s Spiritũ sanctum tribueret, quo apostoli possent in absolutione cõfessorũ delictorum culpas remittere, & a reatibus peccatores emundare. Vnde expressè hęc Chr̃s concessit apostolis eundem Spm̃ sanctum, quo possent peccata remittere, vel ẽt non absoluere. Accipite Spm̃ sanctum. Quorũ remiseritis peccata, remissa sunt, & quorum retinueritis retenta sunt. Et eę sunt claues Petro promissæ, cui delegata ministerij cõmissio, & ecclesię, non psonæ cõcessæ, ita vt nequeat Petrus, vel successor eius à cõfessione sacrali quenq̃ eximere, nec seipsum subtrahere. dicente Dño. Quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis; non

Confessio sacramẽtalis instituta diuinit⁹

Mar. 1.

Act. 19.

Libri combusti ab Apostolis.

Matt. 15.

F alijs solum, nõ uobis solum, sed & alijs, & uobis. Cuius institutionis reserator Iacobus apostolus hortabatur inquiens. Confitemini alterutrũ peccata uestra. Vlterius aũt & decuit & oportuit Chr̃m hoc confessionis sacr̃m instituisse, ueluti qui nõ uenerat soluere legem, sed adimplere. Quid est adimplere, nisi ad perfectum reducere, nõ abolere? Cum igit' post habitam circuncisionem, qua pct̃m originale remittebatur, concessum fuerit populo, ut peccatorum remissionem (ex opere tamen operante, nõ ex opere operato) obtineret medio sacerdote, & præscripta erant aĩalia, & sacrificia, quibus sacerdos ĩ cognitionem peccati deueniebat, qũo hę figuræ, & ij

G nitus in meliores, & excellẽtiores conuersi erunt, nisi adsit vna confessio, et qua ex opere operante, ac ex operato posset peccator absolui? Alioqn qũo nõ soluta erit lex, cuius vnum iota, aut unus apex non præterijt, donec oĩa fiant? Erat & hoc sacr̃m in lege illa & figuratum, & cõtentum, ut sacerdotib⁹ confiteri cogerent', non an secreto, & auricularum, sed quasi publico, & manifesto protextu, ponente sacerdote manum sup hostiam oblatã ad expiandum pct̃ũ. Sed & vlterius Deus, se vltorem peccatorum protestat', donec illa confiterent'. in tota lege veteri Deus, vltionum Deus dicebat', donec adueniente sacr̃o cõfessionis, remissis per eã peccatis confitentium,

H virtute sanguinis Chr̃i emundantis cõscientias nr̃as ab operibus mortuis pacificaret', & reconciliaretur nobis. Peribitis (inquit) inter gentes, & hostilis vos terra consumet. Quod si de ijs aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, ĩ terra inimicorũ suorum, & pp peccata sua affligent', donec confiteant' pcã sua, & maiorum suorum, qbus pũaricati sunt in me. Vnde ex populo illo Iudeorũ, nemo reconciliatus est Deo suo, nisi q assumpta fide, confessionis sacr̃m pro expiatione cõmissorum facinorũ adepti sunt. Insup qd in vmbratica illa lege, quã illustrare, & adiplere venisse dr̃ Chr̃s, tã mysteriosa illa leprę discussio facienda p sacerdotes, nisi uelut illa mate

I rialis lotio, expurgatioq; externarum sordium pedũ, p quã Chr̃s vt antiquę legis terminator, nouę verò, & spiritualioris, ac dignioris institutor, ad lõgè nobis pficuã, & saluti nr̃æ necessariã emundationẽ ptraheret, & inuitaret? Hoc tñ abest, vt lr̃ę soli insistam⁹ q̃ occidẽdi virtutẽ habet. Igit' in lepra q̃renda est alia lepra, ut in lumine illo uideamus lumẽ, & a materiali transeam⁹ ad spũale, ab imperfecto ad perfectum, & ab exteriori superficie ad interiorem rerum substantiam; tandem à figuris ad figurata, ac ab umbrarum inuolucris ad ueri solis radios.

Ad sacerdotes itaque leuiticos tenebantur se leprosi illi præsentare, velut ad designatos suarum leprarũ Iudices, quibus iussum erat, vt seriosius considerata conditione lepræ, & oculatiùs perspectis proprietatibus, ac

K circunstantijs, de ea iudicarent, & sententiam ferrent. Hæc enim seriosiùs exprimuntur, quid & quænã Deus sanxerit, & lege obfirmauerit de figuratiua illa lepra. Quæ lex non potest dici, vel censeri extincta, sed ad perfectiorem statum redacta. Quia leuiticum sacerdotium non dicitur ablatum, sed translatum. Et ut sciamus in speciali huius tanti momenti mysterium non terminatum p Chr̃m ablatum. Cum ipsi occurrerent illi leprosi, de quibus dr̃. Postq̃ se Messiam sua pdicatione, & miraculorũ patratione ostenderat. multis vsus argumentis, remisit eosdẽ ad sacerdotes. Ite ostẽdite vos sacerdotib⁹. Et qa ad melius sacerdotium illos remittere itelligeret', factum est, vt dũ irent, mundati essent. Hos igit' misit, sed

Nullus exemptus à confessione sacramẽtali.

Leuit. 26

Leuit. 13.

Non ablatũ sed translatum dicitur leuiticũ sacerdotium.

Math. 8. & Luc. 5.

sed ad quos non misit, accedere non pmisit, & ab illo le uitico, ac legali sacerdotio, reuocās ad aliud excellenti⁹ misisse lepra peccatorum contaminatos significauit, de qua lepra ptinet iudicare ad euangelicos sacerdotes. Vt sicut qui per illos leuiticos adiudicabantur an digni, vel non digni in castris manere, vel extra castra secundum qualitatem inhærentis lepræ, quam considerare iubebantur, iuxta rationem loci, tumoris, coloris, & qualitatis, sic peccatores, ad euangelicos sacerdotes accedunt adiudicandi: non exponētes in communi lepram peccatorū, sed singillatim, & loca, & qualitates, & circūstantias variantes speciem, ꝓpria confessione ostensuri.

Prudētes & cautos, doctosq; oportet esse confessarios.

Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis &c. Qui vos & laui, & abstersi ab omni inquinamento peccati, ita & vos (vobis scilicet, & alijs) faciatis. Hinc nunquam talis per ecclesiam, vel per apostolos inoleuit lotionis externæ pedum ritus, aut mos, qui optimè, ac apprimè Christi præceptum intellexerunt, ad peccatorum lotionem per sacerdotes faciendam & obseruandam volui præcepto. Hinc cautum est, ex omnibus malè habentibus, & omnis generis ægritudinis detentis, neminem ad sacerdotes Christum misisse, nisi solos leprosos, qui peccatorum typum & formam præ se ferebant. Vnde cum de eorum incolumitate adepta loqueretur Christus, nō esse eos sanatos dixit, sed mundatos. Nonne decem mundati sunt? Vt illius, & istius emundationis parem formam intelligas. Vos (inquit) mundi estis, sed non omnes. Qui mundus est non indiget nisi &c. Quandoquidem sicut per lepram nullum membrum, vt putridum resecandum est, tantùm autem emundandum a sorde, & contagione, quod in se naturaliter sanum & ualidum est, ita per peccatum, naturalia non auferuntur, deturpantur autem & fœdantur, donec per remotionem turgescentiū cicatricum, sacerdotali absolutione emundentur.

Tribus autem de causis, quos misit ad sacerdotes, nō permisit vsque ad illos peruenire. Primò quia erant sacerdotes leuitici, à quibus auferebatur iuditium prius illis concessum, & recenter alijs sacerdotibus commissum. Secundò, vt illud sciamus, animi promptitudinem & obedientiam, vel (vt theologi dicunt) sacramentum in voto, plerunque facere satis, ad illud properanti. Sicut sacrificium Abrahæ, nihilominus gratum extitit Deo, quā si dilectum sacrificasset filium. Tertiò aūt, ut q ad sacerdotes accedūt, qui prius verè cōtriti existunt, apud Deum, iam in foro interiori non ignorent se absolutionis beneficium consecutos fuisse, quod tamen latet peccatores; quos latet etiam an verè sint contriti. Esto, sentiant facinorum commissorum dolorem: contritio autem non est omnis dolor, sed dolor gratiam cōcomitans, quandoquidem & Iudas doluisse dicitur, & Saul pœnituisse facinoris, haud tamen consecuti sunt veniam, quam consecuti omnino fuissent, si dolore contritionis doluissent. Iubebantur tandem leprosi iudicio sacerdotis in omnibus subiacere. Christus pariter euangelicos iubet audiri. Qui vos audit, me audit, qui uos spernit, me spernit.

Latet oēs confessarios, an pœnitentes sint verè contriti.

Exemplum dedi vobis vt &c. Attendant hic hæretici, & qui tàm acritèr detrahunt sacerdotibus. Quanti tamen eos faciant, dum eisdem tanta tribuunt, ut ecclesiæ specimen populis proponant. Vtinam autem non tantum malos, & degeneres proponere statuerent, mentione bonorum, quorumcunque omnino postposita. Nolentes enim intantum euehunt & extollunt, quibus mordicùs detrahere possint, vt eos velut exemplaria ecclesiæ calumnientur. Absit autem hoc ab ecclesia, vt alio gaudeat, quam illo exemplari, qui dùm seipsum omnibus exemplar pethibet, inquit. Exemplum dedi uobis ut &c. In nullo autem pro exemplari haberi possūnt cæteri nisi in eo tantum, inquantum vero nostro exemplari conformantur. Vnde Apostolus sic hortatur. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Quicunque autem ab imitatione nostri exemplaris Christi deuiant, hi non sunt in imitationem trahendi. Hos præponere nec nobis, nec cæteris debemus. Rudes valde se confitentur, qui non à Christo uero exemplari, sed ab imperfectis his sacerdotibus, & ministris formam sibi prefingunt. Quod quidem ea tantum ratione faciunt, ad excusandas excusationes in peccatis, vt dū cęci cęcos sequuntur, cum ipsis in foueam cadant.

sacerdotū dignitas & præstātia.

Thilip. 3.

Nec excusationi locum his relinquere uoluit Christi bonitas, & sapientia, ne quis ex aliorum facinore possit excusari: dùm apertè nos ab hominum impiorum, Scribarum & Pharisæorum imitatione retraxerit, inquiens. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Quæcunque dixerint uobis seruate & facite, secundum autem opera eorum facere nolite, dicunt enim, sed non faciunt, & onera quæ cęteris imponunt, nec digito cōtingunt. Aliud igitur & securius, & excellētius exhibitum est exemplar, cui innitamur, in quod mores & uitam cōponamus, & cui assimilari iubemur, quo & in cęlis similes ei esse ualeamus, scimus n. quod si cōpatimur, & cōregnabimus, scimus, qa cū uenerit, similes ei erimus.

Math. 23

Exemplum dedi vobis, ut quēadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Nil salubrius imbuendis uirtutibus, homini, nil utilius ad corda sollicitanda ad bonum, quā specimen prębere uirtutū. Prudentissimus iuuenis ille Iacob, tales anteponebat virgas ouib⁹, quales partus cupiebat. Nihil sibi congruentius cogitans, quā talia exempla prębere, quales fętus statuebat habere: sed & strenu⁹ ille Gedeō, quò animæquiores, ac uictoriosos suos milites redderet, iussit, vt quod eū facere conspicerēt, & ipsi facerent, tantę. n. efficaciæ maiorum exempla cōprobātur, vt æmulatione perciti impellant animi, ad similiter agendum. Baptizandus Chr̄s caput ecclesię, omniumq; fidelium, respondit Pręcursori reluctanti pro reuerentia Saluatoris. Sine, sic. n. oportet implere oēm iustitiā: tanquam diceret. Tunc impletur omnis iustitia cum qui superiores sunt, primos se exhibent ad actus iustitiæ; sic enim ad normā regis, totus cōponitur orbis: & irato Herode cōmota est tota ciuitas cum illo. Vnde Greg. inqt. Non debet homo ducatum hoīum suscipere, qui nescit hoīes benè uiuendo pire. Vnde Saluator nr̄ sic suos hortabat. Sic luceat lux uestra corā hoībus, ut uideāt opera uestra bona, & glorificēt patrē uestrum, qui in cęlis est. Et Apostolus. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, et August. in regula iubet, vt circa omnes, qui cæteris præest, bonorum se omnium præbeat exemplum.

Virtutum exēplar se prębere in ędificationē hominibus, nil sacerdotibus est salubrius.

Matth. 5.

Thilip. 4.

Adeo sanè propensa est natura hominis ad malū, ut quasi abductæ pecudes, in præceps post ante euntem se præcipitent. Gregor. sic in pastores dicente. Cum pastor per abrupta graditur, hoc fit ut ad præcipitium grex sequatur. Hæc sunt scandala, in quæ tam seuerè inuehit Christus: Veh mundo à scandalis.

Pastores se suis fidelibus prębere debent, bonorum operū exēplar.

H 2 Veh

*Matt.*18. Veh homini illi, per quem scandalum uenit &c. Qui enim in conspectu populi malè uiuit, quantum in se est, proximũ occidit, inquit Augustinus. Debent igitur cum Apostolo dicere quicunque præsunt. *1.Cor.*4. Imitatores mei estote, sicut ego Christi. Vt enim magistros ludi, qui aut digladiandi, aut saltandi, aut scribendi artẽ profitentur elegantissimos præponere, & solertissimos se exhibere spectandos populo, videmus, quò plurium animos ad se conuertant: ita & in ecclesia, exemplaria virtutum maximè suffragantur. Vnius enim cuiusque artificis fertur conatus, ad præclariora confugere symulachra, in quibus rectè operandi normæ effigiantur.

Cur sãctorum imagines & eorũ festa nobis colenda proponat ecclesia. Hinc passim sancta mater ecclesia, plurimorum sanctorum imagines, & festa nobis proponit, vt præclariorum facinorum imitatione compulsi, eorum virtutum sequamur insignia. Vnde Ambr. in Sermone illo tertio de S. Eusebio. (sic inquit.) Dominus noster ad exornandas aïas nostras, quædam viuendi exemplaria, ex gestis, & meritis nostris paulisper cordibus imprimenda in ecclesia voluit. Ergo animarum nostrarum vultibus illius viri sancti vnusquisq; virtutes, quasi pretiosos, & viuos superducamus colores. Quatuor namq; mirabiles imitatores fecit nobis Deus. Quatuor nobis mirabilia exẽplaria sũt proposita. De piscatore, primum ecclesię pastorem: de persecutore magistrum gentium, & doctorem. De publicano, primum Euangelistam: necnõ de latrone, primum celicolam.

Rapiat ergo sibi de eo alter speciem compũctionis, alter pigmentum candidissimum nitidæ castitatis, pallorem ille abstinentiæ, ruborem ille verecundiæ, ardentẽ in Dei amore affectum: salutaris pęnitentiæ ab alio normam, & hoc modo ad spiritualem interioris hominis nitorem membra componens, corpus plebis suæ transeat ad cœlum.

Honestissima semp sunt ostendenda minoribus. Docebat sapientissimus ille Peripatheticorum princeps, & inter cætera inferiorum rudimenta pręcipiebat. primo Politic. valde cauendum esse, ne ostendantur minoribus, præter ea quæ honesta sunt, & cõgrua. Nam & Athenienses viri vsquequaq; tunc uirtutum omniũ professores, nulla admittebant, nisi perfectissima exemplaria, ad quorũ normam operari possent, virtutũ professores: quod & dominus idem præcepisse legitur. *Exod.*24. Vbi dicitur. Inspice, & fac secũdum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Cuius exemplaris, tũc princeps *1.Epist.*2 Apostolorũ Petrus meminit, (vbi inquit.) Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius Est enim Christus speculũ illud perfectissimum prorsus sine macula, & candor lucis æternæ, cuius vita, & mores ultro citroq; disciplina omniũ bonorum morum fuit, quem si æmulati fuerimus, vt seriosus docet Augustinus ad perfectam, & vltimam beatitudinem peruenire poterimus. Aug. de vera religione. c. 29.

Exemplum dedi vobis. &c. Ac si diceret. Cognoui ab initio vos homines meę adeo auidos similitudinis, vt etiã virulento, ac formidabili serpenti falsa pollicenti fidem præbueritis, & ad vetitum manũ extenderitis. Mox enim vt audierunt illi primi parentes nostri, Eritis sicut dij, præstita infideli fide, apostatare à creatore non formidarunt. In sui creatoris similitudinem omnis ppensus est animus. Propensus enim animus ad similitudinẽ sui creatoris indebitam, ansam detulit erroris Huic nostro cõmuni desiderio occurrere uolens Saluator, quasi nobis morẽ gerẽns, veluti ad feliciora munia deducens, ac impellens, his & tam factis, quàm verbis occurrit.

F Exemplum (inquit) dedi vobis. Cui enim in natura similes esse nequimus, cui & potentia, & maiestate assimilari non possumus, alium assimilationis modum ipse exhibuit. Seipsum igitur velut normam rectę, iustęque viuendi coram nobis proposuit, vt similes illi efficeremur. Vnde Apostolus & Euangelista noster. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulat, & ipse ambulare. *Epi.*1.c.2 Hæc Dei similitudo quæ pectora hominum, & angelorum non propulsauit? An nõ tunc sollicitasse illa uidemus, cũ angelos, atq; homines ad illam aspirasse nouerimus? An non, & angeli initio creationis ipsorum, statim huic æqualitati, & similitudini animũ tian G stulerunt? Esto, aliqui ex his perperam: atq; rapinam se consequuturos arbitrarentur. Hanc alij veluti filij pro eorum reuerentia, & obsequio fęlicius sunt consequuti, qui nunquam à suo conditore degeneres extiterunt. Ad quos tã angelos, quam homines sermo est ille diuinus. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. *Psal.* 81.

Et bonus & malus angelus in sui creatione bonum appetierũt, sed eorũ impar est exitus. Bonum vterque angelus appetebat, tàm bonus uidelicet, quàm malus, cũ Deo assimilari cupiebat: verũ impar exitus alterius ab alio, dum per superbiam ille, iste autem per debitum subiectionis obsequium assimilari conati sunt. Par exitus est & hominum, eorum videlicet, qui diabolico more per superbiam adeo intumeH scunt, vt etiam cum Deo pugnare uelle uideantur, ueluti ille impijssimus Pharao, Nabuchodonosor, Antiochus, Iulianus apostata, alijque nonnulli, qui seipsos in uirtute, maiestate, & potentia adeo extulerunt, ut etiam Deo optimo omnium Creatori æquari, ac assimilari sese non erubuerunt. Superbia. Alij autem sunt, qui ad hanc celsitudinem alio itinere encti, fęlicius peruenerunt, qui uidelicet humilitate, obedientia, sanctitate, charitate Christo assimilari conati sunt. Humilitas

His similibus sic loquitur Christus. Exemplum dedi vobis. Quibus uobis? Vobis, qui non rapinam assimilari cogitastis, qui superbia non tumescitis, qui uiam humilitatis eligitis, qui uerè ad uitam peruenire desiderI ratis. Vobis (inquam) exemplum dedi, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. Non præbeo uobis diuinę maiestatis, sed diuinæ humilitatis exempla. Non propono uobis meis affectis potentię, & uirtutis, meæ diuinæ formam, sed opera propono, uobis, cæterisque proficua, quibus & augeri, & conseruari sanctitas uestra possit. His exemplis corda suorum sollicitat benignissimus Saluator, quæ dum propensa sunt ad imitanda oblata exempla creaturarum inferiorum, etiam minimarum, eò ardentiùs ad tanti sui principis sequelam, & imitationem urgerentur.

K Quod si ferimur animo ad typicè consulenda, suscipiendaque ab insensatis exemplaria, vitis, rosæ, lilij, palmæ, hederæ, diuersarumque aliarum arborum, & virgultorum: quomodo non magis ferimur ad meliora nostri ducis charismata suscipienda, & æmulanda, præsertim vt Creatorem simul, ac Redemptorẽ nostrum imitemur? Si mittimur (inquã) ad formicam ad hirundinem, ad miluum, ad bouem, ad oues, & agnos, necnon ad canes, & huiusmodi ratione carentia, quãtò landabiliùs, congruentiùs, & vtiliùs accedere debemus ad summum bonorum omnium exemplar? Christum omniũ bonorum exemplar imitari debemus. Quid si à pueris, à mulieribus, ab ignaris, ab idolatris, & rudibus aliqua nonnunquam æmulanda intelligimus? Quid si à sapientibus prudẽtioribus, principibus, dominis, & ma-

gistris,

gistris, tàm promptè, tamq; libenter quæ imitãda videntur, amplectimur? Nonnè & in his imitãdis gloriamur? Præsertim si similes in rectè operando ipsis magistris, & dominis efficimur: si ad normam imitari videamur.

Omnes cuiuscunque generis scientifici maiores suos imitant artifices.

Consule oratores, poetas, omnis generis artifices, scientificos. Nonnè singuli suos habent quos imitētur? quos dum rectè imitantur, nonnè ab alijs laudãtur, & in seipsis gloriantur? Quapropter dominus ipse, qui se normã nostram exhibuit, priusquã hęc diceret, magistrum se, & dñm cõsultò nominare decreuit. Vos (inquit) vocatis me magister, & dñe, & bene dicitis, sum etenim. Postea statim subiunxit. Exemplum dedi vobis. Ac si apertè diceret. Scio ꝑpter hoïes, auidosq; esse, etiã ab insensatis, ab irrationalibus, ab ignaris formã alicuius operationis æmulantes, quandoq; desumendi, maximè autem vnũquemq; ad imitationem dominorum, ac magistrorum ipsorum auidius anhelare. Ideo ego, quem magistrum, & dominum vocatis, potiora, sublimiora, & vtiliora vobis exempla imitanda propono. Quæ mea exempla non vt aliorum, in ipsa sola assimilatione cõsistunt, verum & ad sublimiora, fęlicioraq; munia deducunt, dum quisquis, hęc imitatur humanitus, gratiam sibi promeret diuinitus. Hoc enim tm̃ abest, a mei similatione in his quę imitanda relinquo, vt sola instructione ditemini: sed dũ hæc imitamini, ad sublimiora, & diuiniora roboramini, simulq; subleuamini; in his enim & sanctificamini, & per hæc tandem participes æternæ fęlicitatis efficimini.

Ego igitur, qui errata corrigo, qui collapsa restauro, qui damna reficio, inordinatum illud diuinę assimilationis desiderium, ad veram formã ordinãdo reduco. Nõ damno appetitum, non cõdemno, nec illum extinguo, quin magis approbo, cõfirmo, & quod ad damnationē perduxit, ad salutem reduco. Sit igit in vobis supremus ille diuinæ assimilationis appetitus, nõ tamen ut celsitudinem scientiæ diuinæ, vestro acumine ingenij attingatis: sed vt humanarum actionum, pro vestrę salutis profectu normam ex imitatione sumatis, & hęc à meipso discatis. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Ad hoc, humanitate indutus coram vobis assisto, vt qui Deo in deitate assimilari nequistis, imò & arroganter appetendo corruistis, Deo in humanitate existenti assimilari valeatis. Ille prothoparens vester frustratus suo desiderio, post indebitam diuinæ assimilationis appetentiam, exul à paradiso, humanis se subiecit ærumnis. A delitijs paradisi repulsus, terrenis addictus est miserijs: ab angelorum consortio, ad cõsortium translatus est bestiarum: qui assimilari conabat diuinæ illi maiestati. Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Nõ sic vobis, mihi similibus, per quem reuocantur exules ad patriã, à miserijs ad gloriam, à consortio ferarum, & impiorum, ad consortium angelorum, & beatorum, à terrenis ad cœlestia, à perditione ad salutem. Vos qui ad imaginem, & similitudinem Dei creati estis, qui imaginem, quã accepistis, deturpastis, & similitudinem auersione deperdidistis, in quam velut connaturale donum aspirastis: ad hanc quã ꝑbeo formã cõuertimini, meiq; imitatores efficiamini.

Prothoparentis nostri casus.

Acceperat homo Dei imaginem, acceperatq; eiusdē similitudinem. Illam nec per peccatũ deperdere potuit, licèt obfuscare, quæ naturalibus donis firma consistere debuit, ut is idem ipse esset, cui hęc naturali iure cõgruebant. Verùm hanc deperdere similitudinē potuit, q̃ supernaturalib', & gratuitis donis emicabat. Imaginē Dei deferebat, quia immortalem spm̃ ab eodem acceperat, dùm spiraculum vitę in illo spirauerat: huic mycrocosmo, seu minori mũdo, essentia, præsentia, ac potentia insistebat, cui & pręerat, & dominabat, vnîq, eius essentię trinitas potentiarum eiusdem aïæ resultabat. Illam autē rectitudinem similitudinis homo perdiderat, qua per supernaturalia ad sublimiora erectus fuerat. Fecerat.n. Deus hoïem rectum, veluti ad sublimiora directũ. Rectum fecit, quem rectè oïa agere voluit. Rectũ cõdidit cui gratiam pręstitit, originaliq; iustitia decorauit. Dum aũt hunc rectum fecit, similem suo cõditori effecit. Qm̃ rectus dñs, & rectè omnia fecit. Ab hac aũt rectitudine cum homo declinauit, à Dei similitudine seipsum abduxit, & in dissimilitudinem effectus à vera exēplaris norma auersus est. Huic igitur nr̃æ infelicitati Saluator occurrere volens, sic nos ad similitudinem diuinã restaurat, inquiens. Exemplum dedi uobis &c. Quasi diceret. Video imaginem conditoris, non uideo similitudinem creatoris. Qui igit illam perdidistis dñi creatoris, suscipite quam prębeo eiusdem dñi Saluatoris. Pręsciuit pater deperdituros vos similitudinem ipsius conditoris. Nam cum post creationē statim scriptũ sit. Fecit Deus hoïem ad imaginem, & similitudinem suã mox tanq̃ præscius facinoris obticuit similitudinē, & solius imaginis mentionem fecit, dum subdit. Ad imaginem Dei fecit illum: masculum, & fœminam creauit eos. Nullam hic illius mentionem fecit, a quo eosdem decidere nõ ignorauit. Perdita autem illa imagine cęlesti, homo statim accepit imaginem terrestris. Quia aïa infecto per concupiscentiam corpori cõiuncta, labe originalis peccati remanet infecta, eodemque commaculata contagio.

Mycrocosm' homo dicitur.

Deprauata insuper fuit ipsa uoluntas, vsque adeo, ut non illud bonum, quod uolumus, agamus, sed illud plerunque malum quod odimus, faciamus. Voluptatibus, namq; dedita pronos nos efficit ad malum ab adolescētia nr̃a. Maxima & intellectum affecit ignorãtia, adeoq; hoïemq; rationis & consilij fecit expertem, vt eum ueluti in tenebris ambulantem constituerit, ita ut perditis, corruptisq; moribus, per abrupta illecebrarum post cõcupiscentias, suas incedentes in summa egestate deiecerit. His ego occurrere mortalium malis à patre missus è cęlo discendi, ab his infelicis uos miserię reparaturus ęrumnis, & ad antiquam, prioremq, uestram dignitatem reuocaturus. Propterea.n. exēplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Meam normam coram uobis pręstituo, qua fidentius ad altiora cõsurgatis, quia ad hoc pſertim in tanta m... humilitate deieci, vt me præeuntem sequeremini. Ad hoc ego me uobis ducem constitui, quò securiùs ad ea accedatis, per quæ similes mei tandem in cęlestibus efficiamini: scientes, quod cum apparuero, similes mei eritis. quos pater præsciuit, & prędestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus.

Post peccatum in malum semp procliuis valde fuit humana voluntas.

Rom. 8.

Exemplum dedi vobis vt &c. Hoc tamen sibi statuãt sacerdotes, ecclesiarum rectores, & quicunq; præsunt, sed & quicunq; Christi discipulatum profitentur, eorũ exempla his in uerbis Christum, non parui, sed magni facere, scit nãque ipsa Dei uirtus, & Dei sapientia Christus, quanti sint nocumenti in ecclesia malorum exempla, ueluti quibus moueantur magis, simpliciores, minusve perfecti & eruditi, quàm uerbis, &

Quæ & quanta dãna ecclesię iferãt prauorũ exempla.

doctrinis nudis, & detestari videntur, quæ eis nuda offe runtur uerba nullis operibus vestita, ita vt qui prędicant non furandum furentur, & qui docent non męchandum, męchentur. Dum igitur, ait Christus se adeò nobis præbuisse exemplum, vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus, apertè insinuat, si ipse se nobis omnium bonorum operum præbuit exemplum, præcepisse, hoc idem nobis, vt & nos cæteris exemplum prębeamus, quemadmodum ille. Quod si nos ad huiusmodi non coarctasset normam, quomodo tàm vehementer inueheret aduersus scandalum præbentes. Veh (inquit) mundo à scandalis. Veh homini illi, per quem scandalum venit. Si quis scandalizauerit unum ex pusillis his, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundo maris. Vnde Apostolus. Omnia sustinemus, ne offendiculum demus euangelio Christi. Nihil habent hæretici quod prædicent, nihil quod obseruent, & nihil habet turba vt deturbetur, & offendatur, nisi sacerdotum scandala, vitia, illecebras, & luxus, superbiam, ambitionem, crapulam, libidinem, auaritiam, morumque omnium incompositionem. Hæc sunt quæ passim, tum in tectis, tum in cubilibus prædicantur, in foroque & plateis resonari audiuntur. Hæc est concionum hæreticorum subiectum, & sola dicendorum materia. Has omnes colligunt festucas, ligna, ac trabes hęretici, quibus suas construunt Synagogas, & struunt conuenticula, quibus sublatis, nihil obstaculi habere conuincerentur, quominus à catholicæ fidei veritate recedcederent. Adest vnus inter Noe filios Cham, qui patris turpitudinem prædicet, qui matris turpitudinem maledictus reuelet.

1. Cor. 9.

Sacerdotū scandala & vitia, quā diligenter hæreticorum omniūq; populorū turba obseruet & declamet.

Amen amen dico vobis. Non est seruus maior domino suo. Cautum hoc vnum omni in lege est, ne seruum esse domino suo maiorem, nec discipulum suo magistro superiorem. Qui igitur & dominum, & magistrum suum Christum vocabant Apostoli, se eius necessario correlario confitebantur seruos & discipulos. Ex eorum itaque verbis arguit, & inducit illos ad eadem humilitatis opera peragenda, quæ ipse fecit. Non est (inquit) seruus maior domino suo. Esto plerique ex seruis & ministris videatur turgescere, & magis extolli, quam extollantur, imò vbi benigni, & humiles domini videntur, horum tamen ambitio inanis est, & diabolica veluti qui rapinam arbitrentur, se super altitudinem nubium ascendere, & fieri similes altissimo.

Hic autem Christi modestiam & humilitatem obseruа; potuisset vtique dixisse. Dominum esse maiorem seruo, aut certè seruum inferiorem domino, sua tñ pro maxima mansuetudine, ne tangere uideatur seruorum eam infimam conditionem, vel suæ propriæ authoritatis eminentiam, tanquam qui suos non vocet seruos, sed amicos, parilitatem præ se ferre voluit, hoc solum sibi reseruans, vt nec seruus domino suo maior effici cōtendat, nec discipulus extollatur super magistrum. Qui enim Deus homo factus est, vt homo fieret Deus, assumpta humana natura ad vnitatē diuinę suppositi, ipse æqualis est Deo in eodem supposito, & tunc seruus non inferior dicitur, sed æqualis domino & magistro: dicimus enim de Christo. Iste homo creauit cœlum & terram. Iste homo est æternus: Iste homo est æqualis patri &c. Quandoquidem, esto, non isti homini hæc con-

Mira Christi modestia.

Hęc est vera propositio, hic homo Christ' creauit cęlū & terrā hic homo est ęternus hic homo est infinitus.

F uenniant ratione humanæ naturæ, quam assumpsit in tempore; conueniunt tamen naturæ humanæ, vt est vnita supposito diuino, quod & æternum, & infinitæ est virtutis.

Amen amen dico nobis. Dictio hebręa amen, tantis respersa est sacramentis, ut nec à Græcis, nec à Latinis interpretibus visa fuerit mutari: dicente Augustino. Amen non est interpretatum, cum interpretari potuisset. Verum dico vobis, quod tamen nec gręcus interpres ausus est dicere nec latinus: sed sic mansit non interpretatum, vt honorem haberet velamento secreti, non vt esset negatum: sed ne vilesceret nudatum. Eamus G igitur, & diligenter quæramus, quid sibi uelit amen, dictio hebręa, qua tam frequenter usus est Christus. Est igitur amen aduerbium, & affirmandi, & iurandi, interdum autem confirmandi, & consentientis in prædicta: & ideo nō solum significat veritatem, sed est signaculum veritatis. Illud autē non est prætereundum quatenus omnis iurans non potest iurare, per aliquod inferius, aut ignobilius seipso: oportet autem iurantem per excelsa iurare, tanquam adhibens testem seipso veriorē & certiorem. Vnde Apostolus Qm̄ Deus neminem habuit, per quem iuraret maiorem: iurauit per semetipsum. Dei autem iuramentum fuit. Viuo ego dicit do H minus. Vnde ad Abraham ait. Per memetipsum iuraui, quia &c. Cum sit igitur, amen ipsa veritas, & denotans veritatem, Christus dum per amen iurat per semetipsum iurat, qui veritas est, & uita. Dei igitur iuramento iurat, & nos sola veritate iuramus. Vnde Proph. Laudabuntur omnes qui iurant in eo; cum solam veritatem dicimus, & eandem semper asserimus, nulloque alio iuramus, nisi quod est, est: quod autem non, non. Tunc veritate iuramus. Est igitur Christus ueritas est ipse amen, sic enim eum Ioannes vocat. Hæc dicit Amen testis fidelis. Sed cum non tantùm sit veritas Christus sapientiæ paternę, qua seipsum agnoscit: verum & dicat, & proferat ipse ueritatem, etiam quo ad humanitatem. Ideo Ioannes scrutator mysteriorum & archanorum diuiniorum geminatis uicibus repetit, Amen amē. Quæ etiam repetitio maioris affectionis, & propensioris animi est significatiua.

Lib. 3 cōtra Faust.

Amen est signaculū veritatis.

Hebr. 5.

Psal. 66.

Apoc. 3

I

Non est seruus domino suo maior nec &c. Quid est quod uerecundentur serui, non sua tantum quæ ad ipsos spectant, verum ea etiam dedignentur operari, quæ non est dedignatus dominus? Hi qui nam sint nostri huius temporis calamitas est attestata, cum uiderimus & audierimus hęreticos esse, qui se Antichristos ostendant, dùm se pręferant Christo, omnem seruitutem, la- K borem, difficultatem humeris imponūt solius Christi, sternentes sibi ipsis planum, lenissimum, imò & delicatum iter, solis voluptatibus incumbentes, nihil cum Christo męroris, patientiæ, obedientiæ, ieiuniorum, & quod absurdius absurdissimis extat, nec etiam orationis, commune cum Christo habere patiuntur. An non censendus est hęreticus Lutherus, Caluinus, Brentius, Bucerus, & huiusmodi cæteri, quibus inquit apertè Saluator, non esse seruum maiorem domino, nec discipulum super magistrum, velut quos non puduerit honestiorem facere seruum domino, & magistro præstantiorem discipulum?

Delicati nullam habent cum Chro partem.

Vide igitur quàm indecorum sit, & inexcusabile, quàm ignominiosum, & damnabile extollere seruum

super

super dominum, ac discipulum super magistrum. Iure igitur hæc tam conspicuo, & omnibus tam manifesto iuramento, & eo duplici cōfirmare voluit, quo pressius, vltra quæ naturæ legibus sunt comprobata, protrahamus, & ad quam ipse obfirmabat, legem euangelicam protenderemus. Vt nec nos lateat seruos, & discipulos Christi esse, nec nos prætereat quomodo in perficiendis his non maiores, aut præstantiores simus Christo. Hæc autem sunt quæ æquo animo minime ferre potest caro. Hæc & si sua sint, abhorret tamen, & refugit adeo, vt se omnino expertem facere vellet omnis laboris, inediæ castigationis, & seruitutis. An nō a ratione serui degenerat, quisquis nec obsequi, nec imitari velit dominum? Cadit autē & a ratione discipuli quicunq; ab imitatione magistri secedit, cuius cohibitio ipsa est vapulatio. Dicente eodem domino & magistro, seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens, plagis vapulabit multis.

Luc. 10.

Non est seruus maior domino suo, nec &c. Duplicem homini inesse seruitutem Apostolus manifestat, vbi alterā, quæ est peccati & alterā quæ est iustitiæ, cōmemorat. An nescitis, q̄d cui vos exhibuistis seruos ad obediēdum, serui estis eius, cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Gratias autem Deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis; liberati autem a peccato, serui facti estis iustitiæ. Consistit autem in tribus seruitus peccati, primo quia peccatum præcedens facit hominem pronum ad committendum aliud peccatum; quæ pronitas à duobus dependet. Dependet enim a grauitate peccati præcedentis, quia tanta est grauitas, vt illud, in quo tale pondus est repositum decidere oporteat, & nisi homo à tali se pondere liberet, dimittendo sarcinam peccati, in aliud faciliter ruet. Dicente D. Greg. Peccatum, quod per pœnitentiam non aboletur, mox ex suo pondere ad aliud trahit. Dependet insuper & ab inclinatione ad peccandum vlterius, quæ causatur à peccato commisso, vnde faciliores sunt ad peccandum qui antè peccauerant, quàm qui nunquam peccauerunt. Et maiori videntur affici dolore de peccato commisso qui recenter primum peccatum cōmittunt, quàm qui prius peccare cœperunt, quo ad principium illud intrinsecum, quod profluit à quadam dispositione animæ in peccati seruitutem positæ.

Rom. 6. Duplici hō seruitute obstringitur.

Peccati seruitus vnde consurgat.

Cęterum de vigore gratiæ alia longè est ratio. Quandoquidem ibi maior est abhominatio, & detestatio peccati, vbi maior infusa est, & collata gratia, & charitas. Secundo prouenit seruitus peccati ab ea macula peccati, vel ab illis vinculis peccatorum, quibus irretitus est quilibet peccator, quem funes peccatorum circundederunt, & vinxerunt; siue ab his plagis, quibus a latronibus ab Hierusalem in Hyerico descendentes sauciati sumus. A quibus ærumnis nec solui, nec sanari sine Samaritani illius auxilio omnino valemus.

Tertio, inde peccati seruitus videtur conuinci, ex ea rectè operandi difficultate, per quam velut inuolutus peccator illecebris peccatorum, non nisi maximo conatu bonum operetur, & malum culpæ perfectè detestetur. Hæ sunt peccati seruitutes, quibus detinentur peccatores, quos Apostolus venundatos vocat, inquiens, Lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, venundatus

Rom. 7.

A sub peccato. Non solum igitur serui, sed & serui empititij sub peccato sumus, a prothoparente venditi vnius vetiti pomi temeraria exhibitione. Vnde nobiliori oportebat nos emptione redimi, de qua Apostolus. Empti estis pretio magno &c. Suos autē quos mundauit Christus, non sic vocauit seruos, sed amicos. Vocauit autem eosdem seruos sed iustitiæ, quos suæ iustificationis participes effecit. Est autem seruitus iustitiæ ipsius iustitiæ communicatio, qua Deo similes efficimur, quam hic describit Saluator, vt simus velut ipse, & hæc præcipua charismata æmulemur. Vnde cum optime, iustissimeque dicere potuisset Dominus, non B est creatura æquiparanda suo creatori; homo non est comparandus Deo, Imo figulus, vermis, cinis, & putredo non æqua lance Deo conferendus, quapropter & vos debetis multo pluris his incumbere officijs, & inferioribus obsequijs, maluit tamen, & non inconsulto dicere, non esse discipulum super magistrum, nec seruum domino suo maiorem.

1. Pet. 1.

Maxima prosecutus est homines benignitate, etiā in exemplo exhibens exemplum. Quid est igitur nos à peccato liberatos seruos fieri iustitiæ, nisi à funibus peccatorum, ab oppressione peccati, a plagis, & a tyrannide Diaboli, eius excusso iugo, cui seruiebamus in Babylone, ad seruiendum Deo viuenti iam dediti, seruiamus C illi in sanctitate & iustitia omnibus diebus nostris? Hoc enim est esse seruos iustitiæ, q̄d est Deo seruire in iustitia; opera, quibus iustificamur, operari; quod iustum & sanctum est agere; Deo debitam reuerentiam exhibere, quod ipsi iure conuenit retribuere; ipsum colere, vt oportet; illum diligere, vt iubet coram illo apparere, vt præcipit; illum honorare, vt congruit. Quæ nequit peccator absoluere, cum seruituti peccatorum subiaceat. Hæc autem seruitus iustitiæ maxima est hominum libertas, immo & Apostolorum, non in carnis voluptatibus, nō in passionibus desiderij, sed ea rectè ope D rando, quæ nobis euangelicam libertatem communicari faciunt, ac si iam in gratia confirmati essemus; qui tamen tales esse iubemur, dum vt ab omni peccato abstinemus nobis præcipitur, diuinisque regulis, ac pręceptis obligamur, ne iugo & seruituti peccatorum succūbamus, facere increpationes in populis ad alligandos reges eorum in cōpedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iudicium conscriptum. Hęc autē nō ingloria est seruitus iustitiæ, sed gloria hæc est omnibus sanctis eius. Quandoquidem seruire Deo, regnare est. Qui igitur in hanc libertatem domino seruiendi vocati, ne libertatem demus in occasio- E nem carnis ab Apostolo, monemur. Sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Apud alium Euāgelistam additur & aliud, quod vltrò adducere statuimus.

Reuerētia Deo exhibenda.

Iustitiæ seruitus est ipsa libertas.

Galat. 5.

Luc. 6.

Nec discipulus supra magistrum. Quanquàm hoc in omni academia, & in quauis professione, tam liberalium, quam seruilium artium, hoc vnum Christi cōmune sit elogium, discipulum non esse super magistrū idest eruditiorem, peritiorem, & sapientiorem eius suæ professionis magistris; Hæc tamen Christus statuit cōfirmandum vtpotè quem non lateat, in sua ecclesia, ac christianorum schola, tam improbos, & temerarios fore emersuros discipulos, vt se extollerent, & magistris eruditiores, ac sapientiores iactarent. Hi autem qui nā prodierint, passim audiuimus, & experti sumus. Vtinā

Comune elogium.

autem

Maxima sane est hereticorum temeritas q seipsos germanum sacræ scripturæ sensum solos capere glorian tur.

autem iam non experiremur, abscinderentur verò magis qui nos conturbant Hæretici, quorum vesania illò est profecta, vt doctoribus ac magistris ecclesiasticis, tam vafrè, & impudenter se opponant, vt quemquam illorum sacras scripturas negent intellexisse, earumque germanum sensum percepisse. Cum hinc tam peruiam etiam rudibus sternant scripturarum intelligentiam, vt nullo interueniente interprete, nullo conciliatore requisito, ab omnibus conspicuè intelligi possit; inde verò tam obscuram, & offuscatam veteribus, & prædecessoribus nostris, vt nullo lumine, nulla diligentia, nulla ue aut ratione, aut meditatione conspecta fuerit, & intellecta. Ita vt nec ab his, qui pollebant ingenio, nec à quouis erudito, versatissimo assiduoque literarũ sacrarum cultore pijssimo, sanctissimoque viro; sed ab ipsis solis fuerint intellectæ scripturæ. Verum si sic peruiæ sunt scripturæ cerdonibus, sutoribus pharmacopolis, pigmẽtarijs, scurris & agasonibus, bubulcis, ceteris ignaris. Quis in foribus visus est errare? Quomodo in parietẽ tam cęco marte impegerint tam oculati & de singulis passim differentes? Sed nonne & cerdones, & bubulci, ac agasones fuerunt ante istos, quos præ oculis habemus nouos euangelistas, & illuminatos? Quare igitur magis istis q̃ illis se iactant inesse intelligentiam scripturarum? Verum ex monitu eruditorum, oportet mendacem esse memorem veluti varium, & inconstantem; immo tanquam sibi ipsi facilè contrarium. Hi qui partem cum eruditis habere nolunt, etiam ab hoc monitu discedere non curant. Et parum est ipsis nedum tam falsa, sed tam varia, immo tam inuicem contraria effari dummodo plenis, & crepantibus buccis proferre valeant quicquid occurrit.

Miseranda sacræ scripturæ iactura cùm iam cerdones & rustici de ea edisserere velint.

Nullo igitur iuditio, quàm suo proprio ore melius conuincitur iuditio condemnatus seruus nequã, quorum testimonio suppetunt Apostoli verba. Hæreticũ hominem post vnam, & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iuditio condemnatus. Sed & illi palinodiam canere nostri sine discipulatu magistri coguntur, vbi se eruditionem à Spiritu Sancto accepisse gloriantur, qui eam petentibus quamprimũ elargitur; Spiritum autem Sanctum sola, & simplici petitione cõparari affirmant. Deus (inquiũt) hanc omni petenti tribuit. Quibus sic stantibus, rogamus, quì fieri potest vt ex veteribus nostris, qui adeo insudarunt in adipiscenda dictorum & scriptorum veritatis cognitione, hanc ipsorum nullus fuerit assequutus? Qui fieri potest (inquam) vt ab hinc mille quingentis annis a discipulatu Apostolorum, tam multi, tamque præcipui viri, tam eruditi, & corusci sanctitate, ac zelo fidei adeo feruidi, qui mortem, & vitæ totius decursum Christo consecrauerint, non fuerint exauditi, crudeliter autem, ne dicam impiè repulsam sint passi, & nõ magis pro sua reuerentia exauditi, illiusque tam facilis doni, ac exhibitionis nunquàm participes effecti, quam ipsi solo nutu postulantes assecutos esse tam certo se iactant.

Tit. 3.

Attẽde igitur quam falò tanta sibipsis polliceantur, vt absque prorsus omni negotio, sine (inquam) omni labore, tam repentè fiant summi vt totius sibi theologiæ eruditionem vsurpent, vt se sicut Deos arbitrentur esse, bonum & malum scientes; qui tamen dum talia de se sentiunt, credentes se esse sapientes, stulti effecti sunt:

Hæreticorum iactãtia de sacræ scripturæ sensib' omnino conturditur.

F audire doctorum theologorum doctrinas dedignantur, conciliorum verò decretis inhærere contemnunt: nobis (inquiũt) credite: nostram doctrinam suscipite, quam vel casu reficiendo calceos, vel fortè consuendo caligas, vel inter bibẽdum didicerunt. Nobis (inquiũt) occurrit veritas, nullis antea hominibus reuelata, antiquos doctorum cętus respuite, studia & labores tantorum eruditorum contemnite, nobis veri solis animum spondete, & quæ somniauimus vel confinximus, sine controuersia, & absque omni falsitatis suspicione suscipite. O inauditam hominum impudentiam, o exitialem Hæreticorum superbiam, o (inquam) perditorum

Hæreticorum cæcitas & ignorantia.

G hominũ temeritatem, qui doctores & magistros a Deo traditos in cõsummationem euangelici ministerij, nedum non recipiunt, verum conculcant, contempnunt, & maledicunt.

Hæreticorum impudentia & superbia. Ephes. 4.

Hoc est testimonium, quod de seipsis aduersarij nostri perhibent; hoc ipsi de seipsis sentiunt, & prædicant, vt rudiores capiant, & ignaros ad sua gymnasia rapiant. Audite nos (aiunt) nos tantum audite, qui vos vno die plura docebimus, quam ab istis theologis per multorũ annorũ curricula discere poteritis; vnius diei, aut mensis spatio magistros in theologia nostra laureabimus, diuinorumque eloquiorum disertos prædicatores constituemus, doctorum ac magistrorum aliorum etiam antiquorum scholas egredimini, nec audiatis illos, quia & vt nos, ipsi, homines fuerunt; haud tamen nos sumus sicut cęteri hominum, qui errare potuerunt, soli veraces sumus soli iusti & illum nati à domino. Hæc & talia sunt, quæ de seipsis sentiunt, Pharisæorum genus. Nos soli videntes sumus, cęteri, qui ante nos & non cũ nobis sunt, cęci sunt, & luminis omnis intelligentiæ expertes.

H

Hęretici se nouos illuminatos appellant nouos euangelistas & theologos.

O Gabriel, qui hæc audis quæ isti dicunt, huc descendens ostende quomodo ad Danielem accesseris, mysteria diuinorum archanorum explanaturus, Danieli enim loquens dixisti. Nunc egressus sum vt docerẽ te, & intelligeres. Ego veni vt indicarẽ tibi qa vir desideriorũ es tu David occurras et tu tãtæ temeritati, cũ toties poposceris intellectum tibi dari, vt scrutari valeres mãdata Dei, & vt discere valeres eloqa eius. Cõsulis tu in quiens. Interroga patrem tuũ &c. Maiores tuos & annunciabunt tibi. Vt audiant ecclesiam vocantem. Venite filij audite me &c. Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis, vt cognoscat generatio altera. Filij qui nascentur & exurgent narrabunt filijs suis. Vnde dicebant. Quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Et tu Philippe Candacis Reginæ alumnus testificare, non intellexisse te, quæ legebas, donec de his erudireris ab angelo, cum non esset qui verborum secreta detegeret & domini sensum aperiret.

I Dan. 9.

Ps. 118.

K

Ecce igitur quanta insit necessitas interpretationis sermonum, vt deficientibus eruditissimis hucusque est ventum vt e cęlo Angeli ad erudiendum sint demissi, Vnde per Danielem promittuntur eruditores & docti in populo. Ait. Docebunt plurimos, impij autẽ in testamento simulabunt fraudulenter. Quid Augustinus doctorum strenuus ipse respondebit? qui adhuc cathecuminus, plura legens ex sacris libris, ea autem non intelligens repetenda censuit in dominico eloquio exercitatior effectus, diuinumque Ambrosium adijt, à quo

Sacrę scripturę interpretationis necessitas. Dan. 11.

de arcanis

Augustini la[?] & Hieronymi cęterorumq; doctorum.

de arcanis erudiretur scripturarum. Sed quid de beato illo omnium scientiarum magistro, omnesque callente literas Hieronymo qui magnam totius orbis peragrauit partem, nunc Bisantium petens, vt Greg. illum magnum Nazanzenum differentem audiret, effari de diuinis. Alexandriam autem ad hoc etiam declinauit vt Didimũ præceptorẽ haberet? Nos igitur non solũ suo ferit exẽplo, sed perimit rõibus pluribus in locis præsertim autem in ea, quæ ad Paulinum est epistola, vbi diserte, & luculentissimè ostendit, quam difficilis sit sacrarum scripturarũ intellectus, acerrimè arguens ignaros, qui magisterium & doctoratum in eodẽ sacra scriptura vsurpant, manusque suas tam temerè in messem alienam mittere non verentur, vt vocentur rabbi. Hinc sapiens ait: Sapientiam antiquorum exquiret sapiens, & narrationem virorum nominatorum conseruabit, sapientiam eius gentes laudabunt &c.

Sacrarum scripturarum sensus difficiles.

Eccl. 39.

Nec Apostolus maior est eo, qui misit illum &c. Nemine prorsus reclamante plus voluit Christus significare his vulgaribus sententijs, probatissimisque prouerbijs, quàm protulerit, præsertim quod non solum nullus suo domino præponendus sit seruus, vel suo mittenti legatus (sic enim apostolus grecè latinè legatus, siue missus dicitur.) Nempe quod longè inferior horum sit conditio, nec ęquiparãdi sint serui suo domino, aut qui ministri sunt & nuncij tantum existunt, suo mittenti. Hi enim multò deterioris sunt conditionis quàm sui rectoris & domini & magistri. Consultò autem voluit hic Apostolos tangere, & velut ad ipsos sermonem conuertere vt dum his, quibus impertienda erat totius orbis iurisdictio, & authoritas, velut qui cõstituendi erãt principes super omnẽ terram, cęteris præpositis simul loqueretur, & normam præberet, iuxta eandem præscriptam regulam. Dum enim indignati essent cęteri Apostoli de duobus filijs Zebedei poscentibus apud Christum primos accubitus, ita vt alter ad dexteram, & alter ad sinistram eius consederent, vocauit Iesus eos ad se, & ait illis. Scitis quia principes gentium dominantur eis, & qui maiores sunt potestatem exercent in eos; non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister; & qui voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Hæc itaque maioribus dicta sunt, ne insurgant ad inuicem, ne talia, sed potiora æmulentur charismata. His erudimentis confirmat ecclesiæ suæ columnas. De quibus dr̃ ego confirmaui columnas eius. Hæ columnæ inuicem confirmabantur dum dexteras dederunt inuicem cum apostolorum omnium recentiore.

Matt. 20.

Apostoli sunt ecclesię Christi columnę.

Galat. 2.

Nec Apostolus maior est eo, qui misit illum &c. Ipse est qui mittebat apostolos, vel ante faciem suam binos in castella, & loca, in quæ erat ipse venturus, vel in vniuersum mundum omnibus gentibus euangelium prædicaturos, vel interdum sine pera, & sine sacculo, vel in segetem, quam ipsi non seminauerunt, vel certè sicut agnos inter lupos. Igitur ne horum omnium causarentur incomodis, quo medijs ipsis & fidei sacramenta ministrantibus ab omni sorde peccatorum lauarentur credentes seipsum prębet, exhibetque in exemplum; Nec apostolus (inquit) maior est eo, qui mittit illum. Hoc autem vnum obseruas oportet. Non vnam mittentis & missi semper rationem esse. Christus namque &

Non vna mittentis & missi sẽper est ratio.

A mittere discipulos dicitur, & ipse missus à patre perhibetur. Ex quibus duplicem missionis rationem intelligimus. Alteram quæ denotat habitudinem, & relationem, quę est inuicem mittentis & missi, qua inspecta nil aliud ostenditur, aut denotatur per id quod dicimus aliquem ab alio mitti, præter processionem missi ab ipso mittente. Et dicitur ordo originis, quia missus non realiter à mittente, quò ad essentiam, localiter separatur, sed sola originis proprietate distinguitur. Sic flos a suo virgulto à quo producitur esse naturaliter, nec localiter distinguitur, vel radius siue splendor à sole, a

Missionis ratio triplex.

Filius a patre tãquã missus a mittente sola ab eo originis proprietate distinguitur.

B quo substantialiter non separatur. Et secundum hãc metaphisicalem rationem, missus nec minor, nec maior est mittente, sed æqualis est ipsi mittenti. Filius igitur in diuinis à solo patre missus dicitur, nõ tamen vel a seipso vel à Spiritu Sancto, quandoquidem non seipsum producit filius, nec à Spiritu Sancto producitur, sed à solo patre, à quo solo rectè mitti dicitur, cuius missio ipsa est processio, & eadem hæc est ratio, quare Spiritus Sãctus non à patre solum, sed & a filio mitti dicitur, vt infra videbitur, quod a patre simul procedat & filio.

Pater autem nũquam ab alio mitti dicitur, qui à nullo originatur siue producitur, & vt theologicis terminis vtar, vocatur principium, non de principio; Filius

Pater a nullo mittitur qui a nullo procedit.

C verò principium de principio: in operibus autem ad extra pater, & filius, & Spiritus Sãctus vnum sunt principium, a quo cęlũ & tota natura dependet, & vnus idẽ est finis omnium creaturarum. Absit igitur vt secundũ hanc significationem missus minor mittente credatur, ne Arrij impietati consentire videamur. Et ideo Christus noluit absolutè asserere missum minorem mittente, vel superiorem, ne crederetur ipse à patre missus minor etiã patre, siue ne quis perperam intelligeret Filiũ & Spiritum Sanctum, qui mitti dicuntur aliquid habere maioritatis super patrem.

Pater est principiũ nõ de principio filius autẽ principium de principio.

D Interdum autem dum habitudine, qua pręsupposita consideratur, quæ aduenit respectu termini ad quẽ; tunc tum filius, tum Spiritus Sanctus mitti temporaliter dicuntur; dum videlicet secundũ nouũ modum essendi reperiuntur in rebus. Ideo filius ad incarnandum dicitur missus, cum plenitudo temporis aduenisset. Spiritus Sanctus in columbę specie missus est, & iustificatis elargiri dicitur; non quasi prius nõ ibi esset, qui vbique semper est, vel ibi secundum nouum essendi modũ per gratiam, scilicet hominem inhabitare cępit, & potius ad effectus diuersitatem, quàm ad substantiæ eius nouitatem hæc noua missio est intelligẽda, qui effectus

E non ad mittentem, aut missum spectare dicuntur, sed ad ea ad quæ, vel quibus mittuntur, omni mutatione & nouitate se tenente ex parte eorum, ad quæ vel quibus mittuntur, siue visibiles, siue inuisibiles sint, tam filij quàm Spiritus Sancti missiones. Ea tamen est differentia inter missionem visibilem filij, & missionem visibilem Spiritus Sancti, vt ipse filius ad suum esse suppositale vniuerit quam assumpsit visibilem naturam humanam; haud tamen Spiritus Sanctus, vel columbam, vel nebulam, vel linguas igneas, in quibus visibiliter apparuit, ad suum suppositale esse traxit, vel vniuit, quæ assumpsit ad significandum potius, quàm ad agendum, q̃a in illis naturis visibilibus nihil operatus est, vel operaturus erat Spiritus Sanctus, præsentiam tamen Spiritus Sancti protestabantur res illæ visibiles, in quibus adorari

Missionis visibilis & inuisibilis differẽtia.

Columba, quæ super caput Christi domini apparuit post peractum mysterium in præiacentem fuit resoluta materiam.

adorari debebat Spiritus Sanctus adoratione latriæ, sed peracto ministerio, ad quod erant assumptæ, in præiacentem materiam resolutæ fuerunt illæ naturæ. Et ideo quia in illis erat Spiritus Sanctus, vt signatum in signo, per illas apparentes & demissas Spiritus Sanctus mitti describitur. Est adhuc alia missio, qua maior in potentia, & authoritate mitti dicitur ab inferiori, inferiori (in quam) quò ad potētiam, superiori verò quo ad prudentiam, vel sapiētiam, siue etiam secundum quod amicus consulit amicum; sic Ionathas consuluit Dauid, vt se absconderet a facie Saul persequentis, & Nathan consulit eidem, vt Absaloni veniam daret. Sed & impius Achitophel optimè consiliabatur singulos, immo & aliquis consulit sibiipsi, seipso plerunque sapientior, & prudentior effectus.

Hæc autem ratio vel consiliorum, vel prudētiæ nullam arguit maioritatem in mittente, siue minoritatem in misso. Nam & Apostoli cum audissent, quia samaria receperat verbum Dei, idest euangelium, & fidem saluatoris, optimo ducti consilio, ad confirmandum populum illum, præcipuos ex Apostolis adire, illos consuluerunt, & miserunt ad eos Petrum & Ioannem, quibus ministrantibus, & orantibus, acciperent Spiritum sanctum, & erudirētur de singulis. Hoc enim ad congruum & opportunum, vt assistente Petro apostolorū principe, cui specialiter gregis dominici credita erat cura, per os eius ibidem assistentis instruerentur dicente eodem. Conuenerunt itaque apostoli, & seniores videre de verbo hoc (de obseruantia videlicet circuncisionis, & legis Moysi.) Cum autem magna inquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos. Viri fratres vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum euangelij & credere. Nulla igitur est inferioritas missi ad mittentes secundū duos hos præsignatos modos, secundum quos non est hoc Christi verbum intelligendum. Sequitur autem alius & tertius, & sensui germanus, & probatissimus modus.

Act. 15.

Duplici missionis huiusgenere non est missus mittēte minor

Nec missus maior est eo, qui mittit illum &c. Oportet enim ibi Christum eius missionis rationem habere secundum quam ipse qui loquebatur, eos, quibus loquebatur, mittebat, conspicuum cum sit, non sic apostolos mittere iuxta rationem illam solis personis diuinis peculiarem. Insuper nec secundum solam rationē consiliantis, sed magis iubentis & præcipientis, quibus se dominum prius declarauit, & iuxta ipsorum consensum approbauit, dum mox subintulit. Nec missus maior est illo, qui mittit illum. Eius missionis ostēdit propositum esse, quæ à mittente est domino, vt non solo consilio, sed & præcepto obligatorio executio sit adimplenda. Hæc ad nos congruè spectare videntur, qui serui sumus, qui discipulatum profitemur, quique præceptis astringimur. Nullus igitur nec apostolorum, nec nostrum maior est magistro, & domino nostro, immo longè inferior eodem, & incomparabiliter despecti sumus, & viles, omnes tamen huc missi sumus in vineam suam operaturi, qui adhuc tota die otiosi sumus, qui tot pescimus, & inutiliter terram occupamus: vnusquisque ad hoc missus est, vt talenta sibi collata non abscondat, vel proijciat; maximè autem in his annonam augeat, cumulet sibi merita, & lucretur pro sua fidelitate potiora, vnicuique enim seruorum gratis munera talentorū

F exhibuit dominus, quò in illis vsque ad eius aduentum operaretur. Sit magister fons, discipuli, riuuli. Non potest altior fieri fonte, quæ ab eo impellitur aqua, quam tamē fons, ad sui altitudinem impellere nonnunquam conspicitur.

Nec apostolus maior est eo, qui misit illum &c. Obserua munus apostolorum hoc vnum esse, vt mittantur de quibus dicitur. Alios quidē dedit apostolos, alios aūt prophetas, alios verò euangelistas &c. Ecce apostolicam dignitatem præferri cæteris functionibus, tā prophetarum quàm euangelistarum &c. quorum præstantiam admiratus proph. Nahum inquit. Quam speciosi G pedes annunciantis, & prædicantis pacem, idest euangelium pacis, prædicantis salutem, idest fidem saluatoris, euangelizantium bona, idest non temporalia & caduca, sed spiritualia & æterna. Apostolos enim oportet sacerdotes esse & fungi sacerdotio, quos consecrare voluit Christus instituens illos huiusmodi, qui & conficerent, & ministrarent sacramenta ab ipso constituta. Hoc facite (inquit) in mei cōmemorationem. Propheta autem non necessariò sacerdos erat aut leuita, cum nedum Aaron sed & Moyses, & Dauid, Daniel, & alij plerisque non initiati sacris prophetæ fuerunt. Euangelistæ verò constituti sunt diaconi, quorum munus extat H euāgelium populo in ecclesiis proponere; ideo tam Lucas, quàm Marcus, qui ex collegio duodenario apostolorum non erant, inferiores apostolis recensentur; erāt enim ex discipulis in numero leuitarum conscripti.

Ephe. 4. & 1. Cor. 12.

Apostolorum dignitas & officium.

Apostoli igitur ipsi sunt iudices sęculi, & vera mundi lumina, duces populorum, pastores totius dominici gregis, ecclesiæ fundamenta, lapides testimonij, gemmæ summi sacerdotis, corona duodecim stellarum, candelabra aurea in templo lucentia ante dominum, columnæ & bases ædificij spiritualis, tubæ personantes argenteæ sacerdotales, quarum sonus in omnem terram exiuit, & in finem orbis terræ verba eorum. Ipsi sunt boI ues in area domini triturantes, frumentum ex palea excudentes, idest à literali sensu, sensus cōtentos in littera reserantes, Tauri sunt currum domini trahentes, decē millibus multiplicē millia lætantium. Ipsi nubes sunt in altitudinem volantes, & pluuiam fęcundantem ministrantes; Quo fit, vt qui omnes Dei sanctos colere, & venerari iubemur, hos præcipua quadam veneratione colere teneamur.

Apostolorū laudes recensentur.

Hi sunt patres nostri, de quibus dicitur. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: Et tales filij, qui vices gerant patrum, sacerdotes scilicet & episcopi. Hi sunt nostri Aaron, idest summi sacerdotis, & capitis nostri Christi K barba, in qua tanta ex capite profluit gratiarum fragrātia, sicut vnguentum, vt descendat ad infimos, vsque ad oram vestimenti eius. Ipsi sunt testes fidissimi conuersationis & doctrinæ & actionum Christi. Ipsi & assessores, & domestici, ac conuiuæ Christi. Ipsi ad angelos etiam iudicandos cum Christo descendent, & clauigeri cum sint regi cęlestis, maximo à nobis prosequendi sunt affectu. Quorum præstantiam considerans apostolus se minimum apostolorum, imò qui nec dignus sit vocari apostolus fatetur. Vtinam autem, & pseudo apostolos non haberemus. Sunt enim qui non missi ad nos veniunt, de quibus per proph dicitur. Hæc dicit dominus exercituum. Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis & decipiunt vos, visiones cordis sui

Psal. 44.

Apostoli patres nři dicuntur.

1. Cor. 15.

Hier. 23.

sui loquuntur, & non de ore domini: non mittebam eos, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. si stetissent in consilio meo, & nota fecissent verba mea populo meo, auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis; audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, qui volūt facere, vt obliuiscatur populus meus nominis mei; propterea ecce ego ad prophetas, qui assumunt linguas suas, & aiunt. Hæc dicit dominus; qui narrant ea seducentes populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis, cum ego non misissem eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt populo huic Hoc est pseudoprophetarum, & pseudoapostolorum nostrorum vaticinium, populos decipientium, & falsa, ac mendacia adinuentionum suarum depromentium, qui non à domino missi, sed à proprio spiritu agitati properant. De quibus apostolus. Eiusmodi (inquit) pseudo apostoli sunt operarij subdoli transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum: Ipse enim sathanas transfigurat se in angelum lucis. (2. Cor. 11.)

Non est igitur magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ, quorum finis erit secundū opera eorum. Cuius calamitatis meminit ipse saluator. Exurgent (inquit) pseudo Christi, & pseudo prophetæ. Vnum autem ex apostolo obseruandum nobis occurrit, quo veros à falsis apostolis secernere debemus, & inuicem distinguere, quibus ipse non rapinam inter apostolos vnum cōmemorat. Signa (inquit) mei apostolatus facta sunt super vos in omni patientia, in signis, & prodigijs, & virtutibus. In patientia (inquit) cum ipse se ad omnia sustinendū propter electos exhibuerit, vt & ipsi misericordiam consequerentur, ita vt & libenter gloriaretur in infirmitatibus suis, videlicet in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supramodum, in mortibus frequēter, à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accipiens. ter virgis cęsus, semel lapidatus &c. Propter quod inquit. Placeo mihi in infirmitatibus meis in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo, cum enim infirmor, tunc fortior sum. Hoc igitur veri à falso apostolatus inditium, quo hæreticos ac pseudo apostolos a catholicis, & legitimis apostolorum successoribus secernere debemus; cum illi in suis tantū oblatrent conuenticulis, nec prodeant pro veritate dimicaturi, ac certaturi vsque ad mortem pro iustitia, verbum tenent alligatum quod profecto non est Dei, cum illud nō sit vlla ignauia vel timore alligatum, sed liberum, ac omninò insuperabile, faciens illud, ad quod mittitur, nec vnquam vacuum reuertens.

(Hæretici pseudo apostoli sūt & pseudo prophetæ. — Mar. 13. — 2. Cor. 12. — Ibidem. — Quomodo a veris falsi secernātur apostoli.)

Verum non in hoc tantum deficiunt pseudo apostoli sibiipsis timentes, imò ibi velut omni virtute, & patientia nudi fugientes à facie vocantis, & plerunque trepidantes, ac timentes vbi non est timor, & nemine etiā persequente fugientes, veluti qui nullibi, nisi proprijs in latibulis securi esse videātur. Audi igitur verum apostolum, in omni patientia se exhibentem, idest frigore & nuditate, in egestate, in fame, in siti, in omni oratione, & obsecratione, in ieiunijs multis in labore, & ærūna, prçter ea quæ intrinsecus latent, & pro fratribus cupiens anathema fieri, dolens & angens, donec saluus fieret omnis populus, quem ad agnitionem veritatis toto conatu perducere cupiebat. Hi autem velut expertes charitatis, quæ omnia suffert, & omnia sustinet, qui se alienos a beatitudine ostendunt, nihil propter iustitiam pati concupiscunt. Christus apostolos tanquam agnos inter lupos mittit; isti qui non sint ex missis ab eo, velut lupi, Christi agnos, non nisi fraudulenter & subdolè rapere, & mactare, ac perdere moliuntur Verùm dominus, qui semper dedit, dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ benedictus deus. Alia verò quæ supersunt veri apostolatus inditia, sunt quæ apostolus subsequitur. In signis & prodigijs, & virtutibus; his tribus rationes miraculorum complectuntur; dum per signa, ea denotantur miracula, quæ effectum quidem naturalem attingunt, vtpotè cæcis visum, surdis auditum, egris, & languentibus sanitatē, q̄ & natura prębet, exhibere. Ideo de modo potius, quàm de re, signa dicuntur, quandoquidem, quod natura lōgo temporis interstitio operari potest, & multis concurrentibus præuijs dispositionibus, solo verbo virtus superior diuina efficere potest, illicoque præstare integram incolumitatem, quā non illicò natura præstare potest.

(Veri apostolatus inditia.)

Prodigia vero dicuntur quæ effectum talem producunt, quem non potest attingere virtus naturalis, puta mortuorum resurrectio, quæ virtuti naturali est impossibilis, cum hoc spectet tantū ad eam virtutem, quę cum sit infinita, habet vnicum tantum actum, quo solo plura, & diuersa, imò naturæ incompossibilia efficere potest; cum ipsa non nisi pluribus actionibus plura operari valeat. Conuersio etiam aquæ in hydrijs existentis, ac panum seu piscium augmentatio in manibus ministrantium, ac edentium, sunt supra naturæ facultatem ad quæ agens naturale non se extendit. Virtutes autem operari, est talia exhibere, ad quæ natura ipsa, nullo modo potest propria eius virtute pertingere, & sunt gratiæ gratisdatæ, necnon dona Spiritus sancti, quibus omnibus pollebat apostolus; & ideo ex his, sui apostolatus probat veritatem, & quòd a Deo missus esset ad prædicandam gentibus euangelij, & fidei veritatem, ob cuius veritatis certitudinem necessariæ sunt diuinæ attestationes, sine quibus nullus tenetur nouis apostolis & euangelizantibus præbere fidem, quorum sermonem miracula non affirmant, sic enim discipulos suos misisse dominum legimus, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

(Quænam dicantur, prodigia. — Fidei veritas eis credenda est quorū sermones miracula confirmant. — Mar. vltimo.)

Dicat (rogo) Lutherus, proferat Caluinus, recenseat Beza, quibus signis, quibusuè virtutibus, & miraculis sua, quæ confixerunt dogmata, nouam, quam illuminati gloriantur suscipisse fidem, corroborarunt? An pręstantiores illos faciemus apostolo, sui apostolatus rationem reddente, quippe qui non nisi sequentibus signis, imò & prodigijs & virtutibus, fidem statuit sibi adhibendam? Quam autem ægrè ferat dominus pseudo prophetas in suo reperiri populo, aperitur per prophetam. Filij hoīs vaticinare ad prophetas, qui prophetant de corde suo. Veh prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, quasi vulpes in desertis erunt; Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes. Ait dominus, cū dn̄s nō admiserit eos, & erit manus mea super prophetas; qui dicunt vana, & diuinant mendacium. In consilio populi mei nō erunt, & in scriptura domus israel non scribentur, nec ingredientur in terram Israel.

(Hæretici nullas dogmatū suorū opiniones probare sciunt aut possunt. — Ezec. 13.)

Sequamur igitur nos maiorum nostrorum instituta, quorum fides tantis est comprobata miraculis, apostolorum

Quos præcones & prædicatores debeamus suscipere. lorum sanctiones, totè suscipimus, ac sanctorum eruditimentis assentimur, qui tantis coruscarunt prodigijs, qui tantis claruere virtutibus, quique tot mirabilia, & viuentes, & vita functi, sunt operati. Interrogemus auiduis quæ sit via domini, qui sint audiendi dogmatizantes, qui suscipiendi sint præcones; distinguamus autem oportet pretiosum à vili, verum à falso, mundum ab immundo, à Deo missos à nõ missis, Dei charitate demissos a proprio ac sathanico spiritu compulsos; Non omni spiritui credamus, sed videamus iam, & probemus qui nam à Deo sint. Hæc non sunt coniectis oculis pertranseunda.

Si hæc scitis beati eritis si feceritis ea &c. Attende quam obnixè, quamuè strenuè de hac re disserat, pluribus inculcans rationibus, & argumentis, quibus illud vnum suadeat. Nostros nos inuicē debere lauare pedes ne quis crederet parui momenti rem præcepisse.

Quid enim prodest scire bonũ, & non operari illud? An non scienti bonum, & non facienti, peccatum est illi? An auditores legis iusti sunt apud Deum, & non potius factores legis iustificabuntur? Annon credunt & & demones, ac contremiscunt? Igitur scire & non operari diabolicum est, & ad condemnationem spectans; operari verò bona, quæ scimus ad beatitudinem spectare saluator insinuat.

Non operari secundũ ea quæ scimus diabolicũ est.

Beati (inquit) eritis si hæc scitis & feceritis ea, quæ scitis. Ad quid enim diceret, si hæc nos scimus, quæ nullus ignorat; quod probatissimum est apud omnes, quibus solum insit naturale lumen, & ratiocinatio, nisi verum scire contineret operari? Nesciri enim dicitur quod opere non cõprobatur. An non & Deus cognoscebat Abraham, quod timeret Deum, & tamē post opus obedientiæ peractum, inquit Deus. Nunc cognoui quod timeas dominum. Ergo ex opere scire bonum cognoscimur, quo scientia nostra approbatur. Intellectus bonus (inquit) omnibus facientibus eum, cuius laudatio manet in sęculum sęculi. Quid est laudationem in perpetuum manere, bonum intellectus facientibus, nisi quod sub alijs verbis saluator protulit, si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea.

Gen. 22.

Ps. 110

Si hæc scitis beati eritis si &c. Ecce magnæ humilitatis magnum stipendium. Quæ maior humiliatio, quàm inferior demissio, quàm pedes aliorum lauare? Quàm sordes pedum abstergere manibus? Nullis potuit Abigail coram Dauid commodioribus verbis vti in vxorē accipiendam ab eodem quàm vt se exhiberet lotricem pedum seruorum suorum. Ecce vtrinque maximã exaltationem pro humiliatione maxima. Illa regis vxor efficitur, thori & thalami regij consors effecta; isti beatitudinem assequuntur, potituri regni cælestis gaudia sic enim omnis qui se humiliat exaltabitur, & quantò maior es, si humiliaueris teipsum, ad maiorem gradũ exaltationis vocaberis; velut & qsquis in delitijs & voluptatibus intumuit, tãto illi maiora præparata sunt tormenta. Vnde potenter tormenta passurum prædixit Salomon. Audi apostolum de Christo dicentem. Exinaniuit semetipsum: propter quod & Deus exaltauit illum, dans illi nomen, quod est super omne nomen. Ex præmio igitur animum commouet, & inducit discipulos ad id faciendum, quod fecerit ipse, ad christianam pietatem excitat christianos exposito præmio solis christianis, & allectis eius præparato, & promisso.

1. Reg. 25

Humiliũ merces & præmium.

Sap. 6.

Philip. 2.

F *Si hęc scitis beati eritis, si feceritis ea &c.* Vsquequaque damnabilis est illa ignorantia, qua obtenebrescit intellectus, ideo omnis ignorans malus, quia adhuc in tenebris caligat, propterea inquit propheta. Captiuus ductus est populus meus, eo quod non habuit scientiã; Et ideo hoc à nobis malum procul abesse rogabat qui dicebat. Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Huius nos inscitiæ, quæ à cognitione salutis abducit redarguit ille dominus omnium, de quo scriptum est. Dominus autem prospexit super filios hominum vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. Et addit omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, nõ
G est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Quod autem ab hac cognitione vita dependeat, qua homo æternaliter viuat, apertè infra saluator ipse declarat. Hæc est (inquit) vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Quòd si rerũ terrenarum ac fluentium exosa, imò & opprobriosa cõspicitur ignorantia, qua homo ab homine distinguitur, & iumentis insipientibus comparatur. Quomodo qui christiana professione censentur, christianitatis iura scire contemnunt? Omnis ignorans (inquit apostolus) ignorabitur. Si hæc (inquit) scitis, non de vaniloquis loquitur, non de cęlorum motibus, non de astrorum vir-
H tutibus, non de herbarum & olerum proprietatibus, non de abditis rerum differentijs, non de secretis naturæ, neque de simbolica rerum conuenientia. Sed si hac mea edocti doctrina, verboq; & exemplo eruditi, quæ audistis, & didicistis opere impleueritis, beati eritis.

Isai. 5.

Deut. 32.

Psal. 13.
Ibidem.

Damnabilis ignorãtia.

Ioan. 17.

1. Cor. 14

Duas ignorantias, velut culpabiles & damnabiles ponit diuus ille Bernardus, maximus salutis aliorum amator, quas pręcipuè docet esse cauendas. Altera Dei nostri altera, cęterorum ignorantia procul abest à culpa, & à reatu, cum Christus stulta mundi delegit, vt cõfundat sapientes, perdens prudentiam prudentum, & sapientiam reprobans sapientum. Petrus, & Andreas,
I filij Zebedei, cæterique apostoli nullis humanę sapientiæ edocti rudimentis suscepti, ad apostolatum assumpti fuerunt. Vt non in sublimitate sermonis, sed in ostensione spiritus, & virtutis totum mundum edocturi mitterentur. Ipsi notas fecerunt vias vitæ, & spiritu intelligentiæ pleni, in conscientia bona, & fide non ficta magisterium sunt adepti. Illa periculosa est sciētia quæ inflat, & hominem supra se extollit, quæ autem ad sobrietatem ex charitate acquiritur per fidem, ipsa est quæ ędificat, & saluat. Hanc addiscere pro salute iubemur, quia si hæc scimus, non si altiora nobis quærimus, non si ex curiositate scrutamur, sed si hæc scimus, quæ Christi
K exemplo didicimus, beati erimus, si opere compleuerimus. Ad sobrietatem, nostrum scire reduxit, dũ ad hęc scienda coarctauit. Hoc & apostolus docuit. Dico autē per gratiam quæ data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos, non plus sapere, quàm oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem. Non prohibet sapere, sed ad sobrietatē iubet sapere. Quid est autem (inquit Bernardus) sapere ad sobrietatem, nisi vigilantissimè obseruare quid scire magis, priusuè oporteat?

Damnabilis est ignorantia quã Deus ignoratur & proximus

Periculosa scientia.

Rom. 12.

Est autem omnis scientia quantum in se est, bona, dum veritati est subnixa. Sed ea scire prius, magis curato, quæ tuæ viciniora sentis esse saluti. Nonnè medici corporum medicinæ portionem definiunt eligere in suis medis pharmachis, quid prius, quid posterius, & quēadmodum,

Oĩs sciẽtia ex se bona est.

admodum, quidque sumi oporteat? Nam etsi bonos constat esse cibos, quos Deus creauit, cum tamen ipsos tibi in sumendo modum, & ordinem non obserues, reddis planè non bonos, ergo quod dico de cibis, hoc sentite, & de scientijs, sed melius mitto ad vos magistrum, non est enim nostra ista sententia, sed illius, imò & nostra, quoniam veritatis, qui se (inquit) putat aliquid scire nondum scit quomodo oporteat eum scire: Vides quonā non probat multa scientem, si sciendi modum nesciret.

1. Cor. 8.

Vides (inquam) quomodo fructum, & vtilitatem scientiæ in modo sciendi constituit. Quid ergo dicit modum sciendi? quid nisi vt scias quo ordine, quo studio, quo fine, quæque nosse oporteat? quo ordine, vt id prius, quod maturius ad salutem; quo studio. Vt id ardentius, quod vehementius ad amorem. Quo fine, vt non ad inanem gloriam, aut curiositatem, aut aliquid simile; sed tantum ad ædificationem tuam, vel proximi. Sunt namque, qui scire volunt, eo fine tantum, vt sciant, & turpis curiositas est. Et sunt, qui scire volunt, vt sciantur, & turpis vanitas est. Qui profectò non euadent subsanantem satyricum, & eos, qui eiusmodi est decantantem. Scire tuum, nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter. Et sunt item, qui scire volunt, vt scientiam suam vendant. Verbi caussa pro pecunia, pro honoribus, & turpis quæstus est. Sed sunt quoque, qui scire volunt, vt ædificent, & charitas est. Et item, qui scire volunt, vt ædificent, & prudentia est. Horum omnium soli vltimi duo, non inueniuntur in abusione scientiæ; quippè, qui ad hoc volunt intelligere, vt benè faciant. Denique intellectus bonus omnibus facientibus eum.

Laudabilis summo pere est, & amplexanda scientia, q̄ fine tum ore, & inflatiōe acquirimus, & possidemus.

Ps. 110.

Reliqui omnes audiant, scienti bonum, & non facienti peccatum est ei, ac si per similitudinem dicat. Sumenti cibum, & non digerenti perniciosum est ei. Cibus siquidem indigestus, & qui bonam non habet decoctionem malos generat humores, & corrumpit corpus, & non nutrit, vt multa scientia indigesta stomaco animæ, quæ est memoria, si decocta igne charitatis non fuerit, & sic per quosdam artus animæ, mores scilicet atque actus transfusa, atque digesta quatenus ipsa de bonis quæ nouerit, vita attestante, & moribus, bona efficiantur.

Melius est nescire, q̄ sciendo bene scita non agere.

Non de omnibus vobis dico, scio enim quos elegerim. Hic denuò Iudæ conscientiam ferit Saluator, & se eius proditionis conscium ostendit; prouocans, & velut stimulo pungens animum eiusdem, vt à concepto desistat facinore. Non dico de vobis omnibus. Quod hæc sciatis, & quæ negari à nemine possunt, singuli intelligatis. Cum sit inter vos, qui nec Domino subijci, vt seruus, nec magistro obsequi, vt discipulus velit: Quin potius adsit, qui se suo opponat domino, & qui suo contradicat magistro intantum, vt pedis sui plantam erigat super eundem. Non de omnibus vobis dico, qui non omnes hæc, quæ edocui, operari didicistis. Diuersi sunt gressus proditoris à gressibus obsequentium. Non enim, sicut viæ meæ, viæ eius, vel sicut cogitationes

A meæ, cogitationes eius. Imò sicut distat cœlum à terra, ita cogitationes meæ à cogitationibus eius, & viæ meæ à vijs eius. Est inter vos, qui manum suam posuit ad aratrum, sed respiciens retro, non est aptus ad Regnum Dei. Melius erat illi non agnoscere veritatem, quàm post agnitam, iterum retro ire. Nam & nobis longè melius esset mirandum non cognoscere, quàm ijs cognitis, in potentias Domini non introire. Multi quidem multa scimus, pauci autem, quæ scimus bona operamur. Scientiarum omnium cognitionem cuncti percipimus, vt inflemur inani gloria, non vt ædificemus operarij. Ad elationem, & ad fastum auræ popularis extolli per scientias anhelamus, qui adhuc, vt rectè operemur, rudes existimus. Alijs normam operandi virtuosè pronunciamus, qui à norma recedentes vitiosi sumus. Alios in viam rectam dirigimus viam pulchram alijs paramus, qui vias lutosas, lapidibus complantatas, & difficiles ambulamus. Suffragia alijs impendimus, qui nostræ saluti vix tantillum consulimus. Aliorum imbecillitati occurrimus scientes, qui nostræ necessitati deficimus non operantes. Ad futuram mercedem alios accendimus, qui nostram hinc mercedem rapere concupiscimus. Vtinam nos scientiæ nostræ non condemnent. Vtinam nos non præcipitent, dum qui alios docemus nos ipsos non docemus: dum alios corrigimus, & castigamus, nos ipsos dignos sententia condemnamus.

B

Scientiarū tumor, & fastus.

C

Sciētia nostra est dānatiōis nostræ periculum.

Scio quos elegerim. Non enim elegissem si non agnouissem. Meum erat eligere, cuius erat omnia intelligere. Ab æterno elegi, qui ab æterno omnia solo, & vnico intellectionis actu aperta, & nuda, omnia conspicua habui. Equidem vos duodecim ad apostolatus dignitatem elegi; ad æternæ autem vitæ statum, ad beatitudinis possessionem, ad consessum in patria mecum: scio quos elegi. Paleam cum frumento in terrestri hac area, tum passus habere, in horreo autem excussà palea, soli frumento paratus est locus. Immundum mecum hic viuens habere constitui, si fortè mundus euaderet immundus: In regnum autem Dei, vbi nihil inquinatum introire potest, scio quos intraturos elegerim. Quandoquidem mihi soli cognitus est numerus electorum in superna fœlicitate locandus. Ideo non de omnibus vobis dico. Vos qui loti estis, qui immunes à peccatis, qui vocatis me magister, & domine, qui benè dicitis, & quæ iusta sunt decernitis. Vos, qui quod ore dicitis, factis comprobatis. Vos, qui hæc scitis, & scientes impletis. Scio quos elegerim. Qui veluti fideles serui meis paretis mandatis, & tanquam verè discipuli, me magistrum vestrum imitamini, scio quos elegerim.

Eligit Deus plurimos ad fastigia dignitatū quos ad vitam æternam non eligit.

D

E

Hæc sors iustorum, satagere, vt per bona opera certam eorum vocationem faciant. Sed quomodo à tanti magistri discipulatu tunc non recedimus, nec non à tanti Domini famulatu, non auertimur, dum ipso humiliante superbimus, ipso paupertatem profitente, ditari operam damus, ipso patiente delitiamur, ipso parcente vindicamur,

Sors iustorum.

I ipso

ipso ieiunante crapulamur, & quæ respuit ipse, nos affectamus? Nonne magis detestamur, & procul à nobis repellimus, quæ ipse amplexatus est Christus? Quod si verè magistrum ipsum nostrum vocamus, quomodo facta eius non æmulamur? Quomodo & magistro, & domino iubente non obtemperamus? Et quod operatus est ipse non operamur?

Propter vnū, vel duos alicuius collegij scelestos viros nō debere à superiorib⁹ ceteros cō turbati.

Non de omnibus vobis dico, &c. Attende quanti faciat totius sacri collegij eius offensam, vt non patiatur improbum maculare iustum, nec ex vnius immundi, & degeneris iniquitate, cæteros mundos, & iustos posse maculari: supra enim Euangelista expresserat, non omnes Apostolos mundos esse, quod propter Iudam solum protulisse manifestat, dum inquit. Sciebat enim quisnam esset, qui traderet eum; propterea inquit. Non estis mundi omnes. Quod & cautum fecit ipse Saluator his verbis, protestans se non de omnibus dicere. Sciebat enim, quam promptè humanæ mentes in malum iudicium prolabantur, & ideo apposité expressit. Non de omnibus vobis dico. Vtinam & si nondum ab Euangelista, saltem nunc ab ipso domino, & magistro nostro addisceremus, qui tam facilè de proximo nostro leui etiam suspicione in ignominiam eorum descendimus, & enormia proximorum, tam facilè eructamus.

Tardi, & cauti ad iudicandas, & detegēdas pximi ignominias eē debemus.

Ego scio quos elegerim. Qui vos non sorte, sed meo beneplacito elegi, non casu, aut obiter, sed mea sponte decreui, scio quos elegerim, & ad beatitudinem, diuinaque munia suscipienda compotes fecerim. Ego (inquam) qui vos elegi, impium exclusum volui, proditorem non connumeraui, facinorosum reprobaui, crudelem, & virum sanguinum, & dolosum non ascripsi, pietatis inuidum, & murmuratorem in pauperes nolui, eos aūt elegi, qui ingrediuntur sine macula, & operantur iustitiam, qui loquuntur veritatem, nec dolum agunt in lingua sua, qui non faciunt malum proximo suo, nec opprobrium accipiunt aduersus proximos suos, qui iurant proximo suo, & non decipiunt, qui tota die miserentur, & commodant; hi sunt mei electi, hi sunt verè mei discipuli, qui consortes efficiuntur æternorum bonorum.

Obserua his intelligens, & prudens lector, quomodo Iudas præuaricatus fuerit à Christo, & quibus implicitus iniquitatibus, à collegio discipulorum expulsus, tandem velut indignus inueniatur, ita vt ad nihilum deductus sit malignus in conspectu Saluatoris, qui timentes ipsum tantummodo glorificat. Ego scio (inquit) quos elegerim: quasi dicat. Hoc vnum à vobis absit, vt meo errore contigisse credatis Iudæ perditionem. Absit à vobis, me deceptum in electione fuisse suspicemini: sic enim vos omnes elegi, non vt me nesciente, seu non prouidente, vt vnus esset ex vobis, qui diabolus esset, aut ignotatem, vnum ex vobis mei proditorem fore, qui impietati, & auaritiæ animum daret, qui retrospiceret, & à bono incepto mentem reuocaret. Neque enim nescius talem admisi, qui scio quos elegerim, qui lupos ab ouibus discernere non ignoraui; nempe

Non decipitur Christ⁹ Iudam ad Apostolatum eligendo.

F scio ego quos elegerim ad gloriam, & quos ad flammam; scio quæ vasa ad honorem, & quæ ad contumeliam conficienda essent: filios perditionis à filijs regni, ab æterno distinguere didici, tenebrarum filios à filijs lucis secernere optimè noui.

Verùm hunc proditorem, scelestumque in consortio iustorum adesse volui, nè etiam ipse tam exiguus numerus duodenarius in mundo sine malo reperiretur. Vnde Augustinus: Cum inter malos nos conuersari contingat, ad exemplum patientiæ nostræ Iudam Christus connumerauit Apostolum, vt inde disceremus malos ipsos sustinere, rectéque secum
G addiscere conuersari; quo exemplo instruimur, nè deficiamus in tolerantia malorum, nec frangamur, dum eorum impietate grauamur. Et denuo idem pater Augustinus alibi inquit. Sciens dominus noster Iesus Christus Iudam traditorem, elegit tamen in consortium bonorum, vnde tibi solatium faceret nescituro quos deuites, poterat enim non eligere Iudam, qui nouerat Iudam, sed electus est iste ad aliud electi sunt vndecim, ad opus probationis, electus est vnus ad opus tentationis; quod hic fecit mihi, alius facturus est tibi. Vnde vt possem tibi exemplum dare, vnum volui mei proditorem mecum habere: præcessit exemplum, & sustinui, pedes eius laui, toleraui, beneficia contuli etiam meo proditori, vt tibi exemplum darem, solatiumque in aduersis præberem.

August. In Ps. 34.

In Ps. 55.

Susceperat Dominus hominis fragilitatem, susceperat, & mortalium vices, in ijs, in quibus passim dolentes versamur, & ideo nec has partes recusauit infirmitatis humanæ, dum voluit à discipulo deseri, à seruo persecutionem pati, ab Apostolo tradi, à beneficiato exprobrari, & ab amico venundari, vt & tu (inquit Ambrosius:) Moderatè feras à socio traditus, à parente relictus, à beneficiato, & amico
I offensus. Quid si vides tuum perijsse beneficium, qui vides à Christo Iudam decessisse? Tuum dicis errasse iudicium, qui Christi audis notitiam; Non te moueat scelus inuisum, aut non creditum facinus, qui Christum intrepidum contemplaris, omnia prospicientem, omnia agnoscentem, & occulta etiam reserantem, ex prudentia electus est Iudas, ex prouidentia susceptus est impius, vt discas quanta sit veritas, quam nec aduersariorum malitia, nec improbitas impiorum infirmat.

Ambrosius super Luc. li. 5.

Non debere nos ex impiorū iniquitate à bono deficere.

Hoc diuina egit bonitas, hoc in nostram beneficentiam compleuit Christi benignitas, vt inde firmam sententiam suscipias, sapientiam non vinci à malitia, magis autem vinci sapientia malitiam, vt
K & tu scias in bono vincere malum. Quod & Augustinus aduertit, dum inquit. Nullus ex nobilibus electus est, nullus ex doctoribus, nullus ex proceribus, sed infirma mundi eligit Deus, vt confundat fortia. Hinc enim magna artificis misericordia, sciebat enim, quia si prius elegisset senatorem, diceret fortasse senator. Dignitas mea electa est. Si elegisset diuites, dicerent. Opulentia nostra electa est; si oratores; eloquentia nostra electa est. Si Phylosophos.

August. super Ioā. tract. 7.

Idem August. lib. 3 de Verb. Dom. Ser. 11.

losophos. Sapientia nostra electa est, & addit. Interim differantur superbiisti, da mihi prius piscatores, da mihi potius pauperes, da ignobiles, da quæ sunt stulta mundi, da & peripsema omnium, nè glorietur coram Deo omnis caro. Dimisit retia piscator, & factus est orator, omnium sapientium, omnium diuitum, & omnium oratorum; accepta gratia factus est piscator iuxta Christi promissum. Faciam vos fieri piscatores hominum. Hinc iam vidimus Moysis virgam inanem, sterilem, frondibus & folijs vacuam, quæ diuina virtute conuersa est in colubrum, ita vt magorum colubros penitus, nedum vinceret, sed & deuoraret, ac de medio tolleret. Fidei nostræ typus singularis, qua sapientum sæculi artes omnes euanescunt, & solius veritatis, non argutiæ ratio præualeret. Sic enim natura superat gratiam, & charitas omnia vincit, omniaque potest.

Visa iam fuit Moysis virga versa in colubrum.

Tandem piscatores, & publicanos eligere voluit, quorum ministerio salus mundo præberetur, ne aut traduxisse prudentia, aut redemisse diuitijs, vel potentiæ, seu nobilitatis authoritate traxisse aliquos ad fidem, & gratiam videretur, splendidiusque virtus Christi resplenderet in istis. Vt enim totam hanc suæ Ecclesiæ fabricam construeret Christus ex suo, non ex alieno ædificare voluit, vt sua, & non alterius tota esse cognosceretur; ipse totum hoc ædificium construxit, incepit, auxit, corroborauit, compleuit, vt totum eius, non alterius esset. Iuxta quod scriptum est. Fundamentum aliud nemo potest ponere, &c. Hinc tremuit mundus auditis Euangelij præconijs, insurrexerunt lupi, rugierunt leones, excanduerunt tyranni inauditam gratiam, legem, mores, vitam, nouum, æternumque regnum pollicentibus; sæuit diabolus in destructione Idolorum, furiatur mundus in exprobratione vitiorum, debachantur Reges, & tyranni in noui Regis acclamatione: hique omnes malignitatis spiritu glutinati, insurgunt, persequuntur, trucidant, & quo valent astu insequuntur. Verùm dum agnos leonibus fortiores reperiunt, dum Christum diabolo fortiorem experiuntur, dum oues lupis validiores agnoscunt; victoriosi agni patiendo, sustinendo, capta præda eorum, qui se capere concupierant, reuertuntur, ita vt oues, & lupos, & leones, mundique cultores ad Christi fidem pertraxisse dignoscantur.

Cur piscatores, & publicanos abiectissimosq; viros elegerit Christus ad sublimia Apostolicæ dignitatis fastigia.

In nouę legis Euágelicæ promulgatione totus orbis cómouet.

Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Elegit illos in tempore, quos prælegerat in æternitate. Vtraque electio non propter illorum merita, sed ex eius mera benignitate. Ego (inquit) scio quos elegerim. Scio ego quod nesciunt ipsi, quia nemo scit, an amore, vel odio dignus sit. Ideo ego scio, quia amoris mei signa ad tempus reseruo. Vsque in hanc horam (inquit Apostolus:) Esurimus, & sitimus, & colaphis cædimur, & tanquam amurcæ peripsemaque huius mundi reijcimur, & nondum apparuit quid erimus. Hanc optandam vicissitudinem secum detulit, hoc electionis genus, quando à bonis eligitur, quod eligitur: dicente Augustino. Non facile inuenitur electoris nomen in malo, nisi quando mali eliguntur à malis. Et ideo de ratione electionis est, tendere, vt sit electio boni.

Chrs eius i nos amoris, ad tép' signa reseruat.

1. Cor. 4

August.

A Bonitas non ante electionem, sed cum electione diuina consistit, quia non ideo electi sunt, quia boni sunt; sed ex eo, quia electi sunt, boni facti sunt. Dominus ipse cognouit, qui sunt eius. Quid est autem cognoscere, nisi eligere, & constituere? Aliâ autem electione, & Iudam elegisse legimus: Elegit duodecim quos Apostolos nominauit. Elegit malum, qui etiam à malo nouit eligere bonum, & falso etiam benè vti instrumento. Electi sunt illi (vt inquit Augustinus) Non quomodo electus est Iudas. Illi electi sunt, vt conformes fierent imagini eius ad regnandum cum Christo, electus est Iudas ad opus,

Quia electi sunt, q prędestinantur à Deo, boni fiunt, non aũt è contrario.

Luc. 6.

B quod perficere congruebat, vt per eius opus damnabile, illud, propter quod ipse venerat opus venerabile compleretur. Illos ergo elegit ad obtinendum regnum suum, illum ad fundendum sanguinem suum. Illi sunt non vocati tantum, quia multi sunt vocati; sed & electi; non tamen tantum electi, quia & Iudas ex electis; Verùm & prædestinati, non tamen ad hanc tantum præsentem iustitiam, vt proditor ille, sed & ad perpetuam gloriam. Illi, & quicunque in Dei prouidentissima dispositione præsciti, prædestinati, vocati, iustificati, electi, & glorificati sunt, non dico nondum renati, sed etiam nondum

C nati; quia filij Dei sunt, & omnino perire non possunt.

Hi verè veniunt ad Christum, qui ita veniunt, quomodo ipse dicit. Omne quod dat mihi pater ad me veniet, & hæc est voluntas eius, qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi non perdam quemquam ex eis. Ab ipso datur etiam perseuerantia in bono vsque in finem, neque datur, nisi eis, qui non peribunt; quoniam qui non perseuerant, peribunt. Talibus Deus diligentibus eum, omnia cooperatur in bonum, vsque adeo prorsus omnia, vt etiam si qui eorum deuiant, & exorbitant, etiam hoc ipsum fa-

Quinã ad Christum ire dicant.

D ciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atque doctiores. Horum si quisquam perit, fallitur Deus, sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus. Horum si quisquam perit, vitio humano vincitur De', sed nemo eorum perit, quia nulla re vincitur Deus. Hæc Augustinus.

Sed vt adimpleatur scriptura. Qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum suum. Occurrit hic curiositati hominum, quare Iudam elegerit, quẽ proditorem agnouit. Vt impleat, videlicet scriptura, in qua patris voluntas exprimit, qui malũ alterius, in bonum communius conuertere no-

E uit. Attende voces citharædorum citharizantium in citharis suis. Christus conciliat harmoniam vtriusque soni veteris, & noui testamenti; accommodat dicta Prophetarum factis, vt respondeat symphonia in auribus præcordiorum audientium. Componit facta sua dictis Prophetarum, vt tali melodia respondeant vltima primis, & author interpres scripturæ non ad verba, nec ad litteras; sed ad sensum recurrit scripturæ, cuius verba sm vulgatam, & communem translationem sunt. Etenim homo pacis meæ, qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. In eadem est Iudæ traditionis, & Prophetica narratio. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus,

Vtriusq; testaméti dicta & facta Chrs cóciliat, & accómodat.

Psal. 40.

Psal. 54.

qui simul mecum dulces capiebas cibos &c. In quibus se à Iuda supplantatum domestico suo conqueritur, prout seriosiùs infra videbitur; cuius demissionis Christi velut sub pedibus Iudæ, meminit alius proph. Fratres mei pugnauerunt contra me. De quo & Michæas. Calcabis oliuam, & non vngeris oleo eius.

Hier. 12
Mich. 6.

Sed vt impleatur scriptura &c. Sed hæc scilicet eueniunt vt impleatur, idest vt impleri videatur, ac verificari intelligatur scriptura, ac si diceret. Dum hæc quæ prædicta sunt videre contingit euenire in scripturarum consummationem referendo, eam veritatẽ nanciscimur, quam ipse testificatur. Et Christum cum esse perpendimus, quem & illæ prædixerunt, & de quo tot testimonia præbuerunt. Hoc tantum absit a Christi dignitate, & eius maiestate per quem factæ sunt scripturæ, & in cuius testimonium loquuti sunt Prophetæ, vt Christus referatur ad scripturas, & non potius scripturæ referantur ad Christum. Non igitur operatur Christus, quia sic de eo vaticinia prædixerũt, verùm sic vaticinati sunt prophetæ de Christo, quia sic quod prædixerant, operaturus erat Christus. Prius enim in intentione est finis operis, quàm opus, cum causa causarum dicatur finis, & prius sit in intentione figuratum, quàm ipsa figura, quæ lege naturæ & totius scientiæ præsupponat figuratum. Hoc igitur est dicere, sed vt impleatur scriptura, quod est dicere, sed Iudas supportandus est, & tolerandus proditor, de quo prædictum est per Prophetam: quo impleri agnoscatur scriptura. His enim facta saluatoris confirmanda sunt dictis, veluti quem ferunt ipsæ scripturæ, sic enim iubente domino, offerendo vitulo præparantur ligna, quibus accommodaretur hostia. Struem autem lignorum accommodare, & componere (teste interlineari glossa) est, dicta prophetarum Christi factis accommodare, & Christum scripturis factis suo loco reponere.

Scripturæ sacræ referuntur ad Christum, nõ autem Christus ad figuras.

Sed vt impleatur scriptura &c. Attende iam te Christum ad scripturas remittere. Et hoc quidem instante suæ passionis tempore. Illuc te reducit, quò tu recurras, quò manifestius intelligas nihil non præuisum, nihil non præordinatum occurrisse Christo. Ipse disposuit testamentum electis suis, qui euentura sibi prophetarum oraculis reserauit ipsas adducit, quasi testes aduocauit, dicente eodem supra. Scrutamini scripturas, quoniam illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me. Has ipse adduxit, quas omnino implendas prædixit. Oportet impleri quæcunque scripta sunt in prophetis de me. Maximè autem progrediens ad mortem sæpius recurrit ad eandem scripturam, tanquã ad confugium immortalitatis nostræ.

Ioan. 5.
Luc. 24.

Hæc sunt salutis nostræ arma, gladius videlicet spiritus quod est verbum Dei, in quo magis, quam in solo pane viuit homo. Isto inquam Dei verbo, scripturarum, scilicet munitus homo, intrepidus accedit ad ardua, manum mittit ad fortia, ad hostes, ad satellites, ad aculeos, ad ludibria, & tandem Christus ad crucem progreditur, occurrit (inquam) Dauid noster aduersus proceerum Goliad militantemq; gygantem, imò aduersus diabolum, quo prosterneretur inimicusque amputato tyrannidis eius capite, depressoque supercilio substerneretur. Est enim Dei verbum (teste apostolo) penetrabilius omni gladio ancipiti, viuum, quia ad vitam præseruat & efficax, quia contra aduersa omnia tenentes illud corroborat, quo hinc prosternantur inimicorum sæuitiæ, rescindantur voluptatum tentationes, & occurrentibus periculis muniantur. Aliqua habentem viventemque eo, etiam sauciatos & semiuiuos sanat, & incolumes reddit.

Salutis nostræ arma.
Hebr. 4.

F

Hoc muniti, liberamur à morte, subleuamur à tribulatione, quo, & fouentur oppressi, & refocillantur exanimes. Ecce igitur magistrum, & præceptorem nostrum ad scripturas sacras confugientem, & Dei verbum, dum moriturus est, suscipientem sine quo, nec bellare cum diabolo, nec pugnare cum mundo, nec resistere voluptatibus mundi non audeamus. Hoc potissimum armorum genere omnem difficultatem, fortitudinem, iniquitatem, imò & mortem ipsam facilè deuincimus; quo etiam a peccatorum nexibus liberamur, dicente Proph. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Hæc insuper est lucerna illa pedibus nostris, de qua ibidem dicitur. Quoniam lucerna pedibus meis verbum tuum. Tandem cum verbo Dei nunquàm deficere poßumus, cum cęlum & terra transire dicantur, verbum autem Dei permanere in æternum scriptura testetur.

G

Scripturarum sacrarum testimonijs facilè omnes mundi carnis & demonis superamus insultus.
Ps. 118.

Qui manducat panem meum, leuabit contra me calcaneum suum &c. Obserua in singulis verbis contenta mysteria. Qui manducat inquit. Et primò quidem parum fuisse benignitati Christi Iudam inter discipulos suos ascripsisse, apostolorum collegio illum connumerasse, comitem suum habuisse, operum suorum testem effecisse, depositarium eundem constituisse; verum his omnibus, hoc maius adhibuit, vt & mensæ etiam sodalem accepisset; non omnium hæc sunt amicorũ munia; sed ad principes hi soli chariores censentur, qui digni sunt mensæ eorum. Quod & saluator aliàs suis dilectis designauit, dum inquit. Dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Optimè igitur Christus, & hoc beneficium Iudæ exhibitum, vt commensalis esset eius, nobis considerandum proponit, dum inquit. Qui manducat panem meum &c. Quibus & maior impietas, notaque ingratitudinis Iudæ, scelerisque eius grauitas innotesceret; Nec tamen obiter Iudas cum Christo manducauit, vt plerunque contingit itinerantibus, aut quoquo modo apud caupones declinantibus, neque interfuit mensæ Christi vt aduena, verum vt dilectus ab ipso, & in consortium assumptus. Nec manducauit cum Christo, vt plerunque solent & rustici cum dominis suis, dum existentes in agris contingit istos simul discumbere. Nec ipsum comitatus est in desertum, vbi dum famesceret, & confectus inedia esuriret, herbarum radices, & folia vt inueniebat, comedebat; Verum qui manducat (inquit) panem meum. Panem (inquam) quo inter edulia omnia nihil nobilius, nihil suauius, nihil salubrius, nihiluè iucundius, ex quo cor hominis confirmatur, vita hominis restauratur, corpus totum augetur, roboratur, conseruatur. Nihil enim septem illæ mulieres ad edendum ab eo petebant, de quo dicitur. Nisi panem &c. Et paruuli de quibus Hieremias testatur, nil a parentibus, nisi panem exposcebant.

H
I
K

Commensalis Christi fuit Iudas, vt in cõuiuij exhibitio maximo beneficio scelerис eius grauitas innotesceret.

Panis suauissimus est quẽ nobis Christus exhibet manducandũ.
Isa. 4.
Tren. 4.

Qui manducat panem meum &c. Tanquàm diceretur

retur eiusdem panis particeps est effectus, de quo ipse met edebat Christus, ita vt nihil ederet Christus, quin & Iudas particeps esset, vel panem meum, idest panem mihi exhibitum, dum vocarer aut ad nuptias, aut ad conuiuia, siue etiam meum, idest ex pecunijs mihi pro eleemosina exhibitis comparatum, vel certè meum, idest a me creatum, meaque virtute ad beneficentiam hominum productum. Cuius & Iacob dum in Beth rogaret, meminit inquiens. Si dominus Deus meus fuerit mecum, & dederit mihi panem ad vescendum &c. Et ideo Iudas absque eo quod ipse posceret panem, factus est manducator eiusdem panis; vel tandem panem meum, idest corpus meum, meque ipsum panem viuum de cęlo descendentem, panem cęlestem, ac angelorum. Hunc panem in mensa Christi, tàm mali quàm boni suscipiunt, verùm hi ad vitam, illi autem ad perditionem, ecclesia protestante. Sumunt boni, sumunt mali, sorte tamen inæquali: Ad vitam, & exitium &c.

Gen. 28.

Manducabat Iudas Christi panem.

Leuabit contra me calcaneum suum &c. Fige hic pedem, nec prætereas verborum significationes. Manducare panem, & leuare calcaneum, meum, & contra me, meum, & suum, quæ omnia ad proditoris facinus aperiendum, mentes illuminant. Dum enim Christus Iudam aduocauit, suique consortiò dignum effecit, proprium panem illi communicauit. Iudas tamen velut inferioribus occupatus, imò depressus & intentus, circa calcaneum moratur; iam enim deiectus ad terram superiorum virium expers, velut ratione reiecta, totus terræ confixus, circa calcaneum versatur, ibique contra superiora machinatur. Neque enim aliter melius, quàm calcaneo in Christum sæuisse designari potuit, vt qui Christi panem ore manducat, suo calcaneo in Christum insurgat. Quid ore nobilius? Quid homini vtilius? Quid autem calcaneo inferius, & ignobilius in homine? Os Iudæ pascit Christus, calcaneũ suum Iudas leuat in Christum. Reficit Iudam Christus, reijcit Christum Iudas, recipit Iudam Christus, molitur Iudas contra Christum. Et dum os Iudæ dulcedine cibi. & panis Christi oblectatur, Iudæ calcaneus contra Christum leuatur. Dum ad saluandum Iudam Christus intendit, ad contemnendum Christum Iudas insurgit.

Dum pasci tur a Christo Iudas ipse in eũ parat insidias, & in benefactorem suum calcaneũ erigit.

Audiuimus fratres insurgentem in fratrem Caim, audiuimus & insurgentem in patrem Absalon. Verum Iudas iniquissimus, omniumque pessimus, factus est saluatoris nostri proditor; qui dum sumit obsonium in mensa Christi, cogitat pretium de sanguine Christi, mandit dentibus epulas conuiuij, & mente ruminat modum exitij: ingurgitat dapes impio ore, & euomit Christum improba pactione, ita vt velut venenosa aranea, vel improbus fucus ex suscepto melle florum, malignitatis eructat venenum. Hæc pessima est callidissimi serpentis aspidisque surdæ sordidissima conditio, qui suauia & dulcia dum ore deglutit in dirũ virus protinus conuertit, sicut & econtra diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Dum agni paschalis crepitant ossa sub dentibus Iudæ, veri agni innocentissimi, impius macellum crudele disponit, sed vtinam nequissimus Iudas proditionis suæ plures nobis non reliquisset hæredes; vtinam fraudis suæ æmulatores non præstitisset; vtinam asseclas post se falsus discipulus

A nullamque fraudum suarum reliquisset memoriam. Sed (quod deterius nobis contingit) vnus tantùm repertus Iudas inter discipulos Christi, vnus tantùm tanti magistri proditor, vnus tantùm inter Antistites cultor auaritiæ, oppressor innocentiæ, pietatis æmulator, vnus tantummodo sacri collegij prophanator, gratiarum & beneficiorum Christi vilipensor, religionis totius offuscator, vnum tunc solum propria malitia obcęcauit, cupiditas propria fefellit, illusuit subduxit.

Reliquit post se plurimos Iudas suæ iniquitatis hæredes.

Verum hac nostra tempestate, infęlicissimoque sęculo (proh dolor) quot impietatis Iudæ æmulatores? quot prauitatis eius hæredes? Hic docuit apostatare à B Christo, discipulos ipse caput est debacchantium aduersus Christum obloquentiumque de obsequio Christi. Quot sub isto capite apostatas cernimus? Quot hæreticos? quot impios, & facinorosos? Qui etiam calcaneum contra Christum eleuare didicerunt, in tantum audaciæ & temeritatis facinus irrumpunt, vt Christum pedibus conculcare cernantur, cuius imagines dum prosternunt, imò (& quod molestius obijcitur) corpus eius sacratissimum corporis & sanguinis sacramentum pessundant, ac simul cum Iuda conculcant.

Apostatarum caput est Iudas.

Emulantur plurimi Iudam & imitantur.

Lauerat Christus pedes Iudæ, & tamen quod gratia lauat, ecce coinquinat culpa, lauerat Christus calca- C neum Iudæ, emundaueratque calcaneum eius, sciebat enim hanc esse domum sathanæ, verùm reuertens ipse sathanas in domum suam vnde exierat, inueniensque eam scopis mundatam, velut ampliori sibi concesso habitationis, & possessionis loco, assumit alios septem spiritus nequiores se, ita vt fiant nouissima hominis istius peiora prioribus. O contusam calcanei cutis duritiem. O insensibilem calcanei pellem; qua tectus Iudæ calcaneus, nihil humanitatis recipit. Quid calcaneo immundius? Quid insensibilius in homine? ideo non nisi calcaneo impij aduersus dominum, & aduersus Christum eius conueniunt, & insurgunt, re- D ctè à propheta, brutis illis comparati, qui calcaneo insultant dominis suis, mulus, & equus maximè molestant calcaneis, & eos, quorum pabulo nutriuntur, offendunt, & plerunque occidunt.

Aut certè calcaneo insurrexisse contra Christum describitur Iudas, quo expressiùs intelligas totum Iudam in Christum inuexisse; animo namque ruminabat dolos, labijs mercatus est Christum, manibus sanguinis pretium suscepit, pedibus satellitum seductorem pręstitit, & vsque ad calcaneum totum se aduersus Christum opposuit. Hæc est superborum conditio, etiam vsque ad calcaneos, idest in omnibus actionibus super- E cilium ostendere, & super ceruices aliorum erigere; vel certè in calcaneo malignitas Iudæ designatur, quia virus serpẽtis viperarumque venenũ in cauda maximè reseruatur. Dixit enim aliquando ipse Christus progeniem aliquam esse viperarum, non effugientium à ventura ira, quorum hodie numero ascriptus Iudas recensetur, cum leuare contra Christum calcaneum describitur. Vel tandem in calcaneo iniquitas Iudæ recondita esse declaratur, qui vsque ad sui consummationẽ toto nisu cõtra Christum ferebatur, adeoque aduersus ipsum crudelitas proditoris sæuiebat, vt nihil in se haberet, quo non in necem saluatoris vteretur, nihil relinquens intentatum, quo tandem ad finem perduceret pessimum suum cogitatum.

Iudæ malignitas in calcaneo eius existit.

Leuabit contra me &c. Adam leuauit se super se, Achab: Nabucodonosor eo tantum eleuati sunt, vt se supra se falsò extollerent: Herodes, qui se nescire dominum confitebatur, & plerique alii extollebantur super se nescientes dominum, de quibus dicitur: Et scient quia ego dominus. At Iudas non tantum se supra se, sed calcaneum suum supra dominum eleuauit, contra (inquam) & non tantum supra; vt & sathana peior cognoscatur, qui supra altitudinem nubium solium suum extollere cogitauit, vt similis esset altissimo, non vt peslundaret altissimum. Iudas autem magnificauit super Christum supplantationem, qui ad conculcandum, ad deijciendum, ad tollendum e medio, & ad occidendum Christum non tantum labia, manus, mentem, cor, sed & calcaneum leuauit: Iacob bis & iterum fratrem suum supplantasse legimus, & in edulio, & in paternæ benedictionis subreptione, & in die natiuitatis ex vtero, cuius fratris Esau plantam manus violenta retraxit. At Iudas magnificauit siue ampliauit super Christum supplantationem, dum vsque adeo peruenerit vt suum etiam contra Christum calcaneum leuauerit, quasi iam victo insultaret, dum solent victores illudere pedibus, in prostratos & victos, tanquam vilipendium ipsorum qua possunt arte, facientes. Ambrosio attestante, vidisse se tyrunculum, qui cum elisisset aduersarium, illius frontem calcaneo insultasse, quasi de prostrato gloriosiùs triumpharet. Maximè autem hoc facit impius, qui cum in profundum peccatorum suorum venerit, contemnit: contemnit (inquam) & sui iudicis maiestatem, necnon suorum scelerum vindicem & dominum. Ecce rebellem discipulum qui viso prius Christo, dum ad pedes humiliter declinasset, eò impudentius contra ipsum insurrexisse. Nihil enim minus spiritus malignitatis insurgit, quo benignitatis, & humilitatis norma se detecit, fit enim benignitate insolentior, beneficio proteruior, & obsequio contumacior.

Iudas supbissim'omnium fuit.

Iudas diabolo iniquior est & superbior.

In Ps. 40.

Ingratis & proteruis non est benefaciendum.

Ingrati cõtumaciores fiunt beneficentiis obsequijs.

Leuabit contra me calcaneum suum &c. Sciebat saluator antiquum illum serpentem calcanei humani insidiatorē, calcaneo Iudæ strenuè ita insidiaturū, vt veneno inde exhausto penitus necaret; sed occurrit benignitas Christi periclitanti, & vt sanaret, & vulnera iam inflicta serpentinis morsibus calcaneo discipuli, propria manu declinando ad calcaneum, abstergere, & curare vlcera procurauit, quò subduceret de calcaneo siue de suggestione pessimum virus infectum. Verum quid occurrerit audiuimus, quia dum demittitur Christus, eleuatur calcaneus contra Christum. Quid hoc est fratres, nisi quia sauciatus calcaneus vulneribus serpentis, non patitur vltra obsequium Christi, medelamque abhorret exhibitæ salutis? Iam enim Iudas totus erat sathanæ, imò & sathanæ instrumentum totus effectus, ita vt calcaneum, cui sathanas inhærebat, instrumentum aduersus Christum efficiat. Quare oportebat, & Iudam contra Christum calcaneum leuare, quem à Christo nouimus recedere.

Leuat Iudas contra Christum calcaneū suum.

Ille contra Christum calcaneum leuabat, qui procul à Christo iam recesserat. Ipse dorsum Christo conuertebat, & ideo calcaneum contra Christum leuabat; Auersus erat à Christo, & ideo calcaneum leuat aduersus Christum: qui enim faciem auertit à Christo, F qui post terga Christum relinquit, is profectò contra Christum iam suum calcaneum leuat. Quicunque enim in sua obstinatione perseuerat, is pedem aduersus Christum leuat.

Quicunq; vitæ cursum in peccatorum suorum illecebris ducunt, hi sunt, qui calcaneum contra Christum erigere dicuntur, dicente Propheta. Vsquequo Deus improperabit inimicus? Irritat aduersarius nomen tuum in finem? Ne igitur nobis contingat calcaneo nostro insurgere contra Christum, iam auertamus mentes, & corda nostra, oculos, & labia nostra, & opera quæcunque nostra ab offensione Christi. Nullus enim potest G calcaneum leuare contra Christū, qui non habeat postpositum Christum. Percutere enim calcaneo non nisi postpositum valemus. Est igitur nostra conuersio calcanei nostri auersio, ne vlterius terga Christo uertam, nec simus cum Christo, sed cōtra Christum, qui offendimus Christum.

Psal. 73.

Leuabit contra me &c. Iesus spiritū traditurus patri, caput, in cruce cōstitutus inclinat: Iudas traditurus Iudeis Iesum, suū calcaneum erigit. Chrs se totum tradens nobis e cruce suam inclinat, Iudas tradens se diabolo calcaneum suū eleuat. Quærit Iesus, vbi caput suū reclinet in nobis: quærit impius cōtra quē calcaneum suum erigat. H Inclinat Christus caput de torrente tribulationum suarum in via bibens, ut cum capite exaltato totum corpus ecclesiæ subleuet, & erigat. Iudas diaboli satelles eleuat calcaneū vt præcipitet, & perdat, ac authorem vitæ perimat. Hæc est superbia eorum, qui te oderunt ô bone Iesu, quæ ascendit semper. Descendit nunquam, qui nunquam didicit humiliari, seu in captiuitatem redigi in obsequium Christi.

Christus pro nobis caput inclinat dū moritur & Iudas in eū calcaneū erigit.

Interdum autem posteriora dorsi nostri in pallore auri confingimus, dùm prætextu pietatis contra insontes insurgimus. An non in pallore auri mortem etiā Christi impius Caiphas, & omne pharisaicum concilium persuaserūt? Ne tota gēs pereat, inquiūt. Sic & hyppocritarum I genus falsa pietate palliari in piū sanctumque opus inuehunt, adeoq; colorant, vt vix pietatem ab impietate secernas. Sic enim & Iudas suam ornauit mētito colore impietatem, ut in pauperes, quorum partes tueri videbatur, neminem tam pium diceres. Quid si blaterantes audimus hæreticos de sanctorum veneratione, de imaginum honestate sanctarum, de sumptibus ecclesiarum, de ornatu templorum? Quis agnoscit, nisi detegat ouilem, quam superuestiunt vestem, & ad lydium lapidem pallore auri dignoscat? Nam & proditionem suam Iudas ementito prætextu abscondere nitebatur, K dum murmuraret de Christo, dum detraheret pietati, & pio officio fungenti, colore, imò pallore auri partes egenorum fucata pietate tuendo, magistrumque suum osculo proditionis tradendo. Iudas si in via Dei ambulasset, calcaneum suum contra Christum non eleuasset, & quia à via recessit, contra uiam progreditur, cum sit ipse via, velut ductus impietate, tractus iniquitate, illectus auaritiæ cupiditate. Ambulabat viam lapidibus lapidebrosam, viam difficilem, spinis, & ceno obrutam, per quam non nisi leuando calcaneum ambulat peccator. Iam abierat Iudas in consilio impiorum, & in uia peccatorum perstiterat, ab itineris rectitudine declinauerat, & se à Christo abdicauerat, ab eius sequela se retraxerat, & contra Christum se totum erexerat. Cuius facinoris

Blaterant & murmurant hæreci de veneratione sanctorum & ecclesiarū ornatu.

mortis conquestus est Christus.

Leuabit contra me calcaneum suum. &c. Contra me veritatem mentiendo insurrexit, tanquàm reum mortis, tanquàm destructorem legis, & tanquam facinorosum ad perditionem prodendum: contra me vitã, vt extinguat morte. Contra me pastorem, lupus insurrexit, vt oues meas, mei extinctione dissiparet, dispenderet, mactaretque. Contra me dominum, vermis eleuatur, terra, & cinis intumescit, ipsaq; puluis extollitur, dum uento impietatis agitatur. Verum deciperis Iuda, nã & puluis, licet a facie venti eleuari, & circumferri interdum videatur, tamen quamprimũ inuenit sustinenté, ibi collocatur. Vide igitur quomodo cecidisti, & appensus ligno insedisti, cum laqueo te suspendisti. Sic enim oportebat te, tibi mortem ascire, vitamq; tuam extinguere, qui vitæ proditor, & insectator mortis ad tollendam uitam uitam, operam dedisti. Tunc contra egenum calcaneum leuasti, cũ pro tua auaritia ditari cogitasti. Ideo in te conspecta est uera sententia, qua laqueo suspensus, te ipsum æternæ mortis mancipium exhibuisti, qa tu impius contra me pium, contra me insontem, impiè insurrexisti, & contra me humilem superbè intumuisti, vt disruptis visceribus medius crepueris. Dignumque erat, vt qui sanguinis effusionem sitisti, sanguinis, & viscerum effusione suffocatus occumberes.

Dignissima vltio.

Leuabit contra me calcaneum suum. &c. Debuerat calcaneo suo, caput serpentis conterere, iuxta prædictũ elogium, de semine mulieris. Et ipsa conteret caput tuum. Sed heu, eo instrumẽto caput super omnẽ principatum, & potestatem opprimere cogitauit, quo caput serpentis conterere debuerat. Et qui calcaneum leuare debebat, vt ambularet super aspydem & basyliscũ, ad conculcandum leonem & draconem, eundem cõtra agnum immaculatum eleuat, vt occidat. Qui pessundare debebat tartareum illum tyrannum, eo pessundare cogitauit regem, qui pede conculcat tartara. Qui cohibere debuisset pedem velociter currentis ad effundendum sanguinem, ipse eum, qui pedes sanctorum suorũ seruat, perficitque tanquam ceruorum perdere non est veritus.

Offendit pede Iudas, dũ calcaneũ eleuat.

Extinxerat Iudas lucernam pedibus suis, verbum s. domini sui, & ideo in tenebris conticescens, dùm leuat calcaneum aduersus Christum, mox offendit ad lapidem pedem suum. Sed si relicto iam Iuda ad nos ipsos sermonem conuertimus, non desunt ex nobis, qui contra Christum calcaneum leuant, eundemque conculcare contendant. Nam quisquis pedibus suis pauperes conculcat, is vtique & Christum conculcat, eodẽ asserente. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Leuauerat olim Saulus ille calcaneum aduersus fideles, dùm furijs inuectus, discurrebat prędaturus fideles, & tamen eo pede, quo eleuato currebat aduersus ipsos, Christum pessundabat, dicente eodem, sibi apparente Christo. Saule, Saule quid me persequeris?

Matt. 25. Pauperes contemnẽtes leuant cõtra Christum calcaneum suũ.

Act. 9.

Tandem calcaneo se opponit aduersus Christum, quisquis nomine Christi insurgit in Christũ, & sub pietatis prætextu, molitur iniquitatẽ, quisquis uerbo Christi, prætextu scripturarum & euangeliorum pugnat aduersus fidem, & Christum. Et quicunque temerè iudicant de rebus fidei, qui plus sapere uolunt, quàm oportet sapere, qui nunquàm sapere ad sobrietatem didicerunt, qui diuina se quærere, & inuestigare, occultaque

Hæretici & omnes d fidei mysterijs temerè iudicantes leuant contra Christum calcaneũ suum.

A mysteria scrutari sua virtute non pertimescunt, hi sunt qui aduersus Christum calcaneum erigunt. Postremò stultorum & improborum oculi, tunc in calcaneo consistere dicuntur, cum calcaneum aduersus Christũ erigere conuincuntur, qui sua insipientia aduersus eum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, se eleuare contendunt. Sic enim peccator quidam fatebatur. Quoniam iniquitas calcanei mei circundedit me. Descendit enim mens, oculus, lingua, & manus in calcaneum peccatoris, dum nihil, nisi quod terrenum, nisi quod carnale, & voluptuosum est excogitatur, quæ omnia in calcaneo agere impius dici-
B tur, qui a terrenis nullibi subleuatur. Et sicut filij Heli victimas calce abijciebant, & sancta quæque contaminabant, expulsi & reiecti sunt à ministerijs diuinis, tandemque gladio percussi, corruerunt, ita & qui in ecclesia petulantiæ calcaneo conuersantur, tandem reprobabuntur, & vita æterna priuabuntur.

1. Reg. 2.

Leuabit contra me calcaneum suum &c. Nescio vbi commodentiùs tanta temeritas impingi possit, nisi blasphemo, & improbo homini, qui eleuato adeò supercilio in Deum, ac Redemptorem nostrum, etiam calcaneo insultare non pertimescat. Quod si Iudas blasphemus non fuisset, quomodo Christum tradere potuisset?
C Tunc enim blasphemiam in Christum euomuit, cum eum tanquam virum scelestum, & morte dignum sacrilegis hominibus venundedit. Quæ enim mortalibus ad detractionem impinguntur, ea in blasphemias contra Christum conuertuntur. Est autem multiplex blasphemantium genus, quibus Deum & cęli accolas perfidi calumniantur, & primum quidem maledicum nuncupatur, in quod incidunt qui suis maledictis Deũ insequuntur, dum calumnijs obstrepunt quo alio, quàm calcaneo in Deum eriguntur? Aliud genus blasphemiæ enunciatiuum dicitur, quod maximè ab hæreticis obseruatur, dum damnabili sua ignorantia falsa
D de diuinis enunciant. Sic enim blasphemauit Arrius dum filium minorem patre, & Spiritum sanctum patre, & filio minorem affirmauit. Blasphemauit & Sabellius, qui confusa personarum diuinarum distinctione, patrem à filio distinguere ignorauit. Blasphemauit Manicheus, visibilem hunc mundum non à Deo optimo maximo, sed à malo principio creatum esse asseuerauit. Blasphemant Iudęi, blasphemant Gentiles, blasphemat Turca, blasphemant Sacramentarij, blasphemant Lutherani, Caluinistæ, Anabaptistæ, & cęteri proditorum hominum discipuli Iudæ. Tertium est genus blasphemiæ, quod imprecatiuum dicitur, quo maximè vtun-
E tur, qui tam facilè de Deo, sanctissimaque Virgine matre eius, tam opprobriosè debacchãtur. Quod vtinam a principibus cohiberetur, nec tam manifestè à falsis christianis sancta conculcarentur, magis autem Dei probra & sanctorum vindicarentur. Diuinum enim extat præceptum ad tollendos e medio populi blasphemos qui obrui lapidibus, & morte puniri iubẽtur. Vtinam & nunc sicut sectatores sunt Iudæ, ita & imitatores essent iustorũ, qui blasphemos adeò pietatis zelo sunt insecuti, vt nunquàm inultos reliquisse paterentur. Iam enim eo tempore peruenimus, quo nemo quæ Iesu Christi, sed tantùm quæ sua sunt omnes attendunt, & quærunt. Qui autem inulti in hoc mundo relinquuntur, maiorem sibi vltionem superesse non ignorent; quando-

Blasphemi verè & propriè sũ os contra Chrm calcaneũ eleuant.

Iudæ blasphemia.

Triplex est blasphemiæ gen. s. maledicũ enunciatiuum, & imprecatiuũ.

Hæretici Turcę, Iudæi & oẽs aberrãtes a catholica fide blasphemãt.

Leuit. 24.

Blasphemantiũ pęna.

quidem si non nisi sub maledicto nomē Dei in vanum sumere iubemur, quid superest blasphemis, tam impia, & enormia de Deo, de sanctissima eius Matre Regina Angelorum, ac cęteris sanctis euomentibus? Vtinam ea conuitia retorquerentur in illos, qui adeo insultant calcaneo illi, cui omne genuflectitur, & omnis lingua confitetur.

Blasphemos è medio tollendos esse.

Amodo dixi nobis, priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis quia ego sum. &c. Non ignarus dominus quomodo iacula præuisa minus feriunt, et si feriant, minus tamen lædunt, quò suos animosiores reddat discipulos, ne irruentibus frangātur ærumnis, dùm tam opprobriosæ morti, ac tantis calumnijs viderint tantū magistrum subesse, & ideo nec de persona dubitent, qui de sermonis sui firmitate consolidentur. Hæc (inquit) uobis prædixi, hæc prænunciaui vobis, vt mei firmitate sermonis confirmati, in procellarum fluctibus, nihil terreamini à fide, & concepto sermone, inceptoq; instituto non deflectatis.

Amodo dixi vobis. &c. Quam nullus vnquam excogitasset petulantiam Iudæ in suum magistrum, ego vobis prædico, vt cum factum fuerit credatis me eum esse, qui sum, qui sum. s. omnisciens, quem nulla latet cogitatio, qui sum cuncta prospiciens, scrutans renes, & corda, qui vltroneus præuisa suscepi, qui cuncta obuentura prædixi, & qui medijs Prophetarum oraculis annunciaui vobis, non tantum de Iudæ impietate, sed de singulis mihi obuenientibus; iuxta quod scriptum est. Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnū aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Comparticipes Iudæ fuerunt principes sacerdotum, ferèque tota synagoga Iudęorum Christo se opponentium, ac dicentium: Dirumpamus vincula eorū & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Et quidem dirumpere vincula, seu præcepta, & consilia Christi, potius quàm soluere conabantur, quia lex Christi & scriptura, quā Deus statuit, & pater posuit, solui non potest, dirumpi tamē potest, quia per solam violentiam labefactari potest. Vnde per Prophetam conquerebatur dominus. Dirupisti vincula mea, dixisti, non seruiam. Neque enim soluere aliquando potuerunt Christi legem, sed tamen dirumpere impij potuerunt. Ligauit Deus suis legibus, & præceptis ab initio homines: et quidem triplici, ac indissolubili funiculo, naturæ. s. & scripturarum, ac euangeliorum. Et quæ soluere nunquàm potuerunt, disrumpere impij conantur. Astrinxit Deus homines ad alligandos reges in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, statuit & decreuit: vt faciant. s. in eis iudiciū conscriptum, vt gloriosa sit alligatio eius: Nempè ligantur lapides pretiosiores auro, & argento, quæ sunt diuina mandata. Ligantur & iumenta, ligantur & qui sunt mentecapti, qui non nisi violenti legibus subesse patiūtur: iustis autem sunt vincula fœderis, & christiano homini sunt vincula pacis. Apostolo asserente. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

Discipulis suis Chrs futura prænunciat.

Psal. 2.

Hier. 2.

Christi lex triplici vinculo corroborata est. s. naturæ, scripturarū, & euāgeliorū indissolubili funiculo.

Ephes. 4.

Potissimū autem, maximumq; vinculum, quo Deo vincimur & proximo, ipsa est charitas Christi. De qua Apostolus. Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Sunt & pretiosa quædam vincula, quibus plerunq; seipsos alligant homines, dū volentibus ipsis, obstringuntur ad obseruantiam voti: de quibus per Prophetam. Fac tibi vincula & catenas, ut

Vinculū, quo ligati Deo vnimur & proximo, est charitas.

Col. 3.

Hier. 27.

F pones ea in collo tuo. Sed utinam, & hæc vincula non tam facilè dirumperentur, quæ solui non possunt. Hoc autem faciunt degeneres, qui cum ijs solui non possint quibus alligantur vinculis, ea cum impijs disrumpere non verentur. Ligatur postremò etiam peccator suorū vinculis peccatorum. de quibus dicitur. Funes peccatorum circundederūnt me. *Psal. 118*

Sed horum vinculorum, quibus homo sæpè præfocatur, triplex nobis concessus est modus liberationis: iuxta quem ligati, solui generaliter possunt. Et primò, quidem concessa est nobis solutio vinculorum. Domino dicente. Quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cęlis: solis namq; sacerdotibus, hęc solutionis virtus fuit designata, & quia vincula dissoluta, iterū possunt ligare absolutum, hinc solutionis nomine, peccatorum remissio fuit explicata, quibus plerunque iterum, atq; iterum vinciuntur, qui absoluti fuerunt. Rescindūtur & fortiora vincula tunc, quando occasiones, & peccatorum initia remouentur: quibus ablatis facilè à peccatorum nexibus liberemur. Disrumpuntur autem hęc vincula, dùm necessario impetu aduersus consuetudinis actus illecebræ superantur. Fortissima ibi vinculorum potentia, vbi fortissimis viribus, non nisi ad superandū vti debemus.

Ad soluenda peccatorum vincula triplex nobis mediū dat & modus.

G

H Christus trium vinculorum genere vinctus in passione legitur, linteo. s. clauis, & funibus, vt dùm ibidē moriendo peccata nostra è medio tolleret, velut his omnibus circundatus, & vinctus nexibus peccatorum nostrorum confringeret potentias, arcum scutū, gladium, & bellum. Solus ipse Sampsone fortior, hæc omnia facilè disrumpere potuit. Verum pendens in cruce noluit funibus ligari, vt alij duo hincinde pendentes, magis autem clauis affigi decreuit, & statuit, ne vnquàm ea vincula marcescerent, quibus homines peccando perēniter liberari possent. Tandem linteo, amplexibus & pietate ligatur, nosq; secū, tanquam cum capite nostro amicabiliter, & perenniter copulauit.

Triplici uinculorū genere vinctus Chrs fuit in passione eius. s. linteo, clauis & funibus.

I *Vt cum factum fuerit credatis, quia ego sum. &c.* Iam sumus in ianua nostræ beatitudinis, & perpetuæ fęlicitatis, quam solus ille reserauit, qui se ostium salutis ostendit; oportet namq; ad eum accedentem primò credere, quia est. Iam enim pedem in tuto fundamento, tunc figimus, cum Christi fideles efficimur. Apostolo & Euangelista nostro dicente. Quicunque confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, hic in Deo manet, & Deus in eo: alibi. Omnis qui credit quoniā Iesus est Christus, hic ex Deo est.

1. Epist. 4 cap. 5.

Ecce igitur maximam Christi in suos charitatē, qui nos ad suæ fidei cōuocat vnitatem. Sunt igitur hęc scripta de Christo, & à Christo, vt credamus, & vt credentes, vitam habeamus. Quantò enim proximiores sunt K suæ saluti Christū confitentes, tantò viciniores sunt suæ damnationi Christum abnegantes. Statuerat impius ille Pharao credere Moysi de Dei potentia, & voluntate, & tamen à sua credulitate pluries dūm apostatauit, sui ipsius, ac totius regni exitium parauit. Sit igitur uita credere in Christum, sit salus credere in Saluatorem, sit mors, & exitium Christum negare, & salutem ab alio sperare. Sit igitur & salus nostra Christus, sit & crux Christi, refugium nostrum, per quàm saluati, & liberati sumus.

Pharaonis impietas.

Sal⁹ nostra Christ⁹ est.

Vt credatis (inquit) quia ego sum. &c. Sic inquam credatis,

credatis, vt hæc credenda, alijs suadeatis, sicut enim discipuli Ioãnis Baptistæ, à me adhuc in humanis agente, sciscitati sunt. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Ita & post abscessum meum non deerunt, qui dubitabunt, an ego sim Christus. i. qui venturus est; quos vestra firmitas fidei solidabit, confirmando vacillantes, rudesq; & infirmiores instruendo. Secundum quod alibi scriptum est. Vos estis qui testimonium perhibebitis de me in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ. Vos estis quos elegi, ad portandum nomen meũ coram regibus, & gentibus, & filijs Israel. Affirmantes, & irrefragabiliter prædicantes quia ego sum. Quia ego sum (inquit) Deus, & non est alius Deus præter me. Quia ego sum promissus ille Patriarchis, Prophetis prænũciatus, contentus in scripturarum vmbraculis: cui omnes Prophetæ testimonium perhibent. Quia (inquit) ego sum, quem. s. multi reges & prophetæ voluerunt videre, & non viderunt, exoptabant audire, & non audierunt. Ego sum: cui. s. soli debetur esse, cuius esse est indeficiens, incomprehensibile, æternum, ac inuariabile, nullam compositionem admittens, sed solus purus actus, totius potentialitatis expers. Quia tãdem ego sum vnicus filius patris non factus, nec creatus, sed genitus, qui sum in sinu patris æqualis patri, secundum diuinitatem, minor autem patre, ac paulominus minoratus ab angelis secundum humanitatem. Qui sum mundi creator, totiusq; humani generis Saluator, ac Redemptor. Quia ego sum constitutus. s. iudex viuorum, & mortuorum, remunerator bonorum omnium, iustorumq; omnium glorificator, & impiorum condẽnator. Quia ego sum. s. qui etsi iamiam sim moriturus; haud tamen sic sum moriturus, vt ultra non sim, quia qui moribundus ex humanitate coram vobis assisto, immortalis tamen ex diuinitate consisto. Ideoque non ego obruar morte: sed ego occisurus sum mortem. Hæc vobis prius prædicere volui, vt tanquàm fundamenta fidei existatis, & ecclesiæ meæ vos bases firmissimas constituam.

Esse Dei.

Deus est act⁹ purus.

Amen amen dico uobis, qui accipit, si quem misero me accipit, qui autem me accipit, accipit & eum, qui me misit. &c. Hoc proficuum non minus quàm necessarium ecclesiæ suæ monimentũ tribuit, ne. s. alium, quã quem ipse miserit, reciperemus. Summa enim sapientiã Christus ecclesiæ suæ cuncta obuentura dignoscẽs, nos hinc cautos reddere voluit, nè falsitatis, aut simulationis prætextu quemquam admitteremus. Supra enim ostiũ aperto se est ꝓtestatus oraculo. Per me (inquiens) siquis introierit, saluabitur, & qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Omnes quotquot venerunt ante me fures fuerũt (inquit) & latrones, sed non receperunt eos oues. Quæso, qui sunt qui veniunt sine Christo, nisi qui non sunt missi à Christo? Veniũt multi, sed non à mittente missi, & ideo se magistros faciunt, & nouarum sectarum, seu doctrinarum inuentores esse gloriantur. Qui sunt qui veniunt, nisi qui seipsos doctores constituunt? Veniũt quidem, dum verbi Dei se prędicatores iactant, & de verbi Dei veritate cõtendunt. Hi veniunt & ante Christũ veniunt, quia non Christi, sed suam propriam gloriam quærunt.

Ioan. 10.

Veniũt ante Christũ hæretici.

Ante Christũ veniunt, qui obstaculum ponunt Christo, nè vlterius progrediať doctrina Christi, ante Christum veniunt, qui Christũ sequi contemnunt; magis autem post se trahere conantur Christũ. Hoc pseudoprophetæ fecerunt, quod adhuc nostræ tempestatis hęretici moliuntur. Hęc autem tantum absunt a catholicis, Christiq; fidelibus, quibus inditum est non ante, sed post Christum accedere, quos & ad se sequendum inuitat Christus. Qui vult venire post me &c. Hoc primũ initio suarum prædicationũ stabiliuit Christus, quando in sui consortiũ asciuit Apostolos. Venite (inquit) post me &c. Et alibi. Qui non sequitur me, non est me dignus; q. autem anteire vult Christo, hic furator est gloriæ Christi. Qui præ oculis habet Christũ, ipse est qui sequitur Christum. Qui autem faciem auertit à Christo, hic est qui incedit ante Christum.

Mat. 16.

Luc. 8.

Sequũtur Christũ q eum imitantur.

Ante Christũ vadunt, qui renuunt imitari Christũ. Post Christum autem incedũt imitatores ipsius Christi. Tandem qui sequitur Christũ, hic ouis est Christi: qui autem it ante Christũ, is est qui dispergit oues Christi. Rectè igitur à Christo dicitur. Quotquot ante me venerunt, fures sunt, & latrones. Hinc hæretici soli propriæ gloriæ auidi sectatores ipsorum habuerunt, vt. Arriani ab Arrio, Manichei à Manicheo, Lutherani à Luthero, Caluinistæ à Caluino denominationem suscipiũt. Qui autem professores sunt catholicę veritatis nusquàm hãc gloriam vsurpauerunt: quia nullus a Doctore Augustino Augustinianus nullus à Hieronymo, Dionysio, Ambrosio denominationem ex eorũ doctrina suscepit. Qui enim vnius doctrinæ professores sumus, vnum tantum magistrum in terris nuncupamus. Licet in scholis non ex varietate doctrinæ ecclesiasticæ, sed ex diuerso stylo doctrinæ scholasticæ pluribus in scholis diuersos sequamur doctores, quorũ nullus, aut fur est, aut latro. Quorum professio est vnius ecclesiasticæ doctrinæ. Singuli eandem doctrinam prædicant, singulasq; hęreses vnanimiter detestantur. Quapropter nullas dispergunt oues, nullos confodiũt agnos. Ipsi palàm edocent, & in aperto prędicant, quod pharisęi illi minimè audebant, dùm illum litteraturæ ignarum, Christũ tamen aperto ore confitentem, seorsum conueniunt, vt à suscepta iam fide auertant. Da gloriam (inquiunt) Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est &c. Quorum calliditas in hoc vno detegitur, dùm prętextu diuinæ gloriæ, Deum ipsum ingloriũ reddere moliuntur. Quomodo autem in gloriam, & non magis in offensam Dei nostra crimina cedunt, qui iustorum operibus glorificari dicitť.

Catholicę fidei ꝓfessores non propriam sed Christi gloriam quærunt.

Vnã simul & eandem omnes doctrinã catholicã ꝓfitentur fideles: quãuis diuerso ꝓfessionis ordine

Inauditum hoc facinus, hæretici passim profitentť, qui in auribus ineruditorũ ieiunia nostra, orationes nostras, mortificationes, in Christi ignominiam cedere cõtendunt, qui profectò nunquam ieiunio, oratione, castitate: sed magis voluptate offensus, ſequit in homines. Da gloriam (inquiunt) Deo. Quid pateris tu, aut inedia afficeris, cum pro te passus sit Christus, ieiunauerit, orauerit, fleuerit, mortemq; obierit? Sic enim clauso ostio ad Christum, per diuersos anfractus præbetur aditus ad omne flagitiũ. Sit igitur satis ipsis non sequi post Christũ, quia nobis non est satis, nisi sequamur ipsum Christum, sit illis satis Christum passum fuisse pro ipsis, quibus etiam erit satis, Christum in cęlum ascẽdisse, & gloriam obtinuisse. Nobis autem asseclis Christi conformibus imagini eius non est satis, qui compatimur in hoc sęculo, vt conregnemus secum in alio. Audiant illi exprobrantem dominum per Prophetam. Veh insipientibus Prophetis, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vidẽt, quasi vulpes in desertis. &c. & alibi. Nolite audire verba

Hęreticorum uersutia.

Ezechiel. 13.

Prophe-

Hier. 23. Prophetarum, qui prophetant vobis bona, vt decipiant vos: visionem cordis sui loquuntur, & non de ore domini. et iterum. Hier. 27. Nolite audire Prophetas, & diuinos vestros, quia mendacium loquūtur vobis, vt longè vos faciant à terra vestra, & eijciant vos, vt pereatis. Hi sunt de qbus ait dominus per Prophe. Esa. 30. Filij mendaces, & nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus. Nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere quæ recta sunt; sed loquimini nobis placentia.

Hi sunt (inquam) qui non per ostium, sed aliunde Ecclesiastici ædificij disruptis parietibus ascendunt in ouile ouium, vt rapiant, & procul abducant à Christo, de quibus mentionem fecit Apostolus ille, cui creditæ fuerunt Christi oues ad pascendum. Scio (inquit) quoniā intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & exurgent ex vobis viri loquentes peruersa, vt abducant post se discipulos: propter quod vigilate &c. Quapropter ab Apostolo & Euangelista nostro monebamur. Quoniam non oportet omni spiritui credere, sed probare qui ex Deo sint.

Non parcunt hæretici uelut lupi ouiū Christi destructioni. Act. 20. 1. Epist. 4.

Amen amen dico vobis, qui accipit &c. Hæc à nobis postulat Christus, quod & ipse exhibet patri, vt & nos secum cōducat ad patrem: supra enim scriptum est. Ioan. 1. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius &c. Hoc autem in loco, qui sint qui Christum suscipiant apertè manifestat. Qui accipit (inquit) si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit & eum, qui me misit. Quibus sic nos illam suscipere declarat, vt simul secum patrem suscipere intelligamus. Est enim filius missus à patre, sunt & Verbi Dei prædicatores missi à Christo, quorum susceptores simul, & Christum & patrem suscipiunt.

Exhibeamus igitur, & nos Christo, quod & patri exhibuit Christus. Rependamus vices filio, quas ipse reddit Deo. Hæc nobis præscribitur viuendi forma, ut sequamur vestigia eius. Maxima profectò Christi promissio; longè sublimior & vtilior ea, de qua alibi scriptum est. Math. 10. Qui accipit Prophetam, mercedem Prophetæ accipiet, neminemq; frustratū iri, qui calicem aquæ frigidæ propinauerit. Sublimiora longè sunt, quæ nunc nobis Christus pollicetur. Qui accipit (inquit) quem ego mitto, & me accipit, & eum qui me misit. His exiguis summum iam bonum pro mercede suscipimus, si tamen in gratiam Christi, opus bonū peragamus; aliàs enim omnium fidelium patri hāc mercedem Deus pollicebatur.

Maxima Chri promissio.

Demus igitur Christo, quod exigit à nobis, & dabit nobis Christus, qđ pollicetur nobis. Suscipiamus Christum, se nobis exhibentem, vt suscipiamur à Christo se ipsum pollicente. Sic enim capimur, dum capimus, & à cœno in cœlum, per hæc dilectionis opera ultronei trahimur: quisquis enim in gurgite huius sæculi, carnaliumque voluptatum, se timet submersurum, iam habet vnde trahatur, si tamen tanquam piscis suscipiat hamū, quo extrahatur. Psal. 68. Hoc enim efflagitabat qui rogabat. Eripe me de luto, vt non infigar, & de profundis aquarū &c. Suscipit etiam Chri nuncium, quisquis suscipit Christi seruum, & quod seruo exhibes, à domino longè maiorē mercedem accipies, cum colligis pauperem, cum pascis egenum, cum foues ægrotum, tunc seruum Christi suscipis, simulq; Christi personam accipis, dicente eodē,

Seruos Christi & pauperes suscipiēs verè Christū suscipit.

F Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Matt. 25.

Tunc autem implebitur crassitudine anima tua, repleburq; in bonis desiderium tuum, tandemque renouabitur, vt aquilæ iuuētus tua. Nemo enim (teste D. Innocentio in suo libello de eleemosina) dignius pietatis opus posset commendare, quàm ipsamet ueritas commendauerit. Ex quo etiam minimo opere maior nobis compensatio est exhibita qua etiam peccata nostra dicuntur extincta. Hoc enim ipsum eleemosinæ nomen denotat prout & ueritas probat: quia enim omnia crimina eliminat, eleemosina nuncupatur, qua peccatis conspurcata emundantur. dicente domino. Luc. 11. Date eleemosinam, & ecce omnia mūnda sunt vobis. G Hoc consilio vti iubebatur rex ille Nabuchodonosor. dicente sibi Daniele: Daniel. 4. Placeat tibi consilium meū rex, & peccata tua eleemosinis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, quia dum pietate nostra inops a miseria sublevatur, salus nostra cōtra vindicem protegitur, ipsa est enim quæ a morte liberat, & facit inuenire uitā æternā. Sicut ait Vates regi⁹. Psal. 111. Dispersit dedit pauperib⁹, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Ecce quomodo potior sit pars dantis, quàm recipientis eleemosinam, secundum quod scriptum est. Luc. 6. Mensuram plenam coagitatam, & supereffluētem dabunt in sinum vestrum. Et alibi. Eccle. 29. H Abscondire eleemosinam in sinu pauperum, & ipsa orabit pro uobis: quia ignem ardentē extinguit aqua, & eleemosina resistit peccatis.

Eleemosina omnes peccatorū sordes abluit & emundat.

Qui accipit si quem misero. &c. Tanquam diceret. Ego nūcios ad singulos mitto, à quibus tamen nunquā procul absum: sed ipsis me comitē præbeo: loquor per nuncios, mitto legatos, dispono paranymphos, desiderium vobiscum amicitias contrahendi aperio, pacem cū omnibus componere opto, sponsalia cum hominibus contrahere exopto, & ideo meos nuncios ad singulos mitto ad quæ omnia adeò prestò sum, vt nuncios meos sine me nullus accipiat. Nemo illos solos seorsum a me I introducit. Sed quia mei nuncij sunt, per nuncios uobiscum omnia tracto, omnia communico, omniaq; impēdo. Vide quam nobiscum benignitas Saluatoris prouidè se habeat, quod & Propheta cōmemorat. Psal. 86. Memor inquit ero Raab, & Babilonis scientiū me. Quæ Raab? Quæ Babilon? Quæ memoria Raab, & Babilonis scientium ipsum? Nonne Babilon, ipsa est gentilitas, totius confusionis regio, ac demoniorum domus? Idolis enim tota gentilitas vndique conspersa erat, insciaque sui veri domini permanebat: Raab autem nonne ipsa est ecclesia, cuius domus aperta extat ad quoscunq; recipiendos, qui ad ipsam declinauerint? singulos læto vultu, beniK gnoque amplexu, dum recipit, fouet, & à persecutorum periculis tuetur, ad solarij superna euehit, & erectos abscondit, sicque ab interitu illos custodit. Suscepit Raab illa promissionis terræ exploratores, edocuit, protexit, suo pane, & cibo nutriuit, & uelut in proprio gremio fouit, & propterea meretricari describitur, non impudentia lasciuiante, sed benignitate, & charitate impellē te: quia sicut meretrix sui ipsius copiam ad se declinantibus exhibet, ita & Raab illa vagos ad se declinantes, velut mater hospitum ac alienigenarum in propria domo, & penes se recipiebat: typum ferrens ecclesiæ, in cuius domo quisque recipitur, quicunque ad ipsam declinat, ut recipiatur, læto vnicuique occurrit amplexu: sub cuius fide vnusquisque defendatur. Subinde ad superna quoscunque

Mittit Christus nobis, ad inuenda nobiscū amicitię fœdera paranymphos legatos & nuncios.

Singulos ecclesię suæ alūnos, Christ⁹ benigno fouet amplexu.

Raab meretricib⁹ assimilatur.

quoſcunque auocat, & cœleſti protectione confirmat. A

In ſolario (inquam) uelut deſerto eminenti tñ loco, peccatores occultat, quos pungētibus aculeis deſiccatæ ſtipulæ ad pœnitentiā inuitat. Duos exploratores Raab illa ſuſceperat, quos princeps ille Ioſue miſerat, & quæ vitam tuita eſt ſeruorum eius, ad vitam ipſa & reſeruata fuit. Rectè igitur inquit. Memor ero Raab & Babilonis: nam Raab dilatata interpretatur. Quia eccleſia ex aduentu gentium toto orbe diffunditur. Dicente domino. Magnum nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificium nomini meo offertur. Vt autem à clade liberaretur Raab, ſignum coccineæ faſciæ ab exploratoribus accepit, miſticè ſignificans ſolos ſanguine Chriſti obſignatos ab exterminatore fore liberandos. Qui ſunt autem qui Chriſti ſanguine obſignantur, niſi qui in ſanguine Chriſti emundantur? B

Malac. 1.

Hi autem rectè non ſub lino, ſed ſub ariſtis, uel ſtipula lini abſconditi dicuntur, quia linum delitioſis, voluptuoſeque viuentibus aptatur: pœnitentes verò in ſtipulis, & ariſtis conuerſantur. Qui enim induebatur purpura & byſſo detractum ad infernum non ignoramus, qui autem rudiore induebantur ſacco Niniuitæ, remiſſionem prædictę ſibi cladis ſunt aſſecuti. Vel certè non ſub lino, ſed ſub ſtipula, quia ſolus Chriſtus vndique immaculatus, & candidatus inuolutus eſt linteo: cæteri verò non lino, ſed ſtipula lini cooperti dicuntur: quandoquidem: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. C

Hęc ſunt Raab noſtræ. ſ. eccleſiæ, optima conſilia ad vitam, imò & ipſius Saluatoris noſtri præcepta. Ad quę cum non confugerent, qui Chriſto & eccleſiæ non obtemperabant, audierunt. Quis vos docuit genimina viperarum fugere à ventura ira? Sunt & alij nobis à Chriſto nuncij deſtinati, quos ſi ſuſcipimus non fruſtra de ſuſceptione ipſius Chriſti gaudemus. Nuncij Chriſti ſunt perſecutiones, quas patimur, infirmitates, quibus atterimur, & mala quæq;, quibus opprimimur. Neq;.n. hæc nobis niſi à Chriſto obueniunt, ſine quo nec capillus de capite noſtro moueri, aut cadere poteſt. D

Nuncij a Chriſto ad nos miſſi tribulationes, & perſecutiōes nīæ ſunt.

Ad hoc autem à Chriſto mittuntur, vt ſęculi deiectis illecebris, à nobiſque abdicatis voluptatibus, ad ſuperiora tendamus. Hinc Apoſtolus gloriabatur, dum malis opprimebatur inquiens. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti. Quid autem eſt virtus Chriſti, niſi ipſe Chriſtus? teſte Apoſtolo. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapiam. &c. Sunt poſtremò & alij, qui mittuntur nuncij à Chriſto inſpirationes. ſ. illæ diuinæ, conſiliaq; illa ſancta, optimaque deſideria, quæ nobis non cogitantibus deſcendunt in animum. Quę ſi receperimus & audierimus, ad ſalutē vtique proficiemus. Vnde Prophe. ait. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacē in plebem ſuam, & in ſanctos ſuos, & in eos, qui cōuertuntur ad cor. Veh paruiſacientibus huiuſmodi nuncios: veh repellentibus, & reſiſtentibus, nè commoueantur in corde huiuſmodi nuncij, qui cū à Deo ſint miſſi, non ipſos, ſed Deum, à quo procedunt repellimus. Quapropter in auribus noſtris plerunque repetita illa ab eccleſia canitur oratio, Deus à quo ſancta deſideria recta conſilia &c. Chriſtus autem à Propheta magni conſilij angelus eſt nuncupatus, quia ipſe omnium bonorum conſiliorum eſt author. E

2. Cor. 12

1. Cor. 1. Sāctas Dei inſpirationes, & diuina conſilia acceptātes Chriſtū ſe acceptare dicuntur.

Pſal. 84.

Amen amen dico vobis. Qui accipit, ſi quem miſero, me accipit. Nexus iſtorum verborum cum ſuperioribus, pleriſq; uiſus eſt ſubobſcurus, cum vix cohærere uideantur. Verum conſpicuus eſt nexus ſubſequentium cum ſuperioribus, vbi dominus omnia dilectionis, & charitatis officia illo ſolo lotionis pedū eſt complexus. Nec ab inſtituto recedit, qui ad receptionem miſſi homines adhortatur. Inoleuit enim mos ille antiquus, vt receptorum ad hoſpitium pedes lauarentur. Cuius nec immemor fuit officij Apoſtolus. Vidua (inquit) eligatur non minus ſexaginta annorum in operibus bonis teſtimonium habēs, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorū pedes lauit &c. Hac una igitur ratione Chriſtus ad hoſpitium miſſos recipere ſuadet, qui aliorum lauandos pedes indixit. i. charitatis etiam infima, & vilia obſequia præſtare indigentibus. Optime igitur à lotione ad receptionem tranſitur, cum vnum includatur in altero, & aliud offitium inducat ad aliud.

1. Tim. 5.

Inſuper cum ſupra dixerit, & proteſtatus fuerit Chriſtus non eſſe ſeruum domino ſuo maiorem, nec miſſum præſtantiorem eſſe mittente illum. Conſultiſſimè nunc miſſi dignitatem, & ſerui Ieſu pręſtantiā oſtendere voluit, ne cauſaretur aliquis ad paruifaciendos ipſos ex ſupradictis ad illos. Ita vt intelligas. Quidquid honoris, quidquid obſequij & beneficij contuleris his ſuis minimis, ipſi mittenti contuliſſe. Adeo, vt quæuis exhibita beneuolentia paruulis Chriſti tranſeat, & in perſonam Chriſti, & in perſonam eius qui miſit Chriſtum æterni patris. Oportuit autem hęc Chriſtum, pro ſuorum euāgelizantium dignitate & neceſſitate depromere, quos miſſos facere debebat ſine ſacculo, ſine pera, ſine calciamentis, quibus tamen nihil defuturum eſſet.

Honor qui miſſo exhibetur in mittentis redundat honorem

Demum attendenda eſt ſermonis, ac propoſiti Chriſti connexio, quam principali ſuo inſeruit propoſito, proditionis diſcipuli: Improbi Iudæ, cuius velut obiter mentionem fecit, velut occaſionē nactus à lotione mundorum, ad immundum Iudam, cuius ſordeſcere nedum pedes, ſed & manus, & caput. i. mentem & opera contuebatur, vſque adeo vt etiam calcaneum cōtra Chriſtū eleuaturum fore prędixerit. Quaparētheſi expedita, ad principale ſuum inſtitutum denuò ſe conuertit. Fuit autem hæc parentheſis. Non de omnibus vobis dico, ego ſcio quos elegerim, ſed ut impleatur ſcriptura. Qui &c. Amodo, dico vobis, vt cum factum fuerit credatis, quia ego ſum. Quæ autem præceſſerant, ipſi parentheſi, fuerunt. Nec eſt apoſtolus maior eo, qui miſit illum. Si hęc ſcitis, Beati eritis, Si feceritis ea. Quibus concinnè ſubſequuntur quæ demiſſis, & mittentibus referuntur.

Amen amen dico uobis, qui accipit, ſi quem miſero, me accipit. &c. Tanquàm reſponderet percunctantibus apoſtolis, qui ſe mittendos intellexerant, euangeliū mundo prædicaturos: in quam ſortē recipiendi eſſent, dicens. Hoc in ueſtram conſolationem pronuncio, hoc conteſtor ego de vobis, quod quiſquis vos recipit, quiſquis vobis a me miſſus, ſeu mittendis charitatis obſequia præſtiterit: quiſquis vobis meis concionatoribus, hoſpitalitatis beneficia conceſſerit, & credendo uobis, fidem ſuſceperit, tam gratam mihi, ſibi uero proficuam rem ſe agere non ignoret, ac ſi meipſum ſuſcipiat, ac talia mihi exhibeat obſequia.

Prædixit Chriſtus apoſtolorū legationē

Attende graduationem charitatis, & chriſtiani operis. A uoluntate tranſitur ad opus, opus fertur in diſcipulos,

pulos, à discipulis transit ad Christum, à Christo ascendit ad patrem, ne parum cuiquam hoc videatur, quod pauperibus, idiotis, & infimis charitatis officia præstet intuitu ad animandos diuites, & optimates, quod summæ est dignitatis, ac vtilitatis, tanquam operis sui mercedem talem fore contestans; qualem nunquàm expetere possint. Quorũ vt certiores sint homines, adhibuit certitudinem iuramento, quo ratam, & extra omnem controuersiam eius censeatur promissum. Cum enim aliàs asseruisset. Qui vos audit, me audit: Hoc ibi repetit, & geminato obfirmauit iuramento. His igitur, monitos facilè conspicimus verbi Dei prædicatores, ne populis, aliquid aliud annuncient, quàm Dei verbum. Non somnia, non fabellas, non nugas, non propria commenta, à quibus procul est Christus, sed cum Apostolo, nihil arbitrentur, se scire inter nos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.

Hic cõcionator aduertere q̃ populo annũciare debeas, & q̃ obiiceas, & quæ prędicanda sint, & propalanda fidelibus.

Qui accipit, si quem misero, me accipit. Suauis, & maximę consolationis protestata, & firmata promissio, quia locupletissimum, ac eximiæ preciositatis thesaurũ, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, in quo (inquã) omnis plenitudo diuinitatis continet, sed ea etiam ratione, qui accipit egenos, ac vagos in domum suã introducit, hic Christum recipit, & introducit, & dum pijs in afflictione constitutis succurrit, is Christum curam horum habentem recipit, de quo scriptum est. Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Hanc uocem ego toti mundo præconium mitto, vt qui vos propter me susceperint, me in vobis suscepisse lætentur.

Psal. 9.

Qui autem fieri potest, vt vos non recipiãt homines, audito hoc iurato à me præconio? Vos autem quas aliàs oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili adducere curabitis ad ouile ouium, vt fiat vnum ouile, & vnus pastor. Vos congregare conabimini dispersos filios Israel in vnum Dei veri cultum, in vnam (inquam) fidem, & ecclesiæ vnitatem. Ne autem causetur etiam in recipiendo me tam despectum mundo, tàm uilem oculis mundanorum, in cruce pendentem, spinis & sentibus coronatum, clauis, & lanceis confossum, sputis oblinitum, & flagris uallatum, omnium despectum, & nouissimum uirorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, non habentem speciem, neque decorẽ, ecce vlterius, & contestor, & eo attestor iuramento infallibilis veritatis, quatenus, & qui me accipit, accipit & eum, qui me misit: is Deum suscipit, & mecum patrem meum suscipit.

Seruos Christi, pauperes, & Dei ministros suscipientium, merces & pręmium.

Qui accipit, si quem misero, me accipit. &c. Ergo studendum valde, & omni cura satagẽdum, ut nunquã sine Christo incedamus, vt Christum semper nobiscum habeamus, secùs quomodo qui nos recipit, Christum recipit, si in nobis non sit Christus, imò si procul a nobis abest Christus? Verùm non potest fraudari piorum mens recipientium, cum nec pugillus aquæ expers mercedis esse possit: plerique enim per gratias gratisdatas expertes tamen gratiarũ gratũ facientium, cæteris Christum ministrant prædicationis, & exhortationis uerbo, ordines conferendo, sacramenta populis administrando, qui Christum in se habent, & ut instrumenta continent, ad aliorum quidem salutem, & beneficentiam, ad ipsorum vero perditionem, & condemnationem.

Non contemnẽdos imò benigno vultu suscipiendos, ecclesiæ sacerdotes, etiã si ex illis multi non boni existant.

Recipe igitur ministrum, vt recipias authorem, recipe membrum, vt consequaris, & suscipias caput, non te

F moueat ministri indignitas, nec membri mõstruositas, dummodo consequaris authorem, & Saluatorem adipiscaris. Hunc unum ad horam suscipe, vt in æternum Christum possideas. Patrem uis recipere, recipe per Christum, Christum cupis accipere, accipe per ministrum. Hæc tibi contestatur Christus. Obserua igitur duarum naturarum in Christo conditiones alteram. i. diuinam, qua Deus est, cum patre, sola personalitate seiunctus, alteram. i. humanam, qua homo est; cum apostolis, sola singularitate distinctus.

Christ⁹ vt Deus sola a patre est personalitate distinctus.

Ecce igitur verum Deum, ecce & verum hominem, secundum humanitatem similis discipulis, & eiusdẽ cõsors conditionis propterea ad illos, quos fratres appella-G uit, inquit. Qui vos recipit me recipit: secundum vero diuinitatem, qua æqualis est patri, & inseparabilis a patre, ait Qui autem me recipit, recipit & eũ, qui me misit. Iam enim supra nullam distantiæ a patre suspicionem reliquerat, cum & expressiùs dixerat. Ego & pater vnum sumus. Et infra. Nescis quia ego in patre, & pater in me est. Ex his igitur sic infert Christus. Qui homines à me missos recipit, me hominem recipit. Qui me hominem recipit, me ac Deum recipit: qui humanitatem diuinitati inseparabiliter copulaui. Qui autem me vt Deũ recipit, is infallibiliter patrem, qui me misit, recipit.

H Ecce connexionem nostram cum Christo & patre, medijs discipulis, sacerdotibus & ministris. Sic Christum induimus p impositionem manuum istorum, sic gratiã consequimur sacerdotali absolutione peccatorum. Sic Spiritum sanctum suscipimus medijs sacramentis à ministris susceptis, vt per visibilia, ad inuisibilia, & per temporalia pertingamus ad æterna, ab hoĩe ad Deum, ab elemento ad sacramentum, ab externis ad interna transeamus.

Mira connexio Dei ad hoĩes, quæ tantũ medijs fit Dei sacerdotibus & ministris.

Qui nos. &c. Exituris vobis ad prædicandum gentibus, & multa incommoda passuris: ecce munus vestrũ præuenio, & mea vos curatione consolor, vt qui discipuli itis, sine vestro magistro vos nunquam esse in-I telligatis, vt dum me vobiscum habere non ignoratis, nullis incommodis, nullis terroribus, nullisve ærumnis trepidantes ab instituto cadatis. Nam in mei gratiã multi vos recipient, qui me in vobis, & per vos recipere vlterius non ignorabunt. Hæc autem facere sibi suadebunt homines non ignari, & illarum viduarum in prophetas benigna charitate, quarũ altera sareptana. s. Heliæ, altera Eliseo. s. Sunamytis hospitalitatis beneficia exhibuerunt. Sed & quæ lupanari prostituta erat exploratoribus Hyerico, præstitit hospitalitatis obsequium, cõsecuta est salutem. Pharao cùm Ioseph recepit, suam K & populi salutem vnà recepit, quia autem Pharao, nec Moysen, nec Aaron recipere voluit, ille sui & populi mortem acquisiuit.

Quanti sit facienda Dei ministrorũ susceptio.

Nullus igitur hominum, tàm iustorum, quàm peccatorum ab hoc se retrahat beneficio, non solis hominibus, sed Deo in ipsis exhibito. Sed & hæc dicta sunt, ne quisquis discipulorum Christi, in tribulatione constitutus animum despondeat, roborentur, & animosiores reddantur, ex assistentia ipsum concomitantibus filio, & patre nihil sibi tandem defuturum fore. Quis. n. unquàm vidit iustum derelictum, & semen eius quærens panem? Quis est iustus, & quod est semen eius panem quærens? Iustus est dominus. Videbunt gentes omnes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum.

Semen iusti, eius sunt apostoli, quos in vniuersum orbem dispergere voluit ad fructificandum in gentibus, & multiplicandos fideles; mittuntur quærentes panem, poscentes alimoniam. Qui habentes victum, & vestitũ his contenti sunt. Nunquàm igitur relictus est Christus, quem pater solum non relinquit, sed semper, ac inseparabiliter secum existit, cuius semen discipuli, quos ipse mittit, nunquam reliquit solum annonam quæsiti panis vbique præparans, & si per angelos, vel per coruos contingeret fore ministranda necessaria, nunquam suos destituit dominus in agonibus constitutos, cum quibus est in tribulatione, à qua ereptos tandem glorificet.

Nũquam suos Deus in tribulatione & necessitate destituit.

Qui vos recipit, me recipit &c. Obserua Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam esse; obserua apostolos consortes fuisse diuinæ sapientiæ, de qua dicitur infra. Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Obserua insuper ea ratione missos, vt hanc sapientiam patris, quæ est filius, gentibus præponerent, & prædicarent, & eam cõem facerent. Ait itaque. Qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit; tanquã diceret; Qui vobis credit, & doctrinam vestram recipit, me Dei sapientiam recipit. Qui autem Dei sapientiam recipit, Deum ipsum recipit; cuius sapientia est ipsemet Deus. O hominum tutissimum præsidium, ò vnicum tribulatorum refugium; ò (inquam) singulare & admirabile omnium ærumnarum refrigerium. Hæc venditum iustum non dereliquit, descendit autem cum ipso in foueam, & à peccatoribus liberauit illum, & in vinculis non dereliquit illum: custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus, liberauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniam bonorum omnium mater est sapientia, & omnium est potentior. Hæc populum iustum, & semen sine querela liberauit à nationibus, quæ illum deprimebant; intrauit in animam serui Dei, & stetit contra reges horrendos, &c. Qui hanc amat vos accipit, quia vobis euangelizantibus credunt, & veritatem fidei complectuntur, ideo, & me, qui sum veritas, & sapientia patris simul cum patre suscipiunt. Qui igitur eodem mitto vos, quo ego habitu vestitos, egestate, contumelijs carceribus, probris, ludibrijs, cruce & contemptibili morte, vos eisdem stipatos præsidijs efficio, quia me, & patrem meum assistentem vobis iureiurando polliceor.

Ioan. 18.

Apostolorũ missio.

Hominũ refrigeriũ.

Refugiũ nostrum.

Sap. 10. Sapientiæ amatores.

Qui vos recipit me recipit. &c. Adeo grata mihi sunt pietatis & charitatis opera, vt maius opus bonum nequeat aliquis operari, quàm amicos meos pauperes, & discipulos ad se recipere, cùm talia opera sint, quę paradisi ianuam aperiant: ideo qui vos receperit, æternã vitam promerebitur, quia me recipiet, qui sum via veritas & vita, sine quo nemo gaudijs perfrui meretur æternis, qui uos ergo receperit, me receptum habebit. Qui me receptũ habuerit secũ, uitam habebit æternã.

Qui vos &c. His iaculis Iudæ proditoris animam torquebat dominus, si quo modo à concepto facinore reuocaret, magister discipulum, commensalis conuiuam, & legislator apostolum. Ex his enim primò Iudas inuitatur ad resipiscendum, cum tanta etiam iuramento obfirmatur futura inter homines apostolorum dignitas, & authoritas, vt nihil iucundius recepturi essent totius sæculi homines, quàm eos, quorum receptio illò eueheret & protenderetur, quo nihil sublimius, nihilvè locupletius, hoc est calcar vnum, quo vrgetur Iudas pro apostolatus dignitate; sed adhuc altero calcare vrgetur, quomodo, & timeat, & contremiscat. Vrget itaque vt a malo, scilicet eum pœnę terrore coerceat, ab opposita namque & contraria deductione irrefragabiliter sequitur, vt omnis etiam iniuria Christo ab impijs irrogata eo adeo protendatur, vt etiã in patris ęterni redundet iniuriam. Eximia enim est in Christum pietas, & charitas in patris vsque personam transiens, & tanta ostenditur impiorum improbitas Christum conculcantium, quæ pertingit ad patris offensam. Non autem solum hoc Iudæ arguit impietatem, verùm scelestorum elidit proteruiam, qui Christi ministros tanta feritate insequuntur, vt etiam eos trucidantes, obsequium se Deo præstare arbitrentur. Quomodo autem non transeunt in capitis offensam, quæ membris irrogantur mala? Audi dominum per Prophetam conquerentem dicentem. Qui vos tangit, oculi mei pupillam tangit. Cum enim duobus modis contingat hominem tangi, vel liniendo, amplexando, obsequendo, vel feriendo, opprimendo, reijciendo, & offendendo, vtrunque complectitur, dùm protestatur. Qui vos tangit, oculi mei pupillam tangit, cum utraque actio bonorum & malorum, obsequentium, & insequentium, non solum ex membris in caput transeat, sed ad oculi vsque pupillam pertingat. Vide insuper quid persecutori membrorum respondeat caput. Saule Saule quid me (inquit) persequeris?

Duplici calcaris iaculo Chrs Iudam ad resipiscendũ vrget & ferit.

Sacerdotes & Chri ministros infestãtiũ, & persequentiũ peccatum.

Zacha. 2.

Christi domini pupillam tangunt & feriunt; qui sacerdotes & religiosos insectãtur & tribulant.

Act. 9.

Qui uos recipit. &c. Abraham obtento iuramento serui sui maioris, quem cæteris, ac toti domui suæ præesse disposuerat, iussit illi vt filio suo Isaac sponsam ex fidelibus, & veri Dei cultoribus quæreret, qui cum Mesopotamiam applicuisset, vt quæ à Deo prænominata esset vxor filij domini sui efficeretur, orauit dominum his verbis, inquiens. Domine Deus Domini mei Abraham occurre (obsecro) mihi hodie, puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam, vt bibam, & illa responderit, bibe; quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac: & per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum domino meo. Dominus noster Iesus præcipuos domui suæ ecclesiæ præpositos, seruos suos apostolos extra mittens, vt acquirat spõsas in fide animas, nõ alio eas inditio cognoscendas voluit, quàm instar Rebeccæ, quę hospitalitate, potu, aut cibo obsequerẽtur. Rebecca seruum missum recipiens, Isaac filium Abrahæ coniugem recepit, filius autem patris æterni post iusiurandum contestatus est. Qui recipit si quem misero, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Duo hæc præposuit Christus, humilitatem in lotione pedum, & charitatem in subuentione pauperum, & euangelizantium. Humilitas in actu intrinseco perficitur; charitas ex operis exhibitione demonstratur. Operatur enim magna, si est: si autem renuit operari, charitas non est. His duobus totus homo perfici potest, & to-

Cum charitate, humilitas à Christo vno simul operę ostendit, & imitanda proponitur.

K

& totum restaurari quod confractum est. Humilitate homo disponitur, charitate peccator restauratur.

Qui vos recipit me recipit. &c. Eadem omnino quæ vobis amicis meis, & discipulis a quocunque collata fuerint beneficia, nouerint mihimet ipsi fuisse exhibita, ideo qui uos recipit me recipit, qui vos esurientes cibauerit: qui uobis sitientibus potum dederit; qui vos in domum suam enutriendos susceperit, qui vos pauerit, me esurientem ciballe; mihi sitienti potum præbuisse; me suscepisse, me pauisse gloriari poterit: Qui vos algentes fouerit, me fouisse non ignoret. Honorem denique omnem quem vobis aliquis exhibuerit; eundem mihi delatum fuisse G censebo, qui vos tuitus fuerit: qui vos protexerit, me tuitum fuisse, me protexisse dicetur. Qui vos recipit me recipit, qui vos ad quos declinaueritis hospitij gratia susceperit; qui pedes vestros lauerit; me suscepisse, mihi pedes lauisse lætetur, omnia quæ uobis in vestri beneficentiam, quisquis exhibuerit, mihi ea exhibuisse gaudebit.

Qui uos recipit me recipit. &c. Vtinam ad hæreticorum aures, hæc verba pertingerent. Qui autem me recipit, recipit & eum, qui me misit. Vtinam, & iterum vtinam infidelium aures, hæc verba pulsarent. Qui autem fieri potest, vt ad vtrorumque H aures ista perueniant, qui à veritate quidem auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur?

Hæretici & Turcæ, sacerdotes cur nõ suscipiãt.

Quod si hæc, quæ personant in eorum auribus, qui habent aures audiendi, & audiunt, & audirent ipsi, quomodo non resipisceret vterque? quomodo non ab impietate, non cohiberetur & vnus, & alter? Qui fieri posset, vt hæreticus insaniam suam non deponeret, & Turca ac quisquis infidelis à sua infidelitate non retrocederet? Suscipiant igitur hæretici Christi ministros, & suscepisse se Christum agnoscent; suscipiant infideles Christum, & patrem se suscepisse non ignorabunt. Ecce verum, vni- I cum mediatorem Dei & hominum Christum Iesum, quo recepto, Deus secum simulque recipitur. Ecce angularem illum lapidem à Iudæis repudiatum, in maceriem & compagem distantia parietum copulantem, vt illud magnum chaos inter ipsum, & nos constitutum, e medio ablatum intelligatur per Christum. Ecce charitatis vinculum, ecce funiculum triplicem, dissolutione difficilem, hominis cum Christo & æterno patre.

Triplex funicul⁹ quo modo cõfringatur.

Non est autem impossibilis, licet ardua, & difficilis sit huius fortissimi, ac præpotentis funiculi dissolutio. Quando fallaciæ carnis dissoluere potuerunt fortitudinem Sampsonis, & improbitas mentis consentiat persuadenti: dirumpamus vincula eorum, & K proijciamus à nobis iugum ipsorum. Petulantia resistentis, & instabilitas concupiscentis, hæc frangunt funiculum copulantis. Iacob autem ipse est funiculus hæreditatis eius: quandoquidem pannus vetus cum vestimento nouo sine scissura nequeat copulari; nec vinum nouum possit in vtres veteres sine fractura immitti. Veh autem trahentibus iniquitates in funiculis: his enim à domino collectis, & in flagellum redactis, e templo suo eijciuntur, & expelluntur. Soluerant isti funiculos ad indulgendum cupiditati, & a- F uaritiæ, diruperant, & proiecerant: quapropter qui habitat in cælis irridebit eos, & dominus subsannabit eos: loquetur autem ad eos in ira sua: scriptum est quia domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis domum patris mei, domum negotiationis & speluncam latronum. Et in furore suo conturbauit eos, cum facto flagello ex funiculis eijciendo eos è templo, euertit cathedras vendentium, & ementium, & numulariorum effudit æs, & columbas vendentes eiecit.

Soluũt isti qui funiculũ charitatis triplicem

Qui autem me recipit. &c. Cum apostolos asciuit dominus, & eos ad se sequendum inuitauit, hoc v- G num illis promittendo prædixit. Quod scilicet, efficiendi essent piscatores hominum. Quanti autem momenti illa fuerit promissio, nunc Christus aperuit, qui capientes homines, & ab hominibus capti, Christi & æterni patris captores efficiantur. Tunc prædixit piscatoribus in quam meliorem sortem sequentes Christum conuerterentur, à piscatione piscium, ad piscationem hominum transituri: nunc autem ostendit quantæ præstantiæ sit apostolos ipsos hominum piscatores hospitari & recipere, qui simul Christum æternumque patrem, cum ipsis recipiant. Multò hæc præstantiora primis, vt non te prætereat non H solum in promissis veracem esse Christum, verum multò potiora attendere, quàm promisisse videatur. Attende igitur receptionem hominum illò protendi, vt ad piscationem, seu receptionem diuinarum personarum, ac totius Deitatis peruenire agnoscatur, hoc est præcipuum, & à Christo optatissimum à nobis recipi, cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum: ipse se nobis exhibet recipiendum à nobis, & hoc vnum poscit, vt habeat vbi caput suum reclinet, caput enim Christi Deus (inquit apostolus) & qui Christum recipit, recipit eundem, qui misit illum.

Christi caput Deus est.

Ephes. 4.

I Obserua insuper quàm sit malum, hominem esse solum: satius autem illi, habere adiutorium simile sibi. Veh (inquit.) soli, quia cum ceciderit non habebit subleuantem, & si dormierint duo, mutuo fouebuntur, vnus autem quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistent ei. Christus non vult suos solos, qui nec vnquam est solus, & qui hominem natura sociabilem esse voluit, ipse se in socium nascendo dedit, vt nunquam soli essemus: quæ enim errauerat ouis, hæc sola erat. Hinc & suos, quos missos facit, recipi iubet, ut foueantur mutuo: fouetur recipiens à recepto à se uerbo vitæ exposito, fouet recipiens receptum, pane, & cibo corporali exhibito: fouetur recipientis animus, dum K fouetur indigentis corpus: calefiunt alterutrum recipiens & receptus, quoties ignitum eloquium Dei vtrumque inflammat pectus, & corda audientium, facit sermo diuinus ardere, vterque subleuatur, iste alimonia, ille sanctimonia, qui deposito peccati onere, terrenis voluptatibus spretis eleuantur ad cœlestia. Hæc iusta, congruaque horum compensatio, imò & legitima retributio: de qua Apostolus. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est, si temporalia vestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes fiunt, quare non potius nos? Nescitis quoniam qui in sacrario operan-

Eccles. 4.

Amicos suos Chris solos esse nec vult, nec pati.

Chfo placet sũmopere duorum, vel trnũ simul bona amicitia copulata.

1. Cor. 9.

operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt? & qui altari deſeruiunt, cum altari participant? Ita & dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant, de euangelio viuere.

Auarorũ & crudeliũ in pauperes Chriſti reſpẽſo omnis tollitẽ excuſatio.

Vbi autem hæc ordinaſſe Chriſtum teſtatur Apoſtolus, niſi hac inſtitutione, & conteſtatione, quia tam obnixè ſuos commendatos facit, tanquam ſeipſum, & æterni patris celſitudinem, vt nulla ſuperſit auaris, & crudelibus in pauperes excuſatio: cum improperabuntur, non ſubminiſtraſſe Chriſto eſurienti, ſitienti, nudo, infirmo, quibus antè hæc conteſtata fuerunt.

Cum hæc dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpiritu. &c. Qui alios commendatos fecit exteris gentilibus, à fide extraneis, Deum adhuc ignorantibus, diuinorum archanorum expertibus, ſine lege viuentibus, non neſcius quomodo ipſe à ſuis proprijs, vnde et ortus, & oriundus fuit eijciendus erat, expellendus, reprobandus: ſicut qui in propria venit, & ſui eum non receperunt, in hanc conſiderationem inſtantis ingratitudinis eleuato ſpiritu; cùm hæc dixiſſet, turbatus eſt ſpiritu. Tunc ſpiritui obiecta ſunt, quæ à ſuis recipere ſtatim debebat, probra, calumnias, exprobrationes, ludibria, & opprobria, vſque ad patibulum crucis: hæc omnia ſibi obiecta ſpiritus deteſtatur: non ea ratione, qua ſibi obueniant, hæc, quæ ſponte ſuſcepturus acceſſit: ſed quod à ſuis hæc paſſurus eſſet, qui ſibi obſequi, qui (inquam) illi fauere, & parere omni iure tenebantur, præſertim de Iudæ proditione, & apoſtoli ſui impietate turbatur, et turbatus proteſtatur, ac conqueritur quod ab uno ipſorum tradendus eſſet: quemadmodum enim cum amicum Lazarum, morte peremptum, & iam fœtidum in monumento audiuit, infremuiſſe ſpiritu aduerſus mortem, legitur, veluti ſibi vitæ contrariam, cum qua habere congreſſum proteſtabatur: ita & aduerſus peccatum, & impietatem, qua Iudas, & Iudæi ſepulti erant, & perempti turbatur iuſtus. An non turbatur peccator iuſtitia? pietas impietate? veritas mendacio? album nigredine? calidum frigiditate? ignis aſperſus aqua? Nihil autem tam contrarium, tam exoſum, tam inimicum Chriſto, quàm peccatum, quo ſolo offenditur Chriſtus & offenſus ſpiritu, turbatur & ſpiritu.

Turbatur Chrs præuidens futura mortis ſuæ ludibria.

Præuiſum Iudæ facinus Chrm ſummopere conturbat.

Turbatus eſt ſpiritu. &c. Attende quàm ſancta, & pia ſit Chriſti turbatio cum non ipſe a ſpiritu, ſed ſpiritus ab ipſo turbetur: eſt enim & indignatio ſalutaris, ac ſancta qua turbantur, & interdum iraſcuntur iuſti. Nam & fortis illa mulier, cuius procul & à finibus mundi pretium eius; Virgo (inquam) illa, quam ſanctam, beatamque dicunt omnes generationes, audita Angeli inſolita ſalutatione, turbata eſt, cogitans qualis eſſet illa ſalutatio: ſed nec ad iracundiam à ſancto inuitaremur, ſi non eſſet ſancta quædam iracundia, de qua Prophe. Iraſcimini & nolite peccare. Eſt igitur quædam ſancta turbatio, & virtuoſa iracundia quæ Deo aſcribi poteſt, nulla incurrente aut maieſtatis, aut ſanctitatis eius fraudatione. Quod enim aliàs iratum dominum legimus, & audiuimus ad punienda ſcelera, & è medio tollendos peccatores, hìc idem de eodem domino, et legimus, & audiuimus, quod turbatus ſit ad damnandum ſathanam, ad tollendum pec-

Turbatur Maria, dũ ab Angelo ſalutatᷓ.

Pſal. 4.

Sancta turbatio.

A catum, ad ſuperandam mortem, ideo voluntaria eſt hæc Chriſti turbatio, qui voluntariè ſe tranſtulit in hunc affectum, & hanc ſui ſpiritus turbationem, lege rationis & iudicij habere voluit, longè igitur aliter occurrit Chriſto, quàm nobis occurrat turbatio, quandoquidem in ipſo, ſola ſit ſpiritus turbatio, in nobis noſtra turbatio perturbationem, & conturbationem operari ſolet. vix enim motus ille primus à ſpiritu bono, plerunque progrediens ad vſum rationis perueniens, mox non obnubilat mentem, perturbat animum, peruertit rationem, præcipitat iudicium, & exagitat ſanguinem, verique diſcretiuos hominis co- B gitatus abſorbet, adeo vt conturbato Herode impio, tota eius ciuitas, omnis (inquam) Hieroſolyma, ideſt, totus homo cum principe, & rectore ſpiritu conturbetur. Hoc enim contingit homini iracundo, & non bene à natura diſpoſito, vt ſi eius oculis offeratur inimicus, qui mala, clades, blaſphemias, & mortem intentet, ipſi à quo tot beneficiorum genera impudens, accepit ſtatim feritur animus, mens obnubiletur, palpitet cor, & ſanguinis accenſione interiora tabeſcunt, ſimulque totus conturbetur homo, & velut confoſſis lanceis, exagitatur tanquam ſuo furore ebrius; procul autem hæc à Chriſto, & à pia turbatione iuſti, qui ſo- C lum abhominantur peccatum, ſolam oderunt iniquitatem, ſolam (inquam) deteſtantur impietatem: homines quidem diligunt, perſonis benè ſunt affecti, fratrum ſuorum & proximi ſalutem toto conatu ſollicitant.

Chſi turbatio voluntaria.

Alia & alia turbatione ſancta turbantur & impij.

Hæc Chriſtus in Iudam, qui obſequitur inimico, odienti benefacit, proditori adminiſtrat: hæc ſunt munera, quibus filios Dei fungi decet hæc agit qui natura Dei filius exiſtit, vt & nos, quibus collata eſt poteſtas filios Dei fieri, ſimus filij patris noſtri, qui in cœlis eſt, vt nullis vltionibus, ſiue vindictis dediti inſontes ſimus in ſontes, pij ad impios, & ſuaues in agreſtes. Ecce magiſtrum noſtrum ſimul ac proditoris D lauantem pedes, paſcentem, leuientem, corpus ſuum tradentem, Iudæ his & multis alijs modis eius ſalutem proferentem, ſuadentem, & exhibentem. Solum itaque facinus exhorrebat Chriſtus, Iudam quanto amore ſit proſecutus peroptimè conſpeximus: nunquam contra Iudæ perſonam turbatus fuit Chriſtus. Si à facinore reſipuiſſet Iudas, ſi à peccato retroceſſiſſet, in quacunque hora ingemuiſſet; omnium iniquitatum eius recordatus non fuiſſet. Ecce charitas, quàm patiens eſt, quàm benigna eſt. Hoc opus charitatis Chriſti in Iudam proditorem, ſi quo modo vincat in bono malum, & ex benignitate Iudæ prauitatem E coerceat.

Efferũ & obſtinatũ Iudæ animũ Chrs mitib' demulcet alloquijs.

Turbatus eſt ſpiritu. &c. Ecce holocauſtum eius qui totum ſacrificat ſeipſum, prius enim quàm corpus, & carnem in ſacrificium offerat, ſuum ſpiritum turbat, vt illum in ſacrificium offerat. Nam ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus: afflictio ſpiritus propter Deum, charitatis exuſti incendio ſacrificium Deo efficitur. Eſt enim hæc ſpiritus turbatio, ea animæ eiuſdem triſtitia, de qua aiebat dominus. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Triſtatur de aliorum peccatis, qui peccatum non fecit; triſtatur de perditione morientium, qui vult omnes homines ſaluos fieri: triſtatur de cæteris, qui in ſeipſo, quo triſtetur, non habet. Vnde ſeculi,

Sacrificiũ Dei eſt ſpiritus ſãcta turbatio.

Mat. 26. et Luc. 14

2. Cor. 7. tristitia à Christiana longè secernitur, Apostolo dicente. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur; sæculi autem tristitia mortem operatur. Hic nos docet tristari debere, qui in nobis, multa quibus doleamus, habemus: Hæc est enim gratia (inquit Petrus) Si propter Dei conscientiam sustinet, quis tristitias, cum nostrum nos horremus exitium cum nostra nos angunt flagitia cum exilium incolatus nostri deflemus, cũ corã Deo perfundimur lachrym s, cupientes dissolui, & esse cum Chr̃o, cũ recogitamus oẽs annos nr̃os in amaritudine aĩæ nr̃æ: cũ anxiatus est super me spiritus meus, & in me turbatum est cor meum, cùm flemus cum flentibus, & cum quis infirmatur, & nos infirmamur: cum fieri anathema pro fratribus nostris optamus. Ecce quàm sanctè, quàmque piè nostrum turbamus spiritum, nostram agitamus animam mentemque, nostram turbando concutimus.

Pœnitẽtię tristitia necessaria.

Epi. 1. c. 2.

Turbatus est spiritu. &c. Caue ne dicas: Turbatus est spiritus eius: non enim se ipsum turbauit spiritus, qui promptus est, sed ipse suum Iesus turbauit spiritũ: non à sui promptitudine illum remouens, vel quasi vacillaret spiritus eius: sed ipse turbatus est spiritu: de quo, & supra dicitur. Infremuit spiritu & turbauit seipsum. Quibus patet nullam in Christo turbationem fuisse, quæ præuenerit rationem, sed talem solum, quæ iussa fuit à ratione. Vnde nihil inordinatum in Christo reperiri potuit: omnia ex præuio rationis iudicio, omnia ex spontaneo voluntatis decreto; & causa inerat & congrua Christo & naturæ necessaria: erant hi charitatis radij, & pietatis effectus meritorij, ac virtuosi, sanctitate conspicui: nam sicut motus humanarum passionum cum à rationis subordinatione recedunt, & à rectitudine declinant, vitia constituunt, & vitiosi efficiuntur: ita quisquis actus rectitudine rationis directus regulatur, virtuosus efficitur, & charitate vestitus, meritorius nuncupatur. Decuit autem Christum qui naturam humanam integram assumpsit, naturæ conditiones, & proprietates sine vitio assumpsisse, vt integritati vtriusque naturæ nihil deesset: Tantum tamen abest, vt sui sublimioribus regulis, & legibus, non subsint singula, vt necessario & naturali quodam nexus fœdere copulata, quibus cuncta subiacent legibus & ordinibus ista supremis, nec punctim quipiam deflecti, aut subtrahi possit è proprio voluntatis imperio. Cum enim hæ passiones in inferiori parte animæ contineantur, haud tamen commouentur, vt rebelles, siue inordinatæ in Christo, nec præueniebant, aut resistebant, sed regulabantur, & subdebantur in actionibus singulis rationis imperio, extra quam legem, seu præter quod imperium nulla vnquam in Christo extitit, aut reperiri potuit turbatio.

Ioan. 11. Turbat suum Ies. spiritum, nec a suo turbat ipse spiritu.

Actus virtuosi sunt charitate formati.

Parent omnia suo quęq; ordine altioris & superioris legis imperio.

In solo Chr̃o inferioris partis passiones cũ superiorib. aĩę passionibus sũt cõcordes, adinuicẽ.

Sola igitur motio, præsertim maxima, turbatio dicitur. Vnde mare turbatum dicitur, cum undis extollitur, & piscinæ aqua turbata ab angelo infirmis sanitatem dandi virtutem habebat. Salutaris igitur est Christi turbatio, qua accingitur, & potenter mouetur aduersus peccatum, mortẽ, & diabolum, nobis (inquam) salutaris fuit Christi turbatio, ne in nostris frangamur aduersis, vel extollamur prosperis: ipse adiuuat infirmitatem nostram, nostram corroborat pusillanimitatem, voluntariè ipse turbatur, vt qui necessitate vrgente turbamur in turbatione roboremur, nulla desperatione corruamus, iustoque iudicio, ac ratione præuia, obuenientia quæque regulemus. Vnde Augustinus super hęc verba inquit. Christus qui mortuus est pro nobis, ipse turbatus est prius pro nobis: & qui potestate mortuus est, potestate turbatus est. Nulla eum potuit violentia turbare, quem nulla poterat necessitas cogere ad moriendum. Qui transfigurauit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ, in se transfigurauit etiam affectum infirmitatis nostræ compatiens nobis affectu animæ suæ: Verè enim dolores nostros ipse portauit, vt & compati posset infirmitatibus nostris Pontifex noster: proinde quando turbatur magnus, fortis certus, inuictus, non ei timeamus, quasi deficiat; non .n. perit, sed nos quærit in illius turbatione, nos ipsos videamus, vt quando turbamur, nulla desperatione pereamus: quando turbatur qui non turbaretur, nisi volens, eum consolatur qui etiam turbatur nolens.

F

G

Philosophorum quorundã & peripatheticorũ reprobat opinio.

Pereant argumenta philosophorum Peripatheticorum, qui negant in sapientem cadere turbationes animorum. Neque enim (vt Plato inquit libro de Iusto. Dialogo decimo) exigendum est à probo ciue, vt omnino non doleat, sed vt nascentem dolorem, rationibus consoletur. Turbetur planè animus Christianus, non miseria, sed misericordia, non prauitate, sed virtute: turbetur turbatione timoris, ne pereant homines Christo contristetur cum perit aliquis Christo turbetur, & concupiscat acquiri homines Christo lætetur cum acquiruntur homines Christo, timeat & sibi, ne pereat Christo, contristetur peregrinari se à Christo, concupiscat regnare cum Christo lętetur, dùm sperat regnaturum esse cum Christo. Istæ sunt certè quattuor, quas perturbationes vocant. Timor & tristitia, amor, & lætitia: in nobis passiones sunt, in Christo non passiones, sed propassiones, quia non carnis impulsu, vltra limites rationis, & charitatis; sed voluntatis iussu vsque ad aras rationis & charitatis ambitum complectens. Quapropter hæc turbatio Christi erat ipsa detestatio peccati Iudæ ex desiderio saluandi Iudam, instar illius, qui multo studio, & labore ad extrahendum iumentum ab æquore operam dederit blanditijs, minis, beneficijs, tonsionibus, qui domino suo rebellis, & calcaneis insultauerit illi, & gurgiti se totum dederit submersurum. Adeo enim Iudas paucorum denariorum sarcina astrictus erat, vt illa prostratus animo, nunquam sublimiora intelligere, vel suscipere voluerit, donec pollicitam proditionis mercedem acciperet. Nos autem, qui tam nostræ salutis sollicitum videmus Christum, nos qui tam inuitum ad damnandum conspicimus Saluatorem, maximam in illo cõsolationem suscipimus, à quo auxilium omnes ad salutem consequendam habemus, perditionem autem peccatorum ex ipsis improbis esse.

H

Turbãtur etiam omnes sapientissimi viri.

I

Amor & lętitia timor & tristitia non sunt ĩ Chr̃o passiones, sed propassiones.

K

Diffidẽdũ nõ esse de Dei misericordia, qui ad parcẽdũ prõptissimus est.

Turbatus est spiritu. &c. Libentius elephas turbidas bibit aquas; sed plerunque aquæ sua proprietate lympidissimæ, profundissimę tamen, ne à transeunte timeatur ingressus, iusto consilio ad horã perturbant, vt non inspecta profunditate, & instãtibus periculis, intrepidus viator transiturus ingrediat. Fortissimus dominus suum

Elephas libẽtius turbidas quã lympidas aquas ebibit.

sinum turbat appetitum sensitiuum, obiecto sibi torrente, quem transiturus erat, imò, & de quo erat bibiturus. Secundum quod de eo scriptum est. De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Turbat, (inquā) quia turbata aqua imagines non repręsentat, & ideo ipse suum turbat spiritum, quò non inspiciat horrendas mortis imagines, non paueat ad occursum ingruentium fluctuum, & procellarum.

Psal. 109

Paucbat spiritus & tristabatur anima Christi, haud tamen in superiori, prout sępe dictum est, sed in inferiori parte eius, quæ est sensitiui appetitus. Audi quod tristitiam Christus assumpsit quomodo ergo (inquit Aug.) tristis fuit? Prorsus (ait) tristis voluntate suscipiens tristitiam quomodo voluntate suscipiens carnem veram, voluntate tristitiam veram. Magis congruè tamen dicta est tristari, quàm timere, quandoquidem sola præsentia instantis periculis mortis, & ærumnarum possit terrere sensum, qui suam intuetur imminere destructionem: ideo cum timor sit malorum futurorum, tristitia autem instantium ærumnarum, nunquam pertimuisse Christum legimus; quem legimus tristatum, quò nihil ad rationem spectasse intelligamus, cum sensus non ad futura, sed ad præsentia, ratio verò, & ad futura, & præterita, ac ad præsentia suo intuitu ferri possit. Habemus igitur normam nostram, qua nunquam, nisi iuxta legem rationis, turbari, vel tristari debeamus, ne his similes efficiamur, qui vel ignorant Deum, vel gentibus, quæ legem non habent. Qui nihil patimur, non leniter, non planè, non delicatè dispositum, nor ne cōtra rationem turbamur? Qui fęlici aura omnia secunda amamus, & in omni turbine turbamur, nonne iura rationis frangimus, & iusto iudicio violentiam ingerimus? Vnde trepidauerunt timore vbi non erat timor. Quibus occurrit saluator eos admonens dum inquit. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & cum occiderit, non habent amplius quid faciant: ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui habet potestatem, postquam occiderit mittere in gehennam; hunc dico vobis, timete. Time quisquis stas, ne cadas; Timeat Dominum omnis terra, quem timent omnes angeli eius. Est igitur timor quo rectè timeamus, quia timor sanctus initium sapientiæ expellens peccatum, lætificans corda, permanens in sæculum sæculi. Habemus insuper normam, vnde, & quare turbari debeamus spiritu.

Psal. 93.

Cur tristetur Christus, & nūquā umeat.

Timoris, & tristitiæ differētia.

Mali contra rationem, boni autem ratione turbantur.

Psal. 13.

Luc. 12.

Turbatur Christus de vnius proditoris iactura; tristatur de vnius proditione Iudæ, conqueritur verus, & bonus pastor, se vnam ex ouibus suis amisisse. (Proh dolor) mercenarij nostri ex quorum gregibus tot perditas relinquūt oues, nec de perditis dolent, nec de perdendis curant, & velut nihil ad ipsos de ouibus, nec dolentes satagunt, nec compatientes inuigilant, saluti, sibi creditarum ouium; Quanta diligentia vsus sit Christus quanta pietate, & quantæ sibi fuerit curæ reuocare Iudam a peccato, & ab instituto scelere, & audiuimus, & experti sumus. Vtinam haberemus sacerdotes inter vestibulum, & altare plangentes, & orantes. Vtinam vel Moysen, vel Hieremiam in principes haberemus, qui die, ac nocte plangerent perditos ex Israel. Vtinam haberemus Danielem, Samuelem, & Iob, qui starent coram Domino. Plerunque autem vbi dolet pastor, lętari videtur mercenarius, & vbi turbatur Dominus,

Christ⁹ de Iudę perditione tristatur.

Pastorum ecclesię socordia, & desidia, quot maiorū causa sit Christi fidelibus.

A nihil curat seruus: nec tot malis ingruentibus turbantur, nec mouetur caterua sceleratorum Christum offendentium; imò nec phalangis hæreticorum ecclesiā Christi insequentium eamque heresis peste commaculantium. Qui enim, tàm facilè turbamur sensu, dum non succedunt optata, vix autem nunquam turbamur spiritu, dum talia & tanta in nobis, & in alijs contraria spiritui patimur, & experimur, oportet enim tunc spiritum iustè turbari, cum insurgit, & concupiscit aduersus carnem.

Et protestatus est dicens. Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. &c. Adhuc impetit Iudam, si quo modo vel saltem conuictus in crimine, resipiscat. Quis autem fur, vel adulter deprehensus in instante patratione facinoris, non cohibeatur, & resipiscat? Nunc enim, tàm seriò, quàm aptè loquitur Christus, vt etiam cum protestatione, & iuramento intelligat se Iudas detectum de crimine. Hæc autem protestatio effectus fuit illius iustissimæ perturbationis, quæ non in alio, quàm in Iudæ facinore concitata fuit. Vnde dominus nominat, & uitium aperit; personam autem minimè. Dicit enim ab vno discipulorum in se esse fiendam proditionem; quæ protestatio omnium quidem discipulorum aures percussit, solius autem Iudæ præcordia in ipso contundit: quandoquidem protestari, sit quæ cauenda sunt, quæ fieri non debent, manifestè denunciare: Vnde Ioiada, & cæteri Prophetæ à domino missi aduersum regem, principes, & populum Iudà protestabantur. Hic autem dominus aduersum Iudam protestatur, & apertè facinus execratur, vt intelligat apertius opus omnino cauendum, & nullo modo peragendum excogitasse.

B

C

Chri protestatio discipulorū aios valdè perturbauit.

Et protestatus est. &c. Attende necessitatem protestationis fiendæ peccatoribus: execratio enim facinoris, & erroris, ac criminis detestatio ipsa est peccatoribus protestatio. Hæc est præuia monitio, qua cautior effectus peccator retrahatur à concepto, siue etiam ab incepto facinore: hæc enim causa est traditionis legis. Dicente Apostolo. Peccatum non cognoui, nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Prius enim quàm lex protestaretur nobis, non cognoscebamus peccatum, vbi consisteret, vel aliqua, quæ operabamur esse peccata, siue tam grauia peccata.

D

Rom. 7.

Est igitur lex, & protestatio quæcunque peccatorum insinuatio, vel peccati, vel grauitatis peccatorum. Vtinam, tàm salubre bonum, ac tam præclarum pietatis offitium inter Christi discipulos inueniretur: vtinam in ecclesia Christi, hoc perseueraret magisterium, vt pia facinorum protestatio, digna peccatorum detestatio, & fraterna criminum correctio reperiretur, & in auribus delinquentium insonaret. Vnde obstrepunt detractores post terga peccantium.

E

Fraterna correctio in ecclesia Chri summopere laudabilis è & ,pficua apprimèque necessaria.

Amen amen dico uobis, quia vnus uestrum me traditurus est. &c. Frons meretricis est tibi (Iuda) noluisti erubescere. Audi scrutatorem cordium, audi secretorum conscium, audi futurorum præscium. Ipse sciens, quid sit in homine, tuæ impietatis gnarus, hæc tibi suppresso nomine protestando loquit, qui te vnum à cęteris declinasse agnoscit. Dolenter aūt, & mœsta Chrs voce pronunciat. Vnus uestrū me traditurus est, quasi dicat. Durū mihi tradi ab hoīe, qui creaui hoīem, durū

tradi ab Israelita, qui non sum missus, nisi ad oues, quę perierunt domus Israel, durius est mihi, quod à familiari, & à commensali: Durissimum autem quod ab Apostolo, & à discipulo impiorum manibus tradar ad crucifigendum. Hoc itaque est quod me piget, hoc est de quo doleo, non quia trador, non quia moriturus, crucem ascendo, sed qa vnus ex vobis traditor mei est: quod, scilicet, vnus ex vobis sit qui adeo mea familiaritate abutitur, vt in contēptum vertatur, cui mea bonitas nauseam protulit, mea patientia despectum reddidit, mea benignitas & lenitas petulantiam fouit, longanimitas, tàm monstruosum abortiuum produxit.

Maiorem grauiorēque infert Chsto dolorem prææuisū abhominabile Iudę facinus quàm amara futuræ mortis suæ memoria.

Vnus uestrum. &c. Non vnus ex meis, sed filius perditionis, me traditurus est. Mei enim sunt qui sunt & patris, quos dedit mihi pater, ex quibus quenquam nō perdidi: vnus autem vestrum filius perditionis est, patrator sceleris, & traditionis conspirator. Vos omnes mei estis: vnus ex vobis meus non est: vos vestri non estis, qui vos mihi tradidistis, & mei esse statuistis. Vnus vestrum meus non est, qui se sibi reseruauit, vt suus, nō meus esset, & vt sibi acquireret paucorum denariorum annonam, me totum repulit, & aliorum manibus trucidandum prodidit. Ipse me à se abdicauit, ipse me repulit, & ideo me aliorum manibus ad libitum tradidit. Ipse se à consortio bonorum retraxit, ideo malus. Ipse à pastore recepit, ideo errauit. Ipse se à me, & à uobis seiunxit, ideo ipse solus remansit. Donec igitur unus est sibi solus, perditus est vnus, quia abscissum membrū & inutile, & abhominabile, ac petiuum est, corruptioni, & interitui abnoxium. Omnes quidem vos unum estis in Christo Iesu. Ipse sibi vnus est, qui separatus à nobis est, ideo seiunctus est, quia a charitatis vinculo diuisus est. Ego hunc unum vestræ saluti necessarium nexum construxi, vt unum sitis, sicut pater, & ego unum sumus. Iste suam vnitatem à vera unitate distinxit, ideo sibi relictus errauit, custodem, & suæ salutis comitem expulit à sui consortio, ideo in proditionem corruit, in lumine offendit, in lapidem confractus est, & in foribus errauit. Vnusquisque malus ipse sibi unus est, vnus unitate mali, cuius indiuiduationis principium ipsa est materia, a spiritualibus diuisus est: seipsum solum amat, qui omnia sibi soli proficua cupit, qui quæ sua sunt solummodo quærit. De quo dicitur. Ab uno doloso augetur sanguis: vnitur autem Deo quisquis diligit Deū, quisquis quæ Dei sunt quærit: vnitur & proximo qui diligit proximum, & est cum Deo, ac residet cum proximo, quia vinculum perfectionis, & vnitatis est ipsa dilectio, iuxta illud satyricum, amicus est alter ego. Vnus (inquit) numero, non merito, partialitate, non integritate: Vt non collegium ex uno condemnetur, sed vnus ex collegio.

Pessimi sæpè fiūt plurimi, q ab aliorū bona conuersatione se subtrahūt

Eccle. 11

Perfectionis vinculum est ipsa dilectio

Vnus ex uobis. &c. Iudas inter præcipuos Christi amicos connumeratus, inter apostolos ascriptus ad tantā celsitudinē familiaritatis euectus, ad tam insigne facinus designatus, tantis beneficijs sublimatus à Christo, tanta dilectionis benignitate donatus inter filios Dei computatus: tamen & hunc contigit pro sua iniquitate decidere. Quis hunc nō securum, & salutis suæ certum existimasset? Quis hunc corruisse vnquam à suo loco, & à sua celsitudine excogitasset? Diligenti igitur cura quisquis stat, attendat ne cadat. Ex nobis (inquit Ioan.) quidam prodierunt, qui tamen non erant ex nobis.

1. Epist. 2

F Vide igitur quantæ tibi curæ esse debet, ut certam quisquis es tuam vocationem facias; nec tam certus, aut tam securus incedas, sed cum timore, & tremore tuam operare salutem. Vnde aiebat sapiens. Beatus homo qui semper est pauidus. Attende insuper neminem inuitum trahi ad salutem, Dei enim cooperatores sumus, nullum, nisi spontaneum admitti ad regnum cœlorum, neminemque trahi, nisi uolentem trahi: Quo fit ut nulli sit absoluta promissio facta æternæ salutis: magis autem conditionalis, quò intelligas eum, qui fecit te sine te, nō saluare te sine te. Si uis ad uitam ingredi (inquit) serua mandata. Si quis vult venire post me &c. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in G æternum.

Timor Dei

Prouer. 28

Conditionalis est æternæ uitæ promissio.

August.

Math. 19

Mat. 16.

Ioan. 8.

Vnus ex uobis. &c. Amator singularitatis, communitatis vero inimicus, ob suæ singularitatis auiditatem in propriam conuersus utilitatem, toto tentat nisu euertere communitatem. Ipse dissoluit, dissipatque pium vniuersitatis nexum, qui nihil commune patitur habere, qui sibi soli bona cuncta accumulare percupit, qui inuidus est, & toruo ac inuido oculo omnia aliorum bona prospicere solet, qui vitam communem contemnit, qui bona communia temerarius vsurpat, qui sibi soli est natus, & soli propriæ cupiditati indulget, cæterorum H crudelis effectus nulli impietati parcit, deuorat pauperes, trucidat iustos, depopulatur sancta, nulli indulget genuino (vt aiunt) dente, neminem reueretur, nullis emollitur, uel probris, vel beneficijs, sęuit in omnes, in dominum, in magistrum, in Saluatorem, necnon in creatorem. Vtinam saperet, Iudas quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Vtinam ipse sibi non esset vnus, quia aliorum particeps esset bonitatum, Quid si vnus malus cum multis bonis permansisset? Qui fieri posset vt corruisset, cùm uno bono in multorum impiorum medio existente, non possent angeli perdere ciuitates & regna Sodomorum, & Gomor I rheorum? Quàm bonum igitur a malis seiungi, & copulari bonis, cum enim bonum sit maximè diffusiuum, & sui ipsius communicatiuum, protegitur malus pietate bonorum. Sed & cum nullius boni sine socio sit iucunda possessio, vt testatur Seneca. Qui solus extra communitatem est, quomodo non abortiuum est? quomodo non triste, & perditum est? Obseruanda igitur, est bonorum societas benignitate, & amicabilitate. Sociorum amanda est & fouenda communitas. Vnde scriptum est. Vir amicabilis ad societatem magis amicus est, quàm frater.

Alieni boni inuidus est, qui se a bonorū societate seiungit.

Commendabilissimè mopere, est & Deo gratissima amicorū inter se honesto amoris fędere copulata societas.

Honestę amicitię admirāda vtilitas.

Prou. 18.

Vnus vestrum. &c. Attende nunquam desperandū K de salute impiorum. Quis impior Iuda? Quis celsior Christo? Tamen Christus non cessat, quin omnem moueat lapidem ad lucrandum Iudam, & ad reuocandum eundem ab instituto. Non sit igitur qui præoccupatum in aliquo delicto non instruat, & à correptione peccantis desistat. Sicut enim nunquam Deus interioris vermis aculeis mentem pūgere desinit peccatoris, ita exteriori nos correptione debemus peccatorib' exprobrare. Insuper & hoc vnum te terreat, peccator, quod inspectorem habeas occultorum tuorum facinorum, & prauarum tuarum cogitationum. Hæc Christus prospicit, & mentis suæ oculis apertè dignoscit.

Diuinæ inspirationes.

Corripiendi sūt peccatores.

Vnus vestrum. Me & eum pariter, qui vos singulis ad quos declinaueritis adeò commendatos nunc feci,

feci, ac si perinde personam meam receperint, & ad patrem vsque ascendere denunciaui: Me (inquam) traditurus est in manus peccatorum; ille me expulit, quē ego recipi præcepi, & recipiendum commendaui; ille mei est traditor, quem ego elegi, & electum exaltaui; ille me traditurus est morti, pro quo vitam exponere non dubitaui, quem prosecutus sum sublimioribus beneficijs, quem tot extuli dignitatum insignijs; ille me persecutus est grauissimis maledictis; ille, quem suscitans à terra inopem, & de stercore erigens eum pauperem, collocaui cum principibus, cum principibus populi mei, ipse prosternendum tradidit in manus odientium me, & quærentium tollere vitam meā; ille mutatus est mihi in crudelem, cui ego tanta benignitate faui. Hæc, & similia Christus de Iuda sæpius repetit, qui non personam, sed vitium exprobrat, vt nos, quod vni dicit, omnibus dicere intelligentes, ab ingratitudinis noxa retrahamur. Cœterùm, hæc verba, in corde Iudæ, veluti in cœnosam latrinam irrepserunt, & quasi in cloacā proiecta, indignantiùs veneno conspurcata, ad exitium eiusdem sunt conuersa.

Ingratorū conditio.

Vnus vestrum. Disiunctus ab alijs, cœteris non consentiens, diuisus animo, mihi insidias parat, machinatur aduersum me, cogitat mihi mala, fremit, rugit, strider, & velut leo in abscondito, sanguini meo insidiatur. Habemus, & nos vnum hæc omnia mala in nobis molientem, saluti, & sanguini nostro insidiantē, turgidum, ac ferum, in perniciem nostrum insurgentem. Si autem rogas quisnam is sit tam improbus, tam immanis, & ferus; audi Bernardum dicentem. Scio quendam, qui per annos plurimos tecum familiariter vixit, ad mensam tuam sedit, cibum de manu tua sumpsit, in sinu tuo dormiuit, tecum familiariter colloquiū habuit, & in domo tua cum consensu ambulauit; hic iure hæreditario seruus tuus, super te tamen intumuit, & calcaneum contra te leuauit, nec tuam maiestatem veritus, nec tuis donis, aut beneficijs compulsus, nec suis futuris dānis deterritus, insultibus, & technis, fraudibus, & illusionibus te in seruitutis ergastulum redegit, crudeliterque præualens, tibi dominatur, fortasse adhuc ignoras, & quæris: quis est hic, vt caueam ab eo? Hic est vetus homo tuus, qui habitat in domo tua, hic inimicus tuus, domesticus tuus, hic in spiritum tuum insurgit, & in domo tua operatur scelera multa, in veteratus dierum malorum insidiatur insonti, deridet innocentem, audet in insipientia, bona tua depopulatur, congaudet iniquitati, fauet impietati, dispergit bona, quæ possides, conculcat sancta, odit disciplinam, ludit cum filio liberæ, nec diuertis, sed arrides, non coerces, sed dissimulas, donec tortoribus te tradat.

Vetus hō noster iternor, & domestic⁹ nobis est, & hostis acerrimus.

Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Post vniuscuiusq; propriam interius examinatam conscientiam: postquàm singuli prius interius discussi, necdum tanti facinoris aliquo modo conscij adinuicem respiciendum, veluti attoniti conuertuntur. Hoc vnum illos vndecim consolabatur, quod tam immane facinus in pectore ipsorum non versabatur, discruciabantur autem de veritate facinoris, quam, tam seriò audierunt ab ore magistri veritatis proferri. Ad quantam autem mæstitiam hæc verba turbato spiritu, à Christo prolata Apostolorum animos excitauerint, imò compulerint, non est, qui facilè non intel-

A ligat. Quomodo autem Iudas tam impudens fuerit, & tam contumax, ac inuerecundus ad Christi, & Apostolorum præsentiam sustinendam, vt mox, aut latibula non quæreret, aut certè conuictus in crimine ad clementiæ pedes non se conuerterer, facilè percipi nequit.

Iudę contumacia & impudentia.

Cum igitur sibi ipsi conscius esset, adhuc Pharaone proteruior, obstinato animo persistit, vt nec Christi maiestatem reuereatur, nec corona assistentium coapostolorum ab instituto amoueatur; illò enim perductus est Iudas, vt in sortem Sathanæ conuersus esse videatur. Vnde ait supra: Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Obstinatus est diabolus, B nec vllis vnquàm resipiscit, aut probris, aut obsequijs. Et diabolus quisquis est, non natura, sed conditione, non personalitate, sed proprietate: quicunque obstinato animo in sua malignitate perseuerat. Nec mouetur igitur Iudas, nec erubescit, sed perseuerat animo inconcussus, & pertinax.

Cap.6. Obstinatus diabolus est.

Aspiciebant ergo adinuicem. Non tantum, vt si quomodo explorare possent coniecturis saltem proditorem; verùm, vt hoc in alijs etiam aduerterent, si reū criminis aliquis manifestaret, vel etiam, si impingerent sibi cœteri forsān, tam detestabile facinus. Esto enim, quod nihil sibi conscij essent, haud tamen in hoc iu- C stificare seipsos audebant, inscrutabile enim est cor hominis à scrutatore omnium tamen scrutabile. Ipsi igitur Apostoli, nihil temerè de aliquo sentire audebant, nullum iudicium faciebant, qui non ignorabant legis præscriptum: Vnumquemque hominem præsupponi bonum iure deberi, donec cōstet eius bonitatis fraus detecta prauitate; neminem reum facinoris existimare poterant sancti homines, qui quales ipsi erant, cœteros esse credebant. Nolebant ante tempus iudicare, donec abscondita tenebrarum, & consilia cordium Dominus reuelaret. Vnde non capiunt quomodo tam execrandi patrator facinoris inter ipsos quisquam pos- D sit reperiri. Iudas autem sciebat solus, de quo diceret, quia solus cōscius erat, quod sibi diceret: Ipse seipsum intus agnoscebat, qui seipsum ab alijs occultabat: Ipse etiam inuicem cœteros aspiciebat, non vt, authorem agnosceret, qui se authorem sciebat, sed vt, vel exploraret, an quomodo à quoquam agnitus esset, eum esse de quo diceret, vel certè, vt se alienum à facinore oculis aspicientium pariter ostenderet.

Qualē se quisqs existimat talē vnūquēq; aliū arbitratur, & censet.

Aspiciebant ergo adinuicem. Obserua quale immineat nobis periculum in falsis fratribus. Quis (rogo) aut argus, aut linx conspicere potest hypocritam, proditorem agnoscere, & impium distinguere suis va- E lear obtutibus? Neque enim secundum faciem iudicandus est agnus, cum ouino vellere plerunque tegantur lupi. Non angelus sola exteriori facie ab ipso diabolo est distinguendus, cum & Sathanas in angelum lucis interdum se transfiguret. Inest, necnon Iudæ vna exterior, communisque facies cum apostolis, vt nullo modo hypochrita à iustis, proditor à probis, & impius ab assistentibus pijs secerni possit; intersunt enim adeò insimul, vt facilè se fingant alios à quibus extant. Hinc perpendimus, quā cautè nobis hic sit ambulandum, qui sphinges habemus nobiscum, quas non agnouimus. Cerberis associamur, quos non videmus. Crocodilos nobiscum nescientes patimur, & angues in herba latentes, non aduertimus, quorum virus non

Quā difficilè ficti & falsi cognoscantur amici.

Cautissimi esse debemus in deligēdis nobis amicis.

nisi

Anguis in herba latens, est fictus amicus.

nisi infixo dente sentitur. Hoc autem aduertant, qui sibi credito inuigilant gregi, vt insontes moneant, vt scrutentur, & perspicacius ocellis prospiciant, quò diuertant ab iniquo, à proditore caueant, impiumque detestentur hypochritam. Hos autem non secundum faciem adiudicandos edocuit dominus, magis autem à fructibus eorum cognoscendos, nos erudiuit, nè temerè aliquid mali suspicemur, & iustum pro impio condemnemus. Hæc infœlix mortalium cōditio, qua, nec lupos ab agnis, nec sanctum à prophano, nec ab immundo mundum discernere didicit.

Falsos, & duplici corde homines esse omino cauendos.

Vnus cernebatur Apostolorū vultus, longè ab his, & admodùm diuersus erat animus, & nemo hominum sciebat, quid esset in homine, nisi spiritus hominis, qui in illo est. Leuis autem hæc est Iudæ consolatio, quod ab hominibus nondum sit cognita impietas eius infixa pectori. Quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? Leuis (inquam) eius est consolatio, cuius improbitas, non ab alio, sed à seipso condemnatur; intus suæ impudentiæ habebat testes impius Iudas; ipse seipsum agnoscebat facinoris condemnatum, quo nullus certiùs, nullus vehementiùs, aut conuenientiùs condemnari poterat, sed tam proteruo, ac pertinaci animo est Iudas, adeò dura, & obstinata ceruice hæret peccato, vt nec concutiatur, nec tam graui impulsu moueatur. Aspicit, & ipse, & si certus, tamen quasi hæsitans, & admirans, & ipse de quo diceret, quasi non sibi diceret; Admirari videtur de cœteris cum ipse sit de quo admirari debeant cœteri. Simulator ore decipit amicos suos. Hoc patimur, qui sola exteriora contuemur. Animo valde perplexi, imò & consternati Apostoli à vultibus inuicem pendent, solus Iudas quid animo volueret, non ignorabat.

Leuissima est facinorosorū cōsolatio, eorū delicta ab hoībus ignorari.

Factorum conditio.

Admirāt sæpè duplici corde hō suos, quos dicit amicos simulato ore decipiens.

Aspiciebant ergo adinuicem. Qui hæsitabant aspiciebant, quia reum facinoris prostraturum, vt veniam peteret credebant; Iudas autem perfricta fronte persistens turbatus est, & non est locutus. Turbatur intus, quia cor impij quasi mare feruens, vel fluctuans, haud tamen est rubore suffusus, iuxta quod scriptū est. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere; noluit obduratus intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem meditabatur in cubili cordis sui, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit: de quo etiam alibi scriptum est. Homo apostata vir inutilis graditur ore peruerso. Quis iste pessimus homo, nisi de quo iustus ille. Si abscondi (inquit) vt hō peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam, &c. A domino (inquam) abscondit se, quisquis ab eo veniē non petit, adeo seipsum abscondit, qui nullo excusationis velamine suam turpitudinem contegere potuit. Abscondebantur, & illi primi peccatores, qui tamen quo potuerunt excusationis velo foliorum ficus tenui velamine Dei maiestatem sunt veriti, & peccatum sunt coram ipso confessi, qui & à culpa fuerunt absoluti, secundum quod scriptum est. Hæc est, quæ illum, qui primò formatus est à Deo; Pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo, confitens autem, non quod Deus, non videt, manifestat confitendo, sed eundem placat se recognoscendo. Vnde Proph. ait: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti omnia peccata mea. Delictum namq; meum cognitum tibi feci,

Frons meretricis est Iudæ.

Hiere. 3.

Prou. 6.

Iob 31.

Abscondit se à Deo, qsquis peccata excusat, & dissimulat.

Abscondebatur Adā cū peccasset, & se foliorum velamine cōtegebat.

Sap. 10.

Psal. 31.

F & iniustitiā meam non abscondi. Quid est igitur confiteri peccatum, nisi veniam implorare de peccato? Et ideo Deus iudicem peccatorum instituit Sacerdotem, qui audita culpa, vltionem pœnæ per pœnitentiam iniungat. Quorum (inquit) remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Datur insuper gloria Deo, à peccatore confitente, coram saltem vno confessario, suam iniquitatem confitendo. Nam & Iosue ab eo, qui offenderat, & tulerat de anathemate, licet occultè, diuinò præcepto contrauenieti, petijt, vt daret gloriam Deo, & suum confiteretur trāsgressionis errorem. Ipse namque Deus, qui culpa offenditur, pœnitentia placatur, & homo, qui peccando

G intumuerat, confitendo se humiliat. Contestatur namque sapiens. Quoniam qui abscondit scelera sua non dirigetur; qui autem illa confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

Ioan. 20.

Sacramentalis cōfessionis vtilitas, & necessitas.

Iosu. 7.

Prou. 28.

Erat ergo recumbens in sinu Iesu vnus ex discipulis eius, quem diligebat Iesus. Obserua naturam diligentis à proprietate proditoris, quo enim contra Christū proditorem insurgentem audit, eo viciniùs, propiùs, & familiariùs amanti coniungitur. Ioannes igitur audita voce Christi, quod ab vno coapostolorum tradendus esset, declinat in sinu Iesu totus consternatus animo, & velut proprijs viribus destitutus, tam dilectum

H magistrum amissurum se sentiens, quo igitur potest, conatur vniri animo. Nec deest locus dilectioni, imò hic iacet dilectus, vbi dilectio oritur, & conseruatur. Hūc tam sublimem locum mœsto, ac penè exanimato discipulo concessit Christus. quò intelligat, qui amat, obsequium præstandum Christo, quod præstitit prius dilecto Christus. Sinus Patris, locus est filij eius. Locus discipuli ab ipso filiò dilecti sinus est ipsius Christi. Eolus Iudam velut aquilonem in tempestatem commouit, quo perstrepente in auribus Pharisæorum, & exibente se proditurum Christum totum commouit in

I Christum mare. i. concitauit principes sacerdotum, & seniores populi, vt Iesum perderent, & occiderent, & suborta est tempestas magna. Leuyathan, & Boemoth ibi suas vires, & technas componit, illic reptilia, quorum non est numerus, animaliaq; pusilla cum magnis, vbi & magni, & parui, & nobiles, & ignobiles, turba, & magnates. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius.

Consternatus aio Ioānes de sui proximè futura amissione magistri Christi sinu recumbit.

Iudas velut Aquilo ab Eolo commouetur, & concutitur.

Psal. 2.

Erat ergo recumbens, &c. Qui eodem amore suos dilectos prosequitur Christus, quo ipse à patre æternaliter amatur, eundem locum præstare dilecto congruebat, dicente eodem. Vbi sum ego, illic minister meus erit. Vterque amor diuinus. Dauid vt ostenderet Sa-

K lomonem sibi cariorem, super mulam, cui insidebat ipse, sedere coram populo fecit. Pharao torque honestari voluit Ioseph, Assuerus Mardochæum solio sublimauit proprio, Darius Danielem extulit præconijs; nullus tanto fauore suos extulisse legitur, aut potuit, prout Christus suos, quos ipse diligit, quò apertius intelligamus maiori amore suos Christū præ cœteris extulisse, secundum quod scriptum est. Maiorem charitatem nemo habet, vt &c. & potioribus donis sibi dilectos longè decorasse. Quid enim emolumenti suscepturus, in Christi pectore reclinauit se Ioannes? Recondita sunt in pectore duo illa eximia, quibus beati-

Ioan. 12.

Quantū à Christo eius diligātur amici

Ioan. 15.

Verbum ĩ pectore & ĩ corde vita cõsistit. Duo sunt vbera qb' sponsę dilectus pascitur.

beatificatur homo vita,& sapientia. In corde vita cõsistit, verbum in pectore. Hinc omne eructat bonum, igitur ad fontem vitæ,& veritatis, Ioannes adhæsit. Ecce duo vbera, in quibus dilectus sponsæ collocatur: Alio vitam suscipimus, altero sapientiam haurimus. Gustate,& videte, quoniam suauis est dominus, cuius geminis vberibus pascimur, & nutrimur. Quid igitur miraris Ioannem à mensa declinasse,& in mensa super caput Christi recubuisse, quem non existimas ignarum meliora esse vbera Saluatoris, vino. Ibi inebriabuntur ab vbertate domus suæ, vbi torrente voluptatis potat bibentes. Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Aperi (inquit) os tuum, & implebo illud.

Cant. 1.

Ioãnes caput suum in Christi pectore reclinatũ tenet.

Christi pectorale.

Erat ergo recumbens, &c. Audisti diligentem olim promisisse dilectum suum inter vbera sua commoraturum: Vide iam ad vbera declinantem discipulum præ cœteris dilectum, cum sit Christus Agnus Dei Patris, teste Ioanne Baptista, quasi pendens à patre, in sinu residet Ioan. Apostolus suam ob puritatem, ac innocentiam, Agnus Christi effectus est: veluti que pendens collo, super pectus eius recumbit: sic enim summus ille sacerdos cœteris expoliatus vestibus, sacrificiũ oblaturus, solo pectorali aureo, ac gemmis ornato, & sola mythra candida decoratus sacrificium offerebat: Ecce summi, & supremi sacerdotis aureum pro charitatis dilectione nobilissimum pectorale, pretiosissimis ornatum gemmis, in quo .s. effulgebant sublimiores omnium generum virtutes, dilectio charitatis, innocentia puritas, simplicitas humilitatis, continentia virginitatis. Hoc pectorale non deposuit, sed secum habuit offerens sacrificium Christus, qui hunc solũ Apostolum comitem habuit in crucis sacrificio, cœteris in fuga, aut latibulis persistentibus.

Sponsorũ fascia pectoralis. *Hier. 2.* Ioannes in Chri gremio velut pullus sub gallinę alis eutritur, atq; fouetur i cęna.

Hoc igitur pectorale,& solam mythram candidam, idest, virginem suam matrem secũ in sacrificio habuit. Dicitur enim mater quasi mythra filij, quia sicut partes corporis, quasi à mythra adumbrari videntur, ita totum corpus Christi à ventre matris Virginis descendisse nõ ignoramus. Solebant sponsi fascia pectorali se decorare. Ideo desponsaturus sibi Ecclesiam Christus hac velut nobili fascia ornat pectus suum. Recumbebat igitur Ioannes super pectus domini veluti pendens ab vberibus. Audiuimus Christum se incubanti gallinæ assimilasse, & pullos suos sub alas foventi. Quid miraris si vnum pullum sub alis eius modo contueris? Sinite (inquit) paruulos venire ad me: Ipse enim est, qui se puerperæ assimilauit. Nunquid (inquit) obliuisci potest mater infantem suum? & certe si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliuiscar. Imò & pullos coruorum etiam nutrit, ac cœcos catellos ad vbera conducit.

Christi vbera.

Ioel 2. *Isa. 66.*

Sunt autem duo præcipuè vbera Christi, quorum lacte quisquis nutriendus est discipulus. Altero nutriti sunt lacte dulcedinis promissionis, quod est testamentum vetus. Altero quo nutrimur dulcedine retributionis. Promittens Deus, se lac præbiturum, & manna. Dabo (inquit) vobis terram fluentem lac, & mel. Igitur nos vocauit ad vbera. Vnde per Proph. ait Dominus. Congregate paruulos, & sugentes vbera. Quod & ab alio predictum fuit. Ad vbera (ait) portabimini, & super genua blandientur

Ex Christi vberib' soli fouentur illi, q intra gremium Ecclesiæ continentur.

A vobis. Hinc Apostolus plerunque lac se dedisse fidelibus significauit. Procul autem ab vbere, & à discipulatu dilectionis Christi sunt omnes, qui non à pia matre Ecclesia, cuius caput est Christus, sed à Synagogis Hæreticorum mox, non lac, sed solidum cibum temerè suscipere se iactant. Fideles autẽ ad vbera Christi recurrunt, vt de absconditis suis adimpleatur venter eorum. Ibi Ioannes tot archana de sacro pectoris fonte hausit, & potauit, haustaque cœteris propinauit.

In sinu suo Chri quos amat enutrit, & fouet.

Isa. 4.

Tabernaculũ ĩ vmbraculum nobis conceditur.

Erat ergo recumbens, &c. Lazarus post ærumnarum suæ mendicitatis pelagus, transito hoc ergastulo B vitæ mortalis, in Abrahæ sinum ab angelis fuit deportatus. Sed ecce plusquàm Abraham hic. Christus adhuc viuens viuenti adhuc discipulo sinum, in quo recumbat, concedit; qui viuens adhuc viuenti etiã latroni eodem die Paradisum designauit. Ipse suos etsi adhuc viuentes in sinu collocat, quos à malis liberat, in aduersis protegit, elisos erigit, ab offensa custodit, à tentatione eripit, & à peccato saluat. Iuxta quod per Proph. dictum est. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia. Ibi protegimur ab æstu indignationis, à turbine terroris, & à pluuia tempestatis. C Custodimur ibi ab æstu carnalium voluptatum, à turbine cupiditatum, & à pluuia suggestionum pessimarum. Ibi sub vmbra alarum eius protegimur ab æstu infernalis stygieque paludis, à turbine diuinæ indignationis, & à pluuia æternæ damnationis.

Ecce petram refugium Erinacijs, confugium à facie timoris domini, propugnaculum peccatoris. Neque Christus sinum suum nobis aperuisset, si nos ibi recipere,& recumbere non decreuisset. Vnde cicatricem, quam lancea in pectore eius obduxit nullo voluit interuallo occlusam, seu obturatam perstitisse, sed plenius euacuatam sanguine, & aqua, vacuam, in qua nos D mox reciperet, præstitit,& exhibuit. Et vt nobis hanc constructam cauernam intelligeremus, peritissimi artificis formam obseruauit. Qui ad vnguem petram scindere statuit, in qua statuam accommodare decreuit. Prius applicata debita, ac iusta mensura, locum designat, antequam fodiat. Quo consilio voluit Iesus, vt prius suo pectori discipulus vnus dilectus collocaretur,& recumberet, quo locum designaret, vbi foderet ad accommodandos,& collocandos cœteros, ibiq; recipiendos,& reponendos quosquos dilectos habet, vbi contineat in sinu suo multarum gentium.

2. Reg. 12 Alteri' mulieris vsurpatio, q̃ sit graue peccatum.

Dã mort um ciaui

Et ergo recumbens, &c. Significaturus Natan Pro- E pheta, quale, & quàm graue peccatum rex commisisset in vsurpando sibi vxorem alterius, comparata Bersabea oui,& Vria viro pauperculo, hoc vnum intulit, quod in sinu eius requiesceret: Responde mihi iudicium. Duo viri erant in ciuitate, vnus diues, & alter pauper; diues multas oues habebat, & boues multos, pauper autem non habebat, nisi vnam ouem paruulã, quam emerat, & nutrierat, de pane eius comedebat, & de calice eius bibebat,& in sinu eius dormiebat, &c. Cum autem Dauid offensam, tam dilectæ ouis audisset, iratus valde,& indignatione concitus, mortis sententiam in offensorem proferens, seipsum propria sententia reum mortis pro scelere, licet ignorans, condemnauit. Attendant igitur, qui pios viros tam impudentèr insequuntur.

Audiant,

quidem si non nisi sub maledicto nomẽ Dei in vanum sumere iubemur, quid superest blasphemis, tam impia, & enormia de Deo, de sanctissima eius Matre Regina Angelorum, ac cęteris sanctis euomentibus? Vtinam ea conuitia retorquerentur in illos, qui adeo insultant calcaneo illi, cui omne genuflectitur, & omnis lingua confitetur.

Blasphemos è medio tollendos esse.

Amodo dixi vobis, priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis quia ego sum. &c. Non ignarus dominus quomodo iacula præuisa minus feriunt, et si feriant, minus tamen lædunt, quò suos animosiores reddat discipulos, ne irruentibus frangãmr ærumnis, dùm tam opprobriosæ morti, ac tantis calumnijs viderint tantũ magistrum subesse, & ideo nec de persona dubitent, qui de sermonis sui firmitate consolidentur. Hæc (inquit) uobis prædixi, hæc prænunciaui vobis, vt mei firmitate sermonis confirmati, in procellarum fluctibus, nihil terreamini à fide, & concepto sermone, inceptoq; instituto non deflectatis.

Amodo dixi vobis. &c. Quam nullus vnquam excogitasset petulantiam Iudæ in suum magistrum, ego vobis prædico, vt cum factum fuerit credatis me eum esse, qui sum, qui sum.s.omnisciens, quem nulla latet cogitatio, qui sum cuncta prospiciens, scrutans renes, & corda, qui vltroneus præuisa suscepi, qui cuncta obuentura prædixi, & qui medijs Prophetarum oraculis annunciaui vobis, non tantum de Iudæ impietate, sed de singulis mihi obuenientibus; iuxta quod scriptum est. Astiterunt reges terrę, & principes conuenerunt in vnũ aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Comparticipes Iudæ fuerunt principes sacerdotum, ferèque tota synagoga Iudęorum Christo se opponentium, ac dicentium: Dirumpamus vincula eorũ & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Et quidem dirumpere vincula, seu præcepta, & consilia Christi, potius quàm soluere conabantur, quia lex Christi & scriptura, quã Deus statuit, & pater posuit, solui non potest, dirumpi tamẽ potest, quia per solam violentiam labefactari potest. Vnde per Prophetam conquerebatur dominus. Dirupisti vincula mea, dixisti, non seruiam. Neque enim soluere aliquando potuerunt Christi legem, sed tamen dirumpere impij potuerunt. Ligauit Deus suis legibus, & præceptis ab initio homines: et quidem triplici, ac indissolubili funiculo, naturæ.s.& scripturarum, ac euangeliorum. Et quæ soluere nunquàm potuerunt, disrumpere impij conantur. Astrinxit Deus homines ad alligandos reges in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, statuit & decreuit: vt faciant.s.in eis iudiciũ conscriptum, vt gloriosa sit alligatio eius: Nempè ligantur lapides pretiosiores auro, & argento, quæ sunt diuina mandata. Ligantur & iumenta, ligantur & qui sunt mentecapti, qui non nisi violenti legibus subesse patiũtur: iustis autem sunt vincula fœderis, & christiano homini sunt vincula pacis. Apostolo asserente. Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

Discipulis suis Chrs futura prænunciat.

Psal. 2.

Hier. 2.

Christi lex triplici vinculo corroborata est. s. naturæ, scripturarũ, & euãgeliorũ in dissolubili funiculo.

Ephes. 4.

Potissimũ autem, maximumq; vinculum, quo Deo vincimur & proximo, ipsa est charitas Christi. De qua Apostolus. Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Sunt & pretiosa quædam vincula, quibus plerunq; seipsos alligant homines, dũ vouentibus ipsis, obstringuntur ad obseruantiam voti: de quibus per Prophetam. Fac tibi vincula & catenas, ut

Vinculũ, quo ligati Deo vnimur & proximo, est charitas.

Col. 3.

Hier. 27.

F pones ea in collo tuo. Sed utinam, & hæc vincula non tam facilè dirumperentur, quæ solui non possunt. Hoc autem faciunt degeneres, qui cum ijs solui non possint quibus alligantur vinculis, ea cum impijs disrumpere non verentur. Ligatur postremò etiam peccator suorũ vinculis peccatorum. de quibus dicitur. Funes peccatorum circundederũt me.

Psal. 118

Sed horum vinculorum, quibus homo sæpè præfocatur, triplex nobis concessus est modus liberationis: ut utrumque ligati, solui generaliter possint. Et primò, quidem concessa est nobis solutio vinculorum. Domino dicente. Quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cęlis: solis namq; sacerdotibus, hęc solutionis G virtus fuit designata, & quia vincula dissoluta, iterũ possunt ligare absolutum, hinc solutionis nomine, peccatorum remissio fuit explicata, quibus plerunque iterum, atq; iterum vinciuntur, qui absoluti fuerunt. Rescindũtur & fortiora vincula tunc, quando occasiones, & peccatorum initia remouentur: quibus ablatis facilè à peccatorum nexibus liberemur. Disrumpuntur autem hęc vincula, dùm necessario impetu aduersus consuetudinis actus illecebræ superantur. Fortissima ibi vinculorum potentia, vbi fortissimis viribus, non nisi ad superandũ vti debemus.

Ad soluenda peccatorum vincula triplex nobis mediũ dat & modus.

H Christus trium vinculorum genere vinctus in passione legitur, linteo.s.clauis, & funibus, vt dùm ibidẽ moriendo peccata nostra è medio tolleret, velut his omnibus circundatus, & vinctus nexibus peccatorum nostrorum constringeret potentias, arcum scutũ, gladium, & bellum. Solus ipse Sampsone fortior, hæc omnia facilè disrumpere potuit. Verum pendens in cruce noluit funibus ligari, vt alij duo hincinde pendentes, magis autem clauis affigi decreuit, & statuit, ne vnquàm ea vincula marcescerent, quibus homines peccando perẽniter liberari possent. Tandem linteo, amplexibus & pietate ligatur, nosq; secũ, tanquam cum capite nostro I amicabiliter, & perenniter copulauit.

Triplici uinculorũ genere vinctus Chrs fuit in passione eius .s. linteo, clauis & funibus.

Vt cum factum fuerit credatis, quia ego sum. &c. Iam sumus in ianua nostræ beatitudinis, & perpetuæ fęlicitatis, quam solus ille reserauit, qui se ostium salutis ostendit; oportet namq; ad eum accedentem, primò credere, quia est. Iam enim pedem in tuto fundamento, tunc figimus, cum Christi fideles efficimur. Apostolo & Euangelista nostro dicente. Quicunque confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, hic in Deo manet, & Deus in eo: alibi. Omnis qui credit quoniã Iesus est Christus, hic ex Deo est.

1. Epist. 4 cap. 5.

Ecce igitur maximam Christi in suos charitatẽ, qui nos ad suæ fidei cõuocat vnitatem. Sunt igitur hęc scripta de Christo, & à Christo, vt credamus, & vt credentes, vitam habeamus. Quantò enim proximiores sunt K suæ saluti Christũ confitentes, tantò viciniores sunt suæ damnationi Christum abnegantes. Statuerat impius ille Pharao credere Moysi de Dei potentia, & voluntate, & tamen à sua credulitate pluries dùm apostatauit, sui ipsius, ac totius regni exitium parauit. Sit igitur uita credere in Christum, sit salus credere in Saluatorem, sit mors, & exitium Christum negare, & salutem ab alio sperare. Sit igitur & salus nostra Christus, sit & crux Christi, refugium nostrum, per quàm saluati, & liberati sumus.

Pharaonis impietas.

Sal.ˢ nostra Christ.ˢ est.

Vt credatis (inquit) quia ego sum. &c. Sic inquam credatis,

credatis, vt hæc credenda, alijs suadeatis, sicut enim discipuli Ioánis Baptistæ, à me adhuc in humanis agente, sciscitati sunt. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Ita & post abscessum meum non deerunt, qui dubitabunt, an ego sim Christus.i qui venturus est; quos vestra firmitas fidei solidabit, confirmando vacillantes, rudesq; & infirmiores instruendo. Secundum quod alibi scriptum est. Vos estis qui testimonium perhibebitis de me in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ. Vos estis quos elegi, ad portandum nomen meũ coram regibus, & gentibus, & filijs Israel. Affirmantes, & irrefragabiliter prædicantes quia ego sum. Quia ego sum (inquit) Deus, & non est alius Deus præter me. Quia ego sum promissus ille Patriarchis, Prophetis prænũciatus, contentus in scripturarum vmbraculis: cui omnes Prophetæ testimonium perhibent. Quia (inquit) ego sum, quem.s. multi reges & prophetæ voluerunt videre, & non viderunt, exoptabant audire, & non audierunt. Ego sum: cui.s. soli debetur esse, cuius esse est indeficiens, incomprehensibile, æternum, ac inuariabile, nullam compositionem admittens, sed solus purus actus, totius potentialitatis expers. Quia tãdem ego sum vnicus filius patris non factus, nec creatus, sed genitus, qui sum in sinu patris æqualis patri, secundum diuinitatem, minor autem patre, ac paulominus minoratus ab angelis secundum humanitatem. Qui sum mundi creator, totiusq; humani generis Saluator, ac Redemptor. Quia ego sum constitutus.s. iudex viuorum, & mortuorum, remunerator bonorum omnium, iustorumq; omnium glorificator, & impiorum condẽnator. Quia ego sum.s. qui etsi iamiam sim moriturus; haud tamen sic sum moriturus, vt ultra non sim, quia qui moribundus ex humanitate coram vobis assisto, immortalis tamen ex diuinitate consisto. Ideoque non ego obruar morte: sed ego occisurus sum mortem. Hæc vobis prius prædicere volui, vt tanquàm fundamenta fidei existatis, & ecclesiæ meæ vos bases firmissimas constituam.

Esse Dei.

Deus est act⁹ purus.

Amen amen dico uobis, qui accipit, si quem misero me accipit, qui autem me accipit, accipit & eum, qui me misit. &c. Hoc proficuum non minus quàm necessarium ecclesiæ suæ monimentũ tribuit, ne.s. alium, quẽ quem ipse miserit, reciperemus. Summa enim sapientiã Christus ecclesiæ suæ cuncta obuentura dignoscẽs, nos hinc cautos reddere voluit, nè falsitatis, aut simulationis prætextu quemquam admitteremus. Supra enim ostiũ aperto se est ꝑtestatus oraculo. Per me (inquiens) si quis introierit, saluabitur, & qui non intrat per ostium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Omnes quotquot venerunt ante me fures fuerũt (inquit) & latrones, sed non receperunt eos oues. Quæso, qui sunt qui veniunt sine Christo, nisi qui non sunt missi à Christo? Veniũt multi, sed non à mittente missi, & ideo se magistros faciunt, & nouarum sectarum, seu doctrinarum inuentores esse gloriantur. Qui sunt qui veniunt, nisi qui seipsos doctores constituunt? Veniũt quidem, dum verbi Dei se prędicatores iactant, & de verbi Dei veritate cõtendunt. Hi veniunt & ante Christũ veniunt, quia non Christi, sed suam propriam gloriam quærunt.

Ioan. 10.

Veniũt ante Christũ hæretici.

Ante Christũ veniunt, qui obstaculum ponunt Christo, nè vlterius progrediat doctrina Christi, ante Christum veniunt, qui Christũ sequi contemnunt; magis autem post se trahere conantur Christũ. Hoc pseudoprophetæ fecerunt, quod adhuc nostræ tempestatis hęretici moliuntur. Hęc autem tantum absunt a catholicis, Christiq; fidelibus, quibus inditum est non ante, sed post Christum accedere, quos & ad se sequendum inuitat Christus. Qui vult venire post me &c. Hoc primũ initio suarum prædicationũ stabiliuit Christus, quando in sui consortiũ asciuit Apostolos. Venite (inquit) post me &c. Et alibi. Qui non sequitur me, non est me dignus; q autem anteire vult Christo, hic furator est gloriæ Christi. Qui præ oculis habet Christũ, ipse est qui sequitur Christum. Qui autem faciem auertit à Christo, hic est qui incedit ante Christum.

Mat. 16.

Luc. 8.

Sequũtur Christũ q eum imitantur.

Ante Christũ vadunt, qui renuunt imitari Christũ. Post Christum autem incedũt imitatores ipsius Christi. Tandem qui sequitur Christũ, hic ouis est Christi: qui autem it ante Christũ, is est qui dispergit oues Christi. Rectè igitur à Christo dicitur. Quotquot ante me venerunt, fures sunt, & latrones. Hinc hæretici soli propriæ gloriæ auidi sectatores ipsorum habuerunt, vt. Arriani ab Arrio, Manichei à Manicheo, Lutherani a Luthero, Caluinistæ à Caluino denominationem suscipiũt. Qui autem professores sunt catholicę veritatis nusquàm hãc gloriam vsurpauerunt: quia nullus a Doctore Augustino Augustinianus nullus à Hieronymo, Dionysio, Ambrosio denominationem ex eorũ doctrina suscepit. Qui enim vnius doctrinæ professores sumus, vnum tantum magistrum in terris nuncupamus. Licet in scholis non ex varietate doctrinæ ecclesiasticæ, sed ex diuerso stylo doctrinæ scholasticæ pluribus in scholis diuersos sequamur doctores, quorũ nullus, aut fur est, aut latro. Quorum professio est vnius ecclesiasticæ doctrinæ. Singuli eandem doctrinam prædicant, singulasq; hęreses vnanimiter detestantur. Quapropter nullas dispergunt oues, nullos confodiũt agnos. Ipsi palàm edocent, & in aperto prędicant, quod pharisęi illi minimè audebant, dùm illum litteraturæ ignarum, Christũ tamen aperto ore confitentem, seorsum conueniunt, vt à suscepta iam fide auertant. Da gloriam (inquiunt) Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est &c. Quorum calliditas in hoc vno detegitur, dùm prętextu diuinæ gloriæ, Deum ipsum ingloriũ reddere moliuntur. Quomodo autem in gloriam, & non magis in offensam Dei nostra crimina cedunt, qui iustorum operibus glorificari dicit.

Catholicę fidei ꝓfessores non propriam sed Christi gloriam quærunt.

Vnã simul & eandem omnes doctrinã catholicã ꝓfitentur fideles: quãuis diuerso ꝓfessionis ordine

Inauditum hoc facinus, hæretici passim profitent, qui in auribus ineruditorũ ieiunia nostra, orationes nostras, mortificationes, in Christi ignominiam cedere cõtendunt, qui profectò nunquam ieiunio, oratione, castitate: sed magis voluptate offensus, sęuit in homines. Da gloriam (inquiunt) Deo. Quid pateris tu, aut inedia afficeris, cum pro te passus sit Christus, ieiunauerit, orauerit, fleuerit, mortemq; obierit? Sic enim clauso ostio ad Christum, per diuersos anfractus præbetur aditus ad omne flagitiũ. Sit igitur satis ipsis non sequi post Christũ, quia nobis non est satis, nisi sequamur ipsum Christum, sit illis satis Christum passum fuisse pro ipsis, quibus etiam erit satis, Christum in cęlum ascẽdisse, & gloriam obtinuisse. Nobis autem asseclis Christi conformibus imagini eius non est satis, qui compatimur in hoc sęculo, vt conregnemus secum in alio. Audiant illi exprobrantem dominum per Prophetam. Veh insipientibus Prophetis, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vidẽt, quasi vulpes in desertis. &c. & alibi. Nolite audire verba

Hęreticorum uersutia.

Ezechiel. 13.

Prophe-

Hier. 23. Prophetarum, qui prophetant vobis bona, vt decipiant vos: visionem cordis sui loquuntur, & non de ore domini. et iterum. Hier. 27. Nolite audire Prophetas; & diuinos vestros, quia mendacium loquũtur vobis, vt longè vos faciant à terra vestra, & eijciant vos, vt pereatis. Hi sunt de qbus ait dominus per Prophe. Esa. 30. Filij mendaces, & nolentes audire legem Dei, qui dicunt videntibus. Nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere quæ recta sunt; sed loquimini nobis placentia.

Non parcunt hæretici uelut lupi ouiũ Christi destructioni.

Hi sunt (inquam) qui non per ostium, sed aliunde Ecclesiastici ædificij disruptis parietibus ascendunt in ouile ouium, vt rapiant, & procul abducant à Christo, de quibus mentionem fecit Apostolus ille, cui creditæ fuerunt Christi oues ad pascendum. Scio (inquit) quoniã intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi, & exurgent ex vobis viri loquentes peruersa, vt abducant post se discipulos: propter quod vigilate &c. Act. 20. Quapropter ab Apostolo & Euangelista nostro monebamur. 1. Epist. 4. Quoniam non oportet omni spiritui credere, sed probare qui ex Deo sint.

Amen amen dico vobis, qui accipit &c. Hæc à nobis postulat Christus, quod & ipse exhibet patri, vt & nos secum cõducat ad patrem: supra enim scriptum est. Ioan. 1. Quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius &c. Hoc autem in loco, qui sint qui Christum suscipiant apertè manifestat. Qui accipit (inquit) si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit & eum, qui me misit. Quibus sic nos illum suscipere declarat; vt simul secum patrem suscipere intelligamus. Est enim filius missus à patre, sunt & Verbi Dei prædicatores missi à Christo, quorum susceptores simul, & Christum & patrem suscipiunt.

Exhibeamus igitur, & nos Christo, quod & patri exhibuit Christus. Rependamus vices filio, quas ipse reddit Deo. Hæc nobis præscribitur viuendi forma, ut sequamur vestigia eius. Maxima profectò Christi promissio; longè sublimior & vberior ea, de qua alibi scriptum est. Math. 10. Qui accipit Prophetam, mercedem Prophetæ accipiet, neminemq; frustratũ iri, qui calicem aquæ frigidæ propinauerit. Sublimiora longè sunt, quæ nunc nobis Christus pollicetur. Qui accipit (inquit) quem ego mitto, & me accipit, & eum qui me misit. His exiguis summum iam bonum pro mercede suscipimus, si tamen in gratiam Christi, opus bonũ peragamus; aliàs enim omnium fidelium patri hãc mercedem Deus pollicebatur.

Maxima Chri promissio.

Demus igitur Christo, quod exigit à nobis, & dabit nobis Christus, qd pollicetur nobis. Suscipiamus Christum, se nobis exhibentem, vt suscipiamur à Christo se ipsum pollicente. Sic enim capimur, dum capimus, & à cœno in cęlum, per hæc dilectionis opera ultronei trahimur: quisquis enim in gurgite huius sęculi, carnaliumque voluptatum, se timet submersurum, iam habet vnde trahatur, si tamen tanquam piscis suscipiat hamũ, quo extrahatur. Hoc enim efflagitabat qui rogabat. Psal. 68. Eripe me de luto, vt non infigar, & de profundis aquarũ &c. Suscipit etiam Chri nuncium, quisquis suscipit Christi seruum, & quod seruo exhibes, à domino longè maiorẽ mercedem accipies, cum colligis pauperem, cum pascis egenum, cum foues ægrotum, tunc seruum Christi suscipis, simulq; Christi personam accipis: dicente eodẽ,

Seruos Christi & pauperes suscipiẽs verè Christũ suscipit.

F Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Matt. 25.

Tunc autem implebitur crassitudine anima tua, replebiturq; in bonis desiderium tuum, tandemque renouabitur, vt aquilæ iuuẽtus tua. Nemo enim (teste D. Innocentio in suo libello de eleemosina) dignius pietatis opus posset commendare, quàm ipsamet ueritas commendauerit. Ex quo etiam minimo opere maior nobis compensatio est exhibita: qua etiam peccata nostra dicuntur extincta. Hoc enim ipsum eleemosinæ nomen denotat. prout & ueritas probat: quia enim omnia crimina eliminat, eleemosina nuncupatur; qua peccatis conspurcata emundantur. dicente domino. Luc. 11. Date eleemosinam, & ecce omnia munda sunt vobis. G Hoc consilio vti iubebatur rex ille Nabuchodonosor. dicente sibi Daniele: Daniel. 4. Placeat tibi consilium meũ rex, & peccata tua eleemosinis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, quia dum pietate nostra inops a miseria subleuatur, salus nostra cõtra vindicem protegitur, ipsa est enim quæ a morte liberat, & facit inuenire uitã æternã. Sicut ait Vates regi⁹: Psal. 111. Dispersit dedit pauperib⁹, iustitia eius manet in sæculum sęculi. Ecce quomodo potior sit pars dantis, quàm recipientis eleemosinam, secundum quod scriptum est. Luc. 6. Mensuram plenam coagitatam, & supereffluẽtem dabunt in sinum vestrum. Et alibi. Eccle. 29. H Abscondire eleemosinam in sinu pauperum, & ipsa orabit pro uobis: quia ignem ardentẽ extinguit aqua, & eleemosina resistit peccatis.

Eleemosina omnes peccatorũ sordes abluit & emundat.

Qui accipit si quem misero. &c. Tanquam diceret. Ego nũcios ad singulos mitto, à quibus tamen nunquã procul absum: sed ipsis me comitẽ præbeo: loquor per nuncios, mitto legatos, dispono paranymphos, desiderium vobiscum amicitias contrahendi aperio, pacem cũ omnibus componere opto, sponsalia cum hominibus contrahere exopto, & ideo meos nuncios ad singulos mitto, ad quæ omnia adeò prestò sum, vt nuncios meos sine me nullus accipiat. Nemo illos solos seorsum a me I introducit. Sed quia mei nuncij sunt, per nuncios uobiscum omnia tracto, omnia communico, omniaq; impẽdo. Vide quam nobiscum benignitas Saluatoris prouidè se habeat, quod & Propheta cõmemorat. Psal. 86. Memor inquit ero Raab, & Babilonis scientiũ me. Quæ Raab? Quæ Babilon? Quæ memoria Raab, & Babilonis scientium ipsum? Nonne Babilon, ipsa est gentilitas, totius confusionis regio, ac demoniorum domus? Idolis enim tota gentilitas vndique conspersa erat, insciaque sui veri domini permanebat: Raab autem nonne ipsa est ecclesia, cuius domus aperta extat ad quoscunq; recipiendos, qui ad ipsam declinauerint? singulos læto vultu, beni- K gnoque amplexu, dum recipit, fouet, & à persecutorum periculis tuetur, ad solarij superna euehit, & erectos abscondit, sicque ab interitu illos custodit. Suscepit Raab illa promissionis terræ exploratores, edocuit, protexit, suo pane, & cibo nutriuit, & uelut in proprio gremio fouit, & propterea meretricari describitur, non impudentia lasciuiante, sed benignitate, & charitate impellẽte: quia sicut meretrix sui ipsius copiam ad se declinantibus exhibet, ita & Raab illa vagos ad se declinantes, velut mater hospitum ac alienigenarum in propria domo, & penes se recipiebat: typum ferrens ecclesiæ, in cuius domo quisque recipitur, quicunque ad ipsam declinat, ut recipiatur, læto vnicuique occurrit amplexu: sub cuius fide vnusquisque defendatur. Subinde ad superna quoscunque

Mittit Christus nobis, ad ineunda nobiscũ amicitię fœdera paranymphos legatos & nuncios.

Singulos ecclesię suæ alũnos Christ⁹ benigno fouet amplexu.

Raab meretricib⁹ assimilatur.

quoscunque auocat, & cęlesti protectione confirmat.

In solatio (inquam) uelut deserto eminenti tñ loco, peccatores occultat, quos pungẽtibus aculeis desiccatæ stipulæ ad pęnitentiã inuitat. Duos exploratores Raab illa susceperat, quos princeps ille Iosuè miserat, & quæ vitam tuta est seruorum eius, ad vitam ipsa & reseruata fuit. Rectè igitur inquit. Memor ero Raab & Babilonis: nam Raab dilatata interpretatur. Quia ecclesia ex aduentu gentium toto orbe diffunditur. Dicente domino. Magnum nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificium nomini meo offertur. Vt autem à clade liberaretur Raab, signum coccineæ fasciæ ab exploratoribus accepit, misticè significans solos sanguine Christi obsignatos ab exterminatore fore liberandos. Qui sunt autem qui Christi sanguine obsignantur, nisi qui in sanguine Christi emundantur?

Malac. 1.

Hi autem rectè non sub lino, sed sub aristis, uel stipula lini absconditi dicuntur, quia linum delitiosis, voluptuoseque viuentibus aptatur: pęnitentes verò in stipulis, & aristis conuersantur. Qui enim induebatur purpura & bysso detractum ad infernum non ignoramus, qui autem rudiore induebantur sacco Niniuitæ, remissionem prædictę sibi cladis sunt assecuti. Vel certè non sub lino, sed sub stipula, quia solus Christus vndique immaculatus, & candidatus inuolutus est linteo: cæteri verò non lino, sed stipula lini cooperti dicuntur: quandoquidem: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.

Hęc sunt Raab nostræ .s. ecclesiæ, optima consilia ad vitam, imò & ipsius Saluatoris nostri præcepta. Ad quę cum non confugerent, qui Christo & ecclesiæ non obtemperabant, audierunt. Quis vos docuit genimina viperarum fugere à ventura ira? Sunt & alij nobis à Christo nuncij destinati, quos si suscipimus non frustra de susceptione ipsius Christi gaudemus. Nuncij Christi sunt persecutiones, quas patimur, infirmitates, quibus atterimur, & mala quæq;, quibus opprimimur. Neq;.n. hæc nobis nisi à Christo obueniunt, sine quo nec capillus de capite nostro moueri, aut cadere potest.

Nuncij à Christo ad nos missi tribulationes, & persecutiões nię sunt.

Ad hoc autem à Christo mittuntur, vt sęculi deiectis illecebris, à nobisque abdicatis voluptatibus, ad superiora tendamus. Hinc Apostolus gloriabatur, dum malis opprimebatur inquiens. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Quid autem est virtus Christi, nisi ipse Christus? teste Apostolo. Christum Dei virtutem, & Dei sapiam. &c. Sunt postremò & alij, qui mittuntur nuncij à Christo inspirationes. s. illæ diuinæ, consiliaq; illa sancta, optimaque desideria, quæ nobis non cogitantibus descendunt in animum. Quę si receperimus & audierimus, ad salutẽ vtrique proficiemus. Vnde Prophe. ait. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacẽ in plebem suam, & in sanctos suos, & in eos, qui cõuertuntur ad cor. Veh paruifacientibus huiusmodi nuncios: veh repellentibus, & resistentibus, nè commorentur in corde huiusmodi nuncij, qui cũ à Deo sint missi, non ipsos, sed Deum, à quo procedunt repellimus. Quapropter in auribus nostris plerunque repetita illa ab ecclesia canitur oratio, Deus à quo sancta desideria recta consilia &c. Christus autem à Propheta magni consilij angelus est nuncupatus, quia ipse omnium bonorum consiliorum est author.

2. Cor. 12

1. Cor. 1.

Sanctas Dei inspirationes, & diuina consilia acceptites Christi núcios acceptare dicuntur.

Psal. 84.

A *Amen amen dico vobis. Qui accipit, si quem misero, me accipit.* Nexus istorum verborum cum superioribus, plerisq; uisus est subobscurus, cum vix cohærere uideantur, Verum conspicuus est nexus subsequentium cum superioribus, vbi dominus omnia dilectionis, & charitatis officia illo solo lotionis pedũ est complexus. Nec ab instituto recedit, qui ad receptionem missi homines adhortatur. Inoleuit enim mos ille antiquus, vt receptorum ad hospitium pedes lauarentur. Cuius nec immemor fuit officij Apostolus. Vidua (inquit) eligatur non minus sexaginta annorum in operibus bonis testimonium habẽs, si filios educauit, si hospitio recepit, B si sanctorũ pedes lauit &c. Hac una igitur ratione Christus ad hospitium missos recipere suadet, qui aliorum lauandos pedes indixit. i. charitatis etiam infima, & vilia obsequia præstare indigentibus. Optime igitur à lotione ad receptionem transitur, cum vnum includatur in altero, & aliud offitium inducat ad aliud.

1. Tim. 5.

Insuper cum supra dixerit, & protestatus fuerit Christus non esse seruum domino suo maiorem, nec missum præstantiorem esse mittente illum. Consultissimè nunc missi dignitatem, & serui Iesu pręstantiã ostendere voluit, ne causaretur aliquis ad paruifaciendos ipsos ex su prædictis ad illos. Ita vt intelligas. Quidquid honoris, C quidquid obsequij & beneficij contuleris his suis minimis, ipsi mittenti contulisse. Adeo, vt quæuis exhibita beneuolentia paruulis Christi transeat, & in personam Christi, & in personam eius qui misit Christum æterni patris. Oportuit autem hęc Christum, pro suorum euãgelizantium dignitate & necessitate depromere, quos missos facere debebat sine sacculo, sine pera, sine calciamentis, quibus tamen nihil defuturum esset.

Honor qui misso exhibet in mittentis redundat honorem

Demum attendenda est sermonis, ac propositi Christi connexio, quam principali suo inseruit proposito, proditionis discipuli: Improbi Iudæ, cuius velut obiter mentionem fecit, velut occasionẽ nactus à lotione mun D dorum, ad immundum Iudam, cuius sordescere nedum pedes, sed & manus, & caput. i. mentem & opera contuebatur, vsque adeo vt etiam calcaneum cõtra Christũ eleuaturum fore prędixerit. Quaparẽthesi expedita, ad principale suum institutum denuò se conuertit. Fuit autem hæc parenthesis. Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim, sed ut impleatur scriptura. Qui &c. Amodo, dico vobis, vt cum factum fuerit credatis, quia ego sum. Quæ autem præcesserant, ipsi parenthesi, fuerunt. Nec est apostolus maior eo, qui misit illum. Si hęc scitis, Beati eritis, Si feceritis ea. Quibus concinnè subsequuntur quæ demissis, & mittentibus referuntur.

E *Amen amen dico uobis, qui accipit, si quem misero, me accipit. &c.* Tanquàm responderet percunctantibus apostolis, qui se mittendos intellexerant, euangeliũ mundo prædicaturos: in quam sortè recipiendi essent, dicens. Hoc in uestram consolationem pronuncio, hoc contestor ego de vobis, quod quisquis vos recipit, quisquis vobis a me missus, seu mittendis charitatis obsequia præstiterit: quisquis vobis meis concionatoribus, hospitalitatis beneficia concesserit, & credendo uobis, fidem susceperit, tam gratam mihi, sibi uero proficuam rem se agere non ignoret, ac si meipsum suscipiat, ac talia mihi exhibeat obsequiã.

Prædixit Christ' apostolorũ legationẽ

Attende graduationem charitatis, & christiani operis. A uoluntate transitur ad opus, opus fertur in discipulos,

pulos, à discipulis transit ad Christum, à Christo ascendit ad patrem, ne parum cuiquam hoc videatur, quod pauperibus, idiotis, & infimis charitatis officia præstet intuitu ad animandos diuites, & optimates, quod summæ est dignitatis, ac vtilitatis, tanquam operis sui mercedem talem fore contestans; qualem nunquàm expetere possint. Quorũ vt certiores sint homines, adhibuit certitudinem iuramento, quo ratam, & extra omnem controuersiam eius censeatur promissum. Cum enim aliàs asseruisset. Qui vos audit, me audit. Hoc ibi repetit, & geminato obfirmat iuramento. His igitur, monitos facilè conspicimus verbi Dei prædicatores, ne populis, aliquid aliud annuncient, quàm Dei verbum. Non somnia, non fabellas, non nugas, non propria commenta, à quibus procul est Christus, sed cum Apostolo, nihil arbitrentur, se scire inter nos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.

Hic cõcionator aduertere q̃ populo annũciare debeas, & q̃ obticeas, & quæ prędicanda sint, & propalanda fidelibus.

Qui accipit, si quem misero, me accipit. Suauis, & maximę consolationis protestata, & firmata promissio, quia locupletissimum, ac eximiæ preciositatis thesaurũ, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, in quo (inquã) omnis plenitudo diuinitatis continet, sed ea etiam ratione, qui accipit egenos, ac vagos in domum suã introducit, hic Christum recipit, & introducit, & dum pijs in afflictione constitutis succurrit, is Christum curam horum habentem recipit, de quo scriptum est. Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Hanc uocem ego toti mundo præconium mitto, vt qui vos propter me susceperint, me in vobis suscepisse lætentur.

Psal. 9.

Qui autem fieri potest, vt vos non recipiãt homines, audito hoc iurato à me præconio? Vos autem quas aliàs oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili adducere curabitis ad ouile ouium, vt fiat vnum ouile, & vnus pastor. Vos congregare conabimini dispersos filios Israel in vnum Dei veri cultum, in vnam (inquam) fidem, & ecclesiæ vnitatem. Ne autem causetur etiam in recipiendo me tam despectum mundo, tàm uilem oculis mundanorum, in cruce pendentem, spinis & sentibus coronatum, clauis, & lanceis confossum, sputis oblinitum, & flagris uallatum, omnium despectum, & nouissimum uirorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem non habentem speciem, neque decoré, ecce vlterius, & contestor, & eo attestor iuramento infallibilis veritatis, quatenus, & qui me accipit, accipit & eum, qui me misit: is Deum suscipit, & mecum patrem meum suscipit.

Seruos Christi, pauperes, & Dei ministros suscipientium, merces & pręmium.

Qui accipit, si quem misero, me accipit. &c. Ergo studendum valde, & omni cura satagẽdum, ut nunquã sine Christo incedamus, vt Christum semper nobiscum habeamus, secùs quomodo qui nos recipit, Christum recipit, si in nobis non sit Christus, imò si procul a nobis abest Christus? Verùm non potest fraudari piorum mens recipientium, cum nec pugillus aquæ expers mercedis esse possit: plerique enim per gratias gratisdatas expertes tamen gratiarũ gratũ facientium, cæteris Christum ministrant prædicationis, & exhortationis uerbo, ordines conferendo, sacramenta populis administrando, qui Christum in se habent, & ut instrumenta continent, ad aliorum quidem salutem, & beneficentiam, ad ipsorum vero perditionem, & condemnationem.

Non contemnẽdos imò benigno vultu suscipiendos, ecclesię sacerdotes, etiã si ex illis multi non boni existant.

Recipe igitur ministrum, vt recipias authorem, recipe membrum, vt consequaris, & suscipias caput, non te F moueat ministri indignitas, nec membri mõstruositas, dummodo consequaris authorem, & Saluatorem adipiscaris. Hunc unum ad horam suscipe, vt in æternum Christum possideas. Patrem uis recipere, recipe per Christum, Christum cupis accipere, accipe per ministrum. Hæc tibi contestatur Christus. Obserua igitur duarum naturarum in Christo conditiones alteram. s. diuinam, qua Deus est, cum patre, sola personalitate seiunctus, alteram. s. humanam, qua homo est; cum apostolis, sola singularitate distinctus.

Christus vt Deus sola a patre est personalitate distinctus.

Ecce igitur verum Deum, ecce & verum hominem, secundum humanitatem similis discipulis, & eiusdẽ cõ- G sors conditionis, propterea ad illos, quos fratres appellauit, inquit. Qui vos recipit me recipit: secundum vero diuinitatem, qua æqualis est patri, & inseparabilis a patre, ait Qui autem me recipit, recipit & eũ, qui me misit. Iam enim supra nullam distantiæ a patre suspicionem reliquerat, cum & expressiùs dixerat. Ego & pater vnum sumus. Et infra. Nescis quia ego in patre, & pater in me est. Ex his igitur sic infert Christus. Qui homines à me missos recipit, me hominem recipit. Qui me hominem recipit, me ac Deum recipit: qui humanitatem diuinitati inseparabiliter copulaui. Qui autem me vt Deũ recipit, is infallibiliter patrem, qui me misit, recipit. H Ecce connexionem nostram cum Christo & patre, medijs discipulis, sacerdotibus & ministris. Sic Christum induimus p impositionem manuum istorum, sic gratiã consequimur sacerdotali absolutione peccatorum. Sic Spiritum sanctum suscipimus medijs sacramentis à ministris susceptis, vt per visibilia, ad inuisibilia, & per temporalia pertingamus ad æterna, ab hoĩe ad Deum, ab elemento ad sacramentum, ab externis ad interna transeamus.

Mira connexio Dei ad hoĩes, quæ tantũ medijs fit Dei sacerdotibus & ministris.

Qui nos. &c. Exituris vobis ad prædicandum gentibus, & multa incommoda passuris: ecce munus vestrũ præuenio, & mea vos curatione consolor, vt qui di- I scipuli itis, sine vestro magistro vos nunquam esse intelligatis, vt dum me vobiscum habere non ignoratis, nullis incommodis, nullis terroribus, nullisve ærumnis trepidantes ab instituto cadatis. Nam in mei gratiã multi vos recipient, qui me in vobis, & per vos recipere vlterius non ignorabunt. Hæc autem facere sibi suadebunt homines non ignari, & illarum viduarum in prophetas benigna charitate, quarũ altera sareptana. s. Heliæ, altera Eliseo. s. Sunamytis hospitalitatis beneficia exhibuerunt. Sed & quæ lupanari prostituta erat exploratoribus Hyerico, præstitit hospitalitatis obsequium, cõsecuta est salutem. Pharao cùm Ioseph recepit, suam K & populi salutem vnà recepit, quia autem Pharao, nec Moysen, nec Aaron recipere voluit, ille sui & populi mortem acquisiuit.

Quanti sit facienda Dei ministrorũ susceptio.

Nullus igitur hominum, tàm iustorum, quàm peccatorum ab hoc se retrahat beneficio, non solis hominibus, sed Deo in ipsis exhibito. Sed & hæc dicta sunt, ne quisquis discipulorum Christi, in tribulatione constitutus animum despondeat, roborentur, & animosiores reddantur, ex assistentia ipsum concomitantibus filio, & patre nihil sibi tandem defuturum fore. Quis. n. unquàm vidit iustum derelictum, & semen eius quærens panem? Quis est iustus, & quod est semen eius panem quærens? Iustus est dominus. Videbunt gentes omnes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum.

Semen

Semen iusti, eius sunt apostoli, quos in vniuersum orbem dispergere voluit ad fructificandum in gentibus, & multiplicandos fideles; mittuntur quærentes panem, poscentes alimoniam. Qui habentes victum, & vestitũ his contenti sunt. Nunquàm igitur relictus est Christus, quem pater solum non relinquit, sed semper, ac inseparabiliter secum existit, cuius semen discipuli, quos ipse mittit, nunquam reliquit solum annonam quæsiti panis vbique præparans, & si per angelos, vel per coruos contingeret fore ministranda necessaria, nunquam suos destituit dominus in agonibus constitutos, cum quibus est in tribulatione, à qua ereptos tandem glorificet.

Nũquam suos Deus in tribulatione & necessitate destituit.

Qui vos recipit, me recipit &c. Obserua Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam esse; obserua apostolos consortes fuisse diuinæ sapientiæ, de qua dicitur infra. Omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Obserua insuper ea ratione missos, vt hanc sapientiam patris, quæ est filius, gentibus præponerent, & prædicarent, & eam cõem facerent. Ait itaque. Qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit; tanquã diceret; Qui vobis credit, & doctrinam vestram recipit, me Dei sapientiam recipit. Qui autem Dei sapientiam recipit, Deum ipsum recipit; cuius sapientia est ipsemet Deus. O hominum tutissimum præsidium, ò vnicum tribulatorum refugium; ò (inquam) singulare & admirabile omnium ærumnarum refrigerium. Hæc venditum iustum non dereliquit, descendit autem cum ipso in foueam, & à peccatoribus liberauit illum, & in vinculis non dereliquit illum: custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus, liberauit illum, & certamen forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniam bonorum omnium mater est sapientia, & omnium est potentior. Hæc populum iustum, & semen sine querela liberauit à nationibus, quæ illum deprimebant; intrauit in animam serui Dei, & stetit contra reges horrendos, &c. Qui hanc amat vos accipit, quia vobis euangelizantibus credunt, & veritatem fidei complectuntur, ideo, & me, qui sum veritas, & sapientia patris simul cum patre suscipiunt. Qui igitur eodem mitto vos, quo ego habitu vestitos, egestate, contumelijs carceribus, probris, ludibrijs, cruce & contemptibili morte, vos eisdem stipatos præsidijs efficio, quia me, & patrem meum assistentem vobis iureiurando polliceor.

Ioan. 18.

Apostolorũ missio.

Hominũ refrigeriũ.

Refugiũ nostrum.

Sap. 10. Sapientiæ amatores.

Qui vos recipit me recipit. &c. Adeo grata mihi sunt pietatis & charitatis opera, vt maius opus bonum nequeat aliquis operari, quàm amicos meos pauperes, & discipulos ad se recipere, cum talia opera sint, quę paradisi ianuam aperiant: ideo qui vos receperit, æternã vitam promerebitur, quia me recipiet, qui sum via veritas & vita, sine quo nemo gaudijs perfrui meretur æternis, qui uos ergo receperit, me receptum habebit. Qui me receptũ habuerit secũ, uitam habebit æternã.

Qui vos &c. His iaculis Iudæ proditoris animam torquebat dominus, si quo modo à concepto facinore reuocaret, magister discipulum, commensalis conuiuam, & legislator apostolum. Ex his enim primò Iudas inuitatur ad resipiscendum, cum tanta etiam iuramento obfirmatur futura inter homines apostolorum dignitas, & authoritas, vt nihil iucundius recepturi essent totius sæculi homines, quàm eos, quorum receptio illò eueheret & protenderetur, quo nihil sublimius, nihilvè locupletius, hoc est calcar vnum, quo vrgetur Iudas pro apostolatus dignitate; sed adhuc altero calcare vrgetur, quomodo, & timeat, & contremiscat. Vrget itaque vt a malo, scilicet eum pœnę terrore coerceat, ab opposita namque & contraria deductione irrefragabiliter sequitur, vt omnis etiam iniuria Christo ab impijs irrogata eo adeo protendatur, vt etiã in patris ęterni redundet iniuriam. Eximia enim est in Christum pietas, & charitas in patris vsque personam transiens, & tanta ostenditur impiorum improbitas Christum conculcantium, quæ pertingit ad patris offensam. Non autem solum hoc Iudæ arguit impietatem, verùm scelestorum elidit proteruiam, qui Christi ministros tanta feritate insequuntur, vt etiam eos trucidantes, obsequium se Deo præstare arbitrentur. Quomodo autem non transeunt in capitis offensam, quæ membris irrogantur mala? Audi dominum per Prophetam conquerentem dicentem. Qui vos tangit, oculi mei pupillam tangit. Cum enim duobus modis contingat hominem tangi, vel liniendo, amplexando, obsequendo, vel feriendo, opprimendo, reijciendo, & offendendo, vtrunque complectitur, dùm protestatur. Qui vos tangit, oculi mei pupillam tangit, cum utraque actio bonorum & malorum, obsequentium, & insequentium, non solum ex membris in caput transeat, sed ad oculi vsque pupillam pertingat. Vide insuper quid persecutori membrorum respondeat caput. Saule Saule quid me (inquit) persequeris?

Duplici calcaris ia culo Chrs Iudam ad resipiscendũ vrget & ferit.

Sacerdotes & Christi ministros infestãtiũ, & persequentiũ peccatum.

Zacha. 2.

Christi domini pupillam tangunt & feriunt; qui sacerdotes & religiosos infestãtur & tribulant.

Act. 9.

Qui uos recipit. &c. Abraham obtento iuramento serui sui maioris, quem cæteris, ac toti domui suæ præesse disposuerat, iussit illi vt filio suo Isaac sponsam ex fidelibus, & veri Dei cultoribus quæreret, qui cum Mesopotamiam applicuisset, vt quæ à Deo prænominata esset vxor filij domini sui efficeretur, orauit dominum his verbis, inquiens. Domine Deus Domini mei Abraham occurre (obsecro) mihi hodie, puella, cui ego dixero, inclina hydriam tuam, vt bibam, & illa responderit, bibe; quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac: & per hóc intelligam, quod feceris misericordiam cum domino meo. Dominus noster Iesus præcipuos domui suæ ecclesiæ præpositos, seruos suos apostolos extra mittens, vt acquirat spõsas in fide animas, nõ alio eas inditio cognoscendas voluit, quàm instar Rebeccæ, quę hospitalitate, potu, aut cibo obsequerẽtur. Rebecca seruum missum recipiens, Isaac filium Abrahæ coniugem recepit, filius autem patris æterni post iusiurandum contestatus est. Qui recipit si quem misero, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Duo hæc præposuit Christus, humilitatem in lotione pedum, & charitatem in subuentione pauperum, & euangelizantium. Humilitas in actu intrinseco perficitur; charitas ex operis exhibitione demonstratur. Operatur enim magna, si est: si autem renuit operari, charitas non est. His duobus totus homo perfici potest,

Cum charitate, humilitas à Christo vno simul opere ostendit, & imitanda proponitur.

& totum restaurari quod confractum est. Humilitate homo disponitur, charitate peccator restauratur.

Qui vos recipit me recipit. &c. Eadem omnino quæ vobis amicis meis, & discipulis a quocunque collata fuerint beneficia, nouerint mihimet ipsi fuisse exhibita, ideo qui uos recipit me recipit, qui vos esurientes cibauerit: qui uobis sitientibus potum dederit; qui vos in domum suam enutriendos susceperit, qui vos pauerit, me esurientem cibasse; mihi sitienti potum præbuisse; me suscepisse, me pauisse gloriari poterit: Qui vos algentes fouerit, me fouisse non ignoret. Honorem denique omnem quem vobis aliquis exhibuerit; eundem mihi delatum fuisse censebo, qui vos tuitus fuerit: qui vos protexerit, me tuitum fuisse, me protexisse dicetur. Qui vos recipit me recipit, qui vos ad quos declinaueritis hospitij gratia susceperit; qui pedes vestros lauerit; me suscepisse, mihi pedes lauisse lætetur, omnia quæ uobis in vestri beneficentiam, quisquis exhibuerit, mihi ea exhibuisse gaudebit.

Qui uos recipit me recipit. &c. Vtinam ad hæreticorum aures, hæc verba pertingerent. Qui autem me recipit, recipit & eum, qui me misit. Vtinam, & iterum vtinam infidelium aures, hæc verba pulsarent. Qui autem fieri potest, vt ad vtrorumque aures ista perueniant, qui à veritate quidem auditum auertunt, ad fabulas autem conuertuntur? Quod si hæc, quæ personant in eorum auribus, qui habent aures audiendi, & audiunt, & audirent ipsi, quomodo non resipisceret vterque? quomodo non ab impietate, non cohiberetur & vnus, & alter? Qui fieri posset, vt hæreticus insaniam suam non deponeret, & Turca ac quisquis infidelis à sua infidelitate non retrocederet? Suscipiant igitur hæretici Christi ministros, & suscepisse se Christum agnoscent; suscipiant infideles Christum, & patrem se suscepisse non ignorabunt. Ecce verum, vnicum mediatorem Dei & hominum Christum Iesum, quo recepto, Deus secum simulque recipitur. Ecce angularem illum lapidem à Iudæis repudiatum, in maceriem & compagem distantia parietum copulantem, vt illud magnum chaos inter ipsum, & nos constitutum, e medio ablatum intelligatur per Christum. Ecce charitatis vinculum, ecce funiculum triplicem, dissolutione difficilem, hominis cum Christo & æterno patre.

Hæretici & Turcæ, sacerdotes cur nô suscipiât.

Non est autem impossibilis, licet ardua, & difficilis sit huius fortissimi, ac præpotentis funiculi dissolutio. Quando fallaciæ carnis dissoluere potuerunt fortitudinem Sampsonis, & improbitas mentis consentiat persuadenti: dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Petulantia resistentis, & instabilitas concupiscentis, hæc frangunt funiculum copulantis. Iacob autem ipse est funiculus hæreditatis eius: quandoquidem pannus vetus cum vestimento nouo sine scissura nequeat copulari; nec vinum nouum possit in vtres veteres sine fractura immitti. Veh autem trahentibus iniquitates in funiculis: his enim à domino collectis, & in flagellum redactis, e templo suo eijciuntur, & expelluntur. Soluerant isti funiculos ad indulgendum cupiditati, & auaritiæ, dirumperant, & proiecerant: quapropter qui habitat in cęlis irridebit eos, & dominus subsannabit eos: loquetur autem ad eos in ira sua: scriptum est quia domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis domum patris mei, domum negotiationis & speluncam latronum. Et in furore suo conturbauit eos, cum facto flagello ex funiculis eijciendo eos è templo, euertit cathedras vendentium, & ementium, & numulariorum effudit æs, & columbas vendentes eiecit.

Triplex funicul' quo modo côfringatur.

Soluũt isti qui funiculũ charitatis triplicem

Qui autem me recipit. &c. Cum apostolos asciuit dominus, & eos ad se sequendum inuitauit, hoc vnum illis promittendo prædixit. Quod scilicet, efficiendi essent piscatores hominum. Quanti autem momenti illa fuerit promissio, nunc Christus aperuit, qui capientes homines, & ab hominibus capti, Christi & æterni patris captores efficiantur. Tunc prædixit piscatoribus in quam meliorem sortem sequentes Christum conuerterentur, à piscatione piscium, ad piscationem hominum transituri: nunc autem ostendit quantæ præstantiæ sit apostolos ipsos hominum piscatores hospitari & recipere, qui simul Christum æternumque patrem, cum ipsis recipiant. Multò hæc præstantiora primis, vt non te prætereat non solum in promissis veracem esse Christum, verum multò potiora attendere, quàm promisisse videatur. Attende igitur receptionem hominum illò protendi, vt ad piscationem, seu receptionem diuinarum personarum, ac totius Deitatis peruenire agnoscatur, hoc est præcipuum, & à Christo optatissimum à nobis recipi, cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum: ipse se nobis exhibet recipiendum à nobis, & hoc vnum poscit, vt habeat vbi caput suum reclinet, caput enim Christi Deus (inquit apostolus) & qui Christum recipit, recipit eundem, qui misit illum.

Christi caput Deus est.

Ephes. 4.

Obserua insuper quàm sit malum, hominem esse solum: satius autem illi, habere adiutorium simile sibi. Veh (inquit.) soli, quia cum ceciderit non habebit subleuantem, & si dormierint duo, mutuo fouebuntur, vnus autem quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistent ei. Christus non vult suos solos, qui nec vnquam est solus, & qui hominem natura sociabilem esse uoluit, ipse se in socium nascendo dedit, vt nunquam soli essemus: quæ enim errauerat ouis, hæc sola erat. Hinc & suos, quos missos facit, recipi iubet, ut foueantur mutuo: fouetur recipiens à recepto à se uerbo vitæ exposito, fouet recipiens receptum, pane, & cibo corporali exhibito: fouetur recipientis animus, dum fouetur indigentis corpus: calefiunt alterutrum recipiens & receptus, quoties ignitum eloquium Dei vtrumque inflammat pectus, & corda audientium, facit sermo diuinus ardere, vterque subleuatur, iste alimonia, ille sanctimonia, qui deposito peccati onere, terrenis voluptatibus spretis eleuantur ad cœlestia. Hæc iusta, congruaque horum compensatio, imò & legitima retributio: de qua Apostolus. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est, si temporalia vestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes fiunt, quare non potius nos? Nescitis qm̃ q in sacrario operan-

Eccles. 4.

Amicos suos Chrs solos esse nec vult, nec pauit.

Chro placet sũmopere duorum, vel trũ simul bona amicitia copulata.

1. Cor. 9.

operantur, quæ de sacrario sunt edunt? & qui altari deseruiunt, cum altari participant? Ita & dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant, de euangelio viuere.

Auarorū & crudeliū in pauperes Chri sti respēctu omnis tolliēr excusatio.

Vbi autem hæc ordinasse Christum testatur Apostolus, nisi hac institutione, & contestatione, qua tam obnixè suos commendatos facit, tanquam seipsum, & æterni patris celsitudinem, vt nulla superfit auaris, & crudelibus in pauperes excusatio: cum improperabuntur, non submministrasse Christo esurienti, sitienti, nudo, infirmo, quibus antè hæc contestata fuerunt.

Cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu. &c. Qui alios commendatos fecit exteris gentilibus, à fide extraneis, Deum adhuc ignorantibus, diuinorum archanorum expertibus, sine lege viuentibus, non nescius quomodo ipse à suis proprijs, vnde et ortus, & oriundus fuit eijciendus erat, expellendus, reprobandus: sicut qui in propria venit, & sui eum non receperunt, in hanc considerationem instantis ingratitudinis eleuato spiritu; cùm hæc dixisset, turbatus est spiritu. Tunc spiritui obiecta sunt, quæ à suis recipere statim debebat, probra, calumnias, exprobrationes, ludibria, & opprobria, vsque ad patibulum crucis: hæc omnia sibi obiecta spiritus detestatur: non ea ratione, qua sibi obueniant, hæc, quæ sponte suscepturus accessit; sed quod à suis hæc passurus esset, qui sibi obsequi, qui (inquam) illi fauere, & parere omni iure tenebantur, præsertim de Iudæ proditione, & apostoli sui impietate turbatur, et turbatus protestatur, ac conqueritur quod ab uno ipsorum tradendus esset: quemadmodum enim cum amicum Lazarum, morte peremptum, & iam fœtidum in monumento audiuit, infremuisse spiritu aduersus mortem, legitur, veluti sibi vitæ contrariam, cum qua habere congressum protestabatur: ita & aduersus peccatum, & impietatem, qua Iudas, & Iudæi sepulti erant, & perempti turbatur iustus. An non turbatur peccator iustitia? pietas impietate? veritas mendacio? album nigredine? calidum frigiditate? ignis aspersus aqua? Nihil autem tam contrarium, tam exosum; tam inimicum Christo, quàm peccatum, quo solo offenditur Christus & offensus spiritu, turbatur & spiritu.

Turbatur Chřs præuidens futura mortis suæ ludibria.

Præuisum Iudæ facinus Chřm summopere conturbat.

Turbatus est spiritu. &c. Attende quàm sancta, & pia sit Christi turbatio cum non ipse a spiritu, sed spiritus ab ipso turbetur: est enim & indignatio salutaris, ac sancta qua turbantur, & interdum irascuntur iusti. Nam & fortis illa mulier, cuius procul & à finibus mundi pretium eius; Virgo (inquam) illa, quam sanctam, beatamque dicunt omnes generationes, audita Angeli insolita salutatione, turbata est, cogitans qualis esset illa salutatio: sed nec ad iracundiam à sancto inuitaremur, si non esset sancta quædam iracundia, de qua Prophe. Irascimini & nolite peccare. Est igitur quædam sancta turbatio, & virtuosa iracundia quæ Deo ascribi potest, nulla incurrente aut maiestatis, aut sanctitatis eius fraudatione. Quod enim alias iratum dominum legimus, & audiuimus ad punienda scelera, & è medio tollendos peccatores, hîc idem de eodem domino, et legimus, & audiuimus, quod turbatus sit ad damnandum sathanam, ad tollendum peccatum, ad superandam mortem, ideo voluntaria est hæc Christi turbatio, qui voluntariè se transtulit in hunc affectum, & hanc sui spiritus turbationem, lege rationis & iudicij habere voluit, longè igitur aliter occurrit Christo, quàm nobis occurrat turbatio, quandoquidem in ipso, sola sit spiritus turbatio, in nobis nostra turbatio perturbationem, & conturbationem operari solet. vix enim motus ille primus à spiritu bono, plerunque progrediens ad vsum rationis perueniens, mox non obnubilat mentem, perturbat animum, peruertit rationem, præcipitat iudicium, & exagitat sanguinem, verique discretiuos hominis cogitatus absorbet, adeo vt conturbato Herode impio, tota eius ciuitas, omnis (inquam) Hierosolyma, idest, totus homo cum principe, & rectore spiritu conturbetur. Hoc enim contingit homini iracundo, & non bene à natura disposito, vt si eius oculis offeratur inimicus, qui mala, clades, blasphemias, & mortem intentet, ipsi à quo tot beneficiorum genera impudens, accepit statim feritur animus, mens obnubiletur, palpitet cor, & sanguinis accensione interiora tabescunt, simulque totus conturbetur homo, & velut confossis lanceis, exagitatur tanquam suo furore ebrius; procul autem hæc à Christo, & à pia turbatione iusti, qui solum abhominantur peccatum, solam oderunt iniquitatem, solam (inquam) detestantur impietatem: homines quidem diligunt, personis benè sunt affecti, fratrum suorum & proximi salutem toto conatu sollicitant.

Turbatur Maria, dū ab Angelo salutat.

Psal. 4.
Sancta turbatio.

Chři turbatio voluntaria.

Alia & alia turbatione sancta turbantur & impij.

Hæc Christus in Iudam, qui obsequitur inimico, odienti benefacit, proditori administrat: hæc sunt munera, quibus filios Dei fungi decet hæc agit qui natura Dei filius existit, vt & nos, quibus collata est potestas filios Dei fieri, simus filij patris nostri, qui in cœlis est, vt nullis vltionibus, siue vindictis dediti insontes simus in sontes, pij ad impios, & suaues in agrestes. Ecce magistrum nostrum simul ac proditoris lauantem pedes, pascentem, lenientem, corpus suum tradentem, Iudæ his & multis alijs modis eius salutem proferentem, suadentem, & exhibentem. Solum itaque facinus exhorrebat Christus, Iudam quanto amore sit prosecutus peroptimè conspeximus: nunquam contra Iudæ personam turbatus fuit Christus. Si à facinore resipuisset Iudas, si à peccato retrocessisset, in quacunque hora ingemuisset; omnium iniquitatum eius recordatus non fuisset. Ecce charitas, quàm patiens est, quàm benigna est. Hoc opus charitatis Christi in Iudam proditorem, si quo modo vincat in bono malum, & ex benignitate Iudæ prauitatem coerceat.

Efferū & obstinatū Iudæ animū Chřs mitib⁹ demulcet alloquijs.

Turbatus est spiritu. &c. Ecce holocaustum eius qui totum sacrificat seipsum, prius enim quàm corpus, & carnem in sacrificium offerat, suum spiritum turbat, vt illum in sacrificium offerat. Nam sacrificium Deo spiritus contribulatus: afflictio spiritus propter Deum, charitatis exusti incendio sacrificium Deo efficitur. Est enim hæc spiritus turbatio, ea animæ eiusdem tristitia, de qua aiebat dominus. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Tristatur de aliorum peccatis, qui peccatum non fecit; tristatur de perditione morientium, qui vult omnes homines saluos fieri: tristatur de cæteris, qui in seipso, quo tristetur, non habet. Vnde seculi,

Sacrificiū Dei est spiritus sācta turbatio.

Mat. 26. et Luc. 14

2. Cor. 7.

F triſtitia à Chriſtiana longè ſecernitur, Apoſtolo dicente. Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur; ſęculi autem triſtitia mortem operatur. Hic nos docet triſtari debere, qui in nobis, multa quibus doleamus, habemus: Hæc eſt enim gratia (inquit Petrus) Si propter Dei conſcientiam ſuſtinet, quis triſtitias, cum noſtrum nos horremus exitium, cum noſtra nos angunt flagitia cum exilium incolatus noſtri deflemus, cũ corã Deo perfundimur lachrymis, cupientes diſſolui, & eſſe cum Chr̃o, cũ recogitamus oẽs annos nr̃os in amaritudine aĩæ nr̃æ: cũ anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, & in me turbatum eſt cor meum, cùm flemus cum flentibus, & cum quis G infirmatur, & nos infirmamur: cum fieri anathema pro fratribus noſtris optamus. Ecce quàm ſanctè, quãque piè noſtrum turbamus ſpiritum, noſtram agitamus animam mentemque, noſtram turbando concutimus.

Pœnitẽtię triſtitia neceſſaria.

Epi. 1. c. 2.

Turbatus eſt ſpiritu. &c. Caue ne dicas: Turbatus eſt ſpiritus eius: non enim ſe ipſum turbauit ſpiritus, qui promptus eſt, ſed ipſe ſuum Ieſus turbauit ſpiritũ: non à ſui promptitudine illum remouens, vel quaſi vacillaret ſpiritus eius: ſed ipſe turbatus eſt ſpiritu: de quo, & ſupra dicitur. Infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum. H Quibus patet nullam in Chriſto turbationem fuiſſe, quæ præuenerit rationem, ſed talem ſolum, quæ iuſſa fuit à ratione. Vnde nihil inordinatum in Chriſto reperiri potuit: omnia ex præuio rationis iudicio, omnia ex ſpontaneo voluntatis decreto; & cauſa fuerat & congrua Chriſto & naturæ neceſſaria: erant hi charitatis radij, & pietatis effectus meritorij, ac virtuoſi, ſanctitate conſpicui: nam ſicut motus humanatum paſſionum cum à rationis ſubordinatione recedunt, & à rectitudine declinant, vitia conſtituunt, & vitioſi efficiuntur: ita quiſquis actus rectitudine rationis directus regulatur, virtuoſus efficitur, & charitate veſtitus, meritorius nuncupatur. I Decuit autem Chriſtum qui naturam humanam integram aſſumpſit, naturæ conditiones, & proprietates ſine vitio aſſumpſiſſe, vt integritati vtriuſque naturæ nihil deeſſet: Tantum tamen abeſt, vt ſui ſublimioribus regulis, & legibus, non ſubſint ſingula, vt neceſſario & naturali quodam nexus fœdere copulata, quibus cuncta ſubiacent legibus & ordinibus iſta ſupremis, nec punctim quipiam deflecti, aut ſubtrahi poſſit è proprio voluntatis imperio. Cum enim hæ paſſiones in inferiori parte animæ contineantur, haud tamen commouentur, vt rebelles, ſiue inordinatæ in Chriſto, nec præueniebant, aut reſiſtebant, ſed regulabantur, K & ſubdebantur in actionibus ſingulis rationis imperio, extra quam legem, ſeu præter quod imperium nulla vnquam in Chriſto extitit, aut reperiri potuit turbatio.

Ioan. 11. Turbat ſuum Ieſ. ſpiritum, nec a ſuo turbat ipſe ſpiritu.

Actus virtuoſi ſunt charitate formati.

Parent omnia ſuo queq; ordine altioris & ſuperioris legis imperio.

In ſolo Chr̃o inferioris partis paſſiones cũ ſuperiorib. aĩę paſſionibus ſũt cõcordes, adinuicẽ.

Sola igitur motio, præſertim maxima, turbatio dicitur. Vnde mare turbatum dicitur, cum vndis extollitur, & piſcinæ aqua turbata ab angelo infirmis ſanitatem dandi virtutem habebat. Salutaris igitur eſt Chriſti turbatio, qua accingitur, & potenter mouetur aduerſus peccatum, mortẽ, & diabolum, nobis (inquam) ſalutaris fuit Chriſti turbatio, ne in noſtris frangamur aduerſis, vel extollamur proſperis: ipſe adiuuat infirmitatem noſtram, noſtram corroborat puſillanimitatem, voluntariè ipſe turbatur, vt qui neceſſitate vrgente turbamur in turbatione roboremur, nulla deſperatione corruamus, iuſtoque iuditio, ac ratione præuia, obuenientia quæque regulemus. Vnde Auguſtinus ſuper hęc verba inquit. Chriſtus qui mortuus eſt pro nobis, ipſe turbatus eſt prius pro nobis: & qui poteſtate mortuus eſt, poteſtate turbatus eſt. Nulla eum potuit violentia turbare, quem nulla poterat neceſſitas cogere ad moriendum. Qui transfigurauit corpus humilitatis noſtræ conforme corpori gloriæ ſuæ, in ſe transfigurauit etiam affectum infirmitatis noſtræ compatiens nobis affectu animæ ſuæ: Verè enim dolores noſtros ipſe portauit, vt & compati poſſet infirmitatibus noſtris Pontifex noſter: proinde quando turbatur magnus, fortis, certus, inuictus, non ei timeamus, quaſi deficiat; non .n. perit, ſed nos quærit in illius turbatione, nos ipſos videamus, vt quando turbamur, nulla deſperatione pereamus: quando turbatur qui non turbaretur, niſi volens, eum conſolatur qui etiam turbatur nolens.

Philoſophorum quorundã & peripatheticorũ reprobatſ opinio.

Pereant argumenta philoſophorum Peripatheticorum, qui negant in ſapientem cadere turbationes animorum. Neque enim (vt Plato inquit libro de Iuſto. Dialogo decimo) exigendum eſt à probo ciue, vt omnino non doleat, ſed vt naſcentem dolorem, rationibus conſoletur. Turbetur planè animus Chriſtianus, non miſeria, ſed miſericordia, non prauitate, ſed virtute: turbetur turbatione timoris, ne pereant homines Chriſto contriſtetur cum perit aliquis Chriſto turbetur, & concupiſcat acquiri homines Chriſto lętetur cum acquiruntur homines Chriſto, timeat & ſibi, ne pereat Chriſto, contriſtetur peregrinari ſe à Chriſto, concupiſcat regnare cum Chriſto lętetur, dùm ſperat regnaturum eſſe cum Chriſto. Iſtæ ſunt certè quattuor, quas perturbationes vocant. Timor & triſtitia, amor, & lætitia: in nobis paſſiones ſunt, in Chriſto non paſſiones, ſed propaſſiones, quia non carnis impulſu, vltra limites rationis, & charitatis; ſed voluntatis iuſſu vſque ad aras rationis & charitatis ambitum complectens. Quapropter hæc turbatio Chriſti erat ipſa deteſtatio peccati Iudæ ex deſiderio ſaluandi Iudam, inſtar illius, qui multo ſtudio, & labore ad extrahendum iumentum ab æquore operam dederit blanditijs, minis, beneficijs, tonſionibus, qui domino ſuo rebellis, & calcaneis inſultauerit illi, & gurgiti ſe totum dederit ſubmerſurum. Adeo enim Iudas paucorum denariorum ſarcina aſtrictus erat, vt illa proſtratus animo, nunquam ſublimiora intelligere, vel ſuſcipere voluerit, donec pollicitam proditionis mercedem acciperet. Nos autem, qui tam noſtræ ſalutis ſollicitum videmus Chriſtum, nos qui tam inuitum ad damnandum conſpicimus Saluatorem, maximam in illo cõſolationem ſuſcipimus, à quo auxilium omnes ad ſalutem conſequendam habemus, perditionem autem peccatorum ex ipſis improbis eſſe.

Turbãtur etiam omnes ſapientiſſimi viri.

Amor & lętitia timor & triſtitia non ſunt ĩ Chr̃o paſſiones, ſed propaſſiones.

Diffidẽdũ nõ eſſe de Dei miſericordia, qui ad parcẽdũ prõptiſſimus eſt.

Turbatus eſt ſpiritu. &c. Libentius elephas turbidas bibit aquas; ſed plerunque aquæ ſua proprietate lympidiſſimæ, profundiſſimę tamen, ne à tranſeunte timeatur ingreſſus, iuſto conſilio ad horã perturbantur, vt non inſpecta profunditate, & inſtãtibus periculis, intrepidus viator tranſiturus ingrediatur. Fortiſſimus dominus

Elephas libẽtius turbidas quã lympidas aquas ebibit.

ſuum

suum turbat appetitum sensitiuum, obiecto sibi torrente, quem transiturus erat, imò, & de quo erat bibiturus. Secundum quod de eo scriptum est. De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Turbat, (inquã) quia turbata aqua imagines non repręsentat, & ideo ipse suum turbat spiritum, quò non inspiciat horrendas mortis imagines, non paueat ad occursum ingruentium fluctuum, & procellarum. *Psal. 109*

Pauebat spiritus & tristabatur anima Christi, haud tamen in superiori, prout sępe dictum est, sed in inferiori parte eius, quæ est sensitiui appetitus. Audi quod tristitiam Christus assumpsit quomodo ergo (inquit Aug.) tristis fuit? Prorsus (ait) tristis voluntate suscipiens tristitiam quomodo voluntate suscipiens carnem veram, voluntare tristitiam veram. Magis congruè tamen dicta est tristari, quàm timere, quandoquidem sola præsentiæ instantis periculis mortis, & ærumnarum possit terrere sensum, qui suam intuetur imminere destructionem: ideo cum timor sit malorum futurorum, tristitia autem instantium ærumnarum, nunquam pertimuisse Christum legimus; quem legimus tristatum, quò nihil ad rationem spectasse intelligamus, cum sensus non ad futura, sed ad præsentia, ratio verò, & ad futura, & præterita, ac ad præsentia suo intuitu ferri possit. Habemus igitur normam nostram, qua nunquam, nisi iuxta legem rationis, turbari, vel tristari debeamus, ne his similes efficiamur, qui vel ignorant Deum, vel gentibus, quæ legem non habent. Qui nihil patimur, non leniter, non planè, non delicatè dispositum, nonne cõtra rationem turbamur? Qui fęlici aura omnia secunda amamus, & in omni turbine turbamur, nonne iura rationis frangimus, & iusto iudicio violentiam ingerimus? Vnde trepidauerunt timore vbi non erat timor. Quibus occurrit saluator eos admonens dum inquit. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & cum occiderit, non habent amplius quid faciant: ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui habet potestatem, postquam occiderit mittere in gehennam; hunc dico vobis, timete. Time quisquis stas, ne cadas; Timeat Dominum omnis terra, quem timent omnes angeli eius. Est igitur timor quo rectè timeamus, quia timor sanctus initium sapientiæ expellens peccatum, lætificans corda, permanens in sæculum sæculi. Habemus insuper normam, vnde, & quare turbari debeamus spiritu. *Psal. 93.* *Cur tristetur Christus, & nũquã timeat.* *Timoris, & tristitiæ differẽtia.* *Mali contra rationem, boni autem ratione turbantur.* *Psal. 13.* *Luc. 12.*

Turbatur Christus de vnius proditoris iactura; tristatur de vnius proditione Iudæ, conqueritur verus, & bonus pastor, se vnam ex ouibus suis amisisse. (Proh dolor) mercenarij nostri ex quorum gregibus tot perditas relinquũt oues, nec de perditis dolent, nec de perdendis curant, & velut nihil ad ipsos de ouibus, nec dolentes satagunt, nec compatientes inuigilant, saluti, sibi creditarum ouium; Quanta diligentia vsus sit Christus quanta pietate, & quantæ sibi fuerit curæ reuocare Iudam a peccato, & ab instituto scelere, & audiuimus, & experti sumus. Vtinam haberemus sacerdotes inter vestibulum, & altare plangentes, & orantes. Vtinam vel Moysen, vel Hieremiam in principes haberemus, qui die, ac nocte plangerent perditos ex Israel. Vtinam haberemus Danielem, Samuelem, & Iob, qui starent coram Domino. Plerunque autem vbi dolet pastor, lętari videtur mercenarius, & vbi turbatur Dominus, *Christ⁹ de Iudę perditione tristatur.* *Pastorum ecclesię socordia, & desidia, quot maiorũ causa sit Christi fidelibus.*

A nihil curat seruus: nec tot malis ingruentibus turbantur, nec mouetur caterua sceleratorum Christum offendentium; imò nec phalangis hæreticorum ecclesiã Christi insequentium eamque heresis peste commaculantium. Qui enim, tàm facilè turbamur sensu, dum non succedunt optata, vix autem nunquam turbamur spiritu, dum talia & tanta in nobis, & in alijs contraria spiritui patimur, & experimur, oportet enim tunc spiritum iustè turbari, cum insurgit, & concupiscit aduersus carnem.

Et protestatus est dicens. Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. &c. Adhuc impetit Iu- B dam, si quo modo vel saltem conuictus in crimine, resipiscat. Quis autem fur, vel adulter deprehensus in instante patratione facinoris, non cohibeatur, & resipiscat? Nunc enim, tàm seriò, quàm aptè loquitur Christus, vt etiam cum protestatione, & iuramento intelligat se Iudas detectum de crimine. Hæc autem protestatio effectus fuit illius iustissimæ perturbationis, quæ non in alio, quàm in Iudæ facinore concitata fuit. Vnde dominus nominat, & uitium aperit; personam autem minimè. Dicit enim ab vno discipulorum in se esse fiendam proditionem; quæ protestatio omnium quidem discipulorum aures percussit, solius C autem Iudæ præcordia in ipso contundit: quandoquidem protestari, sit quæ cauenda sunt, quæ fieri non debent, manifestè denunciare: Vnde Ioiada, & cæteri Prophetæ à domino missi aduersum regem, principes, & populum Iudà protestabantur. Hic autem dominus aduersum Iudam protestatur, & apertè facinus execratur, vt intelligat apertius opus omnino cauendum, & nullo modo peragendum excogitasse. *Chri protestatio discipulorũ aios valdè perturbauit.*

Et protestatus est. &c. Attende necessitatem protestationis fiendæ peccatoribus: execratio enim facinoris, & erroris, ac criminis detestatio ipsa est peccatoribus protestatio. Hæc est præuia monitio, qua cautior effe- D ctus peccator retrahatur à concepto, siue etiam ab incepto facinore: hæc enim causa est traditionis legis. Dicente Apostolo. Peccatum non cognoui, nisi per legem, nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Prius enim quàm lex protestaretur nobis, non cognoscebamus peccatum, vbi consisteret, vel aliqua, quæ operabamur esse peccata, siue tam grauia peccata. *Rom. 7.*

Est igitur lex, & protestatio quæcunque peccatorum insinuatio, vel peccati, vel grauitatis peccatorum. Vtinam, tàm salubre bonum, ac tam præclarum pietatis officium inter Christi discipulos inueniretur: vtinam in E ecclesia Christi, hoc perseueraret magisterium, vt pia facinorum protestatio, digna peccatorum detestatio, & fraterna criminum correctio reperiretur, & in auribus delinquentium insonaret. Vnde obstrepunt detractores post terga peccantium. *Fraterna correctio in ecclesia Chri sum mopere laudabilis & pficua apprimèque necessaria.*

Amen amen dico uobis, quia vnus uestrum me traditurus est. &c. Frons meretricis est tibi (Iuda) noluisti erubescere. Audi scrutatorem cordium, audi secretorum conscium, audi futurorum præscium. Ipse sciens, quid sit in homine, tuæ impietatis gnarus, hæc tibi suppresso nomine protestando loquit᷑, qui te vnum à cęteris declinasse agnoscit. Dolenter aũt, & mœsta Chrs voce pronunciat. Vnus uestrũ me traditurus est, quasi dicat. Durũ mihi tradi ab hoĩe, qui creaui hoĩem, durũ

tradi ab Israelita, qui non sum missus, nisi ad oues, quę perierunt domus Israel, durius est mihi, quod à familiari, & à commensali: Durissimum autem quod ab Apostolo, & à discipulo impiorum manibus tradar ad crucifigendum. Hoc itaque est quod me piget, hoc est de quo doleo, non quia trador, non quia moriturus, crucem ascendo, sed qa vnus ex vobis traditor mei est: quod, scilicet, vnus ex vobis sit qui adeo mea familiaritate abutitur, vt in contẽptum vertatur, cui mea bonitas nauseam protulit, mea patientia despectum reddidit, mea benignitas & lenitas petulantiam fouit, longanimitas, tàm monstruosum abortiuum produxit.

Maiorem grauiorẽque infert Chfo dolorem præuisũ abhominabile Iudę facinus quàm amara futuræ mortis suæ memoria.

Vnus uestrum. &c. Non vnus ex meis, sed filius perditionis, me traditurus est. Mei enim sunt qui sunt & patris, quos dedit mihi pater, ex quibus quemquam nõ perdidi: vnus autem vestrum filius perditionis est, patrator sceleris, & traditionis conspirator. Vos omnes mei estis: vnus ex vobis meus non est: vos vestri non estis, qui vos mihi tradidistis, & mei esse statuistis. Vnus vestrum meus non est, qui se sibi reseruauit, vt suus, nõ meus esset, & vt sibi acquireret paucorum denariorum annonam, me totum repulit, & aliorum manibus trucidandum prodidit. Ipse me à se abdicauit, ipse me repulit, & ideo me aliorum manibus ad libitum tradidit. Ipse se à consortio bonorum retraxit, ideo malus. Ipse à pastore recepit, ideo errauit. Ipse se à me, & à uobis seiunxit, ideo ipse solus remansit. Donec igitur unus est sibi solus, perditus est vnus, quia abscissum membrũ & inutile, & abhominabile, ac petuum est, corruptioni, & interitui abnoxium. Omnes quidem vos unum estis in Christo Iesu. Ipse sibi vnus est, qui separatus à nobis est, ideo seiunctus est, quia a charitatis vinculo diuisus est. Ego hunc unum vestræ saluti necessarium nexum construxi, vt unum sitis, sicut pater, & ego unum sumus. Iste suam vnitatem à vera unitate distinxit, ideo sibi relictus errauit, custodem, & suæ salutis comitem expulit à sui consortio, ideo in proditionem corruit, in lumine offendit, in lapidem confractus est, & in foribus errauit. Vnusquisque malus ipse sibi unus est, vnus unitate mali, cuius indiuiduationis principium ipsa est materia, a spiritualibus diuisus est: seipsum solum amat, qui omnia sibi soli proficua cupit, qui quæ sua sunt solummodo quærit. De quo dicitur. Ab uno doloso augetur sanguis: vnitur autem Deo quisquis diligit Deũ, quisquis quæ Dei sunt quærit: vnitur & proximo qui diligit proximum, & est cum Deo, ac residet cum proximo, quia vinculum perfectionis, & vnitatis est ipsa dilectio, iuxta illud satyricum, amicus est alter ego. Vnus (inquit) numero, non merito, partialitate, non integritate: Vt non collegium ex uno condemnetur, sed vnus ex collegio.

Pessimi sæpe fiũt plurimi, q ab aliorũ bona conuersatione se subtrahũt

Eccle. 11

Perfectionis vinculum est ipsa dilectio

Vnus ex uobis. &c. Iudas inter præcipuos Christi amicos connumeratus, inter apostolos ascriptus ad tantã celsitudinẽ familiaritatis euectus, ad tam insigne facinus designatus, tantis beneficijs sublimatus à Christo, tanta dilectionis benignitate donatus inter filios Dei computatus: tamen & hunc contigit pro sua iniquitate decidere. Quis hunc nõ securum, & salutis suæ certum existimasset? Quis hunc corruisse vnquam à suo loco, & à sua celsitudine excogitasset? Diligenti igitur cura quisquis stat, attendat ne cadat. Ex nobis (inquit Ioan.) quidam prodierunt, qui tamen non erant ex nobis.

1. Epist. 2

F Vide igitur quantæ tibi curæ esse debet, ut certam quisquis es tuam vocationem facias; nec tam certus, aut tam securus incedas, sed cum timore, & tremore tuam operare salutem. Vnde aiebat sapiens. Beatus homo qui semper est pauidus. Attende insuper neminem inuitum trahi ad salutem, Dei enim cooperatores sumus, nullum, nisi spontaneum admitti ad regnum cœlorum, ne minemque trahi, nisi uolentem trahi: Quo fit ut nulli sit absoluta promissio facta æternæ salutis: magis autem conditionalis, quò intelligas eum, qui fecit te sine te, nõ saluare te sine te. Si uis ad uitam ingredi (inquit) serua mandata. Si quis vult venire post me &c. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit in

Timor Dei

Prouer.

Conditionalis est æternæ salutis promissio.

August.

Math. 19

G æternum.

Mat. 16.

Ioan. 8.

Vnus ex uobis. &c. Amator singularitatis, communitatis vero inimicus, ob suæ singularitatis auiditatem in propriam conuersus utilitatem, toto tentat nisu euertere communitatem. Ipse dissoluit, dissipatque pium vniuersitatis nexum, qui nihil commune patitur habere, qui sibi soli bona cuncta accumulare percupit, qui inuidus est, & toruo ac inuido oculo omnia aliorum bona prospicere solet, qui vitam communem contemnit, qui bona communia temerarius vsurpat, qui sibi soli est natus, & soli propriæ cupiditati indulget, cæterorum crudelis effectus nulli impietati parcit, deuorat pauperes, trucidat iustos, depopulatur sancta, nulli indulget genuino (vt aiunt) dente, neminem reueretur, nullis emollitur, uel probris, vel beneficijs, sæuit in omnes, in dominum, in magistrum, in Saluatorem, necnon in creatorem. Vtinam saperet, Iudas quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Vtinam ipse sibi non esset vnus, quia aliorum particeps esset bonitatum. Quid si vnus malus cum multis bonis permansisset? Qui fieri posset vt corruisset, cùm uno bono in multorum impiorum medio existente, non possent angeli perdere ciuitates & regna Sodomorum, & Gomorrhæorum? Quàm bonum igitur a malis seiungi, & copulari bonis, cum enim bonum sit maximè diffusiuum, & sui ipsius communicatiuum, protegitur malus pietate bonorum. Sed & cum nullius boni sine socio sit iucunda possessio, vt testatur Seneca. Qui solus extra communitatem est, quomodo non abortiuum est? quomodo non triste, & perditum est? Obseruanda igitur, est bonorum societas benignitate, & amicabilitate. Sociorum amanda est & fouenda communitas. Vnde scriptum est. Vir amicabilis ad societatem magis amicus est, quàm frater.

Alieni boni inuidus est, qui se a bonorũ societate sejungit.

H

Commendabilis sũmopere, est & Deo gratissima amicorũ inter se honesto amoris fœdere copulata societas.

I

Honestę amicitię ad mirãda vtilitas.

Prou. 18.

Vnus vestrum. &c. Attende nunquam desperandũ de salute impiorum. Quis impior Iuda? Quis celsior Christo? Tamen Christus non cessat, quin omnem moueat lapidem ad lucrandum Iudam, & ad reuocandum eundem ab instituto. Non sit igitur qui præoccupatum in aliquo delicto non instruat, & à correptione peccantis desistat. Sicut enim nunquam Deus interioris vermis aculeis mentem pũgere desinit peccatoris, ita exteriori nos correptione debemus peccatorib⁹ exprobrare. Insuper & hoc vnum te terreat, peccator, quod inspectorem habeas occultorum tuorum facinorum, & prauarum tuarum cogitationum. Hæc Christus prospicit, & mentis suæ oculis apertè dignoscit.

K

Diuinæ inspirationes.

Corripiendi sũt peccatores.

Vnus vestrum. Me & eum pariter, qui vos singulis ad quos declinaueritis adeò commendatos nunc feci,

feci, ac si perinde personam meam receperint, & ad patrem vsque ascendere denunciaui: Me (inquam) traditurus est in manus peccatorum; ille me expulit, qué ego recipi præcepi, & recipiendum commendaui; ille mei est traditor, quem ego elegi, & electum exaltaui; ille me traditurus est morti, pro quo vitam exponere non dubitaui, quem prosecutus sum sublimioribus beneficijs, quem tot extuli dignitatum insignijs; ille me persecutus est grauissimis maledictis; ille, quem suscitans à terra inopem, & de stercore erigens eum pauperem, collocaui cum principibus, cum principibus populi mei, ipse prosternendum tradidit in manus odientium me, & quærentium tollere vitam meã; ille mutatus est mihi in crudelem, cui ego tanta benignitate faui. Hæc, & similia Christus de Iuda sæpius repetit, qui non personam, sed vitium exprobrat, vt nos, quod vni dicit, omnibus dicere intelligentes, ab ingratitudinis noxa retrahamur. Cæterùm, hæc verba, in corde Iudæ, veluti in cœnosam latrinam irrepserunt, & quasi in cloacã proiecta, indignantiùs veneno conspurcata, ad exitium eiusdem sunt conuersa.

Ingratorũ conditio.

Vnus vestrum. Disiunctus ab alijs, cœteris non consentiens, diuisus animo, mihi insidias parat, machinatur aduersum me, cogitat mihi mala, fremit, rugit, stridet, & velut leo in abscondito, sanguini meo insidiatur. Habemus, & nos vnum hæc omnia mala in nobis molientem, saluti, & sanguini nostro insidiantẽ, turgidum, ac seuum, in perniciem nostrum insurgentem. Si autem rogas quisnam is sit tam improbus, tam immanis, & ferus; audi Bernardum dicentem. Scio quendam, qui per annos plurimos tecum familiariter vixit, ad mensam tuam sedit, cibum de manu tua sumpsit, in sinu tuo dormiuit, tecum familiariter colloquiũ habuit, & in domo tua cum consensu ambulauit; hic iure hæreditario seruus tuus, super te tamen intumuit, & calcaneum contra te leuauit, nec tuam maiestatem veritus, nec tuis donis, aut beneficijs compulsus, nec suis futuris dãnis deterritus, insultibus, & technis, fraudibus, & illusionibus te in seruitutis ergastulum redegit, crudeliterque præualens, tibi dominatur, fortasse adhuc ignoras, & quæris: quis est hic, vt caueam ab eo? Hic est vetus homo tuus, qui habitat in domo tua, hic inimicus tuus, domesticus tuus, hic in spiritum tuum insurgit, & in domo tua operatur scelera multa, inveteratus dierum malorum insidiatur insonti, deridet innocentem, audet in insipientia, bona tua depopulatur, congaudet iniquitati, fauet impietati, dispergit bona, quæ possides, conculcat sancta, odit disciplinam, ludit cum filio liberæ, nec diuertis, sed arrides, non coerces, sed dissimulas, donec tortoribus te tradat.

Vetus hõ noster iternior, & domestic° nobis est, & hostis acerrimus.

Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Post vniuscuiusq; propriam intertius examinatam conscientiam: postquàm singuli prius interius discussi, needum tanti facinoris aliquo modo conscij adinuicem respiciendum, veluti attoniti conuertuntur. Hoc vnum illos vndecim consolabatur, quod tam immane facinus in pectore ipsorum non versabatur, discruciabantur autem de veritate facinoris, quam, tam seriò audierunt ab ore magistri veritatis proferri. Ad quantam autem mæstitiam hæc verba turbato spiritu, à Christo prolata Apostolorum animos excitauerint, imò compulerint, non est, qui facilè non intel-

A ligat. Quomodo autem Iudas tam impudens fuerit, & tam contumax, ac inuerecundus ad Christi, & Apostolorum præsentiam sustinendam, vt mox, aut latibula non quæreret, aut certè conuictus in crimine ad clementiæ pedes non se conuerteret, facilè percipi nequit.

Iudę contumacia & impudentia.

Cum igitur sibi ipsi conscius esset, adhuc Pharaone proteruior, obstinato animo persistit, vt nec Christi maiestatem reuereatur, nec corona assistentium coapostolorum ab instituto amoueatur; illò enim perductus est Iudas, vt in sortem Sathanæ conuersus esse videatur. Vnde ait supra: Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Obstinatus est diabolus, B nec vllis vnquàm resipiscit, aut probris, aut obsequijs. Et diabolus quisquis est, non natura, sed conditione, non personalitate, sed proprietate: quicunque obstinato animo in sua malignitate perseuerat. Nec monetur igitur Iudas, nec erubescit, sed perseuerat animo inconcussus, & pertinax.

Cap.6. O s obstinatus diabolus est.

Aspiciebant ergo adinuicem. Non tantum, vt si quomodo explorare possent coniecturis saltem proditorem; verùm, vt hoc in alijs etiam aduerterent, si reũ criminis aliquis manifestaret, vel etiam, si impingerent sibi cœteri forsan, tam detestabile facinus. Esto enim, quod nihil sibi conscij essent, haud tamen in hoc iu- C stificare seipsos audebant, inscrutabile enim est cor hominis à scrutatore omnium tamen scrutabile. Ipsi igitur Apostoli, nihil temerè de aliquo sentire audebant, nullum iudicium faciebant, qui non ignorabant legis præscriptum: Vnumquemque hominem præsupponi bonum iure deberi, donec cõstet eius bonitatis fraus detecta prauitate; neminem reum facinoris existimare poterant sancti homines, qui quales ipsi erant, cœteros esse credebant. Nolebant ante tempus iudicare, donec abscondita tenebrarum, & consilia cordium Dominus reuelaret. Vnde non capiunt quomodo tam execrandi patrator facinoris inter ipsos quisquam pos- D sit reperiri. Iudas autem sciebat solus, de quo diceret, quia solus cõscius erat, quod sibi diceret: Ipse seipsum intus agnoscebat, qui seipsum ab alijs occultabat: Ipse etiam inuicem cœteros aspiciebat, non vt, authorem agnosceret, qui se authorem sciebat, sed vt, vel exploraret, an quomodo à quoquam agnitus esset, eum esse de quo diceret, vel certè, vt se alienum à facinore oculis aspicientium pariter ostenderet.

Qualẽ se quisq; existimat talẽ vnũquẽq; alium arbitratur, & censet.

Aspiciebant ergo adinuicem. Obserua quale immineat nobis periculum in falsis fratribus. Quis (rogo) aut argus, aut linx conspicere potest hypocritam, proditorem agnoscere, & impium distinguere suis va- E leat obtutibus? Neque enim secundum faciem iudicandus est agnus, cum ouino vellere plerunque tegantur lupi. Non angelus sola exteriori facie ab ipso diabolo est distinguendus, cum & Sathanas in angelum lucis interdum se transfiguret. Inest, necnon Iudæ vna exterior, communisque facies cum apostolis, vt nullo modo hypochrita à iustis, proditor à probis, & impius ab assistentibus pijs secerni possit; intersunt enim adeò insimul, vt facilè se fingant alios à quibus extant. Hinc perpendimus, quã cautè nobis hic sit ambulandum, qui sphinges habemus nobiscum, quas non agnouimus. Cerberis associamur, quos non videmus. Crocodilos nobiscum nescientes patimur, & angues in herba latentes, non aduertimus, quorum virus non nisi

Quã difficilè ficti & falsi cognoscantur amici.

Cautissimi esse debemus in deligẽdis nobis amicis.

Anguis in herba latens, est fictus amicus.

Falsos, & duplici corde homines esse omnino cauendos.

nisi infixo dente sentitur. Hoc autem aduertant, qui sibi credito inuigilant gregi, vt insontes moneant, vt scrutentur, & perspicacius ocellis prospiciant, quò diuertant ab iniquo, à proditore caueant, impiumque detestentur hypochritam. Hos autem non secundum faciem adiudicandos edocuit dominus, magis autem à fructibus eorum cognoscendos, nos erudiuit, nè temerè aliquid mali suspicemur, & iustum pro impio condemnemus. Hæc infœlix mortalium cõditio, qua, nec lupos ab agnis, nec sanctum à prophano, nec ab immundo mundum discernere didicit.

Leuissima est facinorosorũ cõsolatio, eorũ delicta ab hoibus ignorari.

Vnus cernebatur Apostolorũ vultus, longè ab his, & admodùm diuersus erat animus, & nemo hominum sciebat, quid esset in homine, nisi spiritus hominis, qui in illo est. Leuis autem hæc est Iudæ consolatio, quod ab hominibus nondum sit cognita impietas eius infixa pectori. Quid faciet de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest? Leuis (inquam) eius est consolatio, cuius improbitas, non ab alio, sed à seipso condemnatur; intus suæ impudentiæ habebat testes impius Iudas; ipse seipsum agnoscebat facinoris condemnatum,

Fictorum conditio.

quo nullus certiùs, nullus vehementiùs, aut conuenientiùs condemnari poterat, sed tam proteruo, ac pertinaci animo est Iudas, adeò dura, & obstinata ceruice hæret peccato, vt nec concutiatur, nec tam graui impulsu moueatur. Aspicit, & ipse, & si certus, tamen quasi hæsitans, & admirans, & ipse de quo diceret, quasi non sibi diceret; Admirari videtur de cœteris cum ipse sit de quo admirari debeant cœteri. Simulator ore decipit amicos suos. Hoc patimur, qui sola exteriora contuemur. Animo valde perplexi, imò & consternati Apostoli à vultibus inuicem pendent, solus Iudas quid animo volueret, non ignorabat.

Admirat sæpè duplici corde hõ suos, quos dicit amicos simulato ore decipiens.

Aspiciebant ergo adinuicem. Qui hæsitabant aspiciebant, quia reum facinoris prostraturum, vt veniam peteret credebant; Iudas autem perfricta fronte persistens turbatus est, & non est locutus. Turbatur intus, quia cor impij quasi mare feruens, vel fluctuans, haud tamen est rubore suffusus, iuxta quod scriptũ est.

Frons meretricis est Iudæ.

Hiere. 3.

Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere; noluit obduratus intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem meditabatur in cubili cordis sui, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit: de quo etiam alibi scriptum est. Homo apostata vir inutilis graditur ore peruerso. Quis iste pessimus homo, nisi de quo iustus ille. Si abscondi (inquit) vt hõ peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam, &c. A domino (inquam) abscondit se, quisquis ab eo veniã non petit, adeo seipsum abscondit, qui nullo excusationis velamine suam turpitudinem contegere potuit. Abscondebantur, & illi primi peccatores, qui tamen quo potuerunt excusationis velo foliorum ficus tenui velamine Dei maiestatem sunt veriti, & peccatum sunt coram ipso confessi, qui & à culpa fuerunt absoluti, secundum quod scriptum est. Hæc est, quæ illum, qui primò formatus est à Deo; Pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illum à delicto suo, confitens autem, non quod Deus, non videt, manifestat confitendo, sed eundem placat se recognoscendo. Vnde Proph. ait: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti omnia peccata mea. Delictum namq; meum cognitum tibi feci,

Prou. 6.

Iob 31.

Abscodit se à Deo, q̃squis peccata excusat, & dissimulat.

Abscondebatur Adã cũ peccasset, & se foliorum velamine cõtegebat.

Sap. 10.

Psal. 31.

F & iniustitiã meam non abscondi. Quid est igitur confiteri peccatum, nisi veniam implorare de peccato? Et ideo Deus iudicem peccatorum instituit Sacerdotem, qui audita culpa, vltionem pœnæ per pœnitentiam iniungat. Quorum (inquit) remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Datur insuper gloria Deo, à peccatore confitente, coram saltem vno confessario, suam iniquitatem confitendo. Nam & Iosue ab eo, qui offenderat, & tulerat de anathemate, licet occultè, diuinò præcepto contrauenięti, petijt, vt daret gloriam Deo, & suum confiteretur trãsgressionis errorem. Ipse namque Deus, qui culpa offenditur, pœnitentia placatur, & homo, qui peccando intumuerat, confitendo se humiliat. Contestatur namque sapiens. Quoniam qui abscondit scelera sua non dirigetur; qui autem illa confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

Ioan. 20.

Sacramentalis cõfessionis vtilitas, & necessitas.

Iof. 7.

G

Prou. 28.

Erat ergo recumbens in sinu Iesu vnus ex discipulis eius, quem diligebat Iesus. Obserua naturam diligentis à proprietate proditoris, quo enim contra Christũ proditorem insurgentem audit, eo viciniùs, propiùs, & familiariùs amanti coniungitur. Ioannes igitur audita voce Christi, quod ab vno coapostolorum tradendus esset, declinat in sinu Iesu totus consternatus animo, & velut proprijs viribus destituus, tam dilectum magistrum amissurum se sentiens, quo igitur potest, conatur vniri animo. Nec deest locus dilectioni, imò hic iacet dilectus, vbi dilectio oritur, & conseruatur. Hũc tam sublimem locum mæsto, ac penè exanimato discipulo concessit Christus. quò intelligat, qui amat, obsequium præstandum Christo, quod præstitit prius dilecto Christus. Sinus Patris, locus est filij eius. Locus discipuli ab ipso filio dilecti sinus est ipsius Christi. Eolus Iudam velut aquilonem in tempestatem commouit, quo perstrepente in auribus Pharisæorum, & exibente se proditurum Christum totum commouit in Christum mare. i. concitauit principes sacerdotum, & seniores populi, vt Iesum perderent, & occiderent, & suborta est tempestas magna. Leuiathan, & Boemoth ibi suas vires, & technas componũt, illic reptilia, quorum non est numerus, animaliaq; pusilla cum magnis, vbi & magni, & parui, & nobiles, & ignobiles, turba, & magnates. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius.

Consternatus aĩo Ioãnes de sui pximè futura amissione magistri i Christi sinu recumbit.

H

Iudas velut Aquilo ab Eolo commouetur, & concutitur.

I

Psal. 2.

Erat ergo recumbens, &c. Qui eodèm amore suos dilectos prosequitur Christus, quo ipse à patre æternaliter amatur, eundem locum præstare dilecto congruebat, dicente eodem. Vbi sum ego, illic minister meus erit. Vterque amor diuinus. Dauid vt ostenderet Salomonem sibi cariorem, super mulam, cui insidebat ipse, sedere coram populo fecit. Pharao torque honestari voluit Ioseph, Assuerus Mardochæum solio sublimauit proprio, Darius Danielem extulit præconijs; nullus tanto fauore suos extulisse legitur, aut potuit, prout Christus suos, quos ipse diligit, quò apertius intelligamus maiori amore suos Christũ præ cœteris extulisse, secundum quod scriptum est. Maiorem charitatem nemo habet, vt &c. & potioribus donis sibi dilectos longè decorasse. Quid enim emolumenti suscepturus, in Christi pectore reclinauit se Ioannes? Recondita sunt in pectore duo illa eximia, quibus beati-

Ioan. 12.

K

Quantũ à Christo eius diligãtur amici

Ioan. 15.

Verbum i pectore & i corde vita cõsistit.

Duo sunt vbera qb' sponsę dilectus pascitur.

beatificatur homo, vita, & sapientia. In corde vita cõsistit, verbum in pectore. Hinc omne eructat bonum, igitur ad fontem vitæ, & veritatis, Ioannes adhæsit. Ecce duo vbera, in quibus dilectus sponsæ collocatur: Alio vitam suscipimus, altero sapientiam haurimus. Gustate, & videte, quoniam suauis est dominus, cuius geminis vberibus pascimur, & nutrimur. Quid igitur miraris Ioannem à mensa declinasse, & in mensa super caput Christi recubuisse, quem non existimas ignarum meliora esse vbera Saluatoris, vino. Ibi inebriabuntur ab vbertate domus suæ, vbi torrente voluptatis potat bibentes. Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Aperi (inquit) os tuum, & implebo illud.

Cant. 1.

Ioãnes caput suum in Christi pectore reclinatũ tenet.

Erat ergo recumbens, &c. Audisti diligentem olim promisisse dilectum suum inter vbera sua commoraturum: Vide iam ad vbera declinantem discipulum præ cœteris dilectum, cum sit Christus Agnus Dei Patris, teste Ioanne Baptista, quasi pendens à patre, in sinu residet Ioan. Apostolus suam ob puritatem, ac innocentiam, Agnus Christi effectus est: veluti que pendens collo, super pectus eius recumbit: sic enim summus ille sacerdos cœteris expoliatus vestibus, sacrificiũ oblaturus, solo pectorali aureo, ac gemmis ornato, & sola mythra candida decoratus sacrificium offerebat: Ecce summi, & supremi sacerdotis aureum pro charitatis dilectione nobilissimum pectorale, pretiosissimis ornatum gemmis, in quo .s. effulgebant sublimiores omnium generum virtutes, dilectio charitatis, innocentia puritas, simplicitas humilitatis, continentia virginitatis. Hoc pectorale non deposuit, sed secum habuit offerens sacrificium Christus, qui hunc solũ Apostolum comitem habuit in crucis sacrificio, cœteris in fuga, aut latibulis persistentibus.

Christi pectorale.

Hoc igitur pectorale, & solam mythram candidam, idest, virginem suam matrem secũ in sacrificio habuit. Dicitur enim mater quasi mythra filij, quia sicut partes corporis, quasi à mythra adumbrari videntur, ita totum corpus Christi à ventre matris Virginis descendisse nõ ignoramus. Solebant sponsi fascia pectorali se decorare. Ideo desponsaturus sibi Ecclesiam Christus hac velut nobili fascia ornat pectus suum. Recumbebat igitur Ioannes super pectus domini veluti pendens ab vberibus. Audiuimus Christum se incubanti gallinæ assimilasse, & pullos suos sub alas fouenti. Quid miraris si vnum pullum sub alis eius modo contueris? Sinite (inquit) paruulos venire ad me: Ipse enim est, qui se puerperæ assimilauit. Nunquid (inquit) obliuisci potest mater infantem suum? & certe si illa oblita fuerit, ego tamen tui non obliuiscar. Imò & pullos coruorum etiam nutrit, ac cœcos catellos ad vbera conducit.

Sponsorũ fascia pectoralis.

Hiere. 2.

Ioannes in Chri gremio velut pullus sub gallinę alis enutritur, atq; fouetur i cęna.

Sunt autem duo præcipuè vbera Christi, quorum lacte quisquis nutriendus est discipulus. Altero nutriti sunt lacte dulcedinis promissionis, quod est testamentum vetus. Altero quo nutrimur dulcedine retributionis. Promittens Deus, se lac præbiturum, & manna. Dabo (inquit) vobis terram fluentem lac, & mel. Igitur nos vocauit ad vbera. Vnde per Proph. ait Dominus. Congregate paruulos, & sugentes vbera. Quod & ab alio predictum fuit. Ad vbera (ait) portabimini, & super genua blandientur

Christi vbera.

Ioel 2.

Isa. 66.

A vobis. Hinc Apostolus plerunque lac se dedisse fidelibus significauit. Procul autem ab vbere, & à discipulatu dilectionis Christi sunt omnes, qui non à pia matre Ecclesia, cuius caput est Christus, sed à Synagogis Hæreticorum mox, non lac, sed solidum cibum temerè suscipere se iactant. Fideles autẽ ad vbera Christi recurrunt, vt de abscondititis suis adimpleatur venter eorum. Ibi Ioannes tot archana de sacro pectoris fonte hausit, & potauit, haustaque cœteris propinauit.

Ex Chri vberib' soli fonentur illi, q intra gremium Ecclesiæ continentur.

Erat ergo recumbens, &c. Lazarus post ærumnarum suæ mendicitatis pelagus, transito hoc ergastulo B vitæ mortalis, in Abrahæ sinum ab angelis fuit deportatus. Sed ecce plusquàm Abraham hic. Christus adhuc viuens viuenti adhuc discipulo sinum, in quo recumbat, concedit; qui viuens adhuc viuenti etiã latroni eodem die Paradisum designauit. Ipse suos etsi adhuc viuentes in sinu collocat, quos à malis liberat, in aduersis protegit, elisos erigit, ab offensa custodit, à tentatione eripit, & à peccato saluat. Iuxta quod per Proph. dictum est. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia. Ibi protegimur ab æstu indignationis, à turbine terroris, & à pluuia tempestatis. C Custodimur ibi ab æstu carnalium voluptatum, à turbine cupiditatum, & à pluuia suggestionum pessimarum. Ibi sub vmbra alarum eius protegimur ab æstu infernalis stygieque paludis, à turbine diuinæ indignationis, & à pluuia æternæ damnationis.

In sinu suo Chrs quos amat enutrit, & fouet.

Isa. 4.

Tabernaculũ i vmbraculum nobis conceditur.

Ecce petram refugium Erinacijs, confugium à facie timoris domini, propugnaculum peccatoris. Neque Christus sinum suum nobis aperuisset, si nos ibi recipere, & recumbere non decreuisset. Vnde cicatricem, quam lancea in pectore eius obduxit nullo voluit interuallo occlusam, seu obturatam perstitisse, sed plenius euacuatam sanguine, & aqua, vacuam, in qua nos D mox reciperet, præstitit, & exhibuit. Et vt nobis hanc constructam cauernam intelligeremus, peritissimi artificis formam obseruauit. Qui ad vnguem petram scindere statuit, in qua statuam accommodare decreuit. Prius applicata debita, ac iusta mensura, locum designat, antequam fodiat. Quo consilio voluit Iesus, vt prius suo pectori discipulus vnus dilectus collocaretur, & recumberet, quo locum designaret, vbi foderet ad accommodandos, & collocandos cœteros, ibiq; recipiendos, & reponendos quosquos dilectos habet, vbi contineat in sinu suo multarum gentium.

Et ergo recumbens, &c. Significaturus Natan Pro E pheta, quale, & quàm graue peccatum rex commisisset in vsurpando sibi vxorem alterius, comparata Bersabea oui, & Vria viro pauperculo, hoc vnum intulit, quod in sinu eius requiesceret: Responde mihi iudicium. Duo viri erant in ciuitate, vnus diues, & alter pauper; diues multas oues habebat, & boues multos, pauper autem non habebat, nisi vnam ouem paruulã, quam emerat, & nutrierat, de pane eius comedebat, & de calice eius bibebat, & in sinu eius dormiebat, &c. Cum autem Dauid offensam, tam dilectæ ouis audisset, iratus valde, & indignatione concitus, mortis sententiam in offensorem proferens, seipsum propria sententia reum mortis pro scelere, licet ignorans, condemnauit. Attendant igitur, qui pios viros tam impudentèr insequuntur.

2. Reg. 12

Alteri' mulieris vsurpatio, q̃ sit graue peccatum.

Da mort um, ciaui

Audiant,

Audiant, qui catholicos tota qua possunt, effera rabie trucidant. Extat prolata sententia, hos filios esse mortis. Non igitur obiter, aut sine maximo, eoque diuino consilio suorum Apostolorum vnum, quem dum non alio, quam dilecti nomine significauit, apertè indixit omnem dilectum in sinu Christi, vbi recumbat, habere locum. Non ne solius personæ Ioannis hoc fuisse priuilegium, nisi adhuc mortali pectori Christi inhærere: sed qui obticuit nomen personæ, expressit autem eribationis rationem dilectionem esse, locum insinuauit solis dilectis præparatũ. Nos enim & quæ valde amamus, non nisi in sinu custodimus.i. cordi habemus, & ibi licet non materialiter, & corporaliter, tamen eminentiùs, & sublimiùs, ac præstantiùs custodimus.

In magno Dñicæ cęnę cõuiuio Ioannẽ velut sibi cęteris chariorem tenet Christus ĩ sinu repositũ.

Subest autem, & alia ratio, qua Ioannes suum hic nõ expresserit nomen. Vt insit omnibus spes huius gratiæ, vt sa à Christo recipiantur: de qua Petrus ait. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, qui timent eum, & operantur iustitiam, acceptus est illi. Fuit vtique humiliatio Ioannis, quod seipsum non proderet, qui tanta vsus est modestia, vt de seipso in re tam celebri, & glorioso priuilegio, velut de alio sit locutus, nè ex propalatione gloriam videretur affectare sibi propriam. Ideo totũ retulit in Christum, velut non à seipso, aut meritis suis locum tam dignum, vel contingere meruisset, quem sola Christi gratia, & benignitate his verbis se assecutum fuisse protestatus est. Cum ille, quo maior inter natos mulierum non surrexit, nec sanctum Dei verticem auderet tangere. Cum igitur ait: Quem diligebat Iesus, significabat, se sola Christi benignitate, tantum priuilegium fuisse assecutum. Tanquàm diceret. Ipse sua miseratione me mæstum prouiso, quem audiuit mox tradendum impiorum manibus, & potestatibus tenebrarum, ad illudendum, ad flagellandum, ad occidendum, suscepit. Qui mecum cæteros inuitauit. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Siquis sitit quietem, vbi securus recumbat, veniat ad me, & bibat. Siquis sitit sapientiã, postulet à domino, & dabit illi affluentiam. Siquis salutem exoptat, ad Saluatorem accedat.

Act. 10.

Ioannis Euangelistę modestia, & humilitas.

Ioannis prærogatiua.

Erat ergo recumbens, &c. In solo Christi sinu recumbere potest iustus, qui nullibi, nisi in Christo quietat animum, secundum quod ab Augustino scriptum est. Fecisti nos domine ad te, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. Ioannem igitur super Christi pectus recumbere, est in secretis diuinę sapientiæ animum despondere, & diuinæ contemplationi se totum exponere. Maria autem Magdalenæ ad Christi pedes sedebat, verbum ex ore Christi auditura; Ioannes hæret pectori, qui archana recondita in Christi pectore ebibiturus erat, vt totum illud supremum archanumque aliàs occultum, Trinitatis .f. mysterium hinc haustum referaret, & quæ futura erant secretis typis obuoluta, soli Ecclesiæ manifestaret.

Christi sinus, sedes iustorum est.

Ioãnes ad Christi sinũ Maria astit Magdalena ad pedes aduenta.

Demum Christus suum pectus vbi requiescat discipulus, exhibet, nè retrahatur quis hominum à præstando charitatis obsequio cuicunq; homini: maximè autem suum quisque exhibeat pectus Christo, in quo caput suum reclinet. Neque enim alibi requiescit Christus, quàm in pectore hominis. Namque cum fecisset

F Deus pisces, cum fecisset ferarum, & bestiarum genera, imò cum fecisset solem, & stellas, denique cœlum, & terram, in solius hominis factione requieuit. In hoc solo requieuit, quem ad imaginem suam fecit, cuius delitiæ essent cum filijs hominum. Ibi requiescit Christus vbi spiritus suus requiescit. De quo per Proph. ait Dominus. Vbi requiescit spiritus meus, nisi super humilem. Audi igitur vbi Christus requiescat. Qui enim non in belluis requieuit, non in feris, non in bestijs, minus in ferino, siue in bestiali, aut in elato, ac superbo; seu splendido, mundanoque hominis pectore requiescet. Magis autem super humilem, G super innocentem, qui intelligit super egenum, & pauperem.

Isa. 66.

Esto igitur humilis, esto innocens, esto diligens, vinctus charitate Christi, & requiesces super pectus Christi, qui eris dilectus à Christo, & descendet, vt in te requiescat Christus. Cæterum oportebat, & nobis innotescere vnde Ioannes, qui non solum Euangelistę, sed & Prophetæ adeptus est sortem, tam sublimia, tãq; occulta mysteria didicisset, siue hausisset. Vnde hæc, quæ nobis in Euangelio, vt Euangelista, in Epistolis, vt Apostolus, & in reuelationibus, vt Propheta à sacro pectoris fonte potauit, cum in raptu tractus ibi recum-H berer, vbi sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi. Elias recumbens sub vmbra iuniperi, edoctus, & subsidio panis refocillatus, ad montem Dei properauit. Longè Elia præstantior Ioannes, in sinu Christi recumbẽs, mysteriorum diuinorum compos efficitur. Hac enim præcipua ratione chariorem penes se tenebat discipulum Christus, vt quem archanorum diuinorum præcipuè conscium facere volebat, posset etiam commodiùs, & ab ipso auricularim interrogari eique auricularim depromere multa: sic enim submissa voce allocutus est Christum Ioannes, & Ioãnem Christus, vt nemo discumbentium intelligere I posset, panem intinctum proditori porrigendum. Ideo ignari sermonis Christi ad Iudam, Quod facis, fac citius, ad curam pauperum abijsse arbitrati sunt Iudam, siue præparandum edere Pascha.

Humiles, & charitate feruentes in Christi pectore requiescunt.

Dilectus Christi discipulus: Ioãnes, Apostol', Euãgelista, dicitur, & Propheta.

Erat ergo recumbens, &c. Sunt in pectore Iesu duo vbera sponsi, & quidem ingenitę mansuetudinis argumenta. Gemina (inquam) dulcedo suauitans exuberat in pectore Iesu, suauitas, & pronitas, pronitas in largiendo, præueniẽs nos in benedictionibus dulcedinis. Gustate igitur, & videte quoniam suauis est Dominus. Pronitas, ac benignitas in parcendo. An ignoras tu quoniam benignitas Dei, ad pœnitentiam te adducit? K Hæc nobis à pectore Christi exuberantia. Hæc nutricis nostræ vberum redundantia. Desiderium animæ nostræ tribuens nobis; & voluntate labiorum nostrorum non fraudans nos.

Gemina ĩ Chro dulcedo, suauitatis ex vberat.

Etquidem inter cœnandum, in pectore Iesu recumbit, quia meliora sunt vbera eius vino. Per vinum scientiam accipe sæcularium. Iesus autem ad longè meliorem trahit discipulum, hauriendum liquorem. Nempe eructat pectus Christi verbum bonum verbum (inquam) bonum, & suaue. Quid non didicit Ioannes diuinitatis, & glutinis personarum, in pectore Iesu? De absconditis tuis adimpletus est venter eius. Didicere nobis inebriatus ab vbertate pectoris Christi, quomodo nedum in principio esset verbum, sed & verbum

Sublimia, & altissima Trinitatis mysteria sunt in verbis Ioannis Euangelistę occulta, & abdita.

bum erat apud Deum; insuper & quod Deus erat verbum. Edissere post æterna, & temporalia mysteria, quomodo omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & quomodo quod factum est, in ipso vita erat. Edissere insuper futuros casus, Ecclesiæ militiam, hostium nequitiam, præmia iustorum, stipendia prauorum. Hæc miris significationibus in reuelationibus demonstrasti.

A pectore de sacro Iesu fonte potauit; quandoquidem licet mel dulcius in fundo censeatur vasorum, oleum tñ suauius in supremo vasorum; vinũ, quod suauius, quod salubrius, quod pretiosius traditur, non à supremo, non in fundo, sed in medio consistit. Et quidem meliora sunt vbera eius vino. Corroborat vinũ, lætificat, & sanat. Aquam in vitam salientem promiserat Saluator mulieri; Discipulo autem, vinum præbet, eius aquam in vinum conuertens ad conuiuātium beneficentiam. Quem prædicatorem gentibus mittit, hunc in cellam introducit vinariam, ad hauriendum vinum, quo lætificet per euangelium, corroboret per exhortationem, sanet sauciatos Samaritanos per alligationem ad pœnitentiam. Qui itaque incubat cæteris, qui præest alijs, quid præstabit recumbentibus si fertilitate vberum careat? Nam si quem depræhenderit tentatione concussum, ob idque pusillanimem factum, ecce condolentem, quomodo mulcet, quomodo consolatur, quomodo si præoccupatum aliquo delicto intuetur, occurrit statim subleuans in spiritu lenitatis, & charitatis. Si verò ad rectè operandum aliquẽ intentum viderit, si iusta facientem conspexerit; accedit promptus, accedit alacer ad perseuerandum, ad proficiendumque hortatur eundem.

Vini proprietas.

Charitate pleni debent esse, qui cœteris præsunt.

Non sunt profectò matres, potius nouercæ, diuites auari, seu diuitiarum viri, præsertim verò, qui de patrimonio Christi, ab vbertate (inquam) domus ei⁹, & Ecclesiæ inebriantur, & abundant, nedum panibus, sed auro, sed argento, sed sericis. Dum non compatiuntur, & quasi ab vberibus Christi, Christum non reficiunt, pauperibus non subueniunt, egentibus non distribuunt.

Innuit ergo huic Symon Petrus, & dixit ei. Quis est de quo dicit? Hic se Ioannes gratiæ filium esse demonstrat, cuius familiaritate Apostoli ad ea, quæ non audent apud Christum medio saltem alio Christo chariore consequantur. In summa sollicitudine, mens Petri constituta mox fuit, cum audiuit proditorem sui nostrumque magistri, & domini, mensæ interesse, & vnum ex Apostolis existere; velut impatiens, quod nõ audet ipse sciscitari, alio sciscitante satagit scire. Vnum sciebat, & adhuc vnum scire cupiebat, quia quis ille vnus esset non intelligebat, occultum illum vnum, occultè ipse solus agnoscere cupiebat. Et ideo non eum prodendũm poscit, sed submissa voce, imò solo nutu, quo secretiùs tractaretur, quod adhuc Christus, apud se tenebat occultum. Vtroque autem nomine, ibi, ac in alijs consimilibus actionibus imperfectionem quandam præsignantibus persona Petri designatur. Erat enim zelus Petri ex dilectione magistri aduersus proditorem, non vulgaris, sed talis (Augustino teste) quod insilire in proditorem, non veritus fuisset, ita vt etiam dentibus eum discerpsisset si eo agnito, non cohibitus fuisset. Insiliuit enim in armatorum medio, solo gladio aduersus satellites, quorum alterum paulominus iugulasset, qui animam suam paratam habebat, vt pro Christo exponeret. Quid igitur non prætendisset auxilij, aduersus proditorem, ab ipsis coapostolis, adeo de proditione mærentibus, & conquerentibus? Verùm, quia dum Christum ab instituto retrahere adhuc recogitat, nè pateretur, & morti traderetur, velut, quæ Dei sunt adhuc nesciens, vsquequaque oppositio eius non est laudabilis, sed deuia à Dei, & Christi voluntate præscripta. Ideo non Petrus tantùm, sed adhuc Symon vocatur. Nec Symon tantùm, sed Symon Petrus, quia etsi bona intentione ex dilectione mouebatur, in vetitum tamen, & voluntati diuinæ non consentaneum; magis autem contrarium aspirabat, & conabatur.

Ioannes gratiæ fili⁹ dicitur.

Maximus Petri zel⁹.

Non benè regulatus erat Petri zelus.

Innuit ergo huic, &c. Seipso cautior effectus, non audet Petrus, Christum de notitia proditoris interrogare, veluti, qui plerunque correptus, suæ inscientiæ exprobrationem sit perpessus. Cum enim iã iã in lotione pedum suas responsiones grati repulsa audierit reprobatas, cum se aliquando Sathanam nuncupatum, in mentem reduxerit, & se in Thabor aliqua protulisse, nesciens quid diceret, intellexisset, audisset autem ex alterius Euangelistæ serie, se iactatorem ter negaturum Christum; non audet ipse Christum interrogare, nè post iterum atque iterum, acerbiorem repulsam recipiat. Nec extra rationem omninò videtur possibile dictu, Petrum etsi in nullo se facinoris conscium cognosceret, de se tamen dubitationem hausisse, magis Christi verbis, quàm sibi ipsi fidens. Neminem se deteriorem existimabat Petrus, sed cum iustus prior sit sui accusator, suorumque facinorum diligens perscrutator, ipse nulli aliorum plusquàm sibi tãtum facinus impingere ausus fuisset. Cum enim in discutiendis cœterorum factis, neminem tam grauiter, tamque frequenter à domino correptum, & exprobratum discuteret, qui se nunquàm Sathanam vocitatum iri existimasset, nihil arbitrans se ad sathanicum opus pertinens habere, dum in hoc, de quo nihil sibi conscius erat non esse iustificatum intellexit, diffisus de seipso timebat ne qui Sathanas, se ignorante, vocatus à Christo fuerat, ab eodem ex sathanico opere proditor quoquo modo futurus esset. Adde autem iuxta Lucę seriem, se intellexisse, quod non semel, sed iterum, atq; iterum negaturus esset dominum: his angustiatus pręludijs, de seipso diffidens poterat trahere in dubium, an forsan ipse etsi non sua malitia, aut rancore, sua tamen imprudentia, aut sibi ignoto adhuc sophistico colore, proditionis compos efficeretur Saluatoris. Ideo præ cœteris torquetur, donec agnoscat proditorem. Quod si forte fortuna se auditurus esset domini sui proditorẽ, cautior effectus diuerteret à facinore, & vt aliàs cessit Christo reprehensus, cognita culpa retraheretur ab enormi, & sibi tam detestata impietate. Cœteri autem Apostoli etiam de seipsis hæsitabant, & vnusquisque suipsius cordis scrutator effectus, si quid ad proditorem spectans reperiret, oculatiùs rimabatur. Dicente Euangelista: Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. Nam quærere inter se, est in seipsis inuestigando scrutari, an aliquid proditionis quoquo prætextu lateret in pectore; secùs autem non secretò, sed in aperto, de proditore percunctati

Petr⁹ Apostolus semel dictus è Sathanas.

Nũquã ad iudicandũ tàm faciles esse debemus.

Diffidebat de seipso Petrus.

Præ cœteris omnibus turbatur Petrus Apostol⁹.

Luc. 22.

percunctati fuissent, nec opus fuisset Petro tam secretò quærere de proditore, vt vel nulla prorsus, vel certè submissâ voce percunctaretur. Vnde referente alio Euangelista, cœperunt omnes contristari de pronunciato proditore, & dicere ei singilatim. Nunquid ego sum Domine? Qui ait illis. Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.

Mat. 14.

Ioannes recumbens in sinu Iesu, in loco beatorum constitutus, typum etiam pertulit beatorum æternaliter in eodem sinu recumbentium, propterea non pro se, sed pro alijs Ioannes postulauit à Christo, quò certiores effecti ad aliquem sanctorum conuerteremur, qui pro nobis potiora impetraret à Christo.

Innuit ergo, &c. Ad intelligenda Christi verba, & ad scrutanda dicta Saluatoris, ad eum etiam Petrus recurrit, qui propinquior est Christo, qui charior, qui pectori vicinior. Nam & in Hyerarchijs angelorum, ac in choris triumphantis Ecclesiæ, superiores angeli, Deo viciniores illuminantes erudiunt inferiores, & (magno illo Dionysio, Pauli Apostoli discipulo, teste in eo libro, quem de cœlesti Hyerarchia inscripsit.) Angeli secundæ Hyerarchiæ purgantur, & illuminantur, ac perficiuntur in cognitione per Angelos primæ, & Angeli tertię Hyerarchiæ p eos, q sunt secundę, &c. Quam legem obfirmatam statuit sapientiæ diuinæ immutabilitas. Sic enim decuit (inquit) vt inferiora ad suum principium per superiora reducantur. Quid est autem Angelum superiorem illuminare inferiorem, nunquàm autem inferiorem illuminare superiorem, nisi quia superiores reuelare inferioribus aliquas possunt veritates, quarum ignari sunt inferiores? Et tamen non concedimus Theologi in angelis beatis ignorantiam, qui tamen fatemur, in ipsis multorum archanorum, & mysteriorum nescientiam. Et talis illuminatio ipsa est eruditionis locutio, ita vt illuminare nil aliud sit, quàm agnitæ veritatis secretum manifestare, & prodere. Quæ cum sit ad salutem fidelium, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, vltra mundi finem non extendetur. Oportet autem omnino, & in Ecclesia hac militante, quæ ad typum est illius superioris, & triumphantis, hunc inesse ordinem eruditionis, vt inferiores per superiores illuminentur. Et ideo non volentis, aut currentis est donum, nec omnium est intelligẽtia, sed horum quibus voluerit spiritus reuelare. Cum autem sacerdos ratione officij, medius sit inter Deum, & populum, ideo de eo scriptum est. Labia sacerdotis custodiunt scientiam.

Superioris Hyerarchiæ Angeli iferiores erudiunt, & illuminant.

Cap. 8.

Non est in Angelis ignorantia quãuis plurima multi nesciãt diuina mysteria.

Intelligentia rerũ diuinarum, Dei donũ est maximum.

Malac. 2.

Huius autem vtriusque testamenti, imò & vtriusque Ecclesiæ veritatis destructores sunt Hæretici, qui neminem rogare, neminem adire volunt, vt verborum Christi, Euangeliorum, ac Epistolarum aperiant sacramenta. Quæ adeo sib. ipsis sternunt conspicua, vt nec doctores admittant, nec interpretes Deo pro sanctitate eorum coniunctos audire patiantur. Recurrit Petrus, ad Euangelium, idest, ad Ioãnem, Ioannes ad Christũ, cœteri ab ore pendent Petri, attestante eodem. Viri fratres vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbũ Euangelij, & credere. In quibus verbis non prætereundum, quod dixerit verbum Euangelij, & non dixit Euangelium. Quandoquidem Petrus non prædicauit Euangelium omnibus gentibus; imò Paulus doctor gentiũ dictus est, quod ad prędicandum gentibus missus esset, & Petrus ad eos, qui ex circuncisione erant. s. Iudæos. Secundum quod scriptum est. Cum vidissent, quod creditum est mihi euangelium præputij, sicut & Petro circuncisionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est, & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiam, quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi, & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem. Ideo Petrus non Euangelium, sed verbum Euangelij gentibus audiendum per os suum dixit. Quid est autem verbum Euangelij, nisi interpretatio Euangelij? nisi expositio dictorum in Euangelio? nisi declaratio, & decisio occurrentium controuersiarum in sermonibus Euangeliorum?

Act. 15.

Ad Iudęos missus est Petrus.

Gal. 2.

Euangelij verbũ non Euãgeliũ reserauit Petrus gẽtibus audiendum.

Innuit ergo, &c. Discant saltem hic à Petro, medijs dilectis à Christo, & suffragio sanctorum discumbentium in sinu Christi, & proximioribus interuenientibus apud Christum, optata consequenda, obtinendaque fore suffragia. Hoc autem, quod in crimen fidelibus obijciunt Hæretici, retundere hinc facilè possumus. Cum Petrus nullam Christo irrogasse iniuriam credatur ob id, quod non ab eo immediatè poposcerit Petrus, quod mediante dilecto obtinere ab eo procurauerit. Vbi igitur est horum acclamatio, catholicorum ritum exprobrantium, quod maxima fiat iniuria Christo, ab alio, quàm ab ipso quodcunque poscere, cum quod à sanctis poscimus, non nisi poscamus, vt poscant ipsi pro nobis? Ecclesia enim & religionis, & veri cultus magistra sanctos interpellat, vt orent pro nobis, vtque quod nostris meritis non valemus, eorum patrocinio assequamur.

Sanctorũ intercessio.

Hæreticorũ peruersa eliditur opinio. Ecclesia veri cultus ẽ doctrix.

Non igitur maiorem nos iniuriam inferimus Christo, quàm intulerit Petrus, aut etiam, quam inferebat Apostolus, q Romanos, Ephesios, Collossenses, Thessalonicenses, & alios plerosque deprecabatur, vt pro se orarent; quorum suffragio se consecuturum multa in sui, & aliorum beneficentiam significabat. Sed nec magis honori, & dignitati Christi derogamus, quàm ipsi sancti derogent, cum pro alijs deprecantur. Nam si mihi orare sanctũ non licet, vt pro me oret Christum: certè nec illi sancto licebit pro me orare apud Christum.

Perpende hæc sedulò, & disce hinc peruersa hæreticorũ solue re sophismata, qb sanctorũ itercessionẽ omninò nituntur euertere.

Quod si inuenerimus licitum sanctis orare pro nobis, quomodo non licebit, vt oremus illos de re licita illis? Nam si dum oro sanctum, Christi officium illi ascribo; dum pro me orat sanctus, ipse sibi perperam Christi officium ascribit. Igitur cum hinc inde conspicuum pateat, & in vtriusque testamenti paginis constet sanctos pro nobis interpellare, quomodo retrahimur, vt ad aliquem sanctorum (iuxta illius sanctissimi viri monita) non conuertamur? Sed nonne ad ipsum Sanctum Iob missi sunt à domino tres illi viri eius innocentiæ æmulatores, curaturi ad suarum culparum expiationem, vt ille pro ipsis oraret? Iob seruus meus (inquit Dominus) orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non imputetur vobis stultitia. Quapropter contestatur Apostolus Iacobus. Quoniam multum valet deprecatio iusti, & nobis, vt pro alijs alij deprecemur discretè præceptum est, vt saluemur.

Iob 5.

Vtriusque legis testimonio sãctorũ itercessio cõprobatur.

Iob vlt.

Iacob. 2.

Nec

Vbicunq; pro nobis sancti Deũ exorent, sũmoperè nobis est proficuũ.

Nec magnopere interest, quo in loco sancti pro nobis orent, seu nostra vota Deo exhibeant: siue enim in montibus sint, Moyses orat pro populo, siue in cauernis, Elias orat pro fidelibus, siue in mari, Paulus orat pro periclitantibus, siue in campestribus, Samuel rogat pro Saule, siue in carceribus, Ioannes Baptista æmulatur discipulorum salutem, siue in cęlo existant cum angelis, sancti angeli non solius Thobiæ orationes deferunt coram Deo, sed & pro captiuitate Babylonica deprecantur; Respondit Angelus Domini, & dixit. Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iste iam septuagesimus annus est. Et respondit Dominus Angelo: Reuertar ad Hierusalem in misericordia, &c.

Zach. 1.

Nihil igitur obstat de loco vbi sint iusti, qui vbique sunt iusti. Neque enim pro natura loci, orationis virtus, seu natura mutatur. Sed & in inferno aliquando rogauit quis pro fratrũ suorũ corrigibilitate, qui expers erat & pietatis, & charitatis. Cum autem Sancti non solum non expertes, sed perfecti sint in charitate, quomodo à munere eximuntur charitatis? Cũ itaq; nullus eminentior sit locus sinu Saluatoris, ibi rogandos sanctos apertissimis his monimentis erudimur. Concedant igitur oportet Hæretici damnatos, qui ab hac vita migrauerũt ad tartara, posse rogare ꝓ fratribus, q negãt beatos in supmo sinu, nõ Abrahę, sed Christi recũbentes posse pro suis orare fidelibus in Christo fratribus.

Sãcti sunt ĩ charitate perfecti.

Hæreticorũ dementia.

Quod si Ioannes exosam rem, in Christiq; iniuriam cedentẽ fecisset, votis Petri apud ipsum faciendo satis, qũo exauditus fuisset, seu petitum obtinuisset, & non potius exprobratus vterq;, & expulsus fuisset? Absit igitur vna impietate, & authorem vitæ, & Ecclesiæ colũnas, alumnosq; tam Christo dilectos cõdemnare. Quisquis igitur humiliter de se sentit, eleuet oculos suos in montes, vnde veniat auxilium illi. Auxilium (inquã) à dño, qui fecit cęlum, & terrã. Qui nec Petro meliores sum⁹, nec eo chariores Christo; ad chariores adhuc accedamus. Petrus ad consequendã gratiã, & quidẽ satis tenuẽ, paruiq; momenti ad dilectũ conuertitur, vt & nos cõuerti discamus ad Christi dilectos, secũ discũbentes, ad potiora cõsequenda dona, & magis proficua salutis nostræ subsidia. Hoc enim certo didicimus nihil charis suis, nihil suis dilectis negaturum Christum; familiaribus suis, & sibi coniunctis facilè concessurũ quidquid poposcerint, prout inferius, vberiùs explicabitur.

Nihil charis amicis suis, & dilectis denegat Deus.

Innuit ergo, &c. Nec prætereunda est Petri modestia, in hoc pſertim quod tã parcè in mẽsa sit locutus, parcè (inquã) quia vel nulla ꝓrsus voce, vel solo susurro musitauit in aure discipuli discũbentis apud ipsum. Illud qđ cõmune erat in votis oĩum, significauit. Attende & nascentis Ecclesiæ primordia, conuiuia qualia, in quibus nullus illuuiei locus, edulia paucis obsonijs, ꝓ necessitate, non ꝓ voluptate desumpta. Castrimargię absunt, procul bacchanalia extãt, nulla absentiũ detractio, scurriliũ illecebræ nullæ, excãdescentiæ in silentiũ cõuersę. Nec personant ora lambentiũ vix fercula, nisi mærorẽ recensitæ passionis Saluatoris. O salubre Christi discipulorum conuiuiũ, in quo fuerũt lachrymę eorũ panes ipsorum die, ac nocte. In quo (inquã) poculum suum cũ fletu miscebant. Væh aũt (contestatur Euangelista) qui saturati estis, quia esurietis. Væh (inquit Propheta) qui potentes estis, ad bibendum vinum. Væh qui con-

Rara, & pauca erãt olim ciborũ, & eduliorum genera.

Luc. 6.

Isa. 5.

A surgitis mane ad sectandam ebrietatem, vt vino æstuetis: propter quod (inquit) dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino.

Attende quibus canticis conuiuantes demulceat dominus, & magister noster. Attende insuper ineptias, & ludrica quæque depulsa. Messui (inquit) myrrhã meam cũ aromatibus meis. Ecce amaritudinẽ myrrhæ cũ suauitate aromatũ paruulis suis exhibitã, & in tanto conuiuio præparatam. Ibi myrrha est miscenda, vbi passionis Christi memoria est mente volutãda. Aromata fragrantiæ sermonis, & verborum Christi in conuiuio sunt exhibẽda, vt comedat aĩa panẽ cũ melle suo,

Cant. 5. Christi cõuiuiũ myrrhæ amaritudine est respersum

B & vinum bibat cũ lacte suo. Ideo.n. plerunq; dñs cũ publicanis, & peccatoribus mãducabat, vt caperet cibo spirituali, quos cibo corporali captos habebat: maximum.n est symbolũ cibi ad cibum: sic.n. & Samaritanam sitientem aquã, captauit ad puteũ, ibiq; occasionẽ nactus ad aliam longè salubriorem aquam eius euexit animũ. Sed & cum pauisset turbã multiplicatis panibus in deserto, ad sui corporis, & sanguinis sacramenta sermonem conuertit. Hinc igitur apud grauiores viros commensales laudabilis mos inoleuit, vt inter comedendũ, sermo, seu lectio, siue concertatio spiritualiũ haberetur, quibus velut illecti, facilius degustarẽt, quæ

Laudabilis consuetudo habẽtium ĩ cõuiuijs suis sacros sermones, & lectiones.

C mente ruminanda velut superiorũ ientacula ꝓponunt, qui tunc satiabuntur cum apparuerit gloria Domini.

Itaq; cum recubuisset ille super pectus Iesu, dixit ei. Domine quis est, qui tradet te? Ad thecã thesaurorum diuinorum Ioãnes accedit, vt quæ sibi, & nobis sunt necessaria inde desumat. Hæc est archa, in qua recludũtur tabulæ legis, florens virga, manna cœleste. Ad hanc propius Ioannes accedit, vt inde hauriat, quæ ad legem, quæ ad virorem, & quæ ad dulcedinis suauitatẽ cœteris exponat, ac dispenset. Scit.n. quia flatus, qui recipitur in pectore, dum est in pectore, pectoris suscipit qualitates, & exiens secũ defert, quæ ibi susceperit.

Flatus in pectore receptus pectoris suscipit qualitatem.

D Vt igitur dum respirat Christus, attrahatur in pectore Ioannes, recumbit super pectus. Est enim pectus locus cordis, à quo cor, vel angustiatur, vel reficitur. Hinc.n. velut armariolum, in quo recludantur quæq; bona, vel mala, quæ sunt in homine, à quo exeunt, vel quæ dilucidant, vel quæ coinquinant hominẽ. Nec.n. iniuria, nostra tundim⁹, & percutimus pectora, cum castigare, & punire cogimur, quæ peccata commisimus. Cuius præstantia in eo comprobatur, quod dñs illud iusserit tantis ornari gẽmis, auro, lapidibus pretiosis. Hoc erat rationale tam nobili structura confectũ, quod ante pectus suum deferre Aaron iubebatur; in quo nomina

Exod. 28.

E filiorum Israel conscripta erant. Pones (inquit) in rationali iudicij doctrinam, & veritatẽ, q̃ erũt in pectore Aaron, qñ ingredietur coram domino. Nec licitũ erat sacerdotib⁹ comedere pectusculũ, quod oblatũ erat in sacrificio hostiæ salutaris, nisi in loco mundissimo.

Rationale iudicij veritatẽ continens, & doctrinã defferebat Aaron ante pectus suum.

Itaq; cum recubuisset, &c. Domine quis est, qui tradet te? Ego solius spectator vultus nequeo proditorem agnoscere; quæso te scrutatorem cordiũ, quis est tam à seipso diuersus, cui facies tam in humana, & mens tam effera inest? Quis horum tam impius, tam inuerecundus, tam ingratus, quemnã adeò honestatis inuasit obliuio, vt in tantum facinus prolabi valeat? Neminem vnquàm offendisti, multa & grauia beneficia singulis contulisti; nos eos bonorum tuorum par-

L ticipes

ticipes effecisti, nec me capit quis possit tanti sceleris patrator effici. Ideo exanimis angor donec mihi aperias tui corporis proditorem, tuæ vitæ insectatorem, & nostræ congregationis æmulatorem. Potiora mihi archana reuelasti, præstantiorum secretorum me conscium pro tua benignitate fecisti. Hunc quæso, & pande mihi tui proditorem. Mihi non fido, alios qui judices non habeo, tuum est secreta tuis fidelibus pādere. Nè dicas rogo, secretum meum mihi, secretum meum mihi. Sed dilectus meus mihi, & ego illi.

Solus Ioānes à Christo proditoris scel' exquirere nō diffidit

Itaq; cum recubuisset ille, &c. Quiescentibus, & recumbentibus datur petendi aditus. In illa die (inquit) in nomine meo petetis, & quidquid petieritis fiet vobis, vt gaudium vestrum sit plenum. Valde enim de bonis aliorum gaudēt sancti, nec pro seipsis aliquid petituri sunt vltra, sed vt suis nos subleuent patrocinijs, & foueant præsidijs. Ecce personarum, & temporum opportunitas. Cum recubuisset ille super pectus pro Petro postulauit. Dum sibi nil postulandum restat, qui omne potiuntur bonum, pro alijs postulaturi accedunt.

Respondit ei Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Quasi dicat. Non possum abscondere amicis veritatem. Nihil mihi occultum reseruo. Iam vobis antè dixi, eum mei proditorem esse, qui manducat panem meum. Meus præcipuè est panis, quē præ manibus teneo, vel præparatum ad comedēdum ante me positum habeo. Ideo illum esse intelliges, cui ego panem meum porrexero. Et non solum panem, sed panem intinctum: Promisi quidem tantum panē: sed vt sapidior illi meus sit panis, intinctū adipe illi exhibeo, quia sapida quæque mea dona & dulcore plena efficio. Pinguis est panis meus, præbens delitias Regibus. Non sunt vulgaria dona mea, sed mira pinguedine, & indicibili suauitate respersa. Suauis sū ego vniuersis. Do ego escam omni carni: do & iumentis escam ipsorum, & non tantum pullis coruorū me inuocantibus. Verum & teterrimo huic coruo signa adhuc meæ dilectionis exhibeo, cui panis mei portionem, etiam non poscenti tribuo. Ideo ille est cui, &c. Hac beneuolentia inimicum meum, mihi insidiantem tanto æstu me prodendi feruentem, ad sedandam furoris sui in me rabiem: ego præuenio, obsonio meo illum pascens, quò facilius obseruetur charitatis officium, & pietatis obsequiū, de quo præceptum est. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, & si sitierit, potum da illi. & iterum. Benefacite his, qui oderunt vos. Ego hanc perditam meam ouem quæro, ad hanc errantem me conuerto, ramum ostendo viridantis oliuę, & cibum porrigo, si quo modo tracta dulcedine panis oblati, vel allecta benignitate pastoris, conuertatur à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis, & viuat. Hoc signum dilectionis in conuiuijs apud Macedones approbatum erat, qui eam sibi in sponsam eligebant, cui panis sui partem in mensa tribuebant. Ad hūc igit Christus conuersus omnēs popondisse animū videm', quem sibi ascire & inuitare ad comparticipationē omniū bonorū suorū, vt voluit vulgo df. Vsq; ad obolū.

Panē intinctū, & sapidissimū Chrus Iudæ porrigit & ministrat.

Macedonū consuetudo de vxore sibi ī mensa deligenda.

Ille est &c. Adæ peccatum, quod temerè in vetitę arboris fructū manus extenderit, in panis maledictione punitum, per panis exhibitionem in memoriam Iudæ reuocatur, quò saltem territus, auertat manum ab insti-

Voluit Chrs, i cor de Iudæ, peccati Adam renouare memoriam.

F tuto, & præscripto cōtra Paradisi sublimiorem arborem, Christum omnium bonorū fructuum authorē. Ipse est arbor omnis scientiæ, in quo sunt omnes thesauri sciētiæ, sciētiæ (inquam) boni, & mali, quo solo bonum à malo, verum à falso noscitur distingui. Hoc etiam signo deterrere Iudam voluit Christus, nihil aliud exhibens proditori, nec alio eum iudicio significans, nisi panis porrectione. Necnon, vt Iudæ feritas canes superare intelligatur, quorum rictus, latratus, & rabies, & sæuitia panis exhibitione sedatur. Soli rabie conciti in beneficos insiliunt canes, soli rabie agitati dominos suos offendūt canes, quibus omnibus sęuior,
G & rabidior conuincitur Iudas. Demum non prodit Iudam dominus, nisi communis mensę beneficij signo: Non prodit eum oculo, non capitis motione, non extensione digiti, non expressione nominis, nè insilirent cœteri, & dissidium oriretur, quo pax perturbaretur, & præsertim tam conspicua conuiuantibus, quibus tā decora tranquillitas esse comprobatur, adeo vt exemplo domini laudabile sit etiam malos in conuiuio sufferre, nec etiam malis detrahere, nec aliorum malorum vitia recensere, etiam si Iudam quisquis alius haberet.

Omnium bonorum fructuum author est Christ', & oīum sciētiarum arbor amēa est, & fructifera.

Cane rabidior Iudas esse cōuincitur.

Aliorū uitia obtecēe est sūmoperè laudabile.

Ille est cui ego intinctum, &c. Vnus erat catinus, vnus paropsis omnium discumbentium communis,
H vnde viciniores remotioribus interdum panes intinctos dapibus pro honestate solent porrigere; ideo ex hac Christi porrectione nullus, vel arguere, vel suspicari poterat prodiium proditorem. Verisimiliter .n. creditū est Iudam, & singulos Apostolos panem præ manibus habere, ideo non solum panem (quod admirationis esset, & suspicionis causa) sed intinctum panē porrigere maluit, sed ad rei typum, factique mysterium proprius accedentes, Iudam à veris discipulis in isto ēt secernimus, velut cui non nisi intincta bucella porrigitur, nemini Apostolorum intinctam pinguedine porrectam bucellā legimus, nisi soli Iudæ, veluti qui nō nisi
I pinguem ad quam solam pro pinguedine inclinaretur, à manu Christi susciperet, nisi enim intinctam pinguedine conspexisset, illam suscipere recusasset. Nec desunt, qui hodie luem Iudæ imitentur, qui ad solam pinguedinem muneris ecclesiastici, & beneficiorum, obtutus defigentes anhælant, renuunt autem quæcūq; non conspersa pinguedine temporalium redditum, quæ autem pinguia cōspiciunt non solum porrecta suscipiunt, sed & inuicem, & è manibus distribuentium quo possunt conatu extrahere moliuntur.

Intīcta Iudę buccella porrigitur.

Disce hīc, q̄ detestabilis sit eorum et dānanda cōditio, q sacra subeūtes ecclesiasticæ dignitatus officia non nisi ad magnos pinguium cēsuū, & redituū prouentus respiciunt.

Ille est, &c. Formam, qua seipsum Iudas specu-
K letur exhibet Christus, qui se sordidum sordidato pane intelligeret sibi porrecto, & tamen in Christi clementia si confisus resipisceret, mente recoleret peccata eius, & vt pannus menstruatæ, & vt coccinum tincta existerent; Aspersum tamen hysopo doloris, & contritionis conuersione emundari posse. Verum cū intinctus panis nullatenus vlterius emundari, & abstergi possit, cuius iuris immunditia intima panis penetralia intrat, Iudę peccatum designat, quo totus contaminatus ipse existebat, immundo Iudæ panis debetur immundus, cuius omnia sunt immunda. Sicut .n. omnia munda mundis, ita & contaminatis, & immundis omnia sunt immunda. Sed & quia habitaculum suorum præcordiorum, immundo spiritui præparauerat sibi mystico sensu immundus panis porrigitur,

Immūdo Iudæ buccella datur immūda.

& vt

& vt agnoſcat à nemine ſe poſſe mundari, niſi ab ipſo porrigente, & ſuam neceſſitudinem ſignificante. Secundum quod ſcriptum eſt. Quis poteſt facere mundum de immundo? Nonne tu, qui ſolus es?

Iob 14.

Ille eſt cui intinctum, &c. Iudas cane frendente effrenior, & inhumanior. Blanditur ille offam porrigenti hero, applaudit, & manſueſcit; benefactori exacerbatur iſte, beneficio indureſcit, intumeſcit, & ſæuior obrigeſcit animo, cognoſcit bos poſſeſſorem ſuũ, & aſinus præſepe domini ſui, à quo fœni pabulum deſumit. Iudas cane iracũdior, boue rudior, aſino ſtolidior, in ipſa etiam menſa non ſibi, ſed domino parata, communi, & dño, & cœteris commẽſalibus, pane, ac edulio omni cibatus, incraſſatus, impinguatus recalcitrat. De quo alibi dicitur: Ecce manus tradentis mecum eſt in mẽſa.

Cane ferocior boue rudior, aſino ſtolidior eſt Iudas, & quiſquis ingratus.

Luc. 22.

Effrenatus animus, nec per beneficia manſueſcit, nec per beneuolentiæ ſigna à cõcepto dolo retrocedit. Cum namq; tanquàm accenſus igne animus indignãtis incaleſcat, veluti perfuſo adipe, per connecta beneficia vehementius inardeſcit. Creſcit inſolenti ſuperbia, malignitas ſæuo, crudelitas inuido. Præuenit Ieſus Iudam, à quo offenſus fuerat, nec ſolum verbis, ſed beneuolentiæ ſignis offenſus offendẽtem præoccupat. Quod vtinam imitari dignarentur, qui vix etiam petitæ paci ab offendente, conſentire cernuntur. Superborum potius ad aures ſæculi formam præſcribunt, infinitis clauſulis, & conditionibus expetitę paci conſentiunt. Quod ſi rogentur ſe primos exhibere ad pacis ſigna inimico oſtendenda, nec ad vnum vale perſuaderi poſſunt. Qui quomodo ſectatores Chriſti, & ideo Chriſtiani vocari poſſint, non intelligo, præſertim cum quod nunc exemplo edocet imitandum alibi præcipiat obſeruandum. Diligite inimicos veſtros, & benefacite his, qui oderunt vos.

Beneuolẽtiæ ſignis præueniẽdus eſt inimicus.

Recuſantes pacis ſę ſera inire cũ proximo, ab eo quantũcũque offenſi, Chriſtiano nomine ſunt indigni.

Matth. 5.

Chriſtus nullis iniurijs laceſſitus irritatur, nullis cõtumelijs irretitur, nullis verberibus à ſua rectitudine commouetur, nulli malum pro malo reddit, ſed è contrario omnibus benefacit: ille æquo animo opprobria irriſiones, contumelias, in aulis Principum, in ciuitatis medio, in oculis, & in auribus omnium intrepidus ſuſtinuit, alapas, ſputa, flagella, vincula, ſpineam coronã, crucem, & mortem ſuſtulit, tandem pro inimicis patrẽ poſt hæc omnia exorauit. Nos miſeri, & ineruditi, vno tantum verbo, aut nutu, adeo fatigamur, vt inſtar montium inflati, fumigemus, debiliſſimoque impulſu deijciamur, & velut ignis in ſpinis ferueamus, & tamen dum nos vehementiores oſtendimus, eo nos infirmiores declaramus, quippe qui, etſi leuiſſimo telo tacti, tamen tanquàm confoſſi dolemus, & agitamur.

Ecce quo ſit ei' deteſtãda ſuperbia, qui vix minimo iniuriæ ſigno laceſſit', aut verbo vndiq; fulminat, & indignabũdus minis terret, & fumigat ita vt mõtes tremeſcant ad eius irã ſe iactabũdus extollat, & demoniaco faſtu plen' homũcio vix vt ſecũ quiſpiã de pace agat audire dignatur.

Cœterùm præuenit nos Deus in benedictionibus dulcedinis, ipſe nos præuenit beneficio, qui nos præuenit amore, ipſe etſi à nobis offenſus, & criminibus irretitus, nos ad pacem inuitat, ad reconciliandum nos ſecum vocat. Vocaui (inquit) & renuiſtis. Per nuncios, & legatos pacẽm nobiſcum poſtulat, ſicut ait per Prophetam: Ite Angeli veloces ad gentem, &c. Mittit Prophetas. Miſit, & filium, vt ſaluetur mundus per ipſum; per quem reconciliationem accepimus. Miſit Apoſtolos, & Euangelicos viros, verbi Dei concionatores. Pro Chriſto legatione fungimur, tãquàm Deo exhortante per nos. Vide quam libenter, quamque promptè ſeipſum exhibeat dominus ad componẽdam

A pacem nobiſcum. Chriſti diſciplinam ſuſcipe, & illũ, qui tibi, magiſtrũ exhibet ſe imitare; deſine ab ira, & derelinque furorem, quoniam inquit Proph. Qui malignantur exterminabuntur. Relinque proximo tuo nocenti tibi, & tunc deprecanti tibi peccata ſoluentur. Inquit ſapiens, & ſubinde ſequitur, Homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouiſſimorum, & deſine inimicari. Quid eſt autem, quod deſinere iubemur inimi-

Pſal. 36.

Eccl. 28.

Ibidem.

Nota, & perpende hęc ſedulo.

B cari, niſi à copijs inimicorum abſtinere? Tanq̃ diceret. Tantos enim tamque ſæuos habentes inimicos, quibus ex nobis reſiſtere non valemus, quomodo augere nobis inimicos non timemus?

Timebat Pharao, nè ingruente aduerſum ſe bello, Iudaicus populus inimicis ſuis adderetur, & ideo in bello magis periclitaretur, & ſibi videbatur conſulere maſculos omnes infantes, qui naſcerentur, occidere. Nos autem, quorum colluctatio non eſt tantum aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus Principes, & Poteſtates tenebrarum harum, qui cum mundo, carne, & demone continuis congreſſibus periclitamur,

C nobis inimicos cumulamus?

Pharao.

Dementiſſim', & parũ vitæ ſuę & ſalutis ẽ prouid', q nouos ſibi in dies accumulat inimicos.

Ille eſt cui intinctum panem porrexero, &c. Mirum iudicium, obſeruatione digniſſimum. Intinctus panis in ſignum datur proditionis, immũdo panis exhibetur immundus, vt vno aliud dignoſcatur. Hoc eodem argumento idem vſus eſt dominus ad inſinuandã proteruiam, & immunditiam filiorum Iuda. Quaſi ſubcineritium hordeaceum comedes illud, & ſtercore, quod egreditur ab homine, operies illud in oculis eorum; Sic comedent filij Iſrael panem ſuum pollutum inter gentes, ad quas eijciam eos. Hoc in Iuda obſeruauit, quem à ſe, & à ſuorum diſcipulorum conſortio

Ezech. 4.

D mox eiecit. Cum enim panis ſingulari ſymbolo cum Chriſto conueniat, in quo ex multis granis vnum commune, vtile & delectabile conficitur corpus, quod in clibano panis efficitur, ita & fideles, qui charitatis nexibus Chriſto vniuntur, eiuſdem capitis vnum corpus, multi qui conuenimus, efficimur: ideo Chriſtus ſub panis nomine plerunque ſe nominat, & ſub panis ſpecie ſeipſum nobis communicat.

Singulari ſymbolo panis refertur ad Chriſtum.

Iudas intincto, & commaculato oblectatur pane, qui iniquitatem magis elegit, quàm æquitatem, immunditiæ ſuæ prauitate, etiam quæ ſancta ſunt cuncta commaculãs; nihil purum impurus, nihil ſanctum im-

E pius penes ſe retinere poteſt, & cum peruerſo peruertuntur ſingula, quia ſuæ malitiæ cœno omnia fœdat, non ratione rei ſanctæ receptæ, ſed ratione ipſius recipientis indignè, tanquam ſancta, quæ dantur canibus, ſeu margaritæ, quæ traduntur porcis. Hæc faciunt Hæretici omnes, qui Dei verbum, in quo viuit homo, quod procedit de ore Dei, ſacram. ſ. ſcripturam, non niſi commaculatam recipiunt, carnalibus ſemper intinctam iuribus, à ſua ſinceritate diſtractam, ſolo adipe carnalium illecti ad eam partem tantùm ſuſcipiendam trahuntur, per quam ad oblectamenta feruntur.

Immundum contrectãt panem Hæretici.

Supereſt illa beneficiorum menſa in Eccleſia, cui vtinam vnus tantùm Iudas accumberet, nec mirum videtur vnum adeſſe inter tantos, qui pinguedine, &

adipe potius, quam pane traheretur, cum inter multos supra duodenum numerum vix vnus recipiatur, qui sine adipe, & pinguedine oblatum sibi panem suscipiat. Episcopatum desiderant, non quia opus bonum, sed bonas opes contineat. Bonum opus quidem, quia graue opus; bonum pondus, quod graue dicitur: Vnde statim subintulit, qui bonitatem operis simul insinuauit. Oportet enim (inquit) Episcopum irrepræhensibilem esse. Væh gulosis, væh saginatis, væh auaris. & consortibus Iudæ.

Episcopatus munus grauissimum. *1.Thi.3.*

Videant quomodo gaudeant, & attendant quo ferantur animo, quibus datum est opiparis gaudere dapibus. Alia est, & mensa altaris, de qua panem illum cœlestem, quem nobis sumendum diuina bonitas per consecrationem reliquit, quem Iudas immaculatum non sumit, quia sicut sancti dum sanctè sancta pertractant, quæ sancta in se sunt sanctificare dicuntur, ita & qui immundi sunt, immunda quasi facere videntur, etiam sancta, quæ pertractant. Vnde qui Dei nomen sanctum esse non ignoramus, illud tamen sanctificari, idest, à nobis sanctè coli, & venerari rogamus, cum dicimus. Pater, qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum, & graui vltione puniti videntur duo fratres Moyses, & Aaron, qui verbis non sanctis, sed infidelitatem olentibus, coram populo non sanctificasse redarguuntur. Et sicut sanctificare sabbata, & ieiunia, ac dies solennes adeo iubemur, non quasi illa à nobis suam suscipiant, q̄ à Deo susceperunt sanctitaté, sed quia nos, sanctè ea sancta pertractare debemus.

Mensa Christi.

Moyses, & Aarō peccatum. *Num.20.*

Admonet Iohel nos sanctificare ieiunium, nil sanctitatis aliunde, quàm in nobis ostendens requirendum. Polluitur templum sanctum Dei, polluitur tabernaculum nominis eius, polluitur mensa Domini, polluuntur ab ipsis, qui polluti, & immundi sunt, omnia sancta, qui quantum in ipsis est, ea, dum non sanctificant, polluta per ipsorum impietaté reddunt. Hinc rectè conqueritur Propheta ille. Mensa Domini despecta est, offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis. In quo polluimus te? & dicitis. Mensa Domini contaminata est, quod superponitur contemptibile est, cum igne, qui illud deuorat. In hoc mensa Domini contemptibilis efficitur, dum contemptibile dicitur, quod supraponitur, & offertur.

Polluunt sancta immundi. *Malac.1.*

Audiant Hæretici, audiant prophani, audiāt, & qui altari diuino deseruiunt. Datur Iudæ panis pollutus, quia omnis Iudas, qui pollutus ad Dei mēsam accedit. Vnde Apostolus. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat, & bibit indignè iuditium sibi manducat, & bibit, non diudicans corpus Domini. Per panem intinctum quid aliud denotatur, quàm Iudæ animum iam esse maculatum? Sicut & supra inquiebat. Et vos quidem mundi estis, sed non omnes: sciebat enim quis nā esset, qui traditurus ipsum esset. Sanctis auté, & mundis munda remanent eorum obsonia, iuxta quod scriptum est. Melior est bucella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. Bucella sicca intus suum gaudium in animo continet, quia spiritualia beneficia pinguedine animæ, sua paupertate fruuntur; habentes victum, & vestitum, his contenti viuunt. Qui autem mundanis opibus pinguescunt, in portionem Iudæ ex auaritia, aut auiditate plerunque trahuntur. Sis

1.Cor.14 *Prou.17.* Bucella sicca. *1.Thi.6.*

F igitur tu mundus, & omnia tibi sortiuntur munda; sis purus, & nitidus, & à nullo maculaberis immundo.

Et cum intinxisset panem dedit Iudæ Simonis Iscariotis. Nec tamen erubuit de manu Domini duplicia suscipiens, nec resipuit Christi agnita in eum charitatis benignitate, sed cum emolliri debuisset beneficijs, & quidem non vulgaribus, magis autem singularibus, proteruior durior que effectus, haustum sibi indignationis auget, & ex illorum Pharisæorum genere, quorum pertinacia beneficijs augebatur. Suscepit igitur exhibitam sibi bucellam abutens benignitate Christi, omniaque miser in sui detrimentum conuertens. Abjit enim, vt bucella aliquid mali operata sit in Iuda, sed G velut serpens in virus suæ prauitate naturæ, & panem, & carnes, & esculenta conuertit; ita impius coinquinatur in omnibus.

Nihil mali operata est bucella à Christo Iudę tradita.

Et post bucellam introiuit in eum Sathanas. Iam pridem Iudam Sathanas circumdederat, iam in corde Iudæ multa immiserat, iam occupauerat Iudam, eumque funibus peccatorum implicitum in sui seruitutem redegerat; Quod autem hic de eo dicitur, valde per horrendum, & plusquam dici potest detestandum. Mala est præsentia inimici, deterior est subiectionis relegatio; pessima autem est inhabitatio, non in sola H exteriori domo, sed in interioribus animæ præcordijs. Pulsauit prius Sathanas ad ostium Iudæ, & non propulsatus, intrauit. Quid est autem intrare Sathanam in hominem, nisi totum hominem occupare? Haud tamen energumenus fuisse Iudas credendus, nè traditus Sathanæ obsessus ab eo fuisse dicatur, sed sicut quis iustus Spiritu Sancto ad bene operandum agitur, ita impij; dum præcipites in mala corruunt diabolico agi spiritu nuncupantur. Hi autem effectus sathanici euidenter Iudam arguunt plenum Sathana. Quandoquidem, sicut Apostoli recepisse Spiritum Sanctum dicti sunt, cum & euidentius, & abundantius effectus, I & opera Spiritus Sancti in eis emicuerunt, ita & mali, Iudasque impius post bucellam Sathanam recepisse intus dictus est, non quasi prius sine Sathana extiterit, quo suggerente, Christo exhibitæ pietati detraxerat contra sedulæ charitatis obsequia murmurauerat, auaritiæ iam animum dederat, proditionis iam se authorem cogitauerat; & tamen nunc, quia manifestius operum Sathanæ authorem se ostendit, eiusque ministrum vsquequaque, & hostem Christi in aperto se recedendo propalauit, māc ipiū Sathanæ esse describitur.

Habebant Apostoli, qui mundi erant, ante resurrectionem Spiritum Sanctum: habebat & Iudas à munK dis pro sua immunditia exclusus, ante proditionem Sathanæ spiritum, quo apertiùs impellente, ad grauiora nunc eum recepisse mala describitur, velut tunc sanctum illum paraclytum spiritum suscepisse, nouis, & euidentioribus prodigijs dicti sunt, qui sancti erant; haud tamen affligebatur à dæmone Iudas in corpore, quod obsessorum est pœna, sed agebatur spiritu sathanico euectus ad impietatis culmina. Satius autem Iudæ si velut Hymeneus, & Alexander, traditus fuisset Sathanæ, quo torqueretur corpore, qua vexatione non damnatio animæ, oppressionem parietis, sed salus spiritus Sathanam detestantis facilius fuisset subsequuta. Sic enim Apostolus illos tradidit, vt à blasphemia cohibiti saluti eorum consuleretur.

Non torquebatur à dęmone Iudas velut obsessus corpore, sed méte.

1.Thi.1.

Pe:

Nunquã per essentiam illabit diabolus mentibus humanis.

Per solum igitur effectum, & inspirationis affectum mentibus hominum Sathanas illabitur, nunquàm per essentiam, qui in loco esse dicitur per solam operationem. Solus autem Deus per essentiam iustorum mentes inhabitat, qui est in rebus per essentiam. Longè igitur melior, & virtuosior est conditio spiritum sanctum possidentis, quàm Sathanam recipientis, qui nunquàm nec illabi per essentiam, nec pertingere potest per immediationem ad secretiora cordis, & essentialia naturæ, nec occultissima intrare præcordia, & penetralia ipsa rimari.

Panis proprietas. Ps. 103.

Et post bucellam introiuit. Hæc enim proprietas panis esse à Prophetis describitur, vt cor hominis confirmet. Quid potuit igitur bucella in Iuda operari, qui impius erat, & dolis plenus? Non instituit bucella, sed confirmat. Igitur non impium ipsa facit, sed impium sumentem in impietate corroborat: iustum verò consolidat in iustitia, secundum quod scriptū est. Qui iustus est iustificetur adhuc, & qui in sordibus est sordescat adhuc, & qui nocet noceat adhuc. Hæc panis præstitus operatur, hæc Dei beneficia in mentibus, vel prauorum, vel piorum inducunt, vt vnde humilian tur isti, insurgant illi, vnde Dei digitum ad se conuertunt isti, Dei digitum in se concitent illi. Nolunt benedictionem, & ideo elongabitur ab eis. Induerunt maledictionem, sicut vestimentum, & introiuit in interiora eorum, & sicut oleum in ossibus eorum.

Apo. 22.

Esto autem hæc bucella non esset panis ille viuus, vel ille supercœlestis panis sacrosancti sacramenti corporis Saluatoris, cum non fuerit vllo verbo à Christo consecratus, imò soli Iudæ traditus: cuius institutionis sacramenti apud cęteros euangelistas prolixioribus recensetur eloquijs, quod omnibus sit traditum, & ipsi Iudæ adhuc occulto proditori, & scelesto exhibitum, figamus hic pedem, quid de illo pane cœlesti indignè sumpto credimus, qui communem tantum panē, quod pia, & mera beneficentia, à Christo propinatum videmus, temerario ausu desumptum, tantum Iudæ præiuditium præstitisse, vt etiam Sathanam totum sibi Iudā acquisiuerit; apertè conspicimus. Vnde Apostolus nulla potuit meliori methodo multa mala perstringere, quàm vt diceret. Qui enim manducat, & bibit indignè, iuditium sibi manducat, & bibit, non diiudicās corpus domini, siue etiam reus erit corporis, & sanguinis domini, quod idem est dictu. In tantum hoc se extendit facinus indignæ sumptionis tanti sacramenti, vt eas sit daturus pœnas, quas, si occidisset Christum, quis verè persolueret. Hoc enim est sibi iuditiū manducare, iuditij pœnas sibi acquirere, idest, damnationis sententiam à seipso sumere.

Panis Christi indignè sumptu effectus.

1. Cor. 11.

Indignè sumēs eucharistiam ea pœna puniēd' ē qua Christi homicida puniē.

Attende igitur quanta opus est discussione, quanta oportet puritate pollere, ad mensam accedentē Christi. Quomodo hic non arguunt suam infidelitatem hæretici, qui tantam reuerentiam, imò & tam arduam contestationem audiunt, qua nulla maior, in his, qui indignè sumunt, & indignè ad illud accedunt? Quid superest (rogo) hoc tantum conculcantibus sacramentum, tam temerè illi detrahentibus, & contra illud debachantibus, nec non sacrilegas manus in illud inijcientibus?

Ecclesiæ iactura, & damnum.

Cœterum hinc auspicari nostrum exitium, & Ecclesiæ detrimentum possumus, qui indignè accedimus, A indigneq; sumimus tantum sacramentum, & plerunq; peiores efficimur, qui irretiti peccato, & corde sordidato sumimus panem illum, corda confirmantem, qui tanta abutimur præstantia, dum malè sumimus, quod bonum in se est, & impræparato animo, quod ad medicinam ordinatum est, & ad salutem, in venenum, & exitium, pro mala sumentis dispositione conuertitur.

An Iudæ panis exhibitus esset consecratus.

An autem bucella ista fuerit panis mensę communis, aut panis consecratus, quem eucharistiam nuncupamus, non vna omnibus est sententia. Ad cuius rei euidentiam, solis euangelistarū verbis innixi, quod cō-B gruentius videtur, adducetur. Et primò quidem de nomine bucellæ illud aduertendum, quòd inter panem, & bucellam talis prætenditur differentia, quod panis simpliciter nuncupatur, qui nulli alteri materiæ commiscetur, sed sola farina componitur, seu copulatur. Quidquid autem tam intrinsecus, quàm extrinsecus, farinæ, seu pani additur, alio etiam nomine adulteratur. Christum autem panem consecrasse apertè euangelistæ declarant, & Christus sub panis nomine seipsum nominauit; Dixit enim: ego sum panis vitæ supra. Panis quem ego dabo. Qui manducat hunc panem viuet in æternum, supra. Bucellam autem nul-C libi pro sacramento corporis Christi acceptam reperimus, denotat enim non simplicem panem, sed permixtum alia substantia, vnde aliqui transtulerunt (& maximè Greci) pro bucella offam, quod maximè dignitati corporis Christi congruat, quandoquidem neque etiam in fermentato, sed tantum in simplici pane azymo liceat consecrare.

Ioan. 6. Ibidem.

Nota

Aliud insuper obseruandum occurrit Christum videlicet neminem bis communicasse, omnesque Apostolos eiusdem fractione, & consecratione panis, cunctos communicari voluisse, iubente ipso, ac dicente. Accipite, & comedite ex hoc omnes. Cum igitur Iu-D das cum cœteris communicatus fuerit, non videtur relinqui locus ad dicendum, nunc in porrectione bucellæ Iudam communicatum fuisse. Quapropter nulla facta fuit mentio consecrationis illius bucellæ propter quam à communi ratione panis distingui posset. Quod nec verisimile est, euangelistam rem tanti momenti, sicco pede pertransisse. Qui enim retulit huiusmodi bucellam intinctam, iure illo existente in catino, nec etiam silentio pertransisset, quin aliquid de eius consecratione attigisset. Additur, & his nunquàm Christum aliquem seorsum communicasse, quod vtique asserendum esset, si Iudam, vt par est, cum cęteris com-E municasse defendamus, quod inter cœnandum occurrit, nunc etiam si diceremus eundem per bucellam cōmunicatum fuisse, qua porrecta in fine eiusdem cœnæ, semel atque iterum communicatum fuisse constaret.

Pulcherrima ratio hæc est, & potentissima.

Præterea cum ratio sanctissimi sacramenti eucharistiæ non permittat sine consecratione sanguinis corpus consecrari, ibique nulla fiat mentio consecrationis calicis sui sanguinis, non videtur asserendum bucellam illam consecratam fuisse, quādoquidem, augustissimum hoc sacramentum eucharistiæ, in memoriam passionis Christi institutum non debuit carere consecratione sanguinis seorsum à corpore per quā expressiùs mors Christi describitur, & repræsentatur. Esto post consecrationem, quæ etiam pertinet ad rationem

sacrificij conseruari possit hostia consecrata ad vsum fidelium communicari volentium, cùm iam repræsentata fuerit eiusdem Saluatoris passio in conficiendo sacramentum. Neque cogit, quod dicitur cum accepisset bucellam intrauit in eū sathanas, quandoquidem ad insiliendum in Iudam, non fuit necesse Iudam communicari, cum nullum patrocinium possit dare criminibus virtus Saluatoris.

Quorundā doctorū opinio.

Scio nonnullos ex præcipuis doctoribus in aliam sententiam diuertere, ex hisque bucellam consecratam arguere, quæ omnia remitto, vt vnusquisque in suo sensu abundet, & meliori iuditio hæc omnia relinquo. Video tamen Augustinum in meam esse sententiam, si tamen occulatiùs eius scripta scrutemur. Video, nec Augustinum, nec plures doctores ex præcipuis Ecclesiæ bucellæ nomine, panem intelligere consecratum. Videtur quidem Augustinus sententiæ Origenis subscribere, quo in loco verba habet præseferentia panem hunc, quem bucellam vocamus consecratū fuisse, ibique corpus Christi extitisse. Dicunt aliqui (inquit) ita ne hoc meruit panis porrectus de mensa Christi, vt post illum intraret in discipulum Sathanas? Quibus respondemus (inquit) hinc potius nos doceri, quàm sit cauendum, malè accipere bonum, si enim corripitur, qui non diudicat corpus domini à cœteris videlicet cibis, quomodo non damnatur, qui ad eius mensam fingens se amicum inimicus accedit? Verum cū hanc nactus esset occasionem Augustinus alicuius nostræ eruditionis ad dignam præparationem sumendi sacramenti, non conuincimur, ita vt asseramus sententiam eius, & mentem, quam inferius apertiùs ipse declarabit, bucellam illam eucharistiæ sacramentum extitisse. Propterea enim supra inquit, dicunt aliqui, quasi non suam, sed aliorum sequens opinionem. Quapropter, & hæc subintulit, quid autem miraris si datus est Iudæ, panis Christi per quem est diabolo mancipatus, cum è contrario, videas datum Paulo, angelum sathanæ per quem perficeretur in Christū, & ita malo bonum obfuit, sicut & bono malum profecit, non damnat itaque hic Augustinus opinionem aliter sentiētium, sed ex ea nobis aliquid abducit in documentum. Sicut & Apostolus occasionem sumpsit prædicare Atheniensibus Christum Saluatorem, cùm Athenis aram quandam aduertisset, in qua scriptum erat. Ignoto Deo, esto, nullus Ethnicorum aram Christo, vnquam erexerit. Subdit enim tandem Augustinus. Non enim (vt putant quidam, negligenter legentes) tunc Iudas Christi corpus accepit (videlicet qn̄ bucellam deglutiuit) intelligendum est enim, quod iam omnibus eis (Apostolis videlicet) distribuerat dominus sacramentum corporis, & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas erat, sicut S. Lucas euidentissimè narrat, ac deinde ad hoc ventum est, vbi secundum narrationem Ioannis apertissimè dominus, per bucellam tinctam, atque porrectam suum exprimit proditorem, per panis tinctionem, fortassis illius significans fictionem. Si autem bonum aliquid hæc significat tinctio, eidem bono ingratum non immerito est secuta damnatio. Hæc ille.

August. tract. 62. in Ioan.

Augustin' cum Origene consentit.

Act. 27.

August. ibidem.

Cur post bucellā intrauerit in Iudam Sathanas.

Quomodo autem, siue quare post bucellam assumptam sathanas in Iudam intrasse dicatur, accipiendum est ex eo sathanam in totum Iudam intrasse, quod ipse Sathanas totum Iudam occupauerit, suumque mancipium effecerit, ita vt nihil esset in Iuda, quod non possideret Sathanas, suumque Sathanas fortissimum instrumētum statuerit, vnde Iudas statim proditionē Christi effreni mente, proteruoq; corde machinatus est, oculos torsit in Christum, lingua prodit magistrum, manibus sanguinis pretium suscipiens, pedibus ad patrādum facinus incunctanter egrediens; Indignationis autem Iudæ causam ob quam irretitus, nunc magis, q̄ anteà decernatur, ea vna esse videtur, quæ indignati animi causa, siue occasio esse prætenditur; est enim prauorum singularis quædam conditio, beneficijs potius exacerbari, quàm demulceri, quò enim magis mites se ostendunt in impios iusti, eò magis insolescere solent in illos, & quidquid benefica manu, & pacificis verbis iusti agunt in impios, quos exacerbato animo insequūtur; totum velut oleum in accensum ignē superignitis carbonibus infundunt; Scimus Iudam iam indignato animo in Christum insurrexisse, insolenterque aduersus ipsum murmurasse (alio euāgelista attestante) eundem dixisse aduersus mulierem opus beneficum Christo exhibentem, ad inungendumque eundem, vnguentum effundentem, vt quid perditio hæc? Poterat enim vnguentum hoc venundari multo, & dari pauperibus...

F

G

Impij, & ingrati beneficijs collatis exacerbātur.

H

Ipse tendicula, seu laqueos aduersus Christum parabat, & velut aranea quidquid à floribus verborum, & actionum Christi in se suscipiebat, totum pro sua malignitate, in venenum conuertebat. Singulare hoc vltimum beneficium Iudæ exhibitum, in virus aduersus Christum conuertit, dum suscepto pane intincto à benefica illa manu Saluatoris, quod non vulgare est signum singularis dilectionis, quo vti solent, qui commensales obsonia, accipere merentur à principibus, quasi præ cœteris commensalibus testibusque singularis dilectionis, quo demulceretur animus proterui hominis Iudas secus, seipso proteruior efficitur ex collato benefitio, cum nulli alteri singulariter huiusmodi signa dilectionis saluator exhibuerit. Itaque cum & Iudas superius audiuisset ab ipso Christo, adesse vnum ex cōmensalibus, & apostolis eius, qui secum panem manducabat, imò & cœnabat, sciscitantesque cœteros, Domine quis est, qui tradet te? licet Christus palam, quod occultum erat facinus prodere noluerit, tamen Iudas cum vidisset Petrum secretò alloquentem Ioan: statimque Ioan: secretò alloquutum fuisse Christum, eundemq; Christum aliquid secretò respondisse Ioan: nunc Iudas conscius ipse sibi, putauit de se omnia dici cogitauitque, ac facilè in seipso firmauit porrectionem illam bucellæ ad prodendum illum secretò Ioan: traditam esse, qua suspitione agitatus efferbuit, & aduersus Christum animo firmauit.

I

Perspice (rogo) hìc miram authoris sapientiam, prudētiā, & modestiam, qūo nullius doctoris aspernatus sententiā, quæ sibi & pleris q; alijs verisimiliꝰ ē in medio locet, & statuat.

K

Et post bucellam introiuit. &c. Tanquā in sibi acquisitam domus mansionem, in ea æternaliter regnaturus, velut in possessione confirmatus intrat Sathanas: in cu ius ingressu quidquid boni in Iuda reperire potuit, totū abiecit, vt eam scopis mundatam, vltro citroque possidere citissimè posset. Secum autem sua omnia defert Sathanas, vt totum quod inerat, ipse possideret, nihilque esset, quod partem cum Sathana non haberet, sua præcordia aperuit Sathanæ Iudas, & qui totus resilierat à Christo, totum se commiserat Sathanæ, qui totaliter apostatauit à Christo, totum se destinauit Sathanæ.

Non

Iudæ mutatio. Non mutatio hęc dexteræ excelsi, sed mutatio sinistræ infimi, qua recedēs à vita, à via, à veritate, ad mortem, ad inuium, ad patrem mendacij se cōuertit, à gratia, & à salute ad damnationē, à gaudijs paradysi ad gehennam inferni, à societate apostolorum, & ciuium supernorum, ad societatem infernalium spirituum damnatorum. O insensate Iuda quis te fascinauit? O mentecaptum virum: virum (inquam) sanguinum, & dolosum, quē abhominabitur dominus. Propterea enim dominus bucellam tradit Iudæ, velut annonam sequelæ, aut quoquomodo illucusque exhibitæ seruitutis. Seruo namque panis, & opus conuenire testatur sapiēs. Eccle. 33. Opus domino, panis sibi. Igitur post suam mercedem susceptam, nihil ulterius cum Christo Iudas habere insinuatur, tanquam dicat. Serue nequam, cuius oculus prauus est, & ego bonus sum. Tolle quod tui est, & vade. Laboraui sustinens te, nunc autem cogor eumere te: vlterius te retinere non possum, & ideo exicito à me mancipium Sathanæ. (Panis Iudę ꝑ sua mercede porrigitur.)

Et dixit ei Iesus. Quod facis fac citius. &c. Non ego hoc tibi iubeo, non talia hortor, sed quod tu iampridē moliris facere, quod pertinaci, & obstinato animo concepisti, hoc pfice, à quo resipiscere nullo modo intelligis. Mihi tandiu ostiū tui cordis pulsanti, mihi te tantis vocationibus, persuasionibus, beneficijs terroribus, promissionibus, & comminationibus postulanti, mihi roganti, & salutem exhibenti, ostium aperire noluisti, ingressum in domum tuam mihi denegasti, & qui me eiecisti, alium non per ostium introductum recepisti: furem, & latronem eleuato contra me calcaneo, furtim intus suscepisti, aditum illi versipelli insidiatori, & blando, homicidæ tamen ab initio reserasti, calcaneo eleuato ingressum patefecisti, iam secum in mei necem conuenisti. ego qui non inuitus ad mortem propero, qui vltroneus ad passionem accedo, velocior vobis curro, & non uos me, sed ego uos anticipo: Vt igitur me præire intelligas, sciasq; non me tractum, sed trahentem: ecce dico tibi, ut quod facis facias citius: Non ego post te uado, sed tu post me.

Quod facis fac citius. &c. Attende Christum ad luctam præparatum. Iudas contra Christum accinctus congressum habet cum Christo vt deijciat, ut præcipitet, & morti tradat; Christus ad certamen præparatus aduersus insidiantem inuitat pręparatum, quasi eum reprehendens, quare pugnam differat, & concitus desiderio colluctandi cum morte, cum diabolo, & cum peccato, exhibet se, & inuitat præparatum ad prælium: sciens neminem coronandum fore, nisi qui prius legitimè certauerit. Quid igitur cunctaris Iuda? Quod facis fac citius. (Parat° est Christ° ad pugnam.)

Insuper cum effectus sis Sathanę: qui nullam conuētionem habeo cum Sathana, vlterius te sustinere non valeo. Sathanicus es effectus, qui obstinatus, & incorrigibilis es cum Sathana. Recede igitur à me operator iniquitatis. O bone Iesu, ne proijcias me à facie tua. Audio Caim meliorem Iuda. Doluit ille: Ecce (inquit) proijcies me a facie tua, & omnis quicunque inuenerit me interficiet me: Non dolet iste malens cū Sathana, quàm cum Christo esse. (Gen. 4.)

Cur Iudā Christ° eijciat. Quid est quod Iudam eijcis ò bone Iesu? Iudam eijcio, quem benignitas mea ad pęnitentiam non adduxit, qui potius abusus, thesaurizauit sibi iram. Iudam eij-

A cio, & velut zizaniam auctam ad messem in medio tritici, euello. Iudam eijcio qui facientes præuaricationes odiui. Declinantem à me malignum nō cognoscebam: detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Et ne intersit vlterius mensæ, ipsum expello, quia super bo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Ego segrego oues ab hędis, iustos à prauis, mundos ab immūdis, sanctos à reprobis: ideo Iudam ab apostolis in aliā sortem diuido. Paschalis Agnus festinanter consumendus est, & vitulus saginatus citò proferendus: Nequeo ego opus Dei negligenter persoluere: nequeo vltra suf-
B ferre peccatum: sed sicut ignis comburens syluam, & sicut flamma comburens montes, ita persequor peccatum, diabolum, mortem in tempestate mea.

Quod facis fac citius. &c. Quandoquidem prorogatio executionis, tibi est ad animi pœnam, ad animæ culpam: cumulatur pęna, & augetur culpa: mihi est ad hastum, cæteris est ad damnum. Cōple igitur quod diu desiderasti, quod tanto liuore concupisti, quod longo tēporis ductu cogitasti. Sed vsque modo nullatenus obtinere potuisti. Ecce me assentiente, me permittente, & sponte concedente, optio tibi datur, tibi aditus aperitur, & uelut è cathenis liber canis prosiliens, seu solutis
C habenis indomitus equus effrenis euasisti, & perrexisti, quò pergere decreuisti. Optio tibi concedit, pro libito ire, & quicquid agere decreuisti, omni petulantia exequaris. Te inuito, protractum fuit negotium, me recusante, me volente tibi interclusus aditus aperitur. Vtere tua petulantia, perfice quod perficere decreuisti. Ego te præibo, qui & mortem etiam anticipabo, propterea qui magna uoce traditurus sum spiritū, quò mortem me anticipare ultrò agnoscar, contestor & tibi me tibi præiturum ad mala. Credis me perhorrescere crucem? me ludibria declinaturum? me cessurum flagellis? me exterritum iri alapis? me succubiturum spina-
D rum aculeis? fore ut territus perhorrescam mortem. Deciperis Iuda. Ad hæc peruenire desiderio desideraui? Hæc amplector sponte. Vsquequo igitur animam meā tollis? Quod facis fac citius. Sic enim Deus ad obstinatos ad proteruos, & ad eos, qui nunquàm conuertuntur ad cor. Apponit iniquitatem super iniquitatem eorum, ut non intrent in iustitiam suam.

Carebat Iudas nuptiali veste; ideo à cęna dominica expellitur. Qui autem à cęna Domini propulsatur hic in tenebras exteriores demittitur. Vnde benè Euangelista retulit, quod noctu Iudas à cęna recesserit. Beati autem protestantur, qui ad cęnam agni sunt vocati. Cę-
E nant enim cum illo, & ipse cęnat cum illis. Est autem cęnare cum agno, agni fruitione gaudere, Verbi fruitione repleri. Ab ubertate domus eius inebriari: satiari cum apparuerit gloria eius: eius oblectari, & beari intuitu, in quem desiderant angeli prospicere. Demum oportebat à consortio Christi, & apostolorum Iudam recedere, cum existant illi, velut stellæ coruscantes in perpetuas æternitates. (Expellit à cœna sua Chrs Iudā nuptiali veste carentem. Apoc. 19) (Agni comestio.)

Quod facis fac citius. Hæc est impiorum sors, qui tanquam fęnum velociter arescent, quemadmodum olera herbarum citò decident. Videtur impius interdum exaltatus, & eleuatus sicut cedrus libani. Transiui, & ecce non erat; quæsiui eum & non est inuentus locus eius. Ecce Sathanam de cęlo cadentem, sicut fulgur, corruisti (Psal. 36.) (Ose. 14.)

corruisti Iuda, in iniquitate tua. Quandoquidem peccata tua diuiserunt inter te, & Deum. Propterea abscindetur de ouili pecus; quæ solo vellere pecus erat, intrinsecus autem lupus rapax, dissipator ouium, & pastoris insidiator; qui omnino abscindendus à consortio iustorum erat, nè prophana sanctis commixta manerent, ne morbida facta pecus totum corrumpat ouile, nè qui tetigerit picem inquinetur ab ea. Ne fortè extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Non vltra igitur te inuitum retineo; sed te tibi committo: meam quam renuis, gratiam subtraho; meum quod despicis auxilium submoueo; meam quam ęgrè fers præsentiam abscondo. Declina à me maligne. Recede impiè à conspectu domini. Procul esto prophane à consortio iustorum.

Côtagiosi peccatores procul a bonis arcêdi sunt.

Ecce fratres quomodo abscindendi sunt, qui nos conturbant. Ipsi nec nos sustinent, qui recedunt à nobis; nec sustinendi sunt à nobis; quos expellere recedentes debemus. Hæreticum hominem euitandum iubet apostolus. Ipsi sunt, qui recedunt à nobis fide, & religione, qui eijciendi sunt à nobis, præsentia, & conuersatione. Etiam si oculus tuus foret, qui scandalizat te, proijciendus est à te. Hi sunt qui domini vineam demoliuntur; qui ineruditos circumueniunt; qui simplices decipiunt: qui sancta conculcant suis laqueis. Labyrinthum construunt, in quo coniecti miseri irretiuntur, qui eorum dolis, ac technis sunt inexperti: adeo vt euadere nesciant, qui retium suorum nodos soluere non didicerunt. Abeat igitur Iudas, abeant pseudoapostoli, quorum pars nulla est cum Christo.

Hæretici deuitandi sunt. *Tit.* 3. Domini vineam uastant hæretici. Hæretici labyrinthû côstruunt quo irretiti obuoluunt.

Quod facis fac citius. &c. Non est quod miremur Christum sollicitasse Iudam facinorosum, ad peragendam proditionem. Duas hinc habemus emergentes vtilitates, alteram Iudæ ipsi propriam, alteram toti humano generi communem. Nam Iudas quantò longius perdurabat in illa obstinatione animi, quò diutius odiú aduersus Christum fouebat, eò damnabilius suæ impietatis culpam augebat: longior enim mora obdurationis in concepto ad perpetrandum vitio, maiorem pertrahit culpam ab illo. Nam & repentini casus etiam humanis, quoquomodo excusantur legibus: eò namque grauius efficitur peccatum, quò longior mora versatur in animo. Quæ circumstantia est à pœnitentibus in côfessione propalanda: quia etsi speciem non uariat: peccatum tamé, quò diutius in animo persistit, eò grauius efficitur, & repetitus sæpius actus voluntatis, quasi in vno peccato, plura peccata committit.

Diù in aîo volutâtes perpetranda facinora dânabiliores fiunt. Casus repêtini quodâmodo excusabiles sunt.

His insuper verbis Christus velut fini propinquus, salutique hominum totus intentus, malo etiam hoc instrumento impietatis Iudæ obfirmato, & in crimine obstinato, ad salutem aliorum vtitur, & ad façinus, in quod se præcipitem dedit, non ad eius exitium, sed ad nostrum beneficium impellit. Velut ipse promptior ad nostram salutem, quàm ille esset ad sui proditioné, & mortem. Si enim proni sunt impij ad malum, quare non promiores erunt iusti ad bonum? Veloces pedes ad effundendum sanguinem Iudas habebat, qui iam laxatis habenis pleno ânimo ad interitum properabat. Iusti autem longè velociores sunt impijs, quia via impiorum complantata lapidibus: & semper iusti impios pręcedunt, & capitur impius in impietate sua. Propterea ait Propheta. In silentio & spe erit fortitudo vestra, & dixistis. Nequaquam, sed ad equos fugiemus: ideo fu- *Esa.* 51.

F gietis, & super veloces ascendetis: ideo velociores erût qui persequentur vos. Tarda enim molimina nescit Spiritus sancti gratia. Hoc enim ait Christus Iudæ quod & cuidam alteri Dominus iubet. Detrahe cito, prędare, velociter spolia. Viros segnes ignauosque reprehendit Apostolus. Sollicitudine non pigri. De stercore namq; bouû, ait sapiens, lapidatus est piger: quia sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lecto, videlicet, pigritiæ suæ. Maximè autem nostram nos vicem dolere debemus, qui omni negligentia in omne diuinû opus ferimus, qui damnata pigritiá, tam lento pede nostræ saluti incumbimus, inexcusabiliq; ignauia, & continuo

Esa. 8. *Rom.* 12. *Eccl.* 22. Pigritię & negligêtię opprobrium.

G domni torpore languentes, velut alienum negotium tepidè, adeò quodcunque peragimus, ut vel euomi mereamur, vel tanquàm opus Dei negligenter operantes, maledicamur. Excutiamus iam nostram in christiano opere socordiam, calcaribus nostrá salutem sollicitemus. Regnum Dei vim patitur, nec omnes brauium suscipiunt, sed (vt inquit apostolus.) Sic currite vt côprehendatis. Non tardemus conuerti ad dominum, nec differamus de die in diem. Etiam Virginibus negligentibus clausa fuit ianua, & interclusus aditus: ideo namq; viatores sumus, & dicimur qui quotidie, tanquam aqua dilabimur, & sola mente detinemur, vbi uelut umbra

Ignauia. *1. Cor.* 9.

H transimus, & tanquàm ventus vita nostra decurrit. Non sic iusti demorantur, qui se hic non habere permanentem ciuitatem intelligunt, futurá autem inquirunt: currunt nô in incertum, sed vt optatum brauium consequantur: imò & saltibus currût, quò citius perueniant, montes & colles, omniaq; impedimenta occurrentia saltibus superant, imò volant. Qui sunt isti (inquit ille) qui ut nubes volant? Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. Adhuc velociùs currunt, qui tanquá sagittę pertransseunt. Propheta dicente. *Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij* excussorum. Et alius Propheta. Posuit me dominus

Esa. 56. *Psal.* 126

I quasi sagittam electam.

Esa. 45.

Vrget Christus sollicitat, qui nostram salutem curat. Surgamus & nos saltem pro salute nostra. Grádis enim nobis restat via: sollicitemus accedere, & currere, qui post cursorem progrediemur.

Quod facis fac citius. &c. Te impium à consortio iustorum separo, te excommunicatum à domo mea expello: te lupum ab ouibus meis segrego, te Sathanam à filiorum Dei consortio eijcio. Quod facis tu fac citius. Nos alio itinere ambulamus: nos aliò tédimus; Tu nobiscum venire non uales, qui aliò tendis. Nos in consilio impiorum non abimus, & in via peccatorû non stamus, nec in cathedra pestilentiæ sedemus: qui te ultra sufferre non possumus. Ideo te expedias, & quod fa-

K cis elongando te a nobis, scientiam viarum nostrarum repellens, fac citius. Sic docuit & alius sapiens. Non ambulandum, nec cômorandum cum impijs, quia pedes eorum currunt ad malum, ad præcipitium, ad interitum. Scio quia modicum frumentum (corruptum videlicet) totam massam corrumpit. Ideo ne ulterius hic pigriteris, sed quod facis fac citius. Te ultra sufferre nequimus, nobis effectus es grauissimus, qui vlterius te sustinere non valemus. Patiens fui, vsque modo sustinui: Vt parturiens loquar. Quod facis fac citius.

Prouer. 1. Impiorû conuersationem fugiendam esse. *1. Cor.* 5. *& Gal.* 5.

O quàm grauis est iustis impiorum societas: o quàm insupportabile iugum societas malorum. Væh genti pecca-

Isa. 1.

peccatrici, populo graui iniquitate filijs sceleratis, &c. Non potes duobus Dominis seruire; Ideo quod spopondisti adimple, quod elegisti perfice, & quod facis fac citius. Tu superbus, tu detractor, murmurator, inuidus, auarus, crudelis, tu hostis veritatis, inimicus paupertatis, insidiator honestatis, æmulator pacis, discordiæ seminator, tuique magistri proditor. nil iam nobiscum cōmune habes, & ideo quod facis fac citius. Caueamus igitur & nos à malorum cōsortio, & si allectauerint nos peccatores, non ambulemus cum eis, nec commisceamur malorum societatibus. Sex namque

Prou.6. sunt, quæ odit Dominus: Et septimum, quod detestatur anima eius. Oculos sublimes, linguam mendacē, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum, testem fallacem, proferentem mendacia, & eum, qui seminat inter fratres discordias. Hos Christus repellit à suo consortio, tales expellit, quos diutius secum commorari non permittit. Iudas illius fratricidæ Cain in facinore socius, pari dolere potest

Gen. 4. ærumna. Ecce (inquit ille) eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua. Abscondar, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me. Imò (Iuda) non alij te, sed tu te desperatus occides, ac proprijs manibus laqueo te suspendes, & alibi

Isa. 48. dicitur: Scio, quia durus es tu, & neruus æneus ceruix tua, & transgressorem ex vtero vocaui te. Et ideo perditio tua ex te. Idem iuditium videtur de Iuda proditore, quod de maledico legitur spiritu illo seductore.

3. Re. vlt. Egressus (inquit) est spirit⁹, & stetit coram Dn̄o, & ait: Ego decipiam, egrediar, & ero spiritus mendax in ore Prophetarum. Cui dixit Dominus: Decipies, & præualebis, egredere, & fac ita. Statuerat malignus contra regem Achab consilium, nè Prophetis Domini præstaret fidem, quod permisit Dominus: Vlterius nō impediens, nè scelestus ille suis deceptionibus caperetur in ea, in qua oblectabatur impietate.

Hoc autem nemo sciuit discumbentium. Quia sensum Domini non potest sensus hominis attingere; non enim sic conspicua sunt summæ sapientiæ verba, quæ pertingere valeat naturæ humanæ imbecillitas,

Rom. 11. exclamante Apostolo. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incompræhensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Nemo igitur discumbentium sciuit ad quid hoc dixerit, quis sensus verborum suorum esset, quid sacramenti, & veritatis in illis contineretur: Ioannes, qui loquitur; Ioannes est, qui testatur: Solus ipse, cui Christus proditorem manifestauerat, sensum verborum scire poterat, aliorum verò nemo nouerat ad quid diceret, vel nemo Apostolorum sciuit, etiam seipsum includens, qui pro sua simplicitate, nihil vnquàm mali in verbis suspicabatur. Esto enim proditorem agnosceret; quidquid tamen acturus prius esset non agnoscebat.

Ioannis Euang. simplicitas.

Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid diceret. Sciebat Iudas, sed nō ex reuelatione Christi, magis autem ex propensione animi, sciuit quidem Ioānes Christo reuelante, Iudam fore proditorē, haud tamen quando proditurus eum esset, agnouit, hic Ioannis prudentiam exinde aduertimus, qui secretum, quod solus acceperat nulli aliorum propalauit, velut in perniciem, & famæ alterius detrimentum cessurum:

Ioannis Euang. prudentia.

A Sciebat hæc Ioannes, & quidem certò sciebat, magistri omnium proditorem, quæ nemini patefacere voluit. Hoc noluit, quod sine culpa operari non potuit. Absit enim, quæ occulta sunt proximorum facinora inculpatè posse referri credamus, iubente scriptura. Quæ viderunt oculi tui, nè proferas in iurgio cito, nè postea emendare non possis, cum dehonestaueris proximum tuum; Multis enim maledictis interdicitur turpitudinis reuelatio. Ad solam itaque correctionem admonendi sunt etiam superiores, quorum interest correctio morum in delinquentes. *Prou. 15.* *Leuit. 20.*

B Cæterùm, præscripta est norma, vt si peccauerit in te frater tuus, idest, te solo sciente, vidente, aut audiente; corripe eum inter te, & ipsum solum, &c. Attende nullum condiscipulorum, conscium à Ioanne facinoris Iudæ: hoc enim non permittit charitas, quod operatur impietas: hoc vetat pietas, quod garrit malignitas. Absit hoc à Ioanne, absit à Christi discipulo. *Matt. 18.* *Modus in fratris correctiōe seruandus.*

Hoc autem nemo sciuit, &c. Nè incendio indignationis ligna subministraret Ioannes, personam obticuit proditoris; efferbuerant Apostolorum pectora intusq; sæuiebant, itaque estuabant, sed in quem sæuirent ignorabant, quo detecto prosilijssent, & in eum communi; C & concordi impulsu irruissent; ideo ne Iudæ præberetur occasio indignationis, dum se contumelia affici conspexisset; qui quasi hac indignatione concitus, de proditione excusationem sumpsisset; Et ne Apostolis augmentum subministrasset liuoris, nemini prorsus Iudas propalatur proditor, donec transeat indignatio, donec tempus putationis adueniat. *Solus Ioānes ex Aposto. consci⁹ fuit Iudę facinoris.*

Sciebat quidem, quia instante vltionis tempore, & adueniente hora punitionis, separandi sunt à malis boni, & Loth à Sodomis, antequàm sulphur, & ignem ad eorū consumationem Dominus plueret: Noe cum domo sua separatur à cæteris diluuio perituris; Popu- D lus Israel ab Aegyptijs aquarum fluctibus obruendis: Dathan, & Abiron, Ionathas; Demum leprosi extra castra ferri iubebantur, per quos designantur mali, quorum contagio infici possunt, qui sani sunt, & boni. Nesciunt schismata boni, quorum vna est fides, & vnum baptisma; ideo Iudæ separationem non intelligunt, abscessum non capiunt, nec quò pergat ipsi percipiunt; solam credunt non animi, sed corporis separationem à consortio Christi, & à præsentia Apostolorum, sed longè remotiùs abit Iudas, qui corde longè fit à Christo, qui fide diuertit ab Ecclesia; abit in regionem longinquam, regionem dissimilitudinis, quæ E magis distat, quàm cœlum à terra. Quid sibi volunt conuenticula Hæreticorum, nisi separatio à consortio iustorum? Nihil inuicem magis distat, quàm qui fide, & fine distant, quibus cætera omnia distant. *Apostata factus Iudas à Christo, & ab Apostolorum collegio abijt ī regionem longiquā.*

Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: eme ea, quæ opus sunt nobis. Hoc cogitabant pij, quod ad pietatem pertinebat; hoc cogitabant, non quod ad Iudæ impietatem spectabat, sed quod eorum integritati congruebat, demum illud etiam non opinabantur, quod ante experti sunt, vt videlicet committeret Dominus Iudæ distributionem fiendam eorum, qui apud Iudam erant, nummorum, qui loculos habebat. In hanc igitur facilè opinionem descendunt, vt non aliquid acturus esset Iudas contra Deum, sed in honorem Dei, ad obseruantiam. f

diei

diei festi, vel certè non aliquid operaturum contra proximum, magis autem in obsequium proximi. Hoc faciebat Iudas, cum Christo adhærebat, hæc sibi credita erant munera, quibus implicitus, & occupatus, atque procliuis erat animo, mentem diuerteret, & relicta sæculi cupiditate, versaretur in Dei seruitute; oportebat enim terrenum hominem sic ad diuina impellere, vt his, quibus summè oblectabatur, terrenis sumptibus, & qui pecunijs adeo animum dederat, medijs ipsis ad Deum, & ad ea, quæ Dei sunt animum deflectere, vt vbi esset thesaurus suus, ibi esset, & cor suum, & qui improbus, ac crudelis erat in pauperes, pijs officijs ductus, ad egenorum obsequia conuersus, ab impietate retraheretur.

Iudæ officium.

His duobus officijs fungebatur Iudas, vt vtroque munere ad meliora occuparetur. Verum ad sui perniciem Iudas pia munera exercebat, & nactus inde occasionem impius impietatis suæ quoque diuina prophanabat, adeo vt non solum ad diem festum Paschatis honestandum, sed ad illud iama impietate violandum, toto conatu anhelaret. Non illi cura erat, vt egenis ex sibi credito marsupio annonam tribueret, sed vt ex proditione pauperis, sibi ex aliorum marsupijs annonam acquireret. Secundum quod scriptum est. Persequutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare.

Bona opera malè peracta i operantis pni cié redundant, & dã num.

Ps. 108.

Eme quæ opus sunt nobis. Quibus apertè conspicimus perfectioni nõ obsistere commune marsupium habere, quibus optimo digestis consilio decretum fuit totius Concilij Tridentini consensu, Religiosos, qui paupertatis voto obstricti sunt, nihilo satius possidere posse pro necessitate victus, & subuentione pauperum quàm annonas, & bonorum temporalium redditus. Absit enim, vt Christum dicamus ostiatim sibi acquirere victum; ipse autem ex sibi oblatis, non tantum sumebat ad sui, & Apostolorum sustentationem, sed & ad egenorum distributionem. Neque hæc dixisse Christum, & præcepisse Iudæ crederetur ab his, quos discipulos habebat, nisi hæc præcepisse Iudæ loculos habenti sæpius intellexissent, & experti fuissent, propterea sequitur. Vel egenis aliquid daret. Hæc aliàs Christus in conuiuio facere consueuerat, sed potiora, & pretiosiora nobis in hoc conuiuio dona est elargitus, qui corporis, & sanguinis sui sacramenta donauit, qui nos cœlesti, & angelico pane cibauit. Vtinam quod pauper Christus egenis facere consueuerat diuites nostri facere didicissent, qui non pauperes suis diuitijs participes efficiunt, sed velut à Christo degeneres, scurras, Gnatones, Parasytos, & nebulones commensales habent; imò & canes sibi sodales ascire potius eligunt, qui ingurgitant, quæ iure essent egenorum, adeo, vt etiam si Lazarus vlceribus plenus adesset in foribus, epulones rectè esse crederentur.

Concilij Tridentini authoritate cõprobatur religiosorum perfectiõi non obsistere tépo rales habere reddit' ãnualesq; annonas, & census.

Damnantur hic, q loco pauperũ scurras, & parasytos co mensales, sibi habét.

Vel egenis aliquid daret. Oportebat omnem in Christo effulgere virtutem, qui omnium se præbuit rectæ operationis specimen. Neque enim vulgaris est virtutis operatio eleemosina, qua extinguitur peccatũ, qua omnia mundantur in nobis, quæ facit inuenire vitam æternam, quæ orat pro nobis in sinu pauperum. Hæc erat credita Iudæ, qua congrua pietate vtens posset suæ saluti consulere. Ecce Christum, & collegiũ

Delegata Iudę cura.

F Christi, in quo sunt loculi. Habent loculos, sed non proprios, magis autem in communi, quorum dispensatio ad duo erat, videlicet, vt emant ea, quæ ad diem festum sunt necessaria, & vt egenis subueniri possit. Primum ad Dei laudem, secundum ad proximi salutẽ: primum expostulat, quæ requirebantur ad sanctificandum diem festum, cibos proprios, vasa, instrumenta ornatus, luminaria, & quæcunque in Dei laudem cedunt: Secundum, vt pauperibus pauperes interdum subuenire possint, sic enim etiam Apostolorum tempore, ad pedes ipsorum pecunias ponebant, vt essent omnia communia.

Eleemosina.

Act. 4. & 5.

G *Cum ergo accepisset ille bucellam exiuit continuo*. Ecce Iudam deletum de libro viuentium. Ille (inquit) nempe impius, proditor magistri, & egenorum oppressor è cathalogo Apostolorum eiectus, & exclusus, ille igitur, qui indignus est, vt vlterius nominetur, assumpta bucella, qua factus est proteruior, à Sathana prorsus occupatus, auaritiæ morbo deuictus æternæ mortis mancipium maiori liuore concitus, nec vale dicens, furijs inuectus, dirum toto pectore virus efflabat, & sancti sanctorum sanguinem sine intermissione sitiebat. Exit Iudas impulsus à Sathana, in quo erat Sathanas; sic enim suos Sathanas dat præcipites.

H Exiuit à concilio iustorum malus, & abijt in concilio impiorum, inquiens. Venite nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendicula contra insontem frustra, deglutiamus eum, sicut infernus viuentẽ, integrum, quasi descendentem in lacum, & marsupiũ sit vnum omnium nostrum. Ipsi autem exhibita pecunia, ductorem satellitum, & Principem militiæ eum statuerunt, quo insons Iesus caperetur, & captus duceretur.

Exiuit cito, &c. Qui exiuit condemnatus, prius enim à seipso exierat impius transferens se ad auaritiã, & nunquàm reuersus ad seipsum. Continuo exit à

I terminis legis, exit à terminis præceptorum, à terminis rationis conscientiæ, pietatis, humanitatis, & continuò exit, donec finaliter exeat à Christo, comes Sathanæ perenniter effectus. Vrgebat Iudam Sathanas, vt cõtinuò à loco sibi in schola Christi præscripto, surgens recederet, & insalutatis sodalibus, ac magistro, se ab eorum consortio eximeret. Nec inconsulto hoc egit Sathanas. Cum enim Loth iusto existente in impiorum medio non possent duo angeli nocere improbis, & scelestis; longè minus Sathanas Iudam inter tot iustos commorantem, poterat dare præcipitem. Vtinam & nos, vel hinc eruditi discamus consortijs bo

Exit à legis termino, & à seipso Iudas

K norum interesse libenter; quorum meritis, velut vmbraculis, protegimur à Sathana. Non potest Sathanas extrahere patrocinio sanctorum protectum. Magis autem circuit, si exeuntem subripere valeat. Exit Iudas nutu diabolico, non amplius reuersurus.

Commorantes inter bonos nequit infestare diabolus.

Oportebat insuper, & Sathanam timere Iuda perseuerante cum sanctis, sanctum posse effici, quorum præsentia, exemplo, monitis, posset retrahi ab instituto, & resipiscere, nè fit immaculatus cum eis, & obseruet se ab iniquitate sua. Ideo vrget, & sollicitat, vt continuo exeat, nè sapientia vinceret malitiam, & illius peccatum, meritis aliorum obtegeretur. Audierat Christum non semel, sed iterum, atque iterum Iudam prouocasse, ac monuisse, arguendo, obsecrando, increpando,

pando, in omni patientia, & doctrina. Non ignarus quatenus in quacunque hora ingemuerit peccator, & omnium delictorum conscius, suffragia pietatis Christi implorauerit, veniam recipiet. Ideo ne perderet, quod possidebat, suggerit, impellit, vrget, prouocat, vt continuo exeat: ille autem miser (proh dolor!) Exijt continuo, cui grauis facta est præsentia Saluatoris, cui insupportabilis est societas sanctitatis. Benignitas eum receperat ad ingressum, quem malignitas compulit ad egressum.

Neminem Christ⁹ expellit.

Neminem expellit Christus, qui venientes ad se nō eijcit foras. Ipse expoliat se Christo, & velut anguis à manu tenentis prosilit. Quomodo autem, qui abit sine Christo, non etiam abit sine donis Christi. Exijt à vita miser, & inuenit mortem, exijt à Saluatore, & cucurrit in damnationis profundum quasi lapis; scientiā viarum Christi noluit, qui intelligere, vt bene ageret noluit. Iam enim impietatem meditatus est in corde suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit; ideo dolosè egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Sed audi quid occurrat improbo. Inimici Domini, mox vt honorificati fuerint, & exaltati, cito decident, & deficientes quemadmodum fumus deficient. Adhuc pusillum (inquit,) & non erit peccator, & quæres locum eius, & non inuenies. Quandoquidem Iudas tanquàm fœnum in tecto, priusquàm euelleretur exaruit.

Exiuit continuo, &c. Vehementer hic admirandum, si hoc Iudæ casu, si hoc Apostoli præcipitio, non terreantur quicunque præsunt, quicunque in sublimioribus sunt constituti, & quicunq; in culmine sunt positi consolationum, dignitatum, & authoritatis. Attendant, quàm facilis descensus auerni; quibus turbinibus, & periculis sint expositi, qui pinacula ascendunt; pari enim nobiscum forma, sicut actum est secum, nobiscum agere diabolus anhelat. Qui enim prius sublimis, & excelsus nobilis, atque gloriosus, cæteris præeminebat, oblitus domini creatoris sui dum vlterius, quàm par erat, exaltari voluit, seipsum, deficiente pede innixo rei instabili in præceps corruit; quam præcipitationis formam expertus, velut certiorem hominibus subministrat, quos prius auidos facit ascensores culminum, & ad sublimia pertrahit, quò inde tum crudeliùs, & vehementiùs, securiùs, profundiùsque ad infima præcipitet. Tentat diabolus in deserto, tentat in templo, tentat in monte, sed non portat in deserto, quia ibi inuenit Christum ieiunantem, & orantem, portat autem, vbi præcipitare possit in sublimi loco montis, & pinaculi, quò euectos tam ad spirituale, quàm ad temporale fastigium, & dominium præcipitio dare possit. Ingressus igitur Apostolici senatus sublimitatem, licet vocatus, tanquàm Aaron Iudas ingrediebatur, vt videret, & vana murmurando loquebatur, cor autem eius congregauit iniquitatem sibi, passim obstinatior effectus, tandem egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum. Iam familiares Sathanæ in idipsum conueniunt, dicente Proph. Aduersum me susurrabant inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi; Verbum iniquum constituerunt aduersum me, & qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem.

Quot & quantis expositi sint piculis psidentes oēs & antistites.

Eleuantur multi in alta dignitatum fastigia, vt præcipitentur à dæmone.

Psal. 40.
Ibidem.

Exiuit continuo, &c. Sumpto semel in se Sathana, A Iudas Sathanæ legibus astrictus, nunquàm vlterius à seruitute Sathanæ retrahi potuit, ad nullum vlteriùs, nisi ad sathanicum opus semper explendum festinauit, qui cum esset filius tenebrarum prudentior comprobatur filijs lucis; quandoquidem qui toties communicauimus, qui iam repetitis vicibus pluries Christum sumpsimus, adhuc socordes, in Christi opere reperimur & somno torpescimus, & tam facilè ab incepto Christi opere desistimus, pedem ab itinere retrahimus, & nondum viam mandatorum eius percurrimus, & non solum, vt strenui Gigantes ad currendam viam non exultamus: verum, vt imbecilles, & vecordes, sola itineris voce deterremur, atqui opus Dei B negligenter peragimus, quomodo maledictioni non subijcimur? quomodo ducti spiritu Christi, operamur bonum? Non enim segnibus, sed violentis datum est rapere illud. Rebecca filio suo Iacob benedictionem suasit surripiendam, quam est adeptus, Esau procrastinante. Et in piscinam, qui prior descendisset, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Longè tamen vigilantiùs insistendum est nobis, quibus creditæ sunt vinearum custodiæ. Viro namque sapienti sua vinea, sua vita est, sua mens, sua conscientia. Audis (inquit Bernardus) sapientem irridentem stultum, qui C eam vineam donorum naturæ, & donorum gratiæ abundantem, quam sibi colendam Deus tradidit, ipse sua ignauia ad nihilum redegit? Rectè igitur nō dies, sed nox ascribitur socordiæ, in qua locus datur otio, & torpor irruit, suadentibus syderibus somnum, & frigiditate placita humanos occupante, & deuinciente artus. Dicente Salomone: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit æstate, & non dabitur illi.

Vinea nostra est cōsciētia nostra.

Prou. 20.

Exiuit continuo, &c. Sunt obsessi corpore, sathanico furore agitante, sunt & obsessi mente, quorum cogitatio diabolicis impulsibus agitatur; Torquentur primi, & difficilè curantur; agitantur isti, & damnabiliùs possidentur. Sed quare? Pluribus concessa est D facultas eijciendi Sathanam à mente, quàm à corpore; primò, quia Christus descendit sanaturus animam, & non corpus; ideo Sacerdotibus omnibus concessa est potestas ordinis. Imò interdum per contritionem expellitur: secundò, quia in carne habet aliquam iurisdictionem ex fomite, & radice peccati, & vnaquæq; res difficiliùs à suo loco repellitur: tertiò, vt fugiat infernalem locum, cui est addictus, & dum applicatur nobiliori loco, minus tristatur. Vnde corpora iuuenū, & virginum libentiùs occupat: quartò, quia caro ministra est peccati, & instrumentum diaboli ad peccanE dum: quintò, quia oblectatur torquere hominem, quia patitur torqueri, vt torqueat, quem semper homines torquere delectat: sextò, quia interdum pati permittitur homo in corpore, vt torqueatur à Sathana, quò spiritus saluus fiat: septimò, ad meritum, & præmium. Expellitur autem Sacræ Scripturæ verbis. Vade Sathana, scriptum est, &c. Secundò ieiunio. Hoc genus demoniorum, &c. Tertiò oratione, & lachrymis vt Chananæa. Quartò iecoris euaporatione, & castitatis obseruantia, Thobias &c. Quintò Domini authoritate, & inuocatione. In nomine meo demonia eijcient, &c. Iudas autem à se repellere Sathanam potuisset, si ab incepto facinore per conuersionem ad Christum, resipuisset.

Obsessorū mente, & corpore à Diabolo differētia.

Iuuenes, & virgines libēter diabolus occupat.

Quomodo, & quib⁹ medijs expellatur diabol⁹ ab obsessis corporibus.

Exiuit

Exiuit continuo. Iam experimento didicimus, quod ab Apostolo audiuimus nullam videlicet, Christi cũ Belial conuentionem existere. Ecce Iudam Sathanæ mancipium, quamprimùm effectum mox à Christi præsentia resilientem. Hinc discant à quo spiritu ducantur, qui tam facilè, tamque libenter à suis conuentibus, & claustris exeuntes, per uicos & plateas, hinc-inde vagantur. Qui fieri potest, vt monastica uita dulcescat, quem secularis conuersatio ita delectat? Cain occisurus Abel in hoc principio ipsum innocentem fefellit, ut foras illum abduceret, quo à paternis laribus egrediente, impius mox quod cogitauerat fratricida adimpleuit. Venator ille Esau, dum foras ad venandum egreditur, suis primogenituræ viribus priuatur. Nouerit ergo Monachus (inquit vir ille omni uirtute conspicuus, Petrus Damian⁹) quisquis vitio uagationis est addictus, quia nisi à sęculo pedem retrahat, & ad remotiora se ad Deo seruiendũ non accingat, nec suæ professionis posse munia custodire, nec ad perfectionis culmen pertingere, quia per uagationem, vbi animus relaxatur, uirtus religionis in eodem deperditur. Dina illa Iacob filia, dum se intra paterna tabernacula a frequentia extraneorum cohibuit, suam pudicitiam illibatam reseruauit: Verum illa in publicum ad alienigenas mulieres videndas egrediente, propriæ honestatis deprauatorem inuenit irrecuperabilemque virginitatis aureolam, quæ succubuit, amisit, sed & vxor Leuitæ de latere montis Ephraym, donec in penetralibus posita, curis tantum domesticis incumbit, coniugalis thori pudicitiam custodiuit, quæ dum à visitatione suorum, domo egreditur, corruptoribus multis inhonestè succubuit. Quomodo insidiarum tendiculis non irretitur, quisquis cum sęculo conuersatur, ubi nil non sordidum, non obscęnum reperitur, & deuium? Quisquis igitur tutiùs cupit innocenter uiuere, a mundanis debet curis semotus procul abscedere, studeat item oportet male blandientis mũdi promissa respuere, & oblata contemnere, quisquis se dicit ad superna anhelare. Helisęo enim nemo perfectior, qui nec regis consortio uoluit famulari, nec Principi Syriæ, aut cellulæ suæ ostium aperire, aut ad ipsum, ne saltem videretur, exire: sed per nuncium, mandatum quod exequeretur, edixit; quod quidem non superbè, sed prudenter in normam nostram perfecit. Quod & ad nostram doctrinam scriptura contexuit, pro sola Sunamite ad rediuiuum restituendum filium, suæ cellulæ limites egressus legitur: vbi saluti tantùm aditus aperitur, qui totus carnis & mũdi debet esse pręclusus illecebris.

1. Cor. 6.

Rarò, & nõ nisi magna necessitate compulsi debẽt monachi & religiosi claustra egredi.

Per plateas & vicos discurrere religiosis est abhominabile.

Debẽt esse religiosi & monachi a seculari conuersatione semoti.

Gen. 34.

Iud. 19.

4. Reg. 2.

Exiuit continuo. &c. E manu Christi, dum bucellam malus accepit, velut seipso peior effectus, exiuit; quod & Propheta ille significauit. vbi inquit. Spiritus eius ornauit cœlos, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. quod alius Propheta vocat digitos, hoc Iob nominat spiritum eius. Videbo (inquit alius Propheta) cęlos tuos opera digitorum tuorũ &c. Quia & Dei spiritus digitus eius nuncupatur. Hoc solo digito in cęlis efficere virtus illa diuina voluit, quod manus in Iuda operari non potuit. Hinc illud D. Augustini elogium comprobatur. Maius opus, illudq; mirabilius, impium iustificare, quàm cœlum terramque creare: sola namque hominis peruersa voluntas Dei obsistere voluntati contendit. Vt qui fecit te, sine te

Iob 26.

Psal. 8.

Luc. 11.

Maximũ omniũ operum diuinorũ est impij iustificatio.

F non saluet te sine te. O impudentium hominum temeritatem, o (inquam) damnabilem mortalium arrogantiam.

Beneficia nobis exhibiturus Deus manu exhibet, qui nos dum punit, ac flagellat, digito tantùm, uel tangit, aut percutit, qui maiora nobis, quàm mereamur beneficia, atque pręmia elargitur, pœnas autem citra condignum peccatoribus, nec non ipsis damnatis exhibet. Hinc Aegyptiorum plagas, ad quas Magi pertingere, sua diabolicque virtute nequibant, Dei digitũ nuncupabant. Quod autem respectu cladis digitus erat ad Aegyptios, hoc manus uocabatur ad saluandos, & liberandos Hebræos, dicente domino. Nunc videbitis quæ facturus sum Pharaoni, per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta ejciet illos de terra sua: cuius beneficij Iudæis Moyses talem rationem in monumentum instituit. Narrabis filio tuo in die illo dicens Hoc est, quod fecit mihi dominus quãdo egressus sum de Aegypto: Et erit quasi monumentum ante oculos tuos, ut lex domini sit in ore tuo: in manu enim forti eduxit te de Aegypto: Non enim inquit Moyses Deum debellasse, aut Aegyptios afflixisse, sed Iudæos liberasse in manu forti.

Exod. 8.

G

Exod. 6.

Exod. 13

Dum igitur Christus manu bucellam porrigendo ad Iudam extendit, maximum suæ clementiæ signum ostendit. Non enim ad mensuram tantum esse dicitur plagarum modus, sed citra condignum, quasi per digitum pęna infligitur. A quo tamen, bonis, non ad mensuram spiritus elargitur, dicente Domino. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam dabunt in sinum uestrum. et alibi: Si quis reliquerit patrẽ aut matrem, aut agros &c. centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Et item Apostolus. Non sunt condignæ passiones huius temporis. i. temporales ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Multa igitur hæc bona Christus Iudæ in beneuolentiæ signum conuiuæ suo, manu porrigendo bucellam insinuauit.

H

Ioan. 3. et Luc. 6.

Matt. 19.

Rom. 8.

Plurima beneuolẽtiæ signa Iudę Christus ostendit.

I

Sed quid occurrat impio audiuimus. Quoniam obstetricãte manu eius, egressus est serpẽs tortuosus: quia occurrente sibi per benignitatis signũ, domino, sæuior factus est Iudas indignatione, velut ueneno plenus, a ueritate deuius, prosilijt quasi serpens tortuosus, Exiliuit Iudas ab apostolorũ cętu pręcisus, & a diuina Christi præsentia auulsus, tanquam alter Sathan a Dei præsentia proiectus, & a sanctorum Angelorum cõsortio, segregatus atque præcisus. Ad Iudam manum quidem extendit, sed manu illum tantummodo tangit, quia illum adhuc non in ira, aut in furore redarguit. Sensit quidem Dei manum qua tangitur, haud tamen ad tactum eius obstinatus sanatur. Vtinam & uim eius sentiret, & cum dolente clamaret. Miseremini mei, miseremini mei, saltem uos amici mei, quia manus domini tetigit me O Christi pietatem in impios, quos aut solo digito pungit, aut solo manus tactu contingit; qui nec funibus aut flagellis percutit, sed ex funiculis confecto quasi flagello nos terruit, & a scelere compescuit.

K

Iob 19.

Erat autem nox. &c. Hanc noctem Iudæ spiritus tenebrarum induxerat. Erat prius nubes & caligo in circuitu eius, dum cogitatu maligno perurgebar, igniculus tamen adhuc intus irradiabat, dum Christi ignito eloquio incendebatur. Verum lux impij, extinguenda erat, vt unde exorit in tenebris lumen rectis corde, inde

inde obtenebrescat lux in tabernaculis impiorum, & lucerna, quæ super eum est, extinguatur. Vt enim malè ageret Iudas irradiantem in se fulgorem extinxit: Odiuit enim lucem, & posuit tenebras latibulum suum, locum dedit Sathanæ, quo ingresso obscurata sunt omnia, obcæcatum est insipiens cor eius, obfuscata est ratio mentis eius, caligine occupata, & extincta est in nocte lucerna eius. *Iob. 18.* *Iudæ lucerna in nocte extinguitur.*

Decedente à sole Iuda, in eam teterrimam noctem incidit, quam tenebrosus turbo possidet, cui nullus vlterius succedit dies, recto tramite pergens ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Rectè per noctem Iudę peccatum describit, qui ad ueniam reuersurus non erat; sic enim perpetuis tenebris exterioribus damnandus erat; vbi nullis ulterius radijs illuminandus erat. Hanc noctem non hominibus sed iumentis, & belluis Deus pręparauerat. Attestante Propheta. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt, omnes bestiæ syluæ. Nam & diabolo præparatas illas exteriores tenebras infernalis damnationis testatur dominus, dum inquit. Ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius. *Iudæ nox.* *Psal. 103* *Matt. 25.*

Erat autem nox. &c. Hoc pessimum malum suum defert peccatum, quo nocturnis homo inuolutus tenebris, expers luminis, cæcutiat, & in foueam cadat. Dicente Propheta. Ambulabunt, vt cęci, quia peccauerunt domino. Sic Iudam obcæcauerat auaritia, sic impios obcæcat malitia eorum, vt omni patenti præcipitio soluto currant pede: eam lucem, quæ in tenebris lucet, dum non recipiunt, extinguunt: quia ab eo, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, omnino cum Iuda recedunt, sed & in recessu Iudæ a Deo nox esse describitur, quia cum sub terra in nocte Sol occultatur, Iudas mox statuisse, vt verum Solem sub terra occultaret, & inglorium Christum uelut extinguendo, toti mundo redderet. Quisquis igitur in peccati nocte perambulat, Christum quasi sub terra inglorium occultat. Hinc enim densissimis tenebris obuoluti sunt Aegyptij, qui contempto domino, contra dominum operabantur, Israeliticis in luce manentibus. *Sophon. 1* *Peccatum noctem inducit, & tenebras.*

Erat autem nox. &c. Atqui non Iudas solus, sed & Christus & Apostoli erant in nocte, sed alia, & longè diuersa erat nox Iudæ, à nocte Christi, & à nocte apostolorum. Extinctio totius luminis, & obcæcatio criminis Iudæ noctem constituit; extinctio uitæ Christi per mortem, noctem ab occasu solis induxit. Dicente eodem. Me oportet operari opera patris mei, donec dies est. Venit autem nox, idest, finis huius uitę, in qua nemo potest operari. Instabat igitur occasus veri luminis, & totius mundi lucis, & potestas tenebrarum concessa erat, ut irruerent in Christum, ideo noctem adesse commemorat euangelista. Inerat & nox tribulationum apostolis, qui adeo tristitiæ tenebris obuoluti erant, & in angustijs constituti, vt usquequaque obscurarentur, & mente, & facie: De quibus dicitur simul & de omnibus discipulis. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, propter timores nocturnos. Neque erat ex eis qui accinctus non esset fortitudine animi ad moriendum cum Christo. Asserente euangelista. Quod non solus Petrus, sed similiter alij dicebant. Si me oportuerit commori tecum, non te negabo. Timores nocturni, cum sint potiores, maximo, & non humano tantum indigent pręsidio, de quibus dicitur. In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dominum. *Ioan. 9.* *Cant. 3.* A *Mar. 14.* *Psal. 133*

Erat autem nox. &c. Obserua sicut non omnis lux dies dicitur, ita non omnis tenebra nox appellatur. Est lux lunæ, lux syderum, lux ignis, & lampadum, quibus emicantibus, nequaquam oritur, & incallescit dies. Est igitur lux, quæ in tenebris lucet, & secundum quod scriptum est. Populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, sed alia est claritas solis, qua totum illustratur hemysperium, & alia est claritas lunæ, & stellarum, quibus nec usquequaque, nec ubicunque fugantur tenebræ. Ad designandas igitur Iudæ tenebras, nox fuisse dicitur, cui sol occubuerat, & spiritus tenebrarum totum occupauerat. Non enim tenebræ noctem, sed nox tenebras continet. Tobias in tenebris sedebat, qui tamen in nocte non erat, quia ad tempus, lumine priuatus erat, & intus solis fulgoribus irradiatus, etiam quæ uentura erant contemplabatur. At Iudæ cæcitas talpæ comparari potest, quæ etsi luminibus careat ad uidendum solem, super se tamen, nec lucis splendorem sufferre potest: & eo, quo potest conatu, latibula sub terra quæritat, & proprio rostro sibi fodit. B *Isa. 9.* C *Iudæ cęcitas talpæ similis.*

Erat autem nox. &c. Attende insuper, neque temporis, neque horæ intempestatem potuisse Iudam, uel retrahere, uel saltem retardare, quin intempesta etiam exiret nocte, & quod excogitauerat facinus expleret. Nullum tempus prætermittit vacuum iniquitas, quin impij non perficiant, quod præfixerunt scelus. Quorum uiæ inquinatæ sunt in omni tempore. Sed qui sęcularibus studemus disciplinis perparùm somno indulgemus, bonamque partem noctis ius omnem ducimus, ut naturalibus, aut humanis erudiamur institutis, quantò magis incumbendum esset nobis, vt scrutari quæ spiritualia sunt, & quæ legis ac eruditionis diuinæ sunt, deberemus? Magis autem nos torpor occupat, nos somnus delectat, & ignauia irretit. Dauid media nocte surgebat ad confitendum domino; per singulas noctes lauabat lachrymis lectum suum, stratum suum rigabat; in quibus commissa sua peccata deflebat; & cum in caligine noctis, velut nullum habens inspectorem, potiori incentiuo, moueatur peccator ad illecebras, maiori, uirtuosoque opus est exercitio, solertique uigilantia. Tunc enim fortius irrepunt omnes libidinis artes, ubi somno & cibo corpus incalescit, & suo iuri relictum insolescit, & mentis uigor sopore laxari solet, adeo ut uix rationi sit legitimus locus. Quomodo igitur in nocte flebit, qui in nocte deflenda committit. In ista indignatione concitus dominus. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. D E *In nocte quot pericula nobis imminent.* *Psal. 100*

Non igitur dormiamus, qui lucis, & non tenebrarum filij sumus. Surgite uigilemus. Venite adoremus, quia promisit dominus coronam vigilantibus;

M

Noctis tẽpus, quib' expẽdatur operibus.

lantibus, demus partem orationibus, sacrarum lectionum studijs, contemplationibus: quia in nocte sponsa quærens sponsum, anima Christum, inuenit, quem diligit, & inueniendo tenuit. Non satis est dies ad orandum, cum oporteat semper orare, & si tempore tentationum insistendũ est orationi, quomodo noctis partem non demus orationi, in qua fortiora sunt iacula tẽtationum? Vnde Ambrosius super illũ versum. Media nocte surgebam inquit. Nec otiosum est quod adiunxit. Ad confitendum tibi, hoc est, vt illo maximè tempore, & deprecari Deum, & propria deflere peccata debeamus. Nec solum veniam de præteritis postulare, sed præsentia declinare, & à futuris cauere. Multa enim tentamenta proserpunt: Tunc tentator assistit, tunc retia iacit, tunc spirituales nequitiæ tenebras effundunt, & omne nephas suadere contendunt, quando nullus culpæ arbiter, nullus criminis conscius, nullus potest esse testis erroris.

Ambros. in ps. 118

Erat autem nox. &c. Hoc nobis ante passionem Christi, Euangelista recensuit, ea scilicet, præcipuè ratione, qua antè nos esse meminissemus in peccati caligine, & in vmbraculis figurarum, & tenebris ignorantiæ; quæ omnia fuganda erant, media passione, & morte Christi, qui peccatorum caligines depulsurus erat, figurarum vmbras illustraturus, & illuminaturus his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent, & ad dandam scientiam salutis plebi eius. Hinc apostolus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus opera tenebrarum. Hæc omnia verus sol resplendens fugauit.

Rom. 13.

Erat autem nox. &c. Ecce operantium perperam congruum tempus; omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut &c. Sed nesciunt improbi nocturnis laboribus nihil acquiri: sic enim protestabantur qui per totam noctem laborantes, nihil cęperant. Imò quomodo non offendet qui in nocte ambulat, nesciens quò vadat? Eructabat dies diei prius verbum cum ambularet in die. At dum cum nocte ambulat, quomodo nox nocti non indicat scientiam? Sic namque nocte os suum perforatur dolis.

Erat autem nox. &c. Quæ suum occiderat filium surgit noctis silentio intempestę, vt furetur alterius filium, cuius sé nouercam fecerat. Impius Iudas suo fętu suffocato, ac penitus extincto, noctu surgit, & nouercam in Christum agit, quem tradit ad occidendum & secandum.

Erat autem nox. &c. Intellige euangelistam nostrum hoc loco, vbi de Iudæ tractatur excidio, non solum loci, sed & temporis rationem habuisse. Erant quidem omnes, qui ibidem secum aderant sub una communi naturalis noctis ratione contenti: Verùm nunquam euangelista, aut antè, aut post tam expressè huius noctis obscuritatem insinuauit, nisi quando de Iudæ vltimo à Christo recessũ meminit: quasi tantum facinus, hoc ab ipso requireret, vt etiam temporis circunstantias referaret. Voluit enim Euangelista Iudam vsquequaque tenebrarum inuolucris circumuentum declarare. Hoc soli Iudæ noctis tempus inesse ostendit: qui solus procul à Christo abscessit. Ipsi nox aderat, qui auersus à Christo in sua proteruia perseuerabat. Solus Iudas in nocte describitur: qui a vera luce in teterrimas tenebras incurrebat: solus (inquam) Iudas,

Ex apostolis solus Iudas in nocte erat.

F qui peruersum facinus perpetrabat, ab ipsa luce diuertebat: & ideò solus in noctis caligine persistebat. Tandem solus Iudas in noctem incurrisse describitur: qui à tenebrosis spiritibus detinebatur. Hoc timuit nicticorax iste à formidoloso illo timore nocturno, in quo extincta totius rationis face, totum se in noctem conuertere, dùm abductus à malo Sathanæ spiritu, à consortio apostolorum, nec non à Christi discipulatu, velut cæcus, & petulans, propriæ salutis nescius offendit in tenebras, & concito gradu, in suæ damnationis foueam, nunquam ab ipsa resurrecturus, incurrit. Neque enim captionis suæ laqueos cernere potuit, qui, duce Sathana, in suam perniciem festinanter

G sic corruit. Sic enim omnis, qui in tenebris ambulat, hinc, & inde offendat, nesciens quo uadat, oportet.

In nocte (inquam) fuisse Iudas describitur, qui ibi laruatus inter apostolos adhuc reperiebatur. Sunt enim nocturnæ vmbræ falsarum imaginum receptacula, in quibus nequam illi spiritus tenebrarum facilius discurrere dignoscuntur: qui enim non nisi peruersè agere norunt, nocturnarum latibulis cauearum oblectantur, ut inde mortalibus illudant, incautos decipiant: & quæ spectra in die uiderentur, falsis illusionibus, uelut Angeli lucis uideri conantur. Legi-

H mus enim. Eos, qui parati erant suscitare Leuyathan, maledixisse diei: Quandoquidem in die nec spectris, nec nocturnis, falsisque imaginibus, siue etiam fucatis, & ementitis coloribus, tàm facilè deludi possunt mortales: Ideò ab impijs tempus nocturnum ad malè operandum eligitur: dicente Apostolo. Vos autem fratres non estis in tenebris: omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei.

Iob 3.

1. Thes. 4.

Non simus noctis, nec tenebrarum, qui enim dormiunt, nocte dormiunt: Et qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt: Et Euangelista noster supra. Qui malè agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non manifestentur

I opera eius. Ego sum lux mundi (lux ipsa de se aiebat.)

Cap. 3.

Tu autem Iuda, tunc tenebras elegisti, cùm ab ipsa luce recessisti, & ad principem tenebrarum confugisti. Elongasti à te amicum, & proximum, & inimico serpente adhæsisti. Neque enim erat tibi colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates tenebrarum harum, & contra spiritales nequitias in cœlestibus. Neque enim restitisti diabolo, vt procul à te recederet, nec induisti armaturam, vt posses stare aduersus insidias diaboli. Quid mirum igitur si corruisti? Nonne sponte in lucem offendisti? Nonne uehementer in tenebras impegisti? Non igitur mirum, vt quis à diabolo regatur, & in quodlibet facinus adducatur, qui

Ephes. 4.

K à tenebris comprehenditur. Solent namque & Energumeni deteriora in tenebris pati à diabolo, cuius molestia non nisi tenebrosis, obscurisque locis augetur: Dicentur Augustino. Vnusquisque in tenebris, & lubrico cùm venerit, si pedem mouerit, labitur, quia lux illi ante pedes non est. Non vis regi à diabolo? Migra ad lucem: potestatem enim tenebrarum habet Sathanas. Sed quarum tenebrarum? omnium videlicet infidelium, & iniquorum. Ipse est Leuyathan, qui dum tenebrosis oblectatur illecebris, surgentis auroræ luce offenditur: qua & ipse caligine obuolutus, prudentum astutia supplantatur, & capitur.

August. in psal. 34

Ipse

Psal. 103 Ipse est enim, de quo Propheta testatur. Draco iste, quem formasti ad illudendum ei &c. Draco (inquam) maritimus in Oceano discurrens, cunctis ferè infestus mare illud transeuntibus, imò etiam piscibus in mari illo uersantibus.

Habet hoc mare, quod piscium varietate donatum conspicimus, Cete illa grandia, quæ ad illudendum plerunq; ab alijs minutulis Dei prouidentia designantur: Et quod Cete dicimus ex scriptura suscipimus, (*Gen. 1.*). Quod draconem leuyathan, Beemoth nuncupamus ex scripturis, pro eodem intelligimus, latinè verò Balenam vocare solemus. (*Beemoth.*) Ab illis quippè pisciculis, tunc grandis bellua deluditur, cùm furore percita, auiditate deuorandi insectatur eosdem: qui suæ consulentes saluti, ad petrarum anfractus confugiunt, & ad scopulorum caueas festinanter accurrunt, in quibus, velut in tutissimis latibus, commorantur, ab omni periculo, atque timore emersi, insequentis Belluæ irrident insidiàs: quandoquidem, infestę Belluę ad eos omninò negatur accessus: Sicque latitantes, intrepidi, astanti, & anhelanti mira hac arte, deludunt. Altero insuper calle, vaferrimo ipsi draconi, norunt illudere: dùm ipse deuorandi rabie agitatus, vsque ad littus insectatur: Corporis mole grauatus, arenæque infixus, nec alios persequi, nec se ipsum redimere ualet: Imò palpitanti ipsi versa uice cursitantes illi, certatim uidentur illudere capto.

Vide obsecro hic pulcherrimã Authoris similitudinem pisciculorũ ad draconẽ & hominum ad diabolum.

Cæterum in hoc mari magno, cuius nos incolæ sumus, non desunt animalia pusilla cum magnis. Adest & Cetus procerus, & sęuus, immanissimusque draco, Sathan videlicet ille, qui assiduis hinc, & inde cursitationibus perambulat terram: & velut leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Quin nobis in hoc mundi pelago, adhuc fluctuantibus illudere satagit, dum falsa pro ueris, pro existentibus apparentia, versutis malitiarum suarum machinationibus, conatur fascinando decipere. Qui tamen, cum ad illudendum nobis sit demissus à solis pusillis deludi potest: Hi enim & possunt, & norunt illudere illi. Solis namque humilibus cùm Deus tribuat gratiæ suæ subsidia, hæc præsertim potissima est mortalium gratia: qua vt à faucibus Sathanæ eripiantur, suum præbeat adiutorium. Sed ubi præstitum est his paruulis tutum confugium, nisi in petra, & caueis, seu in anfractibus eius? Christus, qui & Saluator est omnium, maximè verò fidelium, & specialiter humilium ipse est petra; Apostolo teste. Ipse cauernosus, anfractibusque cauearum confossus ad humiles saluandos accommodatus, atque paratus: dicente propheta. Ingredere petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris. Ibi securi consistimus, vbi illudere illudenti draconi facilè possumus. Tumque etiam insequentem deludimus, cum nos non in pelago fluctuamus, sed ad portum appliciti, in tuto consistimus, idest non grauiorum peccatorum, quæ mortalia dicimus pondere prægrauati, & agitati periclitamur, sed ubi leuibus undis, idest uenialibus, quoquomodo iactati, sine submersionis periculo securi, hoc in æquore manemus instar sancti illius iuuenis Thobiæ, cui, cùm Cetus ille sęuus, ad deuorandum propè littus occurrisset, illusus ille deuoratus, Raphaele Angelo protegente, ab eo non

Intuere & optimè perpende, tã salutaria documẽta Authoris, & disce quò diabolus sola humilitatis uirtute prosternitũ & superatur.

Isa. 23.

A euasit immunis: verùm captus ipse, & victus occubuit.

Primò quidem illusus fuerat in cœlo, dum insurgente ipso aduersus Dei maiestatem, quam sibi usurpare, & arripere tentauit, delusus abscessit, & insequentibus angelis in terram proiectus est, ut & illuderetur à nobis. Verùm cum iste tortuosus draco nunquam ritè, aut rectè incedere norit, suis tergiuersationibus, incautis illudere didicit. An non illusit primis illis parentibus nostris, dùm boni, & mali scientiam promisit, qua equales Deo fierent, & essent? B Illusit, (ut breuibus perstringam) cunctis peccatoribus, promittens uarias huius vitæ delitias, quos deiecit in inenarrabiles ærumnas. Ipse callidissimus præ cunctis animalibus, sua uersutia illusit pluribus, qui dum sibi, plusquàm oporteat ascirent, nimiumque de propria uirtute præsumerent, in peiorem sortem tandem sunt abducti.

Delusus dęmõ, sem per alijs il ludere satagit.

Qui autem prudentiores fuerunt, qui sanctiores, atque cautiores, non delusi à Sathana, sed ipsi illusores fuerunt Sathanæ. Nonne, & ipse Christus illusor fuit Sathanæ, dum ad se illudendum Sathanas accessisset, persuasurus eidem, ut lapides in panem C conuerteret, ut è templi pinnaculo se præcipitem daret, coramque ipso caderet eum adoraturus, ut regna mundi possideret? Ecce quomodo inde confusus, & delusus abscessit, & tandem fugatus procul abiuit. O quàm sæuus draco, ò quàm tortuosus coluber, o quàm venenatus serpens, hinc inde à sanctis angelis, pijsque delusus hominibus. Nec iniuria. Ad hoc enim formatus fuit, vt illuderetur à nobis. Neque enim sancti aliter deuincere possunt, hunc potentissimum draconem, hostemque nostrum atrocissimum: nisi per illusionem, qui dum his bonis, diuitijs uidelicet, & honoribus, oblectationi- D bus, & voluptatibus, cæterisque technis illudere satagit, illusus tunc à nobis recedit, cum suas uersutias à nobis detectas agnoscit. Attende diuum Hieronymum, diuum Antonium: cæterosque rigidos heremi cultores. Attende diuum Benedictum, diuum Dominicum, diuumque Franciscum innumerosque alios in cœnobijs uitam agentes. Attende virgines, cunctosque sanctos, quomodo non ignorantes eius fraudes, non illusi, sed illusores eius, uitam transegerunt, & à blanditijs eius, falsisque persuasionibus nunquam seducti fuerunt. Hi sunt, qui de Sathana triumpharunt, qui super aspydem, & E basyliscum ambulantes, leonem, & draconem conculcauerunt. Hoc modo spes insidiantis frustrabatur, & salutem suam illudentes illi, operabantur.

Quib⁹ armis vtatur diabol⁹ ad tentandos & superãdos homines

Impius autem Iudas, qui nec huic immanissimo draconi illudere nouit, illusus à dracone, concito cursu, à uia salutis abscessit. Fœlix astutia, qua Sathanas illuditur: vtilis pruden tia, qua insectator reprimitur: laudabilis sapientia, quæ uincit semper malitiam: optimus dolus, quo quisquam à malo subtrahitur: Audi apostolum, quasi de dolo quodam prudentissimo gloriantem, & dicentem. Cùm essem astutus, dolo nos cœpi: quid est dicere, cùm essem astutus, nisi aperiè dicere. Cùm essem astutior Sathana, propterea Sathanę illusi, & dolo vos cœpi, idest ab infidelitatę ad fidem: & salutem reduxi? Oportet enim dolo cum illu

Sapiẽtissimus est & prudẽtissimus, qui dęmonem superare nouit & di dicit.

2. Cor. 12

M 2 dente

dente nobis agere; Secus non nos illudemus illi, sed nos illusi erimus ab illo.

Si vis autem discere, quid tibi sit necesse, vt huic draconi illudas, audi Augustinum. Lapsus diabolus è cœlo, hunc locum accepit: Obserua caput eius à timore seculi, & à cupiditate seculi; Hinc enim cum suggerit tibi aliquod malum, quod in tuæ salutis sit detrimentum, confringe, aut unde times, aut vnde cupis: quia aut amorem tuum ille tentat, aut timorem. Si obseruabis caput eius à timore sæculi, eius euitato, seu concusso capite, securus eius; capita enim draconis initia sunt peccatorum. Contere capita draconis, & ipse lapsum tuum non tenebit, nec de tua ruina gaudebit. Deus (inquit ille) sic loquitur in libro Iob. Non est quicquam similé ei, (idest draconi) factum super terram. Ad illudendum ei ab angelis meis. Et ne putaremus, quòd Deus illi illuderet, expressit, non ab ipso, sed ab angelis eius illusum esse. Vis igitur illudere illi? Esto angelus Dei esto immunis à peccato: Esto iustus, & rectus: esto & mundo corde. Quid si Iudas cor mundum non habens, immundis spiritibus receptaculum præbuit, ut pessimis occuparetur illusionibus eius?

Augusti. in ps. 103

Timorem semp diaboli s tuū vel tentat amorem.

Datus fuerat nequam iste angelus, videlicet Sathanæ, vt sanctum quendam colaphizaret, qui non semel, sed semper, non illusus ab illo, sed illusor fuit illius: dicente eodem. Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Et rogaui dominum, vt à me auferret. Ecce virum astutum: Ecce uirum illudentem Sathanæ, qui fortitudinem super Sathana: virtutemque resistendi, ne illuderetur à Sathana, desuper impetrauit à domino sibi respondente. Sufficit tibi gratia mea. Angelus iste erat, non natura, sed conuersatione, qui dicebat. Nostra conuersatio in cœlis est.

2. Cor. 12.

Paulus dęmonē delusit.

Obserua Sathanam illudere uolentem sanctissimo uiro illi Iob. Illusit, pręlique persequendo eum, atque temporalia bona subtrahendo, in dispersione gregum suorum, in filiorum oppressione, in plagis supra modum: in insultantium trium amicorum derisione, ab ipsa tandem vxore etiam derisus est, cùm illi, ut Deum malediceret, persuaderet. Illusit sanctus, non illusus tamen ipse, sed illudens alijs insultantibus sibi. Confusit Sathanam, quem & mendacem ostendit insultantibus sibi amicis, & reprehendens obstitit vxori impia suadenti; sicque illusor factus est omnium aduersantium sibi, & illudentium. Attende & Esaū insidiantem Iacob. Attende Goliath illudentem Dauid: Neuter tamen delusus ab illudente fuit, sed delusor illudentis extitit. Prudentior fuit Iacob Esau: potentior Dauid, Goliath: Astutior Iudith, Holoferne. Hi omnes angeli, qui non illusi, sed illusores fuerunt draconum. Hoc enim Deus expetit à nobis, quod & ipse effecit in nobis. Perdam (inquit) prudentiam prudentum, & sapientiam sapientum reprobabo. Vt ipse mediantibus nobis, tanquam instrumentis, infirma mundi eligens, fortia quęque confundat.

Confusus a sanctissimo Iob fuit diabolus.

1. Cor. 1.

Vlterius, nè à proprio nostro instituto, magis quàm par sit, digrediamur: ad illam noctis caliginosæ rationem reuertimur, cuius noctis ex peccato Iudæ, supra quàm dici possit ex scelere detestando Sanctus ille propheta, dearticulatè verbatimque meminisse videtur, dum inquit. Noctem illam tenebrosus turbo possideat &c. Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus, Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Maledicant ei, qui maledicūt diei. qui parati sunt suscitare leuyathan. Obtenebrētur stellæ caligine eius: Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ. Attēde decē proprietates teterrimæ huius noctis, quas soli Iudæ cōpetere, & inesse euāgelista hoc vnico verbo insinuauit, dum eum virum nocturnum declarauit. Attende, & decem obuenientia Iudæ mala, ex impio eius euenisse facinore. Noctem illam (inquit Propheta) tenebrosus turbo possideat. Quis est turbo? Aut quæ ratio turbinis in commemoratione tanti sceleris? Est enim turbo uentus, seu spiritus vehemens, tetra caligine oppletus, in maximarum etiam ædium præcipitationem agitatus, quæque sibi obuia turbans. Ecce Iudam vehementer agitatum, velut à turbine vehementi, maligni, caliginosique spiritus Sathanæ, videlicet in salutis suæ dispersionem. Agitatum (inquam) ac expulsum à maligno spiritu, à discipulatu Christi, à consortio Apostolorum, & à facie Saluatoris, velut in Christi excidium totus armatus iuxta illud, quod per Prophetam dicitur. Maledixisti sceptris eius, & capiti bellatorum eius venientibus, vt turbo ad dispergendum me.

Iob. 3.

Agitatur Iudas à turbine.

Abach. 3

Deinde non cōputetur in diebus anni. Per dies anni, Christi discipuli intelliguntur, qui luce fidei, & doctrinæ Christi totum orbem, quasi per circulum anni illuminauerunt, & suis doctrinis resplenduerunt. Ab horum dierum numero nocturnus Iudas excluditur, qui vlterius in numero discipulorum non computatur. Qui enim totus tenebrosus extitit, iure se ipsum à ratione diei exclusit.

Dies anni sunt Christi discipuli.

Nota.

Nec numeretur in mensibus anni, idest, non solum à consortio discipulorum, sed & à numero Apostolorum, Iudas, Sathanæ mancipium exterum se fecit: Qui apostolatum, auersus à Christo perdidit. Cùm enim totius anni menses sint duodecim; Post dies, idest discipulos, etiam commemorat sui apostolatus dignitatem, & locum, Iudam perdidisse, quod & alius propheta notat, Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Dicuntur etiam apostoli, menses, non solum ratione numeri duodenarij, vt dictum est, verùm, ea ratione menses appellari possunt, quia sicuti menses maiores sunt diebus, copiosioresque lucis; Sic & apostoli cæteris quibuscunque fidelibus maiores, tam fide quàm donis, virtutibusq; supranaturalibus extiterunt.

Psal. 108

Menses anni duodecim, sunt Christi apostoli, cuius numero non est annumeratus Iudas.

Tertio sit nox illa solitaria. Tunc nox solitaria extitit Iudæ, cùm per abscessum eius, remansit soli Iudæ. Vel quid est solitaria, ipsi uidelicet Iudæ, nisi etiam priuata lumine? tanquam diceret; nihil in nocte illa, nisi nox, extincto omni lumine Iudæ. Cui nullus ordo, sed sempiternus horror debetur.

Iudæ nox solitaria.

Nec laude digna. Ecce detestabilem Iudæ noctem, in qua nihil non detestabile, nihil non caliginosum, nihilque non execrabile ascribitur, dùm de Iudæ facinore propositum habetur.

Detestabilis Iudæ nox.

Obscurētur stellæ caligine eius. Tunc Apostoli obscurati sunt caligine Iudæ, cùm turbatis animis, atque

obtutibus

Noctis Iudæ caligine obscuratur apostolorū animi.

obtutibus se inuicem conturbarentur, audita magistri uoce, quòd inter ipsos adesset vnus eorum, ipsius magistri proditor: quia magis potuit sua proditione obtenebrare sydera ista cœlestia Iudas: quàm possent hęc splendidissima cœli astra, Iudæ illustrare caliginem. Attestante Propheta Salomone. Non sydcrum lympidæ flammæ illuminare poterant illam horribilem noctem. In perfidia igitur sua perseuerans Iudas, nec perfunditur lumine solis, videlicet, nec stellarum: sed obscuros magis apostolorum reddit, in tanta sua caligine animos.

Sap. 3.

Maledicant ei, qui maledicunt diei. Quia inter damnatos iam computatur Iudas, totusque vndique tenebrosus, maledictionibus plenus, cum maledictis, & maledicentium consortio deputatus. Qui parati sunt suscitare leuyathan. Quia Iudas sicut & cæteri damnati, uelut impœnitentes semper parati sunt suscitare leuyathan, idest semper urgent, à quo vrgentur, Sathanam: vt eundem ad aliorum damnationem, quasi à somno suscitare moliantur: cùm hæc sit damnatorum germana conditio, cunctos secum velle esse damnatos.

Iudas & omnes impœnitētes dicunt̄ suscitare leuyathan.

Expectet lucem, idest frustretur sua spe, qua sibi ipsi blandiebatur, & credebat ditiorem posse fieri, habitis denarijs pro venditione Saluatoris exhibitis: quia dum diues effici cogitauit, in laqueos diaboli, quos ignorauit, tunc incautus incidit, quando laqueo se suspendit.

Iudę spes erant denarij.

Nec ortum surgentis auroræ. Indignus fuit Iudas, ùt Christum à mortuis resurgentem conspiceret: pręsertim cùm prius suspensus obiret, quam Christus ipse rediuiuus appareret. His omnibus calamitatibus ueluti in nocte, nocturnus diem suū clausit, & in tenebras exteriores descendit. Posuisti tu tibi tenebras, & facta est nox. Tuum hoc malum, tua hæc damnatio, quam elegisti, tuum excidium, quod tibi ipsi præparasti. Facta est igitur tibi hæc nox, tibi, positæ sunt, quas elegisti, tenebras, & lubricum, qui damnationis tuæ tempus locum, & modum disposuisti.

Iudæ damnum.

Erat autem nox, &c. Attende quid uaticinatus sit Iob de Iuda, & de nocte eius. Lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius, obtenebrescet lux in tabernaculo illius, & lucerna, quæ super eum est extinguetur, præcipitabit eum consilium suum, immisit in rete pedem suum, & in eius maculis ambulat, tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Tunc lux eius extincta fuit, cum ad impietatem declinauit. Inuidia oculum alterum, alterum cupiditas excæcauerat, cum impius de pietate murmurauerat: Nec splenduit flamma ignis eius, quia desperatione facinoris confessus est errorem proiectis argenteis, obtenebrata fuit lux in tabernaculo eius, vbi responsum accepit suæ proditionis iustitiæ. Quid ad nos? tu videris. Lucerna, quæ super eum erat, imò quę non sub modio, sed super candelabrum recondita erat, idest, Christus qui illuminat omnem hoīem uenientē in hunc mundum, nec est qui se abscōdat à calore eius, retrahit ipse manum suam, radios suos, obsequiū suum, non in se quidem, sed quo ad effectum ad impium. Arctati sunt gressus eius, dum exiuit continuò ad patrandum facinus, sed & vlterius arctabuntur, nè ad bona quæ perdidit, redeat; quin etiam arctati fue-

Obtenebratur Iudæ lux.

A runt gressus eius, dum quod impiè cogitarat, explere non valuit, videlicet, Christum inglorium facere, & per mortem extinguere, eradereq; eum de terra viuentiū; Præcipitauit eum consilium suum, quia quod sibi vtile uisum fuerat & lucri, hoc sibi ad exitiū fuisse, & damnationem est expertus, cuius perditionis in causa fuit. Misit in rete pedes suos. i. sponte, & deliberatè implicuit se peccato, nulla occasione præstita, sed quia exardescet sitis contra eū. i. sitis qua ferebatur ad sanguinē Christi, contra eum exaruit, dum tenebatur planta eius laqueo, quia cum laqueo se suspendit, calcaneum, quē contra Christum leuauerat à terra, contra se ipsum leuatum tenuit suspensus.

Calcaneū quē cōtra Christū Iudas eleuauerat, suspēsus cōtra seipsū tenuit in cruce leuatum.

B *Cum ergo exisset dixit Iesus. Nunc clarificatus est filius hominis. &c.* Mirum negotium, & ineffabile sacramentum. Quo Iudas properat ad perdendū Christum, & quo Christus seipsum exhibet ad ludibria ad ærumnas, ad probra, ad flagella, tandem ad ignominiam crucis, eo se gloriosiorem, & illustriorem ostendit, perinde ac si apertè dicat. Abeat Iudas quò celerius potest, ad me perdendum, abeat consiliaturus satrapas, edocturus milites, insidias paraturus, abeat me proditurus osculo, me ligaturus funibus, me cōprehēsurus armis, & tandem me occisurus: Ego præeo Iudam, duo currimus ad sepulchrum, sed vnus præcur-

C rit citius altero. Currit ille malitia urgente: curro ego sapientia ordinante: currit ille, vt me perdat: curro ego ùt, saluem alios. Tardior me est iste, quia sapientia vincit malitiam. Calcari iniquitatis ille concitus currit, calcari charitatis concitus curro, & eò velocius, proniùs, & libentiùs tendo, quia charitas omnia vincit. Ad idem currimus, quia ad ludibria, ad passionem, & ad mortem currimus; ea autem, & valde remota, imò & contraria intentione currimus. Currit ille, vt me inglorium toti mundo reddat: curro ego, perennem mihi claritatem, & gloriam acquisiturus.

Ad idem currunt Christ⁹, & Iudas quā diuerso prorsus itinere, cum mortis ad quā properabat ille ille tormēta parat & instrumenta.

D Sic contraria contrarijs probata, suarum virtutum genere illustriora dignoscuntur. Ideo claritatis, & gloriæ meæ splendor in tenebrarum medio, in oppressionum pelago, in malorū turbine, & insuper in meæ mortis funere clariùs, emicantiùs, splendidiùsq; elucescet.

Hallucinatur Iudas, qui hanc, quam suscipio passurus infirmitatem, ad mortem esse arbitratur. Non enim est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam. Hinc iam detecto velamine conspicimus in quo Christus suam collocet gloriā, in quo eam transferat, & cōstituat: nēpe in cruce. Ibi igitur, & in nullo alio unquam, gloriandum est christianis, vbi

CruxChristi est gloria eius.

E Christus suam statuit gloriam. Hæc nos illustres efficiunt, si in passionibus, in ieiunijs, in uigilijs, in castitate, & in charitate nō ficta Christo cōformari curemus. His magnificatur Christus, quibus & nos oportet magnificare Christum, siue per mortem, siue per uitā. Magnificus est in sanctitate, gloriosus in sanctitate, clarificatus ex charitate.

Quæ nos opera clarissimos faciant & illustres.

Nunc clarificatus est. &c. Hoc verbo Christus oēm legis maledictionem in benedictionem conuertit, scandalum hìc crucis euacuat passione sua, suis flagris, & probris nostras ærumnas, & abiectiones, quę despectui sunt mundo, illustres, & gloriosas facit, externa hęc mala, quæ in mūdo pro Christo patimur, in sortem longè meliorem conuertit, vt iam non erubescamus euange-

lium, pressuras, paupertatem, demissionem, esuriē, contumeliasq; pati, immò hæc æternæ benedictionis instrumenta iam facta declarat, insinuatq; per multas tribulationes in regnum Dei nos ingressuros. Quis igitur hæc abhorreat vlterius, quæ nedum homini christiano in gloria non existunt, verum, & in gloriam ipsius Christi cedunt? Nam sic ea sibi Saluator in gloriam ascripsit, vt non solum ea, quæ suscepit in gloriam extulerit, siue cedere fecerit, sed tanquam hæc ipsa ad gloriā eligens, & ea ad gloriam ordinans, uerbo preteriti tēporis, quæ obuentura erant prænunciauerit. Clarificatus (inquit) nūc est filius hominis. Quia in homine Dei uirtus, Dei bonitas, Dei charitas, & Dei iustitia incipiet conspicua effici & nota fieri mundo. Mea (inquit) hæc gloria est, qua patris gloria manifestatur, & ostenditur: Ego uelut ad gloriam lætus propero, qua multos gloriosos efficere constituo: qua meam etiam humanitatem sublimiori loco constituam, vt inde suscipiam nomen, quod est super omne nomen.

Quam libentissime properabat Christus ad crucem.

Nullus tam promptus, tam lætus, tam iucūdus quæuis insignia, coronas, laureas suscepturus ad triumphū accessit, quàm Christus ad rogum crucis, ad passionē, & mortē quæ omnia certò sciebat in gloriam sibi cessura; omnia obscura clarescunt in luce, nihil non splendidum in sole, nihil non fulgidum in lumine. Omnia viuunt in vita, nihil inglorium in gloria. Ergo & mors in Christo gloriosa, gloriosæ spinæ, claui gloriosi. His sponsus sanguinis Christus ornatus apparuit, cuius diadema spineum, cuius uestes tinctæ de Bosra, cuius indumentum rubrum, cuius sceptrum arundo, cuius thronus crux, secundum quod scriptum est. His omnibus

Isa 49.

uelut ornamento vestieris, & circundabis tibi eos quasi sponsa. Hæc est gloria Christi, & gloria hæc est omnibus sanctis eius, qui gloriantur in passionibus, in angustijs, in infirmitatibus, in persecutionibus, in ieiunijs multis, per arma iustitiæ virtutis Dei, à dextris, & à sinistris & cæteris, de quibus Apostolus gloriatur. Præsertim autem in cruce Domini nostri Iesu Christi, in qua est salus, uita, & resurrectio nostra.

2. Cor. 12

Nunc clarificatus est filius hominis. &c. Nulla filio Dei poterat addi clarificatio, q suo splendore illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Hæc autem in fimbrijs aureis adhuc intus erat occultata. Cuius splendoris radij perforata & lacerata humanitate, coruscare cęperunt. Nā Christo in cruce pendente, & diē suę mortalitatis claudente, uociferatus est centurio, quod uerè filius Dei esset. Prius nonnulla suæ claritatis signa præbuit, haud tamen cōmunia, & toti mundo cōspicua, quæ infirmitate passionum, & abiectionum, ac crucifixione adumbranda uidebātur. Quibus cedentibus, post certamen gloriosior uisus, & factus est Christus illustrior. Equidem apud pastores clarum Christū reddebant angelicæ uoces, cęlestium exercituū concētus, lux nocturna cęlitus demissa. Nam & Magi, stella, quā in oriente viderant, Christi claritatem edocti, illū adorabant, turbæ radijs miraculorū illustrati Christū gloriosum prædicabant, filium Dauid acclamabant, cum regem sublimare volebant, plurimisq; præconijs Christi gloriam prædicabant, & protestabantur.

Quando clarificatus fuerit Christus.

Verum huc oīa ista tendebant, vt huius glorificationis Christi, in qua triūphator uisus est mortis, peccati, diaboli, & mundi, ibi gloriæ esset cōsummatio, vbi con-

F fregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum. Nam & ante submersionem Aegyptiorum (inquit) Glorificabor in Pharaone, & in omni populo eius. Vnde ait Apostolus. Expolians Principatus, & Potestates, traduxit confidenter triumphans, illos in cruce. Ibi conspicua Christi gloria facta est mundo, vbi visa est eius admiranda à morte resurrectio, vbi effigiata est hominum obtutibus gloriosa eius in cœlum ascensio. Optimè igitur inquit Dominus: Nunc se clarificatum iri. Ceu præludia visa sunt illa, quæ hactenus de Christo, nunc ad suam accingitur gloriam, media passione, & morte consummandam. Hæc vna, & præcipua

Colloss. 1.

G filij hominis clarificatio, vt agnoscatur etiam fili' Dei, vt diuinitas in humanitate latens innotescat, dum qui filius hominis inglorius iudicatur, pleno ore filius Dei prædicetur.

Nunc clarificatus est, &c. Remoto immundo, ablato è medio Iuda, nebula à facie solis fugata clarificatus redditur Christus, qui à sola improbitate obscuratur, à solis peccatorum tenebris obfuscatur. Obsistebat Iudæ impietas benignitati Christi. Mundi erant quidem, qui cum Christo erant, sed non omnes. Iudas immunditia polluebat, & commaculabat collegium, & indecorum reddebat, quo remoto, gloriosior est

H Christus. Neque enim poterat, nisi pauca miracula facere Christus inter incredulos, quorum infidelitas Christo obsistebat. Secus autem Deus est, qui glorificatur in concilio Sanctorum. Plantatio Domini ad glorificandum dominum. Obscurant Hæretici Ecclesiam Christi, obscurant, & improbi. Rubigine obscuratum est aurum, cum peccatis contaminantur animæ fidelium. Domus illæ, illa collegia, respublicæ, familiæ, & consortia contaminata redduntur, in quibus improbus perseuerat. Hoc si aduerterent rectores; hæc si coniectis oculis non pertransirent pastores, & quicunque cæteris præsunt; quomodo non arcerēt

Obscurāt Christi Ecclesiam Hæretici.

I blasphemos? quomodo non coercerent facinorosos? & opprobrium non auferrent à proprijs domibus, apothecis, collegijs, consortijs, ciuitatibus, & regnis? Abeant igitur, vt glorificetur Christus, vt resplendeat iustitia, vt emundetur Ecclesia, vt iustorum caterua, fiat & conspiciatur illustrior.

Nunc clarificatus est, &c. Quia pertransito medio, mox declinat ad terminum; ideo nunc sum glorificatus, pro nunc sum glorificandus, quia omnia disposita, omnia iam iam terminata, quæ mihi adimplenda supersunt, vt media passione, & cruce, ad immortalitatis regnum victor ascendam. Ex hoc mundo, ad

K patrem transeundo, gloria, & honore coronādus, quia hanc, quam assumpsi humanitatem in meæ diuinitatis locum, nempè ad patris dexteram, sum collocaturus. Nunc (inquit) clarificatus est filius hominis, qui in agone constitutus legitimè certaturus occurro, clarificor ex charitate, & humilitate vsque ad mortem, clarificabor ex diuinitate, & maiestate post mortem, repositam mihi coronam sum adepturus, brauium consecuturus, meam mihi paraturus aureolam. Ecce igitur glorificationis medium: ecce uiam ad clarificationem: ecce insuper passionis meritum: ecce nostræ celeritatis brauium, sunt passiones medium, est glorificatio brauium: sunt tribulationes meritum, est glorificatio præmium. Quorum autem alter sit primus, intelligis beni-

benignitas prudentiæ vestræ. Certum redditur secundum, si suscipiatur primum, certius eo redditur, quod velut præteritum designatur. Nihil certius, quã quod veritatis ore promittitur. Scimus autem, quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vnde ait Apostolus ille: Modicum quid si oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio fidei vestræ multo pretiosior auro inueniatur, in laudem, & gloriam, & honorem, reportantes finem fidei vestræ salutem animarum. Hæc igitur sunt homini gloria, quæ sunt glorificationis instrumenta. Hanc enim auspicari licet, tanquam conclusionem in præmissis, olus in semine, fructum in germine, medullam in cortice. Dicente Apostolo. Quæ enim secundum Deum tristitia est pœnitentiam in salutem stabilem operatur.

1. Pet. 1.

2. Cor. 7.

Gloria est clara cum laude notitia.

Nunc clarificatus est filius hominis, &c. Hanc gloriæ diffinitionem sapientum communis sententia edocuit, vt nil aliud sit gloria, quàm clara cum laude notitia. Christum igitur glorificandum, est Christũ clarificandum, non ea claritate, quam habuit priusquàm mundus fieret, secũdum quam, lucem habitat inaccessibilem; sed secundum quam notificatur hominibus. Cum autem omnis notitia Christi ad solam eius laudem spectet, oportet omnem notitiam Christi esse gloriã Christi. Sola igitur notitia Christi sufficit ad gloriam Christi. Vnde per Proph. dicitur: Propter quod in doctrinis glorificate dominum. Per doctrinas .n. habentur notitiæ. Sed cum per fidem tantũ, doctrina de Christo haberi possit, per fidem notificatur Christus. Tunc autem maximè ad fidem accurrent gentes, cum quæ fidei sunt, miraculis corroborati videbunt.

Isa. 24.

Notitia Christi.

Illa igitur solis obscuratio, illa templi explanatio, illa petrarum scissio, ille terræ motus, illa monumentorum apertio, & mortuorum resurrectio, quæ eodem die, & hora, in qua mortuus est Christus, omnibus facta sunt conspicua; dum Christi notitiam prædicabãt, Christi clarificationem, eiusq; gloriam potestabantur. Et dicitur glorificatus, quia sunt in itinere ad glorificationem, & terminum habent ad glorificationem, cui glorificationi nihil obsistere potuit. Quæ enim initiata videmus, & quæ statim fienda cognoscimus, hæc pro factis habemus, & quasi facta prædicimus. De qua Isaias ait. In die illa erit germen domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis.

Isa. 4.

Nunc clarificatus est, &c. Summa, prouidaq; sapientia, discipulorum infirmitati obuia proponit prius glorificationis statum, quàm supplicij. Antequàm de recessu, & morte sua sermonem faciat, glorificationem indicat, quò tollerabilius fiat eis mortis eius nuncium, vel certè ne in dubitationem prolaberetur, extinctum iri Christum morte, passioneuè periturum. Et quidem pro glorificationis certitudine vti maluit præteriti temporis verbis ad sedandas ipsorum pectorum tristitias de morituro magistro, & domino. Glorificatus multoties fuit Christus, à turbis comitantibus, vestes sternentibus, ramos portantibus, acclamantibusque, Benedictus qui venit in nomine Domini. Glorificatus in saturatione quinque millium ex quatuor, ac etiam ex quinque panibus: dum in doctorum medio doceret, dum peccata dimitteret, dum ventis, &

Pluries ab hominib' glorificat' fuit Christus in terris existẽs.

A mari imperaret, dum sic loqueretur, qualiter nunquam loquutus sit homo, dum cæcos illuminaret, aquam in merum conuerteret, mortuos etiam ad vitam reuocaret, dum in monte gloriosus appareret, in baptismate paterna voce manifestus fieret; à stella in crepundijs, magis præuia indicaretur, &c. Verum hæc omnimoda coruscatione clarescunt in morte eius, in qua ampliori glorificatione exaltatur; ita sanè, vt omnia trahat ad seipsum per crucis exaltationem.

Nunc clarificatus est, &c. Quid mirum si falsis expulsis discipulis clarificatus censeatur magister? Est B insuper magistri clarificatio, est & domini glorificatio suo è consortio, suis è domibus improbos, facinorososuè abdicare discipulos, ac seruos. An non redundant in magistrum, seu dominum, quæ sunt honestatis, aut impudentiæ discipulorum?

Et Deus clarificatus est in eo, &c. In Christo erat Deus, quia in principio erat verbum, & Deus erat verbum, sine quo nunquam est Deus. Huius nescientiæ arguitur à Christo Philippus. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Cum igitur persona verbi tota referatur ad patrem, de quo dictum est, & infra dicendum erit. Oportet, & quidquid ad personam C filij spectat, totum referatur ad patrem, qui est principium filij. Vnde supra dictum est. Qui me recipit, recipit & eum, qui me misit. Et apud alium Euang. Qui me spernit, spernit & eum, qui me misit. Igitur totum, quod est Christi, refertur ad patrem, & ideo clarificato Christo, Deus clarificatus est in eo, quia omnia opera Christi referuntur ad Deum. Sed quantum ad humanitatem spectat, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Nihil sibi gloriæ reseruauit Christus, qui non suam, sed patris gloriam quæsiuit. Ego (inquit) glorifico patrem meum. Neque enim veni, vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui D misit me. Deus enim clarificatus est per Christum instante namque passione, & morte, in Christo dicitur clarificatus Deus, quia tacente Christo agnitus est in Christo Deus.

Omnia quæ in filio sunt, referũtur ad patrem.

Et Deus clarificatus est in eo, &c. Attende hæc multa habuisse Christum, quæ recenseret discipulis; quorum tamen Iuda coram assistente, nihil edisserere voluit. Erant enim margaritæ, non exponendæ porcis, quæcunque deprompturus erat, quippe de sua, & patris gloria, de merito passionis, de fructu tribulationum, de triumpho mortis, de vtilitate persecutionum, de gloria resurrectionis, de indiuiduæ Trinitatis my- E sterio, &c. Quæ omnia nihil ad Iudam: Potius autem existente Iuda omnem conuertit sermonem, omnem conatum ad hoc, vt Iudam ab impietate retraheret, vt à peccato Iudam auerteret, ac à damnatione cohiberet. Hoc totum Christi opus, vt destruatur corpus peccati, vt lucretur perditum, vt reducat deuium, ideo eo assistente, totus conuersus ad ipsum, continuis rudimentis instabat, pulsabat, & totam operam nauabat, si quo modo Iudam ab instituto retraheret. Quibus erudimur, quanta nos cura inuigilare debeamus, sedulis insistereque obsequijs, sollicitudinibus, & vigili cura, quò peccatores à peccato, in quo versantur, auertantur, adeo vt nulla, aut maior, aut præstantior sollicitudo, hac vna pensetur.

Quanta cura, & sollicitudine debeãt inuigilare pastores, & prælati, vt prauos à peccatis & malis coerceãt.

Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum

eum in seipso. Moriente Christo clarificatus est Deus in Christo, resuscitato Christo Deus clarificauit Christum in seipso, quia in cruce agnitus est Deus, quod esset in Christo, & in resurrectione Christi agnitus est Christus, quod esset Deus. Hoc fecit humanitas in Christo, vt pateretur, & moreretur Deus; hoc fecit diuinitas i Christo, vt resurgeret, & triumpharet homo. Vtraque vicissim clarificatio, hæc tamen prima Dei in homine glorificatio, subsequēs autem hominis in Deo glorificatio. Passum igitur Christum, vulneribus sauciatum, & tandem mortuum pro gloria patris, pater & resuscitat, & ascendere facit, vt glorificet sauciatum:

Psal. 29. dicente Proph. Conscidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia. Attende adinuicem se clarificantiū admirabilem hanc compensationem, mensuram plenam, supereffluētem, coagitatam, quam suis elargitur

Luc. 12. Deus. Et ea est, de qua ipse Saluator. Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor, & ego eum coram patre meo. Parum videtur dixisse, qui suos glorificatores in terris, coram hominibus, glorificandos dixerit in cęlis coram Angelis Dei, & coram patre suo, & ideo spondet ipse pro patre, vt non solum coram, sed in seipso Deo sint glorificandi, quia in Deo sunt beatificandi. Ipse merces iustorum, magna nimis. In-

Psal. 70. troibo in potentias Domini.

Quomodo glorificandus sit Deus à nobis. Deus igitur est, qui glorificatur in concilio sanctorum, quem sancti glorificant, prædicatione, conuersatione, & sanctitate, vt videntes opera nostra bona, glorificent patrem nostrum, qui in cœlis est. Deus est, qui sanctos suos ita glorificat, vt etiam in seipso illos glorificet, quibus totum se communicat, & totum, quo fruantur exhibet, ac totum, quem possideant præbet. Accedat igitur homo ad cor altum, eleuet se à terrenis, tendat ad superna, grauitatem deponat, ignem accendat cœlestia petat, & exaltabitur Deus Audacius scripsi vobis fratres (inquit Apostolus.) vt fidelis sim

Rom. 15. minister Christi in gentibus, sanctificans Euangelium Dei, Hæc sanctificatio dicta est ab Apostolo, qui sanctificatum se ab Euangelio, non sanctificatorem Euangelij pronunciauit. Sed tunc Euangelium se sanctificare dicit, cum Euangelium sanctum esse gentibus ostendit, & alibi. Auditum habeant, qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam

Gal. 1. al quando expugnabat, & in me glorificabunt Deum.

Ioan. 11. Ideo cum de Lazaro ægroto loqueretur, ait. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed vt glorificetur filius Dei per eam.

Si Deus clarificatus, &c. In filio clarificatur pater, quia gloria patris est filius. Sicut enim stultus filius

Prou. 10. dolor est patris: Necnon confusio patris est de filio in-

Eccl. 22. disciplinato. Ita & filius prudens gloria est patris, &

Prou. 10. filius sapiens lætificat patrem. Deus igitur in filio glorificatur, qui cum sit splendor gloriæ, & figura sub-

Clarificatur à patre filiꝰ, & pater à filio. stantiæ eius, non potest, nec alibi, nec aliter glorificari pater, nisi per filium, & in filio. Clarificauit Christus patrem qui notificauit nobis patrem, qui patris voluntatem insinuauit nobis, qui patris nomen hominibus manifestauit.

Verè Deus abscōditus erat pater, qui nec pater esse, Deus agnitus erat, nec poterat sine filio agnosci pater: quia filius tantùm denotat patrem. Insuper sola Dei virtute, & Dei sapientia, patris cognitio abdita sęculo, &

F à prudentibus, ac sapientibus abscondita, hauriri potest. Christus igitur Dei virtus, & Dei sapientia edisserere nobis quæ Diuinitatis sunt, potuit. Cum itaque suam doctrinam impartitus est filius, cum sua nobis sapientia innotuit, patris sapientiam, & patris doctrinam nobis patefecit, doctrinam suam, non suam, sed patris esse, apertè denuncians. Miraculorum suorum Christus gloriam transferens in patrem, Christus suum per miracula patrem clarificat inquiens. Pater in me manens ipse facit opera. Quoties patris sanctitatem, & perfectionem ostendit, patrem clarificauit. Perfecti estote, quia pater vester cœlestis perfectus est Cum tē-

G plum emundat, patrem clarificat, cuius domum, domum orationis ostendit. Aduersus pharisæos in Dei potentiam blasphemantes patrem glorificat. Ego demonium non habeo, sed honorifico patrem meum. Patris charitatem, quāta sit in homines. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret vt &c. Patris prouidentiam. Scit enim pater vester quid vobis opus sit. Si vos nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater cœlestis &c. Patrem inspectorem secretorum, simul, ac remuneratorem ostendit. Pater tuus, qui videt te in abscondito, reddet tibi. Omnia ad hunc patrem referenda esse voluit cū inquit. Patrem

H nolite vocare uobis super terrā, vnus est enim pater vester, qui in cœlis est &c. Patrem hunc à nobis sanctificandum. Pater sanctificetur nomen tuum. Hunc patrem suum Christus ab exordio suæ natiuitatis glorificauit, & vsque ad vltimum suæ vitę spiraculum, clarificauit, & honorificauit, cum suæ natiuitatis præcones angeli, Gloria in excelsis Deo, cecinisse legantur. Et spiritum suum patri moriendo tradiderit.

Glorificauit pater filium, qui semper audiuit filiū, & pro sua reuerentia exauditum fecit. Qui omnia dedit in manus filij: Qui omne iuditium dedit filio: qui nomen super omne nomen tribuit filio: qui super an-

I gelos filium constituit, & ad dexteram eum collocauit, & gloriosum fecit illum, mendaces faciens. qui cō-taminauerunt illum. Ecce igitur quomodo vna est claritas, quorum una est maiestas; una est æternitas, quorum vna est gloria: vna dignitas, & æqualis splendor: non enim vnus sol est Pater, & alius sol Filius: sed Pater & Filius vnus est sol: quia totius Trinitatis unus splendor, unum lumen, una maiestas. Igitur Deo patri sit gloria, eiusque soli filio, cum spiritu paraclyto in sempiterna sęcula. Hic enim Deus meus & glorificabo illum Deus patris mei, & exaltabo illum. *Vna est patris & filij maiestas & gloria.* *Totiꝰ Deificę Trinitatis vnus est splendor.*

Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificat illum in seipso. Quibus adhortantur Christi discipuli, ut nō in ea tantum, quæ est Christi, sed in ea quæ propria est

K singulis, cruce, constanter, & infracto animo perdurent. Nec ab his uelut à medijs, seu etiam instrumentis glorificationis recedant. Tanquam apertè diceret. Nisi has semitas, me prosequentes, tenueritis, & crucē vestram, sequentes me, susceperitis, ad gloriam nunquàm peruenire poteritis. Crucis magnitudine non terreamini, mortis turpitudine non frangamini. Ego sterno huius itineris semitas, qui primus per spinas per probra, per flagella, per plagas, & per crucis patibulum antecedo, & hæc omnia suscipio, vt in me sita suauiora reddant, ut ab eis maledicta auferant, damna transferant, & ignominiā rescindant, & quæ ad interitum

eum erant, ego ad vitam, vita constituo. Omnia implebuntur bonitate, me summo bono talia disponente. Ego maledictionem aboleo, & mea benedictione adhærentia mihi omnia benedico. Secundum quod scriptum est; Maledicent illi, & tu benedices. Hanc benedictionem dedit legislator sublata è medio omni antiqua maledictione, quò fortior peccato agnosceretur gratia: Et vnde illud abundauit, superabundaret ipsa.

Ps. 108.

Si Deus clarificatus, &c. Hoc est, quod aliàs iuramento pollicitus erat dominus, Viuo ego dicit dominus, quia glorificabo glorificantes me; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Hic ergo attenditur præstantia Christi super Moysen, qui non vsquequaque Deum clarificauit, dum ad aquas contradictionis vexatus spiritu, coram populo, Dei potentiam non exaltauit. Esto enim ipse nõ dubitauerit, an Deus educere aquas posset de petra, quia tamẽ indignatione commotus Deum non glorificauit, sed quasi dubius facti sit locutus, percussus à domino interijt; nec populum introducere in terram promissionis meruit. At Christus vltro citroque Deum glorificauit, qui Dei gloriam semper exaltauit, & in Dei gloriam omnia retorsit, & traduxit confidenter in regnum patris populum, quem acquisiuit.

1. Reg. 2.

Videtur satiè Moyses dubitasse, an posset De' de petra aquas excutere.

Cæterum glorificatur à nobis, & in nobis Deus, quoties glorificatur à nobis, & in nobis Christus, quia mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, ipse est, quem glorificamus, & Deus ipse glorificatur in nobis, cum Christo consecrati sumus, tunc Deum glorificamus, cum inculpatam vitam Christo transfigimus, tunc in ipso Deum magnifacimus, cum non quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi quærimus, cum libenter pro Christo quæcunque patimur, cum Christi legem, & præcepta obseruamus, in Christo Deum honoramus. Sic enim, & in sanctis suis laudandus est Deus; quorum cultus, laudes, & honor redundat in Dei maiestatem, & gloriam.

In his glorificatur, quos in seipso glorificat. Nullus igitur in seipso gloriã reponi queat, nullus hanc sibi vsurpet, & qui terra est, gloriam suam in puluerem reducat. Quid enim habes, quod non accepisti? & si accepisti, quare gloriaris, quasi non acceperis? Non igitur glorietur potens in potentia sua, non sapiens in sapientia sua, nec diues in diuitijs suis; magis autem, qui gloriatur in domino glorietur. Inanis, & parua est gloria hominis, tanquam flos agri euanescens: magna autem est gloria eius in salutari suo. Magnus est Deus, magnum eius salutare; & ideo magna est Dei gloria in salutari suo. Omnis (inquit) gloria eius potentiæ, sapientiæ, bonitatis iustitiæ, &c. in salutari est recondita, in Christo est collocata. Ergo est in Christo quærenda, à Christo expectanda, & per Christum acquirenda.

Celerimè hois gloria euanescit.

Et continuò clarificabit eum, &c. Abeat Iudas continuo ad perdendum Christum, ad obscurandũ Christum, iam adest, qui continuò clarificabit illum. Non prorogabit Deus, nec procrastinabit, aut in longum differet, sed continuò illum clarificabit. In cruce illũ clarificauit, morte sua illustris, cruce sua conspicuus, & clarus factus est Christus, qui crucem suam in vexillum regium fecit, qui morte sua mortem omnem occidit qui infirmitate carnis omnem diaboli potentiam

Crucis Christi virtus, & potentia.

A eneruauit, qui sanguine suo peccatorum maculas lauit, qui spiritu suo efflato gehennas æternales extinxit. Sed & continuò vlterius clarificauit, qui post quadraginta horarum spatium ad tertiæ diei contactum rediuiuus resurrexit, gloriosus apparuit, immortalitatem adeptus, & dexteræ patris locum assecutus. Quid mirabilius dictu? Quid gloriosius cogitatu? Quid affatu magis eximium? Per mortem habere vitam, per passionem gloriam, per crucem triumphum, per ignominiam, gloriam, per contumelias, & probra, laudes? Hæc non capit mundus, & quod Iudæis est scãdalum, & Gentibus stultitia, nobis Dei virtus est, & sapientia. B Hæc carnalibus oculis sunt occulta, à prudentibus, & sapientibus abscondita, in thesauris Dei signata, paruulis, & fidelibus reuelata.

Et continuò clarificabit eum, &c. Hæc seriò de sua glorificatione differere voluit Christus, nè consternati animo discipuli succumberent, quos sciebat de supplicio suo mœrentes. Auertit igitur illos à passione ad gloriam, à tenebris ad clarificationẽ, & à mortis ignominia, ad resurrectionis exaltationem. Hoc lætissimum, & miræ consolationis dulce affamen, ac suaue colloquium introduxit, quo veluti blando, ac miti solamine refoti alacri corde reuiuiscerent, & resocillarentur animo Apostoli. C His enim verbis valde suam, quam abhorrerent, commendat crucem. Et vt illos ad subeunda huiusmodi mala, velut instrumenta, & media ad gloriam, promptos efficiat; qui nullis terreri debeant ærumnis, ad despondendos animos, quo minus ab instituto Euangelij retrahantur, & a prædicatione.

Et continuò clarificabit eum, &c. Attendenda est quadruplex denunciatio clarificationis, qua denotatur quadruplex glorificatio Christi, quam sacræ testificantur scripturæ. Prima Christi glorificatio fuit in cruce, de qua ipsa protestatur veritas. Si exaltatus D fuero à terra, omnia traham ad me. Quæ enim occurrerunt in morte Christi signa in cœlo sursum, & sub terra deorsum, ipsa apud singulos testificata sunt diuinitatem Christi, & eum sublimem, quo nullus excelsior, protestata sunt. Et vt inquit Apost. Per mortem destruẽs eum, qui habebat mortis imperium, per mortem enim suam longè præstantius, quam martyres alij, & Petrus clarificaturus erat Deum, secundum quod scriptum est. Hoc autem dixit significans, qua morte clarificaturus esset Deum.

Quadruplex Christi clarificatio, & glorificatio.

Ioan. 12.

Hebr. 2.

Ioan. 21.

Secunda glorificatio Christi est in resurrectione eius, cuius noluit habere testes infames, siue improbos E Israëlites, aut Pharisæos; sed tantum idoneos, ac omni acceptione maiores, viros pios, ac veritatis amatores, Discipulos, & Apostolos (oportebat enim omnino omnem abesse impietatis caliginem ab opere clarificatorio, ad Christi gloriam ostendendam, cuius gloriæ meminit Apostolus. Quomodo surrexit Christus per gloriam patris, ita & nos, &c. Sed & humanitas Christi glorificata est in resurrectione, quę decorem induit, & adepta est immortalitatem. Nam Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, &c. Et sicut hæc Christo competit inquantum humana natura vnita erat diuinitati; ita & nobis hæc non nisi competit, ex coniunctione cum diuinitate, participes effecti diuinitatis, & diuinæ naturæ

Rom. 6.

In resurrectione Christi et eius glorificata fuit humanitas.

Rom. 6.

turæ per gratiam participes effecti. Dicente Apostolo. Qui suscitauit Iesum à mortuis, suscitabit, & mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritum. Sic enim redundat gloria diuinitatis in gloriam humanitatis, quia in humanitate, quæ latebat, resplenduit plenitudo diuinitatis, & deriuatur à diuinitatis splendore. *Rom. 8.*

Tertiò glorificatus est Christus super Angelos per passionis meritum. Quod enim debebatur sibi ex debito vnionis, hoc voluit etiam ex merito passionis. Dicente Apostolo. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Vnde Proph. Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, &c. Hinc Angelos audiuimus nuncios, ac ministros eorum mysteriorum, quæ ad humanitatem Christi spectabant, tam natiuitatis, quàm resurrectionis, esuriei, agoniæ, & ascensionis. Per quam ascensionem maximè glorificatus est Christus, secundum humanitatem. Oportet enim, & hoc fateri, Christum maxima in maiestate in Cœlum ascendisse, cum in sua eadem maiestate sit descensurus ad iudicãdum populos; attestantibus Angelis, conspicientibus Galilæis. Hic Iesus, qui assumptus est à vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eũ ascendentem in Cœlum. *Philip. 2.* *Psal. 8.* *Act. 1.*

Quartò clarificatus est Christus, dum constitutus est Iudex viuorum, & mortuorum, cui omnis potestas collata est in cœlo, & in terra. Nam pater omne iudicium dedit filio: Christo enim homini, idest, non secundum quod Deus tantùm, sed secundum quod homo, adeptus est plenariam iudicandi omnia, potestatem, asserentibus Angelis. Quemadmodum vidistis eum ascendentem in Cœlum, idest, secundum humanitatem gloriosum, &c. ita veniet in maiestate magna, scilicet, & potestate, iudicaturus viuos, & mortuos. Nam sicut per separationem Iudæ ab Apostolis Christus se clarificatum dixit, ita & in iudicio, totum corpus Christi, quod est Ecclesia per separationem malorum à consortio bonorum, & per diuisionem ouium ab hædis clarificabitur, illustrabitur, minuetur; nam clarificari dicuntur, quæ numero diminuuntur. Multi enim secundum præsentem iustitiam iudicabantur electi, Deo grati, numero iustorum ascripti, qui ab illa infallibili decident iustitia; ideo clarificabitur Christus, à cuius participatione omne excluditur, non purum, non clarum, non sanctum. *Habet Christus plenam iudicij potestatem.* *Ethymologia clarificationis.*

Cæterùm quattuor adhuc sunt clarificationes, ad Christiani hominis salutem valde conducentes, vt nihil damnationis sit in his, qui sunt in Christo Iesu. Prima, quæ per baptismi susceptionem habetur, in quo nihil rubiginis, nihil relinquitur contagionis culpæ, aut pœnæ peccatorum præcedentium. Dicente Domino: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Secunda per pœnitentiæ sacramentum, in quo delentur peccata quoad culpam, si adsit contritio, & quoad pœnam si completa aderit facinorum satisfactio. Tertia est per martyrium, quo suscepto plena fit peccatorum expiatio, si pro veritate, & iustitia quis vitam exponat pro Christo. Quarta est animarum existentium in purgatorio, quæ sola pœna detentæ, per ignem purgatæ, emundatæ transeunt ad consortium Christi in gloria. *Quattuor sunt Christianorum clarificationes.* *Matth. 6.*

Et continuò clarificabit Deum, &c. Prius in Pharaone Dominus clarificari dicitur, in quo voluit, portentis, signis, & plagis suam omnipotentiam notam facere: in Moyse suam prouidentiam, qua mediante, mirabili subsidio populi indigentijs subuenit. In Nabuchodonosor suam iustitiam puniendo, sublimem ostendit. Tandem in Christo suam omnino clarescere misericordiam statuit, vt sicut miserationes eius super omnia opera eius, ita gloriosior in misericordia p Christum Deus clarescat sæculo.

Filioli adhuc modicum vobiscum sum, &c. Audiamus glocitantem gallinam pullos suos conuocantem; audiamus & aquilam prouocantem pullos suos. Filioli (inquit) iam nos infantes vteri sui Christus instante morte vocat, qui nos in adoptionem filiorum exaltat. Prius enim nos seruos & quidem inutiles, vocauerat, quibus indixerat. Cum feceritis hæc omnia, dicite, quia serui inutiles sumus. Subinde seruos iussit vocare seruos, & reddere illis mercedem. Et vlterius. Iam non dicam vos seruos, sed amicos, quia omnia quæcunque didici, nota feci vobis, quibus nos iam pro sublimi eius charitatis ardore nos filios vocat, quos æterni regni cohæredes facit. Per hoc enim, quod non filios, sed filiolos nos hic nuncupat, primogenitum in multis fratribus, cui iure hæreditario omnia bona patris competunt, cæteris verò per participationem: Ipsi per naturam, alijs per gratiam. Posterius tamen vocabit, & fratres, quorum ipse, & est, & dicitur primogenitus, vt sciamus omnium bonorum nos consortes effici, hic enim ille est primogenitus æterni patris, & omnium regis, cui iure legali congruit, & totius regni, & omnium bonorum plena, & perfecta possessio: Hunc enim constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit, & sæcula. Nos autem cohæredes suos facit, & fratres vocat, & in filios æterni patris adoptat, Apostolo dicente: Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum, secundũ propositum voluntatis suæ. *Luc. 19.* *Chr. amicos suos filiolos vocat, & fratres.* *Ephes. 1.*

Ipsius igitur est regnum, ipsius sunt bona, ipsius est mensa; nobis autem datum est sedere super mensam suam in regno suo: Nobis (inquam) concessum est frui bonis suis, inebriariq; ab vbertate domus suæ.

Filioli adhuc modicum, &c. Vnus est Dei patris filius, splendor, & figura substantiæ eius, qui non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, æqualis patri, secundum diuinitatem, coæternus, & consubstantialis, & eiusdem naturæ cum patre, nunquam extraneus patri, semper in sinu patris, in quo semper benè sibi complacuit pater; Cæteri à Christo filioli sunt; grex pusillus, imbecillis, imperfectus, ignarus, natura filius iræ, ita vt nequeamus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; ideo filioli. Sic enim, & pueros vocat inferius, qui adhuc terrenis oblectamur, qui terrena tantum amamus, & sapimus, & cœlestia paruipendimus; qui nondum stare, nè cadamus, didicimus, qui vmbris deterremur, & ab incepto, tam facilè pedem retrahimus, qui panem adhuc frangere, non agnouimus, sed frangente indigemus, qui solo lacte pasti lambimus cœlestia, & velut catelli cœlestis mensæ micis cadentibus intenti ora tenemus, vt illorum aliquid consequamur, imò quasi modo geniti infantes, lac cõcupiscimus, in quibus nõdum est reformatus Christus, sed sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua, vel sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ suæ. *Nusquàm est Dei filius à patre separatus.* *Ioan. 21.* *Cur pueros vocet nos Dominus.*

Filioli

Filioli, &c. Hic tanta inest Christo dignatio, qua iam audeamus in sortem filiorum eius computari; quasi enim filios filij, filiolos vocat, sicut catellos obsequentes eidem domino domus; Vel quia adhuc hunc fœtum in ventre habebat, quem nondum enixus erat, sed instante passionis dolore vocat filios donec pepe-rit, & partus sui lætitiam habeat. Sumus itaque nos etiam in hoc differentes à Christo, vt ipse salutifera cõfessione, filius Dei viui dicatur, qui est à principio viuente secundum similitudinem naturæ; nos non nisi Dei mortui sumus effecti filij, regenerati per passionẽ eius, & in societatem filiorum ascripti; & ideo sicut in passione minoratus est filius Dei paulominus ab Angelis, ita & qui per mortem filiationem accepimus, filioli nuncupamur.

Filioli, &c. Attende quomodo cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Dilexit verbo, quibus dilectionis verba deprompsit: dilexit facto, qui omnia fecit propter electos filiolos vocat, quos lacte nutrierat, quos & pullos sub alis protexerat, quos ad volatum instruxerat, quos ad se venire cupiebat. Vt enim nulla maior est dilectio, qua Christus suos dilexit. Ita sola hac prolatione verbi, filioli, expressit teneræ suæ dilectionis affectum. Quibus namque, vt dilectis blandimur, his velut expressionibus morem gerimus verbis. A voce exprobrantis, fugiebat peccator. Adam vbi es? Nunc conuersus Dominus consolatus est me. Vox eius, vox dilecti, vox sua dulcis, sonus sine commotione, sibilus auræ tenuis. Nescio autem quam non infixerit in cordibus discipulorum dulcedinem, tam suaue, & amoris expressiuum verbum. Nescio qua duritie anima detenta non emolliatur, aut scindatur audiẽs. Si tamen petat intima, penetrabilius gladio ancipiti. Et si vocem eius audierimus, non obduremus vltra corda nostra. Sonet, & personet vox eius in auribus nostris. Sit hæc refrigerium ad hastum, sit temperamentum ad malum, sit solatium ad miseriam. Hanc enim tam suauem præmisit vocem Iesus in cordibus suorũ, antequam obuenientia mala depromeret, cuius dulcedine, quæ supererant amara, æquiori animo susciperentur. Subdit igitur.

Discipulos suos vocat Christ[us] filiolos, ob tenerimũ dulcis suæ in eos dilectionis affectum.

Suauissima Christi vox.

Adhuc modicum vobiscum sum, &c. Tanquam diceret: Ego vestrum gaudium, ego vestrum solatium, ego vestrum confugium: adhuc modicum vobiscum sum. In foribus iam pulsant ingruentia mala, quæ instant: me recedente multa vobis mala supersunt, multis capiemini tribulationibus, multis ærumnis concutiemini. Sed quos filios habeo, imò quos, vt tenellos filios diligo, non vos omnino destituo; vobis presto sum, qui adhuc modicum vobiscum sum, idest, post modicum ad vos dispersos congregandos, iterum vobiscum sum, vos consolaturus, dona potiora vobis præstiturus, pectora vestra sublimioribus gaudijs repleturus, paucarum horarum interstitio in manus tradar carnificum, qui meo insidiantur sanguini, me suis possidebunt votis sauciandum. Hæc vobis pluries prædico, hæc pluries in auribus vestris personare volo, quo præuenti monito, minus territi à scandalo retrahamini, & vt adueniente aduersitate, nè mea morte exanimemini; Quæ licet videantur ignominiæ, & infirmitatis supplitia, totius tamen generis humani salutis est initium, & glorificationis patris, & meæ apud homines efficietur

A exordium. Modicum adhuc inter vos mortalis adsto, induturus immortalitatem, & æternaliter regnaturus ad dexteram patris sedens.

Adhuc modicum, &c. Vobiscum.i. vt vnus ex vobis ærumnis expositus, mortalis, inglorius passionibus, & ludibrijs designatus; nam & in posterum, postquã à mortuis resurrexero, hæc vobis recensebo. Hæc sunt, quæ dicebam vobis, cum adhuc essem vobiscum. Erat & tunc cum illis, quando hæc loquebatur, sed nõ vt illi, cum iam exuisset mortalitatem, induisset autem immortalitatis decorem. Sed sicut cum in terris existeret, secundum carnis præsentiam, nunquam tamen

B cœlos deseruit, aut à sinu patris decessit, omnia gubernans, & Angelos beatificans, ita cum suam ab hominũ obtutibus præsentiam subduxerit, nunquam tamen mundum deseret: in medio congregatorum nomine suo existens, & vsque ad consummationem nobiscum permanens: cuius diuinitatis celsitudo, & profunditatem, & latitudinem, à fine vsque ad finem attingit, cœlum, & terram implens, & suis vbique subueniens, ac in agonibus quoscunque dilectos protegens.

Christus nunquam cœlos deseruit, qui semper in sinu patris existit.

Adhuc modicum, &c. Omnia filiolis tribuuntur in modico, qui modicum sibi dari ex omnibus poscũt; Panem arctum, & aquam breuem filiolis elargitur dominus. Hæc portio nostra, qui imbecilles sumus, vt

C qui paruuli adhuc existimus paucis contenti simus. Apostolo dicente, Habentes victum, & vestitum, quibus nutriamur, & vestiti simus, his contenti simus. Quid igitur anhælat humana cupiditas, ad thesaurizandum in terris, vbi tam pauca singula singulis conceduntur? Ipsi peccatores, & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias. Solis paruulis, quibus sunt satis, quæ pauca sunt, pauco tempore duratura, frustra niteris, qui paruus es amplecti multa. Hoc enim abest, vt in angusto vasculo multa recondi posse credamus; Breuis es pugillus terræ, & breues dies hominis sunt,

D & qui tam breuibus terminis conclusus es tanta ambis, quæ nequis capere, & si capis, nequis continere?

1. Thi. 6.

Ad magna aspiras, qui tam parua, nec tutò possides? Attende quantum terræ possideat corpusculum, quãtum loci possideat pes tuus, quantum temporis, quantum aeris tu solus possideas, quantum gaudij, aut mæroris ipse tibi ascribere possis, & illud vnum comperies quatenus hinc inde modicum ibi, & modicũ ibi. Satius igitur illi nos inniti consilio Apostoli dicentis: Reliquum est fratres, vt qui habent vxorem, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emũt,

E tanquam non ementes, & qui possident, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Cum igitur, & parui simus, quorum & natura paucis contenta est, quid ambulamus tumidi in magnis, & mirabilibus super nos? Nonne melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas?

Paruis debemus esse contenti.

1. Cor. 7.

Cœterum ad modicum Deus, & Saluator noster suos interdum suæ consolatione præsentiæ destituit, dũ illos multis ærumnis expositos, multa pati permittit; Nunquam tamen procul ab his, qui diligunt illum: quibus se præsto exhibet, cum fecerit cum tentatione prouentum. In quo exultabimus modicum nunc, si oportet contristari in varijs tentationibus, vt probatio

nostræ

nostræ fidei multo pretiosior auro inueniatur in laudem,& gloriam Christi,& Dei. Quisquis igitur egestate affligitur, quisquis tribulationibus premitur, quisquis persecutionibus angustiatur, quicunque falso criminatur, & mundanis procellis fluctuat, in hoc vno omnem hastum refrigeret, quod ad modicum, quæ patienter sustinemus, æternæ gloriæ pondus operentur.

Quæretis me, & sicut dixi Iudæis: Quo ego vado, vos non potestis venire, & vobis dico modo. Hactenus de obuenientibus mihi prædixi singula, quo minus vos feriant iacula, quæ vos improuisos non inueniant. Nunc quæ obuentura sunt, & vobis prænuncio; quibus præparati animo prudentiores effecti, sine offensione suscipientes omnes aduersitatum ictus, fortiùs in modico sustineatis. Quod autem primum, & præcipuum vobis, eo modico superest malum, illud maximè est vnum, quod quæretis me, & non inuenietis. Me vestrum confugium, vestrum scutum, vestrum ducem, vestrum solatium, tunc quæretis, quo in illo modico ab ærumnis liberemini, à persecutionibus eripiamini, à malis, & à morte euamini, sed me non inuenietis, qui ad horam me abscondo à vobis, qui vos ad modicum impiorum manibus relinquo, calumniandos, trucidandos. Sed rogo (Iesu præceptor:) Quare auertis faciem tuam à nobis? Obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? Nunquid degeneres nos probasti, aut quia vnum è nobis proditorem habuisti, nos omnes vna sententia à facie tua eiecisti? aut indignatione concitus, nos omnes repulisti? Absit hoc à te Domine, vt tui solatij munimine, nos omnino destituas.

Occurrit autem Christi benignitas his votis satisfactura, dum subdit. Quo ego vado, vos non potestis venire modo. Non nego salutis potum sitientibus illam, qui me fontem fateor, & sitientes ad bibendum, & charissimos ad inebriandum inuito. Non porrigo ego scorpionem ouum poscentibus; non lapidem tribuo panem petentibus. Nemini denego salutem, qui sum Saluator omnium. Non lætor in perditione morientium, qui vt mortui uiuant, moriturus sum, & neminem, qui venerit ad me eijciam foras. Veni peccatores saluos facere; veni quærere, & saluum facere, quod perierat. Verùm non potestis vos venire modo, quò ego vado. Quod vni illorum apertiùs paulo inferius inquit. Non potes me modo sequi; sequeris autem postea. Ego transeo ex hoc mundo ad patrem; ego transferor ad summam beatitudinis gloriam. Opus consummaui, quod dedit mihi pater, vt faciam, ad mysteria adimplenda accurro, & ad superna gaudia possidenda transeo. Vobis adhuc multa supersunt, quæ percurratis donec ad cœlestia transeatis. Prius enim portaturi estis nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filijs Israel; docturi prius estis omnes gentes, baptizaturi, & ad vnum ouile congregaturi dispersas oues, quæ perierunt.

Nihil boni denegat Christ' nobis.

Oportet autem, vt tenaciùs hæc vestris pectoribus hæreant, & pro euangelij veritate parati: meos sermones, & doctrinam meam, eò pressius debetis infigere animis, quò me recessurum, meamque præsentiam è medio vestium subductam iri quamprimum intelligitis. Quæretis enim me, & non inuenietis,

F vt modo sum visibilis, & corporaliter existens in medio vestri.

Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, &c. Hoc est vltimum vale, quo Christus discessum suum à dilectis suis designat. Absconsurus erat faciem suam, & à Iudæis, & ab Apostolis Dominus, quò eam exhiberet velantibus, & in eam conspuentibus. Attende igitur deinceps vbi Christum inuenias, vt eum ibi requiras, vbi reperias. Ligato Christo fugiunt Apostoli, & nedum eum quærunt, sed ab eo recedunt; quærunt illum dum patiuntur ipsi, non quærunt dum patitur ille, & nos omnes quærimus Iesum, cum nos tribula-

G tio impetit, cum nostris vrgemur angustijs; vix intueri possumus, & compati Christo patienti probra, contumelias, & discerptionum genera. Hac igitur ratione non inuenitur Christus, quia illic non quæritur, vbi reperitur, qui ea cauent, qui diuertunt ab his, in quibus versatur Christus, frustra quærunt Christum. Et sicut dixi Iudæis (inquit) & vobis dico modo. Quia adhuc, & vos carnales estis, nondum sapitis rectè, quæ Dei sunt; nondum virtute ex alto induti estis, adhuc imbecilles, & infirmi estis; & ideo sicut dixi Iudæis, & vobis dico modo: Quæretis me.

H Verum non æqua est vestrum, & Iudæorum quærendi ratio; quandoquidem illi quærentes Christum, reijciunt Christum; quærentes Iesum, persequuntur Iesum; quærentes salutem inuehunt in Saluatorem, qui alium à me Saluatorem quærunt. Expedit (inquiunt) vt homo iste moriatur, nè tota gens pereat: Alium illi à me præstolantur Messyam, & restauratorem; ideo qui me quærunt, me reijciunt, & dum habent, non inueniunt, quia eum non suscipiunt. Venient alij in nomine suo, & illos recipient: ideo quem quærunt, non inueniunt, in peccato, & perfidiæ obcæcatione morituri. Quærent, & illi benignitatem, quā, cum apparuerit, suscipere renuent. Quærent pacem,

Quærunt Apostoli, & Iudæi Christum, sed ratione omninò diuersa

I & eum, qui est pax nostra repellent. Quærent peccatorum remissionem, & eum, qui est propitiatio pro peccatis nostris abijcient. Quærent gratiam, & eum, qui plenus est gratię, & veritatis, fontem aquę viuę relinquent. Quęrent vitam, & resurrectionem, & eum, qui est resurrectio, & vita occident; ideo quem quęrent non inuenient. Vos autem hęc in me quęritis, qui in me creditis, & qui me recipitis, ac agnoscitis: Nondum tamen quod quęritis, possidetis, quia dum mortales estis imbecilles estis, nec potiri bonis supernis potestis, donec mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile incorruptionem suscipiat; donec

Quærent omnia bona Iudæi, qui omnis boni authorē perdiderunt, & Dominum.

K veniat quod perfectum est: relinquatur autem, quod imperfectum est, adepturi hęc omnia bona estis, sed non modo: propterea, nè quis vos seducat, ipsos fallatis, nè despondeatis animum in aduersis. Hæc contestor vobis, quibus postea edocti dicebant Apostoli. Quia per multas tribulationes, oportet nos introire in regnum Dei. *Act. 14*

Quæretis me, & non inuenietis, &c. Habent Reges, ac Principes sua tempora, & loca, quibus aditus præbetur introeuntibus ad ipsos: habet, & Rex Regum Christus, Dominusque dominantium, sua, in quibus inueniatur loca, & tempora, sed faciliorem habent ingressum apud dominos, & iudices nostros in sæculo, qui manibus (vt inquiunt) pendentibus, seu plenis accedunt

cedunt ingressuri; potius enim ad manus oculos conuertunt, qui ad accedentium munera respiciunt, quàm ad habitus, aut aspectus præsentiam. Sunt autem, & ad inueniendum Christum, non vocis, aut aspectus, sed manus insignia conspicienda. Quod si nihil habes, quod offeras, nec ingressum habeas, quod inuenias. Decepit Virgines fatuas prætensæ vocis postulatio, quibus defecerant lampades in manibus accensæ, & reprobatæ sunt à sponso.

Quō quærendus sit Christus. *Psal. 75.*

Quærendus est igitur, non voce, sed opere Dominus, quia non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Vnde, & Propheta ait: Deum exquisiui manibus meis, nocte contra eum, & non sum deceptus. Operibus quæritur, operibus, & inuenitur; nam frustra quis dicit se nosse Deum, qui factis eum negat. Nec tamen fidas solis operibus, sed potius time cum feceris hæc omnia, adhuc seruus inutilis Domino censearis; inutilis (inquam) ipsi, qui nullo alio indiget, sed seipso solo beatus existit. Sed & si esurierit, non dicet tibi. Meæ (inquit) sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus, quæ nec tu capere vales, & boues. Insuper, & pulchritudo agrorum secum est. Cor tuum adhibe, da illi animam; cætera tolle tibi: præbe illi cor tuum, hoc est, quo quæritur, quo & inuenitur. Vnde ait Propheta. In toto corde meo exquisiui te, nè repellas me, &c. In simplicitate cordis quærite illum, & si hoc modo quæritis, quærite illum, & inuenietis: non enim inuenitur in terra suauiter viuentium, qui in dumis latitat, qui in vepribus abditus occulitur, & in asperrimis, dum sponsa eum in lectulo quæreret, non inuenit, quem, vt inueniat, à lecto surgit, à torpore euigilat, à delitijs expulsa segnitie, fugatis tenebris, propulsato peccati somno. Surgam (inquit) & circuibo ciuitatem, idest, Ecclesiæ monimenta percurram: ibo de virtute in virtutem, per vicos, & plateas, nulla lassitudine fatigata, transibo, si quo modo inueniam, quem diligit anima mea. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino, &c.

Nullo indiget Christus.

Psal. 118

In angustijs, & tribulationibus inuenitur Christus.

Surgam igitur, & cum per vicos quæram, idest, in abditis inueniam, & plateis, idest, in apertis, & conspicuis locis. Per vicos, idest, per angusta tribulationum loca, & per plateas, idest, per ampla prosperitatum vestigia. Per vicos, idest, pauperem in pauperibus, & per plateas, idest, diuitem in omnibus, qui inuocant illum, an apud diuites inueniam. Quæram eum per vicos, cum solus gradior, & per plateas, cum in multitudine commorabor. Laudabo eum in corde meo, & in medio multorum exaltabo eum. Per vicos quæram, quia ad Sacerdotes pergam, adibo Religiosos, & per plateas; & per negociatores rerum sæcularium. Per vicos in obseruatione consiliorum, & per plateas, idest, in obseruatione præceptorum. Vbique quærendus est Christus, quia vbique quærenda est salus, quia vbique quærenda est veritas, vita, iustitia, sapientia, &c. Quæ omnia est Christus, & sine Christo, nec acquiri, nec possideri perfectè possunt.

Quibus autem propè sit Dominus non ignoramus. Nequit enim abesse à corde, qui scrutator est cordium: nequit procul esse à iustitia, qui iustificator est,

A nec à pace, qui est pax nostra, nec à deuotione, qui vbi fuerint duo, vel tres in nomine suo congregati, ibi est in medio eorum, &c. Cæterùm propè est Dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus (inquam) eum in veritate. Quid est in veritate, nisi in opere, & sermone? In verbo, & in facto? in fide, & charitate? interius, & exterius? Exultent ij, necnon lætentur secundum quod scriptum est. Lætetur cor quærentium Dominum. Prope est enim omnibus inuocantibus eum in veritate, & ijs, qui in simplicitate cordis illum exquirunt. Est enim (vt inquit Augustinus) tam magnum bonum, quod quæritur, dum Deus quæritur,

B vt quærendo inueniatur, & inueniendo quæratur. Dum enim quæritur, inuenitur, & dum inuenitur, quęritur. Qui nondum perfectè possidetur, secundum quod testatus est. Qui manducant me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Esuriunt quod manducant, & sitiunt, quod bibunt; & ideo adhuc, quod habent quærunt, qui degustant, quàm dulcis, & suauis est Dominus; & tamen non satiabuntur, donec appareat gloria eius. Quærit enim intellectus, quod inuenit fides, quærit amplecti anima, quod attingit meditatione, cuius meditatio in conspectu eius semper est. Flagrat desiderio, vt quem possidet occul-

C tum, contempletur apertum, quod per speculum in ænigmate conspicit, facie ad faciem tandem prospiciat. Et quidem hastu quærendus est, quo ceruus ad fontes aquarum sitibundus anhelat.

Eccle. 24.

Quærim⁹ nunc intellectu, qđ fide reperimus.

Redarguebat Christus eos, qui se quærebant propter beneficia, quæ in eo viderant, & ab eo receperant. Amen amen dico vobis, non quæritis me, quia vidistis signa, sed quia recepistis beneficia, quia, scilicet, manducastis, & saturati estis. Nec desunt, qui in eo tantum quærunt Christum, quò ab ipso beneficia, quę optant, adipiscantur. Vix Iesum propter Iesum quærimus, quærentes quæ nostra sunt, & non quæ Iesu

D Christi. Quærebant illi Iesum propter panem, & ideo magis amabant panem, & auidiores erant inuenire panem, quàm Christum, & nos dum tunc tantum quærimus Christum, cum à Christo dona habere anhelamus, potius nos amare dona, quàm Christum manifestamus. Et qui terrenis bonis impliciti, ad hæc consequenda Christum imploramus, hæc magis nos amare, quàm Christum videmur. Maxima autem summo bono irrogatur iniuria, cui tam vilis anteferturannona; cui tam exiguum, & incertum præfertur bonum: seipso quærendus est Christus, qui est nostrũ bonum, in quo omnia donata sunt nobis bona: nihil

E deest timentibus eum, multò fortius habentibus eum. Hunc igitur quæramus, qui desideratus est omnibus gentibus, qui continet omnia, & portat omnia, Verbo virtutis suæ. A quo omnia, in quo oĩa, per quẽ oĩa, &c.

Ioan. 6.

Omne bonum in summo bono, & quidquid est boni, hoc est, à summo bono; Bonum est Cœlum, Angeli, terra, aurum, & cuncta, quæ fecit Deus, à quo omne optimum, & omne donum perfectum est. Sati⁹ igitur nobis in vno bono omnia bona possidere, & perenniter tandem frui essentialiter bono. Quærendus est Christus, aut cum Maria Virgine, quæ est speculum innocentiæ, aut cum Maria peccatrice, quæ est speculum pœnitentiæ. Quærit vtraque, & vtraque quem quærit, inuenit. Quæritur à Maria Virgine in

Vbi, & cũ qb⁹ Christum quæramu

templo, & in medio doctorum inuenitur, quia in Ecclesia sola reperiri potest Christus, in qua lex, & Prophetæ continentur. Scrutari hæc oportet, non tantum perfunctoriè legere, quia ipsæ de ipso testimonium perhibent. In medio (inquam) Doctorum inuenitur, quorum diligentia, studio, & labore, tanta nobis reuelata sunt, & mysteria, & archana fidei nostræ: Nil mirum igitur, si non inuenitur adhuc Christus, nec à Iudæis, nec ab Hæreticis, quia illi à Synagoga non recedunt, & isti nescio, quam sibi occultam pro libito confingunt Ecclesiam.

Nequeunt Christum inuenire, qui nequeunt veritatem possidere, quē dum inueniunt, nec agnoscunt. Hi profectò dum inueniunt Christum, non agnoscunt Christum, & transeunt à Christo. Inuenerat, & Eunuchus Christum, & non agnoscebat Christum, nisi Phylippus, quem inuenerat manifestum fecisset.

Act. 8. Disce ab Eunucho interrogare sapientiores, vt inuenias palàm, quod clàm continebitur. Quærendus est depulsis peccatorum tenebris, irradiata mente, veræ fidei splendoribus, nec est quærendus, qui viuus est inter mortuos. Surrexit (inquit Angelus) non est hic. *Luc. 24.* Quærendus est, inter sanctos, inter viuos, inter cœlicolas. *Ps. 113.* Non enim mortui laudabunt te Domine, sed nos, qui viuimus, benedicimus Domino. Satius igitur est dimittere hos mortuos, vt suos sepeliant mortuos, quia peccatores vitandi sunt, & relinquendi, nè contagione pestifera plurimos perdant.

Quærit Christus nos, qui venit quærere, & saluum facere, quod perierat: ideo nisi obuiam eamus Christo, non possumus inuenire Christum. Impij autem in circuitu ambulant; quos tamen Christus persequitur. clamat post nos, vt conuertamur, & protestatur. Nisi conuersi fueritis, non intrabitis in Regnum Cœlorum. Dum non conuertimur, dorsum in faciem Christi habemus, quem nec inuenire, nec videre valemus. Sunt & qui dicuntur, aut etiam sibi videntur Christum quærere, verum quia negligentes quærunt, aut non perseueranter quærunt, illum non inueniunt. Vult enim Christus quæri, & vult semper quæri, Dicente Propheta: Quærite faciem eius semper. Sequere sponsam. *Ps. 104.* Quæremus eum tecum, sed vbi illa quæsiuit? In cubili, in lectulo, in vicis, in plateis, in agro, in ciuitatibus, &c. *Cant. 5.* Et qui mane vigilauerit ad me, inuenient me. Si autem adhuc, quem habes quæris, eum, quem possides requiris: hoc tibi maioris gratiæ aceruum accumulat, quia dum auidiùs quæritur, quod tardiùs inuenitur, hoc tenaciùs inuentum custoditur. Plerunque enim donum retardatur, nè vilescat, datumque, quod citò datur charius habeatur. Expecta igitur, & tu dominum, & viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine dominum, quia eum tandem, quem quæris inuenies, si ad fores eius quotidie vigilaueris.

Dorsum i Christi faciem versum tenēt ptinaces i malo.

Quæquidē q̄rim' sæpè tardiùs inuenim', vt chariora reddantur

Quæretis me, &c. Vna Iudæorum, & Discipulorum Christi, communisque omnium imbecillitas; quorum communis est conditio: exules esse à Paradiso, quod vtique non volentis, nec currentis, sed Dei tantum opus est miserentis. Communis omnium nostrum erat damnatio, si subsequuta non esset miseratio. Omnes quidem quærunt, imò & currunt, sed non omnes consequuntur brauium, quia non sic currunt, vt comprehendant. Quod si quis in hoc mari magno, vastoque deserto indigere se ductore intelligat, quò ad Christum perueniat; Mariam suscipiat, & cum illa pergat; quandoquidem & Iesum suum, quem in comitatu perdiderat, tandem trium dierum spatio, dilectam sobolem inuenit; post contritionem, confessionem, criminumque satisfactionem, in templo sacroque loco, tempore sacro, sacris exercitijs occupatum, Saluatorem inuenies. Quod si Ducē rectissimum ad Christum quæris, associate Mariæ, sequere Mariam, roga Mariam, ad Ancillam humilem Mariam conuertere, & ad dolentem Mariam perge. Assumite (inquam) Mariam, & cum tam sedula muliere, quærite dragmam perditam, nulli parcentes incommodo, & securi inuenietis. Sed & si principum societate oblectamini, sequimini Magos, cœlestem illam stellam suscipite ducem; Mariam, scilicet, de qua Diuus Bernardus. Si ventorum, aut tempestatum fluctibus agitaris suspice stellam, inuoca Mariam; Inferiores vultis habere comites? Suscipite Pastores. Eamus (inquiunt) & videamus Verbum hoc, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. *Luc. 2* Qui venerunt ad Iesum festinantes, & inuenerunt puerum cum Maria matre eius. *Ibidem.* Festinantes inquit Euangelista. Quod si tali gressu Iesum per affectum quæretis; ipsum facilè inuenire poteritis. Iuxta ab eodem promissum. *Matth. 7* Quærite, & inuenietis. Pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim, qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur.

Sāctissima Dei mater Virgo Maria tutissimū est nostri confugium.

Quò ego vado vos non potestis venire, &c. Quo flagrent desiderio discipuli Christi, sequendi ipsum Christum; hoc vnum demonstrat. Quod relictis omnibus sequuti sunt ipsum, & omnia arbitrati sunt, quasi stercora, vt Christum lucrifacerent. Nunc autem non nisi maximo dolore consternati animo, recessurum audiunt suum Principem Dominum, ac Ducem. Maximè autem grauabantur fore ipsis interclusum aditum ad sequendum Iesum, cui se pedissequos constituerant. Audiuimus aliquando ex eis aliquos dixisse. Eamus; & nos moriamur cum illo, aliumque protulisse: Sequar te quocunque ieris, paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. Nunc, dum ipsis præcipuis, & familiarioribus, dicitur. Quo ego vado vos non potestis venire. Non sine cordis mœrore capiunt, quod ab incepto munere retrahantur. In quibus verbis hoc tantum superest, non dixisse Dominum. Quò ego vado, vos non poteritis ire, quod futurum videretur præcludere accessum; sed non potestis venire cum illud præsens tempus, ad modo referri conuenientiùs possit. In quo, & imbecilles ad sustinenda supplicia, & inhabiles ad consequenda præmia viderentur idonei, virtuteq; induti ex alto, fortiores efficerentur in bello.

Discipulorū Christi zel', & desiderium.

Oportebat tamen, & Christum nobis præire, post quem iuberemur accedere, atque in arctiori itinere, arduaque via tutiùs possemus incedere. Quomodo autem post currentem Gigantem pergere poterimus infantes & imbecilles multisq; oneribus pressi? quorum iniquitates, dum nos comprimunt, à recto nos itinere retrahunt. Neque enim sanctiores sumus illo Propheta, qui secundum cor Dei erat, dicente. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus *Psal. 37.*

onus graue, grauatæ sunt super me. Vbi cursus, si nullus est progressus? & tamen superest ægris, debilibusque, & senibus, vehiculorum, & curruum cursus, quo & velociores efficiuntur ad currendam viam. Nec enim desunt Christi cursus quadrigarum, ac numerus, quibus nos ad se post se trahat. Currus enim Dei (inquit Propheta) decem millibus multiplex millia lætantium. An Heliam tantùm credimus Dei curru in Cœlum raptum? Vnus visibiliter fuit assumptus, quò multos inuisibili attractu non ignoramus assumptos. Sed quomodo ascenderemus si non assumeremur? Ideo ipse, qui assumi optabat, anhelando aiebat. Beatus quem tu elegisti, & assumpsisti, inhabitabit in atrijs tuis. Hinc, & ipsa sponsa agnita sua imbecillitate ad sequendum sponsum suum Gigantē, hoc vnum rogabat. Trahe me post te.

Psal. 67. Non solus Helias est curru trāslatus ī Cœlum.

Psal. 64.

Cant. 1.

Vocas tu nos Domine post te, haud tamen, vt segnes, sed vt cursores: & nos ibi copulas, & vincis charitatis, & amoris vinculo; simul nos tecum trahis, & hoc stipatus. Nemo ascendit in Cœlum, nisi qui descendit de Cœlo, filius hominis, qui est in Cœlo. O nos infœlices homines: quis nos liberabit de carcere mortis huius? Non est (inquit Bernar.) qui nolit esse cum Christo, & tamen pauci sunt, qui statuant, & velint sequi Christum. Non est, qui sequi Christi velit vestigia; minus autem, qui viam mandatorum eius perquirat. Scio (inquit sanctus ille) quia nequeo peruenire ad te, nisi ambulauero post te. Sed nec hoc possum, nisi adiutus à te; ideo precor te, vt trahas me post te. Volo, sed non valeo. Quod si despicis, pereo: quia & si velle mihi adiacet, perficere tamen non inuenio. Fluant in me tua aromata, & redoleant tua carbasa fragrantiam in me, vt in odorem vnguentorum tuorum curram, & adeò viam mandatorum tuorum percurram, vt ad te pertingere valeam. Ipse enim iustum deducit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei: dat illi scientiam Sanctorum; honestans illum in laboribus, & complens labores illius, nec causeris, qui te non iustum, sed peccatorem agnoscis.

Hoc etiam peccatoribus commune est gaudium. Christum illuminari his, qui in tenebris, & vmbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Lætentur igitur, & exultent gentes, quoniam iudicat populos in æquitate, & gentes in terra dirigit. Qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Nam apud dominum gressus hominis dirigentur, & viam eius volet, & cum ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam. Posce à domino auxilium, & dabit tibi petitiones cordis tui; pete à domino, vt dirigat vias tuas, statuatque super petram pedes tuos, & dirigat gressus tuos. Ipse autem operi manum suarum porrigens dexteram, trahet te post se, eripiet animam tuam à morte, pedes tuos à lapsu, vt placeas domino in regione viuentium. Abscondita sunt hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelata sunt paruulis. Tu tumidus, Pilate, tu inflatus, tu in oculis tuis sapiens, Christi veritatem requiris, quæ abscondita est ab istis, & reuelata tantum paruulis.

Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, &c. Ostenso fine, & difficultate finis, accedit ad medium, quo illum consequi possimus, & ostendit charitatem esse vnicum, & verum medium per quod consequendus est beatitudinis nostræ finis, vt illic transeamus, quò se transfert Christus cum illo perenniter regnaturi; Vnde solius præcepti dilectionis mentionem facit. Mandatum nouum (inquit) do vobis, vt diligatis inuicem, his enim paucis ostenditur insufficientia eius antiquæ legis, in qua tantis pressi mandatis, ad perfectum tamen nihil perducere poterat. Qua de re, non inquit dominus, vt olim, terroribus, & comminationibus, præcipio, impono, iubeo vobis, sed do vobis: quandoquidem alijs præceptis noluit, nec potuit communicare dominus, nisi præcepto charitatis. Dat igitur, quod suum est, dat quod possidet ipse, dat quod ab ipso solo est; ipse enim in charitate perpetua dilexit nos, qui prior dilexit nos, & ideo mandatum nouum dicitur, quia cœtera mandata præcipiebantur in terrore: hoc autem, solo dilectionis nomine nobis indicitur, quod ex maxima connexione charitatis exprimit. Nam, & illa plura, in hoc vnum reducuntur, tamen in finem omnis præcepti, vt sit charitas de corde puro, & conscientiæ bona pendent, & dum à timore ad amorem transeunt, à seruitute ad filiationem, omnia in vno renouantur: quod nouum dicitur: Testificante Apostolo. Qui diligit proximum, legem adimpleuit. Eradantur à tabulis lapideis antiqua illa præcepta, & dum in tabulis cordium credentium scribuntur, noua efficiantur, non littera, sed spiritu: spiritu (inquam) qui viuificat, quæ charitas ædificat. Nondum erat spiritus datus, qui hæc viuificaret, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et ad impleta est promissio, de qua per Prophetam dr. Dabo legem meā in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.

Beatitudinis, nostræ medius

Imperfectio antiquæ legis ostenditur

Rom. 13.

In nouæ legis promulgatione cessant antiqua illa mandata.

Hier. 31

Non tunc, cùm in lapidibus incisa sunt præcepta, initium habuerunt: quæ antequam traderentur in scripta lapidi, ob duram ceruicem Iudæorum in cordibus hominum sculpta diuina virtute inexistebant. Augustino teste. Antequam lex daretur nemo ignorare permissus est, vt esset vnde iudicaretur, & quibus lex non esset data. Sed ne sibi homines aliquid defuisse cōquererentur, scriptū est, & in tabulis, quod illi in cordibus non legebant. Non enim scriptum non habebant, sed legere negligebant: quandoquidem manu formatoris nostri, in ipsis cordibus nostris ipsa veritas scripsit. Quod tibi non vis fieri, nec facias alteri. Propterea scripta lex quid clamat eis, qui deseruerunt legem scriptam in cordibus suis? Redite (inquit) præuaricatores ad cor. Quis te docuit nolle tibi furtum fieri? Quis te docuit nolle iniuriam pati, &c. Agè si non vis pati ista, nunquid solus es homo? Nonne in societate hominum viuis? Omnes facti sumus ad imaginem Dei, nisi terrenis cupiditatibus conteramus, quod ille formauit, &c.

In Ps. 57

Oportebat autem, & nunc sicut nouæ legis author est Christus, ita & noui mandati se authorem ostenderet, vt sicut lex sancta, ita & mandatum esset sanctum, non in præuaricatione. Nam Apostolo teste. Exurgeret necesse fuit alius sacerdos, qui non secūdum legem mandati carnalis, sed secundum virtutem vitæ indissolubilis, factus sit: Ipse enim, qui consummauit antiquum, nouum construxit. Dicuntur autem mandata

Hebr. 7.

data carnalia legis antiquæ, quorum obseruatoribus promittebantur bona temporalia, & ad vitam solubilem pertinentia; ideo reprobatio fit præcedentis mandati; non in se, quia non venit Dominus soluere legem, sed propter infirmitatem eius, & inutilitatem, & introductio fit melioris spei, per quam proximamus ad Deum, quia per charitatis, & dilectionis vinculum coniungimur Deo.

Mandatum nouum, &c. Solis Iudæis indicta, & exhibita fuerunt antiqua mandata, quæ cum nouiter toti mundo sint tradita, noua dicuntur: non Iudæis, sed Gentibus; Euntes (inquit) docete omnes gentes, seruare omnia mandata, quæ mandaui vobis. Vnde idem Ioannes: Rogo te Domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus alterutrum, & hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Complectens vtrunque ostendit, & vetus, & nouum esse mandatum. Carissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbum, quod audistis. Iterum mandatum nouum scribo vobis, quod verum est, & in ipso, & in vobis, quia tenebræ transierunt, & lumen verum iam lucet, & qui odit fratrem suum in tenebris est: qui autem diligit fratrem suum, in lumine est.

Matt. 28. *Io: Epi. 2.* *1. Epist. 2* Dilectio nouum est mãdatum & vetus.

Lex quidem per Moysen data est: gratia autem per Iesum Christum facta est. Tanquam si vestis per multos annos consuta, nunquam tamen indua, & vetus, & noua diceretur, vetus, quia disposita; noua, quia nouiter induta. Prius igitur ad charitatem disponebant illa antiqua præcepta, antequam induere posset homo hanc nuptialem vestem, summi regis conuiuium intrantibus præcipuè necessaria. Vel ideo nouum dicitur charitatis mandatum, quia charitas nullam patitur prætereuntium temporum vetustatem. De qua scriptum est. Quod nunquam excidit, nunquam terminatur, semper dum perficitur, augetur, innouatur.

1. Cor. 13

Vel certè nouum dicitur, quia hominem ipsa à vetustate expoliatum in nouum conuertit: quia peccatum aboletur, & terrenis concupiscentijs pressum, ad superna cœlestis vitæ desideria innouatum subleuat. Quisquis igitur malus est, vetus est; quisquis adhuc terrenis implexus illecebris, & voluptatibus detinetur carnalibus, is antiquus est. Qui terrena sapit, & carnalibus adhuc æstuat desiderijs, nondum renouatus, compos gratiæ non est, charitatis expers est. Nam homo noster licet corrumpatur, is qui foris est, is tamen, qui intus est renouatur de die in diem. Nondum expurgauimus vetus fermentum, qui nec sumus noua conspersio. Quisquis igitur bonus est, quisquis iustus, humilis, & pius; is nouus est. Apostolo asserente. Si qua ergo noua creatura est in Christo Iesu, vetera transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Expressius autem, idem alibi, de huiusmodi renouatione disseruit. Nemini (inquit) quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis, idest; Omnia alia debita sic soluite; cui tributum, tributũ; cui vectigal, vectigal, &c. Ita vt nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. i. charitatem ad proximum sic soluite, vt semper eandem soluatis, quam semper debetis, quæ in reddendo non minuitur, sed augetur, in soluendo non destruitur, sed perficitur, quia ipsa sola est, quæ reddita multiplicatur, & semper detinet debitorem, quia nullum tempus est, in quo non sit reddenda, quæ debetur charitas, & quanto magis redditur, & exhibetur, tantò vberius crescit, & multiplicatur. Sed & hoc habet charitas, vt qui diligit proximum, legem adimpleat. Nam præcepta decalogi. Non occides, non mœchaberis, non facies furtum, non falsum iurabis, & si quod aliud simile est horum, datum per Moysen, in hoc mandato instauratur, idest, in hoc vno continetur, perficitur, & adimpletur, ita vt impleatur lex. Ergo non soluere, sed adimplere legem venit Christus.

Vetus est omnis malus. Renouatio. *2. Cor. 4.* *2. Cor. 5.* Cùm noua Christo creatura acquiritur omnia noua fiunt.

F In infinitũ charitas tendit, & crescit. In dilectione oẽ præceptum includitur. G

Mandatum nouum, &c. Cum omne malum, & omne peccatum ad vetustatem pertineat, & ad veteris hominis exuuias spectet, sola proximi sancta, & pulchra dilectio, ad nouitatem pertinet præcepti. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam, & cum non diligit seipsum, nec proximum potest, sicut seipsum diligere; magis autem sicut seipsum odisse. Et ideo sicut duo sunt præcepta charitatis, in quibus tota lex pendet, & Prophetæ, sæpe pro vtroque, alterum connexorum sumitur, sine quo nequit reperiri. Neque enim Deus sine proximo, nec proximus sine Deo verè diligi possunt, & vna est dilectio, vnaque charitas, qua & Deus diligitur, & proximus. Neque enim, aut hìc obticuit Christus Dei dilectionem, quod est primum, & maximum mandatum, nec illi primo hoc secũdum anteponit, quod est simile illi: imò coniectis oculis facilè vtrunq; conspicitur, vbi proximi dilectionem ipse iussit, & subintulit, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Ecce primum, & ecce secundum simile huic.

H Dilectio Dei, & proximi semp simùl sũt.

Sed cum magis lateat Dei dilectio; proximi verò magis pateat, ad hanc suum conuertere maluit sermonem Dominus. Non enim potest non amare Deum, qui proximum amat propter Deum, nec potest non amare proximum, qui diligit Deum, quia qui diligit Deum, non potest eum contemnere, quem præcipit diligi Deus. Sic enim, & nos Christus dilexit, dilectione, quæ reflectebatur in Deum, qui in nobis solum dilexit Deum. Et ipsa est dilectio sancta, pulchra, & ab omni mundana dilectione discreta. Omnia charitatis, & dilectionis opera Christus in nobis exercuit, vt Deum in nobis reponeret, & caput hoc suum, in nobis reclinaret. Siquidem sicut medicus diligit ægros, sic Christus nos infirmos dilexit. Non aliud amat in ægro medicus, nisi vitam, & salutem, nec in nobis aliud amauit Christus, quàm salutem, & vitam; Ille temporalem, iste æternam. Ille ad tempus duraturam; iste perenniter permansuram. Morbum venit expellere, peccatum abolere, mortem subuertere, gratiam conferre, robur præbere, immortalitatem elargiri. Sic nos docuit, vt inuicem diligamus, vt Deũ inuicem suscipiamus, & possideamus, nihilq; quod terrenum, carnale, aut inordinatum est, diligamus.

I Quicunq; Deum amat, amat & proximum, & è conuerso. K Verus medicus in ægro salutẽ amat, & vitam.

Hic est nostræ dilectionis rectissimus finis. Hæc est nostræ conspicuæ dilectionis regula, diuinitus constituta. Amandus est proximus, aut quia iustus est, aut vt iustus fiat, idest, aut, quia iam Deus est in eo, aut, vt in eo sit Deus. Quod si quem aliter, aut teipsum non sic diligis, ab huius obseruatione mandati excluderis, & à commendatione charitatis eximeris. Hoc.n. est

Ad quẽ finem proximũ diligamus: edocemur.

Quid sit Deum tota anima, totis viribus, & tota mête diligere.

est tota mente, tota anima, totisque viribus diligere Deum, vt nulla, aut tibi, aut proximo, aut alteri cuius ab ipso reseruata sit dilectio, seu cogitatio, siue opus, quæ non sint ad hunc vnum finem directa, & præsignata. Vt illuc omnia tua conferas, illuc dirigas, quò nihil aliud sapias præter Iesum Christum, & hunc Crucifixum.

Vide insuper nè teipsum fallas; falleres autem te ipsum, si diceres, quia diligo Deum, & fratrem tuum odio haberes, falleres, si tibi persuaderes, quia diligo Deum, & mandata eius non custodires. Nexus est amor, & charitas est vinculum, quo in te, & Deum, & proximum diligendo complecteris. Quod si in vno offenderis, factus es omnium reus. Vt igitur teipsum & proximum tuum diligas, Deum dilige; dilige te, & proximum in Deum, & eum, qui est super te, dilige plusquam te; eum verò, qui est sicut & tu es, dilige sicut teipsum. Dilige hoc modo, & perfectus es. Dilectio proximi malum non operatur, non consentit malo, non fouet malum: magis autem omne rescindit malum, omne abhorret peccatum, & omnem culpæ offensam deuitat. Neque enim est pax impijs, in quibus charitas multitudinem peccatorum non operit.

Plusquàm nosmetipsos Deum amare tenemur.

Mandatum nouum, &c. Hinc præcipuè huius mandati attendenda est nouitas, quòd ab illo antiquæ legis in hoc distinguitur, quia prius dicebatur. Diliges proximum tuum sicut teipsum: hîc vero, non sicut te ipsum, sed sicut dilexi vos. Et quidem eò differentiùs, & excellentiùs, quò Christus præstat nobis, & excellentiùs nos dilexit; cuius dilectionem, & charitatem nemo vnquam maiorem habuit. Sed & dilectio ista, quæ nunc præcipitur, præstat in hoc illi antiquitus cômendatæ, quòd hæc sit adinuicem, & reciproca; illa autem vnius, & singularis: quapropter hæc ex interna charitate, qua vinciuntur animi; illa externa erat ad subuentionem. Vnde scriptum est. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, potum da illi, &c. Et hoc exteriori completo, præcepto legis factum erat satis. Verum in Christi præcepto, præcipua dilectionis ratio interior in corde consistere perhibetur, dum dicitur. Vt diligatis inuicem. Mutua debet esse dilectio, cum tamen non possit semper mutua esse subuentio. Subuenit egeno diues, minimè tamen egenus diuiti subuenire potest, vt ei, aut panem, aut potum sit subministraturus.

Reciproca est legis nouæ dilectio.

Rom. 12.

Dilectiôis ratio î corde côsistit.

Mutua sêper ê vera dilectio.

Mandatum nouum, &c. Naturali nescio qua vi impellente, peraudidi sumus vicissitudinem rerum contueri, qua nouitatibus cedant, quæ veterascunt, & quæ consumpta videntur antiquitate, lubet admirari quadam reparationis nouitate uirescere. Nam & Athenis aliquid passim in dies offerre consueuerant, qui sapientiores erant; Christus autem Dei virtus, & sapientia, illectos nouitate animos, ad eam, quæ nunquam veterascit, inuitat nouitatem, quò & auidius, & sollicitius ad suscipiêdum quod præbet, conuertamur. Qui igitur omnes nouitatis amatores sumus, quibus & omnia noua placent, ad noui mandati obseruâtiam allicimur. Et cum tribus modis aliquid nouum dicatur: Omnê complexus in vno hoc mandato nouitatem, qua quisq; hinc inde illectus exhibitum susciperet.

Noua delectant.

Primum quidem nouum dicitur omne collapsum, quod integritati est restitutum. Collapsum ea ex parte fuit hoc, traditum olim præceptum, à quo Pharisaicum supercilium inimicos subtraxerat. Dicebant enim Pharisæi diligendum quidem esse proximum, odiendû verò inimicum. Quod vt resarciret, adiunxit dominus. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros; benefacite his, q̃ oderunt vos. Quod hîc repetijt, vbi inquit. Vt diligatis inuicem, &c.

Triplex nouum reperimus.

Matth. 5. & Luc. 6.

Secundò dicitur nouum quodcunque insolitum, & inusitatum. Iuxta quem modum nouitatis amatores passim, & in dies experimur, & vtinam non tales experiremur, qui & in Ecclesia, & in scripturis, ac in Euangelio Christi, quod semper tamen est nouum, ceu quod non patiâtur temporis vicissitudines, vt Ecclesia illa triumphans cœlestis, qui (inquam) suis nouitatibus omnia corrumpunt, & mutare nituntur. Sed ecce inusitatum præceptum, & nouum mandatum, nunquam aliàs obseruatum, nisi ab ijs, qui non ad antiquum, sed ad nouum spectabant testamentum, obseruatoribus Patriarchis, & Prophetis. Non erant isti sub lege seruitutis, & timoris, quæ ad vetustatem pertinet, sed ad legem amoris, & dilectionis, quæ spectat ad nouam, & Euangelicam legem.

Noua dicuntur insolita.

Noua quæ inusitata, & insolita in peiusq; dicuntur mutata molestant

Diligebat Iacob Esau, qui se persequebatur; Moyses Pharaonem, ad quem frequenter accessit, suæ, & populi saluti consulens, Dauid se lapidantem dilexit, quem nec diuerti, nec offendi permisit. Hi omnes, & Helias, & Hieremias, & Daniel, & alij ad nouum potius spectabant testamentum, & nouum hoc mandatum, dum suos amabant inimicos, obseruabant. Propterea educti sunt à Christo de cęcis limbi latebris, comites Christi effecti, in possessione bonorum æternorum, & cœlestium.

Vide quô quidâ sancti viri antiquæ legis têpore nati ad nouum pertineât testamentum.

Tertiò ex ea parte nouum hoc dicitur mandatum, qua additum est aliquid, quod non inerat prius. Ideo esto, prior pars huius mandati ad antiquum etiam spectasse dicatur; altera tamen pars ad nouum spectare perhibetur, in qua dicitur. Sicut dilexi vos. Nusquam hoc ante legimus, quia nunquam conformari Deo homo potuisset, nisi se normam Deus homo factus, præbuisset. Neque enim iussit aliquando Dominus hominem imitatorem esse operum diuinorum, sed humanorum, quorum exemplum se præbuit; Vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus: propterea inquit. Sicut dilexi vos. Quomodo autem nos dilexit Christus facilè côspicimus, qui intelligimus ipsum pro nobis traditum, vitam pro nobis dedisse, vt nulla maior sit charitas ea, qua iustus pro iniustis se tradidit, Dominus pro seruis, Creator pro plasmate. Magister pro discipulo, Deus pro homine. Pro homine (inquâ) sibi inimico, sibi æmulo, à quo tot passim peccatis offenditur, blasphemijs lacessitur, probris, & contumelijs irritatur, & velut hostis imanissimus omnibus iniurijs afficitur, &c. Quis vnquàm (ô bone Iesu) æquari valeat dilectioni inuicem hominum inter homines, qua tu tam sublimis, tam præstans, nos mancipia vermium, & vasa iniquitatum omnium dilexisti.

Non est hoc magnum: non est hoc arduum, vel graue tuum nouum dilectionis mandatum; quo iubemur amare inuicem, qui inuicem similiores nobis sumus, quàm tibi conformari valeamus. Ideo nos, qui lupi sumus, nos qui canes sumus, qui vulpes, qui tigres inuicem, facilè amare deberemus, quibus vna

Dilectiôis mâdatum leuissimû est.

N 3 inest

inest amoris ratio, vna amandi necessitas, & æqualis, communisque conditio. Tu autem, qui Agnus es; quomodo potuisti amare lupos? Tu qui mitis es, & quietus, quomodo potuisti amare canes? Tu qui simplex, & innocens es, quomodo vulpes, & fraudibus plenos amare potuisti? Et ideo, quia tu nobis admodum proprietatibus dissimilis, nos impios amasti, & vsque adeo dilexisti, & pro nobis tanta pati decreuisti; iugum suaue dilectionis imposuisti, tecum trahimus hoc iugum, quod prius tu assumpsisti, & tu prior nos dilexisti; qui & nos tecum illud trahere, seu portare decreuisti, quod nobis illa insinuant verba, quæ mandato copulasti, vt inuicem, videlicet, diligamus, sicut & tu nos dilexisti, vt & nos inuicem, idest, tecum, in te, & propter te diligeremus inuicem. Verum, nec tu Agnus lupos dilexisses, nec tu mitis, & simplex canes, & lupos amasses, nisi & lupos, & agnos conuertere voluisses, & mordaces in beneficos, fraudulentos in simplices, mutare statuisses, vt à te, & patientiam, & mansuetudinem, & simplicitatem addiscentes, in virum alterum mutati tandem fuissent: ita vt non tu illis, sed illi tibi conformes efficerentur, & similes essent.

Mandatum nouum, &c. Optimi tunc artificis opus commendatur, cum ad perfectum maximè reducitur. Author vtriusque legis Christus, quæ adhuc in illa imperfecta lege Angelorum ministerio pronunciata, per Moysen populo illi promulgata, & qui loquens Deus olim patribus in Prophetis, nouissimè loquens in filio, in illo restat, vt omnia restauret; in ipso enim (Apostolo teste) Nec circuncisio, nec præputium, idest, nec legalia, nec moralia aliquid patrocinantur, ad nouam creaturam; Primus homo (inquit Apostolus) de terra terrenus: secundus homo de Cœlo cœlestis. Neque poterat, quod posterius est prius esse priore. Non enim ait prius, quod spirituale, sed quod carnale, posterius reseruato, quod est spirituale. Alia (inquit) cœlestium gloria, alia terrestrium. Ipse Christus non carnem hìc noua regeneratione restaurat; Verum nostrum spiritum suo spiritu, dum viuificat, renouat, vt sicut natura peccatoris est esse carnalem, & sapere carnalia; ita iusti natura ex gratia Christi est spiritualem esse, & sapere spiritualia, iam Christi verba spiritus, & vita sunt, & verbo suo restaurat omnia. In nouo homine omnia noua, & nouum hoc dilectionis mandatum, ex noui hominis Christi virtute processit. Et sicut nouus homo effici dicitur, qui in meliorem vitæ suæ frugem conuertitur; ita & nouum mandatum perhibetur, quod licet ad literam idem legatur; ad subliniora tamen per nouam virtutem eleuatur.

Quãdo sit laudandũ opus artificis.

Gal. 6.

1. Cor. 15

Gloria cœlestiũ alia est a terrestri.

Vetus hõ quõ nouꝰ fieri possit.

Poterat ex transgressione mandati præuaricator effectus, degeneri similitudine homo belluis comparari, qui cum in honore esset, comparatus est iumentis, & similis factus est illis; qui ex obedientiæ mandato, cui pareat, potest iterum suæ restitui dignitati, quod & à Christo alibi insinuatur, dum adijcitur. Vt sitis filij patris vestri, qui in Cœlis est. Sicut auis depilata plumis, ex alto cadere cogitur, & impotens ad volandum redditur; ita si à nobis diuellatur per odium proximus ascendere non valemus, inuicem enim sibi sunt suffragio, auis & plumæ, quæ si seorsum sint constitutæ, vtrumque cadere oportet; simul autem copulatæ, & intrinsecus radicatæ, volatu maximè aptæ cernuntur. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ? Pennas columbæ poscit, quæ nec odio habere, nec offendere didicit, & prorsus sine fellis amaritudine consistit.

Matth. 5.

Psal. 54.

Est illud itaque antiquum mandatum, & non est illud, sed nouum mandatum; veluti & Apostolus hanc sui metamorphosim fatetur, vbi legitur: Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus. Quomodo ipse, & non ipse, nisi quia manens carne renouatus est spiritu, & qui in carne viuebat, non tamen secundum carnem ambulabat? Quod & Ephesijs inquiebat: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate. Et Petrus. Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, simulationes, inuidias, & detractiones, sicut modo geniti infantes, &c. Si qua ergo (concludit Apostolus) in Christo noua creatura, vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia noua. Omnia (inquit) ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum, dans nobis ministerium reconciliationis, quoniam Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, cum Deus tot bona communicauerit rationali creaturæ, vt hominem quasi alium Deum in terris constituerit. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.

Columba sine felle è quæ offendere nescit nec cuiq̃ infesta est.

Gal. 2.

Ephes. 5.

1. Epist. 2

2. Cor. 4.

Ibidem.

Hõ quasi secundus est Deus.

Duo sibi tantum reseruare constituit, & quidem primo gloriam suam; de qua protestatur. Gloriam meam alteri non dabo: Tua domine est magnificentia, tua gloria, & Angeli canunt: Gloria in excelsis Deo, &c. Alterum quod sibi reseruauit est vltio, seu vindicta. Mea (inquit) est vltio, & ego retribuam eis in tempore, & alibi: Mihi vindictam, & ego retribuam; qua ratione Proph. vocat ipsum Deum vltionum. Diabolus subripere credebat, & vsurpare sibi gloriam diuinam: Homines sibi conantur vsurpare vindictam; Vterque à domino consequitur damnationem; De primo dicitur. In infernum detraheris. De secundo: Homo homini seruat iram, & à domino quærit vindictam. Hinc indignatum legimus dominum contra Moab, qui sibi vsurpauerat vindictam, vt legitur: In Moab faciam iuditia, pro eo quod fecit in Idumæa vltionem, quia sicut aduersus gloriosos, inquit alibi. Gloriam eorum in ignominiam commutabo, ita & in vltores, se vltorem vltionis ostendit, cum vtrũque sibi ipse reseruauerit. Quod vtique sic est intelligendum, gloriam omnem Deo esse referendam Apostolo dicente: Quid habes, quod non accepisti? Quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis, & alibi. Soli Deo honor, & gloria.

Isa. 42.

1. Par. 29

Luc. 1.

Deut. 32.

Rom. 12.

Psal. 93.

Isa. 14.

Eccle. 28.

Ezec. 25.

Ose. 4.

1. Cor. 4.

1. Thi. 1.

Quidquid igitur gloriæ hìc reperitur, totum ad Deum tunc refertur, cum nihil nobis reseruatur. Iuxta id quod dicitur: Non nobis Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriã. Ita aliud est se ab impetentiũ inimicorũ insultibus tueri, & ab insidijs defendere, aliud est de inimicis se vindicare, & de illatis iniurijs vlcisci. Licet quidem primum cum moderamine inculpatæ tutelæ, licet & secundum iustitiæ diuinæ ministris: Apostolo dicente. Si malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, qui videlicet præest, vindex in iram ei, qui malè agit. Hoc igitur damnatur in vsurpatore, quod in ministro laudatur.

Ps. 113.

Quõ liceat nobis, nos ab inimicorum nostrorũ insultu, & infestatione protegere.

Rom. 13.

Sicut

Sicut dilexi vos.&c. Omnis hic expurgatur veteris fermenti contagiosa dilectio, euellitur hac forma omnis inordinatus affectus, concordant inuicem mali, in malo conueniunt, inuicem in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius, impetum faciūt vnanimiter in eum, conueniunt inuicem impij aduersus iustum, vt eum opprimant, vt eum circumueniant. Opprimamus (inquiunt) pauperem, & nō parcamus viduæ, nec reuereamur canos multi temporis: conueniunt & carnales qui voluptatibus student, & delitijs oblectantur. Coronemus nos rosis (inquiunt) nullumq; sit pratum quod non pertrāseat luxuria nostra: vbique relinquamus signa lætitiæ nostrę, quoniam hęc est pars nostra. Conueniunt epulones, potatores, nebulonesque, ad inuicem, & se diligunt. Vnum (inquiunt,) sit marsupium nostrum: Venite fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, vino pretioso, & unguentis nos impleamus. Coronemus nos rosis antequam marcescant.

Conueniunt hæretici aduersus catholicos, & vnanimiter impetum facere nituntur, ut ecclesiæ iura collabi demoliantur, mactentque & perdant. Dirumpamus (inquiunt) vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Verum procul hæc conuentio, longè hæc dilectio, ab hac dilectione christiana. Hæc est uera dilectio, ut diligatis inuicem sicut dilexi vos: sola dilectione charitatis, Christus dilexit cuius amor charitas est: Nam & Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Sēper nouus hic amor est, semper noua est hæc dilectio, quæ suo semper coniuncta est principio, & motus, hic circularis inuicem diligere amorem in amantem semper reflere, nouitatem motus indicat & insinuat. Et sicut cęli motus non subest antiquitatis legibus, qui regularis est, qui circularis est, & indeficiēs, ita & charitatis motus, quæ nunquam excidit, nec tepescit aliquando, sed semper iteratis reuolutionibus & vertiginibus innouari dicitur, & nouus esse ostenditur.

Datur motus circularis in amore.

Est igitur inauditus, & præcipuus huius dilectionis modus, vt sicut nos dilexit Christus, ita & inuicem nos diligamus, quem si attenderimus, & filij Dei efficiemur, & similes ei erimus, si præstiterimus. Insuper & scimus quia translati sumus de morte ad uitam si diligimus fratres.

Sicut dilexi vos.&c. Hæc operatus est magister veritatis, imò ipsa summa veritas, quo moneremur ad normam eius, vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus, sequentes uestigia eius. Non enim docebat doctrinas, quas nollet ipse obseruare, nec imponebat onera, quæ nec digito uellet contingere. Verum prius cœpit ipse facere, & postea docere: prius uoluit ipse obseruare, postea cæteris obseruanda imponere. Sicut (inquit) dilexi uos. Vt & uos inuicem diligatis. Qui præceptorem me esse non ignoratis, obsequia, & beneficia, benignitatem, pietatē, patientiam, & charitatis, ac humilitatis opera exercui, in hanc beneficentiam uestram, non ut desides, non ut socordes, aut torpentes, seu otiosos facerem, sed ut uos sectatores meos æmulatores sanctos, & imitatores perficerem. Attende igitur quàm fortiter, quàm prudenter, quàm benignè Christus nos amauit: operatus est magna, quia amor magna operatur si est: si autem renuit operari, amor non est. Nā probatio dilectionis, exhibitio est operis: imò quæcunque magna operatur amor, reputat parua. Si operatur multa arbitratur pauca: si sustinet grauia, æstimat læuia. Magno nihil magnum. Si amor magnus est, maior omni suo effectu est. Nunquam effectus maior sua causa est: nunquam radius maior sole est: animo habēte charitatem nihil maius est, nisi ipse, qui ipsa charitas est.

Tenuis, & angustus amor ille est, qui sibi multa pati videtur, qui cedit multis his paucus est, breuis est; qui fatigatur alterius longitudine, & perseuerantia, qui peruenire laborat, ad quod pertingit alterius longanimitas, qui frangitur & occurrentis cedit obstaculo, debilis est. Non est hæc Christi charitas, quæ omnia potest, omnia superat, omnia uincit, quæ nulli cedit, nunquam frangitur, ense non diuiditur, morte non separatur, persecutione, aut angustia non prorumpitur, periculis, & fame non extinguitur: nuditate & ærumnis non minuitur, sed augetur. Si autem licet, & tantum tribuere prophano amori, ut communi Poetarum consensu, omnia uincat amor, quid charitati, amotiq; diuino ascribendum occurret? Solus amor potest Sampsonem vincere, Salomonē superare, Dauid prosternere: exemplis prophanorum silentio trāsactis. Quod si Ethnici hoc faciunt, qui solo amore deliniuntur, māsuescunt, & obsequunt, attendant qui christiano exornantur titulo, in quo non Ethnicis, sed Christo in diligendo assimilari conantur, qua benignitate ferantur, quoue charitatis ardore.

Quis sit amor tenuis & debilis.

Amoris vis & potentia.

In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei eritis, si dilectionem habueritis ad inuicem.&c. Hoc vnum infallibile, & efficacissimum signum discipulatus suorū Christus prætexit, velut inter cætera omnia, quæ exhibere possit humana mortalitas, sola cæteris operibus, & virtutibus præstet dilectio, nec iniuria, cum hæc sola in corde habitaculū habeat, & collocari possit: imò hac sola Deo similes effici possimus. Dum igitur charitate charitas dignoscitur, dum dilectione dilectio cōprobatur, similes simili cognoscitur, & intelligentiæ veritas aperitur. In hoc igitur cognoscent omnes, si dilectionem habueritis adinuicem. Nam sicut reciproco amore patris ad filium, & filij ad patrem processionē confitemur Spiritus sancti, ita & quæ inuicem uobiscum est dilectio charitatis, spiritum dabit veritatis, vt cognoscant oēs, quod discipuli sitis: per hanc, quæ mea in vobis sculpta erit imago. Habent equites & milites sua insignia, quibus inspectis, auspicantur omnes, quorum patrocinio foueantur, & quorum stipendijs militiam profiteantur. Hoc nobis vexillum coram omnibus deferre, & ostēdere, & erigere iubet, vt dum inuicem amamus, cuius nos discipulis sumus ostendamus. Sua nobis insignia prębet Christus, qui totum ex charitate egit: totūquod egit dilectione decorauit. Habeant cæteri leones, aquilas, habeāt flores, & quidqd pictura potest effingi. Nihil fictitium habet Christus, sed realia, regaliaque insignia suis deferenda exhibet, & ait. In hoc cognoscent omnes,&c.

Ex patris ad filiū, & filii ad patrem amore reciproco, spirit⁹ sanctus emanat.

Christianorum insigne est ipsa dilectio

In hoc. &c. Plures sunt amoris species, plura, & diuersa dilectionum genera; non approbo singula. Ex his hanc unam speciem mihi assumo, & eam vobis præscribo, & præscriptam exhibeo, ut diligatis inuicē, sicut dilexi uos. Et in hoc cognoscent omnes quod discipuli

Amoris species.

ſcipuli mei eritis, ſi hanc dilectionem præſtiteritis. Quod ſi in hoc cognoſcent omnes, nonne in hoc erit is citra omnes, vel vltra omnes, aut certè ſupra omnes? Faceſſat igitur pius ille amor, quo in natos, aut in parentes feritnur, cedat illa ſingularis beneuolentia, qua in ſocios oblectamur, & amicitiæ nexibus adſtringimur: viget & virtuoſus ille affectus, quo & virtuoſos inclinatione proſequimur, & beneficos nobis, inſtinctu validiſſimo amare compellimur, & vna ſuperemineat excellens charitas quæ præualet, quæ vinculum eſt perfectionis, qua inuicem diligimus; & Deum pariter nobis vinctum charitate poſſidemus.

Hic eſt amor ſanctus, dilectio pulchra, affectus integer, ordinatus animus, iuſtum deſiderium, nexus caſtus, vnitas indiſſolubilis, cœleſtialis copula, omnibus adeo conſpicua & admirabilis, vt in hoc cognoſcant omnes &c. Ibi ſol eſſe agnoſcitur, vbi ſolis radij illuceſcere conſpiciûtur, quia ſicut radius ſolem, ſic diſcipulus magiſtrum, vera proteſtatione manifeſtauit, quandoquidem, qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Vtinã hæc cordibus noſtris infigeremus; illaque fęlicia tempora reuocaremus, in quibus multitudinis credentium erat cor unum, & anima vna in domino. Nos autem qui inteſtinis odijs velut tineis noſipſos demolimur, qui inuicem mordemus, qui inuidemus inuicem, qui conuitijs, perſecutionibus, detractionibus, fraudibus, & mendacijs inuicem circumuenimus, cuius nos diſcipulos manifeſtè proteſtamur? Qui adulteramus, qui aliena uſurpamus, qui conſpiramus, & cæteros deſpiciendo condemnamus, qui nos efferre ſuper cæteros, occulta, aut patenti ſuperbia anhelamus, cuius nos eſſe diſcipulos oſtendimus? Qui diſpergimus, & non colligimus, qui ſuſurramus, & non componimus, qui deſtruimus, & non ædificamus, cuius formam, (quæſo) obſeruamus? Charitas eſt quæ ædificat, Chriſtus qui colligit: & qui nõ cǫlligit ſecum, diſpergit. Charitatis autem fructus ſunt, gaudium pax patientia, bonitas, benignitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia caſtitas.

Conterere (quæſo) quàm male obſeruetur dilectionis mãdatũ hac tempeſtate noſtra qua tanto pere diſſidia vigent & odia.

Gal. 5.

Cæterùm compos iſta omnis eſt boni, quæ malum non operatur, & non agit perperam, & forma omniũ virtutum eſſe comprobatur, cuius virtute omnia propulſantur uitia, omnia extinguuntur ſcelera, omnia fugantur iniqua, nihil ſecum patitur impium, nihil obſcenum & turpe, nihil rugoſum, nihil poſſidet nõ ſanctum, non æquum, non pium; igitur: In hoc cognoſcent omnes. &c.

In hoc. &c. Iam ſaſſus fuerat Chriſtus ignem, vt in terram mitteret, ſe ueniſſe, quem vt arderet optabat, & Gedeone melior, ad ſuperandas inimicorum verſutias accenſis faculis, ſuos pergere ad certamina iubet. Iuſſit autem, ut id omnes facerent, quod eũ facere proſpicerent, dum inquit. Vt diligatis inuicem, ſicut dilexi vos. Ecce prætereuntem lucem, ecce accendentem lampades, ſe ſequentium militum: ſed & carbones ſuccenſi ſunt ab eo: Neque enim diu conſeruari poteſt ſuccenſus ignis in uno ſeorſum carbone, aut in uno ligno flamma longo tẽpore perſeuerare. Vt igitur ignis charitatis quem & mittere, & ardere Dominus uoluit, conſeruaretur, & nunquam extingueretur, oportuit & ligna plurima, & carbones multos ardentes coniungere; propterea mandatum dedit, vt inuicẽ diligeremus.

Iudic. 7.

F Et ſicut à calore, ſplendore, & fumo, ignis alicubi eſſe dignoſcitur. Ideo in hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eritis, ſi dilectionem habueritis.

Non debuit eſſe ſub modio lumen, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo ſunt. Quod ſi præponatur, non erit qui ſe abſcondat à calore eius: cuius euaporatione bonus redolebat odor, cunctis ad vitam. Et cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eritis: quo cognito, vobis, ut mihi credent, vos, ut me recipiẽt, doctrinam veſtram, tanquam meam ſuſcipient, vos libenter audient, uobis facilè adhęrebunt, & obtemperabunt, in fidem ueſtram conuenient, & in ueſtram ſen-

G tentiam cadent: nihil efficacius igne, nihil velocius, ſemper tendit ſurſum, ſemper conat cęlos aſcẽdere &c. Hæc ſunt munera charitatis: propterea. In hoc cognoſcent omnes. &c.

Omnium bonorum forma eſt charitas.

Ignis velocitas & efficacia.

Non enim fertur in omnia bona charitas, ſed effertur forma enim bonorum. Vis autem tu cognoſcere calcem, an ſit à viua petra deſumpta, & igne decocta? ſuperpone aquam, & bullientem uidebis. Eſt enim calx petra uiua charitate Chriſti decocta, diſcipulus Chriſti ad eccleſiam conſtruendam, pro qua multi adinuicem requiruntur vniti lapides, ideo in hoc cognoſcent &c. Ecce tres lapides in fornace Sidrach, Miſach, Ab-

H denago, non aduruntur, ſed perficiuntur, Deum benedicentes. Ecce Iob ſedens in ſterquilinio &c. Quid calce uiuius conſpicientium oculis? Vide cuius ſit uirtutis ad uniendum, & componendum.

In hoc cognoſcent. &c. Non inquit ſuſpicabuntur, aut opinabuntur, ſed cognoſcent, quia neminem chriſtiana dilectio fallere poteſt. Fallunt nos interdum lachrymæ ieiunia, orationes, eleemoſinarum copia aſpectus verba, quibus & cæteris fallere, & nos ipſos interdum decipere poſſumus. Neminem unquam fefellit, aut fallere poteſt charitas: quæ diſciplinæ effugit fucatam faciem, quæ deteſtatur hippocryſim, quæ fugat im-

I pietatem, quę horret malitiam, quæ vultum lauat, & extergit omnem rubiginem, quæ ſiniſtram neſcit; hæc fucum reſpuit, hæc duplicitatem ignorat, ubique ſincera, vbique clara, ubique recta, nunquã eſt obliqua charitas, nunquam ſimulata. In charitate non ficta, in uerbo uitæ à dextris, & à ſiniſtris, nec Deo mentitur, nec decipit, nec fallit proximum: ideo in hoc cognoſcent omnes &c. Qui autem caret hoc ſigno, nec à Deo cognoſcitur, qui fatuas extinctarum lampadũ non agnouit virgines, nec nos ipſos cognoſcimus, qui in tenebris ambulamus, & in morte manemus, nec cæteris innoteſcimus. Dicente domino. In hoc cognoſcent omnes.

Nullum opus bonũ eſt ipſa dilectione ſecurius.

Charitatis effectus.

In hoc. &c. Attende ad quam imaginem Dei factus ſit homo: non enim iubetur homini, ut in poten-

K tia aſſimiletur Deo, non ut in ſapientia, non ut in ſuis uirtutibus, non in prouidẽtia, ſed in charitatis dilectione. Ecce imaginem Dei, Chriſtum filium Dei, & ecce hominem non imaginem, ſed ad imaginem, ideſt, ad formam imaginis. Vt diligamus inuicem ſicut ipſe dilexit nos. Non eſt tota imago homo, ſed ad normã imaginis, non totam imaginem comprehendens, ſed hanc partem deſignans, de qua proteſtatur, quod in hoc cognoſcent omnes, quod diſcipuli mei, imitatores mei, & ſimiles mei eritis, ſi dilectionem adinuicem habueritis. Solius charitatis magiſtrum ſe præbuit Chriſtus, & ſolius dilectionis diſcipulos quærit. Audiãt hęretici,

qui

qui soli fidei innituntur, & tantum tribuunt, vt ea sola, nuda & inani omnem sibi ascribant salutem, & discipulatum Christi: In Christo non est fides, cuius cognitio est omnium perfectissima lucidissima, & aperta oculis eius. Sola charitas est in Christo: igitur per solã hanc Christo conformari possumus, ita ut in hoc cognoscant omnes &c.

Sola effici mur Chri sto charita te confor mes.

Hoc nostrum igitur studium in schola Christi, non vt alta sapiamus, sed ut inuicem diligamus. Iste discipulatus fidelium, vt in alio non studeamus, nisi, vt inuicem diligamus; nil est quod studiosiùs quæramus, quod iucundiùs, & suauiùs meditemur, quod frequentius recolamus, aut utilius addiscere debeamus, quo solo cogniti esse mereamur. Non enim potest amor Dei esse otiosus. Dilige, ut diligaris. Et qui præuentus es dilectione charitatis, diligenti tui amoris rependе uices; & uinctus es.

In hoc cognoscent omnes. &c. Olim Deus sui fęderis signum, quod pacati esset animi, ampliusq; aquis diluuij orbem non esset submersurus, in nubibus cœli constituit. Statuam (inquit.) pactum meum uobiscũ, & cum semine uestro post uos, ut omnem animam uiuentem, quæ est uobiscum, tam in volucribus, quam in iumentis, & pecudibus terræ cũctisque, quę ingressa sunt in arca, & vniuersis bestijs a facie terræ non deleam. Statuam pactum meum uobiscum, & nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij. Dixitque Deus. Hoc est signum fęderis, quod do inter me, & uos, & ad omnem animam uiuentem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus cœli &c. Hoc fœderis signum his tantùm, qui cum Noe erant, & quidem pecudibus, & bestijs concessum legimus; veluti omnes à submersione diluuij euasuri essent, qui cum Noe, quasi sub eius patrocinio protecti mansissent.

Gen. 8.

Ibidem.

Nouum adhuc Deus cum suis pepigit fœdus, cum vocato Abraham, circuncisionis signum ei præbuit, & obseruari iussit. Hoc est pactum meum (inquit Deus) quod obseruabitis inter me, & uos, & semẽ tuum post te. Circuncidetur ex uobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputij uestri, ut sit signum fœderis inter me, & uos.

Gen. 17.

Hæc communia sunt nationum signa, quibus ab alijs populis distinguerentur, & dignoscerentur. At Christo adueniente noua sunt inita fœdera, vel vt pressiùs loquamur, perpetui fęderis sunt immutata signa, nobis consignato baptismate, quod cum à Christo esse ctum sit sacramentum, est & insimul rei sacræ signũ. Et hoc est signaculum sanctissimæ Trinitatis, quo insigniti sunt, qui cum Christo per baptismum, corporis eius mystici effecti sunt membra, & æternæ uitæ participes, dicente, eodem domino. Euntes in mundũ vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui uerò &c.

Nouum fę deris signũ est ipse ba ptismus.

Mar. 16.

Hæc omnia nostræ salutis signa nobis exhibuit dominus. Et primum quidem corporalis ex diluuio: secundum spiritualis non sine detrimento, & tamen nõ ex opere operato (ut proprijs utar theologorum termi nis) sed ex opere operantis. Tertium tam corporis, quàm animæ, ex opere etiam operato. Salus propina-

A tur nunc per emundationem ab omni labe peccati, demum per resurrectionem à mortuis, ad nouam in vtroque homine uitam consequendam, si tamen in ea regeneratione immunes à peccato consistimus, & perseueramus. Perfectius igitur, cum totius salutis nostræ complectatur rationem, baptismus: Non est quod conqueratur Iudæus, quòd cessata sit circuncisio, quæ quidem, cum non ipsa sit fędus, quod æternum est, ac sempiternum, sed signum fęderis, ut ex dictis domini patet; nec causari debet aduersus eos (christianos videlicet) qui nobilius potiti sunt signum ab eodem domino: specialius autem, & (vt ita dicam) nobilius nobis B signum præstitit, cum non longè a suo a nobis discessu intulit.

Baptismus

In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei eritis, si dilectionem habueritis adinuicem. Magnum fuit circuncisionis signum, maius est baptismi sacramentum: maximum est dilectionis inditium. Quidni? Nonne magna est fides credentium, potẽs spes nostra in Deo confidentiũm? Sed audiamus apostolum, de negotio differentem. Nunc manent tria hæc fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas. Ad supremum igitur omnium uirtutum apicem suos extollit Christus, quos in dilectione, & charitate constituit, C Apostolo dicẽte. Si linguis hominum loquar, & angelorum. Si habuero tantam fidem, ita ut montes transferam, & habuero omnem prophetiam &c. Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Hæc patiens est, benigna est, non ãgit perperam, nõ ęmulatur, non quærit, quæ sunt &c. Hac sola similes etiam diuinitati efficimur, & ex hac Christi hominis, & Dei discipulatum, seu scholam ingredimur, quẽ imitari facilè possumus. Quod si ad diuinas scripturas, & sanctorum eloquiorum monimenta, præceptaq; oculos conuertas; vndique suscipies, vbi tuæ menti dicta, factaq; obiicias, quàm execrabiles sint rixæ, & odia proximo- D rum. In libris omnibus, tam legis, quàm prophetarum sæpiùs velut sanctis Dei hominibus, aduersantia; sancto illi, præcipuoque præcepto de dilectione proximi, quod quidem nephas, crimen pessimum, sacra uocant scripturarum eloquia. Nam de sancto iuuene scriptũ legitur apud patrem accusasse fratres de crimine pessimo. Et quidem pessimum crimen a Deo nostro adeò detestatum, abhorrendum facinusq, uod multa secum attulit crimina, pessimum (inquam) crimen quo Deus ac proximus offenditur, pessimum crimen, quod humanis, diuinisque legibus contrariatur: pessimum crimen, quo bona omnia obruuntur, confunduntur, de- E struuntur, Deus creans omnia singula, seorsum approbauit, ut optima. Vnde hæc rerum bonitas super propriam singularum creaturarum bonitatem, vt nunc optima, & tunc bona dicerentur; & essent? Vtique non aliundè, quàm ab illa rerum consonantia, qua quæ bona sunt, optima efficiuntur. Ad hoc tendit Christus, ut non boni, sed & in hac regeneratione nostra perfecti simus: Estote (inquit) perfecti, sicut & pater uester cęlestis perfectus est.

2. Cor. 13

Ibidem.

Gene. 37.

Execrabile & detestandũ pessimumq: omniũ est odij vitiũ.

Matt. 5.

In hoc cognoscent omnes. &c. Omnes siquidem cognoscent, quod est ad omnes, quod est in omnes, quod ordinatur, quod extenditur, ad omnes, quod est in beneficium omnium, quod in exemplum, quod in ædificationem est omnium. An nõ discipuli Christi omnes fideles?

Christiani omnes sũt Christi discipuli. fideles? An non discipuli Christi omnes christiani, doctrinæ Christi professores? factorum Christi æmulatores? sed quæso, quanta docuit Christus? quanta fecit? in quantis nos instruxit? Sed valdè mirabile, quod in hoc dicat præcipuè cognoscendos, Christi discipulos, à fraterna cognitione; non à charitate, non à fide, non à miraculorum operatione, non doctrinæ professione, & cæteris, christianum hominem concomitantibus. Nempe, nec sine charitate, dilectio, neque absq; fide, compos enim, omnis boni, quæ malum nullum operatur, implet autem totam legem, magis qui proximũ diligit, Ioannis testimonio: quandoquidem qui diligimus inuicem, an non è medio tollimus homicidia, furta, adulteria, inuidiam, superbiam, mendacia, æmulationes, litigia, murmurationes, fraudes? an non contra, omni virtute decoramur? mãsuetudinis, charitatis, obsequiorum eleemosinarum, veritatis, & humilitatis decore insignimur, ob dilectionis opera? Miro igitur vinciuntur nexu omnes uirtutes, mira propulsantur diligẽtia vniuersa facinora, dilectionis robore. Nil secum patitur non sanctum, nihil non æquum nil (inquam) non pium, ita vt in hoc cognoscant omnes. &c.

Qui charitatem habet omnibus bonis plenus existit operibus.

In hoc cognoscent. &c. Non vult tuo te amore frustrari: sed qui das amorem, suscipias amorem; imò qui tuum vnum communicas pluribus amorem, omnium aliorum suscipias amorem. Nulla amoris merces, nisi amor: nullum dilectionis stipendium, nisi ipsa dilectio, solo nutritur amore amor, sola oblectatur dilectione dilectio: cætera illi imparia, ipsius indigna, ne dicam contraria. Nimiam uocat apostolus Dei charitatem, qua nos diligit, ueluti qui extra amoris ordinẽ nos tantum, & nullam aliam creaturam dilexerat. Dilexerat quidem prius, quia diligit omnia quæ sunt, & nihil odit eorum, quæ fecit. Verum dilectioni addidit dilectionem, vt dicatur inde nimia dilectio. Vna tantum dilectione angelos etiam bonos, & sanctos dilexit; vna tantum dilectione suos amauit thronos, & potestates, angelorum choros. Hominem uero, noua dilectione prosequutus est. Fugiebamus, & amore languens prosequebatur. Auertebamur, & uocabat: offendebamus, & precabatur nos. Indignabamur, & dedignabamur, spernebamus, & paruipẽdebamus eum; ipse verò obsequiis fouebat nos, muneribus blandiebatur nobis, & misericordia demulcebat.

Amor amoris est, merces & stipendiũ.

Vna dilectione oẽs amat De' homines simul & angelos.

Ecce nimiam hanc charitatem. Cum inimici (inquit) essemus, dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Verè igitur in hoc, in hoc (inquam) cognoscent omnes quod discipuli eius erimus omnes, Dei charitatem nõ ignorantes, omnes amoris eius non expertes, omnes eius non ignari dilectionis Cognoscent quia discipuli eius erimus, si adinuicem dilectionem habuerimus. Cognoscent (inquit) omnes ergo, & pater meus tunc uos cognoscet meos esse discipulos: Imò ego ipse uos, meos esse agnoscam discipulos. Et omnes angeli, & nationes omnes, in hoc discipulatum uestrum, a cæteris discipulis distinguent, si inuicem dilexeritis. Solos autem bonos cognoscit dominus: nescit verò malos: inter bonos tantum ipsa dilectio est uerus amor. Quid igitur ad amorem iubemur, nisi ut simus boni, cum inter malos nulla sit dilectio? Non enim est pax impijs dicit dominus.

Christi dilectio.

Nõ potest ĩ malis vera esse dilectio.

In hoc cognoscent omnes. &c. Audistis quàm leue, F quàmuè suaue sit iugum Christi, quod facilè hinc perpenditur, cum in hoc uno consistere discipulatum ostẽdat. Quid obsecro amore suauius? amore dulcius? amore fortius? omnes hunc facilè adipiscimur: nostra sola voluntate conquirimus. Per hunc solum ad superna erigimur, & etiã Deo coniungimur. Per hunc a proximo, eam non præsente, imò & mortuo non distamus, ibi enim cor nostrum, ubi thesaurus noster Perfectio enim amoris in eo potissimum perpenditur, quia amantem transformat, transmutatq; in amatum. Quid igitur erimus amantes inuicem, nisi alterutrum, alter ego? imò & ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Suauius amore nihil, quia omnia suauia reddit. Et quidem efficit praua indirecta, & aspera in uias planas.

Suauissimum est Christi iugum cũ in solo consistat amore

Amoris perfectio, vbi sit & in quo consistat.

G Fortius amore nihil, quia nil difficile uolenti relinquit. Nec iniuria fortior morte describitur, cum illa separet, iste vniat, illa corrumpat, iste restauret, illa mortificet, iste mortificata uiuificet. Dulcius amore nihil: quia etiam amara dulcia reddit, & efficit. Omnia iucunda, omnia serena, omnia delectabilia reddit amor: omnia pacata, omnia ordinata: omnia consona, nihil tuum denique, nihil possides, etiam ex teipso nisi amorem: cætera uelis nobis aliò tendunt, quò nõ velles, omnia tortoribus consignantur, corpus uermibus, domus, uxores, H filij, serui, diuitiæ aut auferuntur a te, aut separantur, aut extorquentur. Tibi sola amoris portio, ut eum cuiuis largiaris: quem si largiris, nonne & teipsum largiris? nonne cum ipso omnia cætera donas? Quid tibi tuum retines, qui amorem tuum non tibi retines? An non tuum sequeris amorem, quocunque ierit? Ecce igitur restaurari omnia, in verbo diliges. Optimè igitur in hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei eritis, si dilectionem habueritis adinuicem. &c.

Immensa fortitudo amoris est & suauitas

Solum velut nostrũ possidem' amorẽ; cætera autẽ oia alioru sunt.

Dixit ei Petrus. Domine quò vadis? Respondit ei Iesus. Quo ego vado non potes me modo sequi, sequeris autem postea. &c. Nec miremur ignarum audire Petrũ I eius itineris, cuius & sapientissimus ille Salomon se ignarum fatetur. Tria (inquit) mihi difficilia, & quartum quod penitus ignoro. Viam aquilæ in celo, idest, Christi ascendentis in cœlum: Viam colubri super petram, idest, Christi à monumento resurgentis: Viam nauis in mari, idest, Christi, in medio procellarum turbine naufragantis. Et uiam uiri in adolescentia, seu (& fortasse misteriosius) in adolescentula, ut Hebræorum littera docet, idest, Christi in uentrem Virginis introeuntis, & exeuntis, intacto virginitatis pudore. Ignorat Sapiens, quò pergat Christus, mare magnum ingressurus, cęlestia tandem petiturus. Hæc in pectore recon K dita tenebat Petrus, ut a domino suo peteret quonã iturus esset; mox supradictis uerbis depromptis, quibus se iturum dominus indixerat: quò eum modo sequuturi non essent, verum distulit interrogationem, ne imprudenter domini sui interrumperet sermonem. *Prou. 30.*

Et quia sine Petro, nusquam adhuc recesserat, quẽ comitem præ cæteris semper habere uoluit; ideo hac interrogatione Petrus explorare nititur domini sui intentionem, an & ipsum a comitatu suo exclusisset. Et ideo pia, teneraque quadam interrogatione percunctatur. Domine quò vadis? An sine me uadis? an me a te diuellis? an me, quem ad sequendum te uocasti, iterũ derelinquis? Ego omnia pro te sequendo dereliqui, & quomodo a te derelinquar? Tu mihi patre, uxore, domo

Habebat semper Petrum Christus in itinere comitem.

domo, naui, & patria, cæterisque omnibus bonis, & amicis charior. Dic ergo mihi quò vadis? quia sequar te quocunque ieris. Hoc parum mihi: imò hoc mihi durius, grauiusque uidetur, quod te vsquemodo sim secutus, & deinceps tua me sequela indignum facias, & à tua societate repellas. Agam igitur, ut alter Eliseus, nec te derelinquam dominum meum, & magistrum meum, sed sequar te quocunque ieris: Qui totum me tibi dedi, & totũ me tuis uotis dedicaui, qui me me & quæcunq; habui abdicaui, vt tuæ consors societatis efficerer: Nil molestius accidere potest, quàm tua me priuatum iri præsentia. O singularem discipuli beneuolentiam. O admirandam Petri fidelitatem. O certè imitandam diligentis animi promptitudinem, nostram confundens ignauiam, & nostrum condemnans torporem. Nonnè & nos ex discipulis eius sumus? Nonnè & Christum in baptismate professi sumus? Nōne scholas Christi ingressi discipulatum eius suscepisse gloriamur? Nonne & nos sathanæ, & sęculo, & pompis eius abrenunciauimus? Quomodo igitur tam facilè à Christo sponte recedimus? Quomodo tam leuitèr auertimus à Christo? Quomodo tam citò ad egena conuertimur elementa? Nec quò abeat dilectus noster interrogamus?

Mirare tenerũ hunc Petri amorem fidelitatē in magistrũ suũ & dominum, eximiamq; animi prōptitudinē.

Domine quò vadis? &c. Tu es via, quam si perdidero, quomodo perditus non ero? Igitur uias tuas demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Scio quia scriptum est. In mari uia tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. Sed & hoc unum scio: quia apud dominum gressus hominis dirigentur. Et quod inuium est, omne quod extra uiam est. Audiuite per Prophetam dicentem. Hæc dicit dominus. State super uias, & uidete, & interrogate quę sit uia bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris.

Hier. 6.

Sequeris autem postea. &c. Cùm sanctior, cùm iustior, cum fortior factus eris. Nunc autem dum adhuc carnalis es, dum adhuc terrena sapis, dum imbecillis existis, me non potes sequi. Postea tua infirmitate cognita, te ipso cautior effectus, me sequi poteris, quia uires tolerandi crucē adeptus, assequeris, currens ad expositum tibi brauium. Hic ne animum suum despōdeat Petrus, occurrit Christus spe subleuaturus eundem. Petrus ad terminum uiæ anhelabat: viam qua iturus esset ignorabat. Non enim interrogat, per quam uiam dominus iturus esset, sed quò iturus esset. Contra vero, dominus uiā illi proposuit, & sequelam solam recensuit. Non enim respondet. Quò ego vado tu venies: sed hoc tantum inquit. Sequeris autem postea. Neque enim videbitur Deus deorum in Syon, nisi prius processum fuerit de uirtute in uirtutem.

Hoc est quod humana imbecillitas non contemplatur, & quod damnata hæreticorum proteruitas audire dedignatur: dum non ad viam, sed ad terminum tantũ viæ, oculos, & obtutus dirigunt. Volunt peruenire ad Christum, & nolunt sequi, & imitari Christum Volucres potius uocari poterũt, quàm homines, cum hæc hominum sit generalis, & infallibilis conditio, ut ad alta non nisi per gradus ascendant, cuius ueritatis illud adductum est testimonium, quod ostēdit dominus Patriarchæ Iacob dormienti in Aran. Cui ostēsa est scala, in cuius culmine residebat dominus, ad quem, non

Prius ad viam, quā ad terminũ viæ respiciēdum est.

A nisi per gradus ascendebatur. Ecce motũ Ibunt. Ecce gradus. De virtute in virtutem. Ecce terminum motus. Videbitur Deus deorum in Syon.

Graduatim p motũ ad motus terminum pertingimus.

Est autem uirtus (teste Isidoro) pulcher naturæ habitus, animæ decus, vitæ ratio, morum pietas, cultus diuinitatis, honestatis specimen, æternæ beatitudinis meritum. Breuius autem. est bona qualitas mentis, qua benè uiuitur, qua nullus malè vtitur, quam Deus solus in homine operatur. Et sunt uirtutes theologicæ quibus solis ascenditur ad summum eius celsitudinis, qua Deo fruimur: Suspirat anima post Saluatorem suum, quærens, & sciscitans quò abierit dilectus suus. Hoc B desiderio flagrat, non omnis, sed pulcherrima inter mulieres. Tales sunt, quæ in odorem vnguentorum suorum currunt. quas adolescentulæ, idest, expertes peccati diligunt. Cæteræ quas peccatorum pondus aggrauat, & terrena cogitatio deprimit, quæ currere nequeunt, trahi flagitent post Christum: Satius enim fuisset Petro, si trahi poposcisset, quàm quod sequi Christum se iactasset.

Quid sit virtus.

Solis theologicis virtutib⁹, ad summa beatitu ínis nostræ loca conscē dimus.

Non potes me modò sequi, sequeris autem postea. &c. Ego te sustineo, quia uis quidem, sed non potes me modò sequi. Ego compatior tibi, quia non potes me modò sequi. Rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, C ideo præstolabor te, quia sequeris postea, uirtute roboratus ex alto, longè robustior & fortior te ipso. Vidisti aliquando blandientem matrem dilecto puero, aut ægrotanti filio? Vellet filius sequi matrem quocunque ierit; respondet illa supplicanti. Non recedo, vt te relinquam; sed vado, & uenio ad vos. Modicum videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Vado parare vobis locum. Sed quò ego vado, non potestis me modo sequi. Et tu Petre non potes nunc tuum obtinere intentum, quia non potes me modò sequi, sed expecta dominum. Viriliter age, sequeris autem postea.

Chrs Petro velut pia mater infantulo mira consolatione blanditur.

Non potes. &c. Sequeris autem postea. Ecce compositi, discretique animi elegantiam, quomodo compa D titur Christus nostræ imbecillitati, quomodo sustinet ignauiam nostram, quomodo (inquam) nostram prę stolatur tarditatem. Non potes me modò sequi, Sequeris autem postea. Sequebatur animo Christũ Petrus, sed viribus sequi ipsum, adhuc non poterat.

Christus imbecillitati humanę cōpatitur.

Sequeris autem postea. &c. Spem non abstulit Petro ad sequendum, qui viatores spe viuere in terris statuit. Verùm dilationem intulit rei speratæ, quasi increpādo immaturam sollicitudinem, subintulit. Sequeris autem postea. Tanquam diceret. Quid festinas Petre; nondum solidatus es in petra, & præsumis te petram?

E *Quare non possum te modo sequi? &c.* Attende quomodo vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris. Petrus sine petra, se petram facit, gloriatur tanquam fortis in fortitudine sua, tanquam sapiens in sapientia sua, tanquam potens in potentia sua. & illudit sibiipsi; cũ qui gloriatur in domino gloriari oportеat. Deciperis Petre; hoc non tuum est, nec currentis, aut volentis, sed Dei munus miserentis. Velle tu ipse potes, perficere te ipso non vales: quia non quod vis bonum ages, sed malum illud quod odisti, hoc facies. Dominum namque tuum iureiurando negabis. Non igitur suspectum tantum est iudicium, quod de te ipso facis, sed falsum, & temerariũ, quod de te ipso pšumis. Adhuc amas animam tuam in hoc mundo, & dicis.

Quare

Quare non possum te modo sequi, &c. Nondum satis quæ Dei sunt, & insulsas, quare non possis eũ modo sequi? Pridie Sathanas dictus, modo uis ingredi cęlum, & cum Christo tantam habere partem? Sine cruce uis sequi Christum? Contra statuta Christi uis sequi Christum?

Quare non possum te modò sequi? &c. Non sic segnis discipulus sum, qui magistrum meum per ardua montiũ, sequi non uelim; nec adeo seruus sum vecors vt domini mei vestigia prosequi dedigner. Putasne, tã malè affectum tibi, & blandiẽtem mihi, vt possim me à tuo comitatu subtrahere? Aut me putas tot beneficiorum vinculis adstrictum, ingratitudinis labe, me cõmaculaturum, vt te in medijs periculis constitutum, sim derelicturus? Qui fieri poterit, vt ego unquam pertimescere possim, quæcunque subire pro te pericula, quem in dominum, & præceptorem suscepi, cui me totum consecraui, cuius maiestatem in monte noui, cuius uirtutem plerunque conspexi, & cuius dulcedinem expertus gustaui.

Audacia Petri.

Cætera mihi possibilia contingere posse fatebor; hoc vnum tantum abest, ut à te unquam ualeam reparari: vt à te diuelli patiar, & ut ego te in quouis agone derelinquere possim, aut pedem meum retrahere, ut te quocunque ieris, non sequar. Audisti aliquando Thraces, siue Thrasones veluti filios Martis, omnia, sua sibi polliceri virtute: Nihil tam arduum, quod nõ sibi, pro sua iactantia promittant. Sibi ipsis blandiuntur, & sternunt uias faciles, quod postea instante lucta nec digito contingere volunt, sed vnde dimicare deberent, turpissimè cedunt insultantibus. Hoc palam in Petro rei postea probauit euentus.

Thrasonũ iactantia.

Quare non possum te modò sequi? &c. Neque Petrus sine supplicio dominum posse sequi cogitabat, qui promptè ad eum sequendum stipendium vitæ se proferebat. Miratur Petrus, & nos cum Petro, quomodo non possit modò, suum sequi magistrũ, & eo pręsertim quod latronem solo verbo Christo se cõmendantem, mox adeptum suæ salutis gaudia, prospiciamus. Quare (ò bone Iesu) non potest Petrus, aut & nos cum Petro te modò sequi? Nam (D. Ambrosio teste) nondum patiebatur supplicium dũ promitteret paradysum, dum licèt in cruce penderet latro, impossibile tamẽ dicitur Petro, quod tam facilè consequitur latro. Quid supra Petrum confessus est, aut promeruit latro? Hinc unum illud nobis innuitur, quod nobis ab Apostolo clarius aperitur. Quoniam non uolentis, nec currentis, sed Dei est miserentis.

Facilè latro ille Paradysi gaudia consequut' esse videtur.

Rom. 9.

Hic igitur facessat omnis humana præsumptio, quã doquidem sic decet impleri omnem iustitiã, qua nullus à Christi consortio excludendus credatur. Ipse enim dominus uineæ eundem denarium, sine aliorum iniuria, tam qui mane, quàm qui uespeti, & vndecima hora, quæ nõ procul ab illa in qua dies nobis clauditur, elargitur. Huic itaque in hac ultima penè hora constituto, dominus pollicetur, quia hodie mecum eris in paradyso: Petro autẽ in sexta aut adhuc nona sui cursus constituto, dicitur quia. Non potes me modò sequi; sequeris autem postea.

Adhuc tamen Petro dicitur. Non potes me modò sequi, quia Petrus iam ad Christum sequendum, vt discipulus, & testis factorum Christi in omni Iudæa, &

F Samaria, & maritima, & vsque ad vltimum terræ ascitus fuerat: Latro autem ille non vt discipulus, sed ut socius Christi assũmptus fuit à Christo, nec in aliud tempus differtur, aut ad alium diem prorogatur, quia paucum sibi pro multo computatur, dum tota se mente, toto affectu Christo copulatur. Hæc est fidei nostræ potior gratia, exuberans super peccata. Apostolo dicente. Non sicut delictum, ita & donum, &c. Sed ubi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et licet grandis in eo esset culpa, copiosior, ac facilior ibi datur venia, vbi fidelior, & propensior est confidẽtia: Vt igitur ostendatur pluris etiam meriti Christo
G credidisse, quàm in sęculo deliquisse, & quem perfidia reum criminis, & damnationis fecerat, singularis eius fides, gloriosum reddidit.

Rom. 5.

Latronis meritum cũ Chfo ĩ cruce pendentis.

Hoc in tantum potest ipsa fides, latrones innocentes reddere, quod potest perfidia apostolos a paradysi loco deijcere, & à societate Christi diuellere. Nec iniuria iustificatus est latro, qui Iudæis insultantibus, vt seipsum, si posset, tunc Christus liberaret: latro a Chfo suam liberationem, non temporalem, quæ est mundi, sed æternam, quæ est paradysi peteret, & est assecutus eandem. Hodie mecum eris in paradyso. Comitatur latro Christum, & Petrus derelinquit eum: & ideo cum
H Christo illo die paradysum suscipit, ad sequelam qui est uocatus Petrus, non potuit cum Christo, sed post Christum regna possidere cęlestia. Tu comes mecum eris hodie in paradyso. Tu discipulus nõ potes me modò sequi, sequeris autem postea.

Quãta sit fidei virt', & potẽtia.

Animam meam pro te ponam. &c. Hãc tibi debeo, quam mihi credidisti, & eam me tibi exhibere uoluisti. Hãc tibi reseruari iussisti. Da mihi animas, cętera tolle tibi: quia omnes animæ tuæ sunt, vt aĩa patris ita & anima filij, vt anima domini, ita & anima serui. Hãc igitur quam à te recognosco, reddam tibi creatori, & eam pro te ponam, quam à te habui. Scriptum est enim.
I Quoniam beatus qui retribuet tibi retributionem tuã, quam retribuisti nobis. Quomodo autem vel quando, siue pro quo securiùs, salubriùs, aut virtuosiùs possum, seu debeo animam meam, quàm pro te ponere? Tuta in te solo mea erit anima, qui custos es animæ, sponsus es eius, sponsus (inquã) amabilis, amicus delectabilis, eius Creator ineffabilis, pater exoptabilis, magister admirabilis, fortitudo eius inuincibilis. Illi igitur adhærere Deo bonum est, & iam omnia arbitrata est, ut stercora, ut te lucrifaciat. Eam igitur pro te ponam, quæ omnia à se abdicauit, & te solum concupiscit. Concupiscit enim & deficit anima mea in atria domini. Sitiuit
K anima mea ad te Deum fontem viuũ, quãdo veniã. &c.

Psal. 136

Animam meã pro te ponam. &c. Tãquam diceret. Nihil est tam arduũ, quod nõ aggrediar, nihil tam horrendum, quod aufugiã, nihil tam graue, quod perhorrescam, nihil tam difficile, quod prætermittam. Peto suppetias. Nullum tam graue onus, quod hilari pro te fronte non subeã nõ posco inducias, nõ patior moras Paratus sum, & in carcerem, & in mortẽ ire, vt à te non diuellar. Vnam hanc petij à te domine, & hanc requiro, vt inhabitem tecũ omnibus diebus uitæ meę. Scio & expertus sum, quia mihi adhærere Deo bonum est, & inquietum est cor meũ, donec requiescat in te. Dũ sum in hoc sæculo, peregrinor ad te, quia ciuitatem hic permanentem non habeo, sed futuram inquiro. Satius

igitur

igitur mihi, vt animam meam ponam pro te; sic animo sequebatur Christum Petrus, fortitudine spiritus commori Christo cupiebat, carnis infirmitatis & propriæ debilitatis adhuc ignarus Attende autem, quod nihil amore fortius, nihil dilectione præstantius. Cedant qui olim dicebant, fortem vt mortem dilectionem esse, quæ iam fortior morte comprobatur. An non fortior morte, quam nec mors, nec gladius, nec persecutio &c. separare, aut superare potest?

Morte potentior est dilectio.

Qui autem attendimus ad Petri fortitudinem, quomodo ad nostram non conspicimus imbecillitatem? Mira Petri constantia, quæ nostram damnat ignauiã. Ille pro Christo animam ponere promptè respondit, antequam pro eo Christus animam posuisset: nos verò etiam post animam à Christo pro nobis positã segnes conuincimur ad ponenda pro Christo leuiora. Sed quomodo Christo digni erunt, qui pro Christo nihil relinquunt. Si non est eo dignus, qui non reliquerit propter eum patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut agros. Quomodo digni Christo erimus, si nec pauperibus erogamus pro Christo? imò si aliorum usurpamus bona, quomodo pro Christo animam ponimus? si amamus animam nostram in hoc mundo, quomodo eam non odimus, & à uita reuocamus? Dedimus certè animas nostras pro Christo in baptismate, dedimus, & quidem sæpius in confessionis sacramento, sed quàm facilè, quàm citò, quàm uecorditer illam reuocauimus, illam vsurpauimus, illam subtraximus? Dedimus nos ipsos Christo, qui ad Eucharistiam accessimus, vt Christo uniremur. Verum, nedum non mori volumus, vt Christum consequamur, sed & facili quouis impulsu, leuissima quauis occasione, tenui quocunque vertimur oblectamento.

Constãtia Petri.

Respondit Iesus animam tuam pro me pones? &c. Sustinet Iesus Petrum, nec blanditur iactantiæ, sed suã ægroto infirmitatem, quam ignorat ostendit & detegit. Præire me tu uis, qui sequi me non potes? Nondum ego animam meam pro te posui, & tu prior animam tuam pro me pones? Quasi tù prior diligas Deũ, non quoniam prior ipse diligat te. Tu mortem pro me obire polliceris, qui me iterum, atque iterum negabis? Compatior tibi Petre, & veluti tenerrima mater indulgeo impotentiæ: scio enim, quia non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Præstolare igitur & tu Petre, vt sequaris postea, quem modo sequi non vales. Nec nos prætereat, quanta nos præstoletur benignitate Christus, quantum nostræ indulgeat infinitati, quantumque nostræ arrideat cupiditati. Tu animam tuam pro me pones? Non est adhuc tali obstricta glutino tua anima mihi, quæ leuioribus impulsibus, quàm tu credis diuelli non possit. Rogaui ego pro te, ut non deficiat fides tua.

Animam tuam pro me pones? &c. Sunt & cum Petro, qui futuros tempestatum fluctus non uidentes, omnibus se tentationum procellis arbitrantur exponere posse, & suis adeo uirtutibus fidunt, ut nullis se cessuros turbinibus iactent; qui tamen, dum æqua lance non se metiuntur, se ipsos extollunt, & cadentes, comprimunt, se ipsos non considerantes, ne & ipsi tententur. Quod si contingat, ut de seipsis periculum faciant, illud experientia discunt, quod uirtute discere tenebantur? quia, scriptum est. Qui non timet periculum, peribit in illo. Hoc habet humana temeritas, vt præsumat de se quod est supra se, ut polliceatur de se, quod etiam non est ex se. Ecce typum temeritatis humanæ. Non poterat Petrus una hora uigilare cum Christo, & moriturum se dicit pro Christo. Tenuissimam ancillæ uocem formidat, & se grauia passurum iactat. Totius huius mali cardo in sui ipsius ignorantia uersatur. Sciũt de nobis alii, quæ nos de nobis ignoramus, turpia & indecora cæteri in nobis prospiciunt, quæ nos in nobis cæco marte transimus.

Præsumptuosa quorundam iactantia.

Eccles. 3.

A

Animam tuam pro me pones? &c. Pridie retrahere me conabaris, ne animam meam, pro salute omnium exponerem. Absit (inquiens) hoc à te Domine; propitius esto tibi. Tu igitur me præcellere cogitasti? Aut præire cogitas quem sequi debes? si me antecedere conaris, inani fundamento inniteris: si me sequi cogitaueris, tu qui es Petrus, petra, & fundamentum Ecclesiæ meæ eris. Opportunius tibi animam tuam mihi commendare, quàm de illa, tantum ex teipso præsumere. Quomodo tu igitur animam pones, qui iterum illam sumendi potestate cares? Quod si virtute cares, vnde reassumas, exhibe potius illam alteri, cuius virtute recuperare perditam possis. Noli extolli, sufficit discipulo si sit sicut magister. Quod si te conseruum fratrum tuorum agnoscis, sufficiat seruo, vt sit sicut Dominus eius. Ergo attende præiturum me dominum, quam si sequeris, possis habere consortem. Docet Apostolus, & Euangelista. Docet & Augustinus, quomodo pro Christo animam ponamus. Inquit ille Sicut Christus pro nobis animam posuit, ita & nos debemus pro fratribus animam ponere. Addit iste, vnusquisque pro Christo animam ponit, qui pro fratre illam ponit: nam, & qui modò pascit fratrem, pascit Christum; & qui obsequium præstat fratri indigentiam, patienti præstat Christo.

B

C

1. Ioan. 3

August. in Psal. 90

Amen dico tibi, gallus non cantabit donec ter abneges me &c. Ad excitandum dormientes vociferatur gallus, ad cuius vocem etiam Petrus veluti è somno experrectus ad se redit. Ante autem quàm cantet, perseuerat Petrus in negationum tenebris, & caligine peccati. Culpabiliores verò sumus peccatores, qui ad non vnius galli cantum, verum ad multorum acclamantium prædicatorum exaggerationem, adhuc perseueramus in Christi negatione, non quidem verbali, de qua arguitur Petrus, sed gestorum, & operationum, de quibus Apostolus. Dicunt se nosse Deum, factis autem negant. Donec caneret gallus, non resipuit: mox cantante gallo, atque è graui solutus somno, peccati videlicet, & negationis, exit foras amarissimis perfusus lachrymarum imbribus. Audimus & nos, non vocem significantem, sed exprobrantẽ, ac apertè denunciantem: Nec tamen surgimus a somno peccati, & nostram caliginem tenebrarum non abhorremus.

D

Galli cantus.

Tit. 1.

E

Non cantabit gallus, donec ter abneges me &c. In solis approximatione, & ad lucis coruscationem non potest non canere gallus, non potest non lætari; immo & ad cęteros excitandos. i. mortales ad lucis opera nocturnus vigil inuitat. Sed quis dedit intelligentiam gallo? Vis igitur audire clamorem maximę, diuinęque intelligentiæ galli, siue præconis? Audi Apostolum. Nox (inquit) præcessit, dies aũt appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis.

Lucis apparẽte crepusculo non potest non lætari gallus & canere.

Rom. 13.

Non cantabit gallus. &c. Ferox quidem leo, cęteris animātibus fortior, & aīosior, verū ad galli glocitatum contremiſcit, nec omnino eius ſuſtinet preſentiā, quin timidus retrocedat. Ecce leonem Petrum; cæteris apoſtolis animoſiorem, ac veluti fortiorem, vſque ad poſitionem animæ. Verum ad galli cantum, ſuam experitur imbecillitatem, ſuam manifeſtat ignauiam. Sed quid miraris incutere gallum leoni terrorem, cum hoc datum ſit illi a prædominante ſolis natura? Et quidem niſi gallus a Chriſto vero iuſtitiæ ſole, virtutem accepiſſet e negationis ſomno reuocandi Petrum, nunquam expergefactus fuiſſet Petrus: ſed tunc excitatus eſt ad galli cantionem, quia recordatus eſt verbi Ieſu, quod dixit. Antequam gallus cantet ter me negabis. Sic alteri gallo, committitur cantatio ad expergiſcendum. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta uocem tuam, annuncia populo meo ſcelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Sed & audi accinctum alium zona pellicea, vociferantem in campeſtribus deſerti, prænunciantem ſolis aduentum, præcurſoremq; eius, Ioannē Baptiſtam. Facite fructus dignos pœnitentię: dirigite viam Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri. Talis enim erat vox clamantis in deſerto. Genimina viperarum, quis vos oſtendit fugere à uentura ira? O certè maximè neceſſaria galli cantatio, qua non reſonante, torpent peccatores. Sed ſunt qui uelut aſpydes ſurdæ obturant aures ſuas, ne audiant uoces præconis cantantis ſapienter. A veritate auditum auertunt, ad fabulas uero conuertuntur, quo fit ut nec reſipiſcant, nec à peccatorum ſomno excitentur, nec à torpore releuentur.

Leo ad galli cātū expaueſcit& trepidat.

Iſa. 48.

Matth. 3.

Non cantabit gallus, donec ter abneges me. &c. Hæc eſt præſcientia Chriſti, & prænunciatio futuri facinoris. Sed nunquid hæc præſcientia, aut prænunciatio Chriſti fuit cauſa facinoris, vel præbuit excuſationem criminis, vt in Chriſtum retorqueri poſſet, ut retorquent hæretici? Facilè autem ſola ratione reprobātur, quæ etiam contra rationem ſunt. Aſſerentibus ipſis in naturalibus ſapientioribus, cauſam primam non neceſſariò, cauſam ſecundam impellere, magis autem ipſam modificari, & iuxta modum illius agere. Sed hæc nunc miſſa faciamus.

Attēde hic (rogo) quā modeſtè& cautè de Dei pſciētia au thor ediſſerat, & tamē fal ſam quorundā hæreticorum opinionē, àm potēti ratione refellat.

Non cantabit gallus. &c. Magnus ac potēs, hic galli cantus, quo expergiſcitur Petrus, & à nocturna euigilat peccati caligine. Fęlix vox, quæ præco eſt claritatis, quæ nuncia eſt ſolis, quæ tuba eſt veritatis, & præuia luminis, velut quæ perſonet in auribus audientis.

F Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Iſti ſunt galli præcones noſtri, quorum uoce qui in tenebris ſunt, excitati reſurgāt; accincti ſunt lumbis ad peragrandum orbem, vt in omnem exeant terrā apoſtolorum prædicationes.

Non cantabit gallus. &c. Non vnam tantum cantionis ſuæ uocem emittit gallus, ſed repetitus, quo poteſt conatu, uocibus, velut qui arguat, obſecret, increpet, expergefacere conatur deſides, ac peccati ſomno detentos. Trinam igitur emittit uocē, qui trinitatis pręco deſignatur, iubente domino. Docete omnes gentes, baptizantes eos. In nōmine patris, & fil j, & Spiritus ſancti. Saltem trinam emiſſurus uocem, aſcēdit tanquā in ſuggeſtum, quò & clarius & à pluribus percipiatur fidei, ſpei, & charitatis proteſtatio. Seu, ut tres pœnitētiæ partes, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem indicat, qui ſunt fructus digni pęnitentiæ. Hæc patitur dictorum verborum conſtructio, quæ tamen ſibi pati nequit ſeries, ſtructuraque uerborum Ioannis dicentis Amē di ti Nō cant. gal. don. ter. abn. me. Quibus non galli trina cantatio, ſed Petri trina negatio futura prædicitur. In galli autem cantu ſuam terminauit Petrus negationem, ſolò ſigno monitus ſuum deteſtatus eſt facinus. Non eſt igitur quod ſupra dorſum eius fabricent peccatores, qui ſuam pernicioſiùs quàm deberent deteſtantur iniquitatem, & eò minus, quò damnabiliter eos condemnat repentina, & amara, plenaque lachrymis conuerſio eius.

G

Tern' galli glocitatus quid myſtice dſignet

H

Non cantabit gallus donec ter abneges me. &c. Hic galli cantus non pro cantionis initio, ſed pro termino ſumendus eſt. Propter quod in Marco ſcriptum eſt. In hac nocte antequam gallus bis vocē dederit, ter es mē negaturus. Et ideo cum dicitur. Non cantabit gallus, intelligendum eſt. Non terminabit ſuam cantilenam, ſiue non ſuam finiet cantionem, donec &c. Galli autē, velut regis teſtimonium, Petro principi, & apoſtolici ſenatus capiti adducitur, tanquàm ab intelligentia non errante excitati. Ideo teſte D. Gregorio. Nunquam à ſomno deceptus, dicitur gallus. Ipſe multa præditus vigilantia, ſeipſum percutit ad uigiliamq; euocat deinde cęteros ad euigilandum inuitat. Vnde & dictum fuit Petro. Et tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Atteſtante eodem. Viri fratres, Vos ſcitis quoniam ab antiquis diebus, Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes, verbum Euangelij & credere.

Galli vigilantia cōmendatur.

Act. 15.



INCIPIT

INCIPIT CAP. XIIII.



On turbetur cor vestrum. Quid est, quod prohibet Christus discipulorũ corda non fore turbãda, cum ipse, se ipsum turbasse legatur? Si malum est turbari, quomodo se ipsum supra turbauit? Quod si congruum, atque conueniens, quare vetat discipulis turbari? Cui primo sic occurrimus. Hanc instante passione sua, Christus voluisse per passionẽ sustinere, quasi passionis præludia, & qui solus in passione voluit pati, hanc propassionẽ ab eis remouendã edixit, Secundò in hoc maxima pietas, & benignitas propalatur saluatoris, qui nostros magis quã suos dolet cruciatus, atq; dolores; Tertio, obseruãda sunt verba, quibus Christus, suã, ab ea quæ inerat Apostolis, turbationẽ distinguere videtur, cũ.n. de sui turbatione loquitur Euãgelista, inquit, Turbauit se ipsum; Cũ vero de turbatione discipulorũ agitur, inquit, Nõ turbetur cor vestrũ: In Apostolis turbatio erat cordis, In Christo nulla erat turbatio cordis, sed corporis, Illam quæ est cordis, abhorret Christus, hanc quæ est corporis suscepit Christus, qui oẽs corporis cruciatus, sustinere voluit. Quid est corde turbari, nisi mentẽ procellarũ fluctibus agitari? Hãc nõ habet Christus turbationẽ, quã patiunt discipuli; sicut.n. plerunq; cõtingit, nautã peritissimũ fore tranquillũ fluctuãte carina, procellis exposita, cũ sit gnarus his vẽtis ad portũ properare, cęteris angentibus, & pauentibus corde; Ita mens Chri, omni trãquillitate incõcussã, in corpore tot pcellis, & fluctib' exposito, psistebat; Apostoli vero ignari quorsum ista tenderent, corde, & mente fluctuabant, de abituq; Christi ad passionẽ dolebant. Quibus tam leniter, tamq; dulciter, de se dolentibus, eorũ magister, & Dñs, benignus occurrit. Non turbet cor vestrũ, quia tũc tantum cor in nobis turbatur, cũ illud est nostrum; Quod si nostrũ nos cor Christo dederimus, loco tutissimo illud collocabimus; Adhuc apostoli cor suum penes se habebant, imò corde trepidabant, Cum autẽ cor vnum, & anima eorũ vna erat in Deo, nullis vnquã potuerunt concuti turbinibus, omni tunc erant constantia roborati, stabiles, & fortes, nec non gaudẽtes pro nomine IESV contumelias pati, sic.n conturbato principe ciuitatis, tota ciuitas commouetur, & cõturbatur, nã Audiens Herodes Rex turbatus est, & omnis Hyerosolima cum illo; & sic eclypsato sole eclypsantur, & vndiq; partes inferiores. Ita & ad cordis turbationẽ sequitur turbatio totius hoĩs. Quapropter non sola turbatio, sed conturbatio inde sequit. Cum cor insit homini, vt rex totũ illum regulans, oĩa illustrans, & perficiens, nunquã quiescens, nunquam dormiens, semper uiuẽs, & vitã prębẽs, semper uigilans, & nihil terrenũ patiẽs.

Non turbatur Christus corde sed corpore.

Isa.53.

Luc.1.

Hinc Christus tanto se amore corda prosequi demõstrauit, ut nihil, quod illud perturbet, patiatur: eius specialiter curam gerere ostẽdit, uelut nil aliud charius ab hoĩe suscipere queat: fili (inquit) præbe mihi cor tuum, Corde quęrendus est Christus. In toto corde meo exquisiui te. Corde amandus Diliges eum in toto corde tuo, corde orandus, orabo spiritu, orabo, & mẽte, quia si cor non orat, incassum lingua laborat, Cor archa Dei nostri est, in qua suam legem scribit, & sua mandata recondit. In corde meo abscondi eloquia tua, & legẽ

Cor nostrũ Christus peculiari cura custodit.

Deut.6.

Cor nrũm archa Dei est.

Psal.118

F tuã in medio cordis mei. Deus pater de corde suo pdũcit filium suũ, dicente eodem. Eructauit cor meũ verbum bonũ. Ideo qui de corde est progenitus, corda pcipua amat, & diligit: Ipse qui est in sinu patris vnigenitus, ipse non aliud quã cordis confugium, & locũ diligit, se cordi credit, & suos corde credentes facit. dicente Apostolo. Corde credit ad iustitiam: Ipse soli cordi se manifestat. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deũ uidebũt. Cordi loquitur Loquar ad cor eius, & alibi. Audiã quid loquat in me dominus Deus, cordis affectiones pspicit, & eius passiones abijcit, & ea propter inqt. *Psal.44* *Rom.10* *Matt.5.* *Psal. 84.*

G *Non turbetur cor vestrum.* Nulla ad cor vestrũ pertingat turbatio, & si plura cõtingat in seculo naufragia perpeti. Nã cor rectũ, nec uacillat, nec ad partes deflectitur, ipsum semper forte non in gaudijs tm, sed & in ærumnis persistit immobile, sed quõ cor erit rectum, quod non est ad Deũ directum? Imò creditis in Deũ? & in me credite: tanquã diceret. Qui non despõdet animum, non turbat animũ, qui non turbat animũ, nõ vacillat aĩo: qui non vacillat, non flectit, qui nõ flectitur, non frangitur: qui non frangitur, non separatur, qui nõ separatur, non corruit, qui non corruit non pręcipitat, qui non præcipitat non damnatur. His igitur obsistendum est principijs, ne turbinibus obruti corruamus, ve

H luti qui de bonis non superbit, non superbiendo non extollit, non extollendo nõ cadit, nõ cadendo nõ diuellit, non diuulsus permanet, pmanendo stat, stando inhęret, inhęrẽdo possidet, possidendo pfruit, pfruẽdo beat.

Non turbetur cor uestrum. Quia si turbatio ad cor ptingat, mentẽ à recto abducit, rationẽ obtenebrat, itellectum obnubilat, tranquillitatẽ diminuit, virtutẽ deprimit & hoĩem ad ima perducit. Quandoquidẽ inordinata est turbatio, ad intima cordis ptingens. Hanc detestor, q̃ rationẽ obruit: Ego aũt & animã meam & me ipsum turbo turbatione profluente à ratione, iurib' regulata diuinis: turbamini, & uos hac turbatione: irascimini, & nolite peccare. Turbat Elias Dei zelo accẽsus, turbatur Finees vindicans facinus: turbatur Moyses aduersus improbos, qui exasperauerunt spiritum eius, turbatur Dauid, cuius penè moti sunt pedes, penè fusi gressus eius, pacem peccatorum uidens.

Inordinata turbatio rationem obruit.

I

Hęc est suscipiẽda turbatio rõnis legibus, & diuinis ordinata ĩstitutis. Ea aũt prorsus abijciẽda est turbatio, quæ nos à rectitudine rõnis, & beneplaciti diuini deflectit, atq; ad probra, ad odia, ad uindictas, & ad scelera cõpellit, quia turbat in ira oculus meus, aĩa mea, & uẽter meus Hac turbatione turbãtur oẽs insipiẽtes corde. Adhuc superest alia turbatio peccatoris, qua quis suis irretitus criminibus, aĩam suã contritione criminũ cõmissorũ turbat. Audi peccatorem Aĩa mea turbata est

K valde, sed tu Dñe vsq; quo? Tunc in piscinã descẽdẽs sanat, cũ turbata fuerit aqua, sanant cõtritiones eius cũ fuerit cõmota anima. Hæc nec requiem inuenit, nec locum capit. Impatiẽs autem est donec exuat peccatum, sarcinamque oneris molestissimi deponat. *Psal.6.*

Sunt qui alienis magis quàm proprijs turbantur erroribus, quique aliorum magis offenduntur festucis, quàm his trabibus in proprijs oculis existentibus, curiosiùs aliena scrutantur facinora, & perniciosiùs sua obliuiscuntur errata, suas post terga deserunt iniquitates, qui alienas solum prospiciunt prauitates: Non est æqua talis turbatio, quæ aliorum efficitur condemnatio, eligenda est peccatori cordis turba-

Damnãda turbatio.

Psal. 50 tio, quæ illo tendit, vt sit iustificatio. Audi peccatorum sua errata deflētem; quoniam (inquit) iniquitatem meā ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper; meam (ait) agnosco iniquitatem, non alienam; meū peccatum ante me habeo, non alienum, qui meas non alienas scrutor iniquitates, & peccata. Ad hæc meos obtutus conuerto, vt uideam quàm grauia, quàm enormia, quàque detestabilia existant in oculis altissimi. Ad hæc me conuerto ut tandem uideam, si quomodo remittat mihi Deus secundū magnā misericordiā suā.

Tandem non dicit Christus turbandum nō esse hominem, siue etiam spiritum, qui turbatus est spiritu, dū modo quis spiritu turbet, dum spiritus est qui turbat. i. ratio, non quod ipse turbetur, recta enim est turbatio, *2. Cor. 7.* quæ à spiritu, & ratione procedit. Quæ secundum Deū tristitia est. Cæterum est, vt non turbetur à quocunq; ualido uento, nec concutiatur. Paratum est cor eius, *Psal. 111* iusti sperare in Domino. Confirmatum est cor eius nō *Epis. Iac. cap. vlt.* commouebitur, donec despiciat inimicos suos. Tristatur quis in uobis? oret, idest, in Deo confidat, & Dei *Ioan. 5* auxilium imploret. Hæc est fiducia, quam habemus ad Deum, quia quodcunq; petierimus secundum uoluntatem eius audit nos, sic enim suos mœrore confectos, ac penè exanimatos consolatur asseclas; quasi diceret, esto potestas tenebrarum ingruat, esto sathanas uentilare uos cribro instar hordei contendat, esto mundus in uos insurgat, caro uos excruciet, tyranni uos opprimant, illecebræ uos comprimant, & turbentur sensus passionibus ingruentibus. Hoc vnum inconcussum seruate: Non turbetur cor vestrum, frustra insurgent contra uos omnia aduersariorum tela: Ego possum omnia tela ignea nequissima extinguere: Ego possum Sathanam debellare, fortem armatum expoliare, principem mundi eijcere, Behemot & leuyathan supprimere: super aspydem, & basyliscum ambulabo: leonē, & draconem deiectos pedibus conculcabo. Dummodo vos huic firmæ columnæ fidei meæ, viuaciter inhæreatis. Quæ est uictoria mundum deuincens, & quia corde creditus ad iustitiam, & hæc uiua fide stant, qui nequeunt superari, ideo: Non turbetur cor uestrū, nec vacillet: quia fide mare transitur, vincunt regna, montes transferuntur, diabolus fugatur, salus acquiritur. Vt adamantem, & ut scylicem dedi faciem tuā, ne timeas eos, neq; metuas. Sicq; sancti per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiā adepti sunt repromissiones &c.

Fidei virt° & potētia.

Ezech. 3.

Hebr. 11.

Creditis in Deum, & in me credite. Tanquam apertè diceret. Neq;.n. in Deum rectè credere potestis, nisi & in me, qui cū patre sum vnus Deus, pariter credatis, vocat his Iudęos, & quoscunq; in Deū se credere arbitrātur, eorū enim vna est credulitas, quorū una est ueritas, quid si Deo non credimus, cui credemus? An loquētis persona discutit? An dignitas, & probitas uentilat? An de veritatis eius stabilitate queritur, si uiri probi dicerent, nephas putaremus non credere quæ dicunt, Deus asserit probat filius, testatur eorum dictū, & spiritus sanctus, & hæsitat homo? Nuper inuenit rusticus dum ficum insereret, (inquit Ambros.) quod phylosophus negauerat, quia nondum probauerat, & docuit rusticana ac idiotarū experientia, quod nec excogitaret secularis intelligentia. Quantò euidētiùs omnia scrutatur diuina illa sapientia ab illo spiritu suppeditata, de quo scriptū est. *1. Cor. 2.* Nobis autē reuelauit Deus per spiritū suum, spiritus.n. oīa scrutatur etiā profunda Dei, & infra Spūs sanct° doce

F bit uos oīa, & suggeret uobis oīa quęcunq; dixero uobis.

De solis cursu, de aspectibus syderū, deq; motu astrorum phylosophi disputant, qui in varias opiniones dissecti, in varias etiam sententias descendunt, quibus tamē plurimi sunt qui credant, Deo autē, & Christo eius totiq; fidelium cętui non credet homo? ò damnatā hominum proteruiam, quorū iam excussum extat iudicium, secundum quod supradictum est. Qui non credit iam iudicatus est. Hęc enim spopōdisti qui lymphis baptismalibus irroratus fuisti, creditur⁹ te patri filio, ac utrorumque nexui spiritui sancto, recordare quæ & cui hęc spopōdisti, & errores oēs ī vna fidei professione repulisti. Hęc est ęquitas fidei, seuioris iustitiæ Dei facta subiecta Apostolo dicente. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, in eo (inquam) qui in uoto accepit fidem, ut transeat ad executionē, ex fide quā mente credit ad fidē, quam opere complet. Hāc ēt in Abraham, cōmendatam legimus fidem non legalium operū, sub circuncisione, quam nondū susceperat, sed illorū illi: adhuc in pręputio existēti iustiorū. Ambula corā me, & esto perfectus, sed adhuc & hoc bonū nobis est (vt docet Ambros.) imò necessariū credenti, vt rationem præueniat fides, ne sicut ab hoīe, ita & à dn̄o Deo nostro rationē uideamur exigere, longè.n. plura à domino dantur credentib°, quàm vel excogitari possint à mortaliū mentibus, imò illic fides pertingit, & meritū eius cōsistit, vbi nec mens, nec rō humana peruenit, iuxta q̄ apostolus ait. Fides est substantia sperandarū rerum, argumētum non apparentiū. Adeò (ut Greg. ait.) Nullū habeat meritum vbi humana ratio prębet experimentum.

Deo non credentiū proteruia.

Ioan. 3.

G

Roma. 1.

H

Fidei nostræ meritū vbi consistat.

Hebr. 11.

Greg. sup Ioan.

Propterea ille omnium fideliū pater, & norma, dū in spem, contra spem, credidit, laudem, & iustificationē promeruit, credidit quidē, sed quid credidit? nisi quod mundo, impossibile fuit, senes videlicet & centenarios, sobolē inuicē suscepturos: Hinc Sarra audita promissione, risit post ostiū tabernaculi, dicens, postquā cōsenui & dn̄s meus vetulus est, uoluptati operā dabo? Abraham ad dn̄i vocem prostratus, ex promissione certus in corde suo risit, & exultauit, cui & testimoniū dedit, qui de illo (inquit supra) Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est.

I

Risit Sarra, risit & Abraham sed vn̄ illa corrigitur iste laudatur, q: illa Dei verbi dubia, iste certus promissionis diuinæ extitit.

Ioan. 5.

Hac laude dignū prædicat Abrahā, quia cum se sciret non posse naturaliter exequi, quod audiuit, fide suā infirmitatem sanauit, & infallibiliter credidit, quod sua voce dn̄s firmauit, & ita credidit se posse, diuina virtute assequi, q̄ fieri per mundi naturæq; iura non posse dignouerat. Hoc magni sibi meriti apud Deū extitit, per quod ad apicē iustitiæ fidelis eū sua credulitas sublimauit, ideo (inquit Ambros.) huiusmodi à Deo remunerādus extollitur, qui authori suo plus tribuit, q̄ ipse sua capacitate intelligere potuit. Non est aūt scriptū (inquit ille) tm̄ propter se ipsum, sed & propter nos, reputatam uidelicet sibi fuisse suā credulitatē, ad iustitiam, vt securi illius exēplo, qui pater fideliū prædicatur, si quod nostro captui incredibile sese offert, quod aut Iudæis scandalū aut gentibus stultitia aut hęreticis īcapacitas videatur, totum ex Dei verbo facile, & incōcussum suscipiatur, certoq; credatur. Hinc ab apostolo monemur. Qm̄ corde creditur ad iustitiam, & oris confessio fit ad salutē *Rom. 10.* Quid est corde credere ad iustitiam, nisi quia prima fides ad meritum nos conducit? exterior autem cōfessio fidei, & operis executio ipsa est fidei probatio. Hæc ad salutem esse dicitur, sine qua salus ipsa non comparatur

Fidei Abrahæ laus meritū & præstātia.

K

tur

tur in eo qui soli fidei sine opere suæ saluationis negotium omnino renuens operari commendat. Hoc magnum fidei nostræ negotium fidei (inquam) uiuę præsidium, sine qua impossibile est placere Deo, quæ ianua, & ostium est ad omnia quæ spectant ad Deũ, sicut scriptum est Accedentem ad Deum, primùm, oportet credere, simul & ad illum omnia dirigere.

Hebr. 11.

Hanc primo in Abraham exegit dominus à qua iustificationem susciperet, & velut artham tenens ad salutis suæ munia properaret, nullis prius operibus ad salutem facientibus, vnde iustificari posset, sed eorum tantùm quæ in fide fiunt, quo ab Apostolo tantum ipsi ascribitur fidei, vt omne quod non est ex fide, etiam peccatum esse dixerit. Non quia quæcunque opera moralia, ex seipsis peccata dicantur, sed prout cuncta infidelitati sint coniuncta, & prorsus obnoxia sunt criminis, dum deuiant à tramite suæ rectitudinis & finis. Quàm autem frequenter, quàm obnixè, hanc à nobis requirat Christus legentes intelligant. Hanc summopere Paulus commendat, omnisq; fidelium turba, toto terrarum orbe vna uoce prædicat.

Omnia opera nostra moralia peccata dicũtur infidelitati coniuncta.

Creditis in Deum, & in me credite. Tanquam aperte dicat. Non contristetur quisquam qui in Deum credit in Christum crucifixum credere, dixi aliàs, Beatum fore qui non fuerit scandalizatus in me. Qui enim secundum humanitatem supplicia, & mortem sponte perpetior, nullo modo secundum diuinitatem minor patre efficior; Aequalis sum patri secũdum diuinitatem, & si minor sim illo secundum humanitatem, secundum quam pater maior me est: Qui igitur æqualis sum patri, potens sum vos ab omni malo eripere, vt pater, vt eorum unum sit opus, quorum una est uirtus. Qui igitur in Deum creditis, & in me credite. Qui in Deum speratis, in me itidem sperare debetis. Hoc Christi argumẽto erudimur, exosos sæculo, calumniatos, oppressos, atteritos, obscuratos à mundo, nihil splendoris in cœlis amittere: imò tandem potiori lumine splẽdescere, sic enim inferior planeta obscurare inferiùs superiorem potest, & luna sole apud nos ecclypsari, dum se opponit ex aduerso, potest. Minimè tamẽ solis splendorẽ minuere ualet, quo minus splendeat, insuper, ne minus à Deo dilectos excogitemus, & uelut derelictos exprobremus, quos afflictos uidemus, quasi suis demeritis Dei obsequia indignos, hoc nũc denuò protestatur Christus, quod supra discipulis tali adhuc errore obtenebratis aperuit.

Minor planeta & inferior, quõ superiorẽ obscuret.

Creditis in Deum, & in me credite. Quibus nos armis aduersus omnia quæ obueniunt detrimenta muniri debeamus, ostendit, nempè firma fide, & inconcussa spe in Deum & Saluatorem Iesum. Quæ sola obstat Sathanę, Petro apostolo dicente. Aduersarius uidetur diabolus tanquam leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret, cui resistite fortes in fide, & ut ait apostolus. Fide transierunt mare rubrum illi, uidelicet, quos ex Aegypto eduxit dominus. Nos autem per omnem tribulationem oportet transire ad repromissam patriam usque ad sanguinis effusionem, vmbram enim habebat lex futurorum bonorum.

Armorum genus insuperabile est fidei nostræ cõstãtia, & spes inocõcussa.

Hebr. 11.

Huic autem fidei spes firma connectitur, ut fidelis Deus in suis promissis oĩno credatur. Quis.n.vnquam confidit in Deũ, & deceptus fuit? est enim Deus uerax omnis autem homo mẽdax, quod cum impossibile sit

F Deum aut decipere, aut decipi posse. Qui confidunt in dño, sicut mons Syon non cõmouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalẽ.i.qui ab ecclesia, vbi vera fides & firma spes, non recedit. Qũo autẽ connexa sint, hęc in homine veram fidem habente Apostolus ostendit, dum inquit, Fides est substantia sperandarum rerũ.&c.

Psal. 124 *Hebr.* 11.

Vnde alibi ait. Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquã seruus, & famulus in testimoniũ eorum quę dicenda erant, Christus vero, tanquã filius in domo propria. Quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei, vsq; ad finem, firmam retineamus. Audiamus igitur filium audiamus Iesum, Creditis (inquit) in G Deum, & in me credite. Fidelis est Deus, qui uos non omnino deserit, nec oẽs qui sperant in illum vnquã deseruit, qui nec patitur uos tentari sup id quod potestis, & in me credite, qui non alius, sed ipse Deus qui loquebar ecce adsum. Nec uos desero, qui vestrum non obliuiscor, sed uado, & uenio ad uos.

Hebr. 3.

Creditis in Deum & in me credite. Non inquit creditis Deo, & mihi credite, vt aberrare imò, & in foribus delinquere videantur, qui credere nil aliud dicant, quã fidẽ alicui exhibere, facilè.n. quisquis se fidem habere ĩ plures quarumcunq; artiũ magistros, aut doctores cõfiteri posset, quibus multa credimus etiã quæ non uide H mus, nec exactè intelligimus. Hoc autẽ tm abest, ut in alium q̃ in Deum credamus. Cum.n. fides certior sit omni ratione, nec non omni demonstratione ea ratione usquequaque infallibilis & indeficiens efficitur, quod supremę innitatur veritati, sicq; virtus theologica, quarum virtutum, Deus ipse est solum obiectum in Deũ tantum nos credere oportet. Verum quia. Ipse Christus est Deus, imò addidit ipse, & in me credite, qui Deus sum, & ipsamet veritas.

Quid sit credere.

Fides est ratione & demõstratione certior.

Credere ĩ Deũ, quę in se bona contineat.

Complectitur igitur vox hæc credere in Deum, non solum credulitatem pluribus cõmunem, sed cum dicitur credere, dicitur & inhærere, confidere, sperare, obedire, & totum se Deo credere, ac omnia in illum I referre, velut in vnicum obiectum; & in vltimum finem, & hoc vnicum in tribulatione cõfugium, illudq; tutissimum, fidem habere in Deum, adhærere Deo, & sperare in eo; Hæc est fides victoria nostra, quæ vincit mundum; Hæc est per quam Diabolus deuincitur, & homo reparatur, per hanc fidem, non illam inanẽ, & vacuam, imò debilem, sancti vicerunt regna, operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones, &c.

Admiranda fidei nostræ potentia.

Creditis in Deum, &c. Hic aperit Christus quorsum tendat turbatio cordis, siue titubatio mentis, nempè ad perdendam fidem, cui incommodo tanquã grauissimo occurrit Christus, ostendens vnam tantum esse fidem, quæ est eius, & Dei, Creditis in Deum (inquit,) K & in me credite, qui fidei sum, videlicet, Deum non videtis, me autem videtis. Qui igitur in quem non videtis, creditis, in me, quem videtis, in quo est, quod non videtis, credite, vt inde rationem in me credendi, non aliunde proueniat, quàm ab ipso credere in Deum. Idemque sit tropus in Deum, & in Christum credendi. Quo nil euidentius est Iesum esse Deum, Sępe enim Christus Apostolos de suo abscessu merentes reuocat ad Diuinitatis suæ maiestatem, vt tantum ex illa susciperent consolationis, & stabilitatis, quantum tristitiæ, & turbationis de abscessu suo corporali. Ideo non sensibus, sed cordi loquitur, nè illud turbetur, aperta

Quibus armis muniat i agone constitutus. insinuat præstare corde de sui diuinitate lætitiam, quo solo illam intueri potest, & illa muniri. Quibus armis intus munitus quisquis in agone constitutus, facilè suscipiet subsidium, quod faciat cum tentatione prouentum.

Creditis in Deum, & in me credite, &c. Fiditis in Deum, & in Deum speratis, in quem sperauerunt patres vestri sperauerunt, & exauditi sunt. In me etiam fidite, & in me sperate, quia eam, quam ipsi implicitã habuerunt fidem Trinitatis: hanc ego exaro vobis, & manifesto veritatem. Qui creditis in Deum,& in me credite, qui in vnitate essentię creditis,in Trinitate personarum credite,vt vna sit fides, quæ est in Deum trinum,& vnum,sed & in me credite,quicunque in Deũ creditis,quia quidquid à Deo speratis, non nisi me authore suscipietis, quidquid à Deo quæritis,& poscitis, me solo authore possidebitis. Ego vobis omnia bona confero, & dona omnia præbeo.

Quę à Deo poscimus tm media Christi gratia obtinemus.

Quidquid à Deo vultis,hæc omnia à me consecutura sciatis: Ego pax vestra, qui facio vtraque vnum: Ego iustitia vestra,sanctificatio vestra,omnia iustificãs, omnia sanctificans, & pacificans omnia, siue quæ in terris sunt, siue quæ in Cœlis: Ego fortitudo vestra, auxilium vestrum, salus vestra, & quidquid in Deum creditis, & in me credite, quidquid in Deum speratis, in me sperate. Me medio omnia consequemini,gratiam,veritatem, immortalitatem,gloriam,sine me medio, nihil à Deo expectandum, sine quo nullum bonum est consequendum, quia nemo potest venire ad patrem,nisi per me, audiant Iudæi,quomodo iam credendum sit in Deum, audiant quicunque falsò existimant se in Deum credere, nemo potest in Deum credere, qui in vnitate, Trinitatem non credit, nemo arbitretur se in Deum credere, qui in incarnatum verbum non credit, cùm deitatem habens susceperit humanitatem. Hoc illud, & in me denotat, non esse verè credentes, qui Deum hominem assumpsisse non credunt,qui Christum à diuinitate diuellunt,in Deum igitur solummodo est credendum, sed incarnatum,in Deum solum, qui solus Deus est, & homo.

Omnia bona nostra i Chro Dño nostro sũt.

Qui verè i Deum credant.

Creditis in Deum, &c. Qui vera me prædicere creditis, dum vobis, quæ mihi obuentura sunt,prædixi, & quæ Petro, & vobis euentura sunt enunciaui,credite,& mihi alia, quæ de me ipso, & de vobis prænunciaui: Nolite hoc meo abitu terreri, nolite turbari: Qui dixi mala, dixi,& bona: qui prædixi media, prædixi,& finem: qui descripsi viam, descripsi & terminum viæ. Amodo hæc omnia prædixi vobis, antequam fiãt, vt cum facta fuerint credatis,quia ego sum: me clarificandum per passionem aperui,qui ad pœnas attenditis,attendite,& ad gloriam,qui ad mortem spectatis, & ad resurrectionem spectate, hæc valent si attendatis,nè animum despondeatis,non est igitur,quod intus corde turbemini,si media,& finem intuemini.

Christ⁹, & mala,&bona nobis & uiæ medium p̃ dicit, & terminum.

Grauia quæcunque media, finis inspectione fiunt leuia. hoc fine sum bibiturus hunc calicem, quo hausto, vestram afferam salutem, & sanitatem. Vtinam nos ærumnis expositi passionibus dediti, & persecutionibus depressi, non ad hæc media, sed ad finem tribulationum inspiceremus, quæ longè æquiori animo vtique sustineremus, hæc nobis superest longè præstantior consolatio, quàm illis antiquioribus nostris, qui soli Deo fidebant, & hominem Deum adhuc non habebant, nostra hæc est consolatio, in Deum, & in Iesum credere,in Deum,& hominem sperare,nos talem iam Pontificem habemus, qui possit compati infirmitatibus nostris per omnia tentatum,talem nos fiduciam habemus apud patrem, qui dedit nobis filium suum, in quo semper est pater,cuius fides est ad iustitiam: dicente Apostolo. Credenti autem in eum, qui iustificat impium reputatur fides eius ad iustitiam. Vt omnis,qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam, ex his hoc vnum omnibus accipe, non esse satis Christiano homini credere Christum Deum Saluatorem,vitam veritatem, &c. Quæ sine nostro creditu omnino est.

Maxima est cõsolatio i Deũ,& Iesum credẽtium.

Rom. 4.
Ioan. 1.

Sed illud nobis necessarium est, quod nostrum est, & hoc in Christum credere est, quod in Christum nos omnia nostra dirigere est,quod est Christum super omnia amare,& credendo diligere,credendo ad eum, nos ipsos dirigere,illi incorporari, vt in illo moueamur,& eo spiritu viuamus, hæc est fides, quam à nobis exigit Deus,fides viua,quæ per dilectionem operatur.

Credunt Christum mali,& illi credunt, qui Paulo, & Petro, & Euangelio credunt, in neminem tamen præterquã in Christum credimus, qui fidei in Christum multo plura tribuimus, per quam iustificatur, quisquis in illum veraciter credit Deum, quidquid agit per dilectionem agit,& nihil agit, quod non dirigatur ad Christum. Munus hoc est (inquit) non nudæ,aut emortuæ fidei, sed ipsius cœlestis gratiæ, de qua Apostolus: Optimum est gratia stabilire cor, quandoquidem corda,quæ vacua sunt gratiæ, vacillantia sunt,turbantur facilè, & concutiuntur. Quæ verò plena existunt; ea firma permanent, ac inconcussa. Rectè illa arundini assimilantur, cui minimè assimilari voluit Christus strenuum illum,constantissimumq́; præcursorem Ioan: Baptistã. Hæc autem columnæ comparãtur,quæ cum sint plena nullis turbinibus perturbãtur. Hac itaque gratia Spiritus Sancti Virgo illa Lucia repleta, immobilis est effecta, tanto namque pondere fixit eam Spiritus Sanctus, vt Virgo Domini immobilis permaneret.

Hebr. 13.

In domo patris mei mansiones multæ sunt, &c. Expulsis illis superbis spiritibus, & è mansionibus sibi præscriptis à Paradisi gloria depulsis, manent adhuc illæ mansiones suis assistentibus vacuæ, & hæ quidem non paucæ,sed multæ sunt,quas impleturus descendi, non ad illos, qui corruerunt iam damnatos Angelos iterum subleuandos, quorum mens proterua obstinatione obfirmata est, sed vt illorum mansiones alijs promerear, vobisque, & pluribus alijs pro ratione meritorum concedi, & consignari possint perpetua possessione tenendi. Vnum equidem est regnum,vna beatitudo, & fœlicitas omnium beatorum,vnum est gaudium,vna iucunditas, vna fruitio, & vna visio, quæ tamen non in se, sed ratione oculorum inspicientium, per gradus quosdam plus minus est participata, iam dispositæ, & præparatæ sunt ipsæ mansiones, quibus æternaliter potiri debetis, superest vobis viam sternere, qua possitis ad illas accedere, absit enim, vt qui vobis hac vita breui, & tenui vicituris, præparaui Cœlos, & cuncta,quæ aderant, & omnia ordinaui,his mansionibus congrua, quibus prius dispositis, hominem formarem,

Angelorũ ruina.

Mẽs malorũ Angelorũ i mali ẽ obstinatione firmata.

Diuersorũ beatitudinis graduũ unum est gaudiũ, & vna fruitio

marem, & præparato delicijsque pleno loco, non prius locum, mansionesque disposuerim, illius æternæ perennisque vitæ.

Adsunt igitur mansiones, in quibus recipiamini, & perpetuis gaudijs perfruamini, si quo minus esset, si sic non vt dico res se se haberet, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum, sed iam paratum locum habetis, quandoquidem aliàs à me hocipsum audistis, cum quærentibus locum à dextris, & à sinistris meis apertè responderim, sedere autem à dexteris meis, & à sinistris non est meũ dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo. Petitis vobis concedi ratione consanguinitatis, ideo non est meum dare vobis, quia caro, & sanguis non habent partem in Regno Dei, sed quæ nõ ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Ideo alia expectanda est ratio, his dabitur quibus parata sunt à patre meo. Parata (inquit) & quidem ab origine mundi electis, & prædestinatis præparata, qui benè vtuntur donis, qui vocati sunt sancti, qui seruant mandata ad vitam ingrediuntur, qui faciunt misericordiam, ipsi misericordiam consequentur: audi iudicem de loco, & de personis proferentem: Venite benedicti patres mei, percipite regnum vobis ab origine mundi præparatum.

Matt. 25.

Corruerunt quidem, qui in mansionibus erant, qui in veritate non steterunt, erexerunt se super se, & ambulauerunt in magnis, & in mirabilibus super se, ea propter ceciderunt, & extraxerunt se, mansiones autem constant ex se, & quia qui inuitati fuerunt, non extiterunt digni sedibus illis, mansionibusque perspicuis, qui erant procul, facti sunt propè, & qui propè existebant, procul facti sunt, & abalienati sunt. Dimiserunt miseri suum domicilium, & mansiones multæ ipsorum lapsu vacuę remanserunt, gaudete autem vos, quia de vobis ruinas illas impleturus descendi. Tunc ruinas implebo, cum mansiones iam pręparatas, dispositas, & vbiquequaque accommodatas vobis præbebo, implendus est numerus cõfratrum uestrorum. Donec impletæ sint ruinæ mansionum, & quia hę multæ sunt: ideo dominus se pro multis passurum prædixit: hoc est corpus meum: hic est sanguis meus, quod pro vobis, & pro multis tradetur, & qui pro vobis, & pro multis effundetur.

Angelorũ lapsus, & ruina casus que miseri mus.

Hæc autem multitudo mansionum protenditur ad numerum damnatorum Angelorum. Quandoquidẽ vnusquisque suam propriam mansionem, in qua consistat habeat, & ad inuicem distinguantur, non solum personalibus, & numeralibus differentijs, sed & specificis, ac formalibus. Tot igitur sunt mansiones implendæ, quot ex his remanserunt vacuæ, illosque gradus assequantur beatitudinis homines, quos Angelis constituerat Dominus, supersunt tamen & alijs beatificandis hominibus loca alia, in propria serie post choros, & Hierarchyas Angelorum acclamante Propheta. O Israel, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius.

Vn⁹quisq; mal⁹ angelus ppriũ habet damnat. õis suę locũ quorum oĩum grad⁹, specificis, & formalib⁹ differẽtijs distinguũtur.

Baruch. 3.

In domo patris mei, &c. Gaudeant iam, qui hic permanentem ciuitatem non habere se intelligunt, sed futuram inquirunt. Illique lætentur, qui hic peregrinantur à domino, quandoquidem domum non manufactam sibi præparatam audiunt in cœlis, non angustã, sed mansionibus copiosam, interclusum prius erat iter

A ad illut introeundum, donec accederet, qui illud nobis sterneret, & pararet, ad hoc necessarius erat ad nos Christi aduentus, quo duce, & pręuio, promissionis illa opulentissima terra peregrinantibus nobis ostẽderetur, quo potiori animi flagrantia ardentiori affectu ad illam suspirantes anhelauimus, gemẽtes, & flentes in hac lachrymarum valle: Aderat obstaculũ igniti gladij carnes deuorãtis, per ipsum Christum sublatũ è medio, iam exploratores sumus, vt securiùs accedamus. Nulla ibi cõfusio, omnia iam ordinata, & optimè sunt disposita, paratæ sunt multis mansiones multæ, distincta sunt omnia, cuique optimo iure accommodata.

B Non est, qui ascendat super ius, cui contingat descendere inferius, & cum rubore nouissimum locum tenere, nullus inuidet, nullus emulatur, irascitur nullus. Quod suum est accipit vnusquisque, ibi gaudent simul, qui vno gaudent gaudio, ibi vna omnium inest lætitia, vna iucunditas, quibus adest, vna communis fœlicitas. Quicunque adsunt nulla loci distantia discrepant, vbi est corpus congregantur, & Aquilæ, sola mansionum distinctio in diuerso contemplationis gradu consistit; O Israel, quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius.

Beatorum ordo rectissimus.

C In domo regis multæ sunt mansiones, quarum altera proximior, altera regis thalamo est sita, vnum omnibus est lumen, vnus splendor radijs inęqualibus intuentibus accõmodatus, & sicut stella differt à stella in claritate, & participatione luminis, ita claritas sanctorum ad inuicem differre videbitur, domus illa, domus decora, & luminis plena, ò quàm gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, ò quàm speciosa simul, ac spaciosa multis mansionibus decorata, Domine dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis gloriæ tuę, ò quàm lętarer, si diceretur, & mihi: In domum domini ibimus, stantes erunt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Hac summa tui memoria suorum corda discipulorum Christus ab amaritudine omni, qua turbã-

Vnum, eundẽ oẽs gloriæ splẽdorem intuẽt beati.

D tur, abstergit. Quis vnquam tua dulcedine illectus pauidus aggreditur hęc subeunda mala, quę nos illuc solicitant, quò tendere pię mentes concupiscunt? Vtinam sic concupiscat, vt deficiat anima mea in atria Domini.

In domo patris mei. &c. Maluit hic Christus patrẽ recensere, cum tñ non minus eius, q̃ patris sit domus, vt ait per Proph. Dimisi domum meam. Et ut differendum esset supremo patri, quodcunque bonum, & utsecuriùs discipulorum corda consolidaret, qui adhuc firmiùs in patre, quàm in illo credebant, cęterum ma-

Hier. 12.

E xima his verbis nobis peregrinantibus exhibetur lętitia, qui ex multitudine mansionum, ad quas diuersis vijs properamus diuersis callibus, & vijs posse nos ad regnum illud cœleste, siue ad domũ æterni patris peruenire, secundum quod scriptum est. Iustum deduxit dominus per uias rectas, & ostendit illi regnum Dei, via strata diuitibus est eleemosina; & charitatis opera. Dicente domino: Esuriui & dedistis mihi manducare, nudus eram, & cooperuistis me &c. Deinde ait Venite benedicti, percipite regnum &c. Pauperibus strata est uia egestatis, Beati pauperes, quoniam vestrũ est regnum cœlorum, principibus inest uia æquitatis subditis obedientiæ, omnibus via humilitatis. Tribulatis via patientiæ, mercatoribus uia ueritatis & sinceritatis,

Diuersæ sunt semitę, quibus ad regnũ cęleste cõscẽdimus.

Matt. 25.

Ibidem.

Sap. 10.

tatis. & cętera. Omnes uiæ eius, uiæ pulchræ. Non potest homo via castitatis accedere? Nubat, quia in domo patris eius mansiones multę sunt. Nequit agricola, & artifex: aut malæ affectus, ieiuniorum inediam tolerare? oret, & aliquod aliud bonum loco illius perficiat, aut saltem laborem suum, pro pœna sibi ascribat, & operando merebitur, senex nequit ecclesias frequẽtare, aut qui æger est, nequit audire sacrum, seu interesse diuinis? Non est angustata via salutis, in domo patris nostri mãsiones multæ sunt, ut hincinde uideas ex multis locis diuersisque conditionibus, ad diuersas mansiones, diuersas properare personas, quo illud adimpleatur, quod dicitur. Qui elegerint & custodierint quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen sempiternum dabo. *Isa. 56.*

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Vobis hanc annuncio veritatem, qui hic ciuitatem non habentes futuram inquiritis, vobis, quibus hæc terrena non sapiunt, sed ad cœlestia mentes vestræ suspirant, vobis quorum conuersatio iam in cœlis est, & in superioribus versatur uobis qui iam non hospites & aduenæ, sed ciues cœlestes & domestici Dei, hoc uobis futurum commodum annuncio, in domo uidelicet patris mansiones, & quidem multas esse, vobis hoc superest commodum. Non sic autem impijs non sic, qui sicut oues in inferno positi sunt. Quid est plures mansiones in cœlo esse, nisi nihil incommodi electis superesse? Qui autem multi adhuc in hoc mundo sumus, veluti in quodam lectulo degentes existimus, nonnè lectulus, in quo dormimus iacemus, & cupiditatibus nostris fruimur? Audi apostolum. Hora est iam nos de somno surgere. Audi & sapientem, usquequo piger dormis? Et quidem lectulus non lectus, dicendus est mũdus. In quo dum plures collocamur, nobis ipsis infesti sumus. Dum alius aut ab alterius pede, genu, brachio, dorso, flatu, & inquietudine offenditur, ac molestatur semper, alter de altero conqueritur, ubi alter suffocatur, alter discooperitur, alter extra exire compellitur. Hoc in lecto Thamar opprimitur, Holofernes trucidatur, paralitycus uersatur, diues luxuriatur. Ab hoc lecto nos surgere iubet Christus, grabatum nostrũ tollere, & ambulare, ò quantis incommodis & periculis subiicimur, qui in hoc lectulo torpentes, nostræ quieti uacamus, tandem dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. *Rom. 13. Prouer. 6* *Præsentis vitæ status calamitas & miseria.*

Tunc autem nostræ quieti indulgemus, cum secretiorem locum nostræ contemplationi opportunum eligimus. Tu autẽ (inquit dominus) cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso hostio ora patrem tuũ, eo enim potior pars redditur spiritui, quo minor conceditur sensui, & vbi minus suppetunt sęculi oblectamenta, ibi potiora fiunt & copiosiora efficiuntur spiritus sancti dona. Nam teste propheta. In silentio & spe erit fortitudo nostra. *Isa. 30.*

Quod si beatitudo nostra in contemplatione consistit, profecto congruit sub mansionum nomine diuersos Beatorum gradus significare. Quo nomine etiam hoc ipsum denotatur, quod in ratione beatitudinis cõprehenditur. Quæ cum sit non ad tempus, sed æterna bonorum omnium possessio nomine mansionum designatur, est enim vera illa mansio, in qua semper manet *Beatorum gradus diuersi.*

F cui datum est, vt maneat. Nonnunquam enim sub nomine tabernaculi sedes nostra in cœlo denotatur. Domine quis habitauit in tabernaculo tuo? Quandoque sub nomine domus, Beati qui habitant in domo tua domine, plerunq; & sub titulo regni, Venite benedicti patri mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Nũc autem maluit ad abundantiorem suorum afflictorum consolationem sub nomine mansionum, hæc omnia comprehendere insinuans ea sibi promissa bona ęternaliter possidere debere, sic plerunq; pusillorum animus roboratur, cum in meliorẽ ipsorum sortem cessurum laboriosum negocium manifestatur. Ad quos & alibi, idem dominus inquit. *Psal. 14* *Matt. 25*

G Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare uobis regnum, sic enim animo equiores, ac velociores redduntur canes visa pręda. Tanquam & illud diceret, quod dicitur. viriliter agite, cõfortetur cor vestrum, quo gaudio iam replebatur qui dicebat, lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi in domum domini ibimus, stantes erunt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem, quid est in cœlis quasi in domo domini nostros pedes stare, nisi mansiones in domo patris habere? Valde igitur nobis gaudendum de futuro, iam nobis præparato, in quo recipiamur habitaculo, scimus enim (inquit H Apostolus.) cum domus hæc nostra dissoluitur, quod ædificationem habemus ex Deo domum non manufactam in cœlis. *Luc. 12.* *Psal. 26.* *Psal. 121.* *2. Cor. 5.*

In domo patris mei mansiones multę sunt. &c Vna domus mansiones multæ. Quia vna est beatitudo, sed inæqualiter participata. Vna domus, mansiones multæ, quia vnum est omnium beatorum obiectum, sed non diuersa, in uidente dispar luminis gloriæ proportio, vna domus, quia unus dominus omnium, plures mansiones, quia diuersa sunt inhabitantium merita. Quod si sancti existant in cęlo, velut stellæ in firmamẽto, stella autem differt à stella in claritate, patet vnicuique sanctorum propriam mansionem esse. *Iuxta merita beatis gloriæ lumẽ infunditur.*

I *In domo patris mei mansiones multæ sunt. &c.* E cõtrario ipsi damnatorũ loco (Iob illo sanctissimo protestãte) vbi (inquit) nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, uerum cũ etiam mala Deus bene puniat, ex Apostolo teste. Quę à Deo sunt, ordinata sunt, nullo modo etiam tormenta ac damnatorum supplicia, quæ ex manu Dei iustitiæ prodire noscuntur, ipsi damnatis inferri, sine ordine possunt, nec pigeat referre non præteriendo à verbis Diui Gregorij. Quomodo (inquit) etiam in supplicijs, ordo non erit, dum damnatum quemquam, iuxta modum criminis, re- K tributio sequitur alterius? Hinc etiam in Babylonis damnatione dicitur. Quantum exaltauit se & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. *Iob 10.* *Rom. 13.* *D. Grego. li. 9. mor. cap. 47.* *Apoc. 18*

Si igitur iuxta modum culpæ pœna distinguitur, constat nimirũ quod in suppliciis ordo seruatur. Sicut igitur pro diuersitate meritorũ, & uirtutis multæ mansiones demonstrantur in domo patris, sic damnatos diuerso supplicio ignib⁹ subiicit disparitas criminis. Quæ videlicet gehenna, quamuis vna sit cunctis, non tamen cunctos, una eademq; qualitate succendit. Nam sicut uno sole omnes tangimur, non tamen sub ipso uno ordine omnes ęstuamus, quia iuxta qualitatem complexionis, & corporis sentitur diuersimodè pondus caloris, sic damnatis una est gehenna, quæ eos afficit, & tamen

Vna est dã natorum, omnium gehenna qua diuersa singulos qualitate torquet, & cruciat.

tamen non vna omnes qualitate comburit, quia quod hic agit dispar valitudo corporum, hoc illic exhibet dispar ratio meritorum, oportet autem insuper, vt vbi plures sunt aditus, & viæ vnde ad vitam hi, & perditionem illi transeunt, ibi & ordo sit habitaculorum, diuersis vijs ascendimus ad gloriam, vna qua cęlibes, alia qua coniuges, vna qua diuites, alia qua pauperes, vna qua principes, alia qua subditi, &c. Omnes tamen viæ eius viæ pulchræ, & semitæ eius pacificæ, viæ autem peccatorum complantatæ lapidibus, & offensionibus iniquitatum: Quas iustus detestatur. Omnem viam iniquitatis (inquit) odio habui.

Ps. 118.

Ad vnum quidem terminum tendunt, aut salutis, aut damnationis, vbi tamen diuersa stipendia meritorum suscipiunt: Cœterum, si ad statum damnatorum oculos conuertimus in promptu se offeret, quare, aut quomodo nullus in inferno ordo consistat, oportet. n. maximam, & molestam ibi esse discordiam, vbi vitia, quæ versantur, oẽm inter se mouent symphoniã. Nam cum teste Proph. Non sit pax impijs, & ordinis consistentia non tantum in pace, sed in dulcedine pacis consistat, certè nullus ordo inter impios, qui nulla oblectantur pacis armonia, velut, & odibilis dissonantia, vbi vnusquisque suæ prauitatis cantionem facit. Quorum voluntates, nulli, nisi violenter subesse patiuntur, talis namq; est vitiorum proprietas: Seneca attestante, vt & contra ipsam naturam pugnent. Omnia (inquit) vitia pugnant contra naturam, nam satis illis si inuicem insurgant aduersum seipsa, nisi & molestiam inferant naturæ: nullum vitium terminis coarctatur, quia se super se semper extollitur, nullis legibus detinetur, quod & aduersus legislatorẽ, & authorem naturæ peccando eleuat. Vel certè in inferno nullus est ordo, non quo ad mansiones, in quibus diuersi fascieuli ad comburẽdum sunt dispositi, sed inter cohabitantes Babyloniã illã, vbi confusa sunt omnia, quæ inuicem conferunt miseri damnati. Insuper quo ad locum ex dispositione corporum nullus ordo reperitur, vbi teste Proph. Sicut oues in inferno positi sunt.

Isa. 48.

Seneca lib. 22. Epis. 123

Vitiorum proprietas

Psal. 45.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Multæ vtique mansiones in magna illa domo; Magnus est, & non habet finem excelsus, & immensus: multę (inquã) in amplissima gloriosaque illa ciuitate, cui vates reddit testimonium, quoniam gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Cuius amplitudinem, nec metiri, nec dignoscere possunt, qui non sunt eiusdem ciues ascripti, Apostolo adhortante. Vt possitis comprehendere, cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundũ. Ad hanc conspiciendam, oportet ima deserere, & ad superna conscendere: audi lustrantem. Eduxit me spiritus in montem magnum, & altum, & ostendit mihi sanctam ciuitatem Ascensio est spiritus, & affectus quo solo. quod diuinum est, attingitur, vbi de maiestate diuina agitur, iuxta quod scriptum est. Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.

Paradisi amplitudo

Psal. 86.

Ephes. 3.

Apoc. 21

Psal. 63.

Hæc superna ciuitas, quam adhuc futuram inquirimus, eminentissimis est vallata mœnijs. Portas tamen murorum clausas non habet, quia illis solis præclusus est aditus, qui alio, quàm ianuæ aditu introire, & in eo locum habere opinantur, audi portam: Ego sum ostiũ per me si quis introierit saluabitur. Vel duodecim portas habere dicitur, quæ tamen vni, & inuariabili sunt

Supernæ ciuitatis eminentissima mœnia

Ioan. 12.

A fundamento innixæ, de quo Apostolus aperte testatur. Fundamentum aliud nemo potest ponere, pręter id qđ positum est, quod est Christus Iesus. In altum ascendere oportet, quia nihil cõe ad illam pertingere valet, nam & quos radiorum eius gloriam Christus delibare cõcessit adduxit in mõtem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Quid dicis Petre? quid dulcedinis delibasti, cum tui ipsius videatis oblitus? Domine (inquit) bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula. Parum sapis ò Petre, qui domũ Dei trium tantum tabernaculorum capacitate exornãdam angustians cogitas: In domo (inquit Christus.) Patris

1. Cor. 3

B mei mansiones multæ sunt, sed ingrediamur pro posse iuxta ingenioli nostri capacitatem, sumamus lumen à lumine, si quo modo de mansionibus vlterius effari possimus. Duo sunt præcipuè speculatores illius ciuitatis supernæ, qui fusiùs nobis referant de fundamento, stabilitate eius, de platearũ amplitudine, de tẽpli celsitudine, de portarum numero, de garzophylacijs, ac de suburbibus eius, de sanctitate eius, de sedibus, seu mãsionibus eius, de candelabris, & de lucerna eius, de Rege, & assessoribus eiusdem, necnon de conciuibus eius, de quibus tñ non est discutiendum per singula Ezechiel, & Ioannes noster hi sunt à quibus mutuari hæc facilè

Ezec. ult. Apoc. 3. & 21. & 22.

C possunt.

Primæ omnium sedis, quæ debetur Principi, mysterium aperuit Isaias inquiens. Vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat omnis domus maiestate eius, & quod Isaias solium vocat, Ioannes sedem appellat. Et vidi, & ecce sedes posita erat in cœlo, & super sedem sedens, & qui sedebat similis erat aspectu lapidis Iaspydis, & Sardini, &c. Hæc est illa Dei sedes omnipotentis, in cuius circuitu illæ resonant omnium cœlestium spirituum voces magna voce clamantium, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui ven-

Isa. 6.

Apoc. 4.

Dei sedes.

D turus est. Hoc est solium Diuinæ maiestatis Patris, & filij, & Spiritus Sancti in vna consubstantialitate diuinitatis, vt vna sit sedes, quorum vna est diuinitas, eademque maiestas, quia & in patre est filius, similiterq; in vtroque spiritus Sanctus.

Patris, & filij, & spiritus Sãcti vnum est solium.

Alia subsequitur sedes mansioque adeo contigua, vt & si non sit diuina, adest tamen sic coniuncta, vt sit vnita diuinitati, humanitati Christi locus iste æternaliter designatus, vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat, hæc sedes, ad patris dexteram collocata dicitur, quæ soli vnigenito debetur, de qua, & Proph. testatur. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris

Ps. 109.

E meis: Ibi primus omnium Athleta prothomartir Stephanus q Christũ Iesum, animã redditurus, primus est contemplatus. Ecce (inquit) video Cœlos apertos, & Iesum stãtem à dextris Dei. Optimo iure, & ordine sequitur illius maximæ etiam Angelorum omnium reginæ, quæ mater filij Dei effecta consecuta est omnium creaturarum sublimiorem mansionem, vbi exaltata est super choros Angelorum ad cœlestia regna, de qua, & Proph. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Duodecim Apostolorum subsequuntur subselia, de quibus ipse Saluator: Sedebitis, & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Meminit etiam Ioannes sedium vigintiquattuor seniorum, quæ sunt vigintiquattuor Prophetis designatæ, velut

Beatissimi & gloriosissimi prothomartiris Stephani sedes, & gloria.

Act. 7.

Psal. 44.

Matt. 19.

F velut Dei familiaribus, cum quibus adhuc etiam viuẽtibus de diuinis est sermocinatus Hierarchyæ ordo cęlestis tales nobis denotat mansiones, quibus ab Angelis ad Archangelos, ab his ad thronos, inde ad potestates, dominationes, principatus, virtutes, vsque ad Cherubin,& supremum Seraphin, facilè oraculis scripturarum euecti mente,manuducimur, quod & de sanctorum mansionibus obseruamus, dum fulgentiores pro charitatis, & gratiæ meritorumque amplitudine in supremis collocamus: vbi martyres confessoribus præponimus,prælatos, rectores, ac veritatis magistros, humiliores, & virgines sæculique contemptores super G multos extollimus, iuxta id quod scriptum est. Qui Math. 5. autem fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorum,est & tandem infimorum locus de quibus ipse Saluator: Amen dico vobis, quod publicani, Matt.21. & peccatores præcedent vos in regno Dei.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Illius terræ promissionis, in quam iam iam ingressuri erant filij Israel, designati fuerunt duodecim exploratores, quorum testimonio roborati animo, animæquiores aduersus hostes effecti victoriosiores redderentur. Fixis tentorijs in deserto Pharan,ibi locutus est dominus Num.13. ad Moysen dicens,Mitte viros,qui considerent terram H Chanaan, quam daturus sum filijs Israel singulos ex singulis tribubus ex principibus, fecitq; Moyses, quod præceperat dominus de deserto Pharan, Pharan enim diuisio, seu separatio dicitur: Vnde se Pharisęos iactabant, qui se à communitate aliorum, quasi sanctiores exaltabant, quorum aliquis etiam orando, nihil aliud personabat, nisi quod sicut cœteri hominum non existebat,longè à tali Pharan nobis loquitur Deus,& homo Saluator noster Christus, qui pauperibus spiritu adeo promittit,vt simul,& elargiatur non morientium, Matth.5. sed terram ipsam viuentium. Beati (inquit) pauperes I spiritu,quoniam ipsorum,est regnum cœlorum,in deserto (inquit) Pharan. Quia venit separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suã, & nurus aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me,non est me dignus, aut qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus: Nolite putare, quod venerim pacem mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium. Hoc est desertum, quod Matt.10. ipse statuit, hæc est diuisio, quam ipse dominus iussit: Matt.20. Omnis,qui reliquerit domum,vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut a- K gros propter nomen meum centuplum accipiet.& vitam æternam possidebit, hinc nobis terram illam promissionis æternæ pollicetur. Nobis (inquam) non omnibus, sed filijs Israel veræ fidei cultoribus, in mundo velut in deserto morantibus, in tentorijs de gentibus, domum hic permanentem non habentibus, sed futuram inquirentibus,hæc sua suis promittit Christus longè vberioris frugis,quàm terrenæ illi Synagogæ ad terrena bona tantum aspiranti, neque enim animales homines percipiebant ea, quæ & Dei, & diuinitus erant visum fuit satis exploratoribus illis ex vbertate, illius ad quam acquirendm iam properabant suoque populo deferre vuæ botrum,ficus,malogranata,in vua hilaritatem, in ficubus dulcedinem, in malogranatis commodum.

Hæc tria nobis de patria illa cœlesti ad quam pergimus protulit Christus,qui tristitiam,quã in hoc mũdo patimur,in gaudium indeficiens vertit: Nam mundus (inquit infra) gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra conuertetur in gaudium,& gaudium vestrum,nemo tollet à vobis,ex vua fit vinum comprimendo vuas, quasi ex passione, & tristitia gaudium exprimatur, Apostolo dicente. Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ 2. Cor. 4. supra modum, in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, attulerunt & ficus exploratores, quorum testimonio amenitas fructuum illius terrę probaretur, & quidem homo rectè ficui comparatur, his enim folijs suas contegere turpitudines primi parentes curauerunt, lacera namque superindui cortice, velut amicto dulcis effecta ficus conspicitur, quod pœnitentiæ suauissimos fructus producat, quod si bonæ existãt ficus, bonas valde.i.mira existunt dulcedinis suauitate respersę,si autem malę,& putres fuerint,malas valde,& prorsus ingustabiles experimur. Vtrorumque tam bonarum,quam malarum ficuum mysteria,aut salutis, aut perditionis aperuit dominus: Ostendit mihi dominus(inquit Hieremias)& ecce duo calathi pleni ficis Hier. 24. positi ante templum domini,calathus vnus ficus bonas habebat nimis, & calathus vnus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant,eo quod essent malæ, & factum est verbum domini ad eum dicens,sicut ficus hę bonæ sic cognoscam transmigrationem Iudæ in bonũ, & ponam oculos meos super eos ad placandum,& reducam eos in terram hanc,& erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum,& sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ sic dabo Sedechiam regem Iuda,& principes eius, &c. Dabo eos in vexationem afflictionemque omnibus regnis terræ in opprobrium,& in parabolam, & in prouerbium,& in maledictionem: Ecce fici mysteria, quæ cum sint suauissima æternæ nobis dulcedinem vitæ præseferunt, Fici mysterium. qua sola satiari valet desiderium nostrũ,dicente Proph. Saciabor cum apparuerit gloria tua, & alibi: Parasti Psal. 16. in dulcedine tua pauperi Deus,& iterum: Gustate, & Psal. 67. videte, quàm suauis est dominus, beatus vir, qui sperat in eo. Psal. 33.

Tertium adhuc attulerunt illius regionis fructum exploratores,malogranata videlicet, quibus nobis optima habitantium dispositio innotesceret, sicut enim miro, & incredibili distinctis quibusdam mansiunculis disposita sunt grana, quæ nulla humana industria, tã fœliciter cohærere posse videntur, neque enim inuicẽ vrgent,aut alterutrum impediunt, sed miro naturæ artificio dispositæ suis coaptantur locis. Sic pôt summa, & beatorũ lętitia cõsortio tantorum in gloria coaptari sanctorum, vnde per Proph. Lætamini in Domino, & Psal. 31. exultate iusti,& gloriamini omnes recti corde, & iterum:Exultabunt sancti in gloria,lætabuntur in cubilibus suis. Hanc suis Christus fidissimus pro nobis cœ- Ps. 149. lestium archanorum explorator aperuit iucunditatem, in domo patris sui abundantiam esse mansionum, quia licet vna sit omnium beatitudo, vna aurea, vna communis fœlicitas, quo ad obiectum, non vna tamen est aureola omnium, non æqualis fœlicitatis gradus, nec par est subiectiuè inexistens beatitudo, & sicut malogranatum aliqua grana in aperto ostendit,plura tamen intus

Malogranatorũpulcherima dispositio.

Obiectiuè oẽs in patria sũt æquales,nõ par aũt est eorum gloria subiectiuè.

intus recondit, ita & Deus nobis sanctos, qui in cœlis sunt per miraculorum opera patefacit, quorum exemplo faciliùs eorum ascribi numero tota mête curemus. Vt nuperimè de S. Hyacinto ex pia sanctissimi Clementis nostri Octaui religiositate suscepimus.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Domus patris ipse est Christus, in quo plenitudo diuinitatis continetur. Facta est hæc domus ad protegendos pauperes, ad saluandos perditos, & reficiendos fessos, ad hanc se conuertant oportet, qui protegi volunt à frigore, & à pluuia, à feris, & rapacibus nocturnisque volucribus tenebrarum spiritibus, cum non sit nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates tenebrarum harum in cœlestibus. Idest maiorem congressum habemus cum hostibus, quos nec videmus, nec iacula, nec laqueos eorum aduertimus, quàm contra carnem, & sanguinem cum hæc, & cognoscamus, & præueniamus, facileque cohibere sola maceratione possimus. Hac igitur in domo multæ mansiones sunt, quibus protegamur multa sunt foramina, quæ nobis effecta sunt ostia, vt abscondamur in petra, & saluemur in ea. Moyses quidem tres separauit ciuitates trans Iordanem, vt qui ad illas confugissent tuti essent, & saluarentur à cęde. Idcirco præceptum fuit Moysi, vt ad inuicem distinguere tres has ciuitates, vt æqualis essent spacij, quo commodiùs hinc inde saluari possent fugientes. Nobis autem longè commodius datum est confugium vnum, domus vna vndique aperta, ad quam non corporis gressu, sed mentis affectu quamprimū transferre nos possumus, nequibant illæ ciuitates omnes tutos facere eos, qui ex malitia, & propria iniquitate facinus properabant, sed illos tantum præsidio suscipiebant, qui ex ignorantia proximum offendissent, nostrum autem confugium longè nobis potiora beneficia pręstat, ad quod dum confugimus ab omni morte saluamur, ab omni culpa ex malitia, & iniquitate contracta, nedum contra proximum, sed & contra Deum Saluatorem nostrum securi liberamur, hæc est petra refugium Herynacijs, qui spinarum densitate circumquaq; sunt vestiti. i. refugium datum etiam summis peccatoribus, aculeis iniquitatum vndequaque irretitis.

Ephes. 6.

Deut. 4.
Deut. 19.

In domo patris mei, &c. Hæc est domus domini firmiter ædificata, & bene fundata est supra firmam petram, quæ nullis impulsibus ventorum obruitur, nullis tentationibus diuellitur, & nullis agitata turbinibus à suo instituto remouetur, hanc prudens homo sibi ædificat, q̃ decet sanctitudo in longitudine dierū. Cedat huic domui domus illa, quam olim sanctus ille Rex, & Proph. secum cogitauerat in terris Domino exercituum præparare, indignum iudicans, quod nullam adhuc dominus sabaoth domum haberet in terris, cum ipse habitaret in domibus eburneis, & regiæ dignitatis. Cedat (inquam) quia quod ille pia mente extruendum cogitauit, cum tamen vir esset pollutus sanguine occisorum non ipse, sed filius eius Salomon rex, quidem pacificus postea construxerit, vt poneret fines eius pacē. Non. n. domus eius domus terrestris est, sed q̃ est ex spiritu, spiritus est Apost. dicête: Scimus. n. quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem habemus ex Deo domum non manufactam, & æternam in cœlis.

2. Cor. 5

Habet hæc domus multas mansiones, cubiculum, vbi reclinatur, & quiescit, habet Aulam, habet Atria, & intrinseca, ac extrinseca receptacula, cor, mentem, intellectum, voluntatem, memoriam, phantasiam, appetitum. Habet & exteriores sensus, in quibus portamus Christum in corpore nostro, cum illum amore recipimus, voluntate cōcupiscimus, affectu desideramus, intellectu consideramus, verbis laudamus, lingua, & labijs extollimus, guture, quàm suauis sit degustamus. Auditu auris obediendo auscultamus, quid loquatur in nobis dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, vtinam non demus, & nos somnum oculis nostris, & dormitionem palpebris nostris, donec inueniamus locū domino, &c. Vt cum patre veniens mansionem nobiscum faciat.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Olim Deus archam fieri Noe iussit, in qua mansionum distinctio haberetur, in quibus omnis generis animalia à submersione saluarentur, sed longè de nobis, quàm de bobus cura est Deo: Pluris enim nos multis bobus multisque passeribus esse fatetur. Quibus, ne damnemur, archam, seu domum præparauit, in qua nō, vt illic loquitur, mansiunculæ, sed in qua mansiones, & longè plures inessent. Hæc est Ecclesia Catholica per archā illam designata, in qua homines, & iumenta saluabis domine, quæmadmodum multiplicasti magnificentiā tuam Deus, accommodatæ sunt hominibus, & iumentis mansiones, sed in archa, extra archam pereunt, iumenta pereunt, & homines. Quia nullus nisi in Ecclesia consistat, capax est salutis, cum quicunque extra Ecclesiam reperiuntur, nulla salutis spe gaudere possint, ex lignis leuigatis archa fabricatur, quia Ecclesia per Crucis mysteria accommodatur saluti, & sicut illa lignorum illorum virtute, non submergitur procellis agitata, sed subleuatur, ita Ecclesia nullis agitata turbinibus venientibs, ad dispergendam illam obrui, aut submergi potuit, magis autem sublimari, & exaltari, ac amplificari meritis, & ligna eius imputrefactibilia erant, quia sancti multis passionibus, & tribulationibus agitati, immortalitati sunt dediti.

Archa Noe.

Luc. 12.

Ecclesiæ Catholicę firmitas.

Inferiores mansiones erant iumentorum, quæ ampliores erant, superiores verò angustiores erant, vbi homines, & volatilia recondebantur significās plures esse, qui iumentorum more vitam ducunt sensibus, potius, quàm rationibus accommodatam. Pauciores verò, qui contemplatiuam vitam eligant, & perfectionis vitæ studio incumbant. Hoc tamen est homines, & iumenta saluare. i. eos, qui in Ecclesia existant, tam in angustis, quàm in amplioribus mansionibus vitam agentes medijs Ecclesiæ Sacramentis posse saluari. Vt intelligant per homines, qui rationibus viuunt, & per iumenta, qui brutorum more vixerunt, sic enim vixis se dicuntur, qui cum in honore per Baptismi gratiam esset in sortem filiorum Dei ascriptus, rediuiuo peccato comparatus est iumentis, & similis factus est illis, vel saluari homines, & iumenta dicuntur. i. Iudæi, & Gentiles. Nam illi velut Deum verum colentes, & imaginem quandam illius in ipsis per legis obseruationem seruantes, nomine hominum describuntur. At verò Gentiles, qui legem non habent, qui nihil diuinum sapiunt brutorum vocabulo innuuntur. Quo intelligamus Christum omnium hominum fore Saluatorem vtrumque

Vitæ contēplatiuæ pauci incumbunt.

Vide quō dicat Deus homines, & iumēta saluaturus

vtrumque populum, omnisque generationis iumentorum in vna Ecclesiæ archa, diuersis mansionibus copulasse, vel demum homines, & iumenta saluanda dixit. Vt prouidentiæ eius amplitudo demonstretur, non solum omnia creando, sed omnia creata gubernando, quia æqualiter illi est cura de omnibus gubernans, induens, & omni carni alimenta præbens, ad quæ
Matth.6. nos reuocat, qd dicitur: Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, sed pater vester cœlestis pascit illa.

Postremo homines, & iumenta saluaturus dicitur Dominus: Qui non solius animæ, sed & corporis nobis promeruit salutem. Cum enim sola anima differat homo à cœteris animalibus, corpore autem cum iumentis conueniat, nihilque plus in hominis corpore, quàm in iumentorum reperiatur, ideo ratione corporis, homo iumentis comparatur, secundum quod scri-
Eccle.3. ptum est. Vnus est interitus hominum, & iumentorum, interitus quidem vnus, quorum cadauera æqualiter incinerantur, hæc autem, non illa iterum resurgēt, & saluabuntur eo modo quo eius anima saluabitur.
Bonorum & malorū corpora resurgent. Quandoquidem tam bonis, quàm malis cōmune Christus hoc bonum toti naturæ promeruit, vt non solum bonorum, sed & prauorum corpora rediuiua resurgāt, iterumque viuificabuntur, sed iustorum corpora mansionibus gloriosis designabuntur in cœlis, impiorum verò cruciabuntur infernalibus pœnis, qua ratione, di-
Psal. 1. citur: Quoniam non resurgunt impij in iudicio, non
1. Cor.15 quòd omnino non resurgant, dicente Apostolo: Omnes quidem resurgemus, sed nō omnes immutabimur, quia non ad vitam, sed ad damnationem impij resurgunt, imò in Proph. subinfertur, neque peccatores in
Psal. 1. consilio iustorum.

Si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Nihil superfluum, nihil non sincerum retuli vobis, totum quod profero, totum quod vobis promitto serio dico: Quod si quid minus foret, totum aperuissem vobis, (videlicet) me iturum, vt pararem vobis locum, quæ omnia cum optimè iam sint disposita, non dico me abiturum, vt loca vobis præparem, sed magis, vt vos pro locis disponam, hac dispositione non indigent mansiones, magis autem vos indigetis dispositione ad mansiones, sic enim tunsionibus expoliti lapides suis coaptantur locis per manus artificis, disponuntur permansuri sacris ædificijs. Non dico igitur me abiturum, vt loca præparem vobis, sed vt vos præparem ad iam apta loca. Quibus sic digestis ad maximum prædestinationis mysterium, reseratum aditum habemus, tunc, scilicet, electos suos Deum è terris surripere, & ad cœleste regnum eleuare, cum ad designatas illis mansiones sic aptos, atque dispositos pro congrua eorum capacitate perfecerit, oportet enim ad optime construendum totum illud cœleste ædificium sanctos, velut cœlestes lapides, suis quibusque coaptari lo-
Isa. 40. cis, vt sint praua in directa, & aspera in vias planas: Et tunc functuros esse vita, cum ad illum peruenerint congruum suæ mansionis gradum: Tanquam igitur diceret dominus: Vado non loca vobis, sed vos locis aptare, quos meo sanguine vado à peccatis lauare, sordesq; vestras extergere, deforme resecare, malum è medio auferre, & vos ad superiora disponere, quo ad illas possitis vos postea transferre, & in illis perenniter habitare,

F hac indubitata fide tenere debetis, quæ tandem cum illuc perueneritis sic esse dignoscetis, & aperto intuitu videbitis, quia cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt, sed nec iota vnum, aut vnus Apex omnium verborum meorum præteribunt à lege, donec omnia fiant, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Psal. 88.

Vel ita intelligi possunt hæc verba Saluatoris, quia ego rationem locorum vestrorum suscipio quos mecum permansuros æternaliter dispono. Cum maximè intersit properantibus in alienas domus, domorum dispositiones non ignorare, quo iucundiùs se sollici-
G tent in illas transferre, & ibi maximam inesse commoditatem, vbi copia reperitur habitationum, si quo minus dispositæ essent, ego retulissem vobis, qui hanc de vobis curam suscepi parare vobis locū: Ego qui prius, quàm hominem in mundo hoc inferiori collocarem prius disposui sibi domum, in qua habitaret in terris, singula in eius obsequium congrua producens, & perficiens omnia saluti hominum proficua, nullo modo obticuissem, si quo minus mansiones vestræ dispositæ essent in cœlis, vbi vos æternaliter mansuri, estis. Sed si erant sedes, quomodo impręparate erant: Imperuiæ
H erant ad quas nemo nisi per Christum peruenire poterat, dum igitur vado ad patrem, vobis sterno iter eundique aditum aperio.

Si quo minus dixißem vobis, quia vado præparare vobis locum. Hanc præcipue omnium vestrum cōmunem lætitiam non obticuissem, si noua vobis sedilia, seu nouas vobis mansiones præparaturus adirem. Verùm cum ab æterno vestra prædestinatio consistat, non est, quod tanquam recenter factum annunciem, quod ab æterno est constitutum, qui enim Diabolo, & Angelis eius, impijsque hominibus mansiones in inferno ad torquendum disposuit, quomodo in cœlo iustis mansiones non præparauit? Tunc enim facie ad
I faciem maiestatis Diuinæ speculatores effecti, quod prædictum intelligitis claro obtutu conspicietis, sicut audiuimus, sic vidimus in Ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum, qui enim nos ad cœnam inuitauit, vt mensę eius assisteremus, omnia parata esse pronunciauit. Nonne & sedilia in quibus dispositi recumberemus, quotquot inuitati sumus parauit? secus quò in vltimo loco pro sua humilitate recumbenti, diceret, Amice, ascende superius? Hæc audiuit, & lætata est Syon, & exultauerunt filiæ Iudæ. Hæc & vobis seriò ad vestram lætitiam pronuncio, vt fidentiùs in æternitate constituti, iucundiùs conquiescatis: Vos autē
K ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera, sunt equidem in illa superna ciuitate, quæ domus patris dicitur; multæ mansiones, seu domus plurimæ, quæ iuxta rationem meritorū distribuuntur, vos autem quos mitto dicere inuitatis, vt veniant ad cœnam, quam præparaui: Vos quos ad exitus viarum mitto ad compellendos debiles, & claudos donec impleatur domus mea: Vos quos in vniuersum Mundum prædicaturos destino: ponite hæc in corda vestra, vt enarretis in progenie altera, distribuentes domos eius, iuxta Ecclesiasticæ hierarchyæ diuersos gradus munia, & officia.

Quia vado parare vobis locum. Attende arietem hunc nostrum suas oues ad caulas vberrimas, altissimi

montis præcessisse. Hunc ducem militantis Ecclesiæ, quem sequeremur opportunũ erat habere. Habuit Synagoga Angelũ, quẽ sequeretur Populus ille Iudaicus

Exod. 14. habuit suos duces Moysen, Gedeonẽ, &c. Qui præcederent, habuit dñm per columnã ignis in nocte, & per columnã nubis in die castra ipsorũ populo præeũtem, quò securiùs ad patriã peruenirent terrenę illius ꝓmissionis sibi, ac patribus eorũ promissã. Nos autẽ præcurrentem habemus arietẽ nostrum iam immolatũ pro nobis filijs. s. (si tñ verè sumus) Abrahæ. Nostrum (inquã) si tñ ex ouibus eius numero associari possum⁹, & meremur.

Ezec. 34. Ipse præit, qui & per Ezechielem inquit: Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregẽ suũ, & liberabo eas de omnibus locis, & inducã eas in terrã suã, & pascã eas in montibus Israel, in pascuis vberrimis pascã eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earũ, ibi requiescent in herbis uirentibus, ego pascã oues meas, & ego eas accubare faciã, dicit dominus Deus: Quis ego? profectò, qui inquit: Ego vado parare uobis locũ. Nõ hũc Synagoga antecessorẽ merita est habere, q̃ ad superna pascuarũ nõ poterat intrare.

Hunc Ecclesia, quẽ vltro citroque sequeretur habere meruit, q̃ ad supernas sedes collocari potuit. Hinc (teste

Ioel 1. Ioel) Ingemuit animal, mugierunt greges armenti, & greges pecorum disperierunt, quia non est pascua eis. Anteire debebat filios Christus, anteire debebat Apostolos saluator, anteire discipulos, sibiq; dilectos debebat, quo possent in odorẽ vnguẽtorũ suorũ huiusmodi currere post ipsum, brauiũ cõsequendũ suis ꝓmissũ sequacib⁹. Voluit ipse pire, quò nos voluit puenire, vt æ-

Ps. 127. ternaliter possit nobiscũ cõgaudere, dicente Proph. Filij tui, sicut nouellæ oliuarũ in circuitu mensæ tuæ, & vxor tua, sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ: Quæ vxor Christi? Nonne sponsa Christi? Quæ sponsa Christi?

Quæ sit Chri vxor & sponsa. Nonne Ecclesia Christi? Quæ aũt Ecclesia Christi, nisi congregatio fideliũ Christi? Hæc vxor Christi, nunquã inanis, & vacua, nunquã sterilis, aut infœcunda, sed sicut vitis abundans botrisque opimis copiosa, palmitibus, surculisq; non infructuosis decorata. His suis alumnis talia promisit Christus. Vado (inquiens) parare uobis locũ. Ecce sapiẽtissimũ nostrũ Ioseph præeuntẽ in vberrimã regionẽ, in quã, & patrẽ, ac fratres vniuersamque sui generis familiã, nè inedia moreretur suo tẽpore introduceret, neq;. n. illi introissent, nisi prius iste præisset, saluati sunt illi, nè consumarentur inedia, sed piuit ille, vt potirentur, ac fruerentur illa regione vberrima.

Audiamus ipsum præuenientẽ, sic fratres aloquentem. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus

Gen. 45. sum. Pro salute. n. vestra misit me dominus ante vos. Et

Ibidem. iterum: Præmisit namq; me Deus, vt reseruemini super terrã, & escas ad viuendũ habere possitis. Ille præit Ioseph, ignarus tñ quò iret, & quid acturus in obsequiũ suorũ esset. Præit noster Iesus, imò non Aegypti tñ, sed totius mundi verè Saluator, & ipse gnarus, quonã iret, & quid ibi facturus in obsequiũ suorũ esset, propterea inquit: Vado ascensurus ad regna cœlorũ vobisq; ibidẽ locũ paratur⁹. Intrauerũt illi antiquiores nostri, ad vberrimã bonorũ abundantiã, q̃ in durã lapidis, & luti conuersã est oppressionẽ. Subinde ab hac dura educti seruitute, post trãsactã deserti solitudinẽ, in aliã ingressi sunt pinguiorem regionẽ, terrã. s. illius ꝓmissionis, non solum lactis, & mellis, verum, & bonorum cunctorum

F temporalium opiparis quibuscunque edulijs plenam, à qua tamẽ tandem eiecti, dispersi, nec non vagabundi hinc inde nostris adhuc obtutibus offeruntur.

Si quo minus, &c. Ego quibus oĩa quæcunq; audiui à patre meo, nota feci, neq; illud obticuisse, me paraturum vobis mansiones, seu locũ in illo cœlorũ regno, sed cũ ab initio paratæ sint, nõ dico me illas nouiter paraturũ, magis aũt totũ operor, & ad hoc tendo, non vt locum vobis præparẽ, sed vos ad locũ præparatũ ituros disponã, non ædifico naufragantibus portũ, sed naufragantibus ostendo, & dirigo ad portũ, extant igitur mansiones, quia extat & regnũ, in quo sunt mansiones, q̃ si

G non extarent, iam dixissem vobis, simulq; dissernuissem, præparaturũ me vobis locum, veni igitur non locum, sed vos ad locum præparare. & tñ præparare vos ad locum, quo ad fruitionem possitis ascẽdere, est locum in vobis ꝑparare, & vos ꝓportionatos mãsionibus facere; Non. n. locus ad lapides est adaptãdus, sed lapides locis sunt disponendi. Duo itaq; concurrunt ad loci ꝓmissi adeptionẽ, alterũ ꝑueniens ipsam adeptionẽ, & hæc est ꝑparatio loci, alterũ est dispositio rei in locũ accõmodandæ, iam prima ꝑparata erat, vbi mansiones iam dispositæ erant, hæc præcesserat, q̃ ab initio erat, prædestinauit. n. nos ante mundi constitutionẽ, neq;. n. aliã puteres hominibus mansionẽ, q̃ suam ipsorum prædestinationem, ideo ante paratæ dicuntur mansiones, quia ab initio fuerunt in Deo omnes prædestinationes, quod autem ad secundum spectat, idest, ad prædestinatorum dispositionem, hanc nullus sine Christo habere potuit, qui solus nos ad illam disponere, & præparare valuit sine quo nullus adeptus fuisset illas mansiones. Ad promissa nobis loca superna, duo concurrunt.

H

Si quo minus, &c. Tanquàm tacitis susurris respondens percunctantis, quid si præparatæ prius non extitissent mãsiones illæ? Quis vnquã illas præparaturus esset? Putas ne tanti Christus esset, vt præparare nobis illas posset? cui occurrit Iesus, dum ait: Si quo minus, i.

I si præparatæ, vt assero, nõ extarent, dixissem vobis: quia vado illas præparare vobis, si iam prædestinati ab initio, & ante mundi constitutionẽ non essetis. Ego dixissem, & quod dixissem opere compleuissem, quatenus, vado præparare vobis locũ: sed quia loca iam sunt præparata, quorum locorum, aut quarum mansionum, nulla alia est præparatio, quàm ipsa diuini beneplaciti prædestinatio, eapropter non dico me præparaturum vobis locum, sed præparaturum vos ad ipsa suscipienda loca. Purgata sunt vbiquequaq; illa loca, mũdissimæ sunt omninò mansiones illæ, amplissimæ sunt, & in seipsis accõmodatissimæ. Ad quæ tamẽ vos coinquinati adhuc intrare non potestis, vos impoliti: Quò ego vado, venire

K nunc non potestis, sequemini autem postea, cum ab oĩ inquinamento emundati fueritis, cum abluti meo sanguine extiteritis tunc vobis facultas intrandi præbebit, tunc vobis Cœli portæ patebunt, & ingrediendi aditus concedetur, cum è medio sublata obstacula, mea opera, & mea virtute fuerint. Nõ est igitur, quod in dubiũ trahatis, quod spectat ad properationẽ mansionũ q̃ si non essent ꝑparatæ, à me ꝑpararentur vobis, qui nunc possũ, quod ab æterno possum, & vos nunc ꝑdestinare possũ, qui semper æqualis patri, cum patre omnia possum, & spiritu sancto omnia possum, quorum. n. vna est voluntas, eis vna est volitio, quæ vna fuit ab æterno electorũ omnium stabilis, & firma prædestinatio. Etiã nunc Deus prędestinat.

Et si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum. Non loquor nunc de illa æterna præparatione, qua mansiones præparatas prædixi, loquor aũt de illa præparatione, q̃ est executio æternæ illius prædestinationis, hanc per uiã meo abitu faciã, per quẽ uos ad illam suscipiendã disponã, & quidem si abiero, hoc faciã, quod fiet in uobis per recessum meum à uobis, & primo quidẽ, quia nõ nisi eo ad passionẽ eunte solui possunt uincula, quia inheremus peccatis, nec dissolui unquã poterunt colligationes impietatis nostræ, quibus captiui sumus, & detrusi teterrimo carceri peccatorũ; Subinde si abiero, & meũ à uobis aspe ctum subtraxero, excellentioris uos fidei præsidio munitos facio, cum fides non sit apparentium, sed rei non apparentis, dũ me uobis adhuc uisibilẽ præbeo modicę fidei. Quod si ab humanis me aspectibus abscondo, maioris fidei argumẽta exhibeo, hac perfecta perfecti possessores eius efficiũtur, adaugẽda est hęc suprema uirtus in terris, qua possint, qui in terris sunt pertingere ad cęlos, sed & hoc operabitur recessus meus à uestro cõspectu, ut maiori, ardẽtioriq́; desiderio in me feramini, potioribus uotis anhelabitis, ut mecũ sitis, sicq́; corda uestra incalescẽt ardẽtiùs, & ut ignita ad superna faciliùs euolabunt, & ibi erit cor uestrum, ubi adesse scietis thesaurum uestrũ, his uos pręparabimini, ad loca illa suprema, ad quæ iterum ueniens assumam uos.

Quia vado præparare vobis locum. Attende quàm prouidè Christus suorũ curam suscipiat. Quis unquam amicorũ suorum talem curam suscepit, apud prĩcipes, seu reges, ut in domibus eorũ mansiones quęrat, & sollicitet? An non oẽs tutæ sunt mãsiones in domib⁹ regũ, seu principũ apud quos gratiã obtinuerunt, cũ ipsis cõmorari, & uitã ducere? Nonne & beati p̃dicantur quicunq; in quouis loco cœlestis regni consistere meruit? Vtinam nos saltẽ in angulo pedẽ ponere introrsus mereamur ea in domo, de qua Proph. testatur. Beati qui habitant in domo tua Dñe, in sęcula sęculorũ laudabunt te Christus suis dilectis, sequacibus, & discipulis eo magis superiora loca p̃parare satagit, quo magis humiliores, in sua sequela inuenit. Quandoquidẽ quos hic humiliores diligit, hos illic sublimiores efficit, hanc suorũ sollicitudinẽ Christus amplectitur, ut nõ solũ de necessarijs, uerum & de sublimioribus bonis curã suscipiat, quo meliùs, expeditiùsq́; totã nostram curã referamus in ipsum Apostolo Petro sic fideles exhortante. Humiliamini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tẽpore uisitationis, omnẽ uestrã sollicitudinẽ proijciẽtes in eũ, qm̃ ipsi cura est de vobis. Quid est oẽm solicitudinem nostram proijcere in Christum, nisi abdicare à nobis, omnem aliam curã, quæ non est ad Christũ? ipse igitur nobis præparat locum disponit mensam, mansionesq́; accõmodat. Ipse est, qui & inferioribus. i. humiliorib⁹, inquit: Amice ascẽde superius. Quapropter qui sollicitissimus est pro nobis, ipse præcepit nobis. Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini; Nonne anima plus est, q̃ esca, & corpus plusquam vestimentũ? respicite uolatilia cœli. Nonne vos magis pluris estis illis?

Psal. 83.

Epist. 2. cap. vlt.

Luc. 2. & Matt. 16.

Verum, nonne benigniùs nobiscũ agit Christus, quã cum cęteris hominibus, si tñ fideles serui sumus, & eius mystici corporis membra existimus? Hæc sunt potiora dona, quæ benignissimus saluator suis fidelibus præparauit. Quidni? Si passer inuenit sibi domum, & turtur nidum vbi reponat pullos suos, nonne ipse Dominus summa benignitate semper agẽs nobiscum, curam pro nobis sollicitiorem suscipiet? Habent igitur pulli passerum domum, habent & pulli turturum, imò habent, & uulpes suas foueas, in quibus securè consistant, nonne & habebũt iusti suas domos, siue mãsiones sibi pręparatas, in quibus nõ ad tempus, sed æternaliter securi, & fœlices consistant? Propterea enim admonentur fideles ab Angelo, ad sustinenda incommoda, & huius sæculi tristia, donec impleat̃ numerus fratrũ nostrorũ. Apoc. 6

Equidem ab ęterno paratum est pijs regnum cęlorũ, dicente dño ipsis in dextera eius existentibus. Venite benedicti pcipite regnũ, quod uobis paratũ est ab origine mundi. Quod si roget aliquis, q̃uo Christus separaturum mansiones, dicit seu locum in regno cęlesti, quò properabat ascensurus, si eadem sunt, quæ pater suis electis præparauit, & filijs suis fidelibus mansiones disposuit? Ad quid igitur quasi recenter præparaturum, quod æternaliter habent nunc pollicetur? Quibus facilè imò & multiformiter respondemus. Et quidem primo iuxta omnium theologorũ sententiã, unam tantummodo in Deo actionẽ ponim⁹, eorũ. s. quæ sunt ad extra, q̃ etiam toti trinitati cõem asserimus, adeo ut quę actio est unius, ipsa etiam omnino sit alterius. s. quæ est patris est, & filij, est & spiritus sancti. Cum igitur regnum promissum, seu ab æterno dispositum, aliud non sit à mãsionibus, seu loco, de quibus loquitur Christus, nil aliud infertur, nisi unam actionem cõem esse patri, & filio, nec non, & spiritui sancto. Ascribitur tñ prædestinationis actio ipsi patri, quia omnis uirtus, quæ est in filio, & spiritu sancto, illis communicatur à patre, adeo ut demptis relationibus, quibus adinuicem distinguuntur personæ diuinæ, omnia interiora communia sunt toti trinitati.

Matt. 25.

Vna tantũ in Deo est actio.

Prædestinationis actio patri ascribitur.

Si autem uelimus totum hoc propositum, siue Christi sententiam uno sensu comprehendere, simulq́; non diuisim, sed unitè uerba componere, legendo. s. in domo patris mei mansiones multæ sunt, si quo minus dixissem uobis, quia uado parare uobis locum; taliter exponendo. Iam in domo patris mei multæ mansiones, uobis uidelicet, & alijs fidelibus pręparatæ sunt. Quòd si præparatæ iam non essent, dixissem uobis, quia uado parare uobis locum. Tanquam diceret. Propterea non dixi uobis me præparaturum loca uestra, siue mansiones uestras, quia hasà patre uobis p̃paratas agnoui. Tunc hanc expositionem difficulter patitur, id quod sequitur. Et si abiero, & præparauero uobis locum, iterum uenio, &c. Sequenda igitur uidetur magis sententia diuidẽtium propositionẽ, nè unus complectatur sensus, quæ uix simul coaptari possunt.

Vlteriùs præparatę mansiones ab æterno ex ordinatione, ac voluntate diuina, quæ alia quadam ratione dispositionis nobis præparantur ex voluntate, & actione Christi humana: qñquidẽ cum per solã Christi passionem reseratæ sint cęlorũ ianuæ, necnõ patefactũ sit iter ad sedes illas capescendas, nulla uidetur in dictis cõtrouersia, siue difficultas: propterea .n. Christus patenter ascendere in cęlos voluit, patenterq́; existẽs ad dexterã patris videri, & à prothomartyre Stephano visibiliter apertis cęlorũ repagulis ad dexterã patris contueri, quò certiores redderentur fideles aditũ ad cęlestia iustis reseratum.

Ex solis Chri meritis patuerunt ostia paradisi.

seratum. Tanquã igitur diceret: Vado præparare vobis locum .i. vado sternere vobis iter, vado remouere impedimenta cunctorũ peccatorũ, quibus præpediti nõ poteratis suprema conscendere. Delecto igitur scelerũ nostrorũ chirographo præparatæ sunt nobis mansiones, quæ vsq; ad mortẽ ipsius Christi imperuiæ remãserunt.

Augustini sententia. & expositio.

Vltimo loco ex Augustino parantur mansiones nobis à Christo, cũ Christus sua nos gratia dignos efficit. Parat (inquit) mansiones, mansionibus parando mansiones; quotiescunq; .n. nos per gratiã suã ad sua munia disponit, mansiones nobis disponit. Quouescunq; (inquam) nos aptos regno Dei efficit, mansiones pariter nobis disponit; Et qui nos ad amorem sui totaliter conuertit, hic iam paratas mansiones nobis disponit, q̃ nobis dispositis dispositæ esse cernuntur, cum nulla iam se opponat, qua illis frustremur, quàm propria indispositio ad capescenda superna peccatoris.

Et si abiero, &c. Obserua Christi pietatẽ erga mœstos suos quos diligit discipulos, quis amic⁹, quis frater amicũ, aut fratrem, imò quæ pijssima mater suis posset charioribus verbis blãdiri filijs, eorumque dolorem de suo abitu conceptũ linire? Quod præclarũ facinus iam

Isa. 66.

per Proph. apertè prædixerat. Quomodo (inquit) si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini, ad vbera portabimini, & super genua blandiẽtur vobis. Nolite contristari, quòd ad pauculum abscondar à vobis, hoc totum in vestrum cedit beneficium in vestram totum operatur salutem, vt dispositis oĩbus, & sublatis quibuscunque impedimẽtis. Iterum ad vos reuersurus sim, & mecũ assumpturus, vt vbi ego sum, & vos sitis, si abiero corporaliter, veniã spiritualiter, si abiero visibiliter, veniã inuisibiliter, q̃nquidem non abeo per diuinitatẽ, sed meã à vestris conspectibus subtraho humanitatẽ, & qui me in humanitate diligitis, meam in humanitate diuinitatẽ possidebitis.

Iterum igitur veniam ad vos, sed non iterum solum, imò iterum, atque iterũ, quia vobiscũ sum vsq; ad consummationem sæculi, veniã equidẽ, sed quẽ fidei oculis, non corporeis obtutibus cõspiciatis. Veniam quẽ quotidie in altaris sacrificio, me offerendũ sacerdotibus relinquo, qui in mei memoriam, non fictam, sed realem, non inanem, sed plenam, non sophisticam, sed sincerã, hoc mei corporis, & sanguinis memoriale perenne reliqui, & veniens assumã vos ad me ipsum, quia nõ ego mutabor in vos suscipientes, sed in me muto oẽs dignè me recipientes, vt spiritu mihi adhæreant, fide inhęreãt, & charitate vinciantur, fiatque vnus spiritus sumẽtis, & sumpti, vt medio tanto sacramẽto, in quod ego Dei, & hominum vnus, solusq; mediator contentus, hoc salubriter agã, vt qui adhęret Deo unus spiritus fiat mecũ. Nam cum ego solus copulare possim hos duos, tam longinquos, tamq; distantes terminos media humanitate mihi coniuncta, copulare oportuit me hanc, q̃ assumpsi humanitatẽ corporis, & sanguinis uelut solũ, & peculiare mediũ uobis relinquere, ut sic ad uos iterum, atq; iterum ueniens, uniri mecum ualeatis, & per me ad patrem ascẽdatis, secundum quod & infra dicẽdum est, quia nemo uenit ad patrem, nisi per me.

Chri memoriale perenne nobis relictum.

Verita solent eẽ desiderabiliora.

Si abiero, &c. Plerunq; cõtingit humanũ animum auidiùs ferri in uetitũ, q̃ in possessum bonũ, nam multa magnifacimus, dum ad illa anhelamus, q̃ cũ adepti sumus minimi facere solemus, nimirum Christus, dum

A adesset, & cõspicuũ se pberet, nihil à Iudęis extimabat, qui absens desiderabatur. Quæretis me (inquit supra.) & non inuenietis; multò igitur efficacius in optatũ fertur, dum spe uiuitur, quàm in non plenè cognitum, & possessum, quod non usquequaq; desideratũ possidet. Rectè igitur locus præparari nobis ex corporali Christi absentia describitur, cũ affectus, quo solo homo disponitur ad æterna bona cõsequẽda, ampliori desiderio succensus in illa adipiscẽda efficaciùs feratur, ut dum à terrenis sublimiùs eleuat, & perpetuis faciliùs coniungatur: quæ.n. minus inhęrere uidentur terrenis, ea potiori feruntur auiditate, ut cęlestibus adhęreãt, si igitur

B abiero (ait Christus summum bonũ, singulare suorum solatium, tutum confugiu, unicum oblectamentum) si abiero, & paulisper à uestris me conspectibus subduxero, uos locum in cęlestibus promerebimini. Quibus ex maxima auiditate ad illum præparatis. Iterum ueniã ad uos, ut mecum perenniter conuiuatis.

Primi, & secũdi aduẽt' Christi memoriam debemus iugi meditatione recolere.

Iterum veniam, &c. Hic habes duos ad nos, domini aduentus; ad nos (inquam) non omnes, sed dilectos, quos uocat amicos, non seruos, in quos iugi ferri meditatione debemus, cum uterq; in nostram beneficẽtiam feratur. Vno uenit quærere, & saluum facere, quod perierat: alio uenit suos assumere ad conregnandũ, ut ibi

C ipse est, & sui sint. Maximis nos dñi ad nos aduẽtus, debemus gaudijs recolere, ruminando, in cordibus uelut aĩalia munda, digna q̃ offerant dño, in quo gaudemus, & iterum gaudemus, ubi iterũ se uenturum pollicetur.

In primo nos perditos restaurauit, nos uenditos redemit, nos captiuos liberauit, nos exules reuocauit, nos cõdemnatos, saluti restituit: in secundo nos hoĩes sublimauit, nos pauperes ditauit, nos inglorios gloria, & honore decorauit, egenos, laceros, gemẽtes, famelicos, bonis omnibus exiguos, in suo regno ditabit: Leuate igitur, leuate ò Christi dilecti, qui in illum animo propensiori ferimini, capita uestra, qm̃ appropinquat re-

D demptio uestra, scimus, quia prope est ęstas, hyems trãsijt, imber abijt, & recessit, non esurient, nec sitient ampliùs, nec cadet super illos sol, aut ullus æstus, quæ prima abierunt, inquit igitur: Si abiero, iterum ueniam ad uos, tanquã diceret: usq; modo in terris uisus sum, & cũ hominibus conuersatus sum, tempus est, ut reuertar ad eum, qui me misit, sed q̃madmodũ uidebitis me ascendentem in cęlum, ita & me conspicietis descendentem de cęlo, uos igitur, sicut portastis imaginem terreni, ita & portate imaginem cœlestis, & quorum conuersatio mecum fuit in terris, sit & ipsa mecum in cęlis. Qui terrena usq; modo sapitis, iam cęlestia ad quæ me trãsfero

E sapite, transeant cętera, & noua sint oĩa, transeat mũdus, & concupiscentia eius, & sicut uetus ille Adam totum occupauit hominem in artubus effusus, uelut oleum in interiora eius, ita modo iam totum disponatur ad Christum, quod totum est creatum, & redemptum à Christo. Insuper attende, quàm propè sit dominus omnibus inuocantibus eum, inuocantibus (inquam) eum in ueritate. Quomodo uoluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos, uenturum se exhibet non uocatus nostræ salutis nobis ipsis auidior effectus: Ecce ego, ecce ego (inquit) ad gẽtem, quæ non inuocat nomen meum: Ecce ego primò ueniens, & quærens oues, quæ perierant, & iterum: Ecce ego illas mecum assumens.

Isa. 65.

Iterum veniam, &c. Non patitur Christus suos præsidijs suę præsentiæ priuari, abscondit quidem plerunque aspectum, & eum, dum non videmus, recessisse plerunque dubitamus; Absit tamen, vt suos vnquàm Iesus deserat; Verùm, ipse nostrum agonem spectat, nosque plerunq; in multis ærumnis, velut oblitus nostri reliquisse videtur; qui tamen cum ipsis est in tribulatione, vt faciat cum tentatione prouentum, eripiat eos, & glorificet eos: Nemo enim (vt Bernardus ait) reperitur in nobis, qui non interim indigeat, & consilij, & auxilij, & præsidij suffragijs, cum generalis sit humano generi miseria triplex. Quotquot degimus in regione vmbræ mortis, in infirmitate corporis, & in loco tentationis triplici hoc incommodo (si diligenter aduertimus) miserabiliter laboramus; Faciles enim, qui ad seducendum sumus, debiles etiam, & ad bene operandum, ac fragiles ad resistendum existimus, nã si discernere inter bonũ, & malum volumus, sępè decipimur; Si conamur facere bonũ, deficimus, & dum resistere malo nos credimus, deijcimur, & superamur.

Facilè seducimur, debiliter bona, quæ agim' operamur, & difficilè resistimus.

Necessarius proinde in nobis domini aduentus, necessaria nobis præsentia Saluatoris, qui nobiscum manens, & mentem nostram sui luminis radijs illustret, in nobisque existens nostram adiuuet infirmitatem, & in nobis stans nostram protegat fragilitatem; hunc nos in nobis habere satagere debemus, quo existente non est, qui nos decipiat; in quo, & omnia possumus, cum ipse pro nobis solus sit, qui valeat contra nos: ipse enim est Dei sapientia, cui semper est in promptu ignorantes instruere, quæ nec falli omnino, nec fallere potest: ipse Dei virtus, & Dei potentia, quæ & eripere potest periclitantes, & erigere potest corruentes, potens & mundum vincere, & Sathanam sub pedibus nostris deijcere: aspicit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi, percutit caput de domo impij, denudat fundamentum eius vsque ad collum.

Quantò igitur imbeciliores sumus, & nos fragiliores agnoscimus, quanto nos propria virtute inermes intelligimus, tantò votis omnibus Christi aduentum imploremus, nosque ad Iesum omnis salutis authorem suscipiendum disponamus: sic enim per abscessum Christi disponimur, vt dum nihil sub sensibus, quo oblectemur habemus accincti fide in inuisibilia bona transferamur, & ad ea, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit æterna bona prorsus conuertamur: sic enim credita desiderantur, desiderata quæruntur, quæsita inueniuntur, inuenta possidentur; Nullus enim locus patere potest, vbi non proficitur eundo, nec ascenditur ambulando, nec aperitur credendo.

Assumam uos ad me ipsum, ut vbi sum ego, et uos sitis. Attende Christum nunquàm suorum immemorem: non enim (inquit) iterum veniam, sed venio, esto venturus sit iudicij tempore, vel particularis secum assumpturus quos suos asciuit spiritus, dum illos reddimus, vel vniuersalis in quo cum corpore totus homo erit assumendus, se tamen in præsenti venire dixit, qui & spiritualiter ad nos quotidie venire non dedignatur, & cõtinua nostrum memoria ad secum totum hominẽ suo tempore suscipiendum indefesse flagrantẽ, nosque sic tandem protegentẽ, vt ab omni impedimento semotos secum trahat ad superos, vt vbi ipse est, & nos simus: ipse ad dexteram patris, cui dixit pater: Sede à dextris

F meis, & nos omnes ab illo inter caulas ouium designati à dextris statuendi sumus, nunquam ab illa recessuri.

Erimus quidem cũ eo in regno vno, in eadem mẽsa, in eadem domo, haud tamen in eadem mansione ipse est sol totius luminis possessor, nos stellæ luminis eius participes, ipse agnus, nos, qui secuturi sumus agnum quocunque ierit, ipse Ianua, nos, qui ingressuri sumus per Ianuam, ipse vita, nos quibus vita datur, ipse splendor patris, in quem desiderant Angeli prospicere, nos, qui in illum prospicimus, & prospiciendo beamur, vadit ipse, vbi est, qui est Deus, & homo, vadit per humanitatem, vbi est per diuinitatem, sed & beatus fuit ab

G initio, qui comprahensor fuit ab initio, ideo vbi sum ego pro parte superiori animæ, & vos mecum tandem eritis, qui mecum permansistis.

Dei visiõe beamur.

Christ' cũ i terris existeret comprahensor erat, & viator.

His Christi verbis maxima inest pijs animis consolatio, quibus se iam non hospites, & aduenæ, sed ciues cœlestes, & domestici Dei effecti videntur, dicuntque cum Apostolo: Saluatorem expectamus dominũ nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. His insuper vnum corpus mysticum confici Ecclesiæ cum Christo capite, nosque eius membra effici conspicuè intelligimus, vt quos assumit Christus ad vnitatem su

H scipiat, non singularis personæ, sed vniuersalis Ecclesię ipso Christi spiritu omnia colligante, ipsaq; charitate diuina omnia vinciente, vt siue viuamus, siue moriamur semper cum Domino simus.

Philip. 3.

Cũ Chřo capite nos omnes ei' mẽbra fideles, vnũ mysticum Ecclesiæ corpus efficimur.

Et quò ego uado scitis, & uiam scitis. Maxima viatoris consolatio, quonã pergat scire, & viam scire, quid superest peregrino ciuitatẽ hic non habenti, sed futurã inquirenti? Iam à vobis ademitur, quod præcipitur State super vias, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriũ aĩabus vřĩ, Scitis, quò ego vado me vobis referẽte, qa ad patrẽ vado: insuper, quia parũ esset terminũ scire, uiam

I autem, & mediũ ignorare, ideo, & viã scitis, quod videlicet media passione ad patrẽ vado, me plerunque aperiente uobis, qm̃ oportet exaltari filiũ hominis; nuper autẽ disertis sermonibus recensente, q̃o ascendimus Hyerosolimam, & filius hominis tradetur gentibus, ad illudendum, ad flagellandum, ad crucifigendum.

Viatorum cõsolatio est pervias cognitas ãbulare.

Hier. 6.

Hæc est uia, quam scitis, uel ex rememoratione recolere debetis, non est terminus sine uia conquirendus; errant, qui sine uia ad terminum peruenire se credunt: Ecce uiam, nonne oportuit sic Christũ pati? Ecce terminum uiæ; Et ita intrare in gloriam suam: Si compatimur, ecce uiam, & conregnabimus; Ecce uiæ termi-

K num: Beati pauperes spiritu, beati mites, beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam; ecce uiam, quia uestrum est regnum Dei, ipsi consolabuntur, & saturabuntur; ecce terminum uiæ: Si uis ad uitam ingredi, ecce terminũ, serua mandata, ecce uiam. Iam igitur, & terminũ, quò ituri sumus, agnoscimus, & uiam, qua ad terminũ perueniamus, non ignoramus. Nobis autem præcipuè, & hunc patefecit terminum Iesus, cum nos secum ituros, secumque permansuros asseruit, & ad hunc nobis terminum uiam statuit, qui nostrum se ducem præbuit, & ad sequelam sui inuitauit; si quis vult post me venire abneget, &c. Et Petrus: Fratres Christus pro nobis mortuus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.

Via, & viæ terminus.

Luc. 9.

1. Epist 2.

Et

Et quò ego vado scitis, &c. Terminum iam scitis, qui me in monte glorificatum conspexistis; patrisque mei vocem audire meruistis: sed & viam scitis, quam me prædicante, sæpiùs audiuistis, nec non, & qui mecum multo tempore conuersati estis, vnaque ambulastis, viam facilè didicistis. Et quidem primò, quomodo omnem viam iniquitatis odio habui; viam autem veritatis elegi, omnesque viæ meæ misericordia, & veritas: secundò, quomodo nõ ambulauerim in magnis, nec in mirabilibus huius sæculi; Potius autem elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum: tertiò, non ambulaui in tenebris cæcitatis, qui peccatum non feci, nec in aliquo offendi; sed ingressus sum sine macula, & operatus sum iustitiam, non ambulaui viam lutosam complantatam lapidibus, cum omnes viæ meæ, viæ pulchræ sint, & semitæ pacificæ; quartò, non declinaui ad dexterã, nec ad sinistram, qui prosperis non extollebar, nec in aduersis deficiebam; sed spiritus meus bonus deduxit vos per viam rectam.

Viam igitur scitis, qui omnem viam malam meum pedem prohibere vidistis, omnem verò viam pulchræ dilectionis, sanctiq; timoris, & honestatis me peregisse conspexistis, iustum deduco ego per vias rectas, & ostendo illi regnum Dei; propterea, & iam quò vado scitis, & viam scitis, viam ambulare volentibus, & terminum viæ patefeci, & si quis viam mandatorum percurrat, ad uiæ terminum fœliciter perueniet: Hæc nobis Saluator noster insinuat, qui oculos cordis ad exitum nostrum, & uiæ terminum habere sine cessatione debemus, ut quando à præsenti uita mortales recedimus, ad æternæ uitæ gaudia peruenire possimus.

Dicit ei Thomas: Domine nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiam scire? Certè notabili animaduersione hæc Thomæ uerba animum pulsant, in quibus multum à uerbis Christi discrepare uidetur; quo autem ausu Thomas, quod Christus eos scire prædixit, se, ac cœteros nescire fateatur, non facilè intelligimus, nisi & illud unum concedamus, optimè de nobis concedendum fore, quod multa quidem intelligimus, quæ cum non exactè, nec perfectè cognoscimus, ea scire simul, & nescire dicamur, sic enim acclamantem Christũ audientes audiebant, adhuc tamen audientibus dicebatur: Qui habet aures audiendi audiat; quibus verbis plerosq; confitemur audientes, nõ audientes esse.i. sensum auditorum verborũ adamussim non percepisse: Ita & Apostoli sciebant, quò iret Christus, & nesciebant, viamque qua iturus erat, sciebant, & nesciebant: sciebant (dicente Christo, ad patrem vado) quò pergeret Christus: & viam sciebant, qui eum ad passionem properare non ignorabant, verùm cum adhuc in fide Trinitatis, at in mysterio redemptionis, nondum satis perfectè capaces eruditi erant, imò sciebant, & quod sciebant non exactè intelligebant; Tanquam minus idonei eorum mysteriorum in archanis fidei contentorum, velut & supra dicebatur Petro: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea: Sciebat Petrus Christum suos velle lauare pedes, & tamen, quod sciebat non intelligebat, qui rem perspicaciùs non cognoscebat. Naaman sciebat, quò iret ad sanandam lepram, & quia quod sciebat non perfectè credebat, ab obedientia Elisei indignans recedebat, sunt igitur, qui videntes non uident, & audientes non intelligunt; sunt, & quibus hæc non esca uelut paruulis exhibetur, & sunt, qb⁹ perfectiores effecti solidior cibus mandandus præbetur; sunt qui in faciẽ Moysis prospicere nequeũt, non nisi uelamine obtectam & sunt, qui domini gloriam in mõte contueri non possunt, non nisi nube, aut caligine circumtectam; sunt qui archam testamenti, non nisi coopertam, altare aureum, non nisi inuolutũ, & uasa omnia quibus in sanctuario ministratur, non nisi pallijs, inuoluta prospicere, aut cõtingere possunt: Sunt tandem, quæ rudibus non nisi uelaminibus parabolarum, & ab ipsa summa ueritate contuenda proponantur, nè contingat ex facilitate uilescere, ubi debent, qui intelligunt ex contemplatione ueritatis proficere. Nam & Ioannes Baptista dixit supra: Se, antequam Dei patris uocem audiret, Christum filium suum dilectum esse ipsum Christum non agnouisse, cui tamen testimonium multiplex præbuerat, etiam dum in utero matris recluderetur, sed quia perfectiùs agnouit, cum patris testimonium audiuit: ideo se antè non eum agnouisse dixit.

Num. 4.

Ioan. 1.

Nescimus quò uadis, &c. Licebit hic suspicari Thomam crassioris mineruę fuisse, quippè, qui in capescendis archanis cęlestibus hębetioris esset ingenij: decet.n. dominũ etiam tales in suos Apostolos asciuisse, in quibus suæ magis spiritualis, & supranaturalis sapientiæ donum præfulgeret, nè humanis ingenijs fidei scientia inuenta crederetur. Adeo.n. Thomas rudioris capacitatis innotuit, ac etiam acrioris cuiusdam conditionis, ut nec cęteris omnibus asserentibus, & de proprio sensu testimonium præbentibus resurrectionis Domini capere mente posset, quod prius manus, & digitorum iniectione in Christi corporis uulnera, & cicatrices expertus non fuisset, aut igitur non perceperat Thomas uerba Christi de suo abitu ad patrem pluries expressa, aut eorum immemor effectus, recentiorisque sermonis Christi expergefactus, nullo ad anteriora uerba habito recursu præcipitem de se; imò & quod admirabilius est de cœteris coapostolis parem protulit sententiam: Domine (inquit) nescimus quo uadis.

Apostolorũ scientia parta diuinitus.

Hæc inest humanis mentibus cõis præsumptio, quæ uix alteri uirtuté dari patiatur, qua quisq; in seipso fiducatur, nam cum neminẽ facilè concedat mortalium temeritate seipso prudentiorem, sapientiorem, sanctiorẽ, meliorem, & in professione propria excellẽtiorẽ, facilè nobis cum cęteros damnamus, qui nos superari ab æqualibus in consocietate non sustinemus. Hinc facilè ab impijs iusti condemnantur, quia qualis quisque est, tales, & cęteros esse arbitretur; credunt.n. incontinentes nullum dari continentiæ locum, sententiam ferunt in cœteros, q̃ experiuntur in seipsos, & quod sibi uidetur difficile in alios impingunt impossibile; Hinc non uerẽtur, nec quod Christus affirmat propulsare, & negare: Duo affirmabat Christus de discipulis, & quod quò iret, scirent, & q̃ uiam non ignorarent; sufficit.n. sermoni Christi, pro maiori parte Apostolorum sermonem uerificari, quod si Thomas pro sua inscitia neutrũ intelligebat: satis sibi fuisse uidetur si suam non cœterorum ruditatem incusasset, sed qui solus noluit uideri rudis, & ignarus, cœteros taxatæ æqualis inscitiæ, & tarditatis; quod autem scirent ex alijs, & Thomas nesciret hoc apertè Beda manifestat.

Humana præsũptio & arrogãtia.

Viciosi, & impudici tales alios oẽs quales ipsi sunt esse arbitrãtur, & censent.

Dixit ei Thomas, &c. Quàm durum esset Apostolis à Christo separari, quàm graue, quàmvè molestū, à Saluatore, à dilecto magistro diuelli his verbis innuitur, quærunt enim omnino, & quo vadat, & quo itinere progrediatur, vt sequantur agnum quocunque ierit, nam & idem Thomas alias promptum se præbuit ad sequendum Christum etiam in morte: Eamus (inquit,) & nos, & moriamur cum illo: Ex maxima igitur dilectione, & ex flagranti desiderio viam, & terminum viæ scire desiderant, non alia ducti ratione, quàm vt eum sequi vbique possent, vnum tamen postulant, quod sufficere sibi credunt, vt à magistro non separentur, quò Christus.s. vadat, & qua via quò vadit pergat, comites se præbent, nè dum ciuitatis, sed etiam itineris, vt semper cum Christo esse possint, igitur, & viam quærunt, & scire vias eius volunt, quasi gens, quæ iustitiam facere, & à lege Dei non declinare desideret, se periculis exponere non curant, omnia incommoda paruifaciunt, hoc tantum abest, vt separentur à Christo: Proh dolor; nostram nō dolemus ignauiam, qui enim, & iam scimus, & quod scimus, tam certò scimus, quò Christus pergat, quia ad patrē pergit, & qua via pergat, nempe humilitatis, patientiæ, castitatis, persecutionū, tribulationū, paupertatis, charitatis, &c. Iam facilè ab illo diuellimur, & plerunque ab incepto itinere pedem auertimus, & quem illi quærunt in gloriam, despectum, in forma serui, passionibus, & ludibrijs expositum, nos gloriosum triumphatorem, immortalitate decorum in cœlesti illo regno ad patris dexteram consedentem, &c. Etiam inuentum se prodentem, & nobis exhibentem, vocantem, ad ostium pulsantem, præmia pollicentē relinquimus, & à sequela eius dum pedem auuertimus, nos ipsos subtrahimus.

Ego sum via veritas, & vita. Hæc responsio nedū Thomæ, sed & Petro, cæterisque Apostolis de abitu suo conquerentibus, & dolentibus expressissimè facit satis. His tribus verbis totum se pandit Christus quis sit, quid possit, & quibus suffragijs nobis succurrat. Hæc est totius Christianæ perfectionis summa, nihil arbitrari scire, nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixū; Ego sum via; ecce totius salutis initium: Ego sum veritas; ecce medium: Ego sum vita; ecce salutis terminum. His tribus indigemus singuli; vita, veritate, via. Duo prima non est, qui non appetat; sed viam etiam, qui illa indigent plerunque non appetunt; sed cum nec terminum sine medio, nec medium sine initio contingere possimus, ita nec ad vitam, sine veritate, nec ad veritatē, sine via possumus peruenire. Qui enim principium, & finem se esse ostendit, omnino, & medium etiam se fore fatetur, oportet enim medium naturam extremorum suscipere, nè igitur erremus in foribus, via est, nè fraudibus circumueniamur, veritas est, nè morte obruamur, vita est.

Via veritas, & vita sit nobis omnibus Christus, & singulis.

Incipientibus via est, proficientibus veritas est, perfectis vita est: Gentilibus via est; Iudæis veritas est, fidelibus suis vita est: ambulantibus per fidem, via est; habentibus spem in ipsum, veritas est: Charitatem possidentibus, vita est: Ego (inquit) sum via, quæ sum ostium, & quidem ad salutem, per me si quis introierit saluabitur, sum veritas ad doctrinam, qui de cœlo veni magister, & viam Dei in veritate doceo; sum vita ad æternitatem, qui ad hoc veni, vt vitam habeant, & vt

F abundantiùs habeant; Ego sum via præeundo factis, sum veritas erudiendo sermonibus, sum vita, coronando dotibus; sum via actiuorum, veritas contemplatiuorum, vita diligentium: sum via errantium, veritas intelligentium, vita fruentium: sum via, qua itur, veritas per quam itur, vita, ad quam itur; sum via paruulis, veritas adultis, vita senibus; sum via venientibus, sum veritas conuersantibus, sum vita morientibus: Ego sum via præbens iter populo terræ: Ego sum veritas dans intellectum paruulis: Ego sum vita, qui veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant: ego sum via per e-

G xemplum operis; si quis vult venire post me, &c. Ego sum veritas in locutione sermonis, verba vitæ habens: ego sum vita in præmio remunerationis, qui vitam æternam do ouibus meis: ego sum via, per quam eundum, & ostium per quod introeundum: ego sum veritas, in qua manendum, & sapientia ad paruulos erudiendum: ego sum vita, ad quam eundum, & terminus ad quem perueniendum: Ego sum via sine errore, veritas sine falsitate, & vita sine mortalitate: ego sum via tuta ab inimicis, veritas procul ab erroribus, vita absq; infirmitatibus: ego sum via venientibus, veritas manentibus, & uita migrantibus: ego sum uia per assum- Nota

H ptam humanitatem, ueritas per personalem proprietatem, & uita per æternam deitatem.

Ego sum via. Quam dum uiatores agnoscimus in promptu iam habemus, in qua ambulantes, ad uitam perueniamus, solent enim, qui sunt in uia aliquid habere uiæ ante se, & post se, & in quo præsentialiter sunt; Huius igitur uiæ, quæ Christus est, aliquid est, quod ante nos conspiciendum restat: grandis enim nobis adhuc restat uia, donec ad montem domini peruenire possimus, longa enim est uia, quæ à terris usque ad cœlos protenditur; unde clamat Proph. Quis ascen- *Psal. 14.*

I det in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Non igitur hic torpendum nobis, quibus superest tam longa uia, quæ continuis gressibus est absoluenda.

Aliqd ante viam in qua sum⁹, & aliqd in via pactū semper debem⁹ assidua cogitatione reuoluere.

Hæc nos præ oculis habere debemus, & obtutus nostros ad terminum defigere, Christum iudicē, præmiatorem, omnia prospicientem, quæ fiunt in uia, nec nō est aliquid uiæ, quæ retro aduertere debemus Christi incarnationem, præcepta, exempla, quæ præbuit, & passionis mysteria, quæ operatus est: Nobiscum autem habemus, & uiam.s. sacramenta, in quibus continetur Christus, qui est uia, & habemus, & frequentare debemus, uiatori enim duo præcipuè sunt necessaria panis, & baculus, primum ad alendum, secundum ad

K sustentandum, & defendendum, de secundo (inquit Petrus) Fidem esse, qua resistimus aduersarijs, aduersarius uester (inquit) Diabolus circuit, &c. Cui resistite fortes in fide. Hæc enim (teste Apostolo) est uictoria, quæ uincit mundum, in hoc baculo, Iacob ambulans Iordanem transiuit, sed nec deest panis in hac uia ambulantibus, imò qui est uia, & uiatoribus se fecit panem; Ego sum panis, qui de Cœlo descendi, panis quē ego dabo caro mea est pro mundi uita: Via igitur hæc tuta, quæ nec finibus fraudatur, nec parietibus occluditur, nec lapidibus occupatur, nec à latronibus obsidetur: Iuxta iter quidem scandalum ponitur; In via aūt nullum possunt scandalum ponere, via spaciosa, via secura, via pulchra; Non deseramus viā, & securi sumus in via, maneamus in via, & tuti sumus in via.

Proce-

Procedamus per viam, & certi sumus de termino viæ: Multæ quidem præparãtur insidiæ per viam, quę tibi non obsunt dum sistis in via; vide ne ad dexteram aut ad sinistram declines à via. Quia hinc inde, paratæ sunt insidiæ trahentium, atque serpentium, vt abdu ctum à via expolient, deuorent, diripiant, & occidant: In hac via habes Angelos ministros viæ, qui in ministerium mittuntur propter eos, qui hęreditatem capiũt salutis. Mandauit enim angelis suis de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Nõ audet inimicus, imò nec ua let ingredi uiam, quæ Christus est, quę custodia angelica munita est, quæ sancta est, super muros suos positi sunt custodes, non tacentes die, ac nocte: sed, sicut piscator qui nequit mare ingredi, ad latus tamen aut flu minis, aut oras maris, hamos, & retia mittit, ut illecti ca piantur incauti, ita & Sathanas mittit hamos, & retia sua, quibus illecti & incauti capti extrahantur à uia, sunt diaboli retia illecebræ, uoluptates, & temporalia bona, quibus capiuntur qui illa capiunt: Multos capit auaritia, quos capit & Sathanas, dicente apostolo; qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli: Non igitur segniter ambulandum, vbi passim est resistendũ. Nec enim ignoramus cogitationes Sathanæ insidias præparãtis, quapropter monet Apostolus, Videte quo modo cautè ambuletis, non velut insipientes, sed sicut intelligentes quæ sit uoluntas Dei.

Diabolus more piscatorũ retia, extendit & laqueos.

1. Tim. 8.

Ephes. 5.

Ego sum via. &c. Hoc primo proponit, sine quo cętera, quæ sequuntur, homo adipisci nequit: Se uiam di cit, & dum hoc prius dicit se ad ueritatem, & uitã consequendam ostendit. Ad utrumq; ipse est uia, qui scilicet, est etiam terminus uiæ. Minus nobis proponi ui debatur, qui solum nobis quem consequeremur terminum ostendisset, Domine (inquiunt) nescimus quo uadis, & quomodo uiam scimus? nobis igitur in ambiguo remanentibus, quo itinere, quo medio qua uia, cu iusve suffragio ad proposita transitemus, ipse se manifestat esse uiam, qui se fatetur esse, & terminũ uiæ. Quisquis igitur ab hac deuiat, à termino se deuiare agnoscat, cui nulla residui datur spes æternæ salutis. Teste enim D. Ambrosio. Ideo Christus carnem assumpsit, vt nobis ad cœlos sterneret iter, deinde (inqnit) ut scias quod uias suas omnipotens pater, secundum incarnationem præscripserit filio. Viæ igitur Domini velut tramites bonæ uitę à Christo diriguntur, qui ait ego sum uia &c. Via itaque superna est ipsa Dei virtus & Dei sapientia, est enim nobis Christus via, & bona, ac tuta uia, quæ suis fidelibus cœli regna patefecit. Hæc Ambros. Via ipsa Dei, quæ nos ducit ad Deum bonitas, & sanctitas est, humilitas est, castitas, abstinẽtia, patientia, & cæteræ uirtutes, secundum quod scriptũ est. Ibunt de virtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Syon, omnium autem uirtutum initiũ est ipse Christus, ipsæ nostræ integritatis principium, in quo moue mur, & sumus. Ipse nos pios, nos humiles, nos deuotos, & castos efficit, secũdum quod scriptum est. Scio, quia non possum esse continens, nisi Deus dederit, & alibi. Dominus constituit me initium uiarum Dei, qui se præbuit directorem, & præuium quem sequeremur. Venire post me. Qui vult uenire post me. Qui sequitur me &c. Ipse prius cępit facere, postea docere, Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, & vos faciatis, si uolumus uiam humilitatis ingredi, ecce

Psal. 83.

Sap. 8.

Prouer. 9

F ad quem accedamus. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, quia dñs Iesus obediens fuit usque ad mortem &c. Et sicut mandatum dedit sibi pater sic fecit, ieiunia ipse prius ieiunauit, & ad omnia se principium fecit. Hic errant quicunque errant, quia nõ in uia, sed extra uiam errant, dum se peccando à Christo deuiant, unde propheta. Errare fecit eos in inuio, & non in uia, quandoquidem, nihil damnationis est in his qui sunt in Christo Iesu. Hoc enim iusto iudicio operatur Deus, vt qui se abducunt à Christo, qui scientiam uiarum suam repellunt, & à semitis eius secedũt. Nisi à vijs suis pessimis resipiscant & conuertantur, cę

Psal. 105

G lestis habitaculi illarumque mansionum æternæ ciuitatis exules remanebunt. Hæc pręcipuè est sors hęreticorum, qui nec ad veritatem, nec ad uitam vnquàm peruenturi erunt, nisi prius ad uiam, à qua declinauerunt fidei, videlicet, rectitudinẽ reuertantur. Ad quos sic inquit glosa, loco citato, effusa est contentio super principes, & errare fecit eos in inuio, & non in uia super principes hęreticorum. i. hęresiarcas, ac errorũ magistros, effusa est contentio, non tantum quia ab ecclesia expulsi sunt, cum à via ueritatis deuiare voluerunt, sed quia vnusquisque ipsorum se principem facere statuerunt. De quibus dicitur Ipsi regnauerunt, & non ex

Hęreticorum sors.

Ose. 8.

H me, principes extiterunt, & non cognoui. Ideo errare eos fecit, relinquendo videlicet ipsos velut reprobos, tanquam cœcos, & duces cęcorum effectos, & sicut alibi scriptum est Contritio, & infelicitas in uijs eorum, uiam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei ante oculos eorum. Sed iam adueniente Christo oculi cęcorum aperiendi protestantur Esaia asserente. Tunc aperientur oculi cæcorũ, & saliet sicut ceruus claudus, lętabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo. Hæc sunt gaudia ecclesię gentium. Nam ipsa gentilitas, quę errabat in inuio, & nõ ambulabat in uia populo Iudęorum pręscripta, ita secura incedet, ut cerui instar etiam

Psal. 13

Isa. 37.

Ecclesiæ gaudia.

I saltando & exultando percurrat; sternetur enim euntibus iter, securo adeo incedent itinere, ut nullis possint aut falli aliorum semitis, aut prępedire offendiculis, quod & alibi idem prophe. recensuit, & erunt praua indirecta, & aspera in vias planas, ueni Domine noli tardare.

Isa. 40.

Venit igitur & qui ad sternẽdam nobis salutis viam descendit, viam, qua graderemur ostendit: Ego sum via; Et quidem idem Propheta, hanc viam sanctã nun cupauit. Via hæc sancta uocabitur, non transibit per eam pollutus, & hæc erit uobis directa uia, ita ut stulti non errent per eam; Non erit ibi leo; nec mala bestia ascendet per eam. Ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti à Domino. Conuertentur & uenient in

Ibidem.

Iter uiæ Christi tutissimum.

K Syon cum laude, & lætitia sempiterna super capita eorum. Gaudium & lętitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemitus ab eis. Hęc omnia quintus ille Euangelista de hac uia nobis pręnunciauit, & iustis à culpaque peccati per pœnitentiam conuersis, per uiam ac securam ostendit: Tarde ad nos peruenit omnis alia uia; Tardè pertingere conatur quisque nouarum uiarũ inuentor, nullus apud nos locus ascribitur. Ario Sabelio, Ocolãpadyo. Luthero, Caluino, uia nobis antiquior, amplior, securior, per quam incedamus designata patescit, quia ante Antichristos uerus est Christus, ante pseudochristianos, ueri fideles, ante omnes hæreticos

Habẽt proprias & nouas vias hęretici.

ecclesia

Ecclesia Catholica. Habent hi semitas proprias, qui pergunt in adinuentionibus suis. Vna tantùm nobis communis via, hæc est via; hęc est (inquã) via, & si quis ambulauerit per eam iam possidet veritatem, & ad vitam properat, nulla mala hic bestia, quia ab Ecclesia expulsa est omnis hæreticorum nequitia.

Bestiæ viã impedientes ad vitã sunt Hæretici.

Ego sum via veritas, & vita. Siste hic pedem, & considerationis diuinę bonitatis gradum ascende, hinc admirare maiestatem altitudinis diuinæ, postquam inclinauit cœlos, & ad nos descendit, encomia dulciora mutasse; prius arguebat de suo nomine sciscitantem, quid quæris nomen meum, quod est admirabile? Ego sum, qui sum .i. Ego ille sum, qui & solus sum, cuius esse, & ipse sum, & à me ipso sum: Ego sum Dominus Deus tuus; fortis, zelotes; visitans iniquitates patrum in filios: Ego occidam, & ego viuere faciam, si acuero, vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea; reddam vltionem hostibus meis: interficiet eos manus mea: sagittas mea implebo sanguine, de cruore occisorum. Nunc mansuetissimus agnus, qui non occisurus, sed occidendus sub nostræ mortalitatis vellere; pro nostra, omniumque salute descẽdit; nil aliud quam belatus voces depromit: Hinc audimus dicentem: Ego sum pastor bonus, & pono animam meam pro ouibus meis; Illinc, ego sum vitis, & vos palmites; Isthinc, ego sum panis vitæ, qui de Cœlo descendi: qui manducat hunc panem viuet in æternũ. Hinc ego sum ostium: hinc ego sum via: hinc si ego dominus, & magister; Isthinc, ego sum veritas: hinc ego sum resurrectio; Isthinc, ego sum vita. Vide quã bonus, & quàm suauis sit dominus: Attẽde quã dulcia faucibus nostris eloquia sua, & quomodo sit vsquequaque gratiosus, qui legis gratiæ author est, & institutor? Guttur illius suauissimum decantabat sponsa. Quid est guttur, nisi tuba naturæ, qua voces in auribus audientium proferuntur, ò suauis, & sonora tuba, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis; Ignorat quàm sit suauissimum guttur Saluatoris, qui nec gustauit, nec vidit, quàm suauis, & dulcis sit dominus, & dum inquit: ego sum via, insinuat omnia alia errores esse, dum ait: ego sum veritas, edocet omnia ab eo esse insanias, & falsitates: Et cum se esse vitam affirmat, omnia peritura à seipso probat.

Exod. 20.

Mansuetissimus agnus est Christus.

Ioan. 10.

Ioan. 15.

Ioan. 6.

Ioan. 12.

Cant. 5.

Ego sum via, &c. Non humanum, sed diuinũ opus in inuio viam sternere, & aditum in obstruso resecare, nulla prorsus erat in terra ad cęlos via, nisi Christus veniens in terra se statuisset viam. In terra deserta enim inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam, nam & sicut in terra deserta nullus ad vitam fructus aderat, nisi mox adueniente Christo clamitat præcursor, velut Christiani agni bubulcus: facite fructus dignos pœnitẽtię, ita & in inuio nulla erat via, nisi se Christus viam statuisset.

Psal. 62.

Ego sum veritas, &c. Hinc Apostoli testimonium confirmatur, quod ab eodem Christo vnico verbo cõprobatur. Inquit enim Apostolus: Lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Iesum Christum facta est. Non poterat Moyses omnem complectere veritatem, cui appositi fuerunt alij sapientes, possidẽtes veritates: cui consilio adaucti sunt agnitores veritatis. Prouide (inquit ille) viros potentes, ac timentes Deum, in quibus sit veritas, sola namque summa veritas est, à qua omnis veritas, sola prima veritas extat omnis veritatis, sola tandem æterna veritas omnem ambit veritatem.

Ioan. 1.

F

Ego sum uita, &c. Talis vita, quæ est author vitæ; in quo omnia viuunt; sola mortis restauratio, imò & ab ipsa morte reparatio. Qui credit in me (inquit) et si mortuus fuerit viuet, & omnis, qui viuit, & credit in me non morietur in æternum, quod si viuere viuentibus est esse, postquam apparuit Christus vita nostra, dicamus cum Apostolo: Vel saltem satagamus, vt dicere valeamus: Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Christus, & alibi. Charitas Christi vrget nos, æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est; Is autem sibi viuere dicitur, qui in sui obsequium, quidquid agit conuertere nititur, sibi viuere dicitur, quisquis in propria voluptate detentus, quæ sua tantum quærit, & non quæ Iesu Christi, & propriam cogitur perdere vitam, qui à vera vita separatur; Impij quam suam colunt vitam, alterius vitæ ignari (teste Sap.) inquiunt apud se, non rectè cogitãtes: Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & tanquam vestigium nubis transibit vita nostra: Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt; coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra, &c. E contra inquit iustus. Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.

Ioan. 11.

Viuere viuentibus est esse.

Gal. 2.

2. Cor. 5.

G

Sap. 2.

H

Philip. 1.

Sum vita tandem dum vobiscum viuendo conuersor, sum vita dum pro vobis morior, sum veritas dum finaliter iudico.

Ego sum uia, &c. O via mirabilis, & tuta qua iusti ambulant. Sancti tui domine mirabile consecuti sunt iter, seruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illesi.

Sap. 19.

Ego sum ueritas, &c. O eximia, & suprema veritas. In qua sunt omnes thesauri Sapientiæ, & Scientiæ Dei absconditi, cuius omnia nuda, & aperta sunt oculis.

I

Ego sum uita, &c. Fœlix vita, per quam omnia viuunt, sine qua moribunda sunt omnia, per eum omnia commutantur in melius, cui nullus vnquam viuendi est terminus, de qua idem Dominus: Elige vitam, vt & tu viuas, & diligas dominum Deum tuum, vt obedias voci illius, illiq; adhæreas. Ipse enim est vita tua, hæc est illa corona, quam Christus pollicetur charis amatoribus suis, dicente D. Iacobo Apostolo: Cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ, quam promisit dare diligentibus se.

Deut. 30.

Iacob. 1.

Ego sum ueritas, &c. Exinde depræhenditur, quod Christus sit veritas, cum ipse sit medium, principium cum fine connectens, sic enim est primus, vt etiam sit vltimus sic est principium, vt etiam sit finis omnium, qui de seipso tanquam de principio expresè ait supra. Ego principium, qui & loquor vobis, & iterum de se ipso velut de fine inquit. Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum supra. Adhuc hoc celsitudinis suæ admirandum mysterium denuo assumptus in Cœlo, in reuelationibus aperuit, vbi intulit. Ego sum Alpha, & Omega, idest, prima, & vltima omnium, quæ proferuntur littera: Quid est ipsum esse primam, & vltimam litteram, seu omnium vocum elemẽtum, nisi apertè, & illud insinuare, quod & ipse Ioan. supra insinuauit: Quod omnia per ipsum facta sunt, &

K

Christus ẽ mediũ, priñcipiũ cum fine cõnectens.

Ioan. 8.

Ioan. 12.

Apoc. 22

Ioan. 1.

& sine ipso factum est nihil. Nè causeris autem de litteris Grecis Alph. & Om. Iota.n. reuelatio illa in insula Pathmos facta Ioanni Idiomate Græco fuit facta, iuxta illius regionis seriem, & perinde est, ac si Hebraico sermone dixisset: Ego sum Aleph & Tau quarum litterarum altera est prima. i. Aleph, altera verò vltima Tau. Nihil est ex his, quod officiat, imò quod non proposito deseruiat, cum hincinde eadem ratio se offerat.

Ad horum igitur omnium completam rationē, hoc tantum residui superat, vt plena ratio omnium rerum in vna compleretur suprema veritate, vt se mediatorem efficeret, & verissima omnium compago constitueretur, & esset vna omnium completa veritas, quæ non tamen esset principium, & finis, sed & omnia media complectens, qua ratione iam suscepto sibique vnito homine Christus se veritatem absolutam ostendit: Ego sum veritas. In quo homine omnigenam creaturam assumpsit, ex eo quod in homine creaturarum rerum singuli constituti sunt gradus, & entium existentium differentiæ: quæ omnia in seipso sumpta vltimo sunt fini, ac deitati vnita, & copulata, quo sempiterno, ac indissolubili vinculo disiuncta sine fine manerent; Ipsi igitur velut vnico mediatori propriū munus ascribitur, quo mediante possimus, vltimo nostro fini coniungi, suaque non alia virtute eidem vniri, quo è medio sublato, nullo modo pertingere valemus ad ipsum, quem omnibus votis optamus. Hinc Apostolus: nullum alium admittens inquit Vnus est enim mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus; Quid est homo Christus, nisi Christus propter suam humanitatem, secundum quam factus est mediator?

In homine sunt cium creaturarū gradus, & entiū omnium existentiū differentiæ.

1. Tim. 2.

Hæc summa est veritas, in qua cuncta adæquantur, & velut consona suis mensuris disposita cernuntur. Hæc est illa celebrata veritas, qua sic oblectantur animi, vt nil gratius acquirere, vel iucundius possidere valeant, est enim (vt sapientiores dicunt) rectitudo quędā animi, nihil obliquitatis habens, sola mente perceptibilis. Ab his deperditur, & pœnitus, quæ, aut qualis sit ignoratur, qui terrena tantum sapiunt, & propria si nō carent, tamen fraudantur mente, ad fontem veritatis, qui Deus est, aut nulla, aut obliqua tamen mente conscendunt. Si quis autem antiquissimæ illius linguæ, quæ sancta vocatur, litteras, quibus componitur hæc dictio veritas, dictarumque mysteria litterarum dignoscere cupit, quomodo sint omnes bifariam quadratæ figuris videlicet, & numeris quibus firmitas, & stabilitas veritatis insinuatur. Et quomodo mendacij litteræ, nec seorsum, nec copulatæ simul habeant consistētiam, vt subsistere possint, vt inde sumptum sit commune apud omnes illud vulgatissimum adagium mendacium, breues, & claudos habere pedes, adeoque debiles, vt nullo modo diu, nè corruat consistere possit, consulat tonum quartum cantici secundi mundialis harmonyæ.

Veritatis oblectatio

Veritas est qdā animi rectitudo, nihil non rectum admittens sola mēte percepubilis.

Mendaciū breues, claudosq; pedes hēt, & debiles.

Ego sum uita, &c. Hæc nobis consolatio (inquit Ambrosius) fiduciam spei parit, vt securi de futura vita, omnia hic postponentes, Christum sequamur; est itaque (ait) vita ista in corpore imago, & vmbra vitæ, non veritas, qui simul in tenebrosis, & in vmbra mortis versamur, omnes enim sancti in vmbra sunt, quàm diu in carcere mortis huius, & in corpore consistunt, viuimus autem in vmbra vitæ, qui in vmbra Christi,

Vita hæc nostra futurę vitę ē vmbra.

F aliarumque suarum consistimus, & cum nemo hic perfectè Deo placere possit, vbi non bonum illud, quod volumus agim⁹, sed malum, quod odimus operamur, & facimus, in sola regione viuorum placere Domino valemus, vera igitur vita illa est, quæ nec occasu, nec temporibus terminatur, quam futuram speramus, & ad quam anhelamus, quomodo autem illa censenda est vita, quæ si in potentatibus octoginta annos attingat, amplius eorum labor, & dolor? Et quia per imaginem ad veritatem perducimur, imò non inanis prorsus est mortalium uita, si tamen per hanc, tanquam per imaginem ad ueritatem conscendimus; Est ergo, &

Vita nr̄a ē imago.

G bona: est & mala mortalium uita, eorum est bona uita, qui iam non sibi, sed Christo uiuunt, est eorū mala, qui peccato uiuunt, erat de priorum numero, qui inquiebat. Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum, uiuo ego, iam non ego uiuit uerò in me Christus. De numero aliorum hi erant, ad quos ipse, qui est uita, ait. Moriemini in peccato uestro, & hæc est mors peccatorum pessima, ò infœlix uita, quæ ducit ad infernum uiuentes.

Philip. 1.

Ioan. 8.

Tandem si quę nobis hic uita esse uidetur, memento, quia uentus est uita tua, quàm breui uiuas tempore, & quoniam leuior fauilla dicitur, quæ uix accensa

H dum eleuatur, extinguitur. Est autem hæc uita nostra in Deo abscondita, ut docet Apost. Apud patrē (inquā) apud quem (inquit Propheta) est fons uitæ, qui fons uitæ, nisi author uitæ? Ipsum. s. uerbum, de quo testatus est supra Ioan. In principio esse uerbū, & uerbum esse, apud Deum, Deumque esse uerbum, quod si ab unico hoc fonte, uiuentia omnia necessum est emanare, authorem omnis uitæ oportet ipsum appellare, quod & princeps Apostolorum obseruauit, dum ait: Vos autem authorem uitæ Iesum interemistis.

Iob 21. *Colloss.* 3 *Psal.* 35.

Act. 5.

Hunc autem fontem à loco uoluptatis egredi, scriptura memoratur. Nullus autem in Archetypo, alius

I datur uoluptatis locus, in quo omnium bonorum plena sit possessio, nisi solus Deus, quo totus irrigatur, ut irrorescat paradisus, de quibus aquis illa facta est mentio, quæ aquas ab aquis distinxit, dum aliquas sub firmamēto, aliquas autem supra firmamentum primū Cœlum constituit: Quia non naturalis tantum, sed & supranaturalis uitæ Christus est fons, & origo. Hæc est uita, de qua dicitur: Et erit uita tua, quasi pendens ante te, & non credes uitæ tuæ; quæ ab obiurgandam Iudæorum perfidiam sunt dicta, secundum quod & Apostolus Galathas reprehendit, qui non obedirent ueritati. Quis uos fascinauit non obedire ueritati, in quorum oculis præscriptus est Christus? Non uitam pendere, sed quasi pendere prædixit, quia non Chri-

Gene. 2.

Solus De⁹ est omniū bonorum plena possessio.

Gen. 1.

Deut. 28.

Gal. 3.

K stus, sed imago crucifixi, nostris se se offert obtutibus: sicut enim serpens ille in quem respicientes à morsibus serpentium sanabantur, non realis, sed æneus erat, & tamen à cōtagione uirus, homines. i. à morte liberabat: ita maiori, multumque impari ratione, & diuina uirtute, imago crucifixi in quem speramus, & per quem à peccatis emundamur, pia, deuotaque mente inspicientes liberat, & à damnatione nos saluat: Neque enim per imaginem in aliud obiectum, quàm in ipsum imaginatum transimus, cum unus tamen sit motus (ut sapientiores fatentur) in imaginem, & ipsum imaginatum.

Imago crucifixi saluat, & liberat.

Qui

Sãctarum imaginum cultus, & veneratio laudabilis est, & à Chŕo approbata.

Qui autem scioli laudabilis litteraturæ ignari, nec distinguere sciunt, nec seiungi patiuntur imaginis rationem à ratione ligni, lapidis, cupri, auri, & quarumcunque materierum, in quibus incisæ, sculptæ, aut delineatæ sunt imagines. Hi rudioris mineruæ homines calumniãtur pietatem Christianam, velut idolatricam in santa imaginum veneratione, quam semper amplexa est Ecclesia, & prosecuta. Nam si mala esset, quomodo etiam Gentilis illius Cœsaris Christus non esset detestatus imaginem, quem magis honorasse conspicimus, quem dixisse legimus. Cuius est imago? responderunt. Cœsaris, & ait: Reddite ergo, quæ sunt Cœsaris Cœsari, & quæ sunt Dei Deo: vbi inter imaginem, & Deum talem proportionem intexuit, vt vnicuique sua iura sine disceptatione conueniant: nobis autem conspicuum est, Christum Dei patris imaginem omnem iustorum imaginem, esse non contemnere. G

2. Cor. 4. & Col. 1. Apostolus nos admonet Christum Dei inuisibilis imaginem esse, cuius Christi nos eam emulari oportet imaginem, quam ad effigiãdam nobis præ oculis reliquit,

2. Cor. 15 vt sicut portauimus (inquit Apostolus) Imaginem terreni, ita & portemus imaginem Cœlestis, vt simus coram Deo, conformes imaginis filij eius. Nec maximo potest vacare mysterio: In Syndone illa munda, in qua obuolutum in morte eius Christi corpus legimus, declinantem sui corporis formam, & effigiem reliquisse, quam adhuc apud Catholicum, ac Serenissimum Ducem Sabbaudiæ reseruatam non ignoramus, quamque nostris oculis conspicere, non tamen sine animi concussione digni fuimus, sed & illius Archetypum, quæ & virgo, & mater est Saluatoris non semel tantum, sed iterum, atque iterum conspeximus, quod à Palestinæ partibus ad nos Angelorum ministerio translatum in Sancta Domo, quæ nomen à Laureto est sortita. D. Lucæ opera est de promptum, quod & innumerabilibus miraculis comprobatum maximè velint, nolint hæretici adhuc ab omni fidelium cœtu pietate colitur, veneratur, & nunquam frustra imploratur. Quis hæc inficere, negarevè, aut reprobare audeat, nisi & neget Christum, & reprobatus sit à Christo.

Chŕs morientis sui corporis effigiẽ reliquit, & formã, siue imaginẽ, q̃ apud Serenissimum Sabaudiæ Ducẽ, icli tũ pricipẽ & catholicũ, reseruata tenetur, & colitur.

Ego sum via veritas, & vita. Obserua, & in præcordijs tuis, velut in firma scylice scribe. Quomodo non sit alia natio, tam grãdis, quæ habeat Deos appropinquãtes sibi, sicut Deus noster adest nobis: Ego sum via, veritas, & vita, inquit: Ego sum ad quem itur, per quem itur, & quo itur; dicis Thoma: Et aliorum inscitiam incusas, quia nec quò vadam, nec quà viam scitis: Et ego dico vobis, qui me scitis, & vnde sim scitis, qui me Christum filium Dei viui confessi estis, etiam quò vadam scitis, & qua via vadam, scitis. Quandoquidem ego sum via, veritas, & vita: scitis igitur viam, qui scitis eum, qui est via, si tamen nescitis adhuc viam, qui eum, quem scitis, nondum intellexistis viam. Per seipsum ad seipsum Christus vadit: ipse enim est vita, qui est verbum, in quo consistit vita, de quo supra. In ipso vita erat, & ipsum, quod est vita, etiam est via, quia via erat lux hominum: tunc enim vita facta est via, cum verbum factum est caro, ipsum sibi fuit via, qua & ad nos descendisse, & iterum ad patrem ascẽdisse fatetur, nulla alia via, nisi in humanitate venire dicitur, q. cęlũ, & terrã implet, de quo & Proph. testatur: Si ascendero in cęlum, tu illic es; si descendero ad infernũ ades, &c.

Ioan. 1. Fit via vita dũ fit caro verbum.

Ps. 138.

F Est hæc via Dei, in qua est Deus, quæ nũquam sine Deo est, cui vnita fuit: vna igitur persona, ipsa est vita, in qua latet plenitudo diuinitatis, ipsa est veritas, quæ est sapientia patris, & subinde facta est via ratione assumptæ humanitatis. Vnde Augustinus: Venerat Deus per carnem ad homines, veritas ad mendaces, quia est Deus verax, omnis autem homo mendax, & ipsum verbum est, & vita, qui est resurrectio, & vita, qui suam, quam posuit animam, iterum sumere per seipsum potuit, & nobis vtramque vitam, quam perdideramus sua potestate, & benignitate donauit, dicente Apostolo: Cum apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria: Gratias tibi Deus, quia notas mihi fecisti vias vitæ adimplebis me lætitia cum vultu tuo, quia idem es nobis via, qui es, & terminus viæ, vt non hinc, & inde quæram terminum viæ, & viam, sed in te vno habeam viam, qui es mihi terminus viæ, quo semper, & in te simus, & nos ad te anhelemus, per quem sumus in via, & peruenire possumus ad terminũ viæ: hinc enim, & descendentes ab hac vita, dum futuram inquirimus habemus eum viaticum, qui s. & via sit, & vita, vt quem in via sumimus, & custodem habeamus etiam perenniter possideamus.

August.

Colloss. 3.

Est Christ' via, & viæ terminus.

H *Ego sum veritas, &c.* Post viam ponit veritatem, vt hanc viam, non nisi veritatem intelligas. Via enim veritatis ipsa tuta est, & secura, quam iustus ille se elegisse fatetur. Viam veritatis elegi, &c. Est enim veritas id quo omnia vera sunt, cum omnia per Christum facta sint, omnia per ipsum vera sunt, illud autem per quod & omnia sunt, & verè sunt, ipsa veritas est, solus igitur Deus verax, & veritas à quocunque dicatur à Spiritu Sancto est, quia solus Deus est, qui est: dicente eodem: Ego sum, qui sum, cœtera, quia à Deo sunt, ex seipsis nec vera sunt, quæ ab alio sunt. Ipse igitur cuius esse, nec participatum est, nec aliquando tantum est, sed essentialiter, & æternaliter, totum. s. est, ipsa veritas est, insuper, & quicunque de proprio loquitur, mendacium loquitur: quia Deus solus verax est, omnis autem homo mendax. Nam quisquis de proprio loquitur, non loquitur veritatem, quam quicunq; loquitur, de alieno loquitur, quia Deus verax est, qui ipsa veritas est, veritas enim immortalis est, perennis est, incommutabilis est. Et qui negat veritatem stolidus est, quia quam negat, dum negat, affirmat; Vnde Augustinus. Omnis creatura opus est veritatis, est quidem creatura vera, non tamen veritas, quæ naturaliter est ipsa diuinitas, & alibi. Tunc veritas carne induta est, cum verbum caro factum est, & de Maria Virgine orta est, quia veritas de terra orta est. I K

Ps. 118.

Exod. 3.

Veritas immortalis ẽ & perẽnis.

August in' in Epist. ad Donatũ

Veritas ipsa ostendit nobis viam, quæ nos ducit ad vitam, ãtequam carnem sumeret, nondum in terra apparuerat ueritas, cum autem ueritas de terra orta est, nostra ueritas facta est. Nobis vndecunq; innotescens, quæcunque dissoluens, illustrans, aperiens, & in lucem reducens prophetias ad ueritatem; legem ad perfectũ; scriptura ad realitatem; figuras, & promissiones ad ueritatem perducens, quia igitur, nil dulcius, quàm uinciri funibus amabilis ueritatis, quæ tãm gratam se exhibet degustantibus, & esurientibus illam, ideo se nobis ipsam exhibuit, qua illecti nutriamur, & reficiamur, & randem ab omni, aut falsa, aut uana apparenti specie distracti, trahamur ad immortalitatem, cum illa;

nullus

Pulcherrima est veritas, & summe amabilis.

nullus enim adeo fortis est, adeo sapiens, & prudens, qui funibus veritatis non se facilè vinctum reddat: ipsa enim omnibus prævalet, quæ omnibus dominatur, pulcherrima est, honestissima est, sanctissima est, omnes in hanc intendunt, hanc concupiscunt, pro ista singuli vbiq; decertant, in foribus, in domibus, in scholis, apud barbaros, etiam ethnicos, & publicanos, in quibus, & si sponte multi mentiantur alijs, nullus tamen est, qui velit, seu possit sibi ipsi mentiri, veritas enim per seipsam amabilis, quæ propter seipsam, & non propter aliud amanda est, nullo pretio æstimabilis est, inuendibilis est, incommutabilis est, non comparandũ est aurum veritati, non argentũ, non lapides preciosi; hæc omnia in comparatione eius, lutum sunt, exigua arena sunt, nihil sunt. Preciosior est cunctis opibus, imò & angelicis spiritibus, & humanis mẽtibus, quorum vita in veritatis cognitione, qua nutriũtur, existit, nec paruam veritati iniuriam irrogant, qui illam, aut occultant, aut in angulis perdunt, veritas communis omnibus est; nullius singularis hominis est, hanc sine fictione quis didicit, sine inuidia etiam communicat. Veh mihi (inquit) si tacuero: Sunt qui inuoluunt vanitate veritatem, qui auditorum auribus fucatis verbis prurientes hanc inhonorant, reginam ementitis vestibus deturpantes, cum tamen eloquia domini, sint eloquia casta, argentum igne purgatum septuplum; est n. veritas germana charitatis, si rectè ordinata est, quia vbi summa est veritas ibi summa est charitas, cæterùm multi multa sciunt, sed hæc nec bene sciunt, dum seipsos nesciunt. Nam (Gregorio teste) scientia sine pietate, impietas est, inflat enim non ædificat. Extollit nõ humiliat, ideo hoc nobis malum scientia à charitate diuulsa ingerit, vt surgant indocti, & nos cum scientijs nostris in profundum demergamur. Propterea (vt inquit Proph.) Quoniam non cognoui litteraturam introibo in potentias Dñi, non igitur glorietur sapiens in sapientia sua, quia quod scimus, quomodo oporteat scire plerunque nescimus, veritas cognitionis à veritate affectionis non est seiungenda, vt vna in nobis tantum sit veritas, quæ in Christo, per Christũ, & ad Christum est. Sin autem minus audi Apostolum. Si habuero omnem prophetiam, & omnem scientiam, ac tantam fidem, vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Veritatis pretium. — Isa. 16. — Veritas est soror charitatis. — Psal. 70. — 1. Cor. 13

Et vita. Ipse enim est in se vita, qui in nobis est author vitæ, in ipso non sua tantum, sed & nostra existit. Vt homo est via, vt filius æterni patris est veritas, vt idem cum patre est vita. Est autem secundum Ambrosium triplex vita, est quædam vita non ad vitam, sed ad mortem, quæ est mala, & est uita ad meliorem uitam, quæ est bona, tertia aũt est media, hæc ultima communis, & iumentis, & plantis à proportionata materia deducta, secundum quod scriptum est. Producat terra animam uiuentem iuxta genus suum, prima à diabolo est, à quo mors introducta est, inuidia enim diaboli, peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, propter quod scriptum est. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur; Homo enim per peccatum occidit animam suam, neutra hæc uita spectat ad Christum; non enim mortuorum, sed uiuentium Deus est, altera autem, quæ sublimior est, ipsa amabilior, quæ à nexibus mortis absoluta est, & eius est, qui de seipso

Triplex vita datur. — Gen. 1. — Ezec. 18.

A fassus est: Omnis, qui uiuit, & credit in me non morietur in æternum, ad hanc anhelabat, qui dicebat suscipe me, secundum eloquium tuum, & uiuam. Hæc uita nostra Christus est, quæ tantum iustis est. Absorbetur mortalis ab immortali uita, ut qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro nobis mortuus est.

Ioan. 1. — Psal. 108

Audi Augustinum interprætantem illa uerba. Deduc me Domine in uia tua, &c. Via tua ueritas tua Christus est. Ego sum uia ueritas, & uita. Deduc me domine in uia tua, in qua uia? Et ingrediar in ueritate tua siue (iuxta aliam interprætationem,) & ambulabo in ueritate tua, aliud est, ut ducat ad uiam, & aliud, ut B deducat in uia. Vide homines ubique pauperes, ubiq; adiutorio egentes. Qui præter uiam sunt, aut Christiani non sunt, aut catholici nondum sunt, deducantur ad uiam. Sed cum perducti fuerint ad uiam, & catholici in Christo facti fuerint, tunc ab ipso deducantur, nè cadant in ipsa uia. Certè iam ambulant in uia, deduc me ibi, & ambulabo in ueritate tua (iuxta quod & alibi scriptum est: Deduc me domine in semi tam mandatorum tuorum quia ipsa uolui.) Deducente te non errabo, si dimiseris uiam aberrando declinabo. Et nisi supponas tu manum tuam, corruam à uia tua. Deduc igitur me, & non dimittas me, usque in finem, C ut possim peruenire ad finem. Quomodo deducit? Semper monendo, semper dando tibi manum suam. Supponens manum suam, porrigensq; dexteram operi suo. Brachium autem domini cui reuelatum est? Dando Christum suum, dat manum suam, dando manum suam, dat Christum suum. Ad uiam ducit, cum perducit ad Christum suum. Deduc ergo me domine in uia tua, & ingrediar in ueritate tua; in illo utique: qui ait: Ego sum uia, ueritas, & uita. Nam qui in uia, & ueritate deducit, quò nisi ad uitam perducit? Illa igitur uita uera est, quæ semper est, hæc autem breuis est nõ propriè uita, sed imago uitæ est, in imagine enim D pertransit homo, per imaginem enim ad ueritatem rei perducimur.

August. in Ps. 85. — Psal. 118 — Vera vita.

Quid igitur cunctamur, qui uitam tam intensè diligimus, si hanc quam possidemus, nec retinere possumus? Aliam diligamus, in qua æternaliter uiuere ualeamus; quantis respersa est erumnis illa uita, quæ est militia hominis super terram? Vita nec dici potest cuius terminus mors ipsa est; Illi uiuere uis, ubi mori cogeris? Nimis stultum est, illud uelle, quod non est possibile habere, an adhuc nos ipsos decipimus, ut aliquid appetamus, quod nullatenus consequi ualemus? quibus autem querulis uocibus deploranda sit E huius nostræ mortalitatis uita, optimè uir ille eximius Augustinus inter cæteros ostendit. Tedet (inquit) me ualde uitæ huius, istiusque ærumnosæ peregrinationis. Quid hac uita infœlicius? Vita plena miserijs, uita caduca, uita incerta, uita laboriosa, uita instabilis, & immunda. Vita Domina malorum, Regina superborum, erroribus plena, quæ non uita, sed priuatio uitæ, & mors est dicenda, in qua momentis singulis morimur, & tanquam uentus est uita nostra, in qua uelut aqua decurrens dilabimur. Quomodo dicenda est uita, in qua elementorum qualitatibus quatimur, doloribus passim excruciamur: fame, & siti extenuamur: Escis tabescimus, tristitijs dissoluimur, & inter ridendũ plerunque morimur, inter bibendũm suffocamur?

Augustin. in libro ꝑ cationum. — Vita nostra miserrima.

O quantis

O quantis resperſa eſt amaritudinib' infœlix hęc vita, quæ tamen ſuos habet ardentiſſimos amatores, & multos ſuæ voluptatis inebriat, qui cum ipſa, quam amant vitam, mori tandem coguntur. Ea autem vita beata, vita vera, & ſecura, amabiliſſima, ea eſt quę mortem non patitur, ſed tollit: morti non ſubiacet, ſed prævalet, non ſuccumbit ſed perimit, mors tua (inquit) qui hæc vita eſt. In hac vita nihil decliue, nihil ad ſenium, nihil ad terminum, vtinam nos ſuos habeat amatores, & ſui efficiat vere cultores, vt nobis viuere Chriſtus ſit, & mori lucrum.

Nemo venit ad patrem niſi per me. His paucis oſtēdit Dominus, quonam tendat hæc via, quæ ipſe eſt; Cum enim ait, Nemo venit, oſtendit rationem viæ. Cū vero ait: Ad patrem, patefacit terminum viæ; Et cum ſubintulit, Niſi per me, manifeſtat, cuius viæ ſit ipſe via, verum cum pater ſit terminus, & affectionis, & intellectionis, ad vtrunque hunc terminum Chriſtus, eſt vna via; quia nemo venit ad patrem niſi per eum, ſupra enim dixerat; quia vado ad patrem: nunc tanquam inuitans cæteros ad eundum ſecum inquit; Nemo venit; non enim ait, nemo vadit, ne quis arbitraretur poſſe ſine ipſo ire, ſed venit: quia quicunque ad patrem vadit, oportet vt cum Chriſto vadat. Nam ſi ad patrem quis vadit, vt ad cognitionis terminum per ſolum Dei verbum, quod ſecretorum eſt portitor & manifeſtator diuinorum, accedat oportet, dicente eodem, Nemo nouit patrem niſi filius, & cui voluerit filius manifeſtare; *Matt. 11.* Sicut enim ad ſecretum hominis non peruenitur, niſi per verbum hominis, ita ad ea quæ archana ſunt Dei, nemo peruenit, niſi per verbum Dei, & ſicut quod habet homo intus in animo, non poteſt hominibus manifeſtare, niſi aut vocibus, aut litteris ſuum verbū induat, ſeu veſtiat, ita & Dei verbum, vt notum fieret hominibus, viſibili carne illud veſtiri voluit, de quo dicitur, *Pſal. 97.* Notum fecit Dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gētium reuelauit iuſtitiam ſuam, Ecce igitur quomodo, Nemo venit ad patrem, niſi per filium, adhuc autē (vt quod mente attingimus animo poſſideamus) ſolus Chriſtus ad conſequendam beatitudinem eſt via: Nemo (ait) venit ad patrem niſi per me, per me vnicū Saluatorem, vnicum Dei, & hominum mediatorem, vnicum ducem & legiſlatorem. Hic enim vt ad eum aſcendamus, propriam & conſubſtantialem ſobolem dedit, vt errantem quem creauit tuto itinere ad patriam reduceret, vnde ait Propheta. *Pſal. 39.* Statuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos, Deduxit enim nos ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum.

Nemo venit ad patrem niſi per me. Notandum non dixiſſe, neminem iturum ad patrem, niſi venerit mecum, ſed per me. Quis eſt qui cum gigāte currere poſſit? Ipſe enim exultauit, vt gigas ad currendam viam; qui & cuidam multum de ſe ipſo, & viribus ſuis pluſquam par eſſet, præſumenti aperte dixit. Non potes me modò ſequi, ſequeris autem poſtea & vt infra uidebitur, A longè ſequebatur, ſed & qui ſimul incedunt pares eſſe creduntur. Cum igitur æqualem non patiatur diuinitas, fruſtra cogitur ſibi pacificari humanitas. Ipſe namq; eſt ſuper omnes homines, qui Deus ſimul eſt & homo: Quem te igitur facis qui Chriſto te æqualem facis? Non imitaris ad ambulandum cū Chriſto, qui lōgè inferior es Chriſto: Noluit propterea dicere, F Mecum, ſed per me; quid eſt per me niſi meis mediantibus meritis? niſi meæ paſſionis interuentu? et vnico meo ſuffragio? per me ianuam, & paradiſi oſtium? Dixi ſupra, Si quis per me introierit ſaluabitur, & paſcua inueniet. Nunc quod ſit pabulum oſtendo, patris viſionem illud eſſe declaro, ibi in paſcuis vberrimis Chriſti oues paſcentur, vbi ſola ſatietas continetur, de qua dī: *Pſal. 16.* Satiabor cum apparuerit gloria tua, per me, quē prius non ſolum eſſe infidelibus dixi, ſed hæreticis veritatem, & veris fidelibus vitā me eſſe ſum proteſtatus, ne quis horum, aut deſpondeat animum, ad conſequendam ſalutem, aut ne quis cauſetur fidelium in bene credēdo, G & in bene operando, ſimul igitur oſtendo & viam, & terminum viæ, vt quiſquis viæ terminum cupiat, uiam eligat, & greſſibus congruis per illam incedat, dicatq; cum Proph. *Pſal. 85.* Deduc me in uia tua, & ingrediar in veritate tua, & introibo in domum tuam.

Nemo poteſt. &c. Poſtquam ſupra dixerat, nemo poteſt venire ad me, niſi pater, q̄ miſit me, traxerit eū: hic vice verſa ait, neminem fore iturum ad patrē, niſi per me, Quid (quæſo) prętendunt iſti recurſus? quæ harum ratio viciſſitudinum? Quid præ ſe ferunt, ad patrem ire per filium, & ad filium venire per patrem? Vt his agnoſcas apertius, nihil in patre eſſe virtutis, aut H potentiæ, quin totum ſit in filio, & ut his velut præambulis ad vniuerſalem illam maximam deſcendas, ad quam his plurimis te inuitat. Erit enim vita, omnia cōplectens maxima, quod omnia patris ſua ſint, & ſua omnia patris ſint. Eapropter oſtendit ſe ipſum in nullo à patre diſſidentem, ſed communia cū ipſo omnia poſſidentem: Ego igitur ſum, & via, qua itur, veritas, qua quiſque dirigitur, & vita, qua beatè, ſempiternèq; viuitur. Quia ſicut nemo intuendo poteſt videre patrē, niſi per me, ita nemo poteſt peruenire ad patrem niſi per me, ergo non ſolum ſum via, per humanitatem, non ſolum ſum veritas per verbi perſonalitatem, ſed ſum vita I per eandem cum patre diuinitatē, Ego ſum hoſtia pro peccato, ego ſum ſacerdos mediator Ego ſum dominus totius vitæ auctor, non habent principes aut reges, ſiue pontifices, tales ianitores, qui oſtium ſint vrbiū, aut domorum: Neq; habent tales belli ductores. Gloriantur & pleriq; aulis, ſeu cubiculis principum præpoſiti, & iactant ſe ipſos, quod nemo poteſt venire ad principē, niſi per eos, qui tamē pleriſq; ingreſſum denegant, pluribusq; impediunt, ne regni ſcandala, miniſtrorū illuuies, pauperum oppreſſiones, & opprobriola facinora, ad aures illorū perueniant, pauperibus, ne cauſæ ingre K diantur ad iudices, pręcludunt fores ęquitati, ut dominetur impietas, vix enim alijs prꝫterquā aſſentatoribus aut Paraſytis, luſoribus, ac Mimis, quibus ſua munera deferentibus, via ſternitur, & aditus aperit. His Chriſtus, nec uia eſt, nec veritas, minuſque vita.

Eadem eſt potētia & virtus patris & filij.

Chriſt' hoſtia eſt & ſacerdos.

Aulici pīcipum cauſas pauperum impediunt.

Nemo poteſt. &c. Quid eſt nemo? niſi quia nec vnus quidē adeo iuſtus eſt, adeo innocens, aut expers peccati, qui Chriſto duce, ac mediatore nō indigeat? Adſint quicunq; etiam in vtero ſanctificati, adſint viri ſimplices, nullo crimine actuali irretiti, Nemo tñ ſine Chriſto, per quē omne meritum poſſidet, ad patrem ſeu patris regnum, & gloriam peruenire poterit. Ipſe vna eſt omniū ianua, qui vna eſt omniū ſalus, & ianua quæ dū aperitur, à nemine clauditur; & quæ ſi clauditur à nemine aperitur. Hic prætetea eorum intercluditur via, qui nimis

nimis suis operibus ascribentes, arbitrabantur iure sibi deberi vitam æternam, & proprijs viribus se beatitudinem consecuturos gloriabantur. Nemo (inquit) potest; quia, nec volentis, nec currentis, sed Dei est miserentis: Hanc de qua cum Iudæis ad fidem conuersis Apostolus ad Romanos disseruit, Christus paucis disertisq; verbis eliminat. Inuehit Apostolus, & cōtra Hebræos, & contra Romanos, Gentiles omnes, tamen ad Christi fidem conuersos, & quam ad inuicem altercationem habebant, gloriantibus Iudæis se ad fidem vocatos ex operibus legis antiquę in qua vixerāt; Improperantibus autem Romanis eorum duritiem, & impietatem, seipsos, qui sine tali lege erant, præferebant, tanquam virtutum præcipuos amatores, &c. quibus hinc inde occurrit Apostolus ostendens neminem tam ex Iudæis, quàm ex Gentibus, operibus suis hanc gratiam vocationis promeruisse, quam à sola Christi benignitate, ostendit profluxisse, & imò sedauit cōtrouersiam, cum concluderet neminem, operibus, ante fidem, sine qua impossibile est placere Deo, gratiā apud Deum promeruisse, quia gratiam, & gloriam dedit dominus, vbi subintulit: nunc autem sine lege (illa Mosayca videlicet) iustitia Dei manifesta est testificata à lege, & à prophetis, iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum, non enim est distinctio, omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei, &c. Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa est, per quam legem? factorum? non, sed per legem fidei, qui enim eramus impij ante gratiam Saluatoris, operibus impiorum nulla salutis debebatur gratia, quibus dignè debebatur pœna. Et imò gratia cum sit gratuita, non est debita, secus gratia iam non esset gratia, nulla igitur erant merita bonorum, vbi erant demerita suppliciorum, iustificati ergo gratis per gratiam ipsius, habemus spem in vitam æternam. *Rom. 3.*

Frustra igitur vobis ipsis blandimini, qui sub lege antiqua, & de semine Abrahæ gloriamini, ex fide enim non omni, sed Iesu Christi (vera, ac viua) est iustitia, in qua fide opera efficiuntur iusta, & salutis meritoria. Igitur exclusa est gloriatio eorum omnium, qui sunt extra rectam fidem, cum iustitia non oriatur ex operibus, imò opera, vt bona sint, ex iustitia oriantur oportet, neque enim iustitiam operum, sed opera iustitiæ nuncupamus, quæcunque igitur opera præcedunt fidem Christi, hæc inutilia sunt ad vitam æternam, quæ autem opera concomitantur fidem ipsam, ipsa & iusta sunt, si ex fide sunt, quibus ipsa viuit, quæ sine operibus mortua est; operatur (inquam) dum viuit, & per dilectionem operatur, quæ nunquam spe vera frustratur, sic enim & ea fides Abrahæ, non fuit ex operibus præuenientibus fidem, imò illam subsequentibus, scriptum enim est, vt ibi recensuit Apostolus: Quia credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, vnde opera, quæ post fidem operatus est iustitiæ, opera dicta sunt, non enim in sola fide permansit, sed post fidem circuncisionem, & mandata accepit, vt ambularet in fide corā Deo, & esset perfectus. Inconcussa igitur est Christi sentētia: Nemo venit ad patrem, nisi per me, totius salutis Authorem, omniumq; hominum, qui fuerunt, sunt, & erunt Saluatorem.

Non iustitia ex operib' nascitur, sed ex iustitia opera oriūtur.

Rom. 4.

Nemo venit, &c. Prius dixit patrem, eos, qui ad se veniunt trahere, sed quid est, quod pater trahere ad filium dicatur eos, quos ad filium ducit, filius autem non dicat se trahere, quos ad patrem perducit? Vbi notandum est duo hæc diuina mysteria, quæ præcipua sunt, & humano ingenio inscrutabilia, adeo esse sublimia humano captui, vt ad vnum nonnisi à Christo ducti, ad aliud nonnisi à patre tracti peruenire possimus, Christus enim, qui nos ad Trinitatis veram perfectamque cognitionem asciuit; nos ad hanc non traxit ad quam quodam radio luminis naturalis humanus anhelabat intellectus, peruenerat enim eò vsque humana ratio; in Deo esse verbum, quod ab intelligente necessariò oportet produci, de quo Plato, ac Mercurius Trimegistus multa de hac verbi notitia tractauerunt, & scripserunt, qui tamen non perfectè intelligere potuerunt, quomodo & personaliter à producente distingueretur, & substantialiter ab ipso patre non sciungeretur, ideo olfacientes humana ingenia hanc veritatem, quæ lucem inaccessibilem habitabat libentissimo animo spontaneus extollitur ad huius mysterij cognitionem perfectam; Ad aliud autem incarnationis mysterium: mysterium (inquam) absconditum à sæculo, potentatibus sublimioribus, quod nec huius sæculi principes cognouerunt, perhorrescit animus; Iudæis adhuc est scandalum, & Gentibus stultitia; Ad hoc (inquam) non pertingit quisquis eruditus sæculo, quisquis pollens ingenio, quisquis omnem callens scientiam, tam humanarum eruditionum, quàm totius generis phylosophiæ. Ad quod percipiendum scrutandum, & intelligendum nonnisi tractus fertur humanus animus, qui plerunque per raptum extollitur, vbi nulla naturali virtute defertur, aut suffragatur, hoc aures audire nequeunt, humanis rationibus insistentes, ad quod oportet in captiuitatem omnem intellectum redigi, de quo ipse Saluator ait: Nisi credideritis non intelligetis: Hinc Petrus in confessione diuinitatis facilis fuisse legitur, difficilis verò ad assentiendum passionis eius mysterio.

Magnum, & sublime mysteriū.

Verbū necessariò ab intelligēte producit.

Incarnationis Chri inscrutabile mysterium.

Isa. 7.

Si me cognouissetis, & patrem meum vtiq; cognouissetis. Igitur non quodcunque, quod videtur, cognoscitur, multa exterioribus sensibus sternuntur, quæ abditissimis archanis occultantur, horum autem maximè est fides, quæ est argumentū non apparentiū; Nulla quidē certior est cognitio cognitione fidei, quæ eo est perfectior, & maior, quò sensibus minus est euidentior, imò & illic non habet meritum ubi humana ratio præbet experimentū, nec tñ cupit videre per sensum, quod acquirit per fidem, summopere tñ inquieta est fides, maximeq; percupida, vt per speciem intueatur, quod per fidē contēplatur; adhuc modicæ fidei erant Apostoli, qui vtiq; & Christū sciebant, qui.n. filium Dei uiui dicebant, & unde esset sciebant; qui eum à patre missum non ignorabant: Eorum tamen scire, nondum ad cognoscere perueniebat; quia cognitio, scire perfectum complectitur. Multi enim multa scimus, qui tamen pauca cognoscimus; Motus cœlorum diuersos scimus, & contrarios, haud tamen cognoscimus, scimus planetarum diuersos aspectus, quos nec capere ualemus, scimus maris fluxus eiusdemq; reflexus, scimus astrorum quasdam congenitas proprietates, quarum cognitione caremus; sciuit Balthasar Rex in scriptura parietis portentum contineri, quod tñ non agnouit. Videbat statuam Nabuchodonosor, tñ quod denotaret nō intellexit:

Non omnia, quę vidimus agnoscim'.

Cognitio perfectum scire complectitur.

Plurima scim', sed valde pauca cognoscimus.

Daniel, & Ioseph visiones intelligebãt, & somnia.

Pharao somnia vidit, idest apertas visiones, soli tamen Ioseph, & Daniel quod videbant, agnoscebant. Igitur, qui me scitis, & vnde sim scitis, adhuc tamen me non satis cognoscitis, qui me viam, & veritatem, & vitam non agnoscitis, quod si me cognouissetis, vtique, & patrem meum cognouissetis. Vtique (inquit,) idest: certò, & patrem simul etiam cognouissetis cum vna sit cognitio, qua ferimur in vtrunque relatiuorum terminum, quorum vna est natura, vna communis intelligentia, oportet igitur, vt quisquis filium intelligit, intelligat et patrem, cum filius, nonnisi patris sit filius, & pater, nonnisi filij sit pater.

An diuinę virtutis adæquatus detur effectus.

Si cognouissetis me, &c. Solus adequatus effectus virtutem principij complectens, in eius cognitionem virtutis perducere potest, cum igitur solus filius totius patris virtutem adequet, qui virtus Dei est, portans omnia verbo virtutis suæ, solus in cognitionem patris, cognoscentes perducit, maximis secum disputationibus, cæteri huius sæculi sapientes disceptarunt, an aliquis daretur adequatus effectus virtutis diuinæ, quo habito, possent ad Dei cognitionem pertingere, aliqui arbitrati sunt cœlestia corpora, quasi diuinitatem præseferentia, Dei esse effectum adequatum; Alij totum hoc vniuersum adequatum eius effectum arbitrati sunt; Alij hominem Dei virtutem adęquantem existimauerunt; Et alij substantias illas separatas, quas Angelos vocamus, eius potentiam, & naturam adequare significare crediderunt: Quandoquidem, effectus adequatus, nonnisi vnus esse possit, quia ab vno, non procedit, nisi vnum, quod sit adequatum, Deus autem multos cœlos, multos Angelos, multos homines creauit, vnitas autem mundi non est simplex, sed propemodum multipliciter copulata, corruptibilibus, & incorruptibilibus; materialibus, & immaterialibus, contrarijsq;, ac oppositis qualitatibus, & ideo non propriè vnus numeraliter, aut specificè, aut etiam genericè dici potest, sed tantum analogicè, cum possit Deus multos, ac etiã infinitos mundos facere, sequitur omnino, nec mundum, nec aliud quodcunque creatum posse esse, aut censeri Dei effectus adequatus, igitur nihil sufficiens est in toto vniuerso ad ducendum nos in Dei cognitionem perfectam; Equidem ex modo faciendi, qui per creationem fuit, virtutem Dei infinitã auspicati sunt sapientiores, secundum quem modum solus Deus res in esse perducere potest, vocans ea, quæ non sunt, tanquã ea, quæ sunt, verùm hæc sola cognitio communissima est, & valde imperfecta.

Diuersæ opiniones

Vnus est adæquatus effectus.

Non numeraliter, propriè non specificè, nec genericè, sed analogicè, tantũ vnus est mũdus

Veluti imperfecta est quæcunque de Deo potest per creaturas haberi cognitio, & vt terminis Phisicis hanc quæstionem decidamus, dicimus, quo ad an est per creaturas nos posse in Dei cognitionem peruenire, quod vnus scilicet sit Deus, à quo cœlum, & tota natura dependet, sed quod pertinet ad eius perfectam, & (vt illi dicunt) ad cognitionem quæ est rei naturam, & essentiam explicãs, nulla creatura nos perducere potest. De primo inquit Apostolus. Qui cum Deum cognouissent, non sicut Deũ glorificauerunt, quia inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, de secundo verò modo, Ioannes ait: Deum nemo vidit unquam, & ipse Dominus: Non uidebit me homo, & uiuet. Reliquum est igitur,

Cognitio an est.

Rom. 1.

1. Epist. 4

Exod. 33.

F ut audiamus Christum, qui adęquat patrem, qui est tota patris uirtus, in quo latet omnis plenitudo diuinitatis. Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis, si me perfectè, & adamussim agnosceretis, vtique, & patrem meum perfectè agnosceretis, qui sum vnigenitus, nec aliud præter me verbum est producibile, quia totam eius naturam, essentiam, virtutem, & diuinitatem complector.

Si cognouissetis me, &c. Quia res in suo loco conspiciendæ sunt, vt apertiùs dignoscantur, ad cognoscendum me necessaria est cognitio patris, quia cum ego sim in patre vnigenitus in sinu eius, qui me scire volunt, vtique operepręcium est, vt & patrem agnoscant, vt sciant Deum, à quo Deus, patrem à quo filius,
G intelligentem, in quo sapientia, producentem, in quo verbum, principium à quo principium, solem à quo solem, lumen de lumine, Deum verum à Deo vero. Propterea enim Ioannes de Christi Diuinitate sermonem facturus statim locum insinuat, vbi esset; Exorsus est igitur quod in principio esset verbum, & verbum esset apud Deum, inuenitur itaque in patre, qui semper est in patre, inuenitur in diuinitate, vbi sola cognitio ipsius patet, ibi quæ Christi sunt, scrutanda sunt, vbi clara prospicienti innotescit cognitio, Magdalena enim, & Cleophas, pluresque alij aliquando Christum, non intuentes, agnoscebant, qui in solo exteriori
H consistentes, tantum prospiciebant, è contrario autem Stephanus Christum videre meruit, qui eius diuinitatem, quam credebat, vbi erat in Cœlis, quærendo, ad patris dexteram videre meruit, quo eruditus Saulus, cum effectus fuisset Paulus, his verbis nos admonuit, quæ sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, & non quæ super terram.

Gloriosissimus protomartir Stephan' Deũ vidit i terris existens.

Coll. 3.

Si cognouissetis me, &c. Quia vnus est aspectus, quo imago, & cuius est imago, conuertuntur, (idem enim est actus, quo in vtrunque ferimur) cum ego sim
I imago patris, vtique si me cognouissetis, & patrem meum etiam cognouissetis, sed qui me adhuc patris imaginem non intelligitis, potius verò me ad imaginem esse, vt cęteros existimatis, ideo qui me non agnoscitis, nec patrem meum agnoscitis; Per proprium splendorem, res, quæ relucet secernitur, & conspicitur; necnon & per figuram propriam, vnusquisque quis sit agnoscitur, & tunc aliquem verè vidisse attestamur, cum eum in facie per figuram eius intuemur. Igitur, cum ego splendor paternæ gloriæ sim, figura substantiæ eius: Si me cognouissetis firmo intuitu, & inconcusso aspectu patrem meum vna mecum
K cognouissetis; Vos adhuc solis exterioribus obtutibus aciem, in hanc quam cernitis humanitatem degitis, & ad quam, his carnalibus oculis, non potestis pertingere diuinitatem, nondum plena mente conspicitis, ideo, qui, nec me, quoad diuinitatem cognoscitis, nec patrem meum, in quo nihil corporeitatis est, cognoscere pro vestra ruditate potestis, si me sic venisse in carne agnouissetis, vt à throno diuinitatis, me non recessisse crederetis, me & patrem meum vtique agnouissetis, in cuius sinu, me etiam conspiceretis, veni enim in carne, non recessi à diuinitate, quod non eram assumpsi, & quod eram remansi, non commixtionem passius, nec diuisionem.

Hebr. 1.

Si

Sicut res se habet ad esse, ita et ad cognosci.

Si cognouissetis me, &c. Optima, & in scholis concessa deductio, vt sicut se habet res ad esse, ita & se habeat ad cognosci, quandoquidem cognitio rei, sit explanatio, oportet ergo, quorum vna est essentia, & vnũ esse, eorum etiam vnam cognitionem esse, & quorum inseparabile est esse, inseparabilis sit, & alterutrum cognitio, luce igitur clariùs patet, quia si me cognouissetis, & patrem meum etiam cognouissetis, cum vtriusq; vnum sit esse, & vna essentia. Cæterum si me cognouissetis, idest, si in me legissetis, qui sum liber, in quo sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi, in eo vtique, & patrem meum cognouissetis, de quo libro per Prophetam dicitur: Dabitur liber nescienti litteras. Hic liber Christus est, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei reconditi, ipse liber non solum ostendit viam, sed est via, non tantum insinuat, sed est ipsa veritas, & hac ratione describitur esse liber scriptus intus, & foris, intus quo ad diuinitatem foris, quo ad humanitatem, docet per exemplum operum, instruit per doctrinam sermonum, foris erudit simplices, exemplum dedi vobis, vt quẽadmodũ, &c. Intus edocet litteratos.

Dei patris, & filij vnũ est esse, & vna essẽtia

Isa. 29.

Apoc. 5.
Liber scriptus intus & deforis est Christus.

Omnibus igitur est conspicuus, qui prius cœpit facere deinde docere, dantur enim libri, aut ad declaranda dubia, aut ad prædicenda futura aut ad memoranda præterita, aut ad manifestanda occulta, & aliqui ad inuenienda curiosa, sed in hoc vno libro singula includuntur, vnde Propheta. Et in libro tuo omnes scribentur, tollit dubietates, quando præbet sensum, vt intelligerentur scripturæ, futura pandit cum de futuro iudicio, tam disertè, & clarè sermonem habuit, & vbi concludit, eos qui bona egerũt, ituros in resurrectionem vitæ, qui verò mala in resurrectionem iudicij, præterea edocuit, qui de æternis multa declarauit, non tantum æternam personarum distinctionem, sed & iustorum prædestinationem recensere voluit, abdita reuelauit, qui abstrusissimos totius scripturæ passus, dum adimpleuit, declarauit, sed & multa, humano intellectui, curiosius perscrutanti, inuestiganda relinquit, in quibus nunc placita, nunc tristia reperiat, vnde testatur Propheta: Hoc in libro scripta esse carmen, & væh carmen respectu iustorum, væh respectu impiorum, carmen in gloria, væh in hoc sæculo, vel carmen, & væh. i. qui in bonis suos dies ducunt, in puncto ad inferna descendunt.

Psal. 138
Liber pulcherrimus hic est habendus, i quo bonũ omne cõtinetur.

Ezech. 2.

In hoc libro Magdalena legit, & quæ in carmine voluptatum erat, dum væh legeret, à carmine, ad væh transit & crimina lachrymis lauit, scribuntur væh amaritudinis culparum, & carmen bonorum operum. Scribis enim contra me amaritudines, at consumere me vis peccatis. Abdita legit archana in hoc libro Apostolus, quæ non licet homini loqui, legit & altissima vertex Apostolorum, dum eundem Christum filium Dei viui est confessus, non tamen omnes possunt omnia in illo legere, quia cum ibi scripta sint nomina omnium saluandorum tamen exceptis paucis, quibus reuelatum est, nemo scit an odio, vel amore dignus sit, si tamen iusti sumus gaudere debemus, si patientes, si humiles, &c Peccantes deleantur ab hoc libro, deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Vnde idem Dominus. Qui peccauerit in me, delebo eum de libro vitæ.

In quo libro Maria Magdalena legerit, & studierit.

Iob. 13.

Nõ ab omnibus legi valet hic liber.

Psal. 78.

Exod. 32.

A *Si cognouissetis me, &c.* Obserua quot extent ignorantiæ damna, nunne qui ignorat Christum ignorat viam, ignorat veritatem, ignorat & vitam, cum hæc omnia sit Christus? O damnabilis ignorantia, Christi, quo non agnito, nihil nec principij, nec medij, nec finis agnoscitur, rectè princeps ille Perhipatheticorum omnem ignorantem malum esse asseruit. Ignorantiæ pœnam dixit ignorantiam, omnis ignorans (inquit Apostolus) ignorabitur, quid .n. est illud, nescio vos quod dicitur à domino his, qui perperã agunt, operarijs, iniquitatem, nisi eorum reprobatio, & damnatio. De supina, crassaque ignorantia loquimur, qua B impij nolunt intelligere, vt bene agant, sic enim Apostolus: In reprobum sensum traditos affirmat eos, qui factis negabant, quem Deum mente agnoscebant, hęc est ignorantia, quæ in captiuitatem ignorantes reducit, dicente Domino: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, intellectus bonus vtique, sed quibus, nempè omnibus facientibus eum, quandoquidem Apostolo Iacobo asserente. Scienti bonum, & non facienti peccatum est, plagis enim multis vapulabit, qui sciens voluntatem Domini sui, non facit eandem, non enim omnis scientia inflat, inflat quæ est à sæculi vanitate, sed ædificat, quæ est ex C diuina charitate, igitur ad hanc anhelemus, quam ad charitatem ascendere agnoscimus; est enim charitas, & ad Deum, & ad proximum. Igitur scientia ea est, & nobis vtilis, quæ ad Deum est, & hominem, vtrunque complectitur Deus, & homo Christus, ideo ait: Si me cognouissetis, &c. Hoc enim est sapere, quod oportet sapere, & ad sobrietatem sapere, quærere, non quæ vanitatis, sed quæ vtilitatis sunt.

Ignorãtia

Aristote. Ethico. 3.

1. *Corin.* 4

Ignorãtia crassa, nõ excusat.

Rom. 1.

Isa. 5.

Psal. 110

Epi. I. 4.

Cognitio Dei & proximi nobis est apprimè necessaria.

1. *Corin.* 8

Cæterùm, qui se putat aliquid scire, nondum scit, quomodo oporteat eum scire, nos qui directo aspectu in Deum obtutus defigere nequimus, nè opprimamur à gloria, qui speculatores effici volumus æternæ D maiestatis, vt illam videre valeamus, illud agere debemus, quod solent, qui solem sine offensione videre cupiunt, in vase enim aqua pleno solem contuentur sine offensione, in quem aciem oculorum defigere nequeunt. Christus ipse est vas aquæ salutaris sapientia plenus. In quem prospicientes paternæ maiestatis lucem inaccessibilem contuemur, ideo ait: Si me cognouissetis, & patrem meum vtique cognouissetis. Hic est modus, & gradus ad cognitionem Dei, vt homo ad Deũ non perueniat, nisi eo mediante, qui Deus est, & homo, quod si Deum nondum cognoscere satagimus, quomodo in eum speramus, quem non agnoscimus? Quomodo eum diligimus, qui incognita diligere nequimus? Imò quomodo credemus ei cuius E loquelam non percipimus? Quomodo ad illum dirigimur, quem mente non contuemur? Potissimum autem triplex est malum, quod efficit ignorantia Dei. Primum est facilitas ad peccandum, secundum est renitentia ad pœnitendum, tertium est finalis impœnitentia delictorũ, quæ est peccatũ illud in Spiritum Sanctũ, quod nec in hoc, nec in alio sęculo remissibile dicitur. Ignorat Deũ, qui ignorat iustitiam Dei; quia iustitia Dei est ipse Deus, impudenter, .n. in omne facinus irrumpit, qui ad Dei iustitiã oculos non cõuertit, ad quem Apostol ait. An ignoras, quia non effugies iudicium Dei, & thesaurizas tibi iram in die ire, &c.

Quo medio perueniamus ad Deum.

Deũ ignorantes triplex incurrũt malũ.

Rom. 2.

Q 2 Nescit,

Hebr. 10. Nescit qui Deum ignorat, quàm horrendū sit incidere in manus Dei viuentis,& singulis ꝓ meritis retribuentis. Hanc pessimam ignorantiam deflebat Christus super ciuitatem Hierosolymam, inquiens:quia si cognouisses, & tu fleres. Pœnitentia ad pœnitendum plerunque ex timore, non impetrandi veniam peruenire videtur, dum Deum misericordem, & super malitiam præstabilem non agnoscunt,Qui non vult mortem pec- Ezec. 18. catoris,sed vt magis côuertatur,& viuat. Qui vult omnes homines saluos fieri,& ad agnitionem veritatis peruenire. Deum seuerum sibi confingunt, quem misericordem non intelligunt. Cuius misericordiæ non est 1.Thim. 2 numerus,& miserationes eius super omnia opera eius, Cuiq; proprium est misereri semper,& parcere. Vltimo finalis impœnitentia per Dei ignorantiam inducitur,dum homo consuetudine peccati in profundū peccatorum constitutus contemnit, nec auxilium à domino Saluatore,& gratiam largiente poscit.

Amodo cognoscetis eum, &c. Hic Saluatoris benignitas,ac modestia aperitur,qui & se veracem,& Thomam non omnino mendacem ostendere non dedignatur,dixerat Christus ipsos quonam iret,scire,& quia ad patrem ibat, innuit illos agnoscere patrem, ad quem velut ad terminum ibat, negauerat Thomas eos scire, quò ipse iret, & imò patrem ad quem ibat,nescire, cui discrimini duobus verbis occurrit Christus,altero quo insinuat eos patrem vidisse, quibus se veracem comprobat, altero autem quo illum à modo cognoscituri essent, quibus Thomas à mendacio liberatur, ideo vno vtitur verbo propter Thomam, futurum temp⁹ cognitionis declarans,cognoscetis eum, & alio quo præteritum denotat propter dictum suum, affirmans iterum, & vidistis eum, vt ostendat illos ex parte quidem cognoscere,& ex parte patrem ignorare, ipsi vero plenā, & claram cognitionem patris habere cupiebant, volentes videre per speciem,quod datum erat tantùm agnoscere per fidem,propterea cū talis visio patris,nō possit habere in hac obscura valle huius caliginosæ, & immundissimæ vitæ, sed reseruatur in futura illa luminis plena, vbi videbimus eum sicuti est, imò dominus in futuro loquitur. Amodò cognoscetis eum, idest cognitione perfecta in patria, vbi palam de patre meo annunciabo vobis, tanquam diceret, videtis quidem nunc, sed per speculum in ænigmate, sed tunc cognoscetis, sicut & vos cogniti estis, idest aperto intuitu patrem conspicietis nullo mediante speculo, sed conspicua, & immediata intuitione.

Visio Dei per speciē non habetur in via.

In patria Deus immediatè videbitur.

Amodò cognoscetis eum, &c. Vel talis potest esse sensus,vt eorum cognitionem, quæ subsecutura erat, compararet illi cognitioni, quæ præcesserat, imperfectam de Christi diuinitate cognitionē habuerunt ante resurrectionem eius,postquam Resurrectionē, Ascensionem,& Spiritus Sācti missionem longè certiorem, & præstantiorem,de eius diuinitate,& æqualitate cum patre habuerunt,dictante Spiritu Sancto,abundè in illos diffuso, de quo pollicitus fuerat, quia docebit vos omnem veritatem, & suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis, propterea ait; cognoscetis eum, scilicet limpidiùs, ac perspicaciùs, vidistis quidem eum, quia me,opera patris mei operantem, contuiti estis; doctrinam,quæ non est mea, sed eius, qui misit me,audistis, & confessi estis,me verba vitæ habere. Nemi-

F nemique posse ea signa facere,quæ ego facio, nisi fuerit Deus cum eo. Necnon me filium Dei viui apertis oraculis comprobastis. Ideo & patrem meum vidistis, quem tamen plenè, & adamussim non cognouistis, qui adhuc carnales estis, & secundum hominem iudicatis,verum radiantibus Spiritus Sancti fulgoribus, ab ipso reseratore archanorum diuinorum,qui pleniorem eius cognitionem sua lustratione præbebit amplioreq; fidem consecuturi cum cœteris fidelibus estis.

Amodo cognoscetis eum, &c. Obserua non obiter, hoc futurum præponi illi præterito. Cognoscetis,vidistis, quandoquidem, quod vltimum est in executione,hoc primum est in intentione, & quod primum est G in operatione, vltimum est in intentione, præcedit visio cognitionem, sed propter cognitionem appetimus visionem,si igitur hanc propter illam,igitur magis hāc quàm illam, rogo autem ad quid multa videre cupimus nisi vt perspecta dignoscamus? Moyses Dei cognitione percupidus hoc vnum poposcit,si inueni gratiam coram te,ostende mihi faciem tuam. Nam quos in facie intuemur, dum illos ab alijs decernere didicimus, ad eorum cognitionem peruenimus; Hinc tam anxiè Dei vultum prospicere efflagitarunt, qui ad Dei cognitionem peruenire cupiebant nam ipsa Dei fruitio in visione consistit,vt ait vates: Ostende faciem tuā, H & salui erimus; Vultum tuum Domine requiram,prius igitur in terris visus est,qui cum hominibus conuersatus est. Postea uerò,qui a uisus est,& plenus gratiæ, ac ueritatis agnitus est,euidentius cognitus est.

Primum ī intentione postremū, & vltimū ī executiōis est opere.

Exod. 33.

Dei fruitio in eius visione cōsistit.

Baruch 3.

Amodo cognoscetis eum, &c. Tanquam diceret. Vsque modo in caligine, & obscuritate cognitio diuinorum perseuerauit, in umbraculis degit humanus intellectus cæcutiens usque modo humanus animus, in multos erroris anfractus deflexit,& in diuersas impietatis tenebras impegit, uerùm instat ueræ cognitionis radius,fideique lumen: lucerna super candelabrum ad clarè, quæ diuinitatis sunt prospicienda, & amodo i. I deinceps cognoscetis, quæ cognoscenda erunt fidei splendore illustrati,huc tendit illa patris, ac sua clarificatio,de qua,præcedenti capitulo locutus est,quia talis patris clarificatio non alia est, quàm perfecta irrefragabilis acconspicua cognitio, quod pater non careat uerbo, uerbum carnem induisse, & ad salutem hominum passionem,& mortem suscepisse, per quem filiū, accepimus gratiam, eum quem agnoscimus habere in patrem, cum fiducia clamandi Abba pater .i. patrem per creationem,de quo per Prophetā dr̄. Nonne ipse est pater tuus,qui possedit te,fecit,& creauit te? & iterum pater per supranaturalem adoptionem,per quam, K potestatem habemus filios Dei fieri, &c.

Deut. 32.

Amodo cognoscetis eum, &c. Sunt qui inhæreant phrasi Græcorum præsentē pro futuro ponentes,quod nec à veritate discrepat,si illa perpendamus,quibus interdum visi sunt, per opera Christi deuenisse ad cognitionem æterni patris, nam & Nathanael audiens Christum non præsentia agnoscens filium Dei illum confessus est, mox audito,quod Christus de ipso testatus est, priusquam Philippus se vocaret, vbi se sub Iesu acclamauit;Rabi, tu es filius Dei, tu es Rex Israel, supra cap. 1. Quomodo filium confessus esset si patrem non agnouisset? Qui fieri posset, vt post sedatas maris fluctuantis procellas vociferati essent discipuli, verè filius

lius Dei tu es. Namque sciscitante Christo, quem dicerent homines filium hominis esse, & dicente: Vos autem, quem me esse dicitis. Responsum est illi: Tu es Christus filius Dei viui, &c. Quis audeat inficiari discipulos patris cognitionem habuisse? Viderunt igitur, & quem viderunt non omnino ignorauerunt. Verum altioris, & propensioris cognitionis susceperunt gradus, cum potiora in morte, & post mortem diuinitatis signa conspexerunt.

Et vidistis eum, &c. Prius visus fuit, quàm cognitus Deus prophetica. s. visione, secundum quam prophetæ de eo vaticinati sunt, secundum quod scriptum est: Si quis fuerit inter vos propheta in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum, de qua visione sciendum est, quomodo euectus homo ad eum finē agnoscendū sit, ad quem ordinatus fuit, cum finis ipse sit supranaturalis. Non potest homo ad illum pertingere, seu peruenire ullis medijs naturalibus, sed ad illum videndum indiguit semper supranaturali illustrante lumine: Est enim triplex visionis genus, sensuum, intellectus, & imaginatiuæ, corporalia lumine medio, per sensus videntur, intellectualia lumine intellectus agentis illustrata intelliguntur. Deficit vtraq; istarum lumine congruo deficiente, sed cum hæc media non sint sufficientia ad præmonstrandum illum finem supranaturalem, ad quem homo se, & actus suos dirigere debeat, superest aliud medium, & alius visionis modus, per quem contueri suum finem possit. Hunc autem oportet superexcedere naturalem, & supra naturam, seu naturæ limites, hominibus communicari, & is est de quo dominus in promissione loquitur, vbi ait: In visione apparebo ei, ego (inquit) apparebo non ipse pertinget, aut perueniet ad me, sed ego me ostendam lumine quodam supranaturali præstito, & infuso. Hinc enim Prophetæ vocati sunt videntes, quia viderunt, quæ nullus alius videt, aut videre potest.

Contingit autem visionem hanc imaginum à Deo creatarū, quæ imaginaria dicitur, duobus modis fieri; Vno modo in vigilia, & alio modo in somnis, vtraque tamen per abstractionem à sensibus, & quidem qnque per totalem abstractionem, quæ fit per extasim, siue per raptum, secundum q̄ nescit Apostolus, an in corpore, an extra corpus existeret. Quod si non per formas imaginarias cōtingat fieri huiusmodi visiones, sed per quædam sensibilia ad hoc ordinata, tunc velut ad propria phantasmata intellectus conuertitur, vbi nulla à sensibus alienatio cōtingit, velut cum Moyses rubum illum, sed diuinitus productum, naturalē tñ talē proprijs sensibus conspicuum habuit; Aliquando autem à sensibus acceptæ diuinitus repræsentātur, & mutato ordine intelligendorū obijciuntur, intellectui, dum inducuntur ad phantasiæ loca, vnde dominus hoc modo ad Hieremiam locutus est. Quid tu vides Hieremia? Respondit: Ollam succensam, ego video, &c. & mox sequitur diuina ratio visionis: Bene uidisti, quia &c. Aliquæ autē quandoq; fiunt uisiones, quæ etiatis nouisq; phantasmatibus sublimius euehunt uidentes, & eos quasi immediatè ad Dei uisionem perducunt, quæ tamen cūm uelatę sit phātasmatibus, non ad claram, sed adhuc obtenebratam uisionem ducunt, imò & posteriora. i. dorsum non faciem uidere Dei, dicitur mortalis homo, secundum quod scriptum est. Posteriora mea uidebis, non enim apertè cognoscitur, qui per posteriora cognoscitur, uel posteriora. i. per species creatas, cum omnis creatura posterior sit ipso creatore, hoc modo Deū uidisse dicūtur septuaginta seniores, qui cū Moyse erāt. Ascenderunt Moyses, & Aaron, Nabad, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel, & uiderunt Dominum Deum Israel. Videruntque Deum, & biberunt, & comederunt, uidit & Isaias, qui de seipso fatetur. Vidi Dominum sedentem super thronum, &c. Et alij plerique uiderunt.

Insuper, & p somnia plerisq; concessum fuit uidere Dñm, uerùm quia somniorum plures interdum insunt causæ bonæ, & malæ, ac mediæ. i. quæ à Deo, aut Angelo bono, uel à dæmone, uel à naturalibus causis, ideo cautiùs in somnis agendum est: Contingit enim pluribus modis uisiones per somnia fieri, tam in his, quæ à Deo, quàm in his, quæ à Cacodęmone, necnon à causis naturalibus eueniunt, & quidem quod spectat ad hūc ultimum modum sciendum. Naturale etiam homini uersari circa phantasmata, etiam dormiendo quandoquidem pars animæ superior, nunquam capiatur somno; tamen per obstrusionem sensuum, & organorum non utitur liberè phantasmatibus, & speciebus illis intelligibilibus, quibus necessariò utitur, & ad quæ conuertitur quisquis ad intelligendum mouetur, uerum cū phantasmata illa non à ratione ordinata, semper tamen discurrentia, per uapores ascendentes agitata, illabūtur menti, & fiunt somnia plus minus congruentia iuxta agitationem ex debili, aut ualido, siue etiam multiplici interuentu spirituum, seu uaporum ad cerebri partes ascendentium; & hac ratione ebrij, seu temulenti, & qui bibaces fuerint, somnia habent inordinata, disconuenientia, & nullius propositi, qui autem sobrij sunt, & minus uino dediti, hi regularia somnia, & conuenientiora magis ordinata patiuntur, necnon post digestionem euaporato mari, & cessantibus fluctibus ascēdentium uaporum uulgariter creditur certiora somnia euenire, cum tamen hæc secundum hanc considerationem, nullius sint certitudinis, nec expressiua alicuius ueritatis.

Sciendum tñ, quod cum in dormiente magis uigeat phantasia propter sopitas sensuum operationes, quibus uigentibus noua passim phantasmata generantur, quibus impediuntur motus, & apparitiones inexistētium, necnon ab extrinseca causa imprimente euenientium, ubi paruę curæ homines existunt, ibi facilius impressiones immittuntur, quæ ab extrinseco repræsentātur, ideo plerunq; dicimus captos mente, seu stultos uera prædicere, & huius est ratio, quia cū astra, & corpora cœlestia pro sua uirtute motu, & lumine agant in hæc inferiora suo motui, & potestati subiecta, suorum effectuū quasdam impressiones, seu radios producunt, qui in ea q̄ non est concussa, aut agitata, siue alijs formis præoccupata phātasia imprimūt aliquas formas effectus suos non longè affuturos designantes, quapropter amentes, & mulieres, uelut etiam animalia multa asinos, anseres cornices pronosticare futura uidem⁹ iuxta illud Poetę, hoc malum omen prædixit garrula cornix, & mulieres plurimæ, quibus minus uirtutis consistit in cerebro, multis obruuntur phantasmatibus, quibus sibipsis suadent cęlestia contueri, & archana prospicere, in quibus diabolicæ illusiones aptissimum locum inueniunt.

Multi Deū vidisse dicuntur.

Exod. 24.

Isa. 6.

In somnijs viderūt aliqui Deū.

Num. 12.

An Dei visio sit finis homini supernaturalis.

Triplex est visionis genus, sens⁹, intellectus & imaginatiuæ.

Somniorū visiones à diuersis proueniunt.

Quō fiat somnium.

Visio imaginaria, & in vigilia, occurrit, & somno.

Stulti verū sæpe prænunciant.

Hier. 1.

Mulierib⁹ parū inest virtutis in cerebro.

Exod. 33.

Quandoque somnia ex præcedentibus cogitationibus occurrunt, in procinctu enim sunt illa recentiora phantasmata, in quibus, aut cogitatu, aut locutione versati fuerant dormientes, & imò reges de regno plura somniare contingit, celebraturus sacerdos de missa; mercator de mercibus; auarus de thesauris; carnalis de carnalibus, &c in quibus versantur. Quapropter laudabilis inoleuit consuetudo apud probos, ante dormitionem alicui lectioni spirituali operam dare, vt imbutus animus præclaris sanctisque phātasmatibus etiā noctu versetur in sanctis. Præsertim autem exercitatio, aut in bono, aut in malo efficacior est in somnijs, quia repleta phantasia talibus phantasmatibus, vix se extēdit ad alia; nam artifices, qui suarum artium exercitio quotidie incumbunt sæpius his versantur in somnijs. Interdum autem ex vehementi aliqua impressione, sic imprimuntur phātasmata, vt eius rei imago, nec recedat, sed perseueret in somno, sicut mulieres de absentia mariti, &c.

Somniant diuersa diuersi.

Laudabilis est eorū consuetudo, qui antequam cubitū eāt sacras aliquas lectiones legere solent.

Ex corporali insuper dispositione contingunt somnia, ex qua plures producuntur motus, qui in phantasia dormientium phantasmata causant dispositioni cōuenientia, & correspondentia causæ, vnde si frigidis humoribus abundans corpus intus agitetur, talis motus producet phantasma frigiditatis, niuis, ventorum, glaciei, pluuię; si calida sint, & sicca, sitim, & fontes in somnis videre, & pati continget; quibus tanquam signis corporalis dispositionis peritiores medici, quæ intrinsecus latent auspicantur, quorum causæ sunt naturales. Vnde & Aristoteles, & alij eruditissimi multa de interpretatione somniorum conscripserunt, prout scilicet causas habent naturales, vnde proueniāt, & satis sit hęc dixisse, de visione per somnum, vt est à causa naturali, quæ cum non attingat aliud vltra naturæ limites, aut nullius virtutis est, aut indifferens est, ad id de quo propositum est.

Possunt autem, & dæmones illudere hominibus, per nocturna, ac somniorū phantasmata, siue immittendo noua, siue ordinando retenta, in quibus callidè versatur ad decipiendos, quos credulos fecerit, cum.n. ipse sit, & rectè dicatur spiritus tenebrarum, viget versutia in tenebris, & vmbra mortis.i.somno, nam cum ordine naturæ superior sit intelligentia dæmonum humana intelligentia, quandam vim naturaliter habent super intellectus hominum, quam omnia superiora habere videntur, super suis inferioribus, veluti in cœlestibus corporibus cōspicuum apparet, in quibus inest virtus mouendi, & commutandi corpora inferiora, ac etiam illustrandi, vnde (teste D. Dionysio) Angeli superiores illuminant, & notificant multa inferioribus. Inferiores autem hoc in superioribus agere nequeunt, siue igitur noua inducant phantasmata, siue illis vtantur in phantasia reconditis, multis nituntur fallacijs fallere mortales, maxime autem cum ipsi possint in causis proprijs multos futuros euentus, aut apertè cognoscere, aut facilè coniectari, mentibus dormientium interdum claros, interdum ænigmaticos ostendunt, quos agnoscunt, aut suspicantur futuros euentus, quos dum nescia turba iuxta pręscripta somnia contuetur effectus sortiri, obseruationibus somniorum animum spondēt, & superstitionibus sua opera, & vitam implicant, ita vt ea quæ etiam à nulla alia causa, quàm à libera hominum mente proueniunt, sub mittant augustijs visionum, & somniorum, nec verentur tantam irrogare iniuriam libero arbitrio proprio, quod cum sui sit iuris, à nullaque possit virtute cogi, cogitur tamen succumbere astris, aut dæmonum illusionibus. Hinc fascinationes, auspicia, & quæcunque habent cum dęmonibus symbolum, vnde canit Ecclesia quotidie in completorio; Procul recedant somnia, & noctium phantasmata, hostemque nostrum comprime, &c. Quapropter cautum est hominibus Christum profitentibus, nè obseruatores somniorum efficiantur, nullamque illis præbeant fidem, nisi iuxta eas causas naturales, quarum effectus dicuntur, secundum qualitates, & dispositiones corporis, prout supra: vnde Poeta. Somnia nè cures, nam fefellere plures.

Cœlestium corporum virtus, & motus.

Dionysius de cęlestis Hyer. C. 8.

F

Dementissimum est credere nos alicui malo, vel dāno sola astrorū virtute succūbere.

G

Ad illam tandem visionem diuinam descendentes, qua datum est nonnullis sanctis diuina archana prospicere, primò notanda occurrit ratio, quare Deus magis in somnijs, quam in vigilia de diuinis phantasmata ad cognoscendum eo produxerit, & ea quidem vna est, quod cum oporteat hominem ab operationibus sensuum subtrahi, quò ad operationes spiritus euchi possit, & cum in somnis nullus sit exteriorum sensuū vsus, nisi forsan per appræhensionem, ideò aptior est animus, &c. Item cum anima quiescendo fiat prudens, ad eius eruditionem opportunum tempus est quies, & per somnum, item à nullo extrinseco dormiens, dum dormit, perturbatur, nec à superueniente phantasmate per aliquem ex sensibus impeditur, vnde commodius est dormitionis tempus, tandem cum dixerit Deus. Non videbit me homo, & viuet potiora videntur diuina, cum homo alienatus est à sensibus exterioribus, siue per somnum, siue per extasim, siue per raptum, ita vt tunc propriè non dicatur viuere, in quo minimè, aut debiles reperiuntur operationes vitę, nam & Plato somnum dixit fratrem mortis, quia sicut fratres inuicem multis conditionibus conueniunt, ita somnus cum morte in multis comparatur, cùm igitur ea, quæ inuicem conueniunt facilius communicent, ideò in somno faciliùs, quæ alterius vitæ sunt percipiuntur, veluti qui in extremo huius vitæ constitui, tanquam in confinibus existentes, tam bonos, quàm malos spiritus contuentur, est enim status ille, quasi medius inter hanc, & aliam vitam, & participat de vtraque, donec alterā cedat. Ad capescenda igitur diuina mysteria, eo roboratur animus, quo opprimitur sensus, propterea Deus in Adam primo omnium parente, & in Abraham patre multarum gentium immisit soporem, quo ad percipienda diuina mysteria aptiores fierēt, & Christus profundissima archana totius diuinitatis, & Ecclesiæ manifestaturus dilecto discipulo eundem recumbere fecit inter cenandum. Hæc igitur est promissionis adimpletio, vt per somnium loquatur, & per visionem demonstretur, de qua testatur: Quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo tunc aperit aures virorum, & erudiens instruit eos, secundum quod alibi scriptum est. Effundam spiritum meū, &c.

Ad contēplationem cęlestium oportet ēē hominē à sensuum operatiōe semotum.

H

Exod. 33.

Quid efficiat alienatio à sensibus.

I

Somnº cū morte cōuenit.

Sopor Adæ immissus.

K

Iob 33.

Iocl 2.

Ad discernenda autem somnia, an à Deo sint, aut à calidissimo illo serpente, qui se transfigurat in angelum lucis, cuius cogitationes sunt ad insidiandum calcaneo, idest dormienti, & sensibus non vtenti, & quasi in extremo vitæ constituto, nec sufficit humanus animus, vbi

Vnde proueniāt sōnia, & quo fint.

vbi ratio nō pertingit, sed requiritur specialis quædam gratia illustrationis diuinę, vnde (Greg. teste) sancti viri somnia, quæ in eis diuinitus fiunt à somnijs alijs quodam sopore intimo ab alijs discernunt, & adeo illis fiūt conspicua, vt certiores efficiant; Hinc Magi responso accepto in somnis, nè redirent ad Herodem, vt insidias euitarent per aliam viam reuersi sunt, nec non Ioseph ille sanctissimus pater putatiuus Christi, & sponsus Reginæ Angelorum certiora monita angeli accepit in somnis.

A

Quantum autem spectat ad interpretationem somniorum, sciendum quod plerique huic operi incumbentes vsque ad Necromantiā peruenire curarunt, quę cum procul sint, & ab omni veritatis simulachro, & à pietate fidelium, his reiectis, & omnino profligatis dicimus, quod etiam inter sapientes naturales fuerunt, qui operam nauarunt ad pertingendas causas somniorum, quibus habitis haberetur, & effectuum prouenientium cognitio, ideo Auicenna Aristot. & Auerroes in libro de somno & vigilia loquendo de somnijs, quę habent causas naturales tam intrinsecas, quàm extrinsecas, dixerunt interpretem somniorum, his conditionibus pollere oportere. Vt sit temperatissimus, idest sobrius, & castus, cum ex crapula, & potu intemperato, nec non & luxuriæ agitatione insurgant motus inordinati: per quos obruitur animus ad capescēda, quæ sunt supra sensus. Hæc autem non magnifacimus, qui de supranaturalibus loquimur, sed ea relinquimus, qui solis naturæ legibus subesse patiuntur, ideo eorum somniorum, quæ à Deo siue ab angelo nostro custode causantur, neminem interpretem pro vero, ac legitimo admittimus, nisi eum, cui Deus talem virtutem, & gratiā impertitus fuerit, & hanc virtutem à Deo esse, & non ab alio reges illi Pharao, & Balthassar, cōfessi sunt, quorum alter à Ioseph, alter à Daniele, interpretationē suorum somniorum audisset, quam nullus ex omnibus sapientioribus adiscere poterat, eos plenos spiritu Dei esse confessi sunt, & Daniel hanc gloriam in Deum reflexit, quem affirmauit horum mysteriorum reuelatorē. Igitur habendus est recursus, ad authorem, vt ipse ostendat aptius vigilantibus, & orātibus, quod obscurius per simulachrorum imagines plerunque ostendit dormientibus, & somniantibus.

Somniorū interpretatio.

B C D

Dicit ei Philippus. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Nouum hæc verba præbent argumentū simplicitatis Philippi, ex pręcedentibus verbis Christi, quibus multa de abitu suo ad patrem, & de mansionibus in domo patris præparatis declarauerat, nec non protestans illos, quònam iret, scire, & patrē scire, Philippus animo succensus prosilijt, & crassæ adhuc Mineruæ, & hebetioris ingenij se fatetur, ad hæc capescēda, inquiens. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, quibus verbis ostendit, non ex curiositate, sed ex flagranti charitate, & dilectione hæc protulisse; cum enim ait, Sufficit nobis, cautior Thoma fuisse videtur, cū ille inscitiæ arguerit omnes condiscipulos, dicens, Nescimus quò vadis: Hic vero extollit cōdiscipulos, quos adeò secum auidos testatur ad videndum patrem, vt nihil optatius habere possent. Imo hoc adeòflagrarent, vt in hoc solo, omnis requiesceret eorum appetitus: sufficit nobis, inquit.

Philippi apostoli simplicitas.

Philippus cautius quā Thomas loquitur.

Hæc est vera simplicitas veri Israelitæ, in quo dolus non est, quo flagrat ille diuino desiderio, cæteros quosque eodem incalescere credit. Hæc est charitas, quæ non cogitat malum, non temerè iudicat, non suspicatur falsa, non construit calumniam, & dubia, in bonam, saniorem que pertrahit partem, ideo qui tales diligit, & tales eligit. Primus enim iuxta seriem Ioannis qui vocatus legitur à Christo, recēsetur Philippus, qui præ gaudio, & ex mira animi benignitate, non solū aperuit consocio suo Nathanaeli, se inuenisse Messyam, quem Moyses, & prophetæ scripserunt, sed eundē hortabatur, ut ad visendum Iesum accederet, & quia non videns patrem, non poterat ad eum videndum cæteros inuitare, & de eo dicere, quod de Christo dixerat. Veni & vide, propterea pro se, & pro alijs hanc gratiam postulat, Domine ostende nobis patrem, sed & Gentiles illi, de quibus dicitur, Cupientes Iesum videre, ad solum Philippum recurrunt, nec frustrati sunt desiderio, & admissi sunt, ad instantiam Philippi, & cōsecuti sunt gratiam. Ideo propensus est ad impetrandam gratiam, pro se, & pro alijs, vt viderent patrem. &c.

Supra c. I

Sup. c. 12

Ostende nobis. &c. Qui viderat, & ostenderat filiū, iam credebat in patrem, sed eum in quem credebat, etiam cernere cupiebat: iam diligebat, quem non videbat, & ideo eum quem diligebat, uidere pleno hastu efflagitabat. Domine (inquit) ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Tanquam diceret. Hac una sola gratia contenti sumus, hoc unum super omnia à te poscimus. Ostende nobis patrem. Hanc unam petij à Domino, hac requiram, Ostende nobis patrem. Si inueni gratiam in oculis tuis, ostende faciem patris tui. Hac sola uisione contenti sumus. Non sum inuidus; omnes, scilicet vna hac fęlicitatis uisione beari cupio, quod mihi bonum posco, illud commune cęteris fieri exposco, Ostende nobis &c. Quid inquiris Philippe? Attende quid petis, illud enim petis, quo adepto diem tuum te claudere oportebit. Dictum est enim, quia non videbit me homo, & uiuet. Insuper, & à tuo magistro separari patieris? Non relinquo filium, qui patrem habeo: non timeo mortem, qui ad vitam pergo, nō curo externa, qui transferor ad æterna: omnia video, qui patrem video, omnia possideo, qui summum bonum possideo, nihil deest fruentibus facie illa, in quam angeli prospicere desiderant; Sed tunc pleniùs, & veriùs satiabor, cum apparuerit illud omne bonum, iam fidelibus in patre fidelium promissum, Ostēdam tibi omne bonū: et illud est de quo Sāctus proph. ait. Adimplebis me lętitia cū vultu tuo. Delectationes in dextera tua, usque in finem; Quid est vsque in finem, nisi usque in ęternū? Ille finis est ęternus, qui indeficiens est, qui sine termino est, ibi non deficient omni bono, in æternum conseruabuntur. &c.

Philippi zel. & charitas.

Sūmè beati sunt Dei visione fruentes.

Exod. 33.

Psal. 15.

E

Domine ostende nobis patrem. &c. Audierat forsan Philippus, aut de Moyse, & Iacob in scripturis legerat, in quibus de altero legitur, Ore ad os loquor ei, & palā & non per ænigmata, videt Deum. De altero autem, quod facie ad faciem uiderit Dominū, ideo se per Christum talem gratiam consecuturum arbitrans, & ex antecedentibus uerbis sperans, apertè Christum alloquitur. Domine ostende nobis patrem. Sed Philippus se ipsum fefellit, qui nec rationem illarum uisionum, usquequaq; intelligebat, neque enim Moyses, aut Iacob seu quicunque alij apertè, & reuelata facie, sic Deum, vidisse

Num. 12

vidisse dicuntur, ut sine speculo, aut ænigmate omnino Dei essentiam contuiti fuerint, quia fuissent beati, cum beatitudo nil aliud sit, quàm diuinæ essentiæ immediata,& aperta visio: quod si beati fuissent, quomodo à beatitudine decessissent? cum ipsa sit perfecta & æterna possessio, à qua non potest quisquam decidere?

Moyses & Iacob Deum reuelata facie nō viderunt, sed ut i speculo.

Frustra igitur hic beari postulas o Philippe, si autem credis Moysen, & Iacob corporali intuitu Deum apertè, & sine simulachris phantasmatum aliquid eius maiestatis præ se ferentibus conspexisse, crassius hallucinaris, quandoquidem obiectum visus nullum aliud sit, quàm res quanta & colorata, & cum diuina maiestas expers sit & coloris, & quātitatis, quæ omnino est corporis, ideo nullis oculis, tam mortalium, quàm beatorum potest videri, aut conspici, Moyses & Iacob, Deum vidisse facie ad faciē dicti sunt, quia aut clariùs, quàm cæteri,& familiariùs (ut solet amicus cum amico) colloquebantur, quia præclarioribus phantasmatibus, seu splendidiori lumine euecti sunt ad Deum contuendum, sicut & in monte Thabor, oculis trium discipulorum quidam splendor irrepsit, quē ferre non potuerunt mortalium oculi,& tandem, esto quod & illi, & isti diuinam maiestatem essent contuiti, quia tamen hoc tantum fuit per modū transeuntis,& non per modum permanentis, secūdum quem modum beatitudo habetur,& possidetur, ideo quocunque modo intelligas o Philippe aberras, qui patrem oculis cernere desideras, sed mente nunc cognoscimus ex parte, tunc autē cognoscemus sicut cogniti sumus.

Corporeis oculis Deus non potest videri.

Per modū transeūtis videt Deus in via.

Domine ostende nobis.&c. Quid ni ò Philippe? An non intelligis quomodo fidei destructionem moliris? Quæ si destruatur, non ne occluditur aditus accedendi ad Deum, cum ad eum accedentem oporteat primum credere, quòd si occludatur ianua, & in foribus quis delinquat, quid superest viatoribus? Vis uidere, quod iussus es credere? Vbi erit meritum credendi: si hic sit, ratio uidendi? Quod si decessit meritum, ubi erit præmium, quod sequitur ad meritum? Satius igitur tibi nō videre, & credere quàm uidere,& non credere. Audi Saluatorem dicentem, sed prius improperantem discipulo, quia uidisti credidisti. Noli esse incredulus sed fidelis: Beati sunt qui non uiderunt,& crediderunt.

Ioan. 20.

Si autem proponerentur duo modi cognoscēdi, aut per fidem, aut per intuitum, quo res credita pateret sensibus, aut etiam rationibus probari & demōstrari posset, non ne certior, & præstantior est fides omni alia notitia seu ratione? cum soli Deo credat, & primę innitatur veritati? ea propter, Esto, humana ratione possimus probare unum Deum esse, & creatorem à quo cœlum, & tota natura dependet, vnde inter articulos fidei nos credere protestamur in unum Deum omnipotentem creatorem cœli,& terræ &c. Nec fidei meritū aboletur, cum ratione etiam probamus ex principijs naturalibus ista de Deo, quia tunc humana ratio tollit fidei meritum, cum ad credendum illud ex ratione ducimur, quod non aliter crederetur, si ratione nō probaretur. Sed si fides non ex ratione dependeat, inhæreat autem immediatè primæ ueritati, tūc fides etiam habet meritum, licet humana ratio præbeat tale experimentum, an Apostoli, qui Christum resurrexisse uiderunt, & cæteri, qui eum incarnatum conspexerunt, Symeon qui eum in vlnas accepit Ioan. Baptista, qui eum adesse

Fidei certitudo.

Deū esse, & vnum& creatorē, est etiā humana ratione probabile.

Obserua hic sedulò quō fides, quādoque meritū habeat etiam cum experimento.

F monstrauit, Ioseph, qui eum enutrijt. Magi qui eū adorauerunt, Virgo illa mater Saluatoris, fide frustati sunt, qui mysteria incarnationis,& passionis proprijs obtutibus conspexerunt? Absit: Beati enim fuerunt, non quia uiderunt, sed quia crediderunt, Beata (inquit) quę credidisti, quoniam &c. Luc. 1.

Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Quisquis gaudijs frui cupit æternis: ad illa secum perfruenda, cæteros omnes consocios,& æquè gloriæ participes concupiscit. Quod enim sibi fœlicitatis poscit Philippus, hoc petit,& alijs. Hæc enim est beatorū conditio, ut quam ipsi optant beatitudinem, alijs etiam commu-
G nem desiderent: sic enim charitatis nexus exposcit. Nā & sola charitas ignorat inuidiam, quæ dum nescit agere perperam, non sui ipsius studet saluti, non sibi tantum, sed & aliorum aspirat utilitati,& saluti, quæ communis esse potest omnibus: usque adeo enim aliorum saluti intenta cogitatione fertur: ut nec quæ sua sunt quęrere uideatur. Verum quomodo diligere proximū, sicut seipsum uideretur, si ipsius in consequendo summo bono obliuisceretur? Deciperis tamen, o Philippe, & quisquis tecum illò peruenire cogitat ad consequendum brauium, & præmiū acquirendum: ubi nullum suppetit meritum; Nondum in agone decertasti, nec uiam mandatorum cucurristi: non enim prudentis
H seu recti est animi, antè gloriam quęrere, quàm exercere virtutem, coronam accipere, quàm in stadio decertasse. Vanum est vobis ante lucem surgere: & in tenebris gloriam affectare, aut sine tribulatione illam possidere, dicente proph. Surgite tunc postquam sederitis, qui manducatis panem doloris: Cùm enim dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas domini filij merces fructus ventris: ubi, & gloria patris, & maiestas filij inspici poterit.

Beatorum charitas & conditio.

Psal. 126

Quæ autem sine uirtute, & merito gloria concupiscitur: profectò aut ineptè petitur, aut elatione præsumitur. Hæc est, quam Sathan expetijt, & detulit, iu-
I stissimumque virorum supra pinnaculum templi, non seruato gradu, sed repentè constituit: Non tamen ad alium, quàm ad hunc finem, ut inde prosilientem traheret in pręceps. Tutiùs igitur nobis agendum, quibus constituti sunt gradus ad conscendenda sublimia. Tot sunt gradus ad conspiciendū Deum perducentes, quot sunt & ipsæ uirtutes: dicente Propheta. Ibunt de uirtute in uirtutem: Videbitur Deus Deorum in Syon. Soli itaque virtuti debetur gloria: quia sola uirtus nos ducit ad gloriam. Quæ cùm sint connexæ uirtutes, uinciantur q; indissolubili nodo (si propriè sint uirtutes) studeamus oportet his inhærere uirtutibus: Cùm uir-
K tus (teste diuo Bernardo Doctore sanctissimo) non solum sit gradus ad gloriam, sed mater gloriæ. Virtutes uero, non quæ aut quales apud huius seculi sapiētes sunt: de quibus per Apostolum dicitur. Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo. De his loquimur, quæ non ab alio profluunt quàm ab eo, qui est Dei uirtus, & Dei sapientia. Neque enim (ut Augustinus docet) potest mens regnū habere virtutum, quæ prius non excusserit iugum uitiorum,& ad Macedonium, In hac uita (inquit) uirtus non est nisi diligere, quod diligendum est, & eò pluris uirtus æstimanda, quò plura cont mnit, ut unū consequatur, quod summum bonum est. Cæterùm omnes virtutes

Ineptè petitur quæ sine merito gloria cōcupiscitur.

Gradus vidēdi Deū. Psal. 83.

Virtutis laus.

Serm. 1. de S. Victore. Virtus est mater gloriæ & gradus ad gloriam.

1. Cor. 2.

Vera virtus

tutes

tutes sibi ita cohærent, ut qui una caret, frustretur & altera: Et qui vnam possidet, omnes simul possideat. De quibus Diuus Gregorius, Prudentia (inquit) Temperantia, Fortitudo, & Iustitia, quatò perfectę sunt singulæ, tantò sibi inuicem sunt coniunctæ: Disiunctæ autem, perfectæ esse nequaquam possunt: quia nec Prudentia vera est, quæ fortis, & iusta, & temperans non est: nec temperantia perfecta, quæ fortis iusta, & prudens non est: nec integra fortitudo, quę prudens, iusta, & temperans non est: quia unusquisq; tantùm prudēs est, quantùm temperans, fortis, & iustus est, tantùmq; temperans, quantùm prudens, iustus, & fortis est. Vide quàm bonus circuitus iste est: dum, quod iustitia quærit, prudentia inuenit, fortitudo acquirit, & temperantia possidet. Quæ tamen nec uiua esse possunt, nec prorsus perfecta, quæ non sunt charitate formata, vinculisque eius colligata: dicente Apostolo. Si habuero omnem scientiam, omnem fidem &c. charitatem autem non habeam: factus sum tanquam æs sonans, aut cymbalum tinniens: quæ videlicet nihil sibi prosunt.

Virtutū cohęrentia.

1. Cor. 10

Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Communis, & naturalis est omnium filiorum cupiditas: vt velut effectus suam referant in causam. Maxima est originatorum auiditas: suum, vnde oriuntur, non ignorare principium. Culpabilis verò illa filiorum ingenuitas: qui in notitia non versantur parentum. Qui fieri potest, vt nos, qui sumus, intelligamus: si illum, à quo sumus, ignoramus? aut quomodo timebimus, quem non agnoscimus? aut quomodo amabimus quem ignoramus? quandoquidem inuisa quidē diligere possumus, incognita autem nequaquam. Audiuimus de nobis conquerentem: Si ego Dominus. Vbi est timor meus? Si ego pater, ubi est amor meus? Vt igitur imperanti nobis obtemperemus: ostende tu nobis quem timeamus. Tu qui noscis patrem; imò qui inquis. Quia nemo nouit patrem, nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare: reuela tu nobis illum, & sufficit nobis. Præcepisti tu nobis, vt orantes dicamus; Pater noster, qui es in cęlis &c. Quomodo autem inuocabimus quem ignoramus? & qui hoc tantum residui habemus, ut oculos ad patrem conuertamus, quomodo in necessitatibus constituti, oculos conuertemus ad eum, quem necdum videmus? Igitur ostende tu nobis patrem. Hoc vnum à te petimus; quod sine te consequi non valemus. Nos qui in te pro tua benignitate confidimus, hoc à te poscimus; vt obtineamus qui te ipsum nobis es dignatus ostendere, & familiari conuersatione reuelata facie propalare.

Malac. 1.

Luc. 10.

Matt. 11.

Ostende etiam patrem, & sufficit nobis. Nihil à te vltra queremus, si tale beneficium consecuti fuerimus. Nullo ulterius indigebimus, si hoc unum adepti fuerimus. Obnixè igitur hæc à te poscimus, vt ostendas quem diligimus, in quem speramus, ad quem tendimus, quem colimus quem timemus, cuius factura sumus, in quo sumus, mouemur, & intelligimus. Multa quidem de illo nobis significasti, quæ peruia potius sunt cognitioni, quàm clara cognitio: nec satis hæc sūt nobis. Quòd si illum tu nobis conspiciendum ostenderis, hoc sufficit nobis. Sed erras Philippe: quoniam quæ videntur, temporalia sunt; quæ autem non uidentur, æterna. Ipse est, qui pugno suo totum metitur orbem. Cœlum palmo concludit. Non est sub tempore, qui tempus produxit ab æuo. Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria eius. Igitur niteris in netitum ò Philippe. His paucis uerbis Christus patrem ostendit, quibus eum sic nos alloqui iussit. Cum oratis, dicite. Pater noster, qui es in cœlis &c. Pater noster (inquit:) Sub paruo verborum cortice mysteria multa contexit. Quid patris nomine, nisi authoritas, nisi dominium, nisi maiestas, & singularis eius bonitas exprimitur? Pater est per creationem: nunquid non ipse est pater tuus, qui fecit te? Pater est benignitate, & clementia: Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi pater misericordiarum. &c. Pater similitudine, & conformitate. Vt sitis filij patris vestri; qui in cœlis est. Gubernatione: Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Prædestinatione; Gratia vobis à Deo patre, qui prædestinauit nos in adoptionē filiorum Dei. Adoptione. Accepisti spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Regeneratione. Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum &c. Hæc sunt, quæ innotescere voluit in hoc nomine patris, à quo omnis paternitas denominatur in cœlis, & in terris.

Isa. 40.

Psal. 112

Matth. 6.

Deut. 32.

2. Cor. 1.

Matth. 5.

Isa. 1.

Ephes. 1.

Roma. 8.

1. Tit. 3.

NOSTER. Ab hoc vno verbo disce, quàm benignè nobiscum Dominus vniuersorum agat; quia cū ipse sit Dominus tam hominum, quàm Angelorū, qui se colendum, vt dominum angelicis spiritibus præbuit, ipse se tanquam patrem implorandum hominibus tribuit. Cui enim vnquàm Angelorū dixit, Filius meus es tu? Cui Angelorum potestatem dedit filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius?

Speciale hoc est hominum munus, qui Dominum Angelorum & regem regum, in patrem pro indicibili eius benignitate habeamus. Hac nos secum fiducia agere voluit, vt nihilominus, quàm filijs ad patrem, à quo etiam donum optimū, & omne bonū perfectum emanat, accedamus. Quid iucundius, quidve vtilius nobis, quàm eum habere patrem, quem patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis oracula omnia denominant? Communis hæc est omnium vestrū lætitia, tàm Iudæorum, quàm gentiū, vt omnis, qui credit in illum, non confundatur; sed quicunque inuocauerit nomen eius, saluus fiat. Lætentur pauperes, quia communem habent cū principibus patrem: Nec extollantur diuites, quandoquidem communis est pater, qui pauperem facit, & ditat, de stercore erigens illum, vt sedeat cum principibus, & soliū gloriæ teneat. Hoc, communis pater fecit, qui patrem se nostrum nuncupari voluit. Non accipit personas principum, opus enim magnum eius sunt vniuersi. Hæc communis dicitur omnium nostrū fiducia, qui non est acceptor personarum, sed in omni gente, qui operatur iustitiam, acceptus est illi. Ad hoc nos inuitat recolendum, considerandumq; beneficium Euangelista noster, dum ait. Videte (inquiens) qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & simus: Quod si filij ergo, & hæredes (inquit Apostolus.) Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Hinc nos tandem à patre omnium nostrum benedictionem sortimur, quod nō poterat suis Isaac, aut Iacob præstare filijs, qui diuersis illos conditionibus ad diuersa obeunda munera distinxit. In hoc (inqt Petrus) vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis: & Apostolus, Benedictus Deus,

Rom. 10.

Cōmunis omniū est Deꝰ & vna lętitia.

Iob 34.

Act. 10.

Epist. 1. cap. 3.

Rom. 8.

1. Epist. 3

Ephes. 1.

Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cęlestib &c.

Quod autem superest tertiū, per quod nobis ostenditur pater: est illud, per quod innuitur maiestas ipsius patris, dum apposite subsequitur, qui es in cœlis. Poterat, & hoc dicere de eo qui cœlum, & terram implet, quòd in terra esset. Poterat asserere quòd vbiq; esset, qui omnia pro sua virtute continet: Hoc tandem nobis exprimere malum, per quod eruditiores archanorū mysteriorum nos faceret: Ibi enim & à propheta, habitare describitur, vbi maiestas existentis manifestatur. Ibi proprias eius sedes declaratur habere, vbi habitatio eius esse denunciatur; qui habitas in cęlis (inquit) & ideò cœlum nominat, vt mente ad cœlestia te dirigat: cęlum nominat, qui à terrenis te auocat, quò cœlestia diligas, & terrena despicias. Est in cęlis, quęm cęli capere non possunt, haud tamen contentus à cœlo, sed continens ipse cęlos: ideò supra cœlum hìc dicitur. Dicitur (inquam) sedere in cęlo, velut in proprio sedili: Cęlum (inquit.) mihi sedes est: Terra autem scabellum pedum meorum. Ipse enim eminentior est cœlo, & profundior inferno. Ex quo igitur abscondit vultum. Quis est qui contempletur eum? Quis in cœlis dicit, qui penetrat substantiam cœli, qui dat esse cęlo, qui cōseruat & ipsum cœlum? Est in cœlo virtutem tribuens astris, & cęlo, vt influant, & moueantur, vt viuificent, ac cæteris corporibus præsint. In cęlis (inquit) quò intelligas nihil sibi fortuitum, nihil casuale, sed sua uoluntate omnia nobis occurrere. In cęlis ergo cęlo mundior, cœlo clarior, astris virtuosior, in cœlis. Ergo firmior, ergo incorruptibilior, ergo antiquior, ergo sublimior, & præstantior cęlo. In cœlis, vt inde discas non posse te ipsum Dei habitaculum facere, si tua conuersatio non sit in cęlestibus. Quomodo caput suum reclinabit in terrestribus, qui manet in cœlestibus? Inde cōqueritur. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suū reclinet. Idest vbi patri locum in nobis terrenis, & carnalibus inueniat. Sic enim & Apostolus scribit Quoniā caput Christi Deus. His omnibus iam ostendi, ò Philippe tibi patrem. An non vides Patrem, qui vides sedem Patris: Qui enim in sede est, videtur quidem, sed non totus videtur; quia altitudo, & sublimitas sedentis non conspicitur, nec agnoscitur. An adhuc ignoras patrem, cùm iam tibi sit patefacta persona patris, virtus, & immensitas patris, æternitas, & bonitas patris, sapientia, & prouidentia patris, maiestas & gloria patris? Hoc nondum agnoscis, quod & naturali lumine gentes agnoscunt. Qui tamen cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed in suis cogitationibus euanuerunt, & obscuratum est insipiens cor eorum. Vis videre reuelata facie Patrem? Cogita prius de transitu tuo ex hoc mundo ad patrem. Morere mundo, & videbis patrem.

Ostende nobis patrem, &c. Obserua languentem Philippum, ad hoc vnum aspirantem, vt videat patrē. Nec adiecit tuum, quia plerunq; Christus de patre disserens, quem suum vocabat patrem, nostrum etiam, & eundem patrem esse insinuabat. Triplex igitur ratio paternitatis in Deo: vna æterna, qua filium consubstātialem sibi intrinseca generatione producit: alia est cōmunis, tàm bonis, quàm malis; quia ipse est creator

Psal. 122

Est Deus ĩ cęlis haud contentus ab eis, sed eos ipse cōtinens.

Isa. 66.

Iob 34.

Matth. 8. & Luc. 9.

1. Cor. 11

Rom. 1.

Languet Philippus

Triplex in Deo paternitatis ratio.

F omnium, qui fecit nos. &c. Tertia est per gratiam adoptionis, de qua suprà dicitur. Potestatem dedit eis filios Dei fieri. &c. Hinc cum nos adhortatus fuisset ad benefaciendum, & ad diligēdum inimicos, addidit. Vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Quomodo nō sumus filij, si ille est pater? aut quomodo non est pater si nos sumus filij? Quid est, vt sitis filij patris vestri, nisi vt eius efficiamur filij per gratiam, & imitationem, cuius sumus filij per productionem, & creationem

Quisquis igitur dat esse secundum imaginem viuentis à viuente, pater nuncupatur. Et dicitur Deus producens hominem viuentem ad imaginem, &

G similitudinem suam. Pater est, à quo omnis paternitas in cęlo, & in terra nominatur. Insuper cum in vita spirituali, consortes per gratiam diuinæ naturæ efficimur, in sortem nouæ affiliationis asciscimur. Flagitat Philippus desiderio videndi patrem, quem nouit & suum. O vtiq; non degenerem filium, qui quæ patris sui sunt, quærit: qui in patris faciem contueri semper anhelat.

Ostende nobis. (inquit) patrem, & sufficit nobis. Cessabunt voluptates, nihil terrenū vltrà concupiscent filij, qui sunt cum tam potenti & diuite patre. Nos autem, qui à patre nostro recedimus procul abimus. To-

H tam substantiam nostram consumimus, porcos pascimus, inopia, & fame consumimur, & nihil est, quod sufficiat nobis, qui de siliquis porcorum pascimur, & saturari cupimus. Agnito patre, Philippus dicit, sufficit nobis. Quidquid vsq; modò egerit, vbicunq; vagauerit, & quocunque diuerterit, quidquid exoptauerit, & concupierit, omnia arbitrans, vt stercora, sufficit, inquit. Hoc & Elias expostebat: Sufficit (inquit) mihi Domine, tolle animam meam. Hoc & Salomon. Vidi cuncta, quæ fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.

Hoc idem Philippus contestabatur dum diceret,

I Ostēde nobis patrem, & sufficit nobis. Ad te solum contuendum aspiro, & Augustinus. Dicat ergo anima iam desiderans satiari excelso, & innenarrabili bono, iam enim vult illa, iam sentit indè aliquid. Videt se impediri primùm grauatione corporis, nec se posse in hac vita satiari. Quid mihi dicas: Satiabitur in bonis desiderium tuum? Noui bonū eius, quod desiderem. Noui, quod mihi sufficiat. Hoc video in Philippo. Ostende (inquit) patrem, & sufficit nobis. Solum patrē, & sufficit nobis? Solum patrem, quem desiderabat. Ostendit Dominus tres desiderandos, qui est vnus panis, ostendit, & dicit. Tanto tempore vobiscum sum, & patrem

K non nostis? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Noui, quid desiderem, sed quando inde satiabor? Ecce modo, & de Trinitate cogito: quomodocunque de Trinitate, vix in ænigmate, vix per speculum, ex parte audeo aliquid sentire. Sed quando satiabor? quādo renouabitur, sicut aquilæ iuuentus mea Nō satiaris modò, quia non est idonea anima tua ad solidum illum, & magnum cibum.

Philippus satiari, vno tantùm pane credebat, qui solius patris visione potiri quærebat. Anima, quam creasti semper uiuens, semper in motu, quam signasti lumine vultus tui, & consecrasti virtute lauacri tui, ita facta est capax maiestatis tuæ, quod à te solo, & à nullo alio possit impleri, & quando te habet, plenum est desideriū eius, & iam nihil aliud quod desideretur, exte-

rius

Ioan. 1.

3. Reg. 19

Eccles. 1.

August. in Psal. 125

rius restat. Dum autem aliquid exterius desiderat, manifestum est, quod te non habet interius, quo habito, nihil est, quod vltra desideret. Cum enim sit summum bonum, & omne bonum, non habet, quod desideret amplius. Quod si non desiderat te omne bonum, ergo nec summum bonum, sed ipsam creaturam desiderat. Vnde continuam famem habet, languens, & vacua remanet, quia nihil est, quod eam impleat, nisi tu, qui imples omne animal benedictione: Cœtera reputans, vt stercora, vt te solum lucrifaciat. Vnde idem Augustinus inquit. Alius erat inops, ad amicum in nocte declinans, qui tres panes ab eodem petebat, quia vno se satiari non posse cognoscebat. Tres panes petijt, quia cognitionem Patris, & Filij, & Spiritus Sancti diuidere non posse intelligebat. Et ideo Christus, petitioni ipsius Philippi sic occurrit, vt apetitui eius, magis quàm petitioni faceret satis. Dum enim Philippus solius patris visionem, seu cognitionem expetijt; Christus, non vnum panem, sed alium, & alium illi adiunxit: de primo enim statim subintulit. Qui videt me, videt & patrem, & de tertio, paucis interiectis, inquit. Rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, &c. Hanc nostram sitim (ait idem Augustinus) immittere prius in nobis voluisti, cùm Samaritanæ promisisti. Mulier, si scires, quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu forsan petijsses ab eo, & dedisset tibi aquam viuã. Et qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Et iterum idem Augustinus ostendens Deum satiare vndique hominem, ait. Reuera Deus propter hominem factus homo, vt etiam esset redemptor, qui erat creator. Quis est tam durus, quem Dei amor non emolliat? Quis potest odire hominem, cuius naturam, & similitudinem in Dei humanitate videt? Vt familiariùs Deus ab homine diligeretur, Deus in similitudinem hominis apparuit, vt vterque sensus hominis beatificaretur in ipso, reficereturque oculus cordis in eius diuinitate, & oculus corporeus in eius humanitate, vt ingrediens simul, ac egrediens pascua in æternum victurus, inueniat.

August. Ibidem. — *Triũ panũ mysteriũ.* — *August. in Sol. 30* — *Supra c. 4* — *August. in Manuali cap. 26.* — Nota

Et sufficit nobis. Sunt, qui in voluptatibus nunquã dicunt; sufficit. Ad quos Dominus. Sufficiant vobis scelera vestra, domus Israel, &c. Quatuor enumerat sapiens insatiabilia, quæ nunquam dicunt, sufficit. Infernus, os vuluæ, terra, quæ nõ satiatur aqua, & ignis, qui nunquam dicit, sufficit. Per infernum intellige Diabolum damnatum superbia, de qua dicitur: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Terra, & os vuluæ sunt duæ illæ filiæ sanguisugæ, auaritia, & voluptas libidinis, quæ hincinde vociferantur, affer, affer. De primo dicitur: Auarus non implebitur pecunia. De secundo dicitur: Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Ignis est ira Dei, quæ æternaliter extenditur ad vlciscendum de peccatoribus impœnitentibus. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima: Et alibi. Succendam ignem, & deuorabit, nec extinguetur.

Ezec. 44. — *Prou. 30.* — *Psal. 73.* — *Eccles. 5.* — *Sap. 2.* — Ignis est ira Dei. — *Deut. 32.* — *Hier. 12.*

Per Philippum habes vnde habeas, sufficit. Prius ipse non inueniebat, quod sufficeret, dum pro turba famelica, responderet. Ducentorum denariorum panes non sufficiunt his. Qui mundum didicerat, ubi esset, sufficit, nunc inspecto obiecto uisionis diuinæ, cognoscit ubi reperiatur, sufficit, & ait: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Ecce igitur, ubi sufficientiam habeas. Deus totius consolationis ipse est, qui sufficit nobis, quo solo fruentes contenti sumus. Ostende igitur Domine faciem tuam, & salui erimus, & alibi. Adimplebis me lætitia cum uultu tuo. Hic est finis, quo habito unaquæque res conquiescit, & nil ulterius expetit. Quid autem nobis hic sufficiat, ostendit Dominus, dum Apostolo ait. Sufficit tibi gratia mea. Senex Symeon apertè hoc sibi sufficere ostendit, dum Christo in carne adhuc infantulo, ait: Nunc dimittis seruum tuũ in pace, quia uiderunt oculi mei salutare tuum.

Ioan. 6. — In solo diuinæ visionis obiecto est sufficientia nostra. — *Psal. 29.* — *Psal. 15.* — *2. Cor. 12* — *Luc. 2.*

Dicit ei Iesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? O nostrarum culparum suauissimum, peritissimumque medicum, uulnera nostra lenientem, & suauissimo oleo inungentem. Duo quidem sauciatis, & semiuiuis ad sanandum exhibentur pharmaca necessaria, oleum, & uinum. Sed prius oleo utendum ostendit, quo obdurata emolliantur, nè perstrepant delinquentes. Rectè prædixerat Isaias de tanta Saluatoris clementia: Butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, &c. Intellige Christi uerba, butyrum ad fouendum, & mel ad consolandum, cum nullis suauioribus uerbis erga delinquentes discipulos uix uti potuisset. Vnde, & Apostolus ait, Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, &c.

Isa. 7. — *Gal. 6.*

Tanto tempore vobiscum sum, &c. Non ut cunque uobiscum sum, sed, ut magister, & dominus, sic enim uos me uocatis, & bene dicitis. Vobiscum sum, uelut sol irradians omnem noctis caliginem, omnes tenebras procul depellens, & adhuc cęcutitis? nondum me cognouistis? Tantũ adhuc exteriora oculos uestros conuertitis? Nihil in me diuinitatis paternæ experti estis? O rudes, crassæque mineruæ homines. Cœcus ille, cui lumen præbui, uno miraculo meam auspicatus est diuinitatem; Leprosus ille Samaritanus, inter eundem ad Natatoria Siloë sanitati restitutus, reuersus est, dans laudem Deo; Centurio, ac Cananea, Gentilitate antè detenti, meam paucissimis auspicari sunt signis diuinitatem: Vos autem, cum quibus assidua consuetudine uersor, pro tanto tempore, quo uobiscum sum, non me cognoscitis? Quod si nec tam rudes estis, ut duas diuinitates existimetis, alteram, quæ mea sit, alteram, quæ patris, quomodo, si me Deum agnoscitis, patrem etiã uos agnoscere non intelligitis? Hac itaque ratione sciscitanti Philippo de cognitione patris, respondet Christus, non de patre, sed de seipso, ut aptiùs innotescat, eãdem in seipso, & in patre diuinitatem esse, quibus intelligant imperitiam propriam, qua sola impediuntur, nè & ipsum, & patrẽ agnoscant; Quod & super apertè improperabat, inquiens: Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis. Regina Saba uenit à finibus terræ, non uidere Salomonem, sed audire sapientiam eius. Beati, qui audiunt uerbum Dei. Christus dicitur regnaturus in domo Iacob. Quare non dicitur in domo Abraham, aut Dauid, quorum præcipuè dicitur filius? Nisi quia Iacob sola uoce cognitus fuit? Vox quidem, uox Iacob est. Cœteri sensus decepti fuerunt, idest in uia mundi, potest aliquis esse cæcus, & non surdus; Sed in uia Dei nullus potest esse cæcus, nisi sit surdus. Qui uult uidere, primò audiat oportet.

oportet. Audi filia, & vide. Et alibi. Auditu auris audiui te, & oculus meus videt te. Prius audiri, quàm videri voluit, dum descenderet Spiritus sanctus. Factus est enim repentè sonus tanquàm aduenientis spiritus vehementis. Deinde apparuerunt Apostolis dispertitæ linguæ. Optabat sponsa in Canticis videre faciem sponsi, & vocem eius audire: & quod efficacius optabat, hoc prius proferebat. Ostende mihi faciem tuã, sonet vox tua in auribus meis. Cui tamen econtrariò euenit, dum dixit. Vox tua dulcis, & deinde: Facies tua decora. Cui primò, quàm videre, necesse erat audire. Auditui meo dabis gaudium. Et cum totũ, quod hîc videndum est, fide videndum sit, sit autem fides ex auditu, nondum hoc vides, quod sola videt fides, ac perinde non percipis, quia ego in patre, & pater in me est?

Psal. 44. Iob 42. Act. 2. Cant. 2.

Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Cùm multis argumentis, ex cohabitantium familiaritate dignoscatur hominum conditio, & si versipellium, & fraudantium corda inscrutabilia, soli domino peruia, hominibus autem sint abdita, tamẽ ex mutua, ac annorum longa conuersatione, qua vobiscum sum vsque hodie conuersatus, tũ ex operibus, tum ex meis sermonibus conijcere potuistis; quis sim ego. Quod si me verbis, & factis veracem, in nullo autem facto, vel in verbo mendacem experti estis, nondum me cognouistis? Et quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? nec ignoratis, magistrum illum in toto Israele confessum esse, neminem posse ea signa facere, quę ego iubendo facio, nisi fuerit Deus in eo, idest nisi habeat in se ipso virtutem, & potestatem Dei, consequenterque sit ipse Deus, in quo, est virtus Dei. An Petrum nomine Apostolorum nihil sciscitanti: vos autem, quem me esse dicitis respondentem non audisti, ò Philippe: Tu es Christus filius Dei viui? Aut illius expers extitisti confessionis, cõpos existens obsecrationis illius, de qua scriptum est. Quoniam cæcitas ex parte contingit in Israel.

Cuiuscunque conditionis homines longa tẽporis conuersatione cognoscim⁹. Rom. 11.

Nec temporis igitur diuturnitas, nec testificantium multiplicitas adeò inoleuit, vt satis suggerant cognitionẽ? Hinc maximum desumimus diuinorum archanorum argumentum, vbi temporis diuturnitas in probationem adducitur: Quis enim nisi temerario ausu impetere audebit ecclesiæ illam veritatem, quam multorum super mille annorũ diuturnitas confirmat authoritas? Audiant sacramentarij, & Christi verbis arguantur: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Audiant Anabaptistæ. Audiant Caluinistæ, & Lutherani: audiant omnes hęretici, & Catholicæ fidei dissentientes, qui tam Catholicam fidem, dogmata, sacramenta, traditiones, adhuc non recipiant, quæ tẽporis sexdecim centennorum annorum decursu approbata decurrunt.

Autenticũ sanè est quod lõga temporis traditione firmaƭ.

Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. &c. Dixi supra. Qui videt me, videt & eum, qui misit me: Hoc & tibi iterum repeto. Quomodo autem videt & patrem, nisi quia pater portat omnia, & se ipsum portat verbo virtutis suæ? Quia non nisi in verbo se ipsum, & omnia alia intelligit, & intelligendo contẽplatur, contemplandoq; in suo oblectatur conceptu: eodẽ semel, & iterum in flumine, & in monte attestãte: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacui &c.

Ioan. 1.

F Qua ratione, Speculum sine macula, Dei Maiestatis, candor lucis æternę, & imago bonitatis illius nuncupatur. In hoc speculo speculatur omnis suprema veritas: nam illa scriptura, quæ scripta est à sinistra manu, difficilis ad legendum, repręsentatur nobis; quæ nũc facilè à nobis legitur, cùm speculo mediante nostris offertur obtutibus. Deus enim sua sinistra, idest ex iustitia, se à nobis velut incognitum absconderat, sed cùm se nobis ostendere voluit: speculum sine macula, hoc vnũ exhibuit: Quia ad solam faciem repręsentandam speculo indigemus. Per hoc speculum sine macula, imò in hoc speculo solo peruia fit nobis æterni patris visio: Philip-

Luc. 3. & Matt. 17. Sap. 7.

G pe (inquit) qui uidet me, uidet & patrem meũ: Imperceptibilis erat imago diuinitatis, cuius scrutator opprimetur à gloria, & tamen cùm in vase, aqua reponitur, solares illi radij, non vltra impediũt, quin facies solis, humanis oculis conspici possit.

Qui videt me (inquit) videt, & patrem. Ostensis subtilissimis figuris quæ ex mira subtilitate nequeunt clarè dignosci, media chrystallo apposita, apertiùs, & manifestiùs, quæ confusa, aut obscura uidebanƭ, clariora reddunƭ: constituto lympidissimo Christo, velut medio ad cognoscendum patrem statim (& si in sua natura imperceptibilis) pater agnoscitur.

Christ⁹ velut lympidissima chrystall⁹ obscura, facit aperta luce clarescere.

H *Qui (inquit) videt me, videt & patrem meum. &c.* Cedat hic Troiana prudentia, quæ ad explorandas rates, & quæ procul in mari apparebãt, alta turri, magnũ collocauerant speculum, in quo contuebantur quæcũque procul in equore consistebant. Longè præstãtius, nobis hodie speculũ erigiƭ, in quo quæ sublimiora, ac remotiora existebant, facilius explorantur, speculũ (inquam) sine macula, author omnis mũditię. Speculum, quod effigiatores fallere nescit. Est enim hæc speculi germana conditio, vt se tibi talem exhibeat, qualem tu te illi ostendis; si pulcher, & venustus, se tibi pulchrũ exhibet, & venustum, si ferum, ferum; si agnũ & mansuetum, si leonem, superbũ, si benignũ, & compatien-

Speculi proprietas & conditio.

I tem. &c. Semper qualem te Christo repręsentas, talis in se ipso tibi repræsentatur Christus; si amas, amat; si odisti odit, & se tibi qualis est exhibet, & ostẽdit; vnde Aug. Habes (inquit) iudicẽ in secreto tuo, ille tecũ est, talis qualis fueris, bonus si bonus, vltor si malus, &c. Diuusq; Bernard⁹ ait; Aĩa ex eo quod se diligere, & vehemẽter diligere sentit, etiam se diligi uehementer nõ ambigit, & de sua singulari intentione sollicitudine, cura, opera, diligentia, atq; studio, quo incessanter, & ardenter inuigilat, quemadmodũ placeat Deo, æquè hęc omnia in ipso indubitãter agnoscit. Ex proprijs enim,

August. in Psal. 74. Bernard. in Cant.

K quæ sunt penes Deum agnoscit, & se amari, qui amat, non ignorat. Nescio enim, qua vicinitate naturæ, cùm semel reuelata facie gloriam Dei speculari anima poterit, mox illi conformari necesse est, atq; in eandem imaginem transformari. Igitur qualem te Deo paraueris, talis oportet appareat tibi Deus. Hæc ille.

Cæterum imago Dei figuraq; substantiæ eius, Christus verus Deus est. Videmus Deum, cũ videmus Christum, hominem, & Deum. Ipse facies Dei, de qua ad Moysen loquitur. Facies mea præcedet te, & requiẽ dabo tibi. Præcedit ipse, iam Dux, (quem sequamur) effectus. Nisi quis reliquerit (inquit) patrem &c. & sequitur me, non est me dignus. Ergo si facies Dei Chrs: Homo, & Deus. Rectè itaque moniti sumus quatenus qui

Exod. 33. Matt. 19.

qui videt me, videt, & patrem meum. Vnde Augustinus, Quoties interrogaueris (inquit) ostende nobis patrem: toties & ego respondebo: Qui videt me, uidet, & patrem meum.

Philippe qui videt. &c. Tu occultum thesaurum in agro, tam patentem censes, vt sic in aperto facilè visibilem arbitreris? mortalium adhuc oculis abditum siccine conspicuum existimas? Inde terram, glebas corporis huius dissolue, compages disiunge, vt quæ sub huius corporis mole latent, aperias. Tunc, cum exaltaueritis filium hominis, conspicuus efficiar, & cognoscetis, quia ego sum, videlicet, in patre, & pater in me est. Et qui uidet me, uidet & patrem meum. Rectè quidem existimas tantum thesaurum tibi sufficere, si tamen illum adipisceteris: sed nondum omnia uendidisti, vt illum emeres, & possideres. Magna hæc margarita omnium pretiosissima, quę sola cæterorum bonorum uenditione, & alienatione acquiritur, & comparatur. Nondum enim totaliter animum spopondisti, qui tibi reseruasti vitam, futurus profugus, copijs armatorum, non in te, sed in me ingruentium; nec satis tibi quòd & tu reliqueris omnia, & secutus fueris me, nisi & animæ tuæ, seu uitæ tuæ, urgente necessitate, renuncies. Hæc Christus ad Philippum. Cui morem gerere visus est Augustinus. O fons (inquit) exuberans usquequaque, vena aquarum multarum, quando veniam ad aquas dulcissimæ tuæ visionis, de terra deserta, inuia, & inaquosa, vt uideam uirtutem tuam, & gloriam tuam? Vilescent mihi cuncta creata, te solum Creatorem videre desideranti. Neque enim est qui meam sitim in toto uniuerso extinguere possit, nisi tu solus Deus meus viuus, & uerus. Putas nè uidebo diem illum inexplicabilis iucunditatis, & lætitiæ, diem, quam fecit Dominus, vt exultemus, & lætemur in ea? O dies præclara, & pulchra, nesciens vesperum, nec habens occasum. O gaudium super gaudium, omne uincens gaudiū, quandiu teneor, ne intrem in te, vt uideam Deum meum, qui habitat in te? Vtinam uadam illuc ad videndam uisionem hanc magnam, & grandem. Quæ est expectatio mea, nisi tu Deus? Tu desideratus cunctis gentibus, ostende faciem tuam, & salui erimus.

Ioan. 8.

August. in Soliloq. ca. 35.

Philippe qui videt me, videt & patrem meum. &c. Qui eiusdem sum essentiæ cum patre, si me fueris intuitus: idem erit ac si mei fueris patris contemplatus essentiam, ipse enim non alius in natura, sed alter in persona a patre procedo; & quidem ego non sicut effectus a causa (sicut obloqui ausus est Arrius) nec sicut in effectum causa procedit (vt Sabellius debachatur) a patre sum genitus, sed secundum emanationem intelligibilem, utpote uerbi intelligibilis a dicente, quod quidem manet in ipso: & sic qui uidet me uidet, & patrem meum; Intellige tandem o Philippe Trinitatis sublime mysterium. An nescis quod in Trinitate unitas, & in vnitate ueneranda sit Trinitas? In me siquidem & patre & filio, & Spiritu sancto, nihil est diuersum, nihil separabile, nihil alienum: Non ego sum alienus a patre: in nullo ego a patre dissentio: in nullo discrepo.

A Nulla est inter nos substantiæ differentia in tribus personis, nulla diuersitas, nulla difformitas, & hac de causa o Philippe, Qui uidet me, videt & patrem meum: Ego & pater vnus Deus sumus, non vnicus quia tribus deitas est communis, non tamen una persona pater & filius. Vnum summus absque singularitate: Vnicus pater, vnicus filius: non multiplex in nobis est quidquam, & ideo. Qui uidet me, uidet & patrem meum &c.

Philippe qui videt me, uidet & patrem meum. Inuisibilis Deus, quem nec nostri capiunt oculi; nec videre potest homo, & viuere, formā serui, in qua videretur à tergo per posteriora, suscipiens, habitu in-

B uentus est homo, sic enim Apostolo teste. Se ipsum exinaniuit. Quis autē tam spectandum Sylenum excogitare posset aspectu, mortalium luminibus, inglorium, nullis stipatum mundanis fastibus: Intus autem plenum gratiæ, & veritatis? in quo latet plenitudo diuinitatis? Ad hoc mysterium non pertingit nisi quisquis Christo deseruit, Augustino asserente Præsentem tunc uiderunt serui, & absentem nunc uident serui, & hoc credimus de forma serui, quod valemus capere, dum sumus serui, vt ergo capere utcunque possimus eum, qui non poterat capi a mortalibus, mortalis factus est. Demonstrata enim for-

Philip. 2.

August. in Psal. 109

C ma serui, dilatata est ad demonstrandam formam Dei. Ipse quidem in forma serui loquens seruis ait. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum illi. Videntibus se promisit demonstraturum se. Quid uidebant & quid promittebat? Videbant formam serui, promittebat formam Dei. Viderunt formam serui, qui credebant, videbant, & qui non credebant, uiderunt qui adorauerunt, viderunt, & qui crucifixerunt, uidebunt tam boni, quam impii Christum hominem iudicantem, cui pater om-

Supra Boni & mali iudicantem Christum videbunt.

D ne iudicium dedit, imò & qui crucifixerunt videbunt in quem transfixerunt, & in quem sæuierunt, verum tolletur impius, ut non uideat claritatem Dei.

Quid est igitur, quod inquit, ostensurum se ipsum suis, qui se visurum ostendet etiam non suis? quid est me ipsum, nisi non formam serui, quam temporaliter accepit, sed formam Dei, quam æternaliter habuit? Neque enim hanc vsurpauit, qui nec rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Expectatio autem creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat, quod enim non

Philip. 2.

E uidemus, speramus, & per patientiam expectamus. Tunc uidebitur, quod nunc creditur, cùm sublatis è medio impijs, solis se manifestabit iustis, secundum quod scriptum est. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Rom. 8.

Matt. 5.

Cæterum cùm non alia sit forma patris à forma filij, non alia effigies, sed una species, nec aliam à me faciem habeat pater, ideo.

Eadem est forma patris & filij.

Philippe qui videt me, videt & patrem meum. An ignoras quod dictum sit in formatione hominis? Faciamus (inquit) hominem ad imaginem nostram. Ergo una tantum Trinitatis personarum

Gen. 1.

imago; ergo qui uidet me, videt & patrem meum, Si uis uidere audi; fides namque ex auditu est.

Philippe qui uidet me, uidit & patrem meum. An adhuc impuri, & adeò debiles tibi adsunt oculi, ut in lumine meo non ualeas videre lumen? A ut lyppis adhuc oculis incedis, & cæcutiens latibula petis, instar nictycoracis? Vt uideo o Philippe ex his adhuc es hominibus, qui externa solummodo vident, qui de oculis minimè sapiunt, de quibus dr.

1.Reg. 16 Homines uident quæ exterius sunt, Deus autem intuetur cor; Hallucinabantur, qui Saul oculorum aspectu iudicabant, quia spiritualia iudicio oculorum non subsunt, nec omnino subesse possunt, quia animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt; Spiritualis autem scrutatur omnia etiam profunda Dei.

1.Cor.2. quomodo igitur poteris erudire de spiritualibus, qui tantum iudicare videris de temporalibus? Optimè apparentia contueris si conuertere tam ad superiora.

Cedat superficies, & intimiùs perscrutare, si quomodo abdita quæ sunt obtutibus his, valeas inuenire, ego intus resideo, qui in principio habito:

Ioan.1. In principio enim erat Verbum; in sinu patris consisto, & sic apud patrem assisto, vt vnum sim in substantia cum ipso, sola personalitate distinctus. Adhuc tam imbecillis es ò Philippe, qui magister esse deberes longæ conuersationis nostræ profectu rursum indiges, vt docearis adhùc quæ sint elementa exordij sermonum Dei, quasi lacte opus

Heb. 5. etiā tibi non solido cibo. Quod si quem interioribus oculis inuisibilem tuæ fidei lumine cernis, & aperta facie speculator maiestatis effici cupis, & qui me claro intuitu in assumpta carne vides, eadem etiam visione patrem videre expostulas, intellige quomodo in foribus erras. Respice me, sed in patre manentem, intuere filium, sed in sinu patris existentem, genitum quære apud generantem; non hic locus, aut modus visionis. Datur hic fides, vt subinde, qui credunt, videant, & intelligant.

Tanto tempore vobiscum sum. &c. Ne adderet afflictionem afflictis, non exprobrat incredulitatem illorum, & duriciem cordis, sed consolatur pusillanimes, qui ex ignorantia, non ex malitia delinquebant. Euitandus est liuor confusionis, quærendus est zelus conuersionis, vt & cum Apostolo dica-

1. Cor. 4. tur. Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios charissimos moneo.

Vide quā graue sit grādeque peccatū tēpus in ociosis aere conterere.

Tanto tempore. &c. Iacturam temporis hic deplorat Christus, quo diu nihil profecerint, qui tempore secum conuersati fuerant, Vix tamen per tres annos secum conuersati sunt, & quod dispendium temporis fecerint, conqueritur. Qualibus reprehensionibus digni sumus, qui postquam ab ineunte ætate cum Christo conuersati sumus, parum tamen, aut nihil profecimus, nihil enim preciosius tempore, nobis natura concedit, quo possumus tot bona acquirere, & tot iusta operari. Nihil enim iustius tempore, quod nullarum personarum, unquam fuit acceptator, omnibus æqualiter se ipsum dispensans, & concedens. Ip-

F sum est quod nunquam torpescit, semper decurrit, velocissimè incedit, comprehendi non potest, nisi ab æternitate, suum instans nobis tantummodo concedens. In cœlo tantùm moratur, & eo supremo, idest, in primo mobili subiectiuè consistit, ipsum est quodammodò supra mundum, quandoquidem mensurat mundum, & omnia, quæ in mundo sunt, & licet tempus, quod est continuum non mensuret substantias separatas, quas appellamus angelos, mensurantur tamen tempore discreto, quod constat ex instantibus, sed & quod potissimum est, mensurat ipsum Christum, in terris commorantem, nec non,

Tempore continuo nō mensurantur substātiæ separatæ.

G & cognitionem de ipso, iuxta quod ait; Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Est enim preciosius auro, & gemmis, quæ cùm deperdita fuerint, possunt iterum inueniri, & possideri. Sed tempus deperditum nullo modo, nullaque virtute repeti, aut inueniri potest. Ita vt (Ambrosio teste) Deus non possit hoc agere, vt quod preteritum est, non sit præteritum, & sic manet irreuocabile tempus.

Nihil est tēpore preciosius.

Nunquam senescit tempus, sed ad senectutem omnia reducit. Non est capax corruptionis, sed ad corruptionem hæc inferiora perducit. Non est

Tēpus nō senescit, nec corrūpitur.

H palpabile, non est visibile, non est compositum, non suscipit contrarias qualitates, vnum tantum est tempus regulatissimum, inconcussum, & inuariabile continens diuersas rationes (quasi scilicet oppositas vni) & quod nunc est tempus flendi, alteri est tempus ridendi, quod nunc uni est tempus nascendi, alteri est tempus moriendi; Et quod est alicui tempus plantandi, alicui est tempus euellendi &c. Vtinam temporis dignitatem attenderent, qui aut ocio, aut perperam agentes, sic tempus consumunt, quam à Christo authore temporis reprehensionem suscipient, cum illos ar- Ecclef. 3.

I guat, quod in tempore, sui ueram cognitionem non habuerint? Propterea Apostolus vociferatur. Gal.6.

Dum tempus habemus operemur bonum. Vtinam, & nos cognosceremus tempus; & illo in Christi obsequium, & salutem propriam vteremur. Ecce 2. Cor. 6.

nunc tempus acceptabile, & salutis, Turtur, & hirundo, miluus, & ciconia tempus agnoscunt. Et Hier. 8.

peccator suæ conuersionis tempus, tam stolidè prætieribit? Tempore accepto (inquit) exaudiui te, de quo propheta. Tempus miserendi eius, quia venit tempus. &c. Psal. 101

K *Philippe, qui videt me videt & patrem meum.* Hinc pendet solutio omnium præcedentium controuersiarum. Dicente illis Christo, quod patrem uidissent; Respondentibus autem illis se nescire, nunc apertè illos scire insinuat, quod se nescire dicebant. Qui uidet me; (inquit) uidet, & patrem meum; Si igitur uos me videtis, utique & patrem meum uidetis, idest, si me cognoscitis, similiter, & patrem meum cognoscitis. Tu igitur Philippe, qui te, & cæteros paternæ maiestatis contemplatores beatos existimas, oportet, vt mentis oculos in me conuertas. Vt qui uidet me, uideat, & patrem. Nec hanc mei uisionem paruifacias,

faciās, qui me habitu inuenis, vt hominem, & hanc formam serui, quam ad ministrandum suscepi, coniectas, quandoquidem multi reges, & prophetæ uoluerunt videre, quæ uos videtis, & non viderunt. In nubibus, in igne, in fumo, in figuris præ se ferentibus speciem hominis, in tonitruo, & fulgure apparebat olim Patriarchis, & Prophetis, sicque multifariè, multisque modis olim Deus loquebatur patribus & prophetis; nouissimè verò diebus istis loquitur in me Filio, qui inhabitat in me, in quo semper bene complacet pater. Dicebantur illi Deum vidisse, qui aliquid illorum uidebant, in quibus Deus aliquid operabatur ad eius præsentiam protestandam, multò magis igitur qui uidet me, uidet & patrem.

Heb. 1.

Qui uidet me, videt & patrem meum. Non dico Philippe solùm, cum cæteris mortalibus me conspicias, vt patrem inspicias, sed absolutè loquor. Qui videt me, videt & patrem. Ita quòd ad videndum patrem necesse sit contueri me, ego enim sum Verbum illud patris, in quo pater se ipsum intelligit, quod & intelligendo producit, si igitur nec pater se ipsum, nec Angeli, nec beati intelligendo vident patrem, sed omnia in verbo vident, quia pater portat omnia verbo virtutis suæ, vtique oportet, vt videat me, qui vult uidere patrem. Et sicut vno aspectu videtur speculum, & quod relucet in speculo, qui me videt, videt & patrem; vis uidere Dei sapientiam, vt Deum uideas qui est sua sapientia? Vide Christum Dei Verbum, quē uocat Apostolus. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam; Cōtendis Dei bonitatem scrutari? eructauit ipse verbum bonum, qui bene omnia fecit. Cupis Dei potentiam rimari?

Beati omnia vident in verbo.

1. Cor. 1.

Attende ad Christum tam grauia, & tot mirabilia operantem, Dei charitatem contueri desideras? Dei mansuetudinem? Dei iustitiam &c. Ad Christum oculos conuerte, in quo dum hæc omnia habes conspicua, Dei, & patris cognitionem suscipies. Propterea superius dicebam, quia si cognouissetis me & patrem meum, vtique cognouissetis. Cæterum putas o Philippe, me, quem his vilibus vestibus oculis corporis obuolutum vides, tantis expositum ęrumnis agnoscis? Plus æquo tibi ascribis. An ignoras plerunque sub vili, & despecto habitu contegi multas uirtutes, sanctitatem, & animi præstantiam? extolle parumper tuæ mentis oculos, si quomodo meam diuinitatem inspicias. Fallis te ipsum Philippe quærens oculis contueri corporeis eum, qui spiritus est Deum, & quem in spiritu adorare oportet. Verùm qui modico spiritu uigent, & adhuc carnales existunt, quomodo Deū, qui totus spiritus est, non nisi tenui quodam radio prospicere poterunt? Totis igitur viribus, & votis omnibus postulemus, nobis adaugeri spiritum, ut quæ spiritus sunt scrutari, & contueri mereamur. Multæ sunt imbecillitates nostræ, spiritus est, qui nostram adiuuat infirmitatem, qui ex carnalibus spirituales efficit.

Diuinitaté nequit oculus corporalis aspicere.

Qui uidet me, uidet & patrem meum. Omnimoda similitudo, & perfecta ęqualitas, si enim inæqualiter se haberent, si maior filio esset pater, si potentior, si benignior, si diuturnior, si naturæ alterius, & non eiusdem substantiæ essent pater, & filius, profectò uisio unius non esset visio alterius, quia alterutrum dissentirent. Ea autem, quæ eiusdem sunt mensuræ, quæ inuicem non excedunt, nec exceduntur, similia in illa mensura asserimus esse, vt si quis unius ponderis habet aureos, eiusdem impressionis, eiusdemque preciositatis, vno inspecto cæteri pro inspectis habentur, cùm nil sit in alijs, quod distinctos faciat ab inuicem, nisi sola numeralis, & indiuidualis distinctio, & tamen maior est uniformitas patris & filij, quam thesauri ad thesaurum, quia thesaurus habet aliam substantiam, ab alio thesauro distinctam, & inuicem copulati thesauri, maiorem thesaurum efficiunt. Pater autem & filius longè similiores sunt, quorum vna est & indiuisa substantia, nec aliquid habet, quod addat pater per filium, sed vnus est thesaurus pater, filius, & Spiritus sanctus. Ideò qui uidet me, videt & patrem, quia vnus sol, vnum lumen, vnus splendor, vnum uelle, vnum esse, vna maiestas, vna diuinitas, par splendor, & vna deitas, vnus Deus est pater, & filius, & Spiritus sanctus; sola inest personarum distinctio, quia pater non est filius, sed generat filium, & cum non possit generare, siue producere se ipsum, producit, & generat in se ipso alium, sola personalitate seiunctum, in omnibus vniformem, vsque adeo ut, Qui uidet me, uideat & patrem, Quid est, & patrem, nisi alium à me uidet, & tamen eiusdem naturę maiestatis, diuinitatis, & substantiæ uidet? Vna est patris, & filij summa charitas, una summa bonitas, vna & eadem sapientia, vna & eadem omnipotentia, & ideo.

Vniformitas Dei patris & filij.

Vnum est esse Dei patris & filij, & vna deitas.

Aliū a seipso generat Deus pater filiū.

Qui videt me, videt & patrem meum. Quattuor sunt modi, quibus Deus potest videri, & conspici, minimè tamen æqualiter, & æque perfectè per singulos. Primò videtur Deus ab effectibus naturæ, qui cum sit causa vniuersalis omnium, per suos effectus dignoscitur esse Deus, cum dignoscuntur effectus, vt supradictum est. Hic tamen modus obscurissimus est. Et cùm nil aliud de Deo sciamus, multa de Deo ignoramus: Ad hanc autem cognitionem prius ascendendo peruenimus, postea etiam descendendo contemplamur, ascendimus semper negando, descendimus affirmando; per negationes ad Dei cognitionem peruenimus, qui hæc omnia creata de illo negamus; dicimus enim contemplando terram Deum non esse terram, nec aquam, nec aliud elementum, siue elementatum, sed quoddam aliud sublimius, & excellentius. Item dicimus Deum non esse lapidem, non aurum, non montem, non leonem, non serpentem, aut quodcunque ex his, quæ possunt esse, & non esse, sed & dicimus Deum non esse lunam, non solem, non sidus, non astrum, quæ omnia proprijs limitibus perstringuntur ad suas qualitates, & substantias corporalium dicimus non esse substantias illas intellectuales orbium motrices, quæ finitæ sunt, & limitatæ, & ideo cùm nullum horum sit Deus, nil aliud per hunc modum scimus de Deo, nisi quod aliquid sublimius sit omnibus creatis, aliquid nobilius, quod est æternum à nullo habens esse, immensus, illimitatus, &c. Hæc ascendendo de Deo intelligimus, qui tamen proprietates eius nullo modo, nisi per has negationes percipimus.

Quattuor modis Deum uidere possumus, & conspicere.

Per negationes Deum cognoscimus.

Cum autem hactenus euectus fuerit mortalium intellectus, post ascensum, formare sibi nititur alium con-

conceptum, quo praeter missis praecedentibus gradibus, stans in sublimitate conceptus, se extendit ad creata, & ad omnia inferiora, quae ex participatione dicuntur, & dùm dicimus Deum esse ens, vnum infinitum, omnia alia entia dicimus, non absoluta, sed per participationem esse, & cum dicimus, Deum esse ens quoddam simplicissimum, innuimus omnia alia, aliquo modo esse composita, siue ex substantia, & accidente, siue ex esse, & essentia, siue ex actu, & potentia, vt in substantijs separatis, siue ex materia, & forma, ut cœlum & astra, siue ex symbolicis qualitatibus, vt elementa, siue ex elementis, ut omnia elementata. Et cùm dicimus, Deum esse summum bonum, summum verum &c. dicimus (descendendo) omnia alia, eo bona esse, & uera, ac realia, quo magis participant de ipso summo bono & vero; valde tamen utecque hic modus à vera Dei cognitione est procul, quo eum non nisi per comparationem, ad haec inferiora intelligimus.

Cognitio Dei per cōmunia.

Alia omnia à Deo sunt composita.

Creaturę bonitas & perfectio, unde sumatur.

Alia est euidentior via, quae est per dicta, & facta, in scripturis sacris, cuius meminit Saluator. Scrutamini scripturas &c. Vnde in illis non habemus claram, & apertam Dei visionem, sed sub velaminibus, & vmbris, & figuris, dicente Apostolo. Omnia in figura contingebant illis, Apertiùs tamen in scripturis noui Testamenti, multa de Deo dicimus, Christo maximè referente, sed quoniam scripturae, si ad corticem litterae inspiciantur, non semper erudiunt, sed & incautos occidunt, & ideo eò solum attendenda est littera, quo per spiritū est intellecta, dicente Apostolo. Spiritus omnia scrutatur, & alibi. Spiritus est, qui loquitur mysteria, quae cum sint à spiritu, non nisi à spiritu sunt interpretanda. Animalis enim homo, non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei, sed & sermo scientiae, & sermo sapientiae, ac interpretatio sermonum dantur ab uno, eodemque spiritu, diuidente singulis, prout vult. Vltra igitur scripturam, est alia via ad cognoscendum Deum, quae est uia fidei, & hęc est, quae tam frequenter comendatur in scripturis, per quam viatores certificamur, & Dei, ac diuinorum archanorum notitiam habemus; Haec est omnium scibilium methodus, omnium archanorum thesaurus, omnium diuinorum elenchus, via facilis; via breuis, via certa, & secura, sine qua nihil certi, aut exploratè habere hic possumus, quae cum sit, & breuis, & facilis, omniumque certissima, reprehenditur Philippus, quòd tanto tempore, quo conuersatus est cum Christo non cognouerit, idest per fidem non intellexerit tam Christi, quàm patris diuinitatem. Quapropter subdidit de fide, Non credis quia ego in patre, & pater in me est?

Ioan. 5.
Cognitio Dei p scripturas.
1. *Cor.* 10.
1. *Cor.* 2.
1. *Cor.* 14.
1. *Cor.* 2.

Cognitio Dei per fidem summopere cōmendat

Aequa oībus est cognitio, q̄ per fidem habemus.

Hanc notitiam non maiorem, aut clariorem uoluit esse in sapientibus, quàm esset in simplicibus, & ineruditis, sed omnibus peruiam, & singulis conspicuam aequaliter exhibuit. Non excedunt hac in cognitione viri mulieres; non nobiles excedunt rusticos, quia omnes idem in eandem fidem sapiunt, idem in eadem fide dicunt, idipsumque fatentur omnes, quia est omniū fides, vnus Deus omnium, & unum baptisma fideliū, cuius fide decertant reges, nobiles suos exponunt thesauros: iuuenes pessundant diuitias, amplectūtur paupertatem, petunt eremos, honores conculcant, mundum detestantur, mulieres virginitatem seruāt, maritos abhorrent, vanitates sęculi supprimunt, & tandem omnes huius fidei veri professores, sanguinem exponunt, & vitam pro tuenda certissima fidei ueritate tradunt cruciatibus, aerumnis, & morti.

F

In quibus fidei constantia cognoscatur

Quarta, & praestantissima via perueniendi ad cognitionem Dei, est ipse Christus, & verbum incarnatum. Nam sicut ad innotescenda occulta nos calamo, & atramento oculis obiicimus, quae agnoscenda proponimus, aut quadam uocis resonantia exprimimus, & dearticulamus, quae innotescere uolumus. Ita & Dei verbum, carnē induit, quo inspecto, occulta diuinitatis per ipsum agnosceremus. Post haec (inquit proph.) in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est; & haec est uisio, de qua ipse testatur, dum nesciētia intuentis improbatur. Philippe, qui videt me, uidet & patrem meum. Ad cuius intelligentiam sciendum est, iuxta doctrinam Perhipateticorum omnem cognitionem scientificam, siue omnem scientiam habere quaedam sua principia, in quibus omnis scientiae doctrina fundatur. In quibus principijs continetur implicitè omnis veritas eius scientiae, quibus ignoratis principijs impossibile est ad veritatis agnitionem peruenire, sed illis concessis, & praesuppositis tanquam irrefragabilibus, necessaria, clara, & conspicua multarum conclusionum scientia, & ueritas demonstratur. Dicunt autem isti sapientes, habendos esse pro fatuis, & mentecaptis, nec disputandum esse cum illis, qui talia prima principia aut negant, aut obnubilant. Est igitur unum totius scientiae diuinitatis primū principium, in quo & plura alia principia continentur, & omnis diuinorum scientia dependet, in hoc principio continentur, & ad hoc principium reducuntur omnes ueritates, & scientiae, quod est Christus ipse primum principium, à quo, per quod, & ad quod omnis doctrina, tam veteris, quàm noui testamenti reducitur, & dependet. Dicente eodem supra. Ego principium, qui & loquor uobis, per quod omnis cognitio euidenter habetur, quo inspecto dicitur.

G
Baruch. 3
H
Omnis scientifica cognitio habet sua principia.
Primum principiū in diuinis.
I
Ioan. 8.

Qui videt me, uidet & patrem meum. Et sicut de structis primis principijs impossibile est scientiam remanere, ita ad cognitionem totius scientiae necessariū est, ad hoc primum principium oculos conuertere, ac firmiter inhęrere. In Christo, qui est primum totius veritatis principium continentur alia prima principia illi inhaerentia huic, a quo fundamento, nemo potest aliud ponere, praeter id, quod positum est, duodecim sunt bases supra quibus ecclesia fundata persistit & inconcussa. Sunt haec duodecim articuli fidei, quibus velut duodecim columnis fides sustentatur, duodecim panes propositionis famelicis reseruati, & sunt duodecim lapides durissimi erecti in testimonium saluationis totius generis humani, & sunt duodecim cophini pleni fragmentorum &c. In vno hoc principio Christo, & caetera principia, & caeterae conclusiones continentur. Igitur optimè testificatur, quod Qui videt me, uidet & patrem meum. De quo per Zachariam dicitur in Cantico. Quod ipse sit ad dandam scientiam salutis plebi eius, & alibi. In lumine tuo (inquit Propheta) videbimus lumen.

Christ' est primū veritatis principium.
1. *Cor.* 3.
K
Duodecim fidei articuli, sunt duodecim columnae, sup quas catholica fundat ecclesia.
Canticum Zachar.
Psal. 35.

Hinc

Negantes hoc primũ principiũ omnia negant.

Hinc Iudæi, infideles, & quicunque negant hoc unum primum principium, carent omni alio lumine ad cæteras veritates certè cognoscendas. Quicunque negat Christum esse Deum (inquit Ioã.) In tenebris est, & qui eum non nouit, non nouit & patrem. Imò vt ibidem ait. Mundus non nouit nos, quia non nouit eum. & iterum; Omnis qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse ex Deo est; & omnis, qui soluit Iesum ex Deo non est. In Christo igitur, tanquam omnis luminis, omnis claritatis, & omnis veritatis principio, in quo omnia, per quem omnia, ex quo omnia, nostræ mentis aciem defigentes, apertè, & patrem agnoscimus, cuius uirtutem, substantiam, & potentiam, ac absoluta omnia eadem omnino esse non ignoramus, si enim per illa uisibilia, quæ natura operatur, Deum quoquo modo cognoscimus, per hæc quæ in Christo supranaturalia contemplamur, ad Dei perfectam cognitionem longè clariùs peruenimus.

1. epist. 2. Cap. 3. Cap. 4.

Quomodo tu dicis. Ostende nobis patrem? Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? In hoc vno omnium primo principio hęsitas? aut huius summæ veritatis es inscius? quod ego in patre, & pater in me sit? Tu totius ædificij basim, si non firmasti, non ne corruet quidquid superædificari contingat? Quod si non adeò es ignarus, aut imprudés architectus, vt fundamentum solidum non iacias, & obfirmes. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem?

Quomodo tu dicis. &c. An me pro nihilo ponis, qui patrem tantùm intueri contendis, affirmans quòd sola patris uisio sufficit tibi & cæteris? si alia quàm mei visione, à visione patris uidendum opinaris; iam mei uisionem despicis, qui eam à visione patris distinguis, longè autem à benemerito apostolo, & dilecto discipulo hæc sunt, quæ insulsè depromis, quorsum enim me sic a patre distinguis, & nexum ac indissolubile vinculum nostrum disrumpis? An tu funiculum triplicem, tam facilè soluis, & inquis; Ostende nobis patrem, & sufficit nobis? Sed qui me exterius uides, qui carne indutum vides patrem non uidere uideris, quem expertem carnis non intueris. Si vrget te desiderium agnoscendi patrem, quo pacto non te urget desiderium uidendi meam diuinitatem, quæ una, & eadem est cũ patre? Non credis, per id quod uides, me in patre, & patrem in me esse? Vnum signũ Iudaica perfidia poposcit. Quo habito animum ad credendum prębebãt, Tu multis signis eruditus, nõ credis, quia ego in patre, & pater in me est? An & tu de illis es, ad quos loquebar aliàs Generatio praua, & adultera signum quærit, &c. Aut putas te iam me cognouisse? sed quomodo potes suadere tibi, quod me cognoueris, qui an sim alius, & non aliud à patre, non agnoscis? qui vbi ego sim in sinu patris, & semper in patre non intelligis?

Matt. 12.

Longè ab hac visione, omnes increduli extãnt, quãdoquidem, qui non credit, iam iudicatus est, si credis unam esse deitatis substantiam patris, & filij, si me æqualem patri credis, si non ignoras quoniam qualis pater, talis filius, talis & Spiritus sanctus, me æqualem patri secundum diuinitatem, minorem autem patre secundum humanitatem confiteris. Discas in me uidere patrem, & per me agnoscere patrem, & eum qui uidet me, videre simul ac patrem, symbolica hæc est communitas, me non ad imaginem, sed imaginem ipsius esse patris, & talem imaginem, vt qui videt me, videat & patrem.

A

Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Ecce patrem me amare, quem filium dilectum nuncupauit non ignoras, quomodo non intelligis, aut non dum hanc conspicuam veritatem credis, quòd ego in patre, & pater in me est? Insuper non te capit intellectum, & conceptum intellectus siue verbum identificari inuicem in intelligendo? Si autem hoc te non præterit, quod nec Perhipateticos præterit, qui fieri potest, ut tam perspicuæ veritati non assentias quòd ego sim in patre, & pater sit in me? Sed nonne hoc fuit primum velut omnium subsequentium veritatum, quod præmisit supra. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et si confirmas patrem portare omnia verbo uirtutis suæ; quomodo non etiam confiteris, quia ego in patre, & pater in me est? Adhuc non credis, quòd posteri à longè intuebuntur, dicente propheta. Tu autem in sancto habitas laus Israel. Tandem qui non ignoras omnes etiam creaturas in Deo existere, in cuius intellectu, & scientia omnia existunt, qui intellectus, & scientia Dei non aliud sunt, quàm ipse Deus, quia nihil est in Deo, quod non sit ipsemet Deus, qui omnino est simplicissimus.

B

Ioan. 1.

Psal. 21.

C

Omnia q̃ sunt ĩ Deo sunt ipsemet Deus.

Postremò si cum Physicis formam in propria materia contineri, & materiam cum propria forma in uno esse supposito affirmas, si splẽdorem in solis substantia radicatum, & solem à splendore suo nunquam seiunctum fateris, vtquid adhuc in hac ruditate persistis, quod & ego splendor patris, & figura substantiæ eius, sum in patre, & in me sit ipse pater, non ut in tertio cõponentia tertium, aut ut accidens in subiecto, sed ut genitum in vna substantia cum generante, & in unitate sine distinctione substantiæ. Si credis uilia, crede mirifica, si conspicis infirma, intuere, & suprema, ut per ea quæ intellecta conspicis, sempiterna, & inuisibilia capescere possis.

D

Responde, responde igitur ò Philippe Christo, sed quis est, qui respondeat Deo? Vtinam, & cum sapientissimo illo talia responderes. Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? Manum meam ponam super os meum, unum locutus sum, quòd utinam non dixissem, & alterum, quibus ultra non addam, sed qui sic iustè respondes, dicas ad quid sic respondeas cum eodem iustissimo, sic respondeo. Quia si iustificare me uoluero, os meum condemnabit me, & si innocentem me ostendero, prauum ipse me comprobabit. Verè scio quod ita sit, & quod non iustificetur homo, compositus Deo, neque enim uiro, qui similis mei est, respondebo. Dicam igitur Deo, noli me condemnare, peccaui quid faciam tibi ò custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi? & factus sum mihimet ipsi grauis. Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers tu iniquitatem meam? Illumina tu tenebras meas, nè unquàm obdormiam in morte.

Iob 32.

Iob 9.

E

Non credis quia ego in patre, & pater in me est? &c. Ezechielis testimonio. Rota continebatur in rota, per quam propheta, & intellexit, & intelligendum quid diuinum insinuauit, quæ est rota, nisi pater? & quæ alia rota nisi filius? & quid est rotam esse

Ezech. 2.

in rota, nisi patrem in filio, & filium in patre esse? Vterque rota, quia vterque Deus, sed rota in rota: quia pater non est filius, sed in filio, nec filius est pater, sed in patre, vterque rota, quia uterq; unus Deus, sed non una rota, quia duæ sunt personæ, adinuicem distinctæ, uterque rota, quia æterni sine principio, & sine fine, sed rota in rota, quia neque excedunt inuicē, nec exceduntur, vterque rota, quia uterque æqualiter perfectè, sed rota est in rota, cùm nihil perfectionis in uno, quin sit & in alio, vterq; rota, quia uterq; creator ductor, & motor omnium, sed rota in rota, quia pater portat omnia verbo virtutis suæ, & per sapientiam omnia gubernat, vterq; rota, quia vterq; principium, & finis, sed rota est in rota, quia vterq; vnum principium, & vnus finis omnium, sed & quo ad humanitatem, Christus est rota à sua perfectione, nullo modo deflectens, semper enim rota ad anteriora deflectit, & à posteriore parte subleuatur, quia Christus pleno cursu ad anteriora processit, donec peruenerit vnde regressus fuerat. Egressus est à patre, regressus est ad patrem, excursus vsq; ad inferos, recursus ad sedem Dei, quia rota, quæ nunc in patre subleuata cernitur, vt suum prosequatur cursum, ad ima descendit, & dū sic Christus se exinaniuit, mox iterum superiora petijt. A summo cœlo egressio eius vsq; ad terram, Passionem & mortē, sed iterū occursus eius usq; ad summū eius.

Rotę in rota mysterium nota tu dignissimum.

Psal. 18.

Ipse, vt rota successit paulisper inhærens terræ, nihil terrenum sapiens, solū terram comprimens, & conculcans, omnia post se relinquens, nihil in terra prospiciens, nisi quod pleno cursu uix tangēdo percurrat, alta, & sublimis est hæc rota, vtinam, & homo rotam se esse dignosceret, neque enim frangerent depressi, nec extollerentur elati, quia rotę mutatio, in sortem contrariam conspicitur. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati qui esuritis, quia &c. euntes ibant, & flebant, venientes uenient cum exultatione. Ecce cursum rotæ, etiam ad impios, vidi impium exaltatum, & eleuatum, Transiui, & ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Propterea rogat proph. Deus meus pone illos, vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti, non glorietur igitur quisquis super rotam se sedere conspicit. Quid est vox tonitrui in rota, nisi uox commouentis, & terrentis intus peccatores in peccatis, & prosperitatibus elatos? vel dicitur vox tonitrui in rota, quia per tonitruum pater intelligitur, cuius voce cōcutiebantur audientes. Vnde dicebant Moysi. Loquere tu nobis, & nō loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Et est rota in Christo, de qua dicitur. Apparuit rota super terram, iuxta animalia habens quattuor facies: quatuor facies Christi sunt per eundem prophetam designatæ, iuxta quattuor Chr̄i germanas proprietates, de q̄bus supra in pludio actū est, vel sunt quatuor facies Christi, iuxta quattuor præcipua mysteria, incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascēsionis, de quibus Salomon ait, Tria mihi difficilia, & quartū, quod pœnitus ignoro, viam aquilæ in cœlo, ecce ascensionē, viam colubri super terram, ecce egressum eiusdem de sepulchro per resurrectionē, viam nauis in medio mari. ecce Christi passionem, & viam viri in adolescentia, vel (ut alia littera utar) in adolescētula, ecce incarnationem, & homini non fideli incognitam conceptionem.

Velut rota mutabiles sunt homines & volubiles.

Matt. 5.

Psal. 36.

Psal. 82.

Exod. 20.

Ezech. 1.

Quattuor rotæ, sunt quattuor Christi facies.

Prou. 30.

Apparuit igitur rota, super terram, cum visibilis fa-

F ctus est Christus. In hac rota uox tonitrui audita est, cui pater locutus est roboante tonitruo. Venit vox de cœlo dicens, & clarificaui, & iterum clarificabo, & turba, quæ stabat hanc tonitrui uocem affirmabat. Vnde dicit. Tonitruum magnitudinis eius quis poterit intueri? Vis autem, & expressius intueri? Audi quid dicat ipse Christus, vt rotam in rota intelligas esse, cum Augustino igitur cōcludamus. Si non esset filius in patris visione, non diuersificaretur ipse filius. Qui videt me, videt & patrem, quia in visione patris, visio est filij, & in visione filij patris visio est, tanquam apertè dicat; patris, & filij separari non potest visio, ad quem uidendū
G oportet mundari cor. dicente Domino. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Ioan. 12.

Iob 26.

August. in Psal. 85.

Pater sine filio videri nō potest, nec sine patre filius.

Matt. 5.

Verba quę ego loquor à me ipso non loquor. Verum, & dignum testimonium ex meo sermone suscipite, & quęnam sint verba, quę loquor attendite. Ad hoc enim natura locutionem instituit, vt ea resonante, quod interius occultum est, patefiat audientibus. Primò igitur attendenda est paritas, aut disparitas mei cum patre, quo ad doctrinam, dixi vobis supra. Doctrinam meam non esse meam, sed eius, qui misit me, quod & iterū dico, Verba quę ego loquor, à me ipso non loquor, pater au
H tem in me manēs; Si à me essent, quòd à patre non essent, mea doctrina, mea esset, & eadē non essent, & patris, sed quomodo communi assensu turba proclamaret, quòd nūquam sic locutus esset homo? Nonne prophetæ locuti sunt? Nonne & Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines? quomodo igitur nunquam sic locutus est alius, nec vnus quidem homo, si Deo inspirante, & dictante locuti sunt? Aliquid igitur sublimius, nobis sese offert perscrutandum in verbis Christi, quàm in verbo cęterorum quorumcunq;. Nec iniuria; quādoquidem, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Deus loquebatur olim per os sancto-
I rum, qui à sęculo sunt prophetarū eius: qui non sic per Christum, sicut per illos, sed excellētiori, sublimoriq; modo, cum non per os Christi loqui nobis dicatur, verum in Christo. Quod est Deū loqui nobis, non per os Christi, sed in Christo? Per os aliorū dicitur Deum locutum fuisse, sed in Christo, non per os Christi, nobis fuisse locutum. Quare cum Christo? Nisi quia Deus erat in Christo, non solum vt cæteri sancti, per adoptionis gratiam, sed per gratiam illius vnionis, quæ in vna persona diuina, (quæ ē Christi) vtraq; natura diuina, & humana conectitur. Vnde apostolus ait. Nouissimè diebus istis locutus ē nobis in filio, quem constituit hę
K redem vniuersorum, per quem fecit, & sæcula.

Ad quid sit instituta locutio.

Cap. 7.

2. Pet. 1.

2. Cor. 5.

Luc. 2.

Heb. 1.

Ex quibus euidētius intelligimus, quod dicitur, quia ego in patre, & pater in me est. Illud autem quod spectat ad doctrinæ Christi euidentiam, & integritatem, meditare si quid per doctrinam inuenit, in quo à patre, vel tantillum dissideam, & si in nullo, & minimo verbo, ab eodem patre discrepo, & non magis in omnibus secum conuenio. Quod est, vt cunctetis vlterius, aut ambiguitate retarderis hoc vnū credere, quod ego in patre, & pater in me est? Quod si nullo modo dissentiri inueniat, nec verbo quidē, à doctrina patris; veluti qui à me ipso non loquor, quomodo nec dum credis, quia ego in patre, & pater in me est? Propterea enim adhuc obtestor, Verba quę ego loquor, nō à me ipso loqui. &c.

Absit,

Absit, vt ijs omnibus, rectè intelligentium animus, aliquod aduersus Philippum, seu cœteros quosuis Apostolos, struat calumniæ, impingendo, tam illi, quam illis, noxam aliquam infidelitatis, veluti dubios, & hæsitantes, in his, quæ sunt fidei, siue articulis, siue rudimentis, propter quod à Christo exprobrentur incredulitatis. Vbi sciendum, non quoscunque, aut quomodocunque dubios, in ijs, quæ sunt fidei, nota infidelitatis, siue hæresis, inuri posse. Equidem iuxta decreta, sanctionesque Apostolicas, dubius in fide infidelis censetur, si rectè perpendatur ratio dubitationis, & sic dubitationi inhæreat, vt fidei minimè cedat. Secus autem si dubitationi, sic inhæreat, vt tamen proposita fide, se præbeat ad corrigendum, promptum, atq; paratum, sic enim inquit Theologorum Magister. Absque periculo hæresis aliquis potest falsum opinari, antequam cōsideretur, vel determinatum sit, ex hoc sequi aliquod contrarium fidei, & maximè si non pertinaciter adhæreat. Sed postquam manifestum est, & præcipuè si sit per Ecclesiam determinatum, quod ex hoc sequitur aliquid contrarium fidei, in hoc errare, non esset absque hæresi. Hæc ille: Et propter hoc, multa nunc reputantur hæretica, quæ prius non reputabantur, ex eo quod nunc est magis manifestum, quod ex eis sequatur aliquid contra fidem. Sunt enim, & in his, quæ sunt fides, quædam aliquibus sic imperuia, vt non facilè intellectus statim adhæreat. Quisquis tamen se remittit Ecclesiæ Sanctæ censuræ, paratus corrigi, iste fidei integritatem seruat in pectore, nec talis in fide vacillare, seu à fide recedere dicitur, cum in his, quæ maximi sunt momenti, prudentiori præmeditatione sit procedendum. Nam, & B. Virgo, quæ conceptura Saluatorem, ab Angelo prædicebatur, statim respondit: Quomodo fiet istud, quoniam virum, non cognosco? nec tamen ab aliquo vnquam taxata fuit, minima infidelitatis nota, cum verba sint non dubitantis, aut vaccillantis, sed discussionis, & admirationis, iuxta sententiam supradicti omnium Theologorum Magistri.

Non quicunque de fide hæsitans censetur hæreticus.

D.Thom. 1. par. q. 32. art. 4.

Plurima nunc censentur hæretica, quę ante eorū decisionē vera credebantur, & recta.

Luc. 1.

D.Thom. 3. par. q. 27. art. 4. ad 2.

Aduertendum etiam occurrit, ante publicationem Euangelij sufficientem, Ecclesiam nondum determinasse propositiones hæreticas, quas, qui tenebant, siue asserebant, nondum vocabantur Hæretici, sicut, nec modo, licet multæ sint propositiones ab Ecclesia determinandæ, quæ in seipsis sunt hæreticæ, tamen quicunque adhuc eas tenet, & defendit, minimè incurrit, siue in peccatum, siue in pœnas, quæ statutæ sunt Hæreticis.

Verba, quę ego loquor, &c. Qui loquitur, aliquando stylo alto loquitur, aliquando infimo, aliquando mediocri, aliquando claro, aliquando vero obscuro. Quocunque modo loquatur Christus; inquit. Verba, quæ ego loquor, &c. Tunc stylo alto loquitur, cum de diuinis, & de cœlestibus, cum de supremis, & altissimis mysterijs loquitur, de quibus ad Nicodemum: Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? Tunc de his loquebatur stylo alto, ad cuius cognitionem non ascendebant, nisi Spiritu Sancto ducti. Vobis (inquit) datum est nosse mysteria regni Dei, vt & ideo alibi ait: Qui potest capere capiat, qui habet aures audiendi audiat, infimo stylo loquebatur, cum Sathanam in deserto confun-

Chri modus loquēdi varius.

Ioan. 3.

Luc. 8. Matt. 19.

A deret, in pinnaculo argueret, & in monte deijceret, cum de inferno eiusque igne, & tenebris sermonem faceret; cum diaboli technas aperiret, ad cribandos, velut triticum fideles, cum illum mēdatiorū authorē, & patrem ostenderet, &c. Medio stylo velut phrasi communiori loquebatur, cùm palam mundo loquebatur, cùm in templo doceret, & in occulto loqueretur nihil, cùm turbam erudiret, & Ecclesiam ex omnibus congregaret. Claro tunc sermone velut vulgari, & notissimo idiomate loquebatur, cum aperiret pauperibus sensum, quibus euangelizabatur, cum palam loquebatur, & prouerbium nullum diceret, cum in-

B terpretaretur præcepta illa præcipua dilectionis, scilicet Dei, & proximi, vos autem irritum fecistis mandatum Dei, &c. Et alibi de dilectione proximi: Ego autē dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite, &c. Quandoque obscuro stylo loquebatur, cum in parabolis loquebatur, vt qui non vident videant, & qui vident cęci fiant; Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Interdum stylo ferreo locutus est Christus, cum duriùs incredulos redargueret. Generatio praua, & adultera signū quærit, &c. Auferetur à vobis regnum Dei: Malos malè perdet. Hypocritæ bene prophetauit de vobis Isaias: Auferte

C ista hinc, & nolite facere domum patris mei, &c. Plerunque dulciùs loquebatur dulcissimus Iesus, qui etiā proditorem suum vocauit amicum, qui pro suis crucifixoribus Deum patrem rogauit, qui infirmum cęcum, leprosos ad petendam salutem inuitauit, qui viduam flentem, & sorores plorantes super fœtentem consolatus est, qui Chananeam, & Centurionem de fide maxima exaltauit, qui Zacheum ad eum recipiendum ex arbore vocauit. His omnibus verbis locutus est Christus, de quibus omnibus hoc attestatur, videlicet.

Mar. 7. Matth. 5.

Matt. 11.

Luc. 11.

Verba, quę ego loquor, à me ipso non loquor. Quæ & eius esse dicuntur, cuius & ipse filius est i. patris, siue

D doceat igitur Christus, siue Sathanam eijciat, siue fuget febrem, siue lumen restituat, siue ad vitam vita functos reuocet, siue imperet mari, & ventis, siue peccata dimittat, hac vna cum patre communi virtute operatur, quam nec sibi ascribit, quia illam non subripuit, cum non rapinā arbitratus sit, se esse æqualem Deo, his omnibus sermonibus, & verbis locutus est: Loquebantur & Apostoli varijs linguis magnalia Dei.

E contrario verò impij, semper alta loquuntur, qui se extollere in omnibus, & super omnes contendunt, qui blasphemijs Deum, & sanctos lacessunt, qui de se multa temerè præsumunt, qui detractionibus singulos dilacerant, qui contumelijs cœteris insultant, de quibus dicitur: Posuerunt in cœlum os suum, & lingua

E eorum transiuit in terra, & alibi: Exacuerunt, vt gladium linguam suam, & lingua eorum gladius acutus; Sed attende quanta diligentia per linguam, & verba, velut per efficacissima indicia te intus qualis, & quis sis ostendas; de ore tuo iudicaberis serue nequam, dum autem tot mendacia confingis, tot fraudes moliris, tot blasphemias euomis, & tot obscena depromis, quis intus in te sit, ex his facilè agnoscis, cuius sis, & cuius sis, loquela tua manifestum te facit; Vnde prophana, nisi à prophano? Vnde turpia, nisi à turpi? falsa, nisi à falso? obscęno? Audi sapientem: Illaqueatus es verbis oris tui. Pone igitur ori tuo custodiam, & iuxta monita:

Alta loquūtur impij.

Psal. 72.

Psal. 63.

Ligua qua les sim' agnosci-mur.

Prou. 6.

Eccl. 5. monita: Sit manus tua super os tuum, nè capiaris in
Psal. 51. verbo indisciplinato, & confundaris: Dilexisti omnia verba præcipitationis, propterea Deus destruet te in finem.

Verba, quæ ego loquor, &c. Contingit plerunque homines per nutus loqui, nonnunquam signis, multoties scripto apertiùs, & euidentiùs ipsa expressione, & prolatione verborum, quibus omnibus modis locutus est Christus; Loquit Christus, & pater dicit, nec aliud loqui potest Christus, quàm quod dicit pater, totum quod dicit pater in filio dicit, quia vnum tantum verbum dicit, semel loquitur Deus, & non repetit illud, pater tantum dicit, quia dicere patris, est producere, qui cõsubstantiale verbum producit, eructauit (inquit) idest ab intrinseco substantiæ, & naturæ produxit cor meum, quo nihil intimius, velut in centro verbum bonum, idest essentialiter perfectum, ex consequenti eiusdem naturæ, perfectionis, & bonitatis mecum, dixit, & ab extrinseco, & dicendo perfecit, quod dixit, vnde Proph. Ipse dixit, & facta sunt; Cumque diceret, fiat lux, fiebat lux, fiat firmamentum, &c.

Pater dicens æquale sibi verbũ eructat

Psal. 44.

Psal. 148

Quidquid dicebat; efficiebat, hinc verba, quæ loquor vobis (inquit Saluator) à me ipso non loquor, siue per nutus, idest per internas inspirationes, quibus loquitur ad cor Hyerusalem: Audiam quid loquatur in me dominus Deus, siue per exteriora signa, dum calcaribus, aut virga, siue in chamo, & fręno, maxillas constringendo, percussionibus impulsi per vexationem accipimus intellectum, ad dirigẽdos pedes nostros in viam pacis. His velut eruditionis verbis letabimur: Virga tua, & baculus tu⁹ ipsa me cõsolata sunt. Loquitur per scripturas. In quibus tot sunt verba eius ad erudiendum populum, quot documenta, & præcepta, comminationes, & promissiones. Quæcunque.n. scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem, &c. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendũ, & ad erudiẽdum in iustitia.

Psal. 84.

Psal. 22.

1. Cor. 14

2. Thi. 3.

Insuper, & prolatione verborum loquitur Christ⁹, cuius verba non sunt à seipso, siue prædicando, siue in medio doctorum disputando, siue erudiendo, siue iubendo, &c. verba, quæ ego loquor vobis, à me ipso nõ loquor; tanquam apertè diceret: Si quid ego pollicitus sum vobis, si quid execratus, si quid comminatus, si quid docui, si quid iussi, si qd ordinaui, & statui, &c. Verba, quæ ego loquor, à me ipso non loquor, quæ audiui, & didici, & in mãdato à patre habui, hæc sunt; quæcunque loquor. Non possum, non talia loqui, qui solus sum verbum patris. Qui autem homo erat, & mentiri poterat, inquiebat: Væh mihi si tacuero, & alius. An potero aliud loqui, quàm quod Deus iusserit? Cœteri cum veritatem loquantur, non ipsi loquũtur, cum sit omnis homo mendax, sed organum sunt loquentis, per os sanctorum, quia veritas à quocunque dicatur, à Spiritu Sancto est. Propterea de cœteris fatetur: Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur, vobis. Non sic ego, sed qui loquebar, Ecce ad sum, & loquor vobis, loquebar per alios, loquor per memetipsum, ideo loquor, sed non solus, vel à me ipso loquor, quia non sum solus, nec me solum

Isa. 6.

Num. 22.

Math. 10

F reliquit, qui me locuturum misit, imò de me protestatur Moyses. Prophetam suscitabit Dominus, ipsum audietis, cui & pater testimonium præbuit, ipsum audite. Igitur, quæ loquitur non à se.i. sine patre, sed in omnia, & per omnia, vt coniunctus, & vnitus, non per gratiam solum, sed & per naturæ, & substantiæ vnitatem, ac per vnitam in deitate humanitatem, vnde dicit: Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit.

Deut. 18.

Psal. 49.

Verba, quę ego loquor, à me ipso non loquor: Pater autem in me manens ipse facit opera. Sicut ego nihil à me ipso loquor, nec à me ipso aliquid facio, qui totus à patre procedo, nihil à me ipso possideo, nec perperam mihi aliquid vsurpo, seu rapinam aliquid habeo, qui

G totum à patre suscipio, ille sua mihi verba donauit, qui suam mihi diuinitatis naturam generatione communicauit, ille opera mea facit, qui suam mihi potestatem, ac virtuté tribuit: sic enim Domini à Domino verba prodisse scriptura testatur: Factum (inquit) est verbum domini ad Hieremiam, à domino, & idem de opere legitur: Pluit igitur dominus ignem, & sulphur à domino super Sodomam, quæ locutio, aut quis locutionis modus? An aliquid ineptum, incongruum, siue superfluum in sacra illa scriptura, vbi eloquia domini, eloquia casta, idest sobria, argentum igne examinatum probatumque septuplum? Vtrinq; sanctissimæ Trini-

Hier. 34.

Gen. 19.

H tatis mysterium designatum, cui nullus Hebræorũ Rabinorum ad normam satisfacere potuit, nisi qui per sonatum diuinarum in Trinitate fidem agnouit. Cum itaque non dominorum verba, sed domini, à domino dicat; non plures, sed vnum tantum dominum insinuat, & cum à domino dominum dicat, iam aliam ab alia persona per distinctionem personaliter distinguit, & separat.

Sãctissimæ Trinitatis mysteriũ.

Cœterum, & nos hinc à domino auspicari nostra, quę loquamur verba debemus, nè vel otiosum aliquid, nostro progrediatur ab ore, de quo redituri rationem in die iudicij sumus, ex ore nostro iudicaturi, quia vt di-

I citur: Os tuum condemnabit te, & non ego, & labia tua, respondebunt tibi. Hinc sanctus rogabat: Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam, cuius enim labia à domino aperirentur, ea quæ iusta sunt, loquuntur, os enim iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium: ore autem sordido, quid sordidius? Ideo Apost. ait; Omnes immunditia, aut auaritia, aut fornicatio, aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet.i. non faciunt ad saluté, nec nominẽtur in vobis, vt decet sanctos Dei, sed magis gratiarum actio, &c. Vnde Ambrosius ait: Licet ioca sint honesta, hæc tamen abhor-

Iob 15.

Psal. 50.

Ephes. 5.

K ret ecclesiastica disciplina, quoniam quæ in scripturis, non habemus, quomodo hæc vsurpare iustè possum⁹, & qui à verbi Dei fonte haurimus, ac inde potamus, quomodo à dissipatis cisternis, aquas, ad solatium sumimus.i. secularibus iocis oblectamur?

Verba otiosa, scurrilia, & iocosa pcul arcenda sunt.

Hinc etiam discamus, ad rationem integritatis spectare, vt prius discatur loquendi, quàm operandi modus, cum prius à natura officium insitum sit loquendi, quam operandi, eo tamen longè difficilior, est ars loquendi, ab arte operandi, cum ipsa ars loquendi nulla sit, si careat arte tacendi. Huic igitur arti, tota est cura inuigilandum, ea maxima ratione ab ipsa nobis exposita veritate, quia quæ exeunt abhomine ea sunt,

Artis loquendi, & operandi differẽtia.

quæ

quæ coinquinant hominem cum illa fiant peruia ad A opus prauum, quæ verborum lenocinio sunt maculata
1.Cor.15. Apostolo dicente: Corrumpunt bonos mores colloquia mala, oportet autem semper prudenti sermone viros probos, cum omnibus agere, Apostolo dicente:
Collos.4. Sermo vester semper sit sale conditus, Ecce quã multæ sint, tam maternis, quàm latinis linguis rectè loquendi expositæ rationes, & regulæ, quæ si conueniant sæculo, quomodo non magis viro Christiano, & erudito? cuius oratio (teste Ambrosio) pura, simplex, dilucida, grauis, & plena veritatis esse debet, siue igitur verba, siue opera sumatis, quid non diuinum in me inuenitis? quomodo igitur non creditis, quia ego in patre, B & pater in me est? Attende rationem æqualitatis, quã probat cum patre; si tãtum dixisset, se in patre esse, cum quod est in alio, nonnunquam est minus illo, & omne contentum angustius mensuretur suo continente, potuisset humana præsumptio de filij minoritate dessumere argumentum, & ideo simul adiunxit, & pater in me est? quasi apertè dicat, nec me rectè intelligere potestis, quomodo sim in patre, si non simul intelligatis, quomodo in me sit pater, his omnibus addo, & huius veritatis argumentum.

Inspice (obsecro) in hoc virtutũ oiũ & morũ exẽplar, quo à tãto authore doceris piũ pariter & ciuilem loquendi modum, disceq; vel tacere, vel salutaria, & grauia, veraq; verba depmere.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, quę ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Huius C sententiæ cum præcedenti talis est conformitas, cùm enim discipulos ad vnum illud potissimum credẽdum suasisset, eum videlicet esse in patre, & patrem in se, tã ratione, quàm operum ipsius argumento; vlterius ad nouum eos inducit argumentum, quò eandem fidem amplexuri essent, tanquam diceret, si non satis vobis est, & verba, & opera, quæ loquor, & facio meam cum patre vnam esse diuinitatem, hoc vobis vnum suadeat, cum credentes in me, & me esse in patre, & patrem in me eadem sint facturi, quæ ego facio, & etiam maiora, idest, qui me filium Dei crediderint, & me in patre, & patrem in me suasum habuerint, idest, me consubstan- D tialem ipsi patri plena fide tenuerint, hi opera, quæ ego facio, faciunt, & maiora horum facient, potissimũ profectò argumentum, quod nec proteruia hæreticorum, nec totius mundi fallacia infringere potuit, nisi enim hoc verum esset, quomodo in obsequium Christi totius mundi intellectus redigi potuissent? & reuera nullum aliud hoc argumento firmius, & stabilius, quo velut firmissimo cardine totius Ecclesię firmitas vertitur, & obfirmatur, non enim aliunde, quàm ab hac fide, & fiunt, & factæ sunt huiusmodi virtutes, & opera diuina in Ecclesia, sunt enim, & multa maiora, quæ facta sunt à Christi fidelibus, quàm facta fuerint ab ipso Christo. E

Arbitrabantur aliàs homines neminem, nisi solum Deum posse peccata remittere; post abscessum verò ipsius Christi multo maiora facta sunt per ministros fidei, quàm per authorem ipsius fidei, cum tamen omnia ab ipso authore fidei promanent. Vnde sciscitante Petro, quoties dimissurus esset peccata peccanti, respõ-
Matth.8. dit Christus: Non dico tibi septies, sed septuagies septies. Ecce maiora. Longè multi conuersi sunt ad fidem per Apostolos, & verbi Dei præcones, quã conuertit ipse Christus: ecce maiora, & tamen hæc in gloriam Christi, tanquam in authorem fidei conspicua redduntur, Apostolo dicente: Non enim, qui plantat, aut qui rigat aliquid facit, sed qui incrementũ dat De⁹, quid Paulus? quid Apollo? quid Cephas? Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem est, qui incrementum dedit. Ergo maxima est hæc fidei veritas, cui tantum datum est diuinitatis, vt non solum faciat, quæ fecit Christus, sed maiora esse faciat, vtique non ad aliũ finem, quàm ad confirmandam hanc eandem inconcussam veritatem, sunt & opera maiora, quę fideles faciunt, & Christus non fecit. Vicit Christus diabolum, vicit mundum, fregit potentias, arcum, scutum, gladiũ, & bellum, vincunt fideles, tamen proximum, & diabolum, & mundum, vincunt, & carnem, quam opus non habuit Christus, vt vinceret, cui nunquam rebellis fuit, nos autem maiora in hoc facimus, dum carnem insurgentem in spiritum vincimus, & in tali congressu victores efficimur, Cœterum plus est (inquit Origenes:) Nimirũ, quod per nos facit, quàm quod per seipsum facit Deus: plus est, quod per discipulum, aut ministrum fecit magister, & dominus, quàm quod per seipsum operari videtur. Origenes Hom.7.

Plures ad fidẽ, Apostolorũ, q̃ Chri prędicatione cõuersi sunt.

Pater in me manens, ipse facit opera. A verbis ad opus transit, cum non sit verbis singulorum exhibenda fides. Multi sunt, qui se Dei amicos appellant, quem tamen factis negant. Sunt qui verbis se iactant, extollunt, comendant, & prædicant, qui factis se deinde condemnant, isti à seipsis loquuntur, & de proprio loquuntur, ideo in operando deficiunt. Debile nostrum est testimonium, quod verbo solo ferimus Non enim doctores, aut auditores legis iusti sunt. Transit igitur Christus à testimonio sermonis, ad testimonium operis, tanquam diceret. Attendite ad opera, quæ à me fieri conspicitis. Nam & si testimonium verborũ, imò solius vnius verbi efficacissimum sit, cum mentiri veritatem non contingat, tamen ad tollendam omnem excusationis tergiuersationem, ad consolidandas omnium fidelium mentes, dico, si mihi non vultis credere operibus credite, in quibus omnem constituo basim credulitatis. Ita vt si opera non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem increduli nullam excusationem habent de peccato suo.

Chri opera sũt credulitatis nsæ basis, & fundamentum.

Qui igitur mei fidem non mortuam, non inanem, aut vacuam, desidero eam non in nudis, inanibusque verbis consistere ostendo; sed qui eam sic instituo, vt viua sit, quæ per dilectionem operetur, eam in operibus constituo, vt enim perfecta sit fides, qui omnia rectè dispono, qui omnia inuicem consonantia facio, facta verbis copulo, & normam veræ fidei, & Christianitatis præbeo, dum vos ad opera conuerto, & à verbis ad facta reduco. Qui prius Moysen ad Pharaonem, vt loqueretur, destinaui, quò populum è duro iugo illius seruitutis liberaret, & ei signa adieci, quibus ad credendum, & obtemperandum promoueretur, ipse mortuos ad signa factorum, post sonos verborum appello, & Pharaoni, & Iudaico populo dantur signa, quibus ad credendũ Moysi indubitatò adducantur. Et quãuis crediderint pastores Angelis, Christi natiuitatem annunciantibus; Veruntamẽ, qui solis verbis nõ astruunt fidem, sed illam operibus confirmant, ad exterius testimonium pastores recurrunt. Eamus (inquiunt) & videamus hoc verbum, &c. Et inuenerũt infantẽ pannis inuolutum positum in præsepio, nonne, & Lutherus, Caluinus, & huius pestis homines supra Moysen, imò supra Angelos & (vt verum fatear) supra Christum, Luc.2.

se

Confunditur Hæreticorũ temeritas, & insania.

se extollunt, cum fidem solis verbis sibi præstandam contendunt? Ad hanc vsque insaniam hæretica prorensa est temeritas, vt hæc sibi vsurpare nõ pertimescat.

Pater in me manens, &c. Tanquam apertè dicat, ex sua operatione vnaquæque res dignoscitur. Cum enim vnumquodque sit propter suam operationem, quorum vna est operatio, horum est, & vnum esse.

Quorũ est vna operatio, vnũ est esse.

Hæc igitur mente recogitate; Quod si vnam eandẽq; operationem, mei, & patris intelligitis, quomodo me in patre, & patrem in me esse credere tardatis? Oportet enim, & ea adinuicem distingui, vel vniri, quorum actiones, aut separatæ sunt, aut vnitæ; si igitur, hæ vnitæ sunt, vt non plures, quin magis vnum sint, quomodo ego, & pater non vnum sumus? Quod si vnum sumus, sed non vnus, quomodo non credis, quod ego in patre, & pater in me est? Hoc est illud irrefragabile argumentum, quò dubitationi meæ diuinitatis exhibeo, dum vos ad facta remitto. Hoc ipso respondi percunctanti Ioanni per discipulos, ait ego essem, qui venturus esset. Ite renunciate Ioanni, quæ audistis, & vidistis, cæci vident, &c. Hoc est, & argumẽtum, ad quod reducebam incredulos, Si mihi nõ vultis credere operibus credite, hoc argumento volui doctrinam Euangelicam confirmatam iri, mittendo discipulos mundo prædicaturos, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Scio, quia Iudæi signa quæsierunt, Græci sapientiam quærunt, ideo ad vtrunque populum lucrifaciendum, & per verba sapiẽtiam, & per operũ signa, meæ diuinitatis præbeo argumẽta. Insuper (vt Apostolus ait) Sapientibus, & insipientibus debitores sumus. Ideo sapientibus per doctrinæ verba, insipientibus verò per euidentia signa Euangelicæ doctrinæ rudimenta manifesto, qui omnes homines saluos fieri desidero, eosque ad agnitionem veritatis peruenire cupio.

Matt. 11.

Rom. 1.

Pater in me manens, &c. Supra dictum est de filio: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, hic autem versa vice, ait, pater in me manens, ipse facit opera, quid hæc inuicem ad alterutrum denotãt, aut nobis insinuant, nisi hoc vnum protestantur, quod dicitur, quia filius in patre, & in filio est pater? Hoc idem, & supra: Aperte insinuauit, dum inquit; Quęcunque facit pater, hæc & filius similiter facit, non ait talia, aut similia facit, sed hæc. i. eadem, quæ facit pater, facit filius, quia quæ facit pater, sua sapientia, sua potentia, & sua virtute facit. Cum igitur Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam dignoscamus, & eum cum patre omnia operantem proferamus, oportet; sicut & alibi scriptum est: Antequam quidquam faceret, erã, cum eo cuncta componens. Indiuisa enim, & inseparabilia sunt opera Trinitatis, quæ prodeuntur ad extra, vt vbi est vna communis natura, virtus, & omnipotentia, ibi vna sit omnium operatio, & quibus est vnum velle, & intelligere ibi sit vna actio volentis, & intelligentis, non enim aliter hæc se habere possunt, quia nõ potest pater aliquid ex seipso sine filio facere, nec filius sine patre potest aliquid operari, nondum igitur credis, quod non potest aliter se habere? quod impossibile est non esse, nõdum fecisti possibile credere? Cũ igitur necesse omnino sit pro Dei summa simplicitate rem sic se habere; ideo denuo, non vt confundam vos, sed vt tanti erroris cautiores efficiam, dico.

Ioan. 1.

Ioan. 5.

Sap. 1.

In Deo patre, & filio vna volentis, & itelligentis est actio.

F *Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.* Ego sum lux mundi, lux à sole procedit, & in sole semper consistit, & ad terram vsque descendit, sole nunquam cum terra coniuncto. Et sicut per lucem sol à vobis cognoscitur; Ita ego (ò Philippe) à patre processi nulla mutatione interueniente. Et sicut sol suam lucem secum perenniter habens, nunquam sine luce extitit, ita & semper me sibi vnitum, qui æternaliter fuit, æternaliter habuit. Nulla terrena caligo, nulla inferiorum immunditia, nulla diabolica malitia diuinos offendit radios, nihil G deterioratur diuinæ lucis maiestas, non puritas, non claritas: Nusquam est infirmata potentia, non virtus, non sanctitas, contuere lucem, sed in sole manentem, simul ac à sole egredientem. Custodi oculos, ad solem conuertere, ad superna erigere, & æterna contemplare, noli vlterius oculos tuos statuere, in terram declinare, si me æterni solis lucem optas intelligere, sic ego ex Deo processi, & in sinu patris semper extiti, velut inseparabilis radius à sole progrediens, & in sole semper consistens, adhuc tamen intimior, ego sum patri, quàm splendor soli, cum nihil substantiæ solis sit in radio, qui sola est qualitas, & velut quædam eius proH prietas. Ego autem veriùs, & intimiùs sum in patre, cui totam suam essentiam, ac substantiam communicauit pater, & ideo non sine me pater, nec ego sine patre vnquam esse possumus. Quapropter, & ego in patre, & pater in me, qui in essentia idem sumus, semper in alterutrum existere dicimur.

Magis quã soli splendor patri Chrs, est intimus.

Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Potuissem, & uobis dicere, quod alias Phariseis dixeram. Si ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi? Loquor uobis, & non creditis. Verùm, quia in uobis totius ChriI stianæ fidei rudimenta compono, in uobis omne fidei fundamentum confirmo, nolite o cultores fidei omni spiritui credere, sed probate, qui nam ex Deo sint. Non hoc dico, ut credatis nudis uerbis. f. hoc iubeo, ut credatis operibus diuinitatis. Alioquin igitur propter opera ipsa credite. Discurrite iam non in solis uerbis, sed in operibus meis à principio meæ incarnationis: Attendite matrem Virginem, Spiritus Sancti obumbrationem, Angelos nunciantes, stellas præuias protestantes, reges adorantes, attendite cordis secreta perscrutantem, futura contingentia prædicentem, omnia nuda, & aperta præ oculis habentem, peccata quo ad culpam, & pœnam remittentem, figuras illustrantem, K Prophetas adimplentem, diabolum, mortem, & naturæ defectus, propria uirtute expellentem, nihil tandem operatus est, per quod fides in ipsum, aut haberi, aut augeri non possit, & debeat.

Diuina miracula à Chro peracta cũ patefaciunt.

Alioquin propter opera ipsa credite, &c. Arguuntur discipuli tarditatis fidei, quæ primæ tãtùm veritati innititur, ostendens se Christus primã ueritatem, summamque esse, cui nihil firmius, cum ipsa tantum inniti potest fides catholica, Apostolo dicente: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positũ est, quod est Christus Iesus. Aut nulla igitur est fides, aut certè inconcussa, quæ tanto innititur fundamento. Non igitur arguuntur Apostoli de infidelitate, sed de tarditate ad clarè intelligendum, etiam ex operibus Christum Deum, & consequenter unum cum patre in eadem

1. *Cor.* 13

eadem essentiæ diuinitate existere; supra enim & ipse Christus de seipso testificabatur, quod testimoniũ suũ verum esset, & irrefragabile, infraque Pilato respõdet. Ego veni, vt testimonium perhibeam veritati; Vt hæc sit repræhensionis energia, cum Deus solus sit verax; omnis autem homo mendax. Quid est, quod me dicente, peregritemini, me in patre, & patrẽ in me esse? Dixi enim aliàs Iudæis, quod & modo contestor vobis, quod si testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est. *Ioan. 8.*

Vbi occurrit obseruandum, ea quæ diuinitus sunt reseruata mysteria, non posse testimonio hominum, aut rationum suffragio adipisci, cum procul sint, & à lege rationis inferioris, seu à captu ingenij in suis solis viribus constituti. Ad hæc igitur capescenda, imò & intelligenda, altiori testimonio capacitas indiget humana, quæ lumine fidei irradiata, ad superna quæque disponitur percipienda; propterea enim supra idem Saluator approbat Apostolorum sententiam ab ipsis frequenter repetitam, dum passim eum, & magistrum, & dominum nuncupabant. Vos (inquit) vocatis me magister, & domine, & bene dicitis, sum etenim, sum magister (inquit) sed non edoctus ab homine, docens tantummodo homines, eosque de altioribus, supra homines erudiens: sum dominus, non ad tempus, neque in terminato confinio: sed is, cui omnia subiecta sunt sub pedibus meis, per quem reges regnant, &c. Si igitur tale est testimonium, quod præbeo, quo nec falli, nec fallere didici, imò nec potui, cum sim ipsa summa veritas, quid est, quod me dicente, adhuc quæritis, & mentis vestræ habenas non relaxatis?

Summæ veritati fides nostra innititur.

Cæterùm cum ipse solus scrutator sim secretorum diuinorum, quomodo tam magna, & alta capere poteritis, nisi me reserante, referente, & erudiente? Viderat Apostolus secreta, quæ altissima non licuit homini loqui, sed quod illi non licuit, licuit tamen Christo. Quare non licuit Apostolo, & licuit Christo de huiusmodi effari, diuinis mysterijs? Quia ea, quæ sunt fidei, non homini, qui suspectus potest esse de veritate, sed Deo ipsi summæ veritati fides nostra immediatè innititur, & fundatur. Vnde idem Apostolus retulit: *Gal. 2.* Creditum sibi fuisse Euangelium præputij, idest, ad prædicandum gentibus à domino, sicut & Petro circuncisionis. Quisquis igitur se ad iactantiam extollit, quisquis ad despiciendos ignaros magisterium affectat, quisquis ad popularem auram se exaltat, aut de dono scientiæ, potestatis, intumescit, is seipsum titulo magisterij, aut potestatis indignum ostendit: secùs si quis ad sanam doctrinam, seu fidem catholicam se Christi ministrum ostendit, & munia sua ad cohibendos falsæ doctrinæ magistros, siue etiam ad Dei maiestatem, ac bonitatem suadendam præclara, quibus ornatus est, munia referre contingit, hoc vtique sano consilio, graui, vtilique sermone cæteris ostendere, & enarrare potest: sic enim, & Apostolus Paulus: cum à Pseudoprophetis se iactantibus carperetur, dum suaderent populo, sibi magis credendum, quàm ipsi: Insultabant se filios Abrahæ, magistros in Israel, & honoratiores, ad popularem fastum, quò abducerent animos Iudæorũ ab eiusdem Pauli doctrina, præsertim, absente eodem Paulo, qui ideo coactus fuit, seipsum extollere, ne retraherentur ab auditione verbi Diuini, & à fide Christi.

Quisquis de scientiæ dono, vel magisterij studio, siue quouisque alio collato sibi munere iactabundus extollitur, se eo idignũ quo gloriatur, ostẽdit.

2.Cor. 11.

A Alioquin (inquit) veluti insipientem accipite me, vt, & ego modicum quid glorier, quoniam multi gloriantur, secundum carnem, & ego glorior; Libenter enim suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. In quo quis gaudet (in insipientia dico) audeo, & ego. Hebræi sunt, & ego. Israelitæ sunt & ego. Semen Abrahæ sunt, & ego. Ministri Christi sunt, & ego. (Vt minus sapiens dico) plus ego. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequẽter, &c. & post pauca. *Thim. 12* Si gloriari oportet, non expedit quidem. i. hoc nõn dico ad mei iactantiam, sed ad exprobrationem se opponentium catholicæ veritati, veniam ad visiones, & reuelationes domini: scio hominem in Christo ante annos quattuordecim, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertium Cœlum, &c.

B *Alioquin propter opera credite*. Me videlicet in patre esse, & in me patrem, hoc vnum velut præcipuũ exiguo, ad hæc vos remitto, fidem miraculis obfirmatam eligite, & ea credenda suscipite, quæ signis sequentibus authenticata, & confirmata fuerunt. Sanam doctrinam sustinete, pro illa, velut pro iustitia, & veritate, viriliter decertate, nemo vos subducat, ad fabulas, & adulantia verba inducendo, nam qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt; Ezechias, Gedeon, Achaz iussi sunt petere signum ab ipso domino, nostræ imbecillitati indulgente, & eis exhibita sunt signa, quæ poposcerant, quibus certiorarentur, & Patriarchæ signa plurima promissionum diuinarum acceperunt, vt his duobus totum fidei, & Ecclesiæ ædificium construeretur. Nonne leuis est corde, qui cito, seu facilè credit? *Eccl. 19.* Vnde Apostolus: Nemo vos seducat inanibus verbis. *Ephe. 5.*

C *Alioquin propter opera credite*. Hoc de me credite, per gratiam vnionis duarum naturarum in vno supposito diuino, quod creditis per gratias, aut gratis datas, aut gratum facientes in cœteris dilectis, & Deo charis; de quibus dicitur: Omnia opera nostra operatus es in nobis domine. *Isa. 26.* Operantur plerique bonum, Deo authore, & omne opus bonum perficiente, sed velut organa diuisa, secundum esse à diuinitate separata: Ego operor, & pater meus in me operatur, non tanquàm per separatum à diuinitate organum, sed per vnitum diuinitati instrumentum. Si sine suis operationibus desunt esse virtutes, & operatio, nil aliud sit, quàm virtutis exercitatio, qui fieri potest, vt Ecclesiã, quam Christus construxit amictam, & virtutibus ornatam, vt sit sancta non habens rugam, nec maculam

D sine operibus confingamus? Cuncta operis varietas erit ex auro, & hyacintho, & purpura opere polimito, *Exod. 28.* prius offerebant omne pretiosum Deo. Omnis multitudo filiorum Israel mente promptissima, atque deuota, *Exod. 35.* obtulerunt domino ad faciendum opus tabernaculi, viri cum mulieribus armillas, inaures, annulos, &c. Deditque dominus sapientiam, & intelligẽtiam, vt scirent fabri operari, quæ præcepit dominus, &c. *Exod. 36*

E *Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet*. Nè quis putaret, dum dico patrem in me manentem opera facere, me velut instrumentum patris, quo pater operetur, & nõ qui vna virtute simul cum patre, & eadem potentia operarer, ostendo me instrumentum patris

non

non esse, quia instrumentum non est eiusdem virtutis, & potentiæ cum principali agente, nec potest habere eandem naturam, cum suo actore, à quo oportet omnino distinguatur, substantia, & essentia. Nec enim impertiri potest alteri, suam virtutem, quam tamen habet, in quantū in operando, à superiori virtute mouetur. Propterea hoc vobis iureiurando protestor, & confirmo.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, &c. Hoc igitur facilè de me intelligetis, quod apertè per me alios facere percipietis, si ego, his, qui in me credunt, talem potestatem tribuo, vt opera quæ ego facio, & ipsi faciant, conspicuum, me eiusdem esse virtutis cum patre restat, cui assertioni duplicem exhibeo protestationem veritatis.

Qui credit in me, &c. Consequenter, qui me Deū, & vnum cum patre credit, opera, quæ ego facio, & ipse faciet: Qui hoc sibi certò statuit, qui hanc fidem, verè, & inconcussè suscipit, mei fidem apertis oraculis, & votis omnibus amplectens, me vnum cum patre, verum Deum credit, corde ad iustitiam, ore confitetur ad salutem, qui verum mundi Saluatorem, paradisi ianuam, ostium salutis æternæ, viam ad patrem, &c. confessus fuerit, sic opera, quæ ego facio, & ipse faciet, quia omnia possibilia facta sunt credenti, quia in fide omnia eximia continentur.

Opera, quæ ego facio, &c. Nam si quæ egomet facio sufficiens, & irrefragabile meæ diuinitatis præbent argumentum, nonne, & efficacius erit illud meæ omnipotentiæ signum, si alijs eam operandi virtutem præstare videbor, qui prius creando hominem, & iumenta, dedit homini, & iumentis virtutem generandi, & faciendi plures homines, & plura, secundum species iumenta? Quare in me credentibus, talem non impertiar virtutem, vt multa ipsi faciant, eorum, quæ pauciora signa feci? Cum igitur non arctatam habeam virtutem, non abbreuiatam manum, nec limitatam potestatem, alijs talem impertiar operandi virtutem, vt opera, quæ ego facio, & ipsi faciant; Qui antè Moysi potestatem præbui, tot mirabilia signa operandi, vt certò scirent, & Iudæi, & Gentiles, eam esse mentem, & voluntatem meam, quam ipse protestabatur, & totum esse veritatem, quod ille loquebatur, in secernendo populum fidelem ab infideli, Dei veri cultorem, ab idolatris, ita & post me in exordio, & promulgatione Euangelicæ veritatis, fidelibus talem impertior ad ædificandam Ecclesiam, & confirmandam veritatem, virtutem, & potestatem, vt opera, quæ ego facio, & ipsi faciant. Non dico ipsi facient, quia hanc potestatem omnibus ad libitum non distribuo, sed his concedo, qui loco tempore, & opportunitate ad fidem confirmandam his indigebunt testimonijs, vt sic confirmata, obsignata, & munita perseueret. Magna hic fidelium consolatio, & catholicorum instructio, cum ipsi, illi hæreant fidei, quam tot signis, & miraculis confirmatam, non ignorant, & toto orbi diffusam agnoscant.
Psal. 106 Qui descendunt mare in nauibus facientes operationes in aquis multis. Aquæ autem multæ, populi multi.

Opera, quæ ego facio, & ipse faciet. Noluit Saluator dicere, eos, qui in se credunt, ea posse signa facere, quę ipse facit, seu miracula operari, vt operatus est ipse; sed facturos eos, opera, quę ipse fecit, opera sanctitatis,
F de quibus per Proph. dr̄ Sancti estote, qa ego sanctus *Leui. 19. & 20.*
sum: opera charitatis, & dilectionis, vt diligatis inuicē, sicut ego dilexi vos: opera humilitatis, & mansuetudinis: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Opera perfectionis, & virtutis: Estote perfecti, sicut, *Matth. 5.*
& pater vester perfectus est. Propterea enim exemplum dedit nobis, vt quæmadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus. Hæc sunt opera, Christiano homini, necessaria. Insuper, & nos eadem faciamus, qui imitatores eius esse iubemur: Tunc enim verè mortuos suscitamus, cum viros peccato perditos ad vitæ gratiam nostra exhortatione, & pia correctione reuocamus. Filioli mei, quos iterum parturio (inquit Apostolus:) *Gal. 4.*
G Tunc morbos repellimus, cæcos illuminamus, claudos sanamus, &c. Cum vitia exprobramus, errantesq́; dirigimus, & quod admirabilius videtur, nos in nobis, hæc facimus, quæ Christus facere in seipso, nō potuit. Qui enim expers fuit peccati, quomodo potuit se liberare ab eo, à quo detentus non erat? Nos igitur, qui ad iustificationem nostram vltranei cōcurrimus, sine quorum concursu, nec saluamur, signa facimus, quæ non fecit Christus, qui cæteros solum liberat, à peccatorum funibus, & ab inferni doloribus, quibus obstricti captiui detinebantur.

H *Maiora horum faciet, quia vado ad patrem.* Tacitę respondet obiectioni percunctantibus, & obijcientibus ex ipsius etiam Christi doctrina, non esse discipulum super magistrum, & satis discipulo esse, quod sit sicut magister eius. Qua igitur ratione, maiora operaturos fore tuos discipulos te ipso pronuncias? Quia (inquit) vado ad patrem: quasi dicat. Quando à patre exij, & veni in mundum, omni veni abiectione, humilitate, & paupertate circundatus, ideo nolui gloriosus apparere in miraculorum copia, cum autem, iterum ascendo ad patrem, & relinquo mundum, longè gloriosior videri debeo, ideo nè credatis maiora me non
I potuisse miracula patrare, quàm sim operatus, ostendere volo in meis fidelibus, in meis membris, in meis instrumentis, quæ, & quanta potuissem operari, quæ meæ humilitati abiectioni, &c. non congruebant. Ideo ipsi, qui hanc prærogatiuam ratam à me suscipiunt, qui talem authoritatem à me habent, etiam maiora facient, quia ad patrem vado, vt gloriosior appaream mundo, mihiq́ue omne genuflectatur, &c. Tunc enim apparere clariùs volo, mihi totius creaturæ, & mūdi dominum creditum fuisse, vt si oporteret ad mei nominis illustrationem montes transferre valeant, ipsis montibus, vt se transferant imperare. Qui totum
K hanc mundi machinam, ac vicissitudines superiorum corporum, & astrorum comendaui regulis, nec cæteris defui, quibus superna iura commisi, Septem veluti astris Ecclesiæ sacramenta institui, quæ diuinæ virtutis essent instrumenta. Vnum mortalibus præposui caput, quo soluente, aut ligante, soluta, seu ligata in cœlis existerent, & quo iubente recto ordine cuncta disponerentur. Igitur, & ea, quæ feci facient, & maiora facient. Vnde Augustinus: Maiora quam Christus fecit Petrus, non tamen sine Christo potuit facere Petrus, fuit Christus sine Petro, nihil potuit facere Petrus sine Christo.

Maiora horum faciet, &c. Intellige, aut quo ad numerum factorum, aut profectò, quo ad opus operatū, haud

Quò ad numerum vel quò ad op⁹ opatū aliq maiora, q̃ Chrs opati sunt miracula, nō āt quò ad modū operandi, siue ex ope operante.

haud tamen, quò ad modum operandi, siue ex opere operante, cum vnum Christi miraculum omnia excedat quorumcunq; sanctorum miracula, ex modo operandi, cum solus ipse author naturæ ex virtute propria iubeat, præcipiat, & necessitet creaturam ad parendum sibi, vnde ex tali modo repleti admiratione, dicebant aliqui: Quis est hic, cui venti, mareque obediunt? Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Nunquam à sæculo fuit auditum, vt aperiret quis oculos cæci nati, & præcipuus ille magister in Israel Nicodemus, sic fatetur de operibus Christi in modo faciendi per imperium, & dominium. Nemo potest signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

Cæteri verò (audi) quomodo operentur miracula, In nomine Christi surge, & ambula, imperet tibi Chrs, & (vt breui dicatur) In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis serpentes tollent, &c.

Maiora horum faciet, &c. Nam cum ego, soli populo Iudæorum prædicans, tanquam non aliò missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, vt me illis ostenderem quibus promissus fui, paucioribus signis per miracula vsus sum, vbi & oracula prophetarum, & scripturæ aderant, quæ efficacissimum de me testimonium perhibebant. Vos autem, qui singulis nationibus prædicaturi estis, & expertibus scripturarū testimonijs gentibus fidē annūciaturi circuibitis, maioribus signis me illustrare, & Euangelium comprobare debetis.

Maiora horum facietis, non quidem ratione veritatis fidei in se, cum supremæ inhæreat veritati, vt nil sit ipsa fide certius. Verum, vt ex miraculis inducantur infideles ad credendum fidei, vt nihil certius credatur contentis in fide, per quæcunque signa, sed copiosiùs, ac fidentiùs accedant ad fidem, qui sunt extra fidem. Cum igitur nostra iam pateat fides in toto orbe prædicata, & fulcita miraculis prorsus euacuatur instantia, quare non modo, sicut in Ecclesiæ exordio appareant miracula fidei.

Maiora horum faciet, &c. Gloriosior in cœlis effectus gloriosior in terris apparebo, & abundabunt in multis signa, & miracula meam diuinitatem attestantia vbique terrarum orbi. Non mihi hanc reseruo potestatem, sed illam Ecclesiæ communico, cui totum me communico, ipsi maiora facient, quia ego paucis peccata dimisi, ipsi multò pluribus peccata absoluendo remittent. Quorum remiseritis remissa sunt. Ego quibus semel dimisi, iterum nō dimisi, ipsi iterum, atq; iterum peccata peccatoribus dimittent; Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies. Ego semel aquam in vinum, & semel vinum in sanguinem conuerti, vt per primum facilius disponerentur ad secundū mētes. Ipsi quotidie vsque ad consumationem sæculi, & vinū in sanguinem, & panem conuertent, meismet verbis in corporis mei carnem. Hoc facite quotiescunq; bibetis in meam commemorationem. Ego paucos Pharisæos ad fidei veritatem conuerti, ex his erit, & puella, quæ sapientes superabit, & cultores fidei repentè efficiet. Tactu fimbriæ meę sanata fuit vna, ad solam corporis vmbram sanabuntur multi, vt longè præstantius dignoscatur caput, quò gloriosiora conspicientur membra. Tanquam dicat: Vos, me abeunte ad patrem, loco mei in mundo substituo.

Et quodcunque petieritis, &c. Tanq̃ diceret meorū, A & vestrorum operum hęc sola est differentia, quod vos sine oratione, nec signa, nec miracula nec opratum qdlibet, quasi propria virtute insitum, sperare debetis, verùm suffragio orationis obtinenda hæc omnia scire debetis. Quod si quid petieritis patrem, in nomine meo hoc faciā. Illud in primis animaduertendū rei petitæ, & modū petendi in verbis Christi contineri hoc enim rem petendam spectat obseruandū, non obiter Christū prætermisisse, consuetum loquēdi modū, si aliquid petieritis, sed profundissimo mysterio protulisse si quid; nequit. n. nobis tantum impertiri aliquid, qui seipsum dedit totū. Qui nescit partem dare, nescit aliquid dare.

B Insuper cū quid insinuet, ac significet substantiam, aliquid verò nō substantiā, q̄ est partitionis expers, sed qualitatē, seu quantitatē, siue relationē, aut cętera accidentia, conspicuū habemus Saluatoris sermonem promissionemq; eius ad solū quid, & nō ad aliquid quidq̃ referri. Aliquid ēt dr̄, & est quodcunq; imperfectū, oē incōpletū, & diminutū, quid aūt perfectū insinuat, cōpletum denotat, & substantiale significat. Igitur quodcunq; petatur, aut corruptibile, aut trāsitoriū, aut diminutum procul est à promissione Christi, extra. n. intentionē Christi Saluatoris, est, petere quodcūq; nō est ad salutem. Hanc vnā rectè petentibus pollicetur. Vnam C petij à domino hanc requiram, vt inhabitem, &c. Qui diuitias petis, quare cōquereris si nō accipis, cum petas aliquid, & nō petas quid? Sunt pecuniæ tantū aliquid, non quid, qui postulas prosperitatē, nobilitatē, cōmoditates, honores, & cętera corruptibilia, & transitoria, ac penè accidentalia, p̄cul hęc à p̄missione Chri, & ea oīa quæ ad vnum illud quid obtinendum, non diriguntur.

Trāsitoria & vana nō sunt à Deo petenda.

Psal. 26.

Quod verò ad modum spectat, obserua quod dicit. In nomine meo. Quare apposuit in nomine meo? Hac ratione quidē præcipua, quia. Nō est aliud nomen sub Cęlo, in quo oporteat nos saluos fieri. Est igitur omnis salus in nomine Saluatoris. Sic Angelus prædixit, vt no D minaretur Iesus, quia ipse saluum faciet (inquit) populum suum à peccatis eorum. Alia adest, & ratio. Cū. n. portaturi essent nomen Christi corā regibus, corā gentibus, cūq; toti mundo ostensuri, & p̄dicaturi, congruū omnino erat, vt gratiā consequendā, non aliter, q̃ in nomine eius consequerent. Tertiò, si à Chro Apostolorū doctrina suscepta, & suscipiēda erat, oportuit, & ab eodem signa, & miracula oriūda p̄palari. His. n. duobus constipanda erat fides in Christū. Quartò voluit Chrs, oēm nos gloriā, ipso ad patris dexterā sedēte, ad ipsum dirigere, vt sit gloria in excelsis Deo. Quintò voluit se nobis ostendere principiū omnis boni, initium omnis E gratiæ, & finem omnis gloriæ, vt qui dat gratiā, habeat & gloriam. Gloria, & diuitię in domo eius Sextò, quia nos, adhuc mortales, inglorios, humiles, & tanq̃ mūdi peripsema posuit, oēm gloriā nōn à mundo, sed ab ipso expetentes. Septimò, vt oēm popularē aurā repelleremus, nè inflati extollamur, & supbiæ iaculis, cū Sathana corruamus. Octauò, naturæ voluit imbecillitatē rememorari, quasi nō simus sufficiētes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed qd oīs sufficiētia nr̄a ex Deo sit, nè gloriemur de accepto munere, quasi illud non accepimus. Nonò, vt eius potentiam, & voluntatem à potentia, & voluntate patris non distingui, sed prorsus indistinctā esse, & idē ipse agnoscatur, per quē petimus, in quo petimus, & quare petim⁹, ac ad q̄d finaliter petim⁹.

Act. 4.
Matth. 1.

Psal. 111

S Decimò,

Vndecim rationes adducũtur hic ab Authore, qb⁹ probat oĩa quæ à Deo exposcim⁹ Iesu Christi nomine eẽ petenda.

Decimo, vt cõta esse ostendat opera Trinitatis ad extra interdũ aut pater, siue filius specialiter nominari videtur, quod de spiritu sancto, semper, ac pariformiter, est intelligendum, cùm potius essentialiter, q̃ persona- ter accipiantur, & indiuisim; & sic vnitas in Trinitate, & Trinitas adoretur agnita ĩ vnitate. Vndecimo, vt doceat nos, quàm necessarium sit adhærere, & esse cum Christo, sine quo nullum assecuturi sumus petitum, cum sit ipse, ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia.

Quod autem dicit; Et quodcunque petieritis patrẽ in nomine meo hoc faciam, ostendit apertè, nihil à patre concedendum, quod non concedat, & filius est o. n. quod à patre postuletur nõ excludatur filius sed certè, G & ipse petitur, qui quod petitur elargitur. Hinc Ecclesia omnem suam petitionem postulare per filium conspicitur, quasi à suo magistro, singulo in loco edocta, terminat per dominum nostrum Iesum Christum Dei filium, omnem penè orationem, quod vtiq; est patrem in nomine filij implorare. Nec iniuria; est namque caput hominis Christus, caput verò Christi Deus.

Cum autem audis daturum Saluatorem, quodcunq; petieris, nihil intellige, quod extra, seu contra rationẽ sit Saluatoris, sed quod consonũ. Igitur petitũ dare dr. Quia (vt August. inquit) non exaudiendo, qd est cõtra salutẽ petitũ, tunc etiã exhibet se Saluatorẽ, & in nobis H salutem operatur nostram. Nouit n. & pia mater, nouit, & peritus medicus contra salutem esse, quod postulant infans, aut ægrotus, ideò dum non eorum adimplet voluntatem, eorum et salutem operatur.

Patientia est summopere ĩ oratione necessaria.

Hoc faciam, &c. Promisit se facturum, quia omnia bona operatur in nobis. Durum tñ videtur nonnullis patiẽtia, cũ omnino sit necessaria. Neque. n. mox te fore exaudiendũ pollicetur Christus, cum te oporteet expectare, qui te deniũ tanto tpe expectauit: imò, quia te expectat proficientẽ, ac de virtute, in virtutẽ gradientem, & ad cęlestia, expeditis affectibus terrenis properantẽ, noli conqueri de tarditate, qui de tarditate damnaris.

I *Hoc faciam, &c.* Vt glorificetur Pater in filio. Vide qũo oĩa propter seipsum operatus est dominus, & cum sit ipse finis omnium, nõne propter finem sunt omnia? Faciet igitur, sed vt glorificetur pater in filio, nihil tibi gloriæ restat. Quid igitur q̃ris, in quo tu ipse glorieris, vel gloriosus mundo videaris? Nulla ibi tuæ gloriæ mentio, nulla exauditionis tui petiti ratio, si in te ipso, vel ad te ipsum gloriam retorques.

Duellum carnis, & spiritus.

Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Vt glorificetur pater in filio. Magis glorificabitur pater ĩ filio, stante victoria, & duello carnis, & spiritus, & Sathanæ K cum anima. Nam & nautæ vrgentibus procellis omni postposito cõmodo, omni fugato ocio, omni vigilantia solliciti etiam proprijs proiectis mercibus, & villipensis diuitijs quibus prius fidebant, quas prius amabant soli ipsorum saluti diligentissimè attendunt: est autem sæculum mare magnum, & spatiosum valde, &c.

Si quid petieritis, &c. Firmum est in promissis, verbum diuini regis; Regis (inquam) regum, & domini dominantium, quod nec mentiri potest, nec frustrari valet, Hoc tñ vnum nobis est sciẽdum, suis, non nostris, pollicitationibus obstrictum, aut obligatione deuinctum, vt tunc nobis sit suffragio, aut mox suppetias præstare teneatur, quamprimum requisitus sit à nobis: Qui n. non nobis, sed sibi tenetur, non quotiescunque, F tunc occurrere tenetur, cum à nobis postulatur, sed cũ sibi melius, aut expeditius videtur. Hoc autem nostra importunitas repentinis, imò & importunis vocibus, ingruente quauis tempestate, liberari peroptat, impatientis effecta, ad expectandum, & ad sustinendum dominũ. Quibus per Proph. dr: Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, &c. Apparebit in finem, & non mentietur, si moram fecerit expecta eũ, quia veniens veniet, & non tardabit.

Quorundam importunitas, & impatiẽtia.

Abath. 2.

Præstolatur interdum dominus protrahens, & differens auxilium, nè vilescat munus dilatum, quod nondum satis est operatum. Sic enim incalescunt mentes dilatione muneris, quæ torpescerent in recognitione exhibitionis. An non se offert Chananeæ illius, præclarum specimen, quæ & dilectione, & exprobratione, ad consequendum petitum, adeò efferbuerat, vt videretur etiam Christum in sui admirationem traxisse, ipso acclamante & potiora, quàm peteret exhibente. O mulier magna est fides tua, fiat tibi, sicut vis: Nos autem, nec tantillùm, dominum expectare patimur, sed cum illis duobus discipulis euntibus in Emaus, irrationabiliter de Christi reditu, aut apparitione conquerimur. Dixerat, & obfirmauerat se post obitum suum die tertia resurrecturum sed cum non statim in diei initio, hi, ipsum à mortuis redeuntem, & resuscitatum intuiti fuissent, seipsos à fide, & spe præcipitant. Nos sperabamus (inquiunt) Adhuc multũ diei supererat, in quo promissa adimplere dominus poterat, ea tamen pusillanimitatis spiritus formidine concutiebantur, vt qui nõ statim promissa adimpleri viderant, à spe promissionis recederent, & quidem iniuria; Quandoquidem, si dominus in Castello angustiatis, annonam mittere die quodam statuto, fideiussionem præbuisset, transacta illius diei parte, an licitè & non magis vecorditer, animum despondentes, rebellarent à suo domino milites, quod si transacto termino, ad annonam suscipiendam, quod promiserat dominus, non obseruet, iam castri depopulatio, & cessio, ascribenda esset domino. Præstolemur igitur dominum, nobis talia promittentẽ: si quid petieritis patrem hoc faciam. Cum ipso. n. sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum.

Matt. 15.

Psal. 90.

Hoc se facturum dominus promisit, & cum sit De⁹ verax, nec mentiatur. Iustificatur autem in sermonibus suis, & vincit cum iudicatur: Expecta dominum viriliter age confortetur cor tuum, &c. Vnde Gregorius ait: Diuina desideria dilatione non torpescunt, sed auiditate, accrescunt.

Psal. 26.

Si diligitis me, mandata mea seruate. Quasi apertè dicat: Promisi me facturum, quod vos postulando petieritis, quia vos iam dixi amicos, & amicitiæ præstãtia, ac perfectionis ratio in hoc consistit, vt inuicẽ alterutrũ voluntates adimpleantur, quæ tamen sunt ad hunc finem, vt glorificetur pater in filio, ideo, & vos.

Si diligitis me, mandata mea seruate. Quæ omnia sunt ordinata, vt glorificetur pater in filio, sitque lux vestra lucens coram hominibus, vt glorificent patrem eorum, qui in Cœlis est, seruate, dixi vobis, si quid petieritis hoc faciam. Ecce me priorem exhibeo, ad parendum petitionibus vestris, non aliud à vobis posco, sed idem à vobis expeto. Propterea si me diligitis mandata mea seruate, faciam quod rogare potestis,

non

non iubere, facite quod iubeo vobis; sum ego amicus, quia vos vocaui amicos, & me facturum ratione amicitiæ promisi, quæ postulabitis. At vos, hoc potissimum ratione amicitiæ debetis. Et vlterius dico vobis mandata mea seruate, sum enim dominus, & magister vester. Tanquam magister, proposui me facturũ vobis, quæ postulabitis, & addo tanquam dominus, mandata mea seruate, si me diligitis. Quid est, si me diligitis, nisi si meam amicitiam amatis? Si me amicum habere vultis? si mea vultis frui amicitia? si mea est cordi vobis dilectio.

Amicus, q difficilem ad prestanda amico suo obsequia se reddit, de amicitia, & dilectione suspectus efficitur.

Si diligitis me (inquit) Verè non fictè, quia qui dicit: Diligo Deum, & mandata eius non seruat, mendax est; maximum est hoc Saluatoris antecedens ad inducendam consequentiam dilectionis suorum, non possunt amici alio fortiori nexu astringere amicum, ad difficile obsequium præstandum, quàm sub vinculo amicitiæ: Si diligis me homo facies, & qui non obsequitur, iam suspectus efficitur de dilectione; Pari ratione, & eodem nexu Christus voluit suos vinciri amicos: Si diligitis me (inquit) mandata mea seruate, hoc vnum velut amicitiæ fructum exposco, si graue alicui videtur in mei gratiam faciat; magna operatur amor si est; si autem renuit operari, amor non est, an non agnouimus magnum omnium fidelium patrem, quàm promptè, quàm incunctanter, & quàm sollicitè ad primam Dei iussionem vnigenitum, quem diligebat sacrificaturus accessit, si filij Abrahæ sumus opera Abrahæ faciamus oportet, est enim norma credentium, & fidelium, qui pater est fidelium.

Si diligitis me, &c. Idest, si dicitis, quia me diligitis etiam addite, vt mandata mea seruetis, cum essem ego veritas, verba quæ ego loquor sufficiebant ad probandum de me, sed quia verbis non contentor, nè supra dorsum meum fabricare possit peccatores, addo, si mihi non vultis credere operibus credite, quia opera, quę ego facio ipsa testimonium perhibent de me, an non oportet, & vos operibus vestram comprobare in me dilectionem? Nolui mihi veritati sine operum testificatione credentes astringere, & vobis sine operibus credendũ existimatis, cũ si omnis homo mendax, igitur.

Si diligitis me mandata mea seruate: Quasi dicat: A primo ad vltimum promisi me facturum satis vestris petitionibus, stante amicitia nostra, nostra verò amicitia nulla tenus stare potest, si mandata mea non seruabitis, igitur si exaudiri vultis, & consequi petitam salutem, mandata mea seruate, vt sic faciamus alterutrum opera significata. Habebitis quod optatis, si habuero, quod à vobis expostulo.

Si diligitis me mandata mea seruate: Ego qui quæ placita sunt patri, facio semper, hanc vobis meam præscribo disciplinam, vt non auditores tantum, sed & factores verbi, qui iustificantur, sitis, nam qui auditor est verbi & operator assimilatur viro prudenti, qui ædificauit domum suam supra petram: descendit enim pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti irruentes in domum illam, & non corruit, nec destructa est, fundata enim erat supra firmam petram; Omnis autem, qui audit verba mea, & non seruat ea assimilabitur viro stulto, qui fundauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & venerant flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, &

A fuit ruina illius magna: Ita igitur est audiendum Dei verbum, non vt illud tantum audiamus, sed vt audientes, secundum illud operamur, & ideo D. Apostolus Iacobus in sua Epistola, sic nos, quomodo suscipiendum sit Dei verbum insinuat; Suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras in mansuetudine abijcientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, iam erat insitum, quod à prædicante erat auditum, sed nondum erat susceptum, quia non poterat suscipere bonum, qui non abiecerat malum. Audiunt & impij Dei verbum, insitumque gerunt in ore, qui tamen illud non suscipiunt, vt secundum illud operentur ex corde; exigitur enim, vt incipiat in corde, omnem immunditiam expellere, & malitiam propulsare, oportet (inquam) omnia vitia procul repellere, & ab omni nos peccato expurgare, namque in maliuolam animam non introibit sapientia ista diuina, nec habitare potest in corpore subdito peccatis. *Matt. 7. Epist. Iac.*

B

Insuper, & in mansuetudine est suscipiendum, quia in pace factus est locus eius, nè quis suo spiritu se supra se extollere audeat, & diuinorum archanorum curiosus indagator, ad quos Apostolus: Noli altum sapere, sed time, nec plus sapere, quàm oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem, vnicuique secundum quod Deus diuisit mensuram fidei; Non est nostræ infirmitatis alta sapere, sed quærere, & illa ad intelligendum inuestigare: Declaratio namque sermonum suorum illuminat, & intellectum dat paruulis; quibus paruulis? Paruum de se præsumentibus, & in captiuitatem suum intellectum redigentibus in obsequium Christi, quod si quis temerè de se præsupponit, intelligat quomodo Spiritus Sanctus disciplinæ effugit fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Arguit enim Spiritus Sanctus mundum ipsum de peccato, qui non potest consistere cum peccato, detestans semper ipsum peccatum, non pro amicis illos suscipio, qui tantùm in Dei verbo, vt aure percipiant oblectantur animo, sed operatores quæro, ea si vos diligitis me, contestor vobis, mandata mea seruate: sic enim diligentes me diligo, tales in dilectos suscipio, & omnia bona mea illis communico. *Rom. 11.* C *Psal. 118* *Sap. 1.* D

Quo dicatur Christus p nobis Deum patrẽ rogare cum sit ipse patri æqualis.

Et ego rogabo patrem, & alium Paraclytum dabit vobis. Sed quæso; nonne mox dixit, ac promisit Saluator; si quid petierimus patrem in nomine suo, se totum præstiturum; quare igitur non iubet nos rogare patrem, vt hunc alium mittat Paraclytum, sed ad eum mittendum se rogaturum exhibet? quomodo dabit nobis poscentibus quidquid poscimus, si quod est præcipuum, non nobis rogantibus dabit? sed & quomodo rogabit patrem filius, qui est æqualis patri, eiusque virtus, & sapientia? Sed ecce quomodo idem Christus, qui nos rogare patrem in nomine suo dixit, Idem & se in nos rogare patrem intelligitur: ego rogabo, idest efficaces rogationes vestras faciam apud patrem: sic enim, & ipse Spiritus Sanctus rogare pro nobis, etiam dicitur gemitibus innenarrabilibus, cuius enim virtute rogamus, & ipse rogare dicitur, est etiam, quod per humanitatem interdum patrem rogare filius intelligatur, cuius virtute, ac merito, totum quod rogamus efficaciam sumit: sic enim confirmat hoc Deus, quod operatus est in nobis, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. E

Ego rogabo,&c. Videmus in magni momenti petitionibus, suffragio nobis opus esse, ad obtinendum postulatum. Ad consequendum igitur spiritus sancti donum, quod supremum omnium petitionum est donum, se rogaturũ Christus dicit Patrem, cum sola eius suprema celsitudo, hoc impetrare possit. Qui igitur suæ imbecillitatis est compos, ad chariores accedat, sanctos rogaturus, ad impetrandas gratias, & obtinenda optata. Potuisset quidẽ expressiꝰ dicere: Mittam vobis alium Paraclytũ, qui à patre procedit, sed maluit, ad maiorem consolationem, & eruditionẽ, se nostrum etiam procuratorem ostendere, aduocatumq; nostrum agere apud patrem, quem Deus propitiatorem posuit.

Patrem rogare, est apertè ostendere, ad hanc missionem spiritus sancti, non tantũ concurrere patrẽ, sed & ipsum patris filiũ, cum eius sit mittere, cuius est producere; ideo spiritus sanctus, qui à patre, filioq; procedit, à patre, & filio mitti perhibetur: Filius autem nunquã à spiritu sancto missus legitur, qui ab ipso non procedit, sed tãtum à patre, à quo solo procedit: qui igitur rogare dicitur, vt quis mittat, & ipse missum mittere declarat.

Et alium Paraclytum dabit vobis. Audiãt orphani, audiant pupilli, quorum curam amplectitur Christus, non relinquam vos orphanos (inquit) sed rogabo patrem, &c. & quidẽ oportet Christũ, patrem rogare, ad consolandos pupillos, & orphanos protegendos, cum maiorem dolorem, vt acerbiorem molestiam plerunq; suscipiant pupilli, à parentibus, & domesticis viuentibus, quàm ex alienigenarum molestia. Hoc autem immanissimum scelus aduertant raptores, qui sic istos extorquent, quandoquidẽ (teste Apostolo) Qui suorum, 1. Thi. 5. & maximè domesticorum curam non habet infidelis est, & infideli deterior, discant, & patres, qui suum diẽ claudunt, alium Paraclytum. i. consolatorẽ, siue procuratorem prouidendo relinquere. Ecce quorum curam specialẽ adsumit Christus pupillorũ nẽpe, attestãte Proph. Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Psal. 9.

Et alium Paraclytum dabit vobis. Qui primũ dedit Ioan. 3. Paraclytum, alium etiam paraclytum omnino dabit, de primo scriptum est: Sic Deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ vnigenitum daret, de alio iam audistis, quia alium Paraclytum dabit vobis, & quia, qui verè dat, non ad tẽpus dat, sed perpetuò dare intelligitur, ideo sequitur.

Vt maneat vobiscum in æternum. Hæc vna præcipua causa tutore indigent pupilli, vt eorum cura sibi dispo- Spirit' Sãctus est nostra hæreditas. sita hæreditas non præoccupetur ab aliquo, ne ipsa priuetur, & cũ hæreditas nobis à Christo relicta nõ possit ab alio melius certificari, & à solo spiritu sancto manu teneri, ideo nobis promittitur ipse spiritus sanctus, vt maneat nobiscum in æternũ: quia hæreditas nostra est ipse spiritus sanctus æternus: Neque.n. perfectè potest consolari hominem, illiuè satisfacere, nisi solus creator hominis; Subiecit enim omnia subpedibus eius constituens eum super omnia opera eius.

Alium Paraclytum, &c. Nullo alio nomine spiritum sanctum insinuare voluit, q̃ sub nomine Paraclyti, quasi à principaliori denominatione includente cętera, ad ipsius spiritus sancti operationes, spectantia: cum.n. eum consolatorem vocamus, nonne, & innuit significari eundẽ omniũ bonorum datorem existere. At quõ ipse cõsolator esset, si ea dare nequiret, quæ ad nostram attinent consolationẽ, Nequit.n. perfectè consolari, qui

F nequit facere satis consolando, nec vlterius, aliàs ante passionẽ Christi vocatus fuit sub nomine Paraclyti spiritus sanctus, ob id quod consolari minime poterant fideles. Mittẽdus aũt post passionẽ sub nomine Paraclyti promittitur, cũ perfectè possint homines cõsequi, ipso authore omne bonum, & omnem consolationẽ acquirere, ac ipsam etiam hæreditatẽ possidere, de qua Apostolus ait; Hæredes quidẽ Dei coheredes verò Christi.

Dabit vobis, &c. Vt vos foueat, vt viuificet vos, vt vos erudiat, vt illuminet, vt dirigat, vt protegat in aduersis, vt emundet ab omni sorde, vt sanctificet, & vltimo fęliciter, quia ad hoc datur, vt maneat vobiscũ in æter-

G num, multis datur, de quibus Saluator ait; Vos autẽ baptizabimini spiritu sancto, & quidẽ ad nostrã consolationem, sed quõ dabitur ad consolationẽ, si etiam non datur ad beneficentiã? Absit igitur, vt tantum nostrum consolatorẽ despiciamus, sed quicunq; quatimur afflictionibus, ipsum consolatorem omnium inuocemus eius poscentes suffragium, qui Deus totius consolationis dicitur, & qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, absit vt contristemus nos consolatorem nostrũ eius paruipendentes aduentum in nobis, consilia, & inspirationes non curantes, tam fœcundissimæ consolationis auram non recipientes.

H *Dabit vobis, &c.* Abundantiùs, & copiosiùs ad omnem consequendam consolationem, quam nullus Propherarum, nullus antea sanctorum consequi potuit; & ideo manifestè voluit Deꝰ pater, & filius mittere Apostolis spiritum sanctum, vt clariꝰ mysterium Trinitatis, Spirit' Sãcti processionẽ sola fide cognoscimus. agnoscatur, vnde de eodem subintulit, quem mundus, non potest capere, quia in signo differunt sapientes, qui quidem, euacuientes aliquid de secunda persona scrutari tentarunt, nullo modo attingentes tertiam hãc personam, seu processionem spiritus sancti, quem mundus non potest suscipere, sed sola ipsa fides illum nobis potuit manifestare.

I *Alium Paraclytum, &c.* Post mortẽ, & ascensionẽ Christi potiora nobis elargiuntur dona: Ecce abitionis Christi apud patrẽ fructus opimus. Ascendẽs.n. Christus in altũ, dedit dona hoĩbus, ita vt vnicuiq; detur manifestatio spiritus, per diuersa donorũ genera. Aliũ (inq̃) quia sola p̃sonalitate à me differt, est.n. alius pater, alius filius, alius spiritus sanctus, sed quorũ vna est essentia, vna est ẽt potentia, ideo non rectè possent hæc Christi verba Apostolos consolari, & mętoris eorũ subuenire p̃sidio, si inæqualis virtutis inessent, q̃quidẽ si minor esset filio, minimi, aut certè nullius momenti cõsolatio esset, cum de abitione Christi, dolendi ratio, & causa,

K adhuc perseueraret, ac conquerendi forma subesset.

Alium Paraclytum, &c. Nam & per Proph. dicit. Psal. 102. Auertente faciem turbabuntur, deinde subdit emitte spiritũ tuum, & creabunt, &c. Sed quid est (bone Iesu,) quòd te manente aliũ consolatorem nequimus habere, te recedente alium suscepimus? & si spiritu sancto oblectamur, quõ recessurum te à nobis audimꝰ, qui.n. multum aliud oblectamentum percupimus, aut aliud scire inter nos arbitrati sumus, quã te solum Iesum Christũ crucifixum, quo abis dilecte noster, & quem aliũ præstituis tuæ dulcedinis morem, & vicem gerentem.

Nequeunt exteriores obtutus oblectari, nisi in ipso, Solo corporeo obiecto sẽsus oblectatur exterior. quod eis obijcitur obiecto, corporaliter igitur recessurus dominus, & seipsum ab exteriori eorum ablaturus

præsentia

præsentia, mox alium pollicetur Paraclytum, quò intelligas nullis te posse oblectati sensibus, nulla corporum voluptate gaudere, si specialibus cupias oblectamentis recreari, est quidem cum Spiritu Sancto filius est & pater de quibus supra dr. Veniemus, & mansionẽ faciemus, verum non corporaliter Christus exterioribus expositus sensibus exhibetur, qui nos à corporalibus ad spiritualia transire per omnia cupit, nam illud primum ad veterem hominem hoc secundum ad nouũ spectare videtur. Abstrahas igitur oportet ab illis, vt adipiscaris ista oblectamenta spiritus.

Alium Paraclytum, &c. Attende, qui aliquo illectus oblectamento Paraclytum postulas, aut præstolaris, non prius te hunc adepturum esse Paraclytum, nisi demisso prius, & relicto alio oblectamento, nam & ipsemet dator spiritus adhuc visibiliter apparens, & inter nos conuersatus protestatur: Si non abiero, Paraclytus non veniet ad vos; Si autem abiero, mittam eũ ad vos.

Fluuius de Paradiso voluptatis egrediens. Hic nempe est ille fluuius à Paradiso voluptatis egrediens, totam terræ faciem irrigaturus, quo non exiles, seu terreni fructus produci possent. Verum longè vberiores, & sempiternæ fruitionis salutis, qui tamen fluuius prius non exiuit à Paradiso, quàm fons ascendisset. Quia nonnisi Christo ascendente, salutis nostræ fonte, Spiritus Sancti gratia non irrigasset Ecclesiam, de qua dicitur: Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, vnde dicitur: Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. *Gen. 1.* *Psal. 86.* *Ioan. 7.*

Et ego rogabo patrem, & alium Paraclytum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non vidit eũ. De alio, sed inuisibili Paraclyto solis dilectis suis affectis noto, mentionem facit, quo authore potissima sint adepturi munera, cœteris abdita, & ignota, nouit mundus nonnullos alios spiritus, quorum virtus sublimatur, sed huius almi spiritus summa virtus prædicatur, dum super omnem virtutem exaltatur, sicut Naaman fluminum Syriæ aquas extollebat ignarus virtutis aquarum Iordanis, quibus solis à lepra emundari poterat. Cognoscit mũdus spiritum omnem incorporeum, spiritum autem, qui est remissio peccatorum, & expurgatio criminum non agnouit, de quo Dominus infra ait: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa sunt, & quorum retinueritis retenta sunt, multi in Sarepta extabant lechyti olei, à nullo tñ exibat oleum, quo omnia oblata vasa vacua implerentur, nisi illo ab vno, qui existebat apud viduam duo ligna colligentem; Agnoscunt naturales spiritum hunc aereum, aut melius aerem ipsum, qui ex eo spiritus nũcupatur, quod inuisibilis se offerat nobis, quod mobilis, quod potens, quod & omnia fœcundet, hunc totius diuinitatis spiritum prorsus ignorat, quo euacuata terrenis corda oblata replentur: iuxta id quod dicitur: Repleti sunt omnes spiritu sancto; quia inuenit corda discipulorum receptacula munda. *Ioan. 20.* *Act. 2.*

Multæ in Palestina consistebant natatoriæ, multæ Hierosolymis aquarum congeries, in sola natatoria Syloe lumen acquiritur cæco, in sola piscina sanitas confertur ægroto, nec tamen his vrgentibus stimulis mundus ad superna euehitur, & ad agnoscendum omnium authorem bonorum subleuatur, sed quomodo ipse inde subleuabitur, cum apertè dicatur: Quẽ mundus non potest accipere? Sed quomodo potest accipere, quem non vult credere? Quomodo accipiet, quod nec credit? Nam accedentẽ ad Deum oportet primum credere; Dimittamus igitur oportet mundum hunc cæcum, & incredulum: Recedamus ab ignaro, & immundo; excuriamus tenebrosum supernæ lucis incapacem. Quis non stupescat (inquit Augustinus) quanta maiestas sit spiritus sanctus, cum qui dixerit verbum in filium possit sperare veniam, qui autem in Spiritum Sanctum verbum protulerit non remittatur sibi, nec in isto, nec in alio sæculo? Et sicut participatione filij Dei, quis in filium adoptatur, & participatione sapientiæ in Deo sapiens efficitur: ita participatione spiritus sancti, spiritus, & spiritualis, ac sanctus efficitur. Hic est ille spiritus, qui testimonium reddit spiritui nostro, qđ sumus filij Dei, imò per quem asciscimur in filios Dei (Apostolo dicente) Qui spiritu Dei aguntur hi sunt filij Dei. *Rom. 8.*

Ipse ignaros erudit, & scrutatores veritatis instruit: Docebit vos omnia, & suggeret vobis omnia: Debiles corroborat, quia spiritus adiuuat infirmitatem nostram errantes reuocat: Spiritus tuus bonus educet me in terram rectam, cum orantibus orare dicitur, dum sua virtute nostras orationes validas, quas commitatur efficit. Postulat enim, idest, nos postulare facit gemitibus inenarabilibus. Ad pœnitentiam nos impellit. Nam & caput nostrum agitabatur à spiritu deserto, mortuos ipse ad vitam reuocat, dum nos ab æterna damnatione saluat. Ossa arida audite verbum Domini, ego inducam in uos spiritum, & uiuetis, ipse omnia intimè scrutatur etiam profunda Dei, quia intrat in sanctuarium Dei. Eleuauit me spiritus, & introduxit me vsque in atrium interius, ipse nos veros adoratores efficit, de quo supra, ipsa veritas inquit. Veri adoratores adorabant patrem in spiritu & veritate; quid est verè adorare patrem in spiritu, & veritate, & vnitatem in trinitate? quorum enim communis, & una est maiestas, horum profectò communis est & adorandi proprietas; Quis (inquit Ambrosius) illos dissociet, cum nemo possit dicere, posse se confiteri Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto? Ipse est flumen lætificans, & fœcundans totam ciuitatem Ecclesiam Sanctam Dei: De quo & Saluator noster testatur; Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum; Ipse est arbor cuius vbertimi fructus ab Apostolo recensentur. Fructus autem spiritus (inquit) est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. *Spirit' Sãcti in nobis effect' & operã.* *Ezech. 8.* *Ezec. 45.* *Ioan. 4.* *1. Cor. 12.* *Psal. 45.* *Ioan. 7.* *Gal. 5.*

Ipse est summum illud donum, per quod omnia nobis elargiuntur dona, diuidens singulis pro vt vult, vnde ab Ecclesia imploratur: Veni dator munerum, veni pater pauperum, veni lumen cordium; Ipse est per quem regeneramur, respõdente Domino Nicodemo: Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei, quod enim natum est ex carne caro est, & quod natum est ex spiritu spiritus est, & licet hoc donum occultè, & latenter pluribus elargiretur ante Christi glorificationẽ, nunquam tamen apertè elargitus legitur patenter, nisi post Christi ascensionem, & glorificationem, quia donum diuinum, nõnisi post agnitam, diuinitatem dantis patenter dari congruebat; etenim datus est in formam *Ioan. 3.*

ignis datus est, vt sit ipse dilectio, qua Deum meritoriè, & verè diligimus, & homines. Quomodo autem intelligatur habere Spiritum Sanctum, qui diligit, & per dilectionem acquiratur Spiritus Sanctus, quasi idem Spiritus Sanctus causa sit simul, & effectus dilectionis. Augustinus his verbis edocuit. Intelligamus eum habere Spiritum Sanctum, qui diligit, & habendo mereri, vt plus habeat, ne habendo plus diligat: iam iamq; habebant Spiritum Sanctum discipuli, quem Dominus eis promittebat, sine quo cum dominum non dicebant, nec tamen eum adhuc habebant, sicut dominus permittebat, & habebant ergo, & non habebant, qui quantum habendus fuerat nondum habebant, habebant itaq; minus, dandus eis erat amplius, habebant occultè, accepturi erant, & manifestè.

Spirit' Sanctus effect' similiter & cã dilectiõis esse videt.

Vt maneat vobiscum in æternum. Quia non veniet, vt ego veni mortalis in assumpta humanitate, sed immortalis, non recessurus à vestrum præsentia, vt ego ad mortem properans, sed apud vos manebit, & in vobis erit, quia ipse charitas est.

Vt maneat vobiscum in æternum. Hæc est illa suprema Ecclesiæ Christi, sublimisque dignitas, & præstantia, cui datur talis protector, director, consolator, patet enim per illud, quod dicitur, vt maneat vobiscum in æternum, nulli priuato spiritui absolutè promissionem factam, quia in sola Ecclesia, quæ perseueratura est in æternum militans, primò, ac subinde triumphans verificari potest promissio, & quæ habet spiritum veritatis, quomodo non est mater veritatis? ideo opportune addidit Christus, spiritum veritatis, &c. Quem mundus non potest suscipere, quis mundus non potest Spiritum Sanctum veritatis suscipere, nisi ipsi homines mundani, nisi sæculi amatores, nisi apud semetipsos sapientes? Vbi enim spiritus inest proprius, vbi spiritus adest humanus, vbi erroris spiritus inest: Nequit locus spiritui veritatis inesse, suis enim oblectantur spiritibus, à suis obtinent consolationem concupiscentijs, ideo nec locus datur Paraclyto, seu consolatori diuino.

Ecclesiæ Christi sublimitas, & præstantia

Ecclesiæ igitur, & non sibi fidat quisquis priuatus spiritus, veluti cuius sit certum donum, cui certa est promissio. Spiritus enim, vbi vult spirat; non vbi tu vis, & si vocem eius audis, nescis tamen vnde veniat, aut quò vadat; Ecclesia autem altas aures, alios oculos, alium intellectum habet à suorũ proprijs; Vnum enim corpus sumus in Christo, alter autem alterius membra, & cum non omnia membra eundem actum habeant, nobis est Ecclesia erudiens per doctores concilia diuidens spiritus prout vult, &c. Quare autem non possit mundus spiritum Sanctum suscipere, ipsa depromit veritas inquiens.

Quia non videt eum, nec scit eum. Obstruxit his verbis futura Spiritus Sancti missione temere obloquentium cecitatem; Inuisibilem Spiritus Sancti aduentum pronunciat, non subiacentem corporeis obtutibus, vos autem fideles cognoscetis eum perfectè, non videbitis tamen inuisibilem tantùm intellectu fide illustrato, cognoscetis experientia ipsum consolatorem, quia in vobis erit, & apud vos manebit, ita vt gaudentes ituri sitis à conspectu concilij effecti digni; idest habentes pro dignitate contumeliam pati, & subire mortem pro nomine Iesu; semel enim missus, non vt ego

F subducor à vestris aspectibus moriturus, & ad passionem abiturus, sed apud vos in æternum manebit, semper vos in omni negocio, in omni opportunitate, & per omne tempus consolaturus. Manebit ille Spiritus Sanctus, qui ferebatur super aquas, & fouebat eas, Chaos illud distinguebat, & spiraculum vitæ homini lutuoso dederat, vt vos turbatos fouendo consoletur; donis suis optimè distinctis illustret, omnem caliginem tenebrarum fuget, & vitæ spiraculum præbeat: fides enim donum Dei est, & qui author fidei est ipse, & veritatis instructor est; Iam liquet ipsum Spiritũ Sanctum, G spiritum veritatis esse, in æternumq; mansurum nobiscum.

Nec te prætereat non dixisse Christum Spiritum Sanctum mansurum in nobis in æternum, quasi indifferenter fideles omnes, in quibus inest fidei veritas, regnaturi sint in gloria, sed uobiscum, idest inter vos, cum inter fideles semper sit, qui habitaculum sunt spiritus sancti, & in quos inhabitat per gratiam spiritus sanctus: ex his prioribus, multi sunt vocati: ex postremis, pauci verò electi, potest tamen inesse multis spiritus sanctus per dona gratis data ad prophetandum, etiam cum Caypha absque donis non ad propriam, H sed ad aliorum salutem concessa.

Ideo esse dicitur spiritus veritatis, quia promissiones à Christo suis factas adimplet, quia inducit nos in omnem veritatem, & ob id quod ad veritatem adducat omne figuratum, omne vmbraticum, & omne obscurum in lege, & prophetis de Christo, auferendo velamen ab oculis fidelium non prætereundo: Iota vnum, aut vnum apicem, donec omnia fiant, qui archana, & occulta sapientiæ Dei manifestat; Præcipuè autem spiritum sanctum, spiritum veritatis appellauit hoc in loco Christus: qui cum superius se veritatem nominauerit, vt aperiat, & hoc Trinitatis mysterium I lucidioribus argumentis voluit spiritum sanctum, quia etiam a filio, & non à patre solo procedit, spiritum veritatis appellare.

Spiritus veritatis omne aufert vmbraticũ

Non relinquam vos orphanos, &c. Maximum hinc perpende Apostolorum mœrorem, eximiamque animorum ipsorum angustiam, imminente sui tam præcipui magistri recessu, & quidem recessu ad omnium passionum genera, ac mortem, simul vnaque perpende summam Christi in suos afflictos pietatem, & clementiam, multa dixit supra ad consternatos animos confortandos, alium etiam Paraclytum promittendo, sed quos amaritudine conspersos agnoscit, nouis, K dulcissimisque affatur verbis.

Non relinquam vos orphanos, &c. Inquit, qui supra eos uocauerat filios, imò filiolos, nunc, & se patrem, & ipsos filios unico rememorat uerbo, non relinquam uos orphanos: qui à uobis non possum multo tempore me absentem facere: qui uos nequeo omnino relinquere, nec uestrum nequeo longo interuallo mœrorem sustinere, mox completo redemptionis mysterio, ad quod opus pergo, uenio ad uos. Audiant, qui lugent: quoniam consolabuntur, & qui mœrent, & qui subiacent tribulationum turbinibus. Non est procul consolator, sed ad modicum tempus recedit, ut auidiùs quæratur, & suscipiatur, quod enim præsens est leue, & momentaneum est, operatur autem saluus æternitatem.

Non

Non relinquam vos orphanos. &c. Is orphanus dicitur, qui patrem scilicet ac matrem dimisit. Possunt autem forsan, & ad hunc trahi sensum verba Saluatoris, qui dum suos prædixisset passuros scandalũ, in passione eius, & recessuros à Christo eos in fidei incõstantia non relicturos, sed mox post resurrectionem reuocaturos, vocat autem, ob id eos orphanos, qui per fidei dispersionem, nec patrem habent Deum, nec matrem ecclesiam. Oportet enim (Augustino teste) ecclesiam habere matrem, qui Deum vult habere patrẽ, est enim ipsa sponsa Christi, cuius se sponsum nominaui: Christus, sponsata in fide, arra bonæq; fidei; attendant igitur, & perpendant se orphanos esse, qui catholica carent fide.

Orphani sũt qui catholicã ecclesiam in matrẽ nõ habent.

Non relinquam. &c. Ergo ex carentia Christi orphani relinquimur, & efficimur, sed qui orbati sunt patre, & recesserunt à matre, quomodo non sunt orphani censendi? Vtinam audiamus, & nos non nos relinquẽdos orphanos, si tamẽ Christi absentia dolemus, si ad ipsum admodum anhelamus. Ideo enim supradixerat se quidem rogaturum patrem, a quo mittẽdus erat Paraclytus, non sub conditione, sed cum certitudine promissionis. Rogabo quidem non vt det, sed rogabo, & dabit vobis. Iam enim pro sua reuerentia exauditus est Christus; scit enim, quia semper eum audit pater; ideo non rogat vt det, sed rogat, & dabit; Noluit autem Christus in mundo existens, vbi multis semper vacauerat orationibus, in templo, in domibus, in montibus, in planicie, die nocturque solus, & associatus in hortis, & in desertis, sanctum dare Paraclytum, sed prestolari uoluit post ascensionem: haud tamen inconsultò, & quidem primò, quia, dum adesset ipse præsentia sua consolabatur ipsos: ideo non indigebant alio. secundò quia illud vnum sciremus, tantum eius donum, non nisi esse celeste, nihilque commune habere cum mundo, tertiò vt intelligas etiam in celis, fundi orationes a sanctis; quandoquidem cum Christus, vt homo, oret patrem, apud quem eum aduocatum habemus; conspicuum est sanctos homines Deũ in cœlis pro nobis orare. Non pariter igitur nos orphanos Christus in cœlis existens, ubi nec memoria decidit præteritorum, nec claritas extinguitur dilectorum, nec obruitur intellectus multitudine cognoscendorũ: nec corruit, aut extrinseca est pietas proximorum.

Cur non nisi post ascẽsionem suã voluerit Christ⁹ mittere spiritũ sanctum.

Adhuc modicum & mundus iam me non uidet. Mortalem tamen in forma serui existentẽ potuit me videre mundus, mortalitate, & forma serui relicta, me triumphatorem & amictũ immortalitate, non poterit mundus conspicere, prius erectus erat inimicus, nunc prostratus me non videt. Qui oculos ad infima tãtum habet, me sublimem, quomodo videre potest? Auersus est mundus à Christo, igitur aut uix, aut modicum videre potest mundus Christum. Quæ corruptibilia tantum sunt, mundus intuetur. Ideo me tantum mortalitate indutum conspicere potest, & quia breui sum exuturus mortalitatem, & immortalitatẽ induturus, ideo modicum adhuc & iam me non videt.

Non relinquam vos orphanos. &c. Hac vnica pollicitatione, quanto suam perdilectam sponsam amore prosequatur, ostendit. Hac namque sola præsentia, mergitur oblectatur sponsus & sponsa, qua prorsus ablata nunquam gaudere, semper autem mœrere, nunquam lætari: sedulò vero tristari cogitur sponsa: Christus autem, qui sibi ecclesiam suo sanguine maximè desponsauit, quam adeò dilexit, ut se etiam morti tradiderit, quo illam adaptaret ad vniendum sibi, nec illam sua præsentia frustrari promisit. Non relinquam (inquit) vos orphanos: ego sponsus meã à uobis præsentiam prorsus non abscondo, dum meipsum, (esto subalia forma) sacramenti, videlicet dedo. Hoc iam me peregisse inter cenandum vidistis. Ideo non est. quod de meo visibili abscessũ doleatis. Huius præcipuè beneficij magnitudinem nobis in memoriam reducere voluit, idem Apostolus & Euangelista noster ait; Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam, de cœlo descendentem à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Quis sponsæ apparatus, quis ornatus eius? quod gaudium? quæ consolatio sponsæ, sine sponso esse? An non lugubre videtur omne aliud, sibi a dilecti sponsi præsentia? Cum igitur non tantum, quò ad diuinitatem, imò quò ad humanitatem, idest, non inquantum Deus, sed inquantum homo, & Deus spõsam sibi sua morte acquisierit, profectò si est ecclesia suo ornata sponso, non erit (vt hæretici dicũt) sine suo sponso, nec fraudari vllatenus poterit sui præsentia spõsi, vnde alibi dicitur. Gaudebit sponsus, & sponsa, & gaudebit super te Deus tuus. Non uocaberis vltra derelicta, & terra tua nõ uocabitur amplius desolata, sed vocabitur voluntas mea in ea, pro eo quòd fuisti derelicta, & odio habita, ponam te in superbiam seculorũ, & in gaudium, in generationem & generationem, quę omnia, hoc tantum abest, vt uerificari credantur de materialibus Iudæ ciuitatibus, iam depopulatis, sed de ecclesia Christi, perpetuò duratura cum sæculo.

A

B Apco. 21

Isa. 61.

C

Huius etiam, & sub nomine vrbis alio in loco meminit, vbi ait. In die illa cantabitur canticum istud in in terra Iuda, vrbs fortitudinis nostræ, syon, Saluator ponetur in ea, murus & ante murale; aperite portas; quia nobiscum Deus, & alibi. Vos autem sacerdotes Domini, vocabimini ministri Dei nostri; dicetur vobis & alios proph. Nomẽ ciuitatis ex illa; dicit Dominus ibidem. Quibus adducti ex Hebræorum Rabinis prædixerunt longè ante Christi aduentum Messiam confecturum ex pane, & vino sui corporis & sanguinis sacramentum.

Isa. 26.

D Isa. 61.

Ezec. 48.

Vos autem videtis me, quia ego viuo & vos viuetis. Iustorum acies ad diuina contuenda, nunquam hebetatur, quorum typum præ se pertulit Moyses ille sanctissimus, de quo sacrum testatur eloquium, quod videlicet, nec eius caligauit oculus, nec dẽtes imminuti fuissent, quamuis ad centesimum & vigesimum annum peruenerit, diuinis ille roboratus radijs, nec corporalibus oculis passus est dispendium, aut dentium diminutionem, ijsdem namq; semper visus est pollere virtutibus, eodemq; contemplationis oculo archana, diuinaque mysteria perscrutari; Hanc & Apostolis, cæterisque prædilectis gratiam pollicitus est Christus, Vos (inquit) videtis me, qui me uidentes oblectamini in visione mei. Tunc vero tristamini cũ de abscessũ meo, verbum me facere auditis, sic uideus vt semper videaris, quia ego viuo, & vos viuetis, quorum oculi nec caligare poterunt: Ecce non mortuorum, sed uiuorum Deum dominum nostrum Iesum.

Moyses quantumcunque se nio confectus nunquam fuit nec animi nec corporis valetudine diminutus.

E

Talis est uita Christi, qua nos viuos constituit, & hu.us

huius æternæ vitæ edulium non alium, quàm se ipsum præbuit, de quo iam supra dixerat. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi, qui manducat ex hoc pane viuet in æternum, & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, quia (inquit) ego uiuo, & uos viuetis, ego uiuo vita etiam gloriæ, qui solus comprehensor simul sum, ac viator; uos nondum sic uiuitis, sed statim uiuetis deposito prorsus onere peccatorum ad fœlicitatis gaudia transituri, Vos (inquam) non Iudæi aut quicunque non excusso iugo peccatorum ab hac uita migrant. Animæ gratia autẽ, qua expellitur peccatum sola est, qua uiuitur animæ, quod si contingat homini in peccato mori, actum est æternaliter de eius vita; nunquam recuperaturus illam, si autem sine labe peccati, quis ab hac mortalitatis uita secedit, hic æternæ uitæ iucunditate potitur, maximis hinc insidijs humani generis hostis uitæ termino insidiatur, huc venator animarum suas muscipulas tendit, laqueos parat, & retia dirigit. Ad locum & ad tempus exitus, fraudibus decipiuntur incauti: imò plerunq; qui venator est ferarum coarctat & impellit, quas insequitur feras ad foramina exitus recurrere, quo ibidem sibi acquirat quæ rapere, mactare, & occidere optat. Hinc maximè nobis vitanda prædicitur iniquitas calcanei. Cur time bo inquit Dauid in die mala? & respondens quæsito inquit. Iniquitas calcanei mei circundabit me, quæ est autem iniquitas calcanei, nisi peccatum in fine uitæ hominis? quid prodest homini toto uitę decursu abhorruisse peccatum, in fine autem adhæsisse peccato? Hoc ad damnationẽ sufficit uiatori, peccatum in calcaneo, idest, in uitæ termino apud se retinere? Ideo hincinde monemur. Estote parati, quia nescitis diem, neque horam, & iterum; Estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis ueniet; fœlix qui in calcaneo uirus serpentis, peccatum non retinuit. Hunc tamen mordere hastu calidiore satagit, & coadunata tuba prauorũ huic maximè nostro calcanro tendit insidias, dicente propheta. Ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Ioan. 6.

Solus Christus cõprehẽsor fuit simul & uiator.

Diabolus semper est quidem salutis nostræ hostis acerrimus potissima tamẽ & sollertiori cura insidiat vltimo vitæ nostræ termino.

Psal. 48.

Matt. 24.

Luc. 12.

Psal. 55.

Huius nos versutiæ admonuit Dominus, statim natura per peccatum corrupta, loquens serpenti. Ipsa cõteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Prudens mulieris semen capita peccatorum conterit, quia initia peccatorum cohibet, & reprimit. Diaboli autẽ astutia ad calcaneum tendit, qui ad æternam perditionem nobis imminentem attendit; vitæ æternæ munia nobis promissa intelligit, & ad vitanda, hæc quæ super sunt nobis gaudia toto conatu occurrit; longè peccatori melius cum latrone uitam culpatissimam ducere, sed tandem à calcaneo peccati virus excutere, quàm cũ Iuda in domo Christi cum Christo conuersari, dulces de mensa eius cibos capere, & demum sauciatum peccatorum vulnere calcaneũ habere illum, quàm contra Christũ erigere; Quod si longè melius peccatori uno effosso oculo, una ablata manu, & uno absciso pede ad uitam ingredi monoculum, mancum, & unipedem, quantò magis, si sine calcaneo erimus, in quo infixa cognoscimus, tam intima vulnera peccatorum.

Gen. 3.

Vos autem uidetis me. Vos quos ego elegi de mundo, qui de mundo non estis, qui mundum contemnitis, qui terrena despicitis, uidetis, licet à vestris abducar conspectibus, per triduum meæ mortis, & sepulturæ, tamen uidetis me, idest, cum his carnibus, ossibus,

F & corpore in quo me uidetis, talem qualẽ uidetis, eundem quem nũc uidetis, uos præordinati testes, uos qui prædicaturi estis mysteria meæ passionis, ac resurrectionis. Vos qui permansistis mecũ in tribulationibus meis, & resurrectionis consortes efficiemini, vos qui gaudere debetis de mea resurrectione, & qui eodẽ beneficio potituri estis, uidetis me, quia ego viuo, & uos viuetis. Videtis pro uidebitis, ex modicitate temporis, & ex certitudine promissionis, quia uiuo; mox post passionem & mortem resurgendo, & uos quia non mox resurrecturi estis, sed post multorum dierum decursum in fine sæculorũ uiuetis, sed ideo uiuetis, quia ego viuo, ego primitiæ dormientium ego uita vestra, cum

G apparebo in fine. Tunc & vos apparebitis mecum in gloria.

In illo die cognoscetis, quia ego in patre, & pater in me est. Vnus tantum dies, adest his, quibus ipsa æternitas communicatur, de qua dicitur. Melior est dies una in atrijs tuis super millia, & in illo die, non per speculum amplius in enigmate, sed facie ad faciem speculatores maiestatis effecti, cognoscetis quod prædixi credendum, quia ego in patre, & pater in me est.

Psal. 83.

Nunc creditis, tunc cognoscetis, per propriam sciẽtiam, quod ego per eandem diuinitatem, per consubstantialitatem, sum in patre, sicut splendor in sole, si-

H cut conceptus, in intelligente, sicut verbum, in dicente, sicut riuus in fonte. Quo uero ad humanitatem, cognoscetis me vnitum diuinitati, caput meum Deum esse, Deumq; inhabitare in me, per unionem hypostaticam, per plenitudinem diuinitatis, & per alternatam idiomatum denominationem.

Est Christus in patre, sicut verbum in dicẽte cõceptus in intelligẽte

Et vos in me, & ego in vobis. Vterq; per mutuam dilectionem, per reciprocam charitatem, per amantium connexionem, velut amantes in re amata. Ego in uobis, tanquam in templo, & sede mea, vos in me, sicut palmites in vite, & sicut membra in capite.

I *Et uos in me. &c.* Quia ego assumpsi naturam humanam, quam vniui mihi, & ego in vobis, quia diuinam naturam cum humana, in meo supposito mirabiliter vinxi, & hæc autem mysteria, in illo die, quo ego resurgam, cognoscetis, quia lucidior mea diuinitas manifestabitur, expoliata mortalitate, qua indutus, vobiscum sum conuersatus. Illo die, qua apparebo vobis, & interpretabor scripturas, & quæ scripta sunt in proph. & in psalmis, & in lege de me, aperiamq; vobis sensum vt intelligatis illa.

In die illo .s. æternitatis, Hoc vnum seruatur premiũ, iustis pro eorum æterna gloria, ut apertè cognoscant, patrem similiter atq; filium, purificato intellectu, eua-

K cuatoque omni eo, quod imperfectum est, quod autẽ nunc, ex parte cognoscimus, hoc per fidem est, sic autem intelligere, sentire, & ardenter appetere, (quod exules satagimus) sic quodammodo est cernere & habere Christum, qui veritas est; Qui verò Christum in eucharistia sacramento suscipit, nonne hic in Christo est, & Christus in ipso? per fidem in intellectu, Christum recipit, & vnitur illi non solum, ut cognitum, est cognoscente in anima, quia sacramentaliter in euchar. Christum suscipiẽs totum in se ipso, recipit Chrm; & totus cõuertit in Chrm, ut sui vita sit Christus; vnde ad August. illapsa vox, testata est? Non tu me mutabis in te, vt cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me.

In illo

In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in vobis. Ibi enim erit vera cognitio, vbi plena illuminatio. Perfecto tunc supremæ ueritatis lumine, irradiabit agnitio, cum nullis vlterius tenebris obuoluitur animus, ad interna perscrutanda, imò ad intima usque penetranda peruenietis, cum me in sinu patris intimisq; præcordijs lumine gloriæ præuio, intelligetis existere. Hoc statim poposcerant a Christo Andreas, & alius eius socius, qui audientes eum esse Messiam & Christum sciscitati sunt, vbi nam maneret. Parum sibi fuit scire illum Messiam & Christum quem Moyses & prophetæ prædixerant, nisi & scirent, vbi ille maneret benignissimus Saluator, ad vocem flagitantium, & solo uerbo petentium, mox respondit, Venite, & videte. Ad locumq; suæ humanitatis, vbi manebat, ipse conduxit, venite (inquit) quia si locum sine locato contueri cõtingat, quid gaudij, aut emolumenti haurire poteritis? quærent me etiam in sepulchro, qui conspecto loco adhuc & mœrebunt, & flebunt, qui ardenter amabant. quid igitur restabat ulterius ad faciẽdum satis suorum assectarum desiderio, nisi suæ humanitatis loco circunspecto, ad contuendum etiam suæ diuinitatis locum adduceret, Cognoscetis (inquit) illo die, quia ego sum in patre & uos in me, secundum spiritum, si tamen spiritales estis, & ego in vobis, donans vobis spiritum, per quem vnimur cum patre. Tribuens illud uobis per gratiam, quod mihi soli competit per naturam; Legimus nanq; de Abraham, quod aues non diuiserit in illo mistyco sacrificio, ubi tria specialiter sumpsit animalia; et omnia iussione diuina, arietem, vaccam, & capram, quæ omnia diuidenda, idem præcepit Dominus. Turturem insuper, atque columbam uoluit assumi, quæ diuisionem non sunt perpessa. Concurrebant ad deuoranda cadauera diuisorum animalium, rapaciá uolatilia, quibus abigendis intentus erat Abraham. Diuiditur aries, scinditur vacca, dispartitur capra, aues autẽ non diuidit. Quid per arietem, ductorem gregis, nisi principes in ecclesia designantur? Quid vero per vaccam, nisi religiosorum status describitur? & quid per capram, nisi populus intelligitur? Per turturem, & columbam spirituales, vtriusq; sexus homines denotantur? Hi soli non diuiduntur, hi sunt qui nec maculantur hæresi, nec scismata norunt, nullis dissident iurgijs, nullis ambitionis anfractibus diuelluntur, nullis aut superficie, aut inuidiæ stimulis franguntur, soli arietes, præcipites ac impetuosi principes, & antistites, altrinsecus diuiduntur, sol iuuencæ, scilicet carnales religiosi, ad plaustrum ducendum destinati, ad legẽ & præcepta diuina populis insinuanda, præscripti, vno, & communi iugo legis euangelicæ, & altero peculiori uotorum onere, subiecti, altrinsecus diuiduntur, in sectas, in scismata, & quod damnabilius est, in hæreses nõ nunquam diuiduntur. Quomodo autem facilis leuatura populus, & vulgaris turba, quæ saltibus, lasciuiendo procedit, amaris oleastris, ac salicum infructuosorum folijs, carnalibus illecebris intentè, sui ipsius quotidie, diuisionem patiuntur? solæ turtures, ipsęq; colũbæ, vnicæ perseuerant quæ vna fide, nec ab ecclesia, nec à Christo disiunguntur. Ad quos Christi sermo dirigitur, & vos in me, & ego in uobis, de quibus Augu. ait. Significantur in auibus quidam spirituales,

Locus sine locato.

Gene. 15.

Animalia uaria diuersos hominũ status præsignantia.

Augu. in Psal. 103

A quorum ætas temporalis propterea tacetur, quia æterna meditantur, desiderio & intellectu, omnia temporalia transgredientes. Hi non diuiduntur, qui pace Christi oblectantur, & dum alios in ipsa custodiunt, se ipsos in securitate constituunt, quamdiu igitur carnales sumus, tandiu diuisioni subijcimur, Apostolo dicẽte. Non potui loqui uobis, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, & probat subdens, cum enim sit inter uos zelus, & contentio, dicentes, ego sum pauli: & alter ego, Cephę & alius, ego autem Apollo, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Rogo vos fratres (ait Augustinus) audite & propicite, excutite vos de loco carnali, pergite in turturem, & columbam, clibanus ardens, & accensa lampas nõ pertingit ad turturem, nec ad columbam, sed ad diuisa tantum animalia. Apparuit namq; ibi clibanus ardens, & lampas accensa, transiens inter diuisiones illas. Procul a turture igitur, & à columba, tenebrosus ille ignis, qui mox post occasum solis, idest, statim die nostro clauso, non vnitis, sed diuisis, occurrit.

1. Cor. 3.

B

Turturis & colũbæ laus & proprietas.

Qui habet mandata mea & seruat ea, ipse est qui diligit me. Maximę istæ promissiones, sed quibus sint factæ, insinuat, & ne tibi falsò persuadeas, te unum ex his esse, qui diligunt ipsum, tuæ se obuium probet extimationi, dum hæc subintulit.

C *Qui habet &c.* Ad eos scimus per supradicta promissiones extendi, qui diligunt Christum, sed ne in foribus erremus nec propria hallucinemur nostrum opinione, in quo consistat ratio, & modus dilectionis ostendit, exhibitio enim operis argumentum est dilectionis, nam & ipsa charitas operatur magnifica si est, si autem renuit operari, charitas non est, nec enim ociosa est, Qui habet & seruat mandata? habentur per fidem, seruantur per uoluntatem, primum illud secundum istud, quia accedentem ad Deum oportet primũ credere, hoc est per fidem recipere. Hinc repelluntur

In quo cõsistat modus dilectionis ostenditur.

D à promissione, qui perperam sentiunt de fide, & perperam agunt; ac impiè operantur, alioquin qui habet, & non seruat assimilatur homini consideranti vultum suum in speculo, in quo non realiter, sed apparenter tantùm reperitur. Non diligamus ergo verbo tantùm, & lingua, sed opere & veritate.

Qui habet menti & seruat in corde, vt dicat. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non pecem tibi, qui habet in promptitudine, & seruat in occasione, qui habet ad intra & seruat ad extra, qui habet resistendo tentationi, & seruat operando iustitiam, qui habet declinãdo à malo & seruat faciendo bonum, qui habet in sui

Psal. 118

Vide

E ipsius beneficentiam, & seruat in obsequium proximi, qui habet iubendo alijs, & seruat obseruando ipsa, qui habet credendo, & seruat operando, qui habet pro aliquo tempore, & seruat pro omni tempore, qui habet incipiendo, & seruat perseuerando hic saluus erit, hic promissa consequetur, & possidebit uisionem patris & cognoscet euidentia facti, quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis.

Qui habet interius, & seruat exterius mandata mea. Nam Ezechieli liber ostenditur, qui intus, & foris inscriptus erat, intus per bonam uoluntatẽ, foris per efficacem operationem, intus scriptus, quia nõ possum cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiẽtia nostra ex Deo est, foris, quia dat nobis velle & perficere

Ezech. 2.

Liber scriptus intus & foris

pro

pro bona voluntate, ad expugnandos Madianitas, & Amalechitas iussit Deus repelli timidos milites, & eos tantum assumi, qui intus animo fortes erant, & extra, illos, qui manu instar canum lambendo aquas biberent. Hoc vnum præcipuum nobis promittitur, quod à nobis maximè desideratur, Vnam petij à Domino (inquit) hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, summum est bonum, quod summa auiditate diligitur, & ideo non est, qui non diligat ipsam beatitudinem, ad quam consequendam exhibita sunt præcepta, quandoquidem parum nobis esset aliquid supremum polliceri, ad quod peruenire nescimus, imò nec possumus, nisi media quibus illud consequamur habeamus, & virtutem illa operandi consequamur.

Psal. 26.

Deus igitur diues in misericordia, & abundanter suis non tantùm necessaria, sed & vtilia, ac congruentia tribuens ostenso nobis summo illo nostræ Beatitudinis bono, & omnium desiderabiliorum fine, exhibuit & media quibus illud consequi debeamus, & quomodo vtamur medijs; Qui habet intus inquit, & seruat ea, his enim certi reddimur de consecutione optati finis in ostensione cuius illuminatur intellectus, & simul accenditur humanus affectus. Præcepta hæc duo in nobis operantur, vt de cōsecutione finis spem habeamus, & viam, seu media præbeant quibus consequi valeamus, superest & illud tertium, quo è medio sustollantur quæcunque obuenire in contrarium possent, nè ex difficultatibus fracti, animis sucumbant viatores, vt iugum suum suaue faciat, & sarcinam suam leuiorem reddat, ipse nostrum se socium, & comitem præbet, à quo omnis nostra virtus, omnis fortitudo nostra dimanat.

Qui autem diligit me, diligetur à patre meo. Sic Deus filium suum diligit, vt qui diligit filium diligatur à patre filij, nam & vestes longè inferioris cōditionis quæ nec tamen diligunt filium, qui vestitur illis, & canes qui diliguntur à filio, licet imperfecto, & ad oculum tantum videantur diligere filium Dominum, à patre adeò diliguntur, vt qui offendit canem, seu deturpat vestem concitet aduersum se, & filij patrem, quantò magis, qui non seruili aut mercenario tantum, sed perfecto amore diligit filium, a patre filij diligetur? Quanti autem momenti, sit patris æterni dilectio non est obiter prætereundum, cum amare, sit velle bonum amato, & cum omnia sint amantibus communia, nihilque non possit omnipotentia patris, quomodo expressius innotescere potuit, promptitudo patris ad omnem nostram beneficentiam? Verum illud est in uerbis aduertendum, quod non in præterito, aut præsenti loquitur sed in futuro. Diligetur (inquam) quandoquidem plerunq; aliquos dilexit Deus ad tempus, puta Saulem Iudam &c. aliquos in præsenti uita amat, bona moralia, bonis temporalibus compensando, sed parum aut nihil ad futurum amorem quod æternitatem nunquā terminaturam insinuat, imò diligetur, quia nunquam terminabitur ipsa dilectio, diligit quidem Deus cuncta quæ fecit & nihil eorum odit manutenendo conseruando & nihil anihilando, imò suauiter omnia disponendo, sed non in æternum diliget à quibus propriam operationem remouebit, nam cœlum & terra transibunt, non substātia essendi, sed dignitate operādi, & potentia ulterius mouendi; Solis electis dicitur, & ceu speciale munus fœlicius existendi & operādi promittitur, & diligetur à patre meo.

Amantis & amati bona communia sūt.

Ex summa sui bonita te nil De' annihilat.

Qui diligit me diligetur a patre meo. Attende præcipuum in nos Christi amorem, quo enim ardentius, & efficacius amamus aliquem, eo magis ardentius, ac efficacius amorem eius in nos ferri, & readamari efflagitamus; quasi igitur ardore langueat & fragret, immēso amore nostrum nos mulcet eloquio promissionis supremæ, qua nihil melius, nihil vtilius esse potest. Diligetur (inquit) qui diligit me à patre meo. Nec enim consequi fructū dilectionis possumus, nisi prius Christum veraciter, Pamemusræ uenit vtique nos sua dilectione Deus, qui prior dilexit nos, verum eius dilectio suum non sortitur effectum, nisi ante ipsum diligamus eundem & non dedignatur amor, aliud quodcunque compensum, sed solo amore amor compensari desiderat, respuit aurum, argentumq; nihil esse dixit in comparatione illius; & adeo est nobilis, sublimis, & præstabilis, vt sola sui oblectetur mercede. Ideo qui cupit amari amorem rependere profert; Qui diligit me (inqt) diligetur à patre meo.

Amantes nil ardentiùs expetunt, quā eorū quos amāt in se reciprocationē amoris.

Et ego diligam eum. &c. Duplicem amicitiam attende, vnus diligit & à duobus diligitur, sed nunquid potest pater sine filio, aut filius absque patre aliquē diligere, quorum vna est voluntas, una substantia, vnus amor: ne igitur credas alium esse amorem patris, ab amor, filij copulat altero alterum; dum mox subinfert & ego diligam eum, & item ne existimes omnia, sic tradita in manu filij, ejq; datam in cœlo & in terra omnē potestatem, quasi pater abdicauerit à se omne iudiciū omnem potestatem, quasi nō ea vtatur à quo omne donum optimum, & omne bonum perfectum desursum est descendens, ideo & sui & patris meminit dilectionis, velut à quibus expectandus sit dilectionis fructus, soli recti, siue iusti à rectitudine non deuiantes propriè & finaliter amantur à Christo, & à patre, cùm odio sit Deo impius, & impietas eius, neque enim recti sunt, aut diligunt Deum qui amore creaturæ, aut per concupiscentiam, aut per auaritiam capiuntur tenentur, sed illi rectè diligere Deum approbantur, qui non solum in prosperis, non in beneficijs tantùm, sed in aduersis, & flagellis ipsius constituti nullatenus excidunt, aut franguntur. Audi virum rectum, & amantem.

Patris & filij, vn' est amor & vna uoluntas.

Et manifestabo ei meipsum. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini filij merces, fructus ventris, Solemus ad efficacius argumentū dilectionis referre; optarem cor pādere, & præcordia tibi mea manifestare, sic Christus, qui nos ad sui dilectionē inuitat, maximo hoc utitur iaculo, & signo dilectionis, & manifestabo ei meipsum (inquit) quis autem adeo vecors, vt Christum manifestè non cupiat intueri? Per vicos, & plateas discurrebat amans die, noctuq; quæritans num inueniret, quem anima sua diligeret, & ardore dilectionis succensa, ipsa anima sic dilectum alloquitur, indica mihi vbi cubes, vbi pascas in meridie; Apertissimè videntur, quæ in meridie conspiciuntur. Id autem est, quod ab eodem dilecta nobis diligentibus, & quærentibus ipsum pollicetur. Et manifestabo ei meipsum (inquit.) Hic est enim in quem Angeli prospicere desiderant, hic desideratus cunctis gentibus, hic speciosus forma præ filijs hominum, ad quē sponsa anima

Cant. 3.

anima. Ostende mihi faciem tuam, quia ecce tu pulcher es dilecte mi, ecce tu pulcher, manifestabo (inquit) meipsum, cùm sit gloria eius ab intus in fimbreis aureis.

Manifestabo ei meipsum. Pollicetur etiam se post resurrectionem suam in multis argumentis ostensurum ipsis, de suo abscissu dolentibus apostolis, cæteris autem non diligentibus ipsum minimè.

Dicit ei Iudas non ille Iscariotes, Domine quid factum est, qui manifestaturus es te nobis & nō mundo? Spectanda, nec non miro modo se nobis ex his admiranda, & imitanda summa Christi benignitas se offert, vbi discipulorum suorum imbecillitate, nec vrgetur Christus, nec mouetur, magis autem suffert insipientes, cum sit ipse sapiens. Summa hoc egit sapientia, quæ Petrum temerè de sui virtute iactantem Thomam, Philippum, & Iudam, quem & Thadeum nuncupamus, tam patienter sustinet, vt nulla eorum imbecillitate mutetur, quibus statim erudimur, quàm improbè faciant, qui aliorum infirmitatibus, adeò perturbantur, vt etiam leuissimis aliorum festucis offendantur, nihil iniuriosum, nihil ex conuitio, aut ex indignatione Christi benignitas, summaque eius humanitas, suis dilectis edisserere didicit. — *2. Cor. 11* — *Hilarem animi hic docemur habere clementiã, vt aliorũ imperfectionib⁹ & infirmitatibus condescẽdere discamus, & compati.*

Attende quanta beneuolentia eorum tarditatem, ruditatem, & imbecillitatem prosequatur, quomodo patiens sit ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei, quod autem potissimum esse discernitur, illud maximè nobis imitandum obijcitur, quomodo tam blãdis oblectetur verbis vt animos demulceat & ad virtutis culmē omnisque veritatis cognitionem adducat, cum nunc amicos, nunc filios, nunc dilectos, nũc omnium bonorum consortes appellet, & faciat. Nunc sui, æternique patris consilia manifestat, archana sua, cum illis communicat, deuotissima supplicatione illos patri cōmendat, mœrentes confortat, & de absentia tristes, ne animo frangantur confirmat, ignaros instruit, debiles munit, & eis futura prædicit, ò sumã Christi humanitatem. Rixantes conciliat, titubantes corroborat, fugientes reuocat, & inaudita patientia desides sollicitat, & dispersos congregat. — *Immensa charitas zelusq; Christi ardentissimus.*

Bone Iesu quãta nobiscum benignitate vteris, quos ad salutem, tanquã tuos asseclas reducere conaris, non hæc praua aut adultera generatio, quæ nec te audire, nec tibi credere recuset, non hæc genimine viperarũ quæ peccatorum, sit aspersa veneno, non aspides surdæ suas obturantes aures, ne vocem incantantis sapienter auscultent, non duræ ceruicis populus, qui nec monitis moueantur, nec præceptis obtemperent. Hi sunt populus tuus, & oues pascuæ tuæ, hi sunt mẽbra tua, dilecti tui, quos sic custodis. hi pulli tui quos sub vmbra alarum tuarum congregasti, o cœlestem gallinam, o aquilam diuinam, quæ sic ad volandum, nunc sustines, nunc prouocas volitans super pullos tuos. Attende Iudæ curiositatem, nimia forsan, qua cum ipsis cōuersando Christus utebatur familiaritate auctam. Nihil tibi, ò Iuda, quid facturus esset Christus, vt se nobis, & non mundo manifestaturus esset. Nec mereberis responsum, qui ex curiositate loqueris, qui ad te non spectantia percunctaris. qui rationem rei fiendę indagas, qui factorum Christi scrutator esse conaris, tacet Christus, nec respondet, ut tuæ inscitiæ admonearis, iuxta quod scriptum est. Non respondens stultò iuxta stultitiam suam. — *Prou. 26.*

A

Dixit ei Iudas non ille Iscariotes Ne contingat bonos, probosque homines facinorosis, ac improbis cōmisceri, & in suspitionem probitatis trahere, separat Euangelista iustum ab impio, sanctum à prophano, Iudas (inquit) non ille Iscariotes; In Leuitico Dominus præcepit mundũ ab immundo omnino separari; Ego Dominus Deus virtutum, qui separaui uos à cæteris populis, separate ergo & vos; Iumentum mundum ab immundo, auem mundam ab immunda, Iudas hic Tadei mundus erat, & Christi erat, dicente Domino, Iam uos mundi estis, sed non omnes, sciebat enim, quis nã esset, qui tradebat eum propterea &c. Iudas autem ille sceleratissimus immundus erat & datus diabolo, igitur oportuit seorsum distinguere, maxima irrogata fuisset iniuria Sancto Iudæ, si ab iniquo Iuda nō seorsum distingueretur. Disce hinc quomodo cautius agas, dũ inuoluis sermonibus impertis iustos cum improbis. — *Sup. c. 13* — *Cautè & distinctè & prudentissimè agere debent, qui quos ex noie diffamantes ne alijs noceant.*

B

Domine quid factũ est. Siue cur hoc accidit, aut quomodo hoc eueniet, vt manifestaturus sis te nobis, & nō mũdo? Audisti & laudabiliter Abrahã in spem contra spem Deo credidisse, ob id quod in Isaac nocaretur sibi semen, quem occidere & mactare non dubitauit, certam credidit promissionem, incertum auté modum promissionis, eodem videtur & Iudas animo ferri, veluti qui Christo credat hæsitat tamen de promissionis modo, Domine (inquit) quid factũ est, quia &c. Sunt, qui dicant arbitratum fuisse Iudã, quòd Christus post mortem suam in somnis apparitur ũ polliceretur apostolis, pro quorum dignitate & reuerentia adduci possunt aliorum exempla, quibus plerunque in somnis locutum fuisse Dominum compertum habemus.

C

Videtur Iudas ex uerbis Christi nactum fuisse occasionem, vt sic existimaret, propter id quod superius dixit manifestabo illi meipsum, vnde non videtur capere, quomodo aliter quàm in somnis appariturus sit solis ipsis, non autem cæteris, verum cum non realis sed phantastica potius sit nocturna apparitio, magis ad terrorem, quàm consolationem conducens, prout laruæ seu lemures ac spectra quę nocturnis, se offerunt, viuentium prius personam & imagines præseferentes. ideo parua, aut uix aliqua lętitiæ causa præberetur, si sic Iudas sanctus fuisset opinatus, quo fit vt commodiùs possint hæc Iudę verba referri, ad eam ipsius admirationem, ac stuporem credens quidem esse Christi intentionem, se post resurrectionẽ manifestaturum ipsis corporaliter uisibiliter, & realiter, sed præ gaudio ac pro rei magnitudine stupidus, ignarus adhuc quomodo non mundo, sed ipsis tantùm se ostensurus esset, quasi dicat, si ad nos uenies non ne in itinere ab alijs etiam uideberis? aut quomodo præstigiabuntur cæterorum oculi ad te non videndum corporaliter apparentem, nonne te uidebit mundus, nonne te intuebantur increduli, & impij, dũ semper nobiscũ peregrinatus es vsque modo? quomodo ergo nostrum tãtum, & non aliorum erit hoc munus, & priuilegium? nec mireris, ex hilaritate promissionis Iudam, de modo percunctatũ fuisse. Cum sancta illa Sarra, & ipsa riserit ex promissione Domini ad ilicem mãbræ quod anus paritura esset. Risit & ipse Abraham ex maxima lætitia, de promissione diuina certissimus nil hęsitans, sed — *Nocturnæ apparitiones magis terrorem quàm consolationẽ inducunt.* — *Thadeus apostolus ex hilaritate promissionis Christi, miratur & stupet.*

D

E

pronus

pronus in terram adorans,& gratias agens protulit ex lætitia ridens in corde suo. Putas ne centenario nascetur filius, & Sarra nonagenaria pariet.

Sed an non audiuimus, & didicimus ipsos discipulos præ gaudio, dum audirent Dominum resurrecturum dubitasse? est igitur prouerbialis sententia ex emphasi, dictum ex admiratione prolatum, quid factū est quod &c. quid ex te audio, quid noui sentio? quid inaudiri audio? qui nunc conspicuus es toti mundo, cū redieris post resurrectionem nobis, & non mundo eris conspicuus; nonne in suam & nostram cederet gloriā, si etiam toti mundo conspicuus efficereris:& non solis nobis duntaxat: imò fieri nè potest, vt nobis sis conspicuus, mundo autem non? an nos in mundo nō sumus, & pars mundi non sumus? non video ego quomodo possimus te nos intueri & conspicere, si mundus etiam non te conspiciat & uideat. Hæc enim ex ignorantia non tantum, Iudæ Thadei, sed & cæterorum apostolorum procedebat, veluti qui adhuc incapaces erant mysterij resurrectionis Christi.

Respondit Iesus & dixit ei. &c. Non ad ea quæ curiositatis, sed ad illa, quæ vtilitatis sunt respōdet Christus. Sunt qui cum Iuda sciscitentur, & scire sollicitēt, quomodo æterna prædestinatio cum libero arbitrio accommodetur, alij quomodo in eucharistiæ sacramēto corpus Christi realiter cōtineatur; alij quomodo sacramenta, & ministri conferant gratiam, alij quomodo duo corpora possint esse simul, alij quomodo parere possit virgo.&c. quibus alias vnica responsione Christus his verbis occurrit: nisi credideritis non intelligetis, & per angelum, quia nō est impossibile apud Deū omne verbum. Ideo superuacanea est illa interrogatio, cui iam fecerat satis Christus;& Angelus; Hoc non est ad sobrietatem sapere, sed sapere plus quam oporteat sapere, ideo obticuit Christus, nec responsum dedisse fertur sciscitanti de modo manifestationis ipsius, quasi dicat, velut ad Petrum de discipulo, an moreretur, quid ad te? Tu me sequere. Accedit autem ad ea quæ proficua sunt,& nobis necessaria, quæ infixa nostris mentibus oportet esse, ea prætermittens, de quibus rogabat Iudas, & hæc sunt, ipsius dilectio, ac mādatorum eius obseruatio, vnde subditur.

Curiositas abhominabilis & damnāda.

Si quis diligit me sermonem meum seruabit. &c. Et quid miraris Deum pacis, & dilectionis de sola pace, & dilectione sermonem habere? qui omni nos vitio, & peccato carere cupit, quid miraris repetentem dilectionem, cum dilectio proximi malum non operetur? qui nos legis & mandatorum obseruatores exoptat is nobis sui dilectionem commendat, & repetit, vt sæpius placeant repetita nobis, nam qui diligit, legem impleuit: Si Dei filius, ipsa est veritas, ipsa iustitia, ipsa puritas, ipsa sanctitas, & pax vestra, vtique qui se iubet diligere, iubet simul diligere veritatem, qui dicit, vt quid diligitis vanitatem,& quæritis mendacium? Iubet & iustitiam, qui dicit. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram, diligere iubet sanctitatem, qui dicit sancti estote, quia ego sanctus sum; Humiles quia ego mitis sum, & humilis corde &c. fructus sunt hij dilectionis, sine quibus non est ipsa dilectio, per quam impletur lex ipsa diuina,& qua tota lex pendet,& prophetę, ecce Christi suaue iugum & leuis sarcina. Illud vnū ex postulat ad quod nos propria impellit natura. Nam

F omnis intellectus creatus naturaliter, plus diligit Deū quam se ipsum, vt theologizantes non latet. Bonū est quod omnia appetunt,& ad finem ultimum coniungi peroptant, aliter enim inordinata esset creatura rationalis, aut certè participes non essemus bonitatis diuinæ, cum pars omnia naturaliter plus diligat suum totum, quam seipsam, vel non essemus bonitatis diuinæ membra, eius reipublicæ milites ciuitatis, & ecclesiæ ciues, cum ij omnes naturaliter morti se exponant, & laudabiliter succumbant, vt tueantur,& conseruent totum, sed esto, hæc sint de Christo, vt Deus est. Adhuc est naturaliter aliquid, quo feramur in dilectionem ipsius, vt homo est, & quidem primò, quia peiores brutis, & irrationabilibus animalibus essemus, cum omne animal diligat sibi simile, & beneficijs affectus naturaliter suum diligat benefactorem, quod etiam apud leones, vrsos, canes conspicuum est. Insuper unusquisque, quod suum est diligit, custodit, & oblectatur in illo. Cum igitur nobis sit natus, nobisq; sit datus Christus, & sic Deus dilexerit mundum, vt filium suū vnigenitum daret, profectò qui dilectionem eius poscit, rem facilem poscit, rem congruam, rem debitam.

D um magis quam nosmetipsos diligere ex propria natura impellimur.

G

Minimè tamen sat est Christo, ea tantum à nobis dilectione, diligi quæ communis est reprobis,& nescientibus ipsum. Verum ulteriori, ardētiori, ac sublimiori H diligi dilectione petit, gratuita videlicet, & charitatiua, quæ ad præcepti ipsius obseruantiam pertingit, nempe cum nos ad supra naturalem finem suę fruitionis ordinauerit, & per gratiam suam vocauerit, nouis nos beneficijs, nouis donis sollicitauit, ita vt vigeat in nos charitas eius, & intrare cōpellamur, nouisq; nos præceptis instruxerit, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Hoc autem non est omni creaturæ intellectuali commune, hoc improbi non assequuntur, hoc nequeunt facinorosi, sed si quis diligit me tali gratuita perfecta, & vera dilectione, sermonem meum seruabit. Prius sub nomine mandatorum dixerat,& in plurali numero, si diligitis me mandata mea seruate, nunc in singulari, & sub sermonis nomine repetit quòd dixerat, quandoquidem omnes ad sui dilectionem Saluator omnium inuitat, vult enim omnes homines saluos fieri,& ideo esto omnes currant, dum naturaliter suum creatorem,& Dominum diligunt; Vnus tamen, (idest pauci) accipit brauiū, quia hoc est electorū munus in finem vsque perseuerare. Vnde dum de gratuita & perfecta, ac charitatiua dilectione loquitur, non in communi, sed in singulari maluit loqui, quia ille verè amat, cuius mentem delectatio praua per cōsensum non superat, qui abnegat videlicet se ipsum, & Christo se totum dedat.

Gratuita Deum debemus dilectione diligere.

I

K

Talibus autem dilectione, & charitate fragrantibus veluti iustis, & ex amore operantibus, sub sermonis, non sub præcepti ratione loquitur. Iusto nanque non est lex posita, sed discolis &c. Is enim inseruiet vltroneus Euangelio, uiam curret mandatorum, doctrinam Christi amplexabitur, volūtatem Domini sui faciet, præceptis spontè obtemperabit, amator enim voluntatis dilecti obseruator existit, non enim minoris efficaciæ est charitas in iustis, quàm præceptum in discolis, fortius, vehementiusque agit obedientia quæ ex dilectione, ea quæ est ex lege, & præceptis charitas non parua, sed magna, imò & ardua operatur si est, nihil

Bonis, & iustis non est lex imposita sed discolis & improbis.

nihil enim difficile volenti, ex sola dilectione odit amans quod odit dilectus respuit, vetat, diuertit, obseruat, amplectitur, custodit, & amat &c. Iuxta ratione verè dilecti, & perfecto amore, seu charitate cõiuncti. Non enim uerè diligit, qui obtemperare negligit, qui mandata paruipendit, qui sermonem contemnit amati. Hoc amare est verbo non opere, & veritate, ideo iure optimo, inquit Saluator.

Si quis diligit me sermonem meum seruabit. &c. Quibus etiam verbis, ad id quod Iudas sanctus sciscitabatur satisfecisse Christum poterit apparere, si seriè dictorum componamus, Christus se fore manifestandum ipsis Apostolis, & non mundo pollicitus fuerat, Iudas non capiens, quomodo ipsis non autem mundo manifestaturus esset poposcit dilucidationem dictorũ. Cui Christus occurrit inquiens.

Si quis diligit me sermonem. &c. Quasi apertè dicat non passim, non indifferenter, neque communiter me ipsum sum manifestaturus, non mundo manifestabo me ipsum, sed amatoribus meis obseruatoribusque sermonum meorum, tantummodo mundus non me diligit, imò me odit, mundus mea non seruat mandata, imò paruipendit, meum non audit sermonem mundus, sed auertitur ab illo, & tantum quod suum est diligit. Ideo abscondor ab illo, non me illi manifesto, ne canibus detur sanctum, neuè ante porcos margaritæ ponantur ad conculcandum. Dilectio ipsa est, qua sancti discernuntur à mundo, velut quæ habitare facit, vnanimes in domo, sed in qua domo? certè in qua pater & filius venientes mansionem faciunt, se inuicem cognoscunt, qui simul cohabitant, & familiarius conuersantur, dilectores igitur mei mandatorumque meorum obseruatores, ad quos veniemus, & cum quibus mansionem faciemus, hi erunt quibus nos pater videlicet, & ego manifesti erimus.

Si quis diligit me. &c Et si interrogationi Iudæ non facilè ex responsis à Christo videant facere satis, quæ respondere videtur Christus, tunc ea quæ dixit sub responsione ponantur, dum dicitur. Respondit ei Iesus, Si quis diligit me &c. Attendenda in verbis est responsio, quæ licet non uideantur fauere proposito, tamen intimius verba æternæ sapientiæ consideranti apprimè conuenire quæsito, & interrogationi sancti Apostoli Iudæ videbuntur, dum enim inquit si quis diligit me &c. charitatem extollere simul, ac commendare voluit. Tria enim sunt quibus ad videndum Deum adducimur, fides, spes, charitas, & quę istarum virtutum sit porior, & maior ex Apostolo didicimus, sed quomodo extollit charitatem Apostolus supra cæteras virtutes, nisi sit ipsa sola, qua associamur in prima deficiente fide, & spe incerta, post obitum, & clausum diem nostrum, charitas (inquit) nunquam excidit, siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, sola charitas æternitatẽ promeretur. Cũ igitur cętera oĩa, quibus Deũ videmus tanquã per speculũ in enigmate cessent, euanescant & terminẽtur sola nos dilectio, vnica charitas æterna, ęternũ ostẽdere & manifestum facere potest in patria Saluatorem.

Trib' medijs ad Deum videndum adducimur.

Ad hanc sermonem suum conuertit Christus, quæ sola nos conducit ad videndum Christum, vt sic Iudæ sciscitanti de visione eius applicet responsum, quid facturus sim percunctaris, vt vobis non mundo manifestaturus sim, hoc unũ intellige ex charitate esse, Si quis diligit me, non inaniter, non phantasticè diligendo, sermonem meum seruabit, iuxta quod supra apertius inquit, qui diligit me diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Huius visionis oculus amor est, ideo si quis diligit. &c.

Est & adhuc alia responsionis Christi animaduersio, quæ sensum verborum optimè interrogationi sancti Apostoli Iudæ Thadei incumbit, inquit iste; Quid facturus es Domine, quia manifestaturus es te nobis, & non mũdo; Respõdit ei Iesus, si quis diligit me &c. Non enim vnum petit Apostolus Iudas, & aliud respõdet Christus, licèt verba tantum inspicienti, & litteram in sua ruditate, sine spiritu obtutibus proprij sensus intuenti facile videatur, sed optimè respondet quęsito summa veritas Christus, si sic intelligas, pcunctaris o Iuda, quomodo me vobis ostensurus sim, & non mũdo, accipe & si habes aures audiendi audias, si quis &c. quasi dicat, nihil mihi cum mundo in maligno toto posito intelligere nolenti, ut bene agat, obturanti aures suas instar aspidis surdæ, ne venefici sapienter incãtantis verba percipiat. Ideo non illi, sed vobis amicis meis ab ore meo pendentibus verborum meorum obseruatoribus, meipsum in patria, in gloria, in patris dextera sedentem ad vos beandos sum manifestaturus, quod non vestrum tantum coram astantiũ est munus, verum & cæterorum omnium me diligentium &c.

Si quis diligit me sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus. &c. Hanc gratiam nobis contulit Christus non Moyses, qui veterem illam tradidit legem, neq; enim fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis; Audi prius Moysem cœtui Israel pro obseruantia legis, talia protestantem. Si audieris vocem Domini Dei tui vt facias, atque custodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ sunt in terra; Benedictus erit fructus ventris tui, terræ tuæ, iumentorum tuorum &c. Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus eris egrediens, & ingrediens, mittet super te famem, & esuriem, omni tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, vxorem accipias, & alius dormiat cum ea, Domum ædifices, & non habites in ea, plantes vineam, & non vindemies eam, filij tui, & filię tuæ tradantur alteri, fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras, & sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus &c. Et erunt in te signa, & prodigia, & in sermone tuo vsq; in sempiternum, eo quòd nõ seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lętitia &c. Non sic legislator gratiæ, non sic soluit ipse vincula, quibus vinciri oportebat, populus ille duræ ceruicis, ipse est qui soluens maledictionem dedit benedictionem, terrorem propulsat, vt charitatem adducat, nihil enim damnationis est in Christo Iesu.

Deut. 28.

Audi quid his qui suum obseruant sermonem, pro eius dilectione sit pollicitus. Amorem pro amoris mercede, & cum amicorum omnia sint communia, quia

amicus est alter ego. Ideo propriam amoris mercedē, quæ amor est, quia illo omnia sunt inferiora, viliora, & indigna mercedis huius optimè compensat, & vno solo facit omnibus satis; Pater (inquit) meus diliget eum. Iam qui multum diligebat ad maiorem trahitur amorem, maximo nos amore dilexit, qui sic dilexit mundū, vt filium suum vnigenitum daret, qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit &c. Equidem iam amat vos pater, quia vos me amatis.

Adhuc superest potior dilectio, qua se ipsum pater mecum vobis communicet, & ad eum ueniemus (inquit) & mansionem apud eum faciemus. Magna hominis dignitas Deum cordis hospitio recipere, potissima autem illum receptum penes se retinere Raphael Angelus apud Tobiam, quæ beneficia non præstitit? Qui demones fugauit, qui à ieiunio piscis faucibus liberauit. Debitum soluit, chirographum lacerauit, cęcum illuminauit, & bonis omnibus ditauit. An minora beneficia nobis præstabit, qui iam nos diligit, & pro dilectione ad nos declinauit?

Hominis dignitas est maxima Deum recipere in sui cordis hospitio.

Angeli apud Abraham parumper recepti, saginati vituli sola oblatione recreati optatam prolem repromittunt. Apud Loth ijdem sola nocte recepti ab incēdio, & subuersione illum eximunt, Elias apud viduam, Heliseus apud Sunamitem, quæ non præstiterunt vitæ & indigentiæ necessaria ac opportuna beneficia? sed & illa lignea fœderis archa, quam alacriter, quam honorificè, quantoue triumpho suscipiebatur asportabaturque? quomodo ludebat sanctus ille Rex Dauid, dum præiret? quibus laudibus, canticis, honoribus obuiata introducta fuit in propria ciuitate Hierusalem à qua omne auspicabantur beneficiū, omnia eis prosperè euentura non ignorabant? cuius præsentia etiam, sic profuit Philisteis, dum illam apud ipsos retentam venerabantur, vt se fœlices existimarent Bethsamitæ, cæteris vero in ordinibus benedixit Deus, apud quos archam declinare contingebat, sic domui Obededom, & omnem domum eius, quod cum nunciatum esset Dauid, dixit; Ibo & reducam archam cum benedictione in domum meam, & adduxit eam in ciuitatem Dauid cum gaudio. Hæc præstabat archa, non Azotis, aut illam nō reuerentibus, in quorum finibus circunducebatur. Sed his qui illam non minus lęto, quam reuerenti animo suscipiebant, & in proprias ædes introducebant, hinc quanti sit momenti, imò & quanti emolumenti, hæc verba Saluatoris existant, animaduertas, si quis diligit me &c. Et ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus; An vacuus ad nos ueniet Dominus, an inanis ad nos aduentus Saluatoris, quid est venire ad nos illum qui cœlum, & terram implet, cum nullus sit locus, vbi non sit Deus? Venit, & iterum venit, qui nouis nos donis, nouo gratiæ incremento ditauit.

1. Reg. 6

Respondit Iesus, & dixit ei, si quis diligit me sermonem meum seruabit. &c. Respondisse interroganti dicitur, quid tamen propositæ difficultati responderit non facilè videtur, quærit Iudas qui & Thadeus quid factum sit, quare se, ipsis & non mundo sit manifestaturus, cui quasi mutato proposito non respondeat curiositati quærentis, sed congruitati inuestigantis, parum aut nihil ad discipulorum eruditionem spectabat recensere, quid acturus esset Christus, aut quomodò non mundo, sed ipsis se ostensurum pollicitaretur,

F quando in rebus diuinæ voluntatis, velut in archanis inaccessibilibus reconditis non operandi modus, sed operantis animus est inspiciendus, nec ratio factorum in ipso est consulenda, sed voluntas eius tantummodo venit attendenda, mox igitur repulsa curiositatis quæstione, ad ea quæ sunt necessitatis nostræ sermonem conuertit, quibus monemur generosi, & nobilissimi animi esse, procul depellere infructuósum infertilemque sermonem, ad grauiorem autem recurrere, & ibidem negotium construere, quod & Apostolus edocuit vbi inquit; Sermo vester semper sit in gratia, & sale conditus, cuiusmodi illius sanctæ deprecantis, da Domine sermonem rectum, & benè sonantem in os

Col. 4.

G meum. Quid est sermonem rectum habere, nisi non deuiantem, aut per mendacium, aut per inanem curiositatem, quid autem bene sonantem, nisi audientem ædificantem? de salutaribus disserentem, & de congruis proferentem? Hic maxime est aduertendum, si quis (inquit Diuus Iacobus) in verbo non offendit, hic perfectus est vir & sapiens. Qui moderatur labia sua prudentissimus est. Igitur non satis est esse prudentem, non sufficit esse bonum, sed munus tantum est perfectorum, ac prudentissimorum. Ecce Christum, ecce discipulos, ecce bonos, ecce prudentes, vnde ecce perfectum, ecce prudentissimum, qui

Hest. 14.

Epis. c. 3.

Prou. 10.

H sicut peccatum non fecit, ita nec dolus in labijs eius inuentus est, non tamen uelut purus homo, quia omnis homo mendax, sed Deus & homo, quia nunquam sic locutus est homo; Possumus etiam & aliter quæsitum enodare, quomodo illi interrogationi, quæ ex quadam animi pietate prodijsse uidetur, & si non apertis verbis Dominus responderit; talibus tamen sermonibus occurrerit, quibus & eruditior efficeretur & securior, fit autem vt non nunquam Dominus solis factis taliter operetur, vt nullis verbis vlterius detur, velut cum dicitur sciscitantibus discipulis Ioannis. Tu es qui uenturus es, an alium expectamus, nil aliud ver-

I bo respondit, sed factis multis miraculis veritatem roborauit. Ite (inquit) renunciate Ioanni, quæ audistis & vidistis, cæci vident, surdi audiunt, mortui resurgunt. &c. quæ autem efficacior sit persuasio, quæ ex verbis, quibus tam facilè decipimur ab hominibus, seu ex attestatione operis, non est qui non intelligat, loquitur iterum, & per parabolas, quod sæpius facit, vt videntes non videant, & audientes non intelligant Vobis (inquit) datum est nosse mysteria, quibus uobis nisi fidelibus? infidelibus velut canibus, & porcis nec margaritæ, nec sancta ante sunt ponenda, ne spreta conculcentur, aut cœno deturpentur,

Matt. 11.

Matt. 7.

K quod & prædixit propheta. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio, tanquam diceret; eructabo abscondita, ex intrinseco cordis mei, qui in parabolis loquor parabolarum mearum sensum ego solus aperio.

Psal. 77.

Dico tertio, dum à limite nostri propositi non recedo, alium superesse modum quo Christus loquebatur, dum abludere potius intentioni, quàm sermoni interrogantium videtur, sic enim & plerunque carpit intentionem, de se male sentiētium; murmurāti Simoni, & male de illo sentienti, quod nec etiā propheta esset, inquit Simon habeo tibi aliquid dicere. Duo debitores &c. Phariseis murmurātib⁹ ꝙ peccata dimitteret, &

dicen-

dicentibus, quis est hic, qui etiã peccata dimittit? & quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus. Respondit: Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata, aut dicere surge, & ambula, idest, cum in vtroque eadem requiratur potestas iubentis, per illud quod euidentius conspicitis, & aliud intelligite, quod adhuc non cernitis, diuiti se exhibenti ipsum sequi. Domine sequar te quocunque ieris, respondit vulpes foueas habēt &c. Is enim cum auaritiæ studiosus esset, aptissimum dedit responsum non verbis, sed intētioni in qua versabatur, tanquam diceret, quomodo mecum inope, & mendico iucundè conuersari poteris, qui diuitijs, & affectibus terrenorum detineris? Tu congregare & acquirere terrena cupis, ego etiam requisita relinquere prædico, tu commodis corporalibus inhais, ego maioribus incommodis, quàm vulpes & volucres cœli expositus incedo, qui nec caput meum vbi reclinem habeo; discipulis etiã dicentibus, Domine etiam demonia subijciuntur nobis respondi, Vidi Sathanam sicut fulgur de cęlo cadentē, quasi dicat, videte ne vobis similis contingat occasus, dum superbitis de præstantia vobis cōcessa. Hoc idem, & sequēti capite clarè comprobatur, quod hic respondisse conijcitur, copiosior namq; illa responsio perhibetur, quia non verborum series, sed intentionis efficacia eneruatur, cum igitur interrogat discipulus Christum, quid facturus sit, ipse vt non mundo, sed ipsis iterum sit manifestaturus se ipsum, respōdet, manifestationem sui non posse, nisi cum manifestatione patris adimpleri, dicente eodem supra; Qui videt me uidet & patrem meum, & ipsorum manifestatio nō nisi per eorum præsentiam obtineri posse, nullus autē Christi præsentia gaudere poterit, nec patris maiestate perfrui, nisi mandatorum eius obseruator extiterit, & ideo optimè respondit, quare non mundo, sed ipsis sit manifestaturus se ipsum.

Murmurãtes reprehēsione digni sunt.

Luc. 9.

Et pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Inexcogitata diuinæ maiestatis dignatio, dum non rogatus, sed spontaneus in nostram tantùm beneficentiam totus conuersus Dominus, venturum se pollicetur, tam multa, tamq; præclara sua beneficia impertiturus, cuius præclari facinoris nequaquam admirabitur, quisquis animã iusti, sedē esse sapiētiæ recordabitur, quibus certiores reddimur, ne dum facilem, sed & congruum cuiusque in propria sede velut destinato loco fore aduentum. Habet igitur Deus suam in nobis sedem, si tamē iusti sumus, in qua beneplacitum est Deo, habitare in ea, eodem Apostolo, & Euangelista dicente. Ecce tabernaculum Dei cū hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus, sed vtinā diligeremus nos decorem domus suæ, & locum habitationis gratiæ suæ. Domui namq; suæ decet sanctitudo in longitudine dierum, quæ desit esse domus, si desit esse sancta. Hoc enim tãtum abest, ut in maleuolam animam introeat sapientia, aut inhabitet in corpore subdito peccatis. Vnde, & interdum anima iusti dicit cœlum ad similitudinem quidē, sed non ad proprietatem, quod quidē impollutum, incorruptū, & emicantibus sit stellis ornatum, demū extendit illud sicut pellem, quia sicut distenta pellis clarius, tam membra, quã articulos, & totam compagem patefacit, ita in cœlo nihil inuolutum, aut indistinctum inuenitur, & itē sicut

Apoc. 21

A distenditur pellis, vt ruderibus, ac pinguedine, pilorumque densitate purgata, nobilioribus apta reddatur ministerijs scripturarum, & figuratum perpetuis temporibus conseruandarum, ita & anima iusti cęlum appellari meretur, pro sua incorruptione, ac castitatis integritate, quòd nulla labe peccati polluatur à terrenis ad superna subducat affectum, emiceteque radiantibus firmisq; virtutibus, tandem extendit cœlum sicut pellem, quæ quidē non nisi solet à cerdonibus prius ictibus confricata, manuum & oris artificio sine labore distendi, quo præclariores & politiores valeat suscipere formas in hominum decorem, quod munus est iustorum, quos oportet per multas tribulationes in cœlum

Extendit iusti & sapiens cęlū sicut pellē

B introire. Nec obiter videtur prætereundum diuinū illud mysterium, quod Dei iussu legitur. Victimarū pelles reseruatas esse sacerdotibus, nunquid Deo cura est de boum pellibus aut arietum, aut ouium? quæ etsi in se ipsis parui sint momenti, tantis tamen extant plena mysterijs, vt etiam Deus de eis curam suscepisse videatur; Sacerdos (inquit) qui offert holocausti victimam habebit pellem eius, hispydas pelles detractas à carnibus penes se debent habere, quos voluit à carnalibus voluptatibus abstinere, qui enim spiritualibus intenti debent esse mysterijs, oportet à mundanis dissidere de

Leuit. 7.

C siderijs, & qui funguntur officijs diuinis, immunes sint ab illecebris, sunt enim pelles animalium signa, & velut tegumenta pœnitentium, quibus commisso transgressionis delicto, primos parentes vestiri uoluit, maximè autem Eliam, & Io. Baptistam cultores heremi indutos non ignoramus, aut certè sacerdotibus sunt consignatæ pelles, quibus credita est cura peccatorum, oportet enim scietiam illos habere peccatorum, qui iudices sunt effecti delinquentium, labia enim sacerdotum (inquit) custodiunt scientiam; Sed & vlterius ad hoc sunt creditæ sacerdotibus animalium pelles, qui dum peccatorum crimina in confessione audiunt, se

Malac. 2 Sciētia cōfessariorū.

D cum illis compeccatores compatiendo demonstrat, dicente Apostolo, Cum liber essem ex omnibus omniū me seruum feci, vt plures lucrifacerē, & factus sum Iudęis, tanquam Iudæos lucrarer, & his qui sub lege erant, quasi sub lege essem, cum ipse nō essem sub lege, & his qui sine lege erant, tanquam non essem sub lege, cum nō sine lege Dei essem, sed essem in lege Christi, Ecce veste pietatis indutum. Dole cum dolentibus, & defleas cum flentibus. Age & tu, quo Christus tam super asinam, quàm super asellum sedeat, vt tuas supponas vestes, & qui peccat cura ad te accessit, à te depulsis antiquitatis exuuijs, nuptiali amictus veste, Christum indutus sanctificatus recedat. Putas ne inuenies, & tu locum Domino, & tabernaculum

1. Cor. 9.

E Deo Iacob, antequam des oculis tuis somnum, & palpebris tuis dormitationem? Quis scit, si saltem inuenias, vbi caput suum Saluator reclinet? nec mirum; si tam libenter hoc animæ nostræ cęlum inhabitet Dominus, qui cū sit spiritus spiritualibus oblectatur habitaculis. Hoc autem cęlum, non ut cęteros dixit tantum vt fierēt, & facti sunt sed multo oris, manuū, omniūq; virium labore, vsq; ad effusionem sanguinis illud construxit, & ad perfectum reduxit. Hæc laus Israel, quę in sancto habitat, & quàm beneplacitum est Deo, habitare in eo, cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum, totus Iacob ambulabat, si tamen

Anima nostra est cœlum i quo libenter Deus inhabitat.

Dominus Deus suus secũ esset, Moyses, Ezechiel, Hieremias securi incedebant, nec Regum, aut inimicorum impetum pertimescebant, qui Deum secũ habere non ignorabant. Iosue, hoc solo præsidio intrepidus in hostes ferebatur. Dicente sibi Domino. Ecce præcipio tibi confortare, & esto robustus, noli metuere & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris. Si exieris ad bellũ contra hostes tuos, & videris equitatus, & currus, & maiorem quàm tu habeas exercitus multitudinem, nõ timebis eos, quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Aegypti. Appropinquante autem iam prælio stabit sacerdos ante aciem, & sic loquetur ad populum. Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos, quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro uobis contra aduersarios vestros dimicabit, vt eruat uos de periculo. At igitur, cum militia sit vita hominis super terram, quid iucundius, quidue vtilius, quàm præsentia omnipotentis, qui possit nos, & à malis eripere, hostiumq; omnium incursus omnes superare? nullæ ibi fraudes decipere, nullę inuidiæ nos fallere, nulla virtus, nullaue potentia superare possint. Si Deus enim pro nobis, quis contra nos? quomodo cõtingit Deum etiam cum iratus fuerit, misericordiæ recordari, & propitium peccatoribus fieri.

Iosʃ. 1. *Deut. 20.* *Ibidem.*

Hæc Gregorius intulit non prætermittenda verba, ô ineffabilia viscera pietatis, culpas insequitur, & tñ peccatores protegit. Iratum se indicat, & tamen ab hostibus protegendo defendit, mira dispensatio disciplinę, & misericordiæ, vbi cum ipsis erat, & cum ipsis non erat. Hoc tantum abest, ut obliuiscatur misereri Deus, aut contineat in ira sua misericordias suas, nũquam est iratus sine misericordia Deus, qui non anihilat peccatorem, nec totum quod contulit aufert, magis autẽ tanquam pius pater, qui dum percutit filium, quem fugiẽtem videt in præceps, occurrit blandus, ut saluet, ita & qui culpam odit, nihil autem odit &c. quæ fecit, contrarius est culpæ, qui benignus est naturæ, cæterum si tam præcipuos in nostris pectoribus recepterimus hospites, qui fieri potest, ut minorib⁹ donemur obsequijs, quàm cùm aut Zacheus sui domui salutem, aut nauicula Petri patrocinium, aut Pharisæi cœnaculum indulgẽtiam promeruit? De quorũ primo inquit; Hodie huic domui salus à Deo facta est; de secundo; Imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna, de tertio remittuntur tibi peccata tua.

Grego. sup Ezechiel. homil. 1. *Luc. 19.* *Matt. 8.* *Luc. 7.*

Et pater meus diliget eum. &c. Ad hoc pater filium suum misit ad hoc dedit, vt sibi mundum recõciliaret, erat enim in Christo mundũ reconcilians sibi, & quid de filio dixit? Reuerebuntur forsan filium meum, ipse namq; filius, est Pax nostra, qui facit utraq; vnum, ideo si quis diligit me pater meus diliget eum, merces est dilectionis Christi à patre diligi; sed quid est (inquit) diligetur qui nos dilexit prior, gradus intellige dilectionis, qui enim diligit, & qui diligitur non æqualiter diligitur, aut diligit. Nam & ad Simonem dicitur de Magdalena: Dimittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum, cui enim minus dimittitur minus diligit, sed cum non verbo, nec in ficta charitate, verũ opere & veritate diligat suos dilectores Deus, ideo adhuc

F diligere in futurũ pollicetur, qui donis præcipuis decorare suos instituit, donis (inquam) sublimioribus, & præcipuis, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.

Et ad eum veniemus. Amicitiæ ratio & oblectamentum, in fruitione præsentiæ consistere edocuerunt sapientiores ex philosophis, ita amans sola præsentia rei amatæ oblectari peroptat, & cum amans ad se amatũ trahere nequit, ipse se ipsum ad amatum transfert. Antequam igitur nos ad Deum ascendere possimus, mortalitate corporis, quod aggrauat animam, detenti, ipse amans nos pater, ipse nos diligens filius, ad nos amatos amore trahuntur. Ad eum veniemus (inquit) tanquã ad

G amicum, tanquã ad dilectum, nam & ipsi principes ad quos diligunt subditos, ipsi Domini, ad quos amant seruos non dedignantur interdum declinare, vt sua præsentia oblectentur, & commodiùs subuenire eorũ necessitatibus intelligant, & valeant;

Ad eum veniemus. Eximius ille inter natos mulierum maior, nec audebat sanctum Dei verticẽ tangere; sed quid est ad nos uenire Deũ, nisi apertè dicere nos effici per charitatem templum Dei, Templũ Dei (inquit Apostolus) sanctum est, quod estis vos, sed nunqd absisto templo abest Spiritus ipse sanctus, quũ de patre solo, & de filio uideatur mẽtio haberi? Sed nonne pater

1. Cor. 13

H & filius dilectione venire dicuntur, nõne & ipse patris & filij Amor, est Spiritus sanctus? nõne & superius de Spiritu sancto Christus dixerat, alium Paraclytum dabit vobis, vt maneat uobiscum in æternum Spiritum veritatis, qui à patre procedit? nonne charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis? Nonne etiam mox subiunxit Christus, (de Spiritu sancto inquiens,) Paraclytus autem Spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia? An fortasse potest pater, & filius inesse, aut intelligi sine Spiritu sancto? Nonne ad concomitantiam, & inseparabilitatem insinuandam, Trinitatisque

I mysterium explicandum, seorsum de personis locutus fuit Christus? Nonne apertè, se daturum Spiritum sanctum post ascensionem suam pollicitus est Apostolis? Cũ igitur intelligis patrem, & filium venientem totam Trinitatem aduenire intelligas, vt quorũ vna est essentia, eorum vna sit inseparabilitas, & quorum unum est esse, & idem vna sit essendi ratio & modus.

Ad eum veniemus. Tunc ad nos uenit Deus, cũ nos ad ipsum accedere ambulantes, sic enim & per proph. nobis indicitur. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos; Venit Deus præueniendo nos, ad nos, venimus nos ad ipsum cooperando, venit inspirando,

Zach. 1.

K venimus confirmando, uenit subueniendo, uenimus obediendo, uenit illuminando, uenimus accedendo, ueniunt amando, uenimus diligendo, ueniunt purificando, uenimus implendo, ueniunt corroborando, uenimus operando, ueniunt iubendo, uenimus obtemperando, ueniunt promittendo, uenimus acceptando, ueniunt sanctificando, uenimus sanctitatem conseruando, ueniunt trahendo, uenimus in odorem unguentorum suorum currendo. Maximum hoc promissum, quod sicut nullo potest intellectu concipi, aut uoce depromi, ita totis uiribus omnibusque uotis est expetendum. Vnde autẽ hoc nobis fratres, ut ueniat paterna illa maiestas, imò & tota, summaq; Trinitas ad nos?

Ad dili-

Dilectis suis amici cuncta cõmunicãt.

Ad diligentem venit pater, venit & filius, quia nunquam, aut soli, aut vacui ingrediuntur, alicubi pleni sunt gratię, pleni sunt muneribus, nec deponunt, quod possident, sed quin & ipsos suis communicant, sua omnia dilectis suis communia faciunt. De cuius plenitudine omnes accipimus. Prius sponsa quærebat, quem diligebat, nec facile inueniebat, nunc iam ad nos venit & quærit, & ideo sequitur.

Et mansionem apud eum faciemus, quia non ad horam, nec ad tempus hæc amicitia, & vicissitudo consistit, sed vt æternè perseueret, non de domo manu facta, sed de templo sancto cordis nostri cuius lapis Christus est, cuius calx Spiritus sanctus est, cuius fabricator artifex pater est. Hoc in templo mansionem facit Deus, cuius deliciæ cum filijs hominum sunt, si autem rogas iustus, hoc non satis se experiri, nec compertum habere, suo in templo inesse Iesum, non est tamen quod pius animum demittat, aut consternetur, si enim afflictus animum demittis, Iesum amittis, quid si mox non sentis, quid si statim non agnoscis Dei in te existentis præsentiam? si non consolaris, si non ab omni pressura liberaris, non est in hoc templo, vt pœnalia à teipso remoueas, sed vt assistentiâ sua in tribulatione non deficias, nec corruas, ne supra vires permittat tentari. Audi iustum multis quassatum naufragijs, nisi quia Dominus adiuuit me paulò minus habitasset in inferno anima mea. Impulsus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me &c. Sed audi ipsum Dominum dicentem de te ad te. Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum, longitudine &c.

Non debemus in afflictionib' nostris & tribulationibus animo cõsternari.

Psal. 90.

Si igitur præsentem non videris sentire, nullum est argumentum, quod absit consolator & protector. Neque enim infans, aut ipse qui correptus est somno, se uincere experitur, quando nec se in lecto quiescere dignoscit, dum phantasmatum varietate interdum in maximis se angustijs constitutum arbitratur, verum à somno excitatus, alacrior surgit, & se ab omni periculo absolutum agnoscens, suas apertius illusiones phantasmatum detestatur, oportet igitur te pressuris expositum, te obsitum malis, te in ærumnis constitutum paulisper præstolari, donec à somno excitetis, donec oculi aperiantur tui, donec tempus reuolatior is adueniat, vt in silentio, & spe sit fortitudo tua, velut infans horrens vmbram prætereuntem, optas quod vanum, aut nullius est momenti, cum autem in virum perfectum euaseris, reuelata facie intueberis, euacuabis omnia, quæ erant paruuli, ac assistentem Iesum te in omnibus protegentem prospicies, iuxta quod dicit.

Et mansionem apud eum faciemus. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Vnde iubemur glorificare, & portare Deum in corpore nostro. In quorundam tamen corda veniunt, sed mansionem non faciunt, dum per compunctionem resipiscunt, sed denuò ingruente tentationis tempore, ab incepto resiliunt, & decidunt bono, qui autẽ verè Deum diligit, in eius corde Dominus uenit, & mansionem facit, à quo nec tentationis tempore recedit, quia tunc à superno amore decidũt, cum ad viliora, & infima amando, declinant.

Et mansionem apud eum faciemus. Ecce quanta humanæ fidelisque cordis dignitas, non sic olim à patre Abraham, qui Dominum ad breue tantum tempus recipere meruit. Non Loth qui nocturno solum tempore Angelos propria in æde acceptasse legitur, sed quid ex illa receptione meruerunt? Nunquid frustra, aut inaniter receperunt? An forsan magnificus & præpotens hospes ille accedet, aut insalutato hospite recedet? An nõn est Abraham consecutus prolem, quam adeo enixè cupiebat ex coniuge? An non à submersione Sodomæ liberatus fuit Loth. Sed nonne Benedixit Dominus domui Obededon, ex eo quod arcam illam fœderis recepisset in domo? Nam & ad Mariæ ingressum in domo Zachariæ repletur Spiritu sancto Elysabeth repletur, & infans in vtero eius? omnem igitur thesaurum afferunt & conferunt, se recipientibus pater & filius, Pneumaque sanctissimum; certè si Deus in nobis, pro nobis erunt omnia, ut sit omnia in omnibus Christus, & vt Deus sit omnia in omnibus. O fœlicissimam diligentium, & amantium Christum sortem, vtinam retineremus patrem, de quo Apostolus Iacobus ait: Omne bonum optimũ, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum, vtinam, & filium custodiremus, ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia, utinam & Spiritum sanctum susciperemus, est namque pignus totius nostræ hæreditatis, est & in quo clamamus Abba pater; Bonum enim ipse custodit depositum, qui habitat in nobis, manere autem in hac uita principium est æternæ, quandoquidem nec mors neo vita à Christi charitate diuellere possunt.

Fidelis cordis dignitas.

Epist. Iac. cap. 1.

Et mansionem apud eum, &c. Vide quomodo passim potiora tribuat suis Deus; supra se fore manifestãdum suis, est pollicitus, quod vtique iucundissimum fuit, sed longè potiora promittit eum & se, & patrem apud ipsos diligentes mansuros promittit, & quia ad tempus manifestatio illa intelligi poterat, ideo ut illis apud nos iugiter permansuros intelligeremus subintulit; se mansionem cum patre facturum nobiscum. Olim apertę fuerunt catharactæ cęli, ad submergendũ hominem. Nunc ad saluandum eundem, descendente tota Trinitate perenniter nobiscũ permansura, quod præcinit proph. Vtinã disrumperes cęlos, & descenderes non ait, vtinã aperires, aut patefaceres siue inclinares, quandoquidẽ non descendunt, nec exeunt omnia, quæ in vasibus siue in domibus, aut arcibus continentur, hostijs eorum apertis, & declinantibus, sed ea tantum quę ostiaris videntur, & pro libito conceduntur, sed ait, disrumperes non quod rumpi, aut frãgi possint firmissimi cœli, sed ut insinuet, sicut in uase rupto, nihil intus remanere, sed totum liquorẽ effundi, ita Deus fregisse cœlos dicitur, quia tota Trinitas, & cęlestia bona nobis sunt e cœlo demissa.

Cœli catharactæ apertæ.

Isa. 64.

Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Audi sermones, Diligens sermonẽ seruat, qui dilectione adimplet omnia, & vno dilectionis uinculo, vicit omnia, & quasi unum mandatũ, omnia mandata obseruat, quę uno sermone connexuit Christus, sermones vero non seruat, qui non diligit quia non colligit, sed dispergit, & esto non specialiter in omnibus offendat, qui tamen in hoc uno quod est dilectio offendit, factus est omnium reus, Roganti verò quomodo non dicantur sermonem Iesu seruare, qui memoriter infixum

retinent ad docendum ad prædicandum, ad disputandum, ac erudiendum cęteros occurrimus, hæc non ad dilectionem spectare, aut ad Christi charitatem pertingere cum hæc seruent, aut ut hominibus placeant vti hyppocritæ, quorum merces nulla est in cœlo, aut amore lucri temporalis, & popularis auræ, vocarique Rabi &c. Idcirco nec hyppocritæ, nec hæretici, nec facinorosi diliguntur ab æterno patre. Vnde nec ad eos venient, minusq; mansionem facient. Quid igitur mirum, si ab hæreticis recesserit Christus, si Christi sermonem aure tantum, non obedientia audire contendunt, si Christi mandata conculcant. Nec video ad ipsorum contundendam proteruiam, & fugandas tenebras, efficaciora dicta, & aptiores sermones sermonibus & dictis Christi, Qui non diligit me (inquit) sermones meos non seruat, qui diligit vero me sermonẽ meum seruabit; quandoquidem si vis ad vitam ingredi seruare mandata teneris, sicut enim nobiliora ædificia firmioribus basibus, & columnis solidantur, quò securiùs, ac iucundiùs inhabitet heros, diutiusq; structuram, tota progenies possideat. Ita & diuinæ fabricæ, diuinæ sunt columnæ diuinorum mandatorum, quibus conculsis, & corruentibus totum ruat ædificium oportet; quæ autem sint bases, & omnium virtutum, ac bonorum fundamentum, Apostolo Paulo testante didicimus, Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus; quisquis igitur in hoc fundamento bases, & columnas; quæ sunt virtutum, & mandatorum opera, non constituit, qui diuina præcepta, & virtutum opera in Christo non collocat, nihil sibi æternum in cœlis præparat, dicente Gregorio, Sunt qui patientiam boni operis ostendunt, gloriam tamen, & incorruptionem non recipiunt; quia in fundamento qui Christus est, intentiones cordis eorum non figunt. Hic suarum intentionũ semina iacet, vnde cœlestis totis vigor emanat, quisquis æternitatis fruges pro salute recipere parat; latet, in te uelle, iace tanquam occultum semẽ in Christo qui dat omnibus affluenter, idest, non solum uelle, sed & perficere pro bona voluntate, eodem Apostolo dicente. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ, vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatem.

Coelestis ædificij columnæ sunt mandata Dei.

1. Cor. 3.

Greg. lib. 28. mora. cap. 13.

2. Cor. 7.

Et sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. An non est eius sermo cuius est verbum? Videtur enim seipsum intelligere, qui est patris verbum, sicut non sua sed patris est imago, non sui ipsius sed patris est filius, ita non suum est verbum, nec suus sermo, sed patris est verbum, & sermo. Audierant nempe verbum, audierant sermonem, sed sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris, quia qui producit, ipse est, qui mittit. Vnde nō obiter cum de sermonibus suis supra mentionem fecisset, qui diligit me, sermones meos non seruat; hunc ad vnum omnia concludit sermonem, quia omnes illi ad aurem sermones, quos protulit Christus ab uno tantùm verbo, & ab uno sermone patris, qui ipse est euenire, & proficere constat.

Non sui sed Patris Christus est verbũ.

Sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me. Docent hæc nos quanta obseruantia, quanta diligentia, ac pietate in Christi, & Euangelij verba ferri debeamus, cum olim multipharie, multisque modis in prophetis locutus sit Deus, nouissimè autem locutus sit nobis in filio. Sed (obsecro) si filius nil aliud loquatur, quam quod à patre habuit quomodo poterunt nouatores, aliud loqui, aut docere, quàm quod docuit Christus; omnis igitur sermo, qui à sermone Christi diuertit, contradicit, destruit, aut corrumpit, procul est à patre, procul à dilectione, procul à veritate.

Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Incapaces tantorum mysteriorum, ignarosque sermonis discipulos, quibus obscura erant, quæ ad eos verba fecerat Christus, ne diu eos dubios, seu confusos relinquere videretur, ne cum Iuda hæsitarent vlterius de verificatione dictorum, præcipuè cum de sua & patris præsentia, ac (vt ita dicã) conuersatione cum ipsis, & mansione inter ipsos. Ad tollendam ipsorum animorum sollicitudinem & dubietatem, addidit, Hęc locutus, quasi dicat, apud vos manens visibilis, mortalis, & patens obtutibus uestris corporalibus, hæc quæ ad aurem dixi audiuistis, sed usquequaque non percepistis, nec capere, aut portare potestis modo, verum post abscessum meum docebo vos Spiritu sancto.

H Attende ex his, solum qui in auribus sonare sermonem Christi audimus, confusionis & incapacitatis interdum seminarium esse, si sine suorum uerborum germano, & solo ac unico interprete Spiritu sancto debacchari voluerint. Nemo enim scit, quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, & cui voluerit spiritus reuelare, instructiosum namque est verbum Dei, nisi sit cum spiritu Dei, sed nonne litera est quæ occidit, & spiritus qui illam viuificat? Massam dictorum meorum, & sermonum appolui, & tanquam in cahos maximum indistinctum remanet terra inanis, & vacua, quia mentes vestræ hondum à terrenis subleuatæ fluctuant, & nihil producunt, donec spiritus Domini descenderit feratur super aquas, distinguat, illuminet, & ad perfectum ac in conspictu omnia reducat; Creaui ego omnem materiam, à qua passim pullulant (Spiritus sancti ope, & virtute) noua semina, noui fructus &c. Fodi ego aquæ viuæ fontem à quo in dies haurire (Spiritus sancti suffragio) nouos riuos, noua irrigua ad vberiores fruges institui. Hunc non alium suorum dictorum voluit Christus magistrum, cùm sit solus veritatis spiritus. Adsint igitur quicunque aut solo sermoni, & literæ inhærent, siue qui sibi ipsis effingunt proprium eorum spiritum dictorum Christi magistrum. Attendantque quanta temeritate, quanta damnabilitate inuoluantur.

Sacri diuinique sermonis est spirit⁹ Sanctus interpres.

Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Tanquam diceret, summam epilogus omnium dictorum, his constrinxi verbis de dilectione mea, de obseruantia mandatorum meorum, de sermone quòd sit non meus sed patris, De accessu, & mansione mea & patris vobiscũ. Non est quod aliam legem, aliam doctrinam expectare, aut quærere debeatis, aut mutanda fore, hæc vlterius expecteris. Hęc ego legislator, verbum patris, sermo diuinus, veritas immutabilis, sapientia inuincibilis, locutus sum voibs, quos rectores mũdi elegi, quos gentiũ doctores institui, quos amicos vocaui. Ad hoc missus sum, vt patris uoluntatem mundo significarem, & quæ didici a patre meo notificarem vobis, & si

& si pro vestro captu, nondum potestis solido cibo vesci, ut hæc nondum capescitis adamussim; non tamen credatis, quod vos confusos sim relicturus, aut incapaces sermonum meorum.

Paraclytus autem Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Quasi obuius cogitationibus ipsorum mox de consolatore propositum facit, & magistrum instructorem proponit, tanquam diceret: Scio vos adhuc imbecilles, nec vestrum me latet desiderium, vt manifestiora fiant, quæ dixi vobis, sed Paraclytus hanc etiam præstabit cõsolationem vobis, vt suggerat vobis omnia, &c. Hoc enim illud est, quod & idem Io: in Epist. meminit; Vnctio (inquiens) docebit vos: si autẽ roget aliquis, quibus nobis consolationibus Paraclytus iste faueat, & subueniat, videat quid molestiæ patiatur, & eundem in omnibus consolatorem reperiet, si Deum desideras spiritus est Deus, & eos, qui adorant, in spiritu adorare oportet, si contra mortem viuificari, & viuere cupis, spiritus autem viuificat, si liberum esse, vbi spiritus Domini ibi libertas, si in sortem filiorum Dei connumerari, qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, si corroborari aduersus ingruentia mala, scias te corroborari per spiritum in interiori homine, si mysteria, & archana dignoscere, spiritus est, qui loquitur mysteria, si adiuuari in infirmitate spiritus est, qui adiuuat infirmitatem nostram, si corporis tui restaurationem, & viuificationẽ, propter inhabitantem spiritum viuificabuntur mortalia corpora nostra, si procul dæmonia repellere, in digito Dei ejiciuntur dæmonia, si veritatem dignoscere, & scrutari Christi sermones, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis, si sermonis efficaciã, & promptitudinem: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini, non enim vos estis, qui loquimini; sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis, si peccatorum remissionem, accipite Spiritum Sãctum, quorum remiseritis peccata remissa sunt.

Spirit⁹ Sãcti dono vniuersa corporis, & animæ bona acquirimus.

Si opus habes Angelorum custodia, omnes sunt administratores spiritus, si exaudiri cupis in postulationibus, ipse postulat pro nobis gemitibus innenarrabilib⁹, si scientiam, si sapientiam, si interpretationem sermonum, si genera linguarum, si prophetiam, hæc omnia operatur vnus, atque idem spiritus diuidens singulis pro vt vult, si mundi illecebras vitare, & contemnere cõmoda, ac amare solitudinem, & asperitatem, Ductus est in desertum, Iesus à spiritu, si in viam bonam, & rectam gressus dirigere, Spiritus tuus bonus deducet te in terram rectam; si in bono confirmari, & stabilire cor, spiritu principali cõfirma cor meum Deus. Hæc, & cętera bona operatur vnus, atque idem spiritus, quo fit, vt rogaret instãter, nè tali careret suffragio psaltes inquiẽs Spiritum Sanctum tuũ ne auferas à me, quasi illo vnico
Psal. 50. Paraclyto ablato omnibus careamus bonis, & induamur ærumnis, & quia solo peccato adueniente recedit, ideo Ecclesia optimè insinuat, quia nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas, non igitur exigua, sed maxima est consolatio Paraclytum habere, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra; Hinc namque
Matt. 5. prædicantur beati, qui lugent; qui persecutiones patiuntur, qui esuriunt, qui &c. quibus tantus promissus est consolator, qui possit nos sua præsentia consolari, & sua virtute tueri.

A *Quem mittet pater in nomine meo, &c.* Quasi dicat: In gratiam mei, ex merito dilectionis, & vicissitudine amoris reciproci, vobis, qui me diligitis eum, qui amor est patris, & meus mittet pater in nomine meo, quia non duo mittentes, sed vnus mittens pater, & filius Spiritum Sanctum, quandoquidem non duo spiratores, sed duo spirantes vna spiratione, idem namq; est amor quo pater filium diligit, & quo filius patrem diligit, quia & pater filium, & filius patrem se amant spiritu sancto: emeruit insuper filius spiritum sanctum donari nobis, quo in adoptionem filiorum reciperemur, Absit autem, vt mitti intelligas, quasi aut per loci mutationẽ, B aut per naturæ cuiuslibet assumptionem, sed donis mittitur bonitatis ipsa suprema, & immutabilis, ac immobilis bonitas, absit insuper, vt credatur sine patre, & filio inesse alicui spiritum sanctum, cum dictum sit supra; Veniemus, & mansionem, &c. Namque ad extra, quæ in diuinis dicuntur, potius essentialia, quam personalia dicta censentur, cum indiuisa sint opera Trinitatis ad extra, solæ autem relationes adinuicem intraneæ, distinguere personas adinuicem possunt. Si igitur essentialiter nomen spiritus sancti accipere voluerimus ad effectus exteriores in nobis, certè cum, & pater sit spiritus, & filius sit spiritus. Paterque sit sanctus, C & filius sanctus, ipsa quoque persona tertia sit spiritus, & sit sanctus, essentialiter intelligere oportebit totius Sanctissimæ Trinitatis accursum mansionem, & assistentiam.

Quõ mittatur sãct⁹ spiritus.

Opera in diuinis ad extra essentialia magis, quam personalia sunt.

Nota

Et pari ratione, dum pater mittere spiritus sancti dona, siue gratiam dicitur, non de persona, quæ à filio, & à spiritu sancto per relationem distinguitur intelligendum est, sed essentialiter patris nomen ibi est accipiendum, vt à tribus, quæ sic significantur personis, totum quod mittitur profluat, & eueniat, Mittit, & ipse Christus quo ad diuinitatem, quod per humanitatem nobis, vt mitteretur promeruit.

D *Paraclytus autem Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Audi & intellige, quem habeas omnis veritatis magistrum, talem nobis polliceri videmus, à quo omnium rerum veritatem facilè hauriendam speramus. Is (inquam) est, de quo scriptum est: Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei. *1. Corin. 2* Hunc igitur adeamus magistrum oportet, quicunque sumus scrutatores veritatis; Nascuntur leones, necnon, & ipsi canes pro certo dierum periodo cęci, nec minor est mortalium hominum cęcitas, neuter sua cecitate obuolutus, quæ supra comminantia, vel quæ infra supersint pericula vident, nec in quibus versantur vndique præcincti laqueis aduertunt, naturalis est facta homini propter peccatum non exterior, vt ca- E nibus, sed interior in eo, quo à canibus distat, non lumine huius visibilis solis, quem dominus oriri facit super bonos, & malos, sed alterius eminentioris luminis, de quo per Psalmistam dicitur: Exortum est in tenebris lumen rectis corde. *Psal. 111*

Ignorat homo quid supra se consistat, quia ignorat, an odio, vel amore dignus sit, ignorat quid sub se contineat, quia nescit homo finem suum; latent, quæ intus in præcordijs retineat, quia & si nihil sibi conscius sit, in hoc tamen non iustificatus sit, à præteritis, & à futuris, euanescit capacitas eius, ò deplorandum hominum cęcitatem, talpam potius, quàm hominem nuncupandum,

dum; natus vix de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs, quarum hæc potissima, vt qui in iniquitatibus conceptus est, effectum, tam grauem secum afferat cæcitatis. Ambulabunt (inquit) vt cæci, quia domino peccauerũt; suas tenebras peccatum mox infundit obnubilans intellectum, huius nostræ calamitatis, & ignorantiæ misertus dominus, benignissimusq́; Saluator Paraclytum pollicetur, à quo omnem haurire valeamus veritatem, agnouit dominus redemptor noster causam nostræ captiuitatis ignorantiam existere, dicens per Proph. Propterea captiuus ductus est populus meus, eo quòd non habuit scientiam, & ideo, vt illum à captiuitate redimeret, magistrum assignat veritatis, inexcusabilis igitur es ò homo quisquis ignorantiæ pallio te cõtegere credis, auertis à veritate auditum, ne audias; hinc enim omnis ignorans malus, quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis. Vnde Apostolus inquit; Omnis ignorans ignorabitur, & sapiens inquit; Iusti ipsi liberabuntur scientia: si autem rogas, quid ignorat peccator.

Soph. 1. Hominũ cęcitas, & ignorãtia.

Isa. 5.

1. Cor. 13.

Ignorat primò, quid amisit, quid comisit, quid acquisiuit, quem offendit, vbi declinauit; Declinauit à via veritatis, & viam ciuitatis habitaculi non inuenit, si cecus ceco ducatum præstat, ambo in foueam cadũt, Deum per peccatum offendit, cuius legem, & præcepta obseruare contempsit, & iure redditur obnoxius offensionis, ac culpæ infinitæ, qui offendit in bonum infinitum, hinc reatus infinitus, hinc pęna debetur infinita, ignorat, & quid acquisiuit, quid acquisierit insinuat is, qui descendens ab Hierusalem in Hiericho incidit in latrones, qui vulneribus sauciatus in via conculcandus, & penè moribundus relictus est semiuiuus, nulla quippè sunt homini atrociora vulnera vulnerib⁹ peccatorum, amissa mentis integritate deperdita animi rectitudine, quibus afficiamur, calamitatibus quibus subiacemus infirmitatibus, sola morte probatur, quandoquidé, vt Iacobus in Epistola sua inquit. Peccatum cum consumatum fuerit generat mortem generat (inquit) non tantum incurrit in mortem, sed illam producit, causat, & (quod amplius est) generat, tanquam omnes dispositiones ad mortem afferat multa, nam præuia sunt generationi, & ideo peccatum viam parat ad peccatum, & dum peccato succedit peccatum, mortis incurritur exitium: Ibi enim robustior efficitur, vbi pronior, ibi fomes validior, vbi actus peccandi frequentior, quia vires hominum cõfosse vulneribus infirmantur; Miserere (inquit peccator Proph.) quoniam infirmus sum, &c.

Quot & quãta peccator ignoret.

Cap. 2.

Psal. 6.

Ignorat, & hoc vnum peccator, quid commiserit, ignorat facinus horrendum, ignorat dilecti turpitudinem, monstruositatem peccati non aspexit, à quo velut à facie colubri nõ aufugit, nec à Leuiathan, seu à faucibus diaboli, & à rugientibus præparatis ad escam non diuertit, ignorat peccator, quid cõmisit, dum suo oblectamento deceptus, quem fructum habeat, in quibus erubescit, non inuenit, non solum alia, sed & seipsum ad nihilum deduxit, quia ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus cum sit peccatum nihil (vt Augustinus inquit) per momentaneum, erga quod homo commisit, miserrimus omne bonum amisit, quod effari sine timore, & tremore minimè potest, Dei amicitiam; Iobiliã benignitatem; Christi beneuolentiam amisit, & odium istorum illic sibi comparauit, quandoquidem odio est Deo impius, & impietas pius, manet (quisquis lethale peccatum committit) à cœlesti excludis hæreditate, à cœlestium præmio fraudatus, à spiritualibus meritis mancipatus, ad seruenda diabolo exitus, & dum se à summo bono diuulsit, & ab vberrimo fonte aquæ viuæ disiunxerit, dissipatas cauernas sibi iniecit, & malorum omnium obcecatus principe tenebrarum, diabolo, consentiendo peccato adiecit.

Has scientias nos edocet Paraclytus ille spiritus veritatis, qui docet hominem scientiam, ipse nos omnem docet veritatem, verùm quinam sint tanti magistri pręcipuique doctoris discipuli, Psalmista ostendit, dom. inquit: Docebit mites vias suas, &c. Absit, vt turgidos patiatur schola spiritus sancti, cuius sapientia non inflat, sed ædificat, non extollit, sed deprimit, non exaltat, sed humiliat. Humilis igitur quisquis est, accedat, vt discat, soli mites erudiuntur, qui de suo spiritu non inflantur, nec de suo munere extolluntur, super quem requiescet spiritus sanctus, nisi super humilem. Attende igitur, quàm ardua sint mortalium intellectui fidei nostræ mysteria, cuius cogitationes & timidæ sunt, & incertæ, qd si sola reuelatione adipisci possemus scholas spiritus sancti, conuenire omnino debemus, spiritui autem sancto, quę sunt voces, aut organa? Hoc tantum abest à prophanis, ab apostatis, à facinorosis hominibus; Qui igitur (audi pastorem ouium Christi Petrum) Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, hi sunt mites, qui & doctores in schola Christi Sancti Dei homines. Hinc sponsum vocat Ecclesia fontem hortorum, Ecclesia ipsa est sponsa, hortus vnus conclusus, fonsque signatus, in qua tamen ad commodum particularium sub vna communi, & vniuersali Ecclesia plures sunt particularium nationum, & populorũ, quæ tamen vno tantum irrigantur fonte, quæ vnam à spiritu sancto profitentur fidem catholicam: Decurrit huius fontis aqua accommodatis canalibus ad irrigandum hortum, quo fecundentur virgulta, & reuiuiscant plantæ, digneque fructificent, sitque frugiferum totum iuxta quod scriptum est: Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini, multiplicabo fructum ligni, & genimina agri, &c. Hæc omnia ab omnium bonorum fonte, à limphis illis limpidissimis ab vberrimis gratiæ eius irriguis.

Psal. 24.

Humiles libẽter spiritus Sãct⁹ inhabitat quos omni scientię & sapiẽtię dono illustrat, & ditat.

Epist. 2. Cap. 1.

Cant. 4.

Vna ẽ omnium fidelium nationum Ecclesia.

Ezec. 31.

Paraclytus autem Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Scio, quæ apud vos manens sum locutus, vsque adeo incognita esse vobis, vt plerunque velut obtusi, & incapaces confessi fuistis, quæ dicebantur non intelligere, vosque nescire, quid loquebar, sed in promptu talem vobis pater est missurus magistrum, qui vos erudiat de omnibus, suggeratque vobis omnia, quæcunque etiam dixero vobis; ipse meorum erit interpretator, expositor, & elucidator sermonum, qui spirituum est illustrator, & solius veritatis amator, illum pater in nomine meo mittet, qui ab eo accepi, & quidquid ab illo audiui vobis fideliter retuli, & sicut alias fassus sum Iudæis, meam videlicet doctrinam non esse meã; sed eius, qui

qui misit me patris, ita & suæ, ac simul meæ doctrinæ vnus vobis præbebitur fidelis,& dilectus interpres spiritus sanctus, qui & patris, & veritatis est spiritus: Ad ipsum hæc maximè spectat dictorum meorum eruditio,quę cum ex charitate in cordibus vrīs descripserim, ipse qui charitas est, ipse qui vestris cordibꝰ insedebit, solus erit verus suggestor,& magister veritatis; non n. atramento, sed eodem spiritu scripta Apostolo dicēte: Epistola estis; Christi ministrata à nobis,& scripta non atramento; sed spiritu Dei viui,non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis.

2. Cor. 3.

Ipse igitur, qui inest vobis, vt hæc scribat in vobis, ipse mundus est vobis, vt qui eiusdem sermonis interpres,datur in scribendo, & nouiter detur in intelligendo;quia non sic datur, vt sit vbi non erat, & de nouo locum, vbi adsit accipiat, sed vt per nouum effectum ibi adesse incipiat, vbi per eundem non apparebat. Hinc enim per speciem ignis, & linguarum flamantiū formis, super discipulos iuxta promissum in die Pentecostes visus est descendere,& super illos recumbere quo repleti omnes loquebantur magnalia, & ineffabilia Dei, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis; multis promittitur, & multis mittitur, & datur; conueniant enim oportet in vnum;erant enim omnes pariter in eodem loco,eodem tempore,eadem hora, hac omni vnitate vnitas intellectus,& voluntatis innuitur, vt scilicet per intellectum idem dicamus omnes, qui in vna fide consistimus,& de vno talique magistro gloriamur,per voluntatem inuicem diligamus,nam(Augustino teste) sicut spiritus humanus non viuificat, nisi coherentia, & inuicem vnita membra, sic nec spiritus sanctus non viuificat, nisi quos in vnitate copulat,fide deuincit,charitate conuertis,& intelligentia, coniungit, quorum in obsequium Christi captiuat intellectū, & ligat affectū.

Copulata in vnū sūt viuentia mēbra Ecclesiæ.

Cum autem venerit Paraclytus, quem mittet pater in nomine meo,ille vos docebit omnia,& suggeret vobis omnia,quæcunq; dixero vobis. Fidelem agnosce Deū, qui mentiri nescit,& promissionum suarum verax executor,dixit: Dabo legem meam in corda eorum,& in visceribus eorum perscribam eam,precipuum hoc munus à Christo, qui nihil suæ legis credidit paginis, & atramento,nec aliquid Apostolis suis scribendum instituit; sed vt in Psal. dicitur: Lingua mea calamus scribæ,velociter scribentis, quod si litera est quæ occidit; spiritus, qui viuificat, qui fieri poterat, vt author vitæ scriberet litteris,& non potius spiritu viuificāte omnia? Vtinam non cognouissemus litteraturam,vt introire in potentias Domini possemus; vnde nobis hoc tam malum,& perniciosum damnum nostrę fidei mysteria litteris,quæ obliterari poterant,commendare? Nostrum hoc poposcit dedecus,vt qui indigni, ac incapaces sumus, in quibus sanctus inhabitet spiritus, quem mundus non potest accipere,cui auersæ mentes nesciunt attendere nobis præponantur litteræ papyro, & calamis commendatæ: Antequam enim irritaretur dominus illecebris filiorum Israel, ipse per seipsum loquebatur sanctis illis patribus Noe, Abrahæ, Iacob, Moysi, quorum mentes excultæ, & corda purgata à terrenis extiterant. At verò ob innumera enascentia crimina, & terrenorum affectibus totaliter homo implicitus, necessariò iam litteræ traduntur; sed nec vix traditę tabulæ sunt Moysi, quin eas Moyses digito Dei conscriptas confringeret, tanquam mystica protestatione, indignam paginam esse lapidem, in qua digitus Dei sua sculperet verba denotaret, fregit Moyses tabulas, qui alias non ignorabat digito Dei conuenientiores, quem nunc Dei digitum, qui est ipse spiritus sanctus nobis pollicetur Christus, in nobis loquentem nos erudientem,& cuncta bona suggerentem. Absit hic temeritas hominum se super cæteros extollentium, cum nulli singulari,& particulari spiritui de se pręsumere liceat, quasi aut donum sortitus (quod non nisi temerè excogitari potest) vel sapientiæ, aut scientiæ, aut interpretationis sermonum,quæ nō ad libitum, sed prout vult ipse spiritus sanctus,singulis, qui possident dātur,sicut enim locutus est sancta, & semper sancta loquitur, qui est spiritus sanctus, ita & sicut locutus est per os Sanctorum,qui à sæculo sunt prophetarum eius, ita & temerè sibi omnis priuatus hoc munus vsurpat.

Hier. 31.

Psal. 44.

Quid igitur fuerunt Apostoli, nisi viua volumina scientia,repleta, in mundum missi, prædicaturi Euangelium omni creaturæ; Dabitur liber (inquit)nescienti litteras; non illi, in quibus littera,sed isti, in quibus spiritus loquitur,populos ignaros erudiunt; rudes,& stolidos sapientes efficiunt,de quo ipse Saluator supra ait. Erunt omnes docibiles Dei; Quid littera sine mysterijs? quid cutis sine substantia? Spiritus est, qui loquitur mysteria, qui scrutatur profunda Dei, quia nemo scit, quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, & quibus voluerit spiritus reuelare.

Isa. 29.

Ioan. 6.

Hunc igitur,& authorem, & interpretem promittit suæ Ecclesiæ spiritum, sanctum in Euangelica lege gratiæ, lege (inquam) noua, qua totus innouatur homo, purgari quo potest à crimine, qui mundi illius, mancipatis illecebris, per spiritum spiritalis efficitur, & in nouitate spiritus totus restauratur; Sed & Diui Chrisostomi sententiam, tam opportunè veritati fauētem audiamus, iam ergo considera quisquis legis scrutator existis, quàm sit extremæ dementiæ, nos, qui tāta deberemus vitæ perfectione pollere, vt nihil prorsus litteris egeremus, sed scribenda spiritui sancto corda propaginis præberemus, quiq; primam illam ex culpa perdidimus dignitatem, nec per illud litterarum auxilium,velle proficere,sed quasi vanè posita, cęlestia scripta transigere; Diligenter igitur quęcunque scripta sunt, (cum ad nostram doctrinam scripta sunt sic)ponderemus, vt quidquid agendum sit, agere studeamus. Per Christum igitur, tam pristinis reddimur dignitatibus, quàm sublimioribus illustramur ueritatibus. Ceterùm omnis scriptura diuinitus inspirata (teste Apost.) vtilis est ad docendum, ad arguendum, & ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo ad omne opus bonum instructus.

Christꝰ nostram recuperat dignitatem.
2. Thi. 5.

Paraclytus autem Spiritus Sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixero vobis. Iuuenis ille strenuus, omnium fratrum suorum origine ultimus præstantia primus, Ioseph, Dei consilio descendens ad Aegyptios, prosperè cuncta direxit, qui occulta,& in certa cæteris interpretari diuinitus nouit, hic toti Aegypto prępositus, etiam carcerum pedore afflictus,& angustiatus, subuenire cęteris suo consilio, nè famis inedia consumpti perirent, nouit, quanta sanctitas inter Barbaros, quanta fidelitas, & castimoniæ puritas inuictissimi

ctissimi iuuenis, cui datum erat rectè consiliari, & fideliter in omnibus agere; sed & Daniel inter Babilones, licet captiuus, diuino tamen præditus consilio, sublimior cunctis gentibus prædicabatur: fuit & sancti Archangeli Raphaelis vtriusque Tobiæ domus, vallata consilio, quo cuncta prosperè ad finem vsque sunt progressa, longè tamen melioris consiliarij datum Ecclesiæ Christi sponsę cõsilijs gaudere, firmioribusq; potiri suggestionibus, ipse namque solus sanctus spiritus sanctificator omnium omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

1. Cor. 2.

Hanc Ecclesiæ suæ Christus designauit, quam omnis erroris expertem esse voluit: habent cœteri singuli homines suos custodes, & consiliarios Angelos ab instante natiuitatis consignatos, habent rectores spiritus illos Angelicos, de quibus ait Proph. Angelis suis Deꝰ mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, & Apostolus: Omnes sunt administratores spiritus propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis: Summum autem hunc omnis veritatis magistrum, diuiniq; sermonis exaratorem, interpretem obscurioris litteræ difficultatum emergentium explanatorem ipsum Ecclesiæ caput spiritus sancti assistentia sublimauit, ad quem totius Ecclesiæ membra pro sedandis, intelligendis, componendisque controuersijs certum confugium haberent.

Angelorũ custodia.

Psal. 90.

Heb. 1.

O stabile Ecclesiæ fundamentum, ò strenuum totius veritatis consiliatorem: Spiritus intelligentiæ sanctus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus omnem habens virtutem, omnia prospiciens, qui capiat omnes spiritus intelligibilis, mundus, subtilis; In ipso itaque, & per ipsum omnis vera intelligentia, omnisque subtilitatis expositor, & scrutator. Non hic Moyses, cuius consilio tota se committebat Synagoga, & Turba Iudæorum.

Spiritꝰ Sãctus stabilissimũ est Ecclesiæ Catholicæ fundamentum.

Hic est singularis ille consiliarius à summo illo magni consilij Angelo designatus, quem Propheta Encomio consiliarij nuncupat, requiescet super eum (inquit) spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus sciẽtiæ, & pietatis, &c. Talis (inquit Ambrosius) debet esse consiliarius, qui nihil ementiti, nihil nebulosi, nihil simulati, nihil improbi, aut maleuoli habeat, qui nec precio, nec prece mutari, aut flecti possit, magis iustitiæ emulator, & veritatis professor, quàm sui amator, & voluptatum suarum expletor, quis ad optimum consiliariũ libenter non accedat; quis talem protinus non consulat, à quo in agendis, cogitandis, intelligendis, ac pręcipiendis se totum dirigat? Saul reuocauit mortuos, vt ab illis sumeret cõsilium media phytonissa: Acab cacodæmonem, cum quo consiliaretur expetijt, sed omne consilium à domini consilio superatur, & obruitur, & solum consilium domini manet in æternum; neq; est consilium contra dominum: Nulla enim arte, nulla fallacia, aut technis vllis frustrari, seu præpediri potest, seu eludi, iuxta illud: Audite me, qui portamini à meo vtero, & gestamini à mea vulua, vsque ad senectam, ego ipse, & vsq; ad canos, ego portabo, ego feci, & ego feram, ego portabo, & saluabo; recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, nec est vltra similis mei; consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet; humanum autem omne consilium facilè dissipatur, & obruitur, & à domino reprobatur: Audiat

Isa. 11.

Spiritꝰ Sãctus consiliarius est Ecclesiæ singularis.

Prou. 21.

Isa. 46.

F igitur omnis Achitophel: Congregamini populi, & simul vincimini, & audite vniuersi; inite consilium; & & dissipabitur, loquimini verbum, & non fiet, quia nobiscum Deus.

Isa. 8.

O quàm bonum est sperare in domino, quàm sperare in homine; confidere in domino, quàm in principibus; ideo Christus cum de Spiritu Sancto consiliatore loquitur, & suggestorem appellat, nomine Paraclyto eundem nominauit, cuius consilio cuncta saluti nostræ proficua prosperè diriguntur, consilium opus sapientiæ est, quod si consilio quis neget si indigere,
G quod sibi prodest thesaurus absconditus, & inuisa sapientia? quod malis competit per correptionem, hoc bonis debetur per consilium, vtroque enim quisquis resipiscit, tamen (vt docet Gregorius) date imprudenti consilium charitas est, velle dare sapienti ostẽtationis, quod autem omnibus datur aduersitatis turbine hoc pietatis, & prudentię munus efficitur, consiliantur frustra, qui de fine consiliantur, quandoquidem (teste peripateticorum principe) non est consilium de fine, sed de his, quæ sunt ad finem, nec de rebus minimis geritur consilium tantum de magnis, & grauioribus quæritur, & petitur: hoc docet, & Tullius, dum ait;
H In rebus magnis, memoriaque dignis cõsilia; primum, deinde acta spectant, est enim consilium velut lignum, quo innixi saluantur, qui vndis fluctuant marinis, & procellis validis agitantur ne pereant, ideo petitorum tantũ expetenda sunt in omnibus consilia, qui nedum ingenij acrimonia, & sapientia vigeant, sed & charitate præstent, & pietate polleant; sunt tamen, qui longius ea differunt, & imprudenter contemnunt, quæ prius præmeditari debebant, & velociores sunt ad exequendum, quod nesciunt, quàm ad consiliandum, quod debẽt, & his contraria communiter cedunt, dum suo sibi marte fidentes, alia inexcogitata succedunt, nemo enim
I sibi ipsi ad consiliandum rectè sufficit, quia nemo tanta est præditus prudentia, vt à seipso illam sine directore assequatur.

Cõsiliũ de rebus grauioribꝰ tãtum maximique momenti habẽt, & petitur.

A quibus consilia ꝗramus.

Ideo rectoribus, & principibus etiam apud Ethnicos communis est prægmatica, vt grauioribus in causis multorum consilio fulciantur, in quorum literis nõ ego, sed nos, generali consuetudine explicatur, sunt & ab antiquioribus optima, & firma exploranda consilia. Hi maturioris propensiorisque experientiæ præditi, firmioris sibi fiunt oraculi, dum quod dierum multitudine, & temporum, vicissitudine didicerunt, imperitioribus detulerunt, longè autem præstantius, longè
K securius hæc omnia vnus ille operatur spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus pietatis, & intelligentiæ, quem pro sua summa benignitate ad omnia rectè capescenda, & agenda exhibere voluit.

Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia. Scio ex meis præmissis non posse vos vestra ex imbecillitate adhuc conclusiones elicere, imò doctore, & magistro indigere, quapropter ille consolator, ille Paraclytus, ille veritatis spiritus docebit vos omnia, &c. Non obiter dictũ existimes docere, & suggerere, docere omnia, suggerere omnia; prius dictum docere Subinde adiunctum suggerere primum ad nescientiam, secundum ad non intelligentiam pertinet. Docent prius doctores, suos quos erudiunt, ea quæ ad ignorantiam fugandam spectant, suggerunt ad capaciorem intelligentiam,

Debẽt doctores nõ solum vera docere, sed ẽt falsa fugare.

gentiā, vt edocta confirment, & stabiliant, quò & meri veritatem, & oppugnare valeant falsitatem.

Docebit vos omnia, &c. Ergo docebit, & Christum, ergo quæsito Iudæ facit satis, cui respondetur, nonnisi à spiritu sancto, posse manifestari Christum, vnde nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto; sed quid est, quod dicit filius, manifestabo illi me ipsum, nunquid dicit filius, & quod dicit, spiritus sanctus facit; nunquid etiam sermonem Christus dicit, eundemque sermonem edocet spiritus sanctus, an fortasse à filio verbum tantum capimus, & docente spiritu sancto verba intelligimus? absit vt suum non doceat sermonē Christus, eius enim est parabolas edisserere, & aperire sermonem, cuius est sermonem promere; omnis itaque Trinitas docet, & communis est eruditio per Trinitatem. Hęc sic connectuntur, vt eruditiores in tāti mysterij significatione efficiamur, nisi enim seorsum de singulis mentio haberetur, nec de singulis humana imbecillitas erudiretur.

Apostolorū, & inuictissimi protomartyris Stephani, Catharinæ, aliorumq; pro fide catholica decertātiū laus, & scietia.

Ille vos docebit omnia, &c. Non tantum ad naturale lumen spectan tia, sed ad supranaturale lumen pertinentia. An non vides Apostolos, Sthephanum, imò & puellas, præcipuè autem Catherinam disputantem in doctorum medio, eosque confundentem, ac conuertentem ad fidei veritatem? sed adhuc, & alia est discriminis ratio, quandoquidem de alijs scientijs per cęteros edoctis scriptum sit, Qui addit scientiam, addit & dolorem, in ea autem, quæ fidei est scientia, spiritus sancti pacatissimus redditur animus, & intellectus, neque enim, qui Paraclytus ad docendum omnia mittitur, aut dolorem, aut confusionem patitur inesse suis, nos enim est edocturus, vt consoletur. Accipe litteraturæ ignarum, iustum tamen in quo spiritus sanctus inhabitet, quantam putas docebit scientiam ad omnes confutandos doctrinarum sæcularium, seu falsorum dogmatum errores? nam ad ipsos dictum est: Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore tenebrarum. *Psal. 90.*

Sermonū Dei spirit⁹ sanct⁹ suggestor est, & interpres.

Et suggeret vobis omnia, &c. Non tantùm ignarorum doctor spiritus sanctus ostenditur, sed & sermonum Dei, & Christi solus suggestor, & interpres apertè perhibetur. Suggerere actus est immanentis, de quo Gregorius ait; Nisi ipse spiritus cordi insit audientis, otiosus est sermo doctoris, quia nisi intus sit, qui doceat, in vacuum exterius lingua laborat, est igitur suggerere interpretari, subministrare, occulta propalare, & oblita in memoriam reuocare. Docet igitur spiritus sanctus omnia, quæ non poterat nostram imbecillitatem docere Christus, ipso dicente: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò, suggerit quæ dixerat Christus, dum verborum Christi sensum aperit, nec hoc sine Christo, de quo scriptū est; Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, interpretando à Moyse, & omnibus Prophetis, &c.

Suggeret vobis omnia, &c. Vt possimus vsq; adeo intelligere, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum supereminentis scientiæ Dei, nihil ignorare suos quos edocturos traditur Paraclytus, patitur, quod ad salutem spectet ipsorum. Neque potest tantus magister, & doctor concessus, vt nobiscum maneat in æternum ab eruditione cessare, quo docente, & suggerente nouis ditamur passim conciliorum sanctioni-

A bus, doctorum pijs interpretationibus, & Ecclesiæ Sāctæ institutis, eius enim est ex rudioribus nos eruditos facere, ex torpentibus sollicitos, ex ignaris dociles, ex imprudentibus sapientes reddere. Audiamus igitur, quid loquatur in nobis dominus De⁹, quoniam loquitur pacem in plebem suam, & super sanctos suos.

Pacem meam (inquit) do vobis, &c. Nec iniuria iustificati enim per fidem, pacem habemus ad Deum; De hac pace meminit Proph. Pacis (inquit) nō erit finis neq; enim profectò Deus pacis, & dilectionis, ad nos veniret, & mansionē apud nos faceret, si aut non inesset aut ad tempus inesset pax, in pace namque factus est *Isa. 9.*

B locus eius, vt igitur ad recipiendum patrem, filium, & Paraclytum disponamur, & sit locus illis, pacem nobis donat Christus, & quidem non omnem, sed meam (inquit) do vobis, nec enim dare potest, nisi quod est suum, nec exiguum hoc existimes donum Christi, est namque hæc illa pax, quæ exuperat omnem sensum, ecce testamentum Christi testamentum pacis, quod qui noluerit obseruare, nec ad promissam hæreditatem poterit peruenire.

Pacem meam do vobis, &c. Ecce Alpha, & Omega, dum nascitur Christus pax præconizatur, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis canunt Angeli; *Luc. 1.*

C in recessu Christi à mundo suam suis relinquit pacem, qui enim est pax nostra, nil potest quod ad pacem non pertineat operari, vt vsquequaque ponat fines tuos pacem.

Non quomodo mundus dat ego do vobis, &c. Externam, fictam, & ad horam, dat mundus pacem, dat concordiam ad malum, dat vnanimitatem ad facinora, &c. Et quidem dicunt: Pax pax, & non erit pax, quia nō est pax impijs, dicit Dominus, & cum dixerint pax, & securitas; repentinus eis superueniet interitus. Veram autem pacem summum esse bonum disce, ipse autem hanc solus dare potest pacem, qui inimicitias interfe- *Vera pax summū est bonum.*

D cit in semetipso, qui pacificare potuit, quæ in cęlis sunt, & quæ super terram. Merito igitur non potest mundus, quod supra mundum est dare; non potest mundus veram elargiri pacem, qui odit veram pacem, qui totus in maligno positus est, qui turbulentissimis, ac assiduis agitatur, & quatitur procellis, imò de mundi odio sic admonemur; Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit, mundus quod suum est diligit, quod suum non est odit; propterea vos odit, quia de mundo non estis, & quia ego vos elegi de mundo, vnde non veni pacem mittere in terra, sed gladium ad de-

E uincendum mundum, ad terrena suppeditanda, ad resecanda carnalia.

Non quomodo mundus dat, &c. Qui oppressione, & occupatione, ac occisione pacem sortiri satagit, oppressione subditorum, occupatione regnorum, inimicorum occisione, sibi ad horam pacem acquirit, quo fit vt non amoris, sed violentiæ sit ista, quam dat mundus pax, & adhuc radice in corde existente rancoris, & odij suboriri, & pullulare passim videamus hominum discordias, & eò grauiores inimicitias, quo diuitius radices in corde substiterint, multi tamen gratissimam, & vtilissimam hanc mundi pacem agnoscunt, & eam cōsequi totis viribus concupiscunt, eam vero, quæ Christi est, quæ superna est, quæ ad reconciliandū nos Deo est, quæ ad conscientiæ tranquillitatē spectat, quæ perpetua *Pax ficta, & violēta.*

petua est, &c. Pauci curamus habere illam, & si dubiam, & fictam, ac instabilem omnes peroptamus, procuramus, & petimus. Hanc saluberrimam perpetuam, & cœlestem nec suscipimus, nec curamus, licet sine hac nũquam pacatus possit esse humanus animus, & ea sola Dei amicitia fruimur, nec nos terreat odium, quo Deus odit peccatores habeat, nec nos moueat, qui pacem nobis exhibet filius, nec nos alliciat amicorum omnia fieri communia.

Pax qua hostet pacatus est animus, è quo Dei amicitia fruimur.

Alia est pax Christi, alius finis pacis Christi, & alius modus pacis Christi, à pace mundana, à fine & modo mundanæ pacis; ò quam pulchri sunt pedes annunciantis, & prædicantis pacem, sed (quæso) qui sunt pedes pacem annunciantis, nisi vltimi totius vitæ Christi dies, in quibus geminam, in qua ambulemus pacem annunciat, ad nostros dirigendum pedes in viam pacis, his duobus pedibus ambulare nos oportet in pace, accipiendo pacem, & inducendo illam, vbi dissidiũ, & odium reperitur, & relinquere pacem, vbi inuenimus pacem, hic alter pes Christi, fidelium non perturbare pacem, sed quærere, & rogare, quæ sunt ad pacem. Satagite igitur immaculati, & inuiolati inueniri in pace, vbi iusti collocantur in cœlis, est enim Christus pacis filius, imò est pax nostra Christus. Erant igitur sine pace, aut Christum, aut cum Christo partem habere putantes, quia benedicit populo suo in pace existenti.

Isa. 9.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Ex affectu magistri iam iam recessuri ob id, quod seipsum licentiando dixerit; Pacem meam do vobis, consternati animo, & corde mœrore confecti discipuli, vsque ad lachrymas de domini præsentia secum conquerebantur, quid faciemus miseri sine te rectore, & magistro nostro? quid inscij sine te præceptore? quid cœci sine te duce? &c. Quid oues sine nostro pastore? Hanc tuam nequimus sustinere absentiam; Tecum nos ituros, & in carcerem, & in mortem non audemus asserere, cum de Petro prædixeris ter te negaturum; Cor nostrum tecum defers, & nos excordes, ac pœnitus exanimes relinquens, propterea mestum est cor nostrum, quod nulla consolatione affici poterit; Te omnium bonorum authore protegente, omne malum, & periculum euasimus, quæ mala nos nunc non capient te recedente? quomodo sufferre poterimus nostro refrigerio carere? te nostro protectore priuari? te verba vitæ habentem perdere? à te Saluatore nostro elongari? à te nostra vita separari? à te aquæ viuæ fonte relinqui? quæ nos non capient mala te recedente? quæ nos non obruunt damna te deserente? quapropter inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

Contristãtur Christi discipuli.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Prius pacem tribuit inde quasi ad pacis eiusdem effectus descendit, non turbari videlicet, nec formidare; Verum quia pax remouet Christi, & cordis turbationem, & formidinem speratæ salutis; De turbatione dicitur: Turbati sunt omnes insipientes corde; De formidine verò, quia charitas perfecta foras mittit timorem, est enim verè Christiani animi in tribulatione gaudere, & libenter in infirmitatibus gloriari, quia crucem in gloriam ducit, & Christo assimilari lætatur, hilaris dator munerum efficitur, vnde nec qui ieiunat tristem fieri voluit Deus, vt diligat datorem, sic enim obnixè animo in

F Christum ferimur, vt nullis pressuris, nullis terroribus elongemur ab ipso, quia pax Christi exuperat omnem sensum.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Sed quomodo possumus nõ dolere, & turbari, si tu in quẽ Angeli prospicere desiderant, è medio nostrum abscesseris; Beatos nostros oculos predixerunt, & tu prędixeras, qui te vident, quem multi reges videre voluerunt, & non viderunt, & audire, quæ audiuimus, & nõ audierunt, gustauimus, & vidimus, quàm suauis es tu domine, quàm bonus, quàm spectabilis, quàm necessarius, & amabilis, tua voce reuiuiscimus, tuo vultu lætificamur, cur absconderis à nobis? quare faciem tuam

G auertis? obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? forsan autem obijcies, non videbit me homo, & viuet; moriamur igitur, vt te videamus, vt tecum viuamus, nobis viuere tu es, & ideo mori lucrum, cupimus dissolui, & tecum esse; hic moriamur, qui non possumus te modò sequi in carceres, & mortem arduam, & crudeliorem subire, quisquis enim agnoscit te, diligit te, & amat te plusquam se, & qui te manifestè adhuc non vidimus, tamen te vide re semper optamus, & tecum esse inseparabiliter cupimus, nos amici tui sumus quos in sortem amicorum non es dedignatus ascribe-

H re, quomodo ad tanti abscessum amici non dolere possumus? ideo inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

Aspice, quàm suaui dulcore sint hæc verba plenissima.

Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Nolite hoc vobis persuadere, quòd relicturus sim vos orphanos, aut quod sine consolatore, aliouẽ Paraclyto dimissuros, imò modicum non videbitis me, sed iterum modicum, & videbitis me, quapropter in mentẽ renouate, quæ dixerim vobis; Vado, & venio ad vos. Attende quanta pietate cor inspectet, qui solius cordis afflictiones, & formidines rememorat, & quidem hac ratione primum, quia ad ipsum cor loquitur Christus, vnde

I per Proph. dicitur: Loquar ad cor eius, ideo quia turbatione, incapax verborum Christi reddebatur, ideo cordis tranquillitatem inducit; seruare enim non potest, quæ non capit verba cor, Non esse effundendum sermonem, vbi non est auditus agnouerat Christus, solis cordis doloribus compatitur, tantumque contritis corde medetur; eloquia sua in cordis intimo abscondi quibus à peccatis abstinere, possimus, exoptat dominus, iuxta quod scriptum est; In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi, quod autem turbatum est cor, velut mare fluctuans expellit à se, quod prius in ipso marcidi continebatur, ideo cordis tran-

K quillitatem indicit, scripturus in cordibus Euangelicam legem, ideo peccatissimum ad opus, quod exequitur desiderat, Perpende ex his optimum esse, gratia stabilire cor, disce quantum sit tibi dolendum de abscessu Christi, maximè si tuis irretitus illecebris recesseris à te. Agnosce quàm malum sit tibi fontem aquæ viuæ derelinquere, à Saluatore separari, in veritate non stare, à vita decedere.

Christus a nicorum suorũ sem per corda conspiciẽs continuo nouoq; so lamine souet, & recreat.

Psal. 118

Disce insuper Christi præsentiam optare, absentiam dolere, & ad tempus sustinere, expecta Dominum, expecta Saluatorem, expecta vitam, qui cupis salutem, qui mori formidas, qui turbine persecutionũ quateris: Audi dicentem, vado, & venio ad vos, vado mox rediturus, venio non vltra recessurus, vado non deserendo

vos,

vos, sed abscondendo me à vobis, cito tamen redeo, & venio subueniendo, & manifestando me.

Quos amet Christus.

Attende turbationem cordis ægræ ferre dominum, amare autem, & beare eos, qui pressuris mundi sunt expositi, qui persecutiones patiuntur, qui paupertate fluctuant, qui contumelijs afficiuntur; illud verò præcipuè attende, homines quidé, quæ exterius sunt prospicere, dominum autem intueri cor, si quid igitur agis illud corde age, vt videantus, quæ agis ab inspectore cordis, qui nihil intuetur præter ipsum cor, omnia autem, quæ aut extra cor tuum agis, aut vix, aut nullatenus videntur, si aut parua, & minima agere vales, hec si corde agis inspecta sunt, grata sunt, acceptissima sunt, cor magnificum, & grande omnia magnificat, & extollit. Cor altum omnia exaltat, cor mundum, & purum omnia mundificat, & purificat, cor autem prauum omnia reddit praua, cor longinquum à Deo, omnia longè, & procul esse facit à Deo, is enim oculus est, quo simplice omnia lucida, quo tenebroso, omnia tenebrosa, quo puro, omnia pura, quo mundo, omnia munda, & quo sancto, omnia sancta. Cœterum nihil in corde habere satage, nihil patiaris inibi detineri, quod inspectoris oculos offendere possit, secus non apud te mansionem facient, imò nec veniét in illud, siue filius, siue pater, quia manente iniquitate, & peccato, quomodo non turbari poterit, imò non agitari fluctibus, quasi mare feruens? Hinc à turbatione prouenit formido, ita vt fugiat ipius, etiam nemine persequente, sibique ipsi sit pœna.

Omnia, quę operamur bona, debemus semper hylari corde peragere.

Si autem rogas, quô à turbatione, & formidine cor protegi, valeat occurrit August. Re vera (ait) Hæc est vera cordis requies, cum totum in amoré Dei erigitur, non.n. totaliter est quietum, quod nó est totum fixum, nec quidquá aliud appetit, sed tantum in eo, quod possidet summo bono, fęlici quadam dulcedine delectatur, & delectando iucundatur: Et si contingat vana aliqua cogitatione, vel rerum occupatione abstrahi inde, summa cum festinatione illuc redire festinat, Exilium pati reputans alibi esse, quàm ibi moram facere.

Cordis vera quies mira dulcedine gaudet.

Non turbetur cor vestrum, &c. Si de meo doletis abscessu, doleant oculi, doleant aures, non doleat, nec tristetur cor; Ab illis quidem abducar, ab illis abscódar, à corde tamen non recedo, nec procul ab eo, tanquam à propria sede abire possum, sapientia.n. requiescit in corde, si illi pateat cor, si verò non pateat, ego sto ad hostium eius, & pulso, vt si quis aperuerit ingrediar, & apud illum cum patre mansionem faciam, si igitur interdum videris Christú perdidisse, seu procul à te Christum recessisse, quod eius pręsentiam in infirmitatibus, & erumnis non sentias; Vide tamé Christum in corde tuo agonem tuum prospicienté, luctam tuam spectáté, & assistenté nè tenteris super id quod potes, nunquam procul à corde nostri custos cordis, quare semper assistentem Christú sentiens conturbatur cor. Iure igitur repræhenduntur cuius cor turbatur, sola Christi pśentia pacatum, & tranquillum cor nostrum redditur, dum nulla peccatorum sarcina exponitur naufragio.

Neque formidet, &c. Vix.n. aut non statim potest confractum cor consolidari, omnem.n. vtriusq; hominis compagem amplectitur. Haud tñ censeas omnino non formidandum nobis, qui iubemur satagere, vt certam nostram faciamus saluté, eamq; cum timore, ac tremore operari. Nam beatus homo, qui semper est paui- Prou. 28.

A dus, quoniam qui timent Deum facient bona, verú de Christo, deq; verbis eius nunquam formidandú, est.n. verax in promisso qui est veritas in verbo, inordinatú tantum redarguit timoré Dñs eorú, qui trepidauerunt, vbi non est timor, nam de verbis Christi formidare, est veritaté sermonú eius euertere, qñquidé dubius in fide iá infidelis est. Necessarius verò nobis timor, optimusq; ad capescenda ꝑmissa, dú qui stat attendit, vt videat, nè cadat, dum quis timet gratiá amittere, Deú offendere, à ꝓprio sensu decipi, suæ virtuti fidere, & seruú vtilé esse.

Quem fugias quem nó spernas hic disce timorem.

Neque formidet, &c. Quia nullo alio meticulosa efficitur aĩa, aut formidolosú cor, nisi peccato, ꝑ quod à B Chr̃o diuellitur, gratia priuat, morti adijcit, & diaboli seruus efficitur, q aút expers est peccati, nulli⁹ obnoxius criminis, nulli ét formidini subest, nullis terroribus cócutitur, nullis aduersitatibus deterretur, hic n. fructus præsentiæ Christi, hic eius assistentiæ effectus, omnem mundanorú vicissitudinem contemnere, nullis aduersitatibus deterreri, optimumq; gratia stabilire cor.

Non turbetur cor vestrum, &c. Familiarissimis his verbis nó secus, quàm pijssima mater suos quos diligit consolatur filios, quibus quáto flagret affectu erga chétulos, & sibi adherétes discipulos manifestat, hoc tantú abest, vt de se mœrentes singulari nó prosequatur affe- C ctu, non turbetur (inquit) cor vestrú. Cordis afflictioné ipse à suis amouere peroptat, q in solis exterioribus nos afflictos insinuat, externo ipse homini Crucé imponit, internum verò consolatur. Iustè.n. sic vtriq; conuenit nempè, nè lasciuiat corpus, nèvè contumax extollatur incrassatus impinguatus, dilatatus castigandú, mortificandum, & in seruitutem est redigendum. Audi, & sapientem: Virga, onus, & cibaria asino; panis, & disciplina, & opus seruo, non igitur quácunq; prohibet turbationem, qui nostram in dumis constituit salutem, sed inordinatam, quæ ad mentis offuscationem peruenit, q́ rationé obnubilat, & cósternat animú Proph. dicéte: D In corde meo cósolationes tuæ Lætificauerunt animam meam, perhorrescit quidem natura, & solo crucis, vel minimo aspectu pertimescit, & velut totius virtutis nescia, totum quod offertur triste pro suo posse repellit, compescite saltem cordis molestiam, in quo virtus, cóstantia, & virilitas ad sustinenda aduersa consistit, sit intrepidum, remaneat inconcussum cor vestrú, & qui me toto corde diligitis meis fidis promissionibus hæreatis oportet, scio, nec me latet cordis vestri tristitia, q́ sit súma de meo, ab oculis vestris abscessu. Me enim recedéte sentitis auelli corda vestra à pectoribus vestris, iam excordes estis, iam exanimes intueor, qui cordis vnicus sú E spectator, scio, ego quid sit in homine, & intimarú cogitationú scrutator existo. Auferte igitur hoc malú cogitationum vestrarum à cordibus vestris, & his meis, tam certis, tamq; manifestis promissionibus, consolamini inuicem in verbis istis; Vado, & venio ad vos.

Prou. 29.

Psal. 93.

His omnibus discimus, quod & si Deus tempore nostrarum aduersitatú, abire videatur suas subtrahendo consolationes; interim tñ abitu suo longè potiora nobis parat bona. Absit enim, vt perpetua sit apud dominum piorum dereli&ctio cum eius breuis absconsio, æterna efficiatur iustis consolatio, cuius non immerito Iacobus Apostolus nos monitos facit: Omne gaudiú existimate fratres, cum in tentationes varias incideritis, scientes quod ꝓbatio fidei vestræ patientiá operat, &c. Epis. c. 1.

V Discamus

Præcipuũ charitatis opus succurrere mæstis, est & opus sanctũ contritis corde mederi.

Discamus insuper, & qua pietate afflictis subuenire debeamus, dixit Christus, dicite & vos pusillanimes consolamini, nolite timere. Hæc enim præcipua inter charitatis opera mederi contritis corde, tribulatis pio affectu succurrere, cordaq; (quod potissimũ est) oppressa, ac dolore concussa linire; ò bone Iesu opportunè quidem gloriabatur de te, qui fatebatur; Quoniam secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuę lætificauerunt animam meam.

Si diligeretis me, &c. Si me diligeretis sermonem meum seruassetis, quia siquis diligit me sermonē meũ seruabit, vos meum sermonem nō seruastis, cum dixerim expedire vobis, vt ego vadam parare vobis locum, & si abiero, & parauero, iterum veniam ad vos, & accipiam vos ad me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis, qui igitur meos sermones non seruastis, nec me profectò diligitis, quo fit, vt contristemini, quia si diligeretis me gauderetis vtiq;. Si tamen saltem contristaretur caro, si conquereretur humanitas, si sensus tantum abhorreret hoc, nihil dilectioni repugnaret, verùm cum cor ipsum turbetur in vobis, cum fluctuet ratio, & vestra mens consternetur, totum prorsus contra dilectionem agitur, & ꝑpterea formidatis, vbi non est timor, & gaudij materiam in materiam luctus conuertitis, magna quippè & ineffabilis Christum diligentibus causa præbetur gaudendi, quia vadit ad patrem cui dicturus sit Pater, sede à dextris meis in perpetuum, cui omnē imperitus est potestatem in cœlo, & in terra, cui omne iudicium est daturus præbiturusq; nomen, quod est super omne nomen, vt omne illi genu flectatur: Quamdiu enim mortalis ex isto minoratus sum paulo minus ab Angelis, inglorius, pauper, & dolēs, nō habens speciem, nec decorem, vermis, & nō homo, sed opprobriũ hominum, & abiectio plebis: Iturus ad crucē, ad ignominias, ad flagella, ad patrem pergere dicitur, quia ardua est via, quæ ducit ad vitam, & quia oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei. Cum verò de torrente in via bibam, propterea exaltabo caput, eoque magis exaltabor, quo magis ad Crucis patibulum humiliabor indutus, subinde virtute præcingar fortitudine, regnabo decore indutus, nec per rapinam arbitrabor me æqualem Deo, qui sum ipsemet Deus, qui sum in patre, & in quo est pater. Ab exilio mundi in gloriam patris transiturũ, quomodo defletis? si diligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad patrem; à mortalitate ad immortalitatem, à miseria ad beatitudinem, à valle lachrymarum, ad gaudia æterna, pertranseuntem deploratis, & veluti gentes, quæ spem non habent de transitu ab hoc mundo contristamini? Vado (inquit) ad patrem, quia pater maior me est, quia diuinitate in sinu sum patris, sola humanitate vado ad patrem, quia sola humanitate minor sum patre; Ea tantum ratione minor patre, qua seipsum exinaniuit formam serui accipiens; hinc & nos parum dolere, imò multum gaudere de abscessũ nostro, & amicorum mortem obientium, si tamen ad patrem accedimus, si autem, nec diem claudere velis extremum, aut claudentē diem doles amicum, certè pòtius gaude, quia iustos mori est ad patrem ire, licet oculis insipientium mori videantur, cum tamen sint in pace.

Quia pater maior me est. Ea ratione maior, qua ad ipsum vado, vado autem non per consubstantialem di-

F uinitatem, sed per assumptam humanitatem, secus non essemus vnum ego, & pater, nec inuicem ego in patre, & pater in me esset: hanc in petram offendit Arrius ignarus locutionis tam claræ, & apertæ, cui Athanasius eadem distinctione naturarum occurrit; Aequalis (inquiens) patri secundum humanitatem, ibi enim necessaria est sermonis distinctio, vbi naturarum est diuersitas, qui igitur vnus, & idem Deus est, & homo, vnum, & non vnum æquale, & inæquale est ipsi patri, vt sit vnum cum patre in vnitate naturæ diuinæ, & minor distinctione humanæ naturæ, sed esto nullus vlterius pa-

G teat locus Arrianæ perfidiæ vlterius, tamen adhuc obseruandum censeo prout supra, iam tactum fuit de Paraclyto. Nunquam personarum nomina in actionibus ad extra sic sunt accipienda, vt alterum sine altero, aut accipi, aut intelligi possit, solis interioribus relationibus inuicem personas distinguentibus. Cum igitur nulla ibi adsit relatio, qua patris persona, à persona filij distinguatur, non potest Theologus locum dare oppositioni, quandoquidem non personaliter, sed essentialiter operepreciu m est inibi patris nomen intelligere, cui fauet, quod Christus secundum naturæ humanæ rationem, non patre tantum, sed Spiritu Sancto, & se

Sola relatio iterior distinguit in diuinis.

H verbo sit minor, & qui neutro minor est, secundum diuinitatem, ambobus minor est secundum humanitatem, neque.n. per eam, quam à patre adepturus erat potestatem, & quod rogaturus patrem accederet, & quod nos ad rogandum patrem hortatus sit, siue (siquid aliud alienum ab ea relatione, per quam ad intra actionibus immanentibus distinguuntur reperitur) solius personæ patris, vt à filio, & à Spiritu Sancto distinguitur, intelligenda sunt, vel intelligi possunt, sed patris nomine tota Trinitas intelligenda est.

Si diligeretis me, &c. De abscessu Christi ad passionem, & mortem in eo gaudendum est nobis, quod ad

I patrem vadat, reconciliaturus patrem mũdo, erat enim Deus in Christo mundum reconcilians sibi, gaudendum utique, quia de tenebrarum potestate nos eripere per Crucem uoluit, gaudendum, quoniam si exaltatus fuerit à terra, omnia trahet ad se, gaudendum nobis, quia si sanguis uitulæ coinquinatos mundificat ad sanctificationem, multo magis sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, de fructibus igitur passionis gaudere, & lætari omnino debemus; Cœterum de causa passionis, de acerbitate passionis, & ipsa passione ualde dolendum nobis, uulneratus enim est propter peccata nostra, & attritus est

K propter scelera nostra, de ipsa etiam passione, quomodo non dolebimus, ipso dolente Christo, quomodo non tristabimur ipso tristante Christo, Tristis (inquit) est anima mea usque ad mortem, & qui attendimus, & uidemus, an sit dolor similis, sicut dolor eius, quomodo non compatimur patienti? & si non compatimur, quomodo conregnabimus? Causa igitur gaudiorum à causa secernitur dolorum, dum specialiter adducitur, quia uadit ad patrem, nam, & quicunque æger gaudet de amara potione, si ad consequendam ualetudinem deperditam spectat, & dolet, ac simul contristantur de languore cui subiacet, & de amaritudine potionis, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Lętitię causam præcedit causa doloris.

Si dili-

Si diligeretis me gauderetis vtiq, quia vado ad patrē. Igitur non eum diligūt de cuius abscessu dolent? Igitur illum non amant de cuius absentia tristantur? quod si de abscessu dolent, quomodo non de præsentia gaudent, quod si eum diligunt cuius præsentia gaudent, quomodo diligunt, & non diligunt, si illos iam vocat amicos, quomodo non amatur ab illis? Diligebant (inquit Bernard.) & quodammodo non diligebant, quia diligebant dulciter, minus autem prudenter, diligebant temporaliter, & præsentia corporali, non æternaliter, & spiritualiter, diligebant sensualiter non rationaliter, denique diligebant toto corde, sed non tota anima, non erat directus animus, non erat illustratus intellectus, quia dilectio eorum erat contra salutem ipsorum, dicente eis Dño, expedit.n. vobis, vt ego vadam, disce (inquit ille) ò Christiane à Christo te diligente, vt diligas Christum; dilexit te dulciter; dilexit te sapienter; dilexit te fortiter, dulciter in carne veniens, quia delitiæ eius esse cum filijs hominū, prudenter conuersando nobiscum; Filius hominis venit non ministrari, sed ministrare, cauete ab his, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, fortiter in sustinendo ꝓbra, & flagella, & mortis patibulū, fortis.n. vt mors dilectio, dulciter in locutione, Ad quē ibimus (inquit Petrus) Verba vitæ habes, prudēs in exhortatiōe, Symō habeo aliquid tibi dicere; Duo debitores erant cuidam feneratori, fortiter in reprēhēsione, & exprobratione, Dic nobis in qua virtute hæc facis, dulcis in miseros; vis sanus fieri? Domine vt videam; Respice, & alteri leproso dicēti, Domine si vis potes me mundare, ait statim, Volo; mundare: fortis in resurrectione mortuorum, adolescens tibi dico surge, Lazare veni foras; dulcis in miseratione indigentium; Misereor super turbam, quia iam triduo sustinent me, nec habent quid manducent, prudens in prouisione, Domine vinum non habet, implete hydrias aqua, & date Architiclino, fortis in dæmonum expulsione, Cū fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet, cum autem fortior eo superuenerit, diripit omnia bona illius, & expoliat eum, dulcis in ieiunando in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt, prudens in respondendo, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, fortis in repellendo Sathanam, Vade Sathana, scriptum est; Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, dulcis in excusando Magdalenam contra murmuratores, Quid molesti estis huic mulieri? Sinite eam, opus enim bonum operata est in me, prudens in tuendo adulteram, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, fortis in adiuuando Chananaam, fiat tibi sicut vis.

Hic āuēde (precor) quàm nos sudore potenti fortiter, & dulci dilexit Christus amore.

Discamus his, & alijs multis à Christo exemplaribus, amare Iesum dulciter, amare prudenter, amare & fortiter. Amemus dulcem dulciter, quoniam suauis est dominus, suaue est iugum eius, amemus cōsiliariū prudenter, cuius nomen vocatur admirabilis, consiliarius, amemus fortem fortiter, qui attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit oīa suauiter, amabāt discipuli Christum suauiter, sed nondū prudēter, amabat Petrus Christum suauiter, & prudenter, sed nondum fortiter, qui suæ imbecillitati nimium fidēs se iactabat, Et si op-

A portuerit me mori tecum non te negabo, amabant discipuli Dñm toto corde, sed non tota anima, nec totis viribus; amabat Petrus toto corde, tota anima, non tamē totis viribus, nec ancillæ vocis resistentibus. Tunc autem toto corde, tota anima, & totis viribus amasse dicuntur; cum induti virtute ex alto, ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni essent pro nomine Iesu contumelias pati, tunc amamus, & nos suauiter, cum nullis illecti illecebris ab eius amore diuellimur, tunc prudenter, cum nullis seducti dolis à rectitudine deuiamus, tunc demùm fortiter, cum nec terremur minis, nec succumbimus malis, quæ si à nobis seruata

B fuerint, Iesum, & Dominum nostrum, toto corde, tota anima, totisque viribus dilexisse dicemur.

Si diligeretis me gauderetis vtiq, quia vado ad patrē. Non de meo tantum profectu gaudere debetis, sed de vestro, sicut enim non propter me, sed propter vos homines, & propter vestram salutem descendi de Cœlis, & carnem suscepi, ita & ad patrem reuertar non in corporis mei tantum, sed in vestrum omnium gloriam. Hanc maximam in Apostolos pietatem ad corroborandos eorum animos obfirmauit dominus, quod & Iob insinuauit. Cuius adiutor es Domine? nonne imbecillis? & sustentas brachium eius, qui non est for- *Iob 26.*

C tis? Multi adhuc hac imbecillitate laborant, qui illic contristantur, & dolent vbi lætari deberent de corporali, quod superesse conspiciunt malo maximè tristantur, & quasi impatientes, ac in capaces consolationis efficiuntur, de futuris verò angustijs, de maximis, quæ pro peccatis supersunt pœnis incauti, nec mœrent, nec tristantur, de corporali tantum conqueruntur angustia, quibus nulla, aut parua inest animæ, ac veræ salutis cura.

Cæterum gaudendum est nobis Christo ad superna ascendente, quasi & nos confessores eius effecti, vt vbi sit ipse, & nos simus, iamque incipiamus secum ascen-

D dere mente, à corruptibilibus, ac transitorijs ad æterna anhelare, Apostolo dicente: Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, quod si hoc modo ad Iesum amore trahimur, & in odorem vnguentorum suorum celeri nostri affectus gressu currimus, iam in cœlo assistimus, & cum Christo conuersamur, Apostolo asserente. Nostra autem conuersatio in cœlis est; hoc autem munus, non inuitis, non tristibus, non vernaculis, aut timore compulsis, sed vltroneis, sed libertinis, sed spontaneis concessum ostenditur, per id quod dicitur: Si di- *Colloss. 4.* *Philip. 3.*

E ligeretis me gauderetis vtique, quia vado ad patrem. Ac propterea gaudendū nobis ostēditur in abscessu ab hac vita, si tamen iusti sumus, & in eorum obitu quos iustos prædicamus, quia vadūt ad patrē, quod & sancta obseruare videtur Ecclesia, quæ iucundis laudibus sanctos prosequitur, nō ex eorū die natiuitatis in terra, sed in die migrationis eorū ad superos, solos duos impijssimos diē sui natiuitatis obseruasse, & triūphali sumptu coluisse legimus, Herodem.s. & Pharaonem, quorum par etiā erat impietas, & vterq; eundē quē colebant suæ natiuitatis diem, innocentum sanguine fœdarunt, lætabantur hi, & cæteri impij à die natiuitatis vsq; ad diem obitus eorum, qui ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Iustis, & probis hominibus morientibus cōgaudere debemus, non autem contristari.

Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt &c. Nondũ accesserat per humanitatem, vbi aderat per diuinitaté, ideo prius, quàm fiat dicitur, vt dictis eius propensiùs fidamus, ac in fide eius fortiùs confirmemur. Ad explorandam namque diuinitatem occultorum manifestatio, & futurorum indubia prædictio præcipuum est inter mortales argumentum, cum solius Dei sit, & occulta intueri, & futura prænoscere, cuius omnia nuda, & aperta sunt oculis, hac igitur ratione vobis dixi me abiturum ad patrem, Spiritum Sanctum missurum, à mortuis resurrecturum, vt cum factum fuerit, & me resurrexisse videbitis, ascensurum ad patrem intuemini, Spiritum Sanctum aduenientem suscipietis, &c. Credatis quod exitus rerum, probabit me Deum esse, & vnum cum patre, & cœteris meis sermonibus fidem adhibeatis, maximè namque ad cognitionem præsentium valet memoria preteritorum, nam & horum verborum meminit discipulis, post eius resurrectionem Christus, instante ipsius ad patré corporali ascensione.

Hæc sunt verba, quę locutus sum vobis, dum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse fuit impleri omnia, quæ scripta sunt de me, nos autem, nec imbecillitate aliorum eruditiores effecti, nec dictorum, nec factorũ monimentis eruditi resipiscimus, & ab impietatibus cauemus, nobis tantum nostrum exitium crediturі, cũ rei euétus (quod absit) probauerit prædictum est; Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis, qui non tollit suam crucem, & sequitur me, non est me dignus, qui amat vitam suam perdet eam, & qui perdit eam in hoc mundo in vitam æternam custodit eam, si vis ad vitam ingredi serua mandata, nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi fures furantur, sed in cœlo, nolite diligere mundum, neque quæ in mundo sunt, transit enim mundus, & concupiscentia eius, nolite omni spiritui credere, sed probate, quæ Dei sunt. Nolite sapere plusquam oportet sapere, sed ad sobrietatem. Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei, Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueos diaboli, & cœtera alia, quæ prædixit Christus, proprio, seu alieno ore, quibus tamen ex culpabilis naturæ ignauia, aut vix, aut parum credimus prius quàm fiant, Christus suos sermones, rerum euentu probare voluit, vt discamus dictis suis non segniter, sed omnino credendum.

Vt cum factum fuerit credatis. Nonne perfectę fidei est prius credere fiéda, neque enim habet fides meritum, si humana ratio præbet experimentum, & nunc extollitur fides, cum non videtur, quod creditur, nam, & quidam repræhenditur, quod, quia viderit crediderit, sed certè ex his, quæ interdum videntur acquiritur nobis, vt quæ non videntur credamus, nam, & discipuli, & Thomas hominem resurrectum viderunt, & quem viderunt Deum esse crediderunt Deum esse Iesum, qui poterat vera prædicere, & quæ prædixerat veraciter adimplere.

Fidei meritum.

Vt cum factum fuerit credatis. Possumus omninoque debemus ad fidei gradus recurrere, vt non expertes omnino fidei dicamus Apostolos, quorum imbecillitas, & incapacitas inauditi sermonis, plenam, atque perfectam fidem non firmabat. Nam & in conuiuio credidisse in Christum suos discipulos audiuimus viso signo conuersionis aquæ in merum, post resurrectionem augenda erat ipsorum fides, stabilienda, & perfi-

F cienda. Reprehenduntur enim pergentes in Emaus, non quod non crederent, sed quod tardi essent corde ad credendum, quod enim sperabant credebant, sed quod non videbant de eo dubitabant, sic pari dubietate rogabat quidam, Credo domine, adiuua incredulitatem meam, ipsique Apostoli apud Lucam precabantur dominum, vt eis adaugeret fidem.

Iam non multa loquar vobiscum. Illa namq; multa, quæ habeo vobis dicere, qui breui à vobis sum recessurus non vobiscum loquar. Attende autem non dicere Christum, non multa loquar vobis, sed vobiscũ, intellige per corporalem præsentiam, & auriculatim

G externa prolatione verborum, secus verò de interna. Instat igitur hora, qua discedam à vobis, nec temporis angustia patitur, vt pluribus agam vobiscum. Imminet meæ passionis hora, solutus est draco antiquus, potestas tenebrarum principibus concessa in foribus adest, iam venit Golial ille sæuissimus, ac fortissimus aduersus Dauid occisurus ipsum, sed occidetur ab ipso, quia in me non habet quidquam, nec authoritatis, nec iurisdictionis, ideo quia sua abutetur authoritate, & iurisdictione, priuabitur vtroque, spoliabitur armis, & vlterius non poterit dominari, nec opprimere fideles, venit princeps, collegit concilium, conclusit me moriturum,

H Iudam discurrere, & mercari meum sanguinem induxit, quæruntur arma, funes præparantur, milites accinguntur, conuentionis signa stabiliuntur, lanternæ accéduntur, & singula disponuntur, ideo non multa loquar vobiscum.

Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Ergo supra mundum Christus. Princeps mundi effectus est diabolus, qui in omnibus aliquid iurisdictionis habebat. Eramus enim filij Euæ, & in Adam peccauimus omnes, stipendia autem peccati mors, solus Christus inter mortuos liber, in quo nihil iurisdictionis habet Sathanas, & quidem venit,

Mũdi princeps diabolus.

I quia me purum hominem credidit, sed nihil inuenit per quod venit, nihil enim damnationis est in Christo Iesu, qui peccatum non fecit. Venit aliàs, sed non vt princeps, quia mentitus habitum, & formam, ad conuertendos lapides, ad fugandum ieiunium, ad persuadendum pręcipitium, ad suggerendam auaritiam, ad apostatandum à Deo venerat.

Venit tandem instante mortis tempore, ad singulos mortales, & velut princeps accedit, totum quod suum est repetens. Væh in quo inuenit quidquam, cœterùm beatus in quo non habet quidquam, quod enim princeps dicitur, potestas eius maxima significatur,

K nec iniuria, cum non sit potestas super terram, quæ comparetur ei.

Venit princeps atra stipatus cohorte, copiosus milite, fulcitus robore, nam eunte principe, tota cohors insurgit, in quem princeps insurgit; hinc vides Pharisæorum turmas, Pontificum, & Principum conuentiones fieri aduersus dominum, & aduersus Christũ eius, insurgunt scribæ, accurrunt ministri, accinguntur satellites, turba concitatur, &c. Omnes veluti Sathanæ ministri addicti sæuiunt, & quo possunt astu, quibus sperant dolis, & crudeliori, qua valent impietate, machinantur in Christum, vt capiant, vt diffament, vt expellant, vt tandem ad crucem trahant, & occidant, sed in me non habet quidquam; quasi dicat:

Magna

Magna sanè est diaboli potētia, quā tā nonnisi in proteruos exercet, & impios.

Magna quidem authoritas, magna est Sathanæ potentia, sed in mundi cultores, sed in peccato obnoxios, cum per solum peccatum seruus efficiatur quisq; diabolo, nullus enim tyrānidi subiacet dęmonis, qui prius in regnum peccati non ingrediatur, quotiescunq; igitur regnum alicuius ingreditur aliquis, mox de iurisdictione regni efficitur, & legibus principis illius regni, tanquam subditus astringitur.

Et in me non inuenit quidquam. Extra Christum inuenerunt multa, puta quod seductor, quod blasphemus, quod legis violator esset, quod tributa Cęsari dari prohibuisset, quod se regem fecisset, quod Salomonis templum destruere se iactasset, & huiusmodi. Quæ omnia extra Christum per improbos conjecta sunt, & ideo cum multi falsi testes accessissent, non potuerunt in Christo aliquid contra Christum adinuenire, nec diabolus, nec eius ministri. Audi iudicem, attende Pilatum de Christo protestantem: Ecce adduco eum vobis foras, vt sciatis, quia in eo nullā inuenio causam, & lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius, multa extra Christum Pilatus inuenerat, sed hæc nihil innocentiæ Christi, in quo nullam causam inuenerat, efficiebant, vt sic à cetu diabolico damnaretur, & vt pateret, quoniam oblatus est, quia ipse voluit, &c.

Limitata è diaboli potestas, & virtus.

In me non habet quidquam. Intus habere, quod diaboli est, nostrum est, suggerit, & tentationibus vrget diabolus, consentire nostrum est: Vnde dummodo in nobis non habeat quidquam, nullam nec in nos iurisdictionem habet, qui igitur dolemus exterioribus, cum diabolo, & ministris eius carne, mundo, &c. agonibus lętemur, quod in nos non habeant quidquam reducamus menti, nunquam concessum diabolo, vt animam Iob offendere posset, licet substantiam, licet carnem, licet exteriora omnia. Grauis tamen nobis inest lucta, quæ non aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, ac rectores tenebrarum harum superest; ad quam pro posse nequimus accingi, si auxilio non simus freti diuino, totius nempè mūdi dominus, & princeps, & Deus creator totius creaturæ diabolus huius tantum mundi princeps dicitur, qui caput est perditorum, qui rector, qui princeps est perperam agentium, & in tenebris peccatorum ambulantium. Et quidem merito mundi princeps nuncupatur, cum totus in maligno sit positus, ac penè non sit, qui faciat bonum, non sit vsq; ad vnum, qui tamen sunt etiam post Christi aduentum mundana affectantes terrena appetentes, & inseruientes mundo, hi principi diabolo subsunt, hi ad diaboli imperium pertinent, quæ autem damna quęuè mala incurrant ij, ad quos tam atrox tyrānus accedit, non est depromere facilè, satis fuit Christo dicere: Venit; nam qui sæuissimus, ac potentissimus prædicitur inimicus accedere, quæ mala ab eodem expectare non debem⁹, Erue ergo Deus à framea animam meam, & de manu canis vnicam meam, vide domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus, facti sunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus tetendit arcum suum, quasi inimicus firmauit dexteram, quasi hostis, & occidit omne, quod pulchrum erat visu, &c. Ita vt omne demoliatur bonum, & in omne inducat malum.

Diaboli Imperium

Venit homicida ab initio, quis non timebit sibi? Venit leo rugiens quærens quem deuoret, quis non formi-

A dabit? Venit præpotens hostis furijs infectus, quis nō pauebit? Venit diabolus quis non expauescet? Ecce tutela, ecce securitas, & in me non habet quidquā, sola conscientia pura, ipsa est tuta, ipsa inexpugnabilis, & fortissimum omnium propugnaculum ad omnes diabolicos incursus superandos, ad omnes diabolicas phalangas coercendas, nihil sui soluit Christus, sed qui peccata nostra tulit, totam solutionem suam contulit nobis, nihil soluturus erat diabolo, qui nihil habebat ab illo, soluit totum pro nobis, qui toti detinebamur ab illo, hæc summa Christiani hominis gloriatio, nihil diabolicum in seipso accipere, carere peccato, quod est opus diaboli, sortemq; cum diabolo nullam habere.

Oīum dæmoniacorū īsultuū, & oīū nobis aduersantiū conscientia pura inexpugnabilefort issimūque ppugnaculum est, & tutissimū.

B *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam*. Nos plerunque nobis retia quibus capiamur tendimus, dum ad impudica, aut vana oculos conuertimus, in his nonnunquam inuoluimur, in quibus, affectu inordinato impliciti sumus. His facilè superamur, quæ retiacula sunt, in quibus inuoluti reperimur. Procul hæc à Iacob nostro; Explora, & diligenter scrutare, quandoquidem in me, nihil tui reperies, quære si penes me aliquid tuorum vitiorum resideat; si tuorum criminum, quæ omnia tua sunt, aliquid apud me reperias, scrutare latibula, rimare substantiam, nihil

C in me fraudis, nihil malignitatis, iniustitiæ, & impietatis possideo, quæsiuit Laban, & frustra, quæsiuit, quia quod inueniret non habuit, quæsiuit, & in Iob, vt de suo inueniret, quæsiuit diligenter, quia vt inueniret, quod quærebat, cuncta subuertebat, igne cuncta consumpsit, domum subuertit, filios necauit, vlcerosis plagis toto corpore sauciatum vulneribus exulcerauit, & tamen nihil inuenit, quia in his omnibus non peccauit Iob, nec stultum aliquid contra Deum locutus est, Quàm beatus vir (inquit Ambrosius) in quo inimicus, nihil suum inuenit, in quo diabolus nihil offendit, quod suum agnosceret, ipse malorum omnium fęnerator, qui potiora quærit, quàm possideat, postulat velut

Diabolus mercenarius est.

D ex tributo, quæ sibi minimè conueniunt ex debito, exigit indebitè, & illudit, tāquā mercenario, dum palliata ratione indigētiæ, indulgendū suggerit plus voluptati, quàm necessitati, semper.n. plena mendacijs sua tentamenta diabolus laqueos abscōdit, & incautos plerunq; vbi nihil timoris, aut periculi videbatur, decipit, eosq; ex abrupto deuincit, sub vno vero, multa falsa cōmenta reponit, & agglutinatum iam iam conspicuum fit mendacium, quod dolo, & arte iacebat occultum.

Venit (inquit) princeps, cui se dederunt homines, venit fraudulentus non missus, venit in Angelum lucis

E transformatus, venit succinctus, & ad rapiendum paratus, venit tenebrarum non lucis princeps, malorum tantum, & non iustorum caput, & ideo in me non inuenit quidquam, venit instante vitæ huius termino serpens ille tortuosus draco immanissimus, sæuissimus hostis, vt suis vaferrimis technis cuncta bona diripiat, & ad hoc venit, vt perdat, & mactet, & degluitiat, venit cōis inimicus totius humani generis hostis. Ad omnes venit, qui nemini parcit, venit & ad Iesum, qui nec Deū timet, nec hominē reuereretur; Pugnauit, qui & nos pugnare docuit, Non est (inquit Apost.) nobis colluctatio aduersus carnē, & sanguinē, sed aduersus principes, & potestates, & rectores tenebrarū, aduersus nequitiā spiritualiū in cęlestibus. Pugno (ait) nō quasi aerē verberās,

Nulli parcit diabolus.

Ephes. 6.

quia munitus fide galeam salutis teneo, nullis impulsibus cedo, charitate munitus ad certamen descendo.

Hæc est, quæ omnia potest, omnia vincit, & nullis vnquã ictibus succumbit, quis tutum à congressu communis inimici excogitare se poterit? Et ideo Apost. ait:
2. Thi. 3. Omnes qui piè viuere volunt in Christo Iesu persecutioné patientur; Patientur (inquam) nè dum à militibus, & satellitibus, sed & à tenebrarum principibus.
Fidei nostræ virtus, & potentia. Patientur, non à membris tantum, sed & à capite, & malorum omniũ duce, tamen securi in omni congressu consistimus, qui fidei nostræ præsidio innitimur, quæ vtique si est ipsa victoria, quæ vincit mundum à suo principatu expoliamus diabolum, cui resistendum in fide non segniter, sed fortiter ab Apostolo Petro iubemur; maximum, & firmissimum scutum, quo Christi
Psal. 90. Athleta victor efficitur, dicente Proph. Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die ab incursu, & à dæmonio meridiano, &c. His arguet mundus, quia scitis, quod diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater sic facio, quia nihil commune cum Sathana habeo.

Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.
Cæsar orbis terrarũ dominus à Chr̃o tributum exposcit. Venerat, & Cęsar orbis terrarum vsurpator, qui suæ ditioni totum subegerat orbem, venit & ad Christum, imò ad discipulos Christi exactor tributi, petens didragma, quod poscebat Cæsar ab vnoquoque homine patrefamilias, seu capite domus. Venerunt igitur, qui tributa exigebant, & commune tributum ab illo petebant, dicuntque discipulis eius (ex reuerentia tanti magistri) magister vester non soluit didragma, idest duas dragmas, quas communiter ab omnibus exigimus? Hoc retulerunt magistro discipuli, quibus ait Christus; Reges terræ, à quibus exigunt tributum, à suis filijs an ab alienis? responderunt ab alienis, ergo (subintulit Christus) liberi sunt filij, tamen ne
Matt. 17. scandalizemus eos iussit Petro. Vade mitte hamum in mare, & qui primus piscis ascenderit aperi os eius, & inuenies statorem idest duas didragmas, siue quatuor dragmas da illis pro me, & te, nihil ex responsione debere se Augusto illi Cæsari patefecit, qui se & quidem duplici iure nõ alienigenam, sed filium regis expressit; ipse enim filius est æterni illius regis, qui rex regum dicitur, & dominus dominantiũ, per quem reges regnant, & iusta decernũt, rex (inquam) sæculorum immortalis inuisibilis rex oĩs terræ Deus; Ad qué Proph.
Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis, quod si à tributo exempti sunt, maximè naturales, & legitimi filij, iam Christus hac potissimum ratione liber erat à solutione tributi, sed & quo ad assumptam ab eo humanitatem spectat filius regis, & est, & dicitur, qui filius Dauid nuncupatur, sed esto, nihil in Christo iurisdictionis haberet Augustus, tamen ad submouenda scandala, idest, ad tollendas insidiantibus sibi occasiones, nè tali prætextu, quod negaret censum Cæsari esse reddendum, occasionem sequendi, imò & ipsum occidendi, quod maximè moliebantur desumerent, misso discipulo suo Petro ad piscandum hamo piscem in mari, talentum in ore piscis inuenit quo & pro Christo, & pro ipso Petro soluere posset tributum.

Solutũ Chr̃s tributũ, quãuis a solutione eius liber existeret.

Erat caput Christus totius Ecclesiæ, tam militantis, quàm triumphantis, sed quam militantem inuisibiliter regit, hanc vicarium visibilem habere curauit. Dat Cę-
F sari plusquam petat Cæsar. Petitus fuit, vt solueret ipse, qui discipulorum familia stipatus erat, sed non pro se tantum, verum & pro Petro aliud didragma soluendum constituit, quem iam præesse suis ouibus cogitauit, cui dicturus iterum atque iterum erat; Pasce oues meas, pasce Agnos meos, tibi dabo claues regni Cœlorum, & quodcunque solueris super terram erit, &c. Neque enim pro omnibus suis Apostolis, siue discipulis, aut pro quoquam illorum, sed pro Petro tantum, in quo capitis ratio seruabatur offerri mandauit, & hoc quidem ingruente solum ratione scandali, quod Christus ipse prænotauit, nè passim hæc obseruanda ab ipso
G Petro quis excogitaret, solutis his dragmis ab exactorum molestijs liberamur. Duplex est didragma, quia duæ sunt tabulæ in veteri testamento non aliunde, quam ab inuiso, & nostris oculis abdito pisce extractæ, & quatuor dragmæ, quia quatuor Euangelia tradita sunt Ecclesiæ, vel dicamus vnum tributum, quia vnum Euangelium, de quo Dominus ait: Prædicate Euangelium omni creaturæ, & in eo duo didragma, quia duorum testamentorum complectitur veritas, & quattuor dragmæ, quia quattuor sunt Euangelia. Mar. 16.

Cur pro Petro tm̃ nõ autem pro alijs Chr̃s tributum exoluat.

H Hæc tamen soluenda non sumuntur, nisi extracto à mari pisce, idest Christo Deo verè in passione pœnitus abscondito, à sepulchro resuscitato ab amaritudine passionis extracto, quando venit in altitudine maris, & eum tempestas demersit, idest per mortem in sepulchrum collocauit, quandoquidem post resurrectionem, fructus patefacti sunt passionis, per quam tributum nostrum, quo ad soluendum carebamus, plusquã exactè à Christo fuit solutum; de quo dicitur: Dominus retribuet pro me, Domine misericordia tua in sæculum, vbi Augustinus inquit: In ipso capite nostro attendite, Dominus retribuet pro me, ego non retri- Psal. 138
I buam pro me, quia nihil quod retribuam habeo, tu retribues, quod ego non possum, tu qui expers es peccati solues pro me, qui conceptus sum, & oneratus peccatis, ego si reddam rapui, tu nihil rapuisti, & quia quæ non rapuisti exoluebas, ideo pro me, quæ rapui retribue in te. Princeps mundi quidquam non habet in me, multa in me, & contra me habet; ideo Domine retribue pro me; Pugnaturus aduenit rex vniuersæ terræ Deus cum mundi Principe, fortis in fortem impegit, & ambo pariter conciderunt, non venit pacem secum componere, sed gladium manu vibrantem totus accinctus aiebat, Nunc iudicium est mundi, nunc prin-
K ceps huius mundi eijcietur foras; supra: Conualuitque fortior, qui surrexit à mortuis, & alligauit fortem, omnia eius arma disrumpens. Ibi seipso quasi robustior effectus confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum, ad quod insinuandum non eum regem, sed principem nominauit. Christum autem regem omnis scriptura nuncupauit, sub rege enim multi sunt principes, multi Satrapæ, & duces multi; Christus rex? Ioan. 10.
Ego autem constitutus rex ab eo, quod & ipsa veritas contestata est coram Pilato; Tu dicis, quia rex sum ego, & tandem hoc perpetuo insignitus fuit encomio Iesus Nazarenus rex Iudæorum, Diabolus autem non rex, sed princeps mundi dicitur, nec tamen simpliciter, aut absolutè, sed huius mundi iam in maligno positi, quia malorum tantum Dominus efficitur. Psal. 2.

At

At vero Christus Rex nuncupatur, & extat, qui & iustorum, simul & impiorũ Dominus extat, in cuius ditione cuncta sunt posita, solemque suum super bonos & malos oriri faciens, illum colunt idolatræ, & quẽ adorant sibi principem constituunt, cui se totos soli impij dedunt, quod nesciunt adorant, nos autem quem scimus, adoramus, & quem Regem agnoscimus, hunc catholicè colimus, & adoramus; relinquimus & detestamur totius gentilitatis sculpulia, quoniã omnes Dij gentium demonia. Ad eum autem conuertimur, qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt: Ipse Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos, neq; gloriamur in simulacris nostris, qui solum Deum colimus, nec ęs, nec lapides, nec ligna, aut manufacta quæuis idola recipimus, qui solius veri Dei cultores sumus; Seducit ab idolo, quisquis adorat idolum, vt suæ punitionis, imò æternæ damnationis consortes faciat, hoc agit diabolus, vt homo impietati deditus ad ipsum recurrat. Arrogant sibi honorem Dei, rapinamq; arbitratur se fore ęqualẽ Deo, qui vsurpat sibi etiam cultum Dei & vult haberi pro Deo. Nos autem quibus vnus tantum est Deus, vna fides, vnum baptisma, vna etiam communis est pietas, communis religio; Ad illum verum conuertimur Deum, à quo, & per quem salutem sperare debemus.

Diabolus vsurpat omnem sibi omnẽ arrogãtèr honorem.

Sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem. Ad hoc mors Christi ordinatur, vt per eã pater diligẽdus agnoscatur, eiusque præceptis omnino parendum fore perpendimus, ex patris mandato filius obijt mortẽ, quod princeps mundi facere nequibat, hoc vnum patris mandatum potuit operari, hoc patris dilectio exequi potuit.

Heu nostram ignauiã, qui tot præceptis resistimus, tot promissis non paremus, tantis comminationibus non mouemur, succumbimus vero & cedimus cuilibet tentationis impulsui. Ecce obedientiæ, & dilectionis diuinæ exemplar non natura, non Diabolus, non Iudaismus, nullus alius, & nil aliud potuit cogere Christum ad suscipiendam mortem, sola obedientia, & dilectio patris hoc in Christo potuit, hoc in se ipso operatur Christus, quòd & nos operari iussit, dilectionem, & obedientiam nobis superius indixit, vtrumq; se complecti ostendit effectu, vt cognoscat mundus, quod patrem diligit, adimpletque uoluntatem eiusdẽ, factus obediens vsque ad mortẽ crucis; his nostro animo inspectis non poterimus non pudere de tanta ignauia nostra, qui in leuibus nedum tardi, & difficiles inuenimur, sed interdum, nec digito tangere mandaris, obtemperando volumus, tanta passus est Christus, vt mundo manifestaret suam, qua patrem dilectionẽ prosequitur: vtinam vnum hoc nostrum exemplar, vel in aliquo duorum prosequuti essemus, qui enim nec patrem diligere voluit, & præceptis eius parere noluit à fide & obseruantia, iam penè totus apostatauit, sed malum in ciuitate, idest in ecclesia tantas, & tam graues potuit calamitates adducere, quid si mundus cognosceret, quia patrem diligimus, & sicut mandatum dedit, sic egerimus, Nonne tali lumine, omnium nedũ hæreticorum, verum, & infidelium fugarentur tenebræ: vt cognoscat mundus (inquit) quia diligo patrẽ, quasi dicat, si hoc mundo conspicuum fiat, quomodo non me amabit mundus? quomodo non me audiet & recipiet mundus? est namque mentibus omnium hominũ aptissimum lumen. Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea, vsque ad vltimum terræ. *Isa. 49.*

Sola patris obedientia (si ĩpellic) ad obeũdam mortem Christ' im pellitur.

Sicut mandatum dedit mihi pater sic facio. Non tantum iubemur vt faciamus, sed est modus in rebus, quo & facere tenemur, non satis est eleemosynis subuenire egenis ieiunio, nobis oratione, nobis & alijs, sed sicut datum est mandatum, vt faciamus sic nos oportet facere, ne ruba canamus, ne efficiamur tristes, ne ad popularem auram oremus. Pharisæus ieiunabat bis in sabato decimas dabat eorum quæ possidebat, orabat, sed quia neutrum sicut debebat persoluebat, publicano deterior à diuino conspectu recessit, vis attendere perspicaciùs, quantum intersit exequi, quod præcipit, sed non sicut præcipitur adimplere, attende Moysen & Aaron loquentes ad petram coram populo, nũquid poterimus de petra hac, eijcere uobis aquam, & percutiens virga bis sylicem egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt omnis populus & iumenta biberent: paruerunt itaque mandato, verum quia non sicut debebant impleuerunt, audi Dominum obiurgãrem illos; Quia nõ credidisti mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. attende, & Saul, Domini præceptum non sicut prę ceperat adimplentem, falsa interpretatione, ac palliata religione deficientem, pepercerat enim Amalechitarũ Regi, Optimatibusq; eorum cõfęderatus fuerat, quod fuit in causa, ne vlterius regno sibi credito potiretur. Christus autem Moyse longè perfectior, sicut mandatum dedit illi pater, sic facit, non satis fuit Christo mortẽ subire, qua nos à morte liberaret, sed & genus mortis & concomitantia mortem & passiones omnes, omnia ignominiosa, atrocia omnia, vltroneus ad omnẽ patris obedientiam peragendam suscepit. Absit enim vt ad patris perficiendam voluntatem eius, fuerit præceptũ Christo, sed sola notitia voluntatis, ipsa quasi sibi præceptum. Nobis autem constituta fuere, quibus velimus nolimus suæ uoluntati pareamus.

Exod. 17. *Num. 20*

Surgite eamus hinc. Vide quo astu, patris mandata perficere cupiat, accedamus propiùs ad locũ, vbi sum capiendus, surgite & vos, me surgente, tẽpus adest quo à conuiuio surgamus, quo à torpore excitemini, accedo ego qui sponte me offero ad passionis locum, qui ad horam patiendi vltrò processi; nullus me à requie amouere potest, ego surgo, & uos uelut testes interesse mysterijs uolo, igitur surgite, eamus hinc; Solet plerunq; grauatos animo subleuare ipsa loci mutatio, quos igitur tristes agnouit, de recessu & sermone in mẽsa habito inuitat ad surgendum; Proph. enim dicit, Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. *Psal. 126*

Ad adimplendã patris uoluntatẽ Christus præcepto nõ indiget.

Surgite eamus hinc. Relinquamus Synagogam, & ędificemus ecclesiam, recedamus à Iudea, accedamus ad gentes, surgo ego opitulaturus uobis, & fidelibus, surgite & uos inuicem opitulaturi, surgite, erectus est iam inimicus, accinctus robore, ut cribret uos uelut triticum, ecce nec resistere poteritis, nisi surgatis, segnes enim aut non præliantur, aut facilè superantur, surgere est se erigere, fecit enim Deus hominem rectum; Est & surgere hominem rectum, à terrenis ad cœlestia ascendendo eleuari.

Surgite &c. Qui pridie dicebatis cum audaci Thoma, Eamus & nos, & moriamur cũ illo, iam vos ad mei sequelam

sequelam inuitaueram, vt in Iudeam in insidiarum medio, ubi me Iudei interficere quærebant, iremus. Et nunc iterum uos ad transeundum torrētem inuito, bibiturus ego nunc primus accedo, qui passurus pro uobis me transfero, quia totius ecclesiæ caput existo, uos autem membra, uos horæ duodecim me sequimini diem; post me caput accedite, propterea cum de torrente calicē biberim extollar, & uos compassuri postquam calicem eundem biberitis mecum simul sessuri in gloriæ exaltatione eritis, ut & contegnetis.

Velut horæ diem Christum sequuntur Apostoli.

Surgite (inquit) eamus. Non ait, ite ne in numero eorum ascribatur, qui dum super cathedram Moysi sedent onera importabilia humeris aliorum imponūt, quæ ipsi nec digito suo contingere uolunt. Dicunt enim, & non faciunt; Surgite (inquit) eamus, a nostris cubiculis, & mensis exeamus, paululum refecti priori lassitudine, iterū accingamur ad labores, ad angustias, ad satagendum pro salute aliorum, nulla nos mora retardet, nullus torpor nos occupet, nullus nos labor deterreat, nulla nos ignauia retineat, eamus & nos libenter cum Christo, quia vsquequaque securi sumus cum illo, sequamur Dominum, sequamur magistrum caput nostrum, sequamur quocunque ierit, absit tamē, vt illum sequi possimus, si primo non surgimus. Hoc enim antequam cum ipso eamus, præmittitur ut surgamus, surgit & ipse Christus, qui nec ad nos descendisset, nisi prius surrexisset.

Duobus modis contingit, vt surgatur; aut qui cubat dormiens, aut qui sedet lassus; & licet vtraq; sessio humanæ infirmitatis sit restauratiua conditio, Deoque nullo modo conueniat, qui nec cubat dormiturus, nec sedet lassitudine fessus, tamen cum nostras ipse infirmitates curaturus vocatur, sub vtraque voce uocatur. Exurge quare obdormis Domine? exurge & ne repellas in finem, ipse procul est à somno, qui nec dormitabit, nec dormiet custos Israel; Ipse nec alicubi sedet, qui occupat omnia, & vbique est implens omnia, Cœlum (inquit) & terram ego impleo. Hoc tantum maiestati illi, diuinæ competere dicitur, cuius proceritas velut decumbentis, adhuc explorata non erat, neq; iacentes dignoscimus, an proceri, an parui, an magni existant pro quantitatis molis dimensione; Pariter & sedentes nec exactè dimetiri valemus, quod mox dignoscimus si illos stātes decernimus, surgit itaq; Christus velut à lecto, velut cum suis pueris angelis, uidelicet sanctis in cœli, cubiculo clausus, cum ab amico homine, multo rogatus tempore totius legis antiquæ decursu, tandem surrexit, dedit subuenit amico, quicquid opus habebat, surrexit (inquam) cum ad nos per incarnationem descendit, & iterum surgit cum passurus ad crucem accedit, quo sic surgente patefacta fuit illa inexcogitata maiestatis benignitas, cuius & meminit Apostolus. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei &c.

Sessio est infirmitatis humanæ restauratiua, & lassitudinis recreatiua conditio.

Hier. 23.

Tit. 3.

Adhuc & vlterius non tantum quoquomodo uident, uerum & comprehendunt iusti, diuinam illam inexploratam alijs immensitatem diuinam, de qua testatur Apostolus. Vt possitis (inquit) comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum, siue etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt uos impleamini in omnem plenitudinem Dei, ergo ipso surgente

Ephes. 3

F surgamus, vt de plenitudine eius omnes accipiamus.

Habet & homo peccator cathedram in qua sedeat, siue cubile, super quod requiescat. In quo dormitant aliqui, & alij dormiunt, alij vero obdormire dicuntur, Vnusquisque in suo cubili versatur, & tamen ille beatus prædicatur, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentię non sedit. Ibi cubant & dormiunt, qui nocte dormiunt, nondum tamen perfectè dormiunt, qui tantū dormitant, quid est dormitare, nisi cum somno ludere, seu colluctari? Peccatum non abhorrere, & quadam vicissitudine de illo oblectari, & in illud abduci, quodammodo consentiendo? de quo dicitur. Iniquitatem
G meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam non odiuit; Vbi Augustinus. Cubile nostrū cor nostrum, vbi malæ conscientiæ tumultū patimur. In quo soli iusti suauiter conquiescūt, dum nullis conscientiæ tumultibus agitantur. In hoc cubile oraturi Domino iubente ingredimur, clausoq; hostio patrem oramus in abscondito, quid clauso ostio Dominum orare, & in abscondito petenda petere, nisi ea petere, quæ ipse solus & nouit, & concedere potest, quæ videlicet, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ suis ille præparauit.

Psal. 1.

Psal. 35

Cubile nostrum cor nostrū est.

Qui autem iam constituti sunt peccatores, nescio an
H sua cubilia habeant uniformia, in quibus capti somno dormiant, cum alius cubile patris ascendat, idest, superbiam Diaboli germanam coniugem, quæ omnis peccati initium comprobat. Alius auaritiæ, alius ambitionis, alius luxuriæ passim, velut in cubili proprio conuersatur in quo, nil aliud cogitatur, quam vt voluptatibus indulgeatur. Ad quos Apostolus ait, Hora est iam nos de somno surgere, idest, peccatorum tenebras excutere, à nostroq; torpore nos subducere non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione &c. qui autem obdormiunt, hi sunt qui profundo somno occu-
I pati instar mortuorum vocantur, nescio autem an hi cubilia, seu magis stabula habere dicantur, qui in proprio cœno, tanquam in volutabro conspurcantur, siue comparati iumentis facti sunt sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus.

Rom. 13.

Hi sunt qui nedum sedentes, sed & iacentes toto se corpore voluptatibus dedunt, & inquinatæ sunt viæ illorum in omni tempore; quos tamen singulos iturus ad passionem, vt surgat & saluentur, inuitat Dominus, Surgite eamus hinc, Surgite viatores, surgite qui permanentem ciuitatem non habetis, sed futuram inquiritis, surgite qui hic tota die statis otiosi, surgite terre-
K nis addicti, surgite non gressu corporis, sed rectitudine mentis, eamus non corpus vehentes, sed spiritu ambulantes, & carnis desideria propellentes, eamus proficientes, & de virtute in virtutem ambulantes, eamus ad nobis propositum brauium currētes, per viam mandatorum suorum discurrentes, ipse est qui nos conducit, qui iustum deducit per vias rectas, ut ostendat illi regnum Dei. Ipse finis est nostri cursus, ipse terminus peregrinationis nostræ, quia quo vltra tendamus, si cum illo sumus non habemus.

Surgite eamus hinc. Quid est, quòd Dominus sedentes tantum inuitat? quomodo surrexissent, si prius non sedissent? Surgite (inquit) eamus, quid est sessio, nisi

nisi ipsa humiliatio? quid est surrectio, nisi ipsa exaltatio? Hoc non ego, sed Augustinus testatur. Sessio, (inquit) humilitatem significat, surrectio exaltationem denotat. Ideo in quodam psalmo dicitur, Domine tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Idest (inquit ille) humilitatem meam, & exaltationem meam. Christus enim, ideo exaltatus est, quia & humiliatus, Apostolo dicente. Exinaniuit semetipsum factus obediens, vsque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum, &c. quod hic dicitur exinaniuit, denotatur alibi humiliauit, vbi dicitur Humiliatus sum vsquequaque, Domine viuifica me, secundum verbum tuum, maxima humilitas, maxima exaltatio, & quia maiestas exinaniri non poterat, formam serui suscepit, in qua humiliari vsquequaque poterat.

August. in Psal. 126

Psal. 138

Philip. 2.

Psal. 118

Audisti sessionem in humilitate, audi surrectionem in exaltatione, propter quod dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt nomini eius omne genu flectatur, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Iesus in gloria est Dei patris, si igitur & uos (inquit ille) ad illud nomen festinatis, surgite, sed postquam sederitis, primò sedete, quia qui in humilitate, sedit, ad regnandum cum Christo resurgit; Vis ibi esse, vbi ille est excelsus? esto ibi humilis, vbi ille fuit, & humilis. Erãt, qui antequam sedissent, volebant prçripere regnum, & non obtinuerunt illud, sed ceciderunt ab illo; filij Zebedei in elatione, & non in humilitate quærebãt ad latera Christi sedere, quibus exprobrando respondetur, potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Quibus respondentibus, possumus subinfertur, calicem quidem meum bibetis sedere autem ad dexteram, seu ad sinistram meam non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à patre meo, quid est non est meum dare vobis? Non est meum dare superbis, quid est quibus paratum est à patre meo? paratum est humilibus; Qui igitur adhuc estis superbi, si vultis illud accipere, nolite esse quod estis: Alijs paratum est, ideo & vos estote alij, intellexerunt igitur humilitatem prius sibi fore necessariam, & correcti sunt, ergo & nos hæc audiamus quæ faciamus, nobis hic sedendum erit, vbi Dominus obediens fuit, vtrisque post sessionem conuenit resurrectio. Illi vsque ad mortem crucis, tibi vsque ad mortem tuæ peregrinationis. Attende eum qui te præcessit, & çmulare quod ille fecit.

Sessio est humilitatis indiciũ

Matt. 26.

Surgite eamus hinc. Non est vna omnium doctorũ sententia, quò ierit Iesus cum suis discipulis, post horum prolationem verborum, equidem statim Iesum simul ac discipulos, auditis iussionum verbis, sine cunctatione surrexisse, à sedibusque ac mensa prosilijsse constat. Quò autem abierint, nullus apertè assignatur locus. Quapropter in sua quisque feratur sententia. Dicentibus aliquibus, cum Christus patris mandatum se perfecturum prædixerit, statim ad opus perficiendũ se accinxit: nam cum patris voluntas hæc fuerit, vt pro nobis crucis subiret patibulum, promptum ad perficiendum sibi creditum munus ad locum perrexit, vbi facilius fieret obuius ipsis ad mortem quærentibus. Quapropter simul ista intelliguntur, videlicet. Vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio, Surgite eamus hinc.

A Tanquam diceret, Me accingo, non cunctor, non pauesco patris mandatũ perficere, imò statim me ad illud perficiendum accingo; Surgite eamus hinc. Quæ etsi perfectum contineant sensum, haud tamen, quò cum discipulis abierit ex his scriptura patefecit. Quapropter dicunt alij, Cum intueretur Christus discipulorũ animos, ob instantem sibi prædictã mortem valde turbatos, ac mçstos extitisse, vt eos ab hac, qua maximè grauabantur tristitia subleuaret, à loco remouet, & ad aliũ locum diuertit, quò melius sedato, seu composito animo sermonis sui mysteria, quæ prçdicturus erat, capesscerẽt, obseruarent, cordibusq; infigerent, quandoquidem
B solet nonnunquam infirmis, ac tristibus loci mutatio diuertere, tristitiæq; mœrorem reprimere, cũ ex illa vagatione cedere oporteat, quæ mordicus menti infigebantur. Sed tamen nec ex his, quonam ierit cum discipulis compertum habemus.

Solet loci mutatio mçrorem animi sæpe propulsare.

Dicunt & alij, ad mysticum hæc trahenda sensum, videlicet, cum adhuc ad mensam esset ipse cum discipulis, ne diu quam par esset incũberent mensæ, veluti obsoniorum, & eduliorum auidi, e mensa surgere voluit, alijs ad inde surgendum inuitauit. Sed nec ex his facilè apparet, quonam processerit. Sunt & alij qui dicunt apostolos consternatos animo, cũ de morte ma-
C gistri sibiipsis etiam timuissent, & ideo ad sedandos eorum animos, ne vlterius sibi ipsis in eo patente loco timerent ad alium locum secessit, illosq; perduxit, quẽ locum dicunt Euangelistam nominasse Gethsemani: qui penes hortum, in quo comprehendendus accessit, consitus erat. Quod si Christus hoc egit, certè non nisi ad sedandos apostolorum consternatos animos, condescendens infirmitati, agere voluit; frustra enim timere sibiipsis poterant, qui tanti magistri, tamque potentis domini præsentia muniti erant. Quapropter qui hæc sentiunt, diuinum sermonem à Christo prolatum diuidere coguntur, cuius videlicet partem in cçnaculo pro-
D tulit, videlicet à principio tertijdecimi capituli, vsq; ad finem quartidecimi. Quæ autem sequuntur in decimoquinto, decimosexto, & decimoseptimo retulit (vt opinantur) in çdibus Gethsemani, seu alibi quò se cũ suis discipulis transtulerat.

Diuersæ opiniones

Sunt & qui dicant propterea Christum, inde recessisse ob sedandam controuersiam inter discipulos ortã. Quisnam illorum videretur esse maior. Mihi autem (si locus dicendi conceditur) videtur, nullis his rationibus vrgeri animum, vt compellamur asserere Christum à cœnaculo recessisse (cedendo tamen meliori, sanioriq; iuditio) dicere licebit, Christum e mensa surrexisse, &
E ad aliam partem cœnaculi, se cum apostolis transtulisse: Cum enim hæc acta sint noctu, non facile videtur quomodo nulla alia vrgente ratione, Christus per calles discurreret ciuitatis Quod si occasio recedẽdi compulisset, congruum videretur ab Euangelista referri. Quod autem spectat ad Gethsemani, non facile videtur, quomodo ibidem tutiores se fore crederent apostoli, cum secundum Marcum. Christum accessisse in prædium Gethsemani legamus. Matthæus autem nuncupauit villam Gethsemani, vbi videlicet domunculæ ad custodiam hortorum consitæ reperiebantur. Nihil igitur obstabit, si dicamus Christum, & apostolos a mensa surrexisse, & in eodem cçnaculo seipsos ad audientiam sermonum constituisse, & accommodasse.

Authoris sentẽtia & opinio.

Intuere (precor) quàm cautè & sapiẽter, de eo quod sibi & veritati magis cõsonum est hic author edisserat.

Et cum

Et cum D. Ioannes in exordio decimioctaui capituli dicat. Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis &c. per hæc, iuxta expositionem Augustini, & aliorum, non ad partem sermonis, sed ad totum ipsum sermonem refertur: quo completo egressus est cum discipulis suis &c. nullam mentionem faciens alterius egressionis à cœnaculo, in quo, & initium, & finem sermonem Christi habuisse credimus, quo completo ad prędium, siue villam Gethsemani, se transtulisse cum apostolis, vt patet locis citatis. Negat enim D. Augustinus statim Christum ingressum fuisse hortum completo supradicto sermone; sed intercessisse tempus post illa verba ad ingressum ipsius horti; Vt non ante opinemur ingressum (inquit) quàm illa verba finiret, idest, totum sermonem compleret.

Aug. sup. Ioann. trac. 112

Surgite eamus hinc. Surgite filioli, surgite discipuli; confortamini mecum, qui ad passionis meæ ludibria propero; surgite nolite pauere, quia quem plurima visuri estis passurum incommoda & tormenta; quem crudelissimæ & ignominiosissimæ mortis opprobria patientem aspicietis, quem clauis confixum, quem sputis oblinitum, quem regio dyademate coronatum in derisum, quem omni decore carentem, quem lancea confossum spectabitis, eundem in triduo alacri corde reuiuiscere; magno cordis vestri tripudio conspicietis.

Surgite eamus hinc. Duo nobis sunt necessaria à peccatis, & vitijs surgere & bonis insudare, non sufficit praua deserere, verùm bona etiam operari debemus, surgendum est ergo ab omni inquinamento carnis & mundi; & ambulandum in via recta iustitiæ; Surgite eamus hinc; Audiant peccatores hanc vocem

F Domini Saluatoris, surgite carnales, & in uijs spiritus ambulate, surgite vaniloqui, mendaces in statera surgite; surgite qui in tenebris dormitis, nec ortum surgentis auroræ aduertitis surgite, quia iam dies tandem est, quo abijciatis opera tenebrarũ; & eatis ad vias lucis a tenebris: surgite pigri, qui diuinis offitijs interesse negligitis, surgite vos, qui cum omni torpore & negligentia bona quæ agitis, operamini surgite; surgite tandem; Eamus hinc, ego pręibo (inquit Saluator) vestigia mea sequimini: Non dico ego vt eatis, qui nihil ex vobis tanquam ex vobis operari potestis, sed omnia opera vestra uim omnem suam & virtutem ex Deo accipiunt nec sufficientes estis cogitare aliquid ex uobis,

G quasi ex vobis, sed omnis sufficientia vestra ex Deo est; surgite igitur & me ducem & magistrum sequimini: Eamus ad ameniora loca, ad possidenda meliora bona; ad acquirenda gaudia potiora, ad regna perennia.

Surgite eamus hinc. Vtinam hanc a Domino vocem audire mereamur nos huius habitationis terrestris incolæ & aduenæ, vt domestici Dei effecti: surgamus; & ad paradysi regna conscendere digni simus: Nec tantùm (rogo) o dulcissime Iesu dicas nobis surgite, quod solet sępè terrorem incutere: cum dicturus sis in fine sęculi; Surgite mortui, venite ad iuditium; sed di-

H cas, surgite eamus, ut te sequẽtes in omnibus tecum in cœlesti conuiuio epulemur; dicas nobis o benignissime Iesu; Eamus hinc: vt terrena bona & caduca pessundantes, omnis boni te sequamur authorẽ, & te in cœlestibus gaudijs frui ualeamus, & te incessanti gratiarum actione laudemus, te laudabili semper uoce veneremur in sęcula benedictum.



TESTAMENTVM IESV CHRISTI SALVATORIS QVOD SERMO DOMINICVS NVNCVPATVR.

REGISTRATVM IN D. IOANNIS EVANGELII CAPVT XV.

A SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE R. P. F. Io. Maria Capalla, Salutiensi, Ordinis Prædicatorum,

Doctissimis Commentarijs, ad varios Sacræ Scripturæ sensus, Reseratum.



GO sum vitis, & vos palmites. A Suæ passionis propositum meritum, & fructus de quibus prædixerat, verbo quodam, & quidem accomodatissimo, confirmat exẽplo, dum se ipsum nõ illustribus, quod est mundanorum ritus, sed vilibus arboris titulis insigniuit.

*Ego sum vitis (*inquit) Nec iniuria, licet enim homo & diuino, & humano oraculo arbori comparetur, quia sicut inter arbores, quædam sunt bonæ bonos facientes fructus, quædam malæ malos fructus producentes, pari ratione contingit de ipsis hominibus affirmare, sufficit autem Christo se vocare vitem, quia nulla copiosior, nulla præstantior inter arbores inuenitur, præsertim cum fructus eius ad lętificandum cor opportunus censeatur, quod proprium esse Christo superius visum est, in cortice hyspida vitis, despecta, horrida, aspera, arida, ingloria, nigra, cui optimè tempore passionis instante, assimilari voluit Christus, veluti, qui despectus non habens speciem, neq; decorem, inglorius, confractus, omni suffragio aridus est, sed cum vitis suam viriditatem, ac virtutem intus occultet ad tempus, vt transacta brumali rabie, quam intus virtutem continebat ostendit. Pari ratione Christus, cuius omnis gloria est ab intus, in passione quidem despectus, & nouissimus virorum visus est; translacto autem brumali tempore passionis, mysteriorum gloriosus præpotens & fęcundissimus apparuit, botris & palmitibus copiosior effectus.

Vitis fructu copiosi sunt & lætifici.

Vitis proprietas typicè Christo inesse ostẽditur.

Ego sum vitis vera. Inter arbores arbor vna nobilis, cuius fragrantia florum serpentes fugat, Diabolum sua redolentia expellit, & suauissima olet suauitate, qua illectæ adolescentulæ, post ipsam diligentes cursitant. Vitis, florum apparatu non renidet, neque illustris fit; sed vbertate fructuum, cæteræ arbores copiosiores apparẽt cum apparatu florum, quàm copia fructuũ, quandoquidem Christus parcus fuit verborum apparatæ, copiosissimus vero vbertate fructuum, sed & vitis à cęteris discrepare videtur arboribus, quod fructus suos, idest, vuarum baccas prius producat quam flores: Vnde cernuntur prius fructus quam flores, quod propriũ est Christo, qui prius facere cępit, & postea docere.

Fuit Christus fructuũ vbertate fęcundissim⁹ & in verborum apparatu parcissimus.

Ego sum vitis. Quanta diligentia coloni uineã custodiant foueant & protegant; Vitis ipsa nos experientia docet, pro quarum custodia, vineta passim fortissima circumsepta dumis construuntur, ne aper de silua, aut demoliatur, aut depascat eam. Qui igitur Christum ecclesiæ vitem audimus, quanta nos diligentia ipsum custodire oporteat, satis compertum habemus. Audi B sponsam in cant. concludentem de dilecto; Vinea fuit pacifico tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos, mille tui pacifici & ducenti his qui custodiunt fructus eius, quid igitur miraris si Christus pacem dedit suis, pacem relinquit suis antequam se vitem ostendat?

Montanę vites ad fructificandum copiosiùs ac pręstantiùs aptiores sunt, quibus etiam copulantur, in fructibus stipites. Igitur Christus qui naturam sibi copulauit humanam, vt eam sua diuinitatis fœcunditate adumbraret vitem se uocauit, & quidem in monte sancto collocatam, vt sit mõs Domini in uertice montiũ, &c.

C Duo grana reperiuntur in vno quoque grano uitis. Ideo Christus in quo duæ naturæ continentur rectè vitis vera dicitur, nam & duo etiam de se ipso dixerat, quod videlicet patrem diligeret, & quod patris mandata seruaret, quæ duo dilectionem scilicet & obedientiam inesse nobis uoluit, ideo commodius mox se viti assimilauit, & qui pacem, ac unionem prædicauerat, vt simus unum & conueniamus inuicem, hoc uitis exemplo confirmauit, in qua, esto, multi botri, multæ vuæ, multave sint grana, unum tamen ex his conficitur merum, & quidem per torcular comprimẽdum, ad quod passurus accedebat.

Vera (inquit) sum vitis non veritate naturæ, sed veritate proportionis ad excludendam illam vitem, quæ non

non vuam sed labruscas protulit, vuam fellis & botros amarissimos, fel draconum, venenum aspidum insanabile, si autem vitis à vita dicitur, nõne uera, imò uerior uitis est Christus, qui ipsa est vita, & qui omnibus dat viuentibus vitam? Is igitur uera est uita, sine quo nulla est uita, illa verior est uitis, qui venit ut uitam habeamus, & ut abundantius habeamus; Illa uerior uitis de cuius genimine in regno patris bibitur, verior illa uitis uitæ cuius liquore madentes saluantur, qui omnis generis facinora præcauent. A qua non obtenebratur ratio, sed irradiatur non offuscatur mens, sed illustratur, non grauantur corda, sed subleuantur non luxuriantur sensus, sed corripiuntur nunquam superfluo, aut immoderato poculo ad nauseam bibimus, de hoc genimine vitis.

Hinc discant nouitatis amatores, & quantis inuoluantur tenebris, qui se illuminatos uocant. Dum euangelio contra euangelium militant, verum sensum adulterantes, quomodo (quæso) Christum vocari vitem, idest, significare vitem vocari petram, agnum, leonem, &c. idest, significare ista contendunt, ut unum destruant Christi corporis, & sanguinis sacramentum quid stultius audire possunt, nedum fidelium, sed viuentium quoquo modo intellectu aures, quam perfectum significare imperfectum excellentius, & præstantius repræsentare, quod uilius, quod deterius est? An non est præstantius, quod repræsentatur eo, qui repræsentat? significatum eo qui significat?

Omne repræsentatũ & significatũ est, ipso repræsentante & significãte pfectius & præstãtius

Absit ut aliquid repræsentet Christus, sed ab omnibus repræsentetur, qui omnia portat verbo virtutis suæ. Non petram Christus, non agnum, non ostium, non vitem significat, seu repræsentat, sed à vite à petra, &c. repræsentetur, qui est omnia in omnibus; istæ igitur uites, istæ petræ, agni, leones Christum significant, non conformitate naturæ, sed proprietatis conditione, quid enim virtutis, seu perfectionis in ipsis reperitur, per hæc visibilia quæ conspicimus ad inuisibilia, quæ non videmus, ascendimus; dicente Apostolo. Inuisibilia enim Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eiusdem Christi uirtus, & diuinitas, sed iam figuras, & umbras aut ueteri relinquamus testamento, in quo omnia in figura contingebant illis, aut certè in tenebris ambulantibus ipsas umbraticas significationes, neque Christum significare creaturas, sed creaturas Christum repræsentare.

Rom. 1.

Ego sum vitis vera, &c. Alias non ueram se fassus est vitem. Ego (inquit) quasi uitis fructificaui, &c. nunc autem non quasi uitem sed ueram uitem, se esse dixit, quid est quòd olim quasi vitem nunc veram vitem affirmat? quid nunc cum vite perpressius habet? Hoc habet uitis, ut cum palmitibus suis eiusdem sit naturæ, & quæ cum palmitibus in unitate naturæ non conuenit, hæc non uera uitis, sed quasi uitis tantummodo dicitur Deus igitur, tunc se quasi uitem dixerat, quando humanam naturam communem palmitibus non assumpserat, cæterum assumpta natura humanã. Iam non quasi uitem, sed ueram se vitem appellat, qua cum palmitibus suis conuenit, & uerè homo factus est, quando Verbum caro factum est, maxima piorum consolatio, Christum uitem nostram esse cuius uirtus suam & germana proprietas, hæc est præcipua, ut

Eccles. 24

Vitis est eiusdem naturæ cum palmitib'.

F aquam in uinum conuertat, dum nostras lachrymas tribulationes, ac mala omnia, quæ in Christo collocamus, & pro illo libenter patimur, in uinum, idest, lætitiam cordis conuertit.

Tristitia uestra (inquit) ecce aqua, conuertetur in gaudium, ecce vinum, aquam in uinum, idest, peccata in pœnitentiam salutarem reducit, aquam in uinũ, idest, insipidas & frigidas actiones nostras, nihil fragrantes suauitatis odoris, insipidas caliditate charitatis, feruentes, suauissimos odores spirantes odorem bonorum operum, spirantes efficit. Hæc nostræ & totius ecclesiæ uitis, uirtus & potentia, quæ ad se sitientes inuitat, si quis sitit ueniat ad me & bibant, & qui non habent argentum unde uinum emant, sumant aquam; & in uite ponant porrigat aquam in hydria præparatam & bibant omnes peccatores terræ.

Pulcherimum sane vini & aquæ mysterium.

G

Occultum hoc, sed præcipuum mysterium manifestum fecit Samaritanæ, O mulier (inquit) si scires, quis est, qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsan petijsses ab eo, & dedisset tibi aquam salientem in uitam æternam, quisquis igitur sitit postulet à uite, quæ dat omnibus affluenter, venit enim saturare sitientes, Implere bonis esurientes, ut uitam habeant, & abundantius habeant, ipse est uitis uera, qui est granum frumenti, qui ex frumento dat confici corpus suum, & ex uino sanguinem suum, ut qui ex ipso nutrimur in spiritu uniamur, in spiritu, nam qui adhæret Deo unus, spiritus est cum eo. ò præclarũ conuiuium in quo Christus sumitur, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet uitam æternam.

Ioan. 4.

H

Ego sum vitis & vos palmites. Hæc est præclara illa uitis, quæ sua nos dulcedine inebriat, iuxta id quod scriptum est. Calix meus inebrians quam præclarus est, & iterum. Gustate & uidete, quoniam suauis est Dominus; tres in uite cernimus pullulare racemos, quibus decorata ab agricolis colitur, quia in diuinitate tres sunt personæ, quas colunt ipsi fideles. In qua diuinitate uelut in uno stipite, ipsæ proprietates personaliter distinctæ, essentialiter conueniunt. Ab hac vite insurgunt multi clauiculi siue funiculi, quibus extenditur & dilatatur, iuxta quod scriptum est. Extendit palmites suos usque ad mare, & usque ad flumen propagines eius, & quidem non apud omnes æqualiter uitis ipsa fructificare conspicitur.

Psal. 22.
Psal. 33.

Tres pullulãt in vite racemi.

I

Psal. 79.

Hoc tantum abest, ut in paludibus aut cœno decora, frugiferaue inueniatur, siue quæ abscondita est à sole in umbraculis sita, suauioris sit copiosa ubertatis, quia & si peccator non sit abscisus à uite, dum per fidem unitus remanet uiti, quia tamen in cœno carnalium uoluptatum, & in umbraculis rigescit peccatorum caret preciosiore fructu hilaritatis conscientiæ, & salutis æternæ parum fructificat, si salici inhæreat, quia dum illi qui non fructificat, & debili ad frangendum, copulatur ligno vbertate sua fraudari conspicitur. Hæc quidem, & si inter arbores debilior ac despectior uideatur, supra omnes tamen arbores uberior, delectabilior & utilior, cuius fructus per lustra diuturnior, fœcundissima etiam ex ubertate palmitum, ad nouas quot annis frugiferas uites producendas, & sicut suauiores cõiuncta fraxino & vlmo, producit fructus, quæ robustiores arbores, non ita facile uentorum turbine concutiuntur; ita & uirtus ac gratia Christi in cordibus,

K

cordibus, & mente firmitate stabilioribus, salubriores fructus patientiæ longanimitatis, perseuerantiæ, honestatis, nec non martyrij producit, sicut enim inter arbores vitis primatum tenet, ita & sublimis super omnes arbores ascendere potest, copiosiusq; dilatari, quia Christi membra, quæ à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum in ecclesia reperiuntur, si Christo vnita per gratiam remaneant pertingere vsque ad cęlum facile cum ipso poterunt eodem asserẽte sup. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.

Vitis laus virtus & proprietas

Ioan. 12

Palmites hi sunt qui nisi putentur, luxuriantur, nisi ligentur insolescunt, hinc hæretici vites frondosæ vocantur. Vitis frondosa iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit, simulachris diuisum est cor eorum, nunc interibunt, quia nunc dicent, non est Rex nobis, non enim timemus Dominum, & Rex quid faciet nobis? Hi sunt qui nullis se legibus obstringi patiuntur, qui nullis constringi possunt præceptis, fructibus omnis iustitiæ vacui, de qbus Iudas frater Iacobi in epistola ait, In cõtradictione Core perierunt, hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à uentis circumferuntur, arbores autumnales infructuosæ bis mortuæ, eradicatæ, fluctus turgidi maris, despumantes suas confusiones sydera errantia; quibus procella tenebrosa seruata est in æternũ.

Palmites viti non alligati luxuriantur & insolescũt hæretici.

Nubes sine aqua, arbores sine fructu sũt hæretici.

Et pater meus agricola est. Quia sine agricola non esset vitis fructifera. Ideo eius rationis intelligendus est agricola, cuius est rationis vitis, qui refert omnia ad patrem, & est ab ipso patre; non bonam se ostendere vitem amabilem fructiferam uidetur, sine explicatione patris, de quo in omnibus supra mentionem fecerat, sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris; sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio & pater meus diliget eum, &c. ideo nec se bonam vitem videretur manifestare, nisi omnem suam bonitatem referret in patrem, dicere enim patrem suũ agricolam esse, eius vitis quæ ipse est præstantiam & dignitatem ostendit, sicut namque homines optimè oblectantur in vineis, & suas amant propagines, ita & pater de Christo non semel, sed bis semel testatus est, quoniã, Hic est meus dilectus in quo mihi bene complacui, sed quæso cuius alterius vitis agricola cẽseri potest, summus ille rerum opifex, nisi eius in quo beneplacitum est Deo, habitare in eo.

Et pater meus agricola est. Nam eius vitis agricola est pater, quæ nihil non bonum continet, nihil non frugiferum, nihil non perfectissimum, ipsa enim vitis Christus nihil aridi, nihil superflui, nihil imperfecti continet in se ipsa. Ideo de patre agricola non ad se, sed ad palmites refert, non enim (inquit) agricola meus est, sed absoluto sermone agricola est, quorum autem sit agricola, audi Apostolum fideles alloquentem, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis, & ad vineam loquitur Dominus: Ego te plantaui vineam electam, omne semen bonum ferentem fructum, nec sic existimes patrem esse agricolam, non cointelligendo filium, qui omnia communia habet cum patre, est namque & filius agricola, de quo in Euãgelio dr̃. Exijt qui seminat seminare semen suum. Ad solos palmites conuertitur agricola, quorum infructuosus alter per accidiam, aridus, alter qui esca ignis perpetui effectus est, alter qui frondibus abundat, & omnino fructibus caret, qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant, alij qui luxuriantur in surculis, alij qui elongantur à stipite, qui ab ea humorem, seu gratiam ad operandum bene non suscipiunt. &c.

1. Corin. 3

Hierem. 2

Matt. 13.

A

Ego sum vitis vera & pater meus agricola est, &c. Agricolæ nomen patri æterno Christus ea ratione dedit, cuius offitium statim subintulit; Omnẽ palmitẽ (inquit) in me non ferẽtem fructũ, tollet eum, & omnem qui fert fructũ purgabit eum, vt fructum plus afferat. Solus igitur agricola præesse videtur arboribus frugiferis, suos fructus pro temporis opportunitate reddentibus. Multæ sunt in syluis arbores.

Variarũ arborum dispaproject agri cultutę offitium.

B

Verum longè distat agriculturæ offitiũ, quo hodie maximè pro eorum delectu multi oblectãtur nobiles, ab illo rustriorum officio, quorũ maximè interest nemoribus syluarũ præesse, & ibi ad obtruncanda ligna, q̃ igni cõburenda tradunt occupari. Deus autẽ, qui nõ vult mortẽ peccatoris, sed magis vt conuertat, & uiuat, vult autẽ (vt in se est) omnes hoĩes saluos fieri, agricola maluit nũcupari. Ipse agricola, qui & agri cultor; ideo non in sylua, sed in agro incõparabilem illum thesaurũ abscondit, quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit oĩa, quæ habet, & emit agrum illum. Quapropter innocens ille iuuenis Abel facile suadetʳ à fratricida ad eundũ in agrum, e cõtra verò Cain habitans in syluis à Lamech inter uenandũ occiditur; Iacob lenis ad agrum, vbi hędos sumeret accedit, & Esau ferus, dum in syluis ad venandum moratur, primogenitura priuatur. Ioseph non in syluis, sed in campos, seu agros ad fratres mittitur, vbi oues, & commorantur, & pascua inueniunt.

Matt. 15.

C

In syluis latibula sunt depr̃dantiũ; dracones, & oĩa serpentiũ genera reperiuntʳ. Sylua in agro stetisset, nisi ad uetitũ manum Eua extendisset, nec a serpente decepta fuisset. Nã mulieri illi in agro existenti angelus apparuit, & prolẽ liberaturã populũ promisit. Dauid ĩ cãpis quæritʳ, & inuentus ad regnũ sublimatur. Ac proinde conqueritʳ dñs de Iudæorum populo, quòd sub omni ligno frondoso prosterneretʳ. Vbi sunt, nisi in syluis ligna frondosa fructuũ expertia? Synagoga ipsa est sylua, ecclesia ipsa est ager. De prima dicitur. Facta est mihi hęreditas mea quasi leo in sylua. & alibi obũbrauit syluã omne lignũ suauitatis Israel. Quia synagoga effecta crudelior, non solum prophetas occidebat; sed eos, qui pro salute eorum missi erant lapidibus obruebat.

Iudic. 13

D

Hier. 12.

Synagoga sylua est, ager ecclesia.

Baruch. 5

Maximè autẽ aduersus Saluatorem Christum̃ sæuiebat: obumbrabat omne lignũ suauitatis Israel dum exprobrabat eijciens extra synagogã eũ, qui Chr̃m confiteretur. singula Christi mirabilia pro impietate peruertens. Vnde coactus fuit Chr̃s à synagoga recedere, Iudæorũ infidelitate cõpulsus, & alibi se transferre. Dicẽte proph. Ecce audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis syluæ. Quam eam (inquit Augustinus?) Sedem videlicet, quia aliò vbi maneret, accessit.

E

Psal. 131

Recessit à Iudæa, venit ad Gentes: Detestatus est synagogã, & amplexatus quam sibi disposuit ecclesiam. Hæc Christi sedes, de qua dr̃. Ecce tabernaculum Dei cum hoĩbus, & habitabit cũ eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. & alibi. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sęculi. Non igitur in sylua Christus, sed in campis sylue, quia non in synagoga, nec in cortice Isr̃æ, sed tñ in cãpis syluæ.

Isa. 2.

Matt. vlt.

syluæ. Qui in sylvis degunt non extra vident, sed quasi solis splendore suffocato per folia obnubilātur. Ideo multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre quæ nos videmus,& non viderunt. Non in sylua,quia nō in folijs,nec in vmbraculis,sed extra prosilijt,cum se exinaniuit,& nostram humanitatem assumpsit. Dicente propheta. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Qui sunt campi syluæ,nisi ciuitates,oppida,plateæ, synagogæ,vbi se Christus ostēdit? Syluam deseruit, quam leonum,& ferarum habitationem inuenit. Quis fuit leo in sylua, de quo per Hieremiam conqueritur. vt supra diximus. Hęreditas mea leo in sylua,nisi impius ille Caiphas cum toto satraparum consilio, qui Christum morti condemnauerunt: Imò & tota Iudæorum turba acclamauerunt. Tolle, tolle,crucifige eum. Et bene de alio impio Iuda, alibi dicitur. Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

Non in sylua, sed in cāpis syluę cōmoratur Christus.
Baruch. 3
Hier. 12.
*Psal.*79

Hi sunt qui penitus synagogam interemerunt, dum Christum occiderunt. De sylua erant qui Christum ligno crucis affigi curauerunt. An non in sylua crucifixus,vt qui & in ligno, & inter ligna suspensus cernit? Et tamen Christus de sylua lignū elegit, per quod nos redimeret,qui in mūdum venerat,ut peccatores saluos faceret. extraxit à sylua, & posuit in campis syluæ,dicēte proph. Quasi in sylua lignorum securibus exciderāt ianuas eius in idipsum. Hanc sumptam de sylua crucē Christus sumendam nobis instituit. Quia dum in hoc mundo sumus,non alibi,quā in sylua sumus. Terra.n. prius paradisus voluptatis erat;quæ postea in syluā maledictione Domini tunc conuersa fuit. Maledicta terra in opere tuo,spinas,& tribulos germinabit tibi,&c.

Syluani erant qui Christum interimi procurarunt.
*Psal.*73
Paradysus voluptatis in syluam est Domini maledictione cōuersus.

Quos Christus elegit de mundo,elegit de sylua. Dicente proph. Meæ sunt omnes ferę syluārum. Quia de feris oues,& de lupis agnos efficit. Igitur non in sylua, aut syluis,sed in campis syluæ,quia in mundi medio cōstituti corporaliter sumus,licet conuersatione spūs, in cęlum ascendamus. Ligna syluarum erant,sed in meliorem sortē mutati inserti sunt veluti in oliua oleastri, & frugiferi effecti sunt,in campis syluæ plantati, quorum optimus quis sit agricola cęlestis pater & non alius, audiuimus. Tunc (inquit) exultabūt omnia ligna syluæ sū. Agricola conueniente,quoniam venit, non eradicare, non penitus succidere frugiferos, sed purgare & putare,vt fertiliores effecti,fructum plus afferant. Audi secantem agricolam. Si oculus tuus scandalizat te,erue eum,& proijce abs te. Audi putantem. Si manus tua, aut pes tuus scandalizat te, abscinde eos, & proijce abs te. Audi & vberiorem arboris fructum. Melius est tibi vnum oculum habētem intrare in vitam æternā,quàm duos oculos,duas manus,& duos pedes habentē mitti in gehennam ignis. Audi & alium arborem putantem. Si uis perfectus esse,vade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo, & ueni,& sequere me.

*Psal.*49
*Psal.*95
*Matt.*5.
Ibidem.
*Luc.*18.

Hinc rogabat Augustinus. Hìc ure, hìc seca domine,ut in æternum parcas Hinc plerunq; orbantur filijs parentes,ne vtriq; damnētur. Hinc pupilli, hinc viduę, & qui abundant panibus, in egestate decurrunt. Hinc infirmi & pressuris uallati, quò salutis munera facilius consequantur; Scientes (cū apostolo.) Quoniam uirtus in infirmitate perficitur. Et cum infirmor,tunc fortior

1.*Cor.* 11

F sum. Putantur multi,qui utrisq; bonis, naturæ, & fortunæ priuantur: sed ad agricolam non aduertunt; quapropter ad ubriiorem frugem non augentur. Ideo prępotens ille agricola ad hos exterminādos palmites qui fructus non afferunt conuertitur, dum subditur.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & in ignem mittet. & c. Attende quomodo sola sterilitas condemnetur, sola fructuum improductio reprehendatur, nam & in iudicio condemnabuntur, qui bona opera non fuerint operati, quæso autem si sola ociositas in causam damnationis vtrobique adducitur, quid vlterius est differendum, de malis operationibus,

G de producentibus spinas? de botris amarissimis? de vuā fellis germinantibus? quorum fel draconum vinum eorum? &c. Hæc omnia per hoc quod dicitur, in me intelliguntur, extra Iesum nihil ad salutem, extra Saluatorem omnia contra salutem, & totum quod non est ex fide peccatum est, & qui non est mecum contra me est. Ideo in singulari de fructu locutus est, quia omnes fructus sunt vnus fidei viuæ fructus.

Pluralitas vero ac diuersitas fructuum, attenditur penes palmitum diuersas dispositiones, fructus peccatorum est ipsius pœnitentiæ fructus de quo dr̄. Facite fructus dignos pœnitentiæ, & sicut exhibuimus mem-

Fructuum diuersitas penès palmitum dispositiōes attēditur.
*Matt.*3.

H bra nostra seruire immunditiæ, & iniquitati. Ita exhibeamus ea seruire munditiæ in sanctificationem, vt soluti à lege mortis, in qua detinebamur non fructificemus morti, sed vt (inquit Apostolus) fratres mei mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, & fructificeus Deo, qui autem palmes censetur bonus, is est tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit tempore suo. Sunt autem spiritus, fructus, charitas, gaudium, pax, patientia, castitas. Hæc enim tempore suo, idest, iuxta opportunitatem fructificare iubemur, si palmes es, an non fructificabis eleemosinarum productione,

Rom. 7.
*Gal.*6.

I an non de fructu labiorum tuorum orationes, gratiarū actiones, exhortationes pro temporis congruentia produces? fructus iustitiæ est dominorum, fructus obedientiæ subditorum &c. Fructus tribulatorum est in patientia nostra, possidere animas nostras, fructus consolatorum est gratiarum actio, ei qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Omnem palmitem in me. &c. Attendat qui tantum nudæ mortuæque fidei tribuunt, qua sola saluari homines contendunt, si per fidem Christo iungimur & vlterius nil ad salutem operamur, quomodo qui in Christo est palmes abscindi sua infructificatione dicitur,

K qui ex operum sterilitate non virescit dum Christo hęsit?

Tollet eum. Infructuosus palmes inutilis est ad omne aliud perficiendum, quàm ut igne consumatur, sed quid est à Christo tollere, quàm in ignem mittere? Hinc animaduertant destructores veritatis, quomodo nedum boni & fructuosi palmites, sed infructuosi aridi, seu mortui vniantur Christo per fidem, & quod non ea solum saluari poterunt, sunt enim qui sibi Ecclesiam quandam fingant inuisibilem, ecce tantum iustos inesse volunt, ita ut vbinam esset hæc conficta ab ipsis ecclesia, nullatenus intelligamus, cui nec parere mandatis, nec prodere ethnicos omnino possimus, sunt in ecclesia,

Palmes infructuosus.

tam

tam boni, quàm mali sunt in hac vite, tam fructuosi, quàm infructuosi palmites, sunt in hoc ouile, tam edi quam agni, sunt in hoc recti, tam boni, quam mali pisces, sunt in hac area, tam paleæ, quam frumentum, &c Ideo in futuro loquitur Christus de inutili palmite.

Pater meus tollet eum. Et in ignem mittet, cum separabit malos de medio iustorum, & mittet eos in caminum ignis, in iudicio, quomodo enim tolleret quod non esset? quomodo separaret quæ mixta non essent? est igitur communis fides est communis vitis, & commune rete & area, quia est communis ecclesia, in qua & boni insunt, & mali, quæ tamen sine operibus est fides, inanis est, imò mortua est, veh autem infructuoso palmiti, quandoquidem scriptum est.

Cõmunis est bonis & malis nunc temporis ecclesia.

Pater meus tollet eum. Vide abscisum palmitem Saulem à Samuele rogari, quid luges Saul cum ego proiecerim eum? Igitur nec segnes, nec infructuosi tantæ viti inhæreamus, sed dum tempus habemus operemur bonum, vt habeamus fructum nostrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam, & quod sanctis commune fuit æquo offeramus animo.

Omnem vero qui facit fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Sunt & ex perfectis qui dicunt. Non enim illud bonum, quod volo hoc facio, sed illud malum, quod odi hoc ago, huic imperfecto fructui nostræ fragilitatis occurrit Christus uirtutem agricolæ adducens. Purgabit eum, vt fructum plus afferat, si tibi adiacet velle, perficere autem non inuenis ad agricolam accede. Purgabit (inquit) eum vt fructum plus afferat, qui igitur purgaris per ciborum substractionem ieiunando, per paupertatis egestatem patiendo, per infirmitatem, longanimitatem supportando, per persecutionum calamitates, per filiorum cędes, per flagella, per ingruentia quæcunque mala, quid conquereris? quid turbaris, si tamen purgaris? si doles, & despicis, iam non purgaris, si autem non purgaberis, quomodo vberiores fructus afferes?

Si autem tibi ipsi mentiris, dum nulla purgatione indigere te existimas. Iam cum Phariseo ambulas, neque es, sicut cæteri hominum, quia in multis offendimus omnes, & si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & à veritate recedimus, & ideo purgati palmites, & fertiliores fiunt, & fortiores consistunt, tunc enim purgantur cum superfluas propagines voluptatum abscindimus, cum carnis desideria resecamus, cũ vitia, quæ commisimus per confessionem incidimus.

Purgatio salutaris.

Ad salutem est purgatio & ad vitam, ac ad recuperandum robur, non ad perditionem, aut damnationem. Hoc munus paternæ pietatis, quem enim diligit Deus corripit, & castigat, flagellat autem omnem quem recipit, quid sibi de aliena vinea? De vinea Sodomorum? Hæc vnica est vitis, & vinea quam plantauit, quam transtulit quam inuisit, custodit, & curat. Cæterùm omnis plantatio quam non plantauit pater iste cœlestis eradicabitur, & extirpabitur; Solis pampinis, & palmitibus adhærentibus Christo per fidem non præcluditur uia ad reuiuiscendum, & ad restaurandum, licet mali, licet inutiles, &

A aridi. Dummodo expurgentur & patris putationem suscipiant, nunquid voluntatis eius est mors impij, & non magis vt conuertatur, & viuat?

Purgabit eum. Multa in obsequium palmitum ordinauit natura, quo suos possent producere fructus, vestiuntur enim pampinis copiam habentibus oblongiorum ramusculorum, seu virgulatum qui suę colligatione ad fortiores ramos, sustentent ipsos palmites ad fructus subleuandos, nè terræ inhærentes marcescant, aut à bestijs agrorum deuastentur. Nos vero qui palmites sumus inhærere debemus, & colligari fortioribus, sanctioribusque nobis ad nostros quos pro-
B ducimus fructus conseruandos, ne à bestijs agri deuastentur, & sic vinculo charitatis inuicem sustinemus alterque alterius onera portemus, folijs adumbrantur quorum obsequio à solis ardoribus ne arescant protegentur, necnon vt subsidio sint aduersus ingruẽtes glacies, & grandines, omnemq; aeris intemperiẽ, per contemplationem enim, & ab ardoribus prosperitatum, & à grandine tribulationum protegimur.

Apodiantur insuper pauperioribus palis, seu arboribus, quia nisi amplectamur hum litatẽ, nisi paupertatem amemus, ventorum turbinibus per superbiam, aut per inanem gloriam dum eleuamur, diuellimur & pro-
C sternimur, postremò ipsa putatio necessaria recẽsetur, dum in animo nihil retineatur inutile, aut ariditate confectum. Hæc ab agricola nostro expectanda sunt, vt auferat à nobis opprobrium, & contemptum. Vis audire palmitem luxuriantem, putatiuum ab agricola postulantem? Audi prophetam dicentem, Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum &c. Audi & alium palmitem vberiores fructus in se ipso desiderantem, Augustinum. Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas, nisi enim putetur palmes turgescit, ac in nimiã altitudinem extollitur, ac perinde in folijs & ramis totum conuertit humorem: Insidiatur enim bonis operibus ut pereant.

Psal. 118

August.

D *Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Nihil ab ipsa vite aut ex ipsa vite causari potest, quod inane remaneat. Ipsa est illud lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, & fructum dat in tempore suo, cuius foliũ non defluet sed quæcunque faciet semper prosperabuntur; Est etiam arbor illa bona, quæ semper bonos fructus facit, nec malos facere potest; fœlix surculus, opulentissimi palmites, tam fœcundę viti inhærentes, quorum sola ignauia infructuosi remanent, & abscisione digni,
E quorum culpa tota in illos conuertitur, dum tanquam mancipium ignis, & æternalibus flammis damnationi traduntur, & sicut plerunque sunt arbores frondosæ quidem infructuosæ, tamen ita nonnullas legimus, & infructuosas vites; de quibus dicitur. Vitis frondosa Israel, fructus adequatus est ei, diuisum est cor eorum, nunc interibunt, quomodo non interibunt, aut non excidentur, vua quorum, vua fellis & botrus amarissimus, quorum (inquam) fel draconum, vinum eorum venenum aspydum insanabile.

Fœlix surculus.

Ose. 10.

Horum nonne perdita sunt opera & impensæ, vbi laborum tantorũ, non ideo nullus gloriosus, est fructus, sed vana agricolæ expectatio ut faceret vuas, & fecerit

Isa. 5. cerit labruscas, expectaui, ut faceret iudiciũ, & ecce iniquitas, iustitiam & ecce clamor conuersa tota in amaritudinem, vtinã ex his intelligamus, quid nobis cauẽdum, insuper & quod nobis agendum, quibus & vita hæc nostra, & anima tanquam colenda vinea vnicuique est credita, quę tanto diligentiori cura est purgãda à pullulantibus peccatorũ vaporibus, tribulis, spinis, vrticis, à vulpib⁹, ab apris, à feris innumerabilibusq; belluis est custodienda, quanto assiduis est molestata, vallataq; persecutorum insidiis. Hinc Bern. ait; Soli itaque sapienti cõuenit habere, uel potius esse uineam, qui & vitam habet & lignum fructiferũ cõtinet. Is igitur siue iustum, siue sapientem nomines, cum is sit sapiens, qui & iustus, nunquam non viuet, quia iustus ex fide viuit, cui ipsa est uinea cuius est uita, & quidẽ bona vinea iusti, imò quia bona via iustus, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui uinũ conscientiæ suæ testimoniũ, cui lingua exprimens, torcular, & hortus iusti dulcis sibi, & suauis cæteris, qui nihil didicit facere, aut insulsum, aut nociuum, aut etiam inane cũ sit ipse Dei ædificatio, & Dei agricultura, Dominiq; Dei Sabaoth vinea, nihil sterilitatis est, his qui sunt in Christo Iesu, nil aridum, aut inane, vbertatis, & fęcunditatis omnia plena, oues eorũ fętosę omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis, nihil fraudari, aut perire potest, cuius nec folium defluet, & omnes capilli capitis extant numerati, nec vnus de capite ipsorum peribit. Ab hac vite præcisus fuit Iudas. Purgati apostoli, Petrus a sui ipsius præsumptione, Thomas ab ignorantia uiæ, Philippus a curiositate videndi corporeis oculis patrem. Hæc oĩa sui sermonis falce Christus à suis palmitibus, tunc resecauit tristitiam, & cordis turbationem ab eorum pectore subtraxit.

Animã nostram continuis laborib⁹ debemus excolere.

Bernardus super cãti. serm. 63.

Hæc est uinea quæ fructus facit dignos pœnitentiæ. vinea non terrena, sed spiritualis suis fructibus turgida, sunt autem (teste Apostolo.) Fructus spiritus charitas, gaudiũ, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, tales nostri extant fructus, qui cedunt in nostros profectus, quos à nobis expetit, qui nobis hanc suam uineã credidit, omnes (inqt Dominus) animę meæ sunt, tam anima patris, quam anima filij mea est. An eius nõ sunt fructus uineæ, cuius est uinea. Audi apostolum dicentem. Cum essemus in carne passiones peccatorum operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti, nunc autẽ soluti sumus à lege mortis, ita ut seruiamus in nouitate spiritus; itaq; fratres mei, & vos mortificati estis legi, p corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis Deo, ò fœlix anima quæ quasi vitis fructificat suauitatem odoris, &c. uel quæ sicut oliua fructificat Deo, hæc sperat in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sęculi.

Gal. 5.

Vineæ fructus.

Rom. 7.

Omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. &c. Qui se agricolam uocauit, ecclesiæq; suæ vineatorem dixit, quid ad ubertatem eiusdem sit faciendũ ostẽdit; dixerat de ficu, cuius cultus in vineis ea maximè ratione colit, quia tam uitis, quàm ficus steriliori agro feraciùs fructificant, licet ad tempus nonnunquam ruderibus impinguentur, infrugiferam ficũ abscindendam ostendit, non autẽ vitẽ, sed surculos eius, quia cum sit vitis Iesus, nunquam ab ecclesia amouendus est Christus, nos verò abscindendos insinuat, si inanes sine operibus existimus, proinde sicut ficulnearum fructus possunt pessimi effici, qui nec oleri, nec degustari possunt, vitis autẽ licet alio, alium meliorem fructũ producat, semper tamen aliquid emolumenti affert. Verum esto uitis inculta, labruscas pro vuis producat, ipsæ tamẽ labruscæ, nec putridæ sunt, nec prorsus inutiles quarũ amurca etiam aliquo pretio cõparãda venit.

Hier. 24. Vitis infructuosa nõ est excidẽda.

Si autem rogas quare patrem non vineatorem, sed agricolam appellare maluit, occurrit in promptu, plura significatum iri per agricolam, quàm per vineatorẽ, non solũ enim vitẽ & palmites sua prouidentia gubernat pater ipse cœlestis, verum etiam quia attingit à fine usq; ad finem fortiter. Disponit etiã omnia suauiter, & illi cura est de omnibus, qui est creator omnium, nã homines & iumenta ipse saluat, quo fit ut agricola dicatur, qui ne dum uitis & palmitum, idest, fidelium est protector, sed & totius naturæ humanæ amator. Diligit omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ fecit odit. Insuper vt qui mundum agrũ non ignoras, in quo diuersarum plantarum genera tam bonarum, quam malarũ, virgulta segetum & herbarum continentur, intelligas per agricolam vniuersale patris dominium designari.

Per ipsum agricolam denotatur generale patris imperium.

Vtitur autem agricola ad excolendum agrũ uomere, quo glebę franguntur terræ ligone quo euertitur, rastro quo tegitur, stercore quo impinguatur imbre quo profunditur, sępe & sentib⁹ quibus protegitur, & optimo semine quo seritur, quibus sic dispositis optimus habeatur fructus, alius quidem centesimus, alius sexagesimus, & alius trigesimus. Foditur animus contritione euertitur, emendatione, impinguatur deuotione irroratur lachrymis, protegitur obediẽtia seritur verbo Dei, & sacramentorum receptione.

Purgabit eum, vt fructum plus afferat. Nam non est satis, Christo & patri vt boni simus, sed ut passim meliores efficiamur, in via. n. non progredi, nonne est contra viam? ideo non progredi est retrogredi, vnde iustus ait; viã mandatorũ tuorũ cucurri &c. Vnde qui sanctus est adhuc sanctificari iubetur, si autẽ cupis palmites purgãdos ab agricola conspicere, vt fructũ plus afferãt. Vide Israelitas, audi & agricolam, circuncidetur in uobis omne masculinum, cuius caro pręputij circũcisa non fuerit, peribit anima illa dę populo suo, purgabatur earo à peccato originali, quo vberiores fructus afferrent Hebræi; uerùm pater usq; modo operatur. Ecce unum agricolam, esse patrem cum filio & Spiritu sancto. Nam & Apostoli baptizare iubentur, non in nomine patris tantum, sed & filij & Spiritus sancti, tres mundantes, vnus tamen mũdator, sed quare non dixit Christus mundi estis per baptismum, sed per sermonem? Nonne quia in aqua verbũ est quod mundat? detrahe verbum ab aqua, remoue sermonem ab elemẽto, quid est aqua, aut elementum præter aquam & elemẽtum? sed accedat verbum ad elementum, & fiet sacramentum.

Mirandã res sanè accedẽs verbum & sermo elemẽto efficit sacramentum.

Non est hæc uirtus aquæ ut corpus tangat, & animã emundet, sed uirtus uerbi, non tamen eius tantũ quod dicitur, sed quod dicendo creditur, nam & in uerbo aliud est sonus transiens, aliud virtus immanens. Hanc autem sermonis seriem ab Augustino suscipimus.

Vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Hac enim ratione synagoga ab ecclesia distinguitur, quod illa sit velut imperfectorum animalium, hæc

hæc autem iustorum & perfectorum congregatio, nihil enim ad perfectum adducebat lex illa veteris testamenti, velut in cortice litteræ permanens, degensq; in tenebris, & ualuis figurarũ, quia omnia in figura contingebant illis, nos autem euangelicæ legis professores in perfectissima vite complantati sumus, quę omnis im perfectionis est expers, nulla enim fit mentio de purgatione vitis, sed de mundatione tantum palmitũ qui sunt in vite; Ideo & isti purgantur, ut perficiantur dicente Apostolo Christus dilexit ecclesiam & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata.

Ephes. 5.

Iam vos mundi estis propter sermonem meum, quem locutus sum vobis. Rectè & hoc Christi præclarũ facinus cecinit vates ille. Sedebit conflans & emundans filios leui, omnes Christi discipuli, & si progenie non omnes filij essent leui, omnes tamẽ hi effecti sunt Leuitę qui initiati sunt sacris, ut Apostoli qui in cęna effecti sunt sacerdote quibus corporis, & sanguinis Christi cõmissa est dispensatio & auctoritas consecrandi, dicente Domino hoc facite in meam commemorationem, id est, sicut ego consecro ex pane corpus meum proferendo hæc verba. Hoc est corpus meum & sicut ego ipse sumo sacramẽtum, atq; illud dispenso & propino; uos itidem facite & erunt (inquit) offerentes Domino sacrificia in iustitia & placebit Domino sacrificium Iudæ & Hierusalem, sicut dies sęculi. &c.

Malach. Leuitę sũt sacris initiati.

In cœna effecti sũt sacerdotes apostoli.

Hi sunt filij Leui, quos purgat sui sermonis mirifica virtute; ipse (inquit) quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, quasi ignis, quia ignitum eloquium suũ vehementer, non ne cor nostrum ardens erat in nobis (inquiũt ex auditoribus aliqui) cum loqueretur in via: emundat quasi ignis, quia colabit corda eorum, quasi aurum, & quasi argentũ omnem inde rubiginem absumens, dũ in Dei amorem quasi flammis accensum euehit ad superos, & separat à sęculo, purgat tanquam herba fullonum, suis enim percussionibus fullones pãnos mundificant, velut malleis Christi verbis plerunq; cõtundimur, vt à uitijs & sordibus, aut uerberibus, aut terroribus commoueamur, ò quam efficax Dei verbũ viuus (inquit Apostolus.) est sermo Dei & penetrabilior omni gladio ancipiti quod & per proph. Dominus insinuat. Verbum meum quasi malleus conterens petras, incidit igitur tanquã gladius pertingens usque ad compages corporis, & animę, frangit quasi malleus durissimas etiam petras, quas sic plerunq; effundit & uirtuosius, ac efficacius Moysis baculo non iniuria censeatur, adeo ut non tantum petras scindat, uerum rupes in fontes aquarum sua uirtute conuertat D. Augustinus comparat verbum Dei ipsi Christo inquit enim quid uobis plus esse uidetur verbum Dei, aut corpus Christi? si vultis uerum respondere, hoc utique fateri debetis non esse minus verbum Dei corpore Christi, quia non minus reus Deo est qui uerbum Dei negligenter audit, quam qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permittit.

Heb. 4.

Hier. 2.

Iam vos mundi estis propter sermonem meum. &c. Summæ amator munditiæ purissimus Saluator mundat nos ab omni inquinamento, ab omni immunditia purgat, & ab omni sorde lauat. Tales enim oportet suos esse quos tales diligit eos esse, ipse nos mundat immundos, qui solus est mundus, quod si minus; Ab immundo non mundatur immundus, mundus Christus mundissima & verba habet, quibus etiam alios emundare potest; Eloquia, nanq; domini, eloquia casta argẽtum igne examinatum purgatum septuplum purgatur argentum, non purgatur lutũ, quia ad flãmas ardentis ignis liquescit argentum & obduratur lutum, quę corda effunduntur diuinis ignita sermonibus, ea sunt quæ ab omni rubigine terrenorũ facile purgant, lutea sunt quę uelut testa obdurant uideamus an corã Dño Deo nostro effundamus corda nostra, & facilè coniectari poterimus, si ad munditiam consequẽdam præparamur, Audiet (inquit) uerba mea, quoniam potuerunt, sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Psal. 140

Quid est audire Dei uerba, quia potuerunt nisi dicere Dei verba non sonum ad aures, ut cætera tantũ personant, sed & huius sunt uirtutis, & efficaciæ, quæ possunt efficere & perficere, quidquid personẽt verba Dei igitur non solum edocemur, non solum adhortamur, ut sancti simus, ut iusti, ut humiles, ut continentes, ut cœlestes, sed ipse nos tales efficit quales esse præcipit. Ipse enim dixit & facta sunt ipse mandauit & creata sunt, quis ipse? qui portat omnia uerbo uirtutis suæ, & sicut crassitudo terræ, quæ fęcundatur ad ubertimos fructus producendos, ita Dei verbum fœcundat audiẽtes & seruantes illud, ad omnia bona opera producenda, non enim reuertetur uacuum, sed faciet quæcunq; ad quæ missum est à Domino. Vnde quamuis Petrus per totam noctem laborans, nihil in toto mari cępisset piscium, statim tamen ut in verbo Christi laxauit retia, conclusit multitudinem piscium, quæ uix rectè continere poterat.

Isa. 55.

Timeo hac ratione præcones, tam exiguã concionũ suarum natantium in hoc mari magno sęculi peccatorum prædam facere, & extrahere quod non in uerbo Dei, sed in uerbo suo, nõ in uirtute Christi, sed in fauore humano retia laxant. Audiant apostolum. Sermo meus & prædicatio mea non in psuasibilibus humanę sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus, & ueritatis, neq; enim satis est Christi uerba proferre, sed Dei spiritu illa associare, quo auxilio freti, quid non poterunt qui Dei uerbum proferunt? Dabo uobis (inquit Saluator.) Os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij uestri.

Audiant concionatores hæc & aduertant.

2. Corin. 2

Matt. 1.

Adhuc obseruandum est prædicatoribus, ut possint officium suum exercere fructuosius. Tunc in mẽtibus auditorum copiosius proficiunt, cùm clariùs, & commodiùs suis auditoribus erudiendis proponunt; Lucerna (inquit proph. pedibus meis uerbum tuum, & lumẽ semitis meis, quod si clarũ extiterit, & cõspicuũ, etiam & planũ ambulantibus erit, quia illud facilius persuadetur, quod clarius sicut ad oculos, ita ad intellectum conspicuum redditur, & quidem tunc istud suadetur vigorosius, quando quod suadetur ostenditur rationibus, & auctoritatibus probabilius; Quod sapiens suis verbis innuit, Nè abscondas sapientiam in decore suo.

Psal. 118

Perspice concionator quàm pulcherimum proficiẽdi modũ, hic te authore doceat.

Ad decorem diuinæ sapientiæ, velut omnium sciẽtiarum & virtutum reginæ concurrunt amictus probabilium doctrinarum quibus persuadentur rationi consona, & veritatis plena, quæ sunt non inuenta humana, sed documenta diuina, sunt & imprudentes quorum

rum prolixitate adeo grauantur auditores, vt qui curis artium, vel officiorum suorum sine alienatione mentis nequeunt deesse, plerunque quod delectabiliter, & fructuose reconderant & obseruandum susceperant, tedio prolixitatis, qui recessissent calidi vix reuertuntur tepidi, verbum Dei, verbum abbreuiatum dicitur, & ideo verba verbis congerere, plerunque est negotium purum inuoluere.

Prolixitatem & cauendam.

Sed etsi singula quæ dicuntur sint optima, non est grauandus auditoris stomachus, qui virtutum omnia digerendi & retinendi non habet, præsertim si frequẽtes sint conciones quibus mẽtium confusio prorsus est euitanda, multoloquio autem posse deesse peccatum vix effici potest. A Domino igitur quærant sermonem postulent sapientiam, & dabit affluenter. Dabit (inquam) teste propheta, Verbum euãgelizantibus virtute multa.

Psal. 67

Iam uos mundi estis. Absciso infructuoso palmite Iuda, mundi sunt omnes, ad quorum munditiam, tam perditi palmitis oportuit abscisionem facere. Verum cum iustus accusator sit sui, qui sibi ipsis non fidebant Apostoli, censendi sunt non expertes formidinis, an tales ipsi palmites essent, qui tollendi essent abscindendiuè, ab ipsorum vita Christo. eorũ dubietati pijssimus etiam nunc occurrit Saluator; Vos (inquit) mundi estis, haud tamen vestra à vobis est munditia, quis enim potest facere mundum de immundo? non ne tu qui solus es. (Inquit Iob) ideo quomodo sint ab ipso mundi, ostendit dum inquit; Propter sermonem meum, quomodo autẽ sermo Christi uirtutem mundandi habeat, & abscindendi infructuosos palmites, facilè intelligimus, si non ignoramus verbum Dei Gladium esse & quidem penetrabiliorem omni gladio ancipiti qui pertingit vsque ad diuisionem spiritus & animæ. Quo etiam gladio separabit malos de medio iustorum, & ramos inutiles ac infructuosos ab ipsa uite, uaticinium, est (inquam) gladius non materialis sed spiritualis, de quo apostolus; Et gladium spiritus quod est verbum Dei; Dixerat supra sermonẽ suum, & doctrinam suam non esse suam, sed eius qui miserat illum patris, patrẽ etiam purgatorem agricolam esse ad pleniorem eorum consubstantialitatem insinuandam, quod præcipuum est fidei sacramentum, ad idem conuertitur confirmandum Trinitatis mysterium: Mundi estis (inquit) propter sermonem meum, quem locutus sum vobis, quẽ videlicet, non aure tantum, sed corde recepistis, & retinuistis, sed quia non satis est palmiti inhæsisse stipite, oporteat autem eidem semper inhærere ne deficiat, ab incepto bono, ne à fonte aquæ uiuæ recedat &c. ideo sequitur.

Iob 14.

Heb. 4.

Ephes. 6.

Iam uos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis. Ecce quàm efficax Christi sermo, qui & penetrabilior omni gladio ancipiti. An non ipse est, qui hæc locutus est, qui solo verbo restaurat vniuersa? Quis est sermo Christi, nisi ipse sermo Dei? Verba, quæ ego loquor (inquit supra) à me ipso non loquor et alibi. Ego quæ audiui a patre, hæc loquor in mundo. Sermo enim qui non à verbo, sed ipsum verbum est, ipse est, de quo scriptum est. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine exiliens e cœlo, à regalibus sedibus venit.

Heb. 4.
Ioan. 14.
Ioan. 8.
Sap. 18.

F

Ipse instaurator, ipse lotor omnium, criminumque purgator, de quo dicitur. Lauabis me, & super niuem dealbabor. Hoc tamen Verbum solus pater producit & dicit, quia seipsum intelligendo, illud in seipso generat. Est & aliud verbum, quod non ad intra, sed ad extra dicitur, quo omnia quæcunq; fiunt in esse producuntur. De quo proph. Omnia quæcunq; voluit fecit. Ipse dixit & facta sunt: mandauit, & creata sunt. Dixit Deus fiat lux, & facta est lux. Quis Deus? Pater & fili⁹, & Spiritus sanctus Quia hi tres unus Deus sunt. quia Deus non dicit relatiuè, sed substantialiter semper, & essentialiter. Ideo maximè detestat catholica fides Deorum pluralitatem personare. Pater autem, qui relatiuè dicitur, dum ad filium refertur, & Spiritus sanctus ad patrem, & filium tanquam ad vnum sui principium, à quo procedit dicit: propter quod adinuicem tres personæ distinguuntur.

Psal. 50
Pater seipsum intelligens verbum generat.
Psal. 113
Gene. 1.
Hoc nomen Deus non relatiuè, sed essentialiter dicitur.

G

Est igitur ad extra totum, quod efficit & dicitur, toti Trinitati commune: Potissimum autem est personale, quod est ad intra verbum patris: non tamẽ quod est ad extra verbum totius Trinitatis Aeternũ tamen est verbum personale, quo nunquam carere potuit pater, qui nunquam sine intellectione fuit: æternum & ipsum verbum toti Trinitati commune. Verbum autem Domini manet in æternum. Fortissimum, & robustissimũ est verbum personale, quo Deus portat omnia verbo virtutis suæ. Fortissimũ & robustissimum est & commune verbum ad extra, de quo dr̃. Non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Verbũ ad extra dicitur, quod toti est cõmune Trinitati.
Isa. 40.
Heb. 1
Luc. 1.

H

Christus suo verbo conuertit panem in corpus suũ. Accipite comedite, Hoc est corpus meũ. Diabolus per verbũ Christi, quærit conuersionẽ fieri lapidum in panes, & explorat per verbi virtutem, an Christus esset verus Deus; Christus Dei intrinsecum verbũ: sanabat omnes infirmitates. Misit verbum suũ, & sanauit eos. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Verbũ vocale sanabat omnes. Dic tãtum verbo & sanabitur puer meus. Ipsum verbum personale sapientissimũ est; fons sapiẽtiæ verbũ Dei. Omne uerbum sapientiæ & intellect⁹: decuplũ super ariolos inuenit Rex in Daniel. Hoc sanctum Dei patris verbum sanctificat alia. Christus tradidit semetipsum, ut sanctificaret ecclesiam. Sanctum & ipsum exterius Deitatis verbũ cũcta significat. Omnis creatura Dei bona est, sanctificatur enim verbum Dei. Dei patris verbum extergit, & mundificat, dicente ipso post lotionem pedum suorũ apostolorum. Et nos quidem mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnã esset qui traderet eũ, propterea dixit: Non estis mundi omnes. Quibus & nunc iterum ait. Iam uos mũdi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.

Matt. 4.
Psal. 106
Psal. 102
Luc. 7.
Eccles. 2.
Daniel. 1.
Ephe. 5.
1. Thi. 4.
Ioan. 13.
Verbi Dei virtus.

I

K

Ecce Christi verbũ. Ecce Dei sermonem omnia mũdantem. Vtrunq; uerbi Dei est verbum; & ideo infinitę uirtutis verbum De quo utroq; dicitur. In Deo laudabo verbum, in dño laudabo sermonem. Ecce uerbũ. Ecce primum. Ecce patris verbũ. In Deo laudabo verbum. Ecce ad intra unum tantũ verbum eius, qui unica intellectione seipsum, & omnia alia ĩ seipso intelligit. Post quod audi non unum, sed multa uerba, uidelicet sermonẽ. In dño laudabo sermonẽ. Vtrunq; laudabile, utrũq;, ineffabile, qa utrunq; diuinum. Nõ diuersa, sed una uirtute vtrunq; agit, quodcunq; agit. Ei quod Dei verbum facit, non alius quàm ipse Deus facit.

Psal. 55
Vnum est tantùm patris verbũ qui seipsũ & omnia alia vnica intellectione intelligit.

Officium

Officium agricolæ, & ipsum agricolam paulò ante didicimus, patrem videlicet putantem palmites. Quid est putare, nisi purgare, seu emundare? Quod & de Sermone Domini dicitur. Vos mundi estis propter sermonem meũ. Sed quomodo antè dicti sunt mundi, cum hic ob sermonem mundati dicantur? Mundi vtique erant, qui iam fructificabant palmites, sed adhuc mundandi erant, vt fructũ magis afferrent. Quis enim in hac vita (inquit Augustinus) Sic mundus est, aut sic sanctus est, qui non indigeat, vt mundetur, & sanctificetur adhuc? Sibi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est, & iustus, qui nobis peccata dimittat, & mundet nos ab omni iniquitate.

Sup. c. 13 — August. super Io: — Christus etiã mundos emundat.

Mundat itaque mundos, idest fructuosos, vt tantò sint fructuosiores, quantò erunt mundiores. Quare non ait, Mundi estis propter baptismũ, quo loti estis, sed ait, propter verbũ, quod locutus sum vobis: Cur nisi quia & in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, etiam ipsum, tanquam visibile verbum. Nam & hoc, vtique dixerat, quando pedes discipulis lauit. Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo: non quia dicitur, sed quia creditur? Nam & in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus manẽs.

Visibile verbũ quõ fiat. — Virt' aquæ emũdãtis à peccatis i verbo ẽ.

Hoc est verbum fidei, quod prædicam⁹ (ait Apost.) Quia si confessus fueris in ore tuo, quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo, quia Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde in actibus Apostolorum legitur: Fide mundans corda eorum. Et in Epistola sua beatus Petrus. Sic & vos (inquit) baptisma saluos facit: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus, quo sine dubio, vt mundare possit, consecratur & baptismus. Christus quippè nobiscum vitis, cum patre agricola, dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Lege Apostolum, & vide quid dicat; Vt eam sanctificaret (inquit) mundans eam lauacro aquæ in verbo.

Rom. 10. — Ibidem. — 1. Pet. 3. — Ephes. 5

Mundatio igitur nequaquam fluxo, & lauabili tribueretur elemento, nisi adderetur in verbo. Hoc verbum fidei tantùm valet in Ecclesia Dei, vt per ipsam credentem, offerentem, benedicentem, tingentem etiã tantillum, mundet infantem: quamuis nondum valentem corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum, de quo Dominus ait: Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis.

Baptismi virtus.

Manete in me, & ego in vobis. Manet in Christo is, in quo manet Christus, nam & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Non potest autem censeri in Christo manere, nisi is, qui pergit cum Christo, & ambulat, ac tendit, quo tendit Christus, qui verò aliò pergit, & ex aduerso ambulat, nonne iam separatus est à Christo, si autem rogas, quomodo potest homo peccator, cum Christo ambulare, puer cum gygante, tardus cum veloci, qui venit saliens in montibus transiliens colles. Videas Christi mansuetudinem, qui te præstolatur, qui te suscipit, qui te expectat, dicente Propheta: Expectat Dominus, vt misereatur tui.

Isa. 30.

Hanc autem maximam eius bonitatem ille Apostolus testatur. An diuitias bonitatis eius & patientiæ, ac longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, &c. Neque.n. te inuitaret, si te non expectaret, per id aũt quod addit: Et ego in vobis, satis compertum est, quam reciprocũ habeamus Christum, qui ad se tradendum nobis, vt sit in nobis manifestat, si nos in illo simus, oportet igitur, etiam nos interdum præstolari aduentum eius, si moram contingat facere iuxta monita: Si moram fecerit expecta eum, quia &c. Et tandem omnia à te expectãt, vt des illis escam in tempore, quid est dare in tempore, nisi aduenire subueniendo in necessitate?

Rom. 2. — Abac. 2.

Manete in me, & ego in vobis. Superius sui corporis, & sanguinis mysteria declarando in sacramento inquit; Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Videtur autem & in memoriam reuocare Apostolis, quomodo de absentia corporali ipsius consolari possent inquiens manete in me, & ego in vobis, modum verò manendi taliter audiuistis alias, dum dixi; Qui manducat, &c. Audiant quicunque ad in se suscipiendum Christum in augustissimum Eucharistiæ Sacramento accedunt: omnis enim, qui sumpturus Christum accedit, accedat oportet, vt ad manendum in se Christum suscipiat.

Hæc vna, & præcipua consideratio, quam Christus manifestat, insuper, & vt prius ipse maneat in Christo per firmam, & viuam fidem ex proprijs Christi verbis didicimus, manere enim, non aliud significat, quã firma inconcussa, stabilique viua fide inherere, sic enim, & accedentem ad Deum, oportet primum credere, quod est; demum prius nos in Christo manere dixit, quia sine omni prorsus peccato, ad suscipiendum Christum accedere necessarium est, non enim manebit Christus in maleuola anima, aut in corpore subdito peccatis. Vltimo, quia multi quidem suscipiunt, etiam nullis obnoxij criminibus, tamen ad recidiuium currunt, ideo non satis esse suscepisse Christum, sed retinuisse ostendit.

Manete in me, & ego in vobis. Per fidem dilectionem, & mandatorum obseruationem, & ego vobiscum manebo per gratiam, per inspirationem, per bonorum consummationem, quasi dicat; nunquam ego recessurus sum à vobis post aduentum meum in vobis, nunquam mihi erit fastidio, nunquam grauabor manere uobiscum, donec uobis gratum erit cohabitare mecum, & nisi uos à me prius recedatis, nunquam ego primus à uobis recessurus sum, meum est mũdare uos, uestrum est in me manere, si recedere à me non uelitis feci, quod meum erat, nam mundi estis propter sermonem meum, facite quod ad uos pertinet; nolite à me recedere, nihil tamen mihi commodi, nihil utilitatis, seu beneficij præstat hæc habitatio, & mansio, nihil à palmitibus accipit uitis, sed in obsequium palmitum tantum est, totum quod est in uite, omnia bona palmitum desumũntur à uite, & nihil potest palmes, si totum nõ accipit à uite, unde sequitur.

Sicut palmes non potest facere fructum, nisi manserit in vite, sic & vos, nisi in me manseritis. Audiant, qui uitis, & palmitum unitatem ignorant, qui.n. decisi sunt

Vitis, & palmitum vnitas.

sunt palmites à vite, qui succi eius participes non existunt, qui ab ipsa vite humorem non trahunt, iam extranei sunt à vite, imò omnis fructus expertes existunt, imò ad nullum aliud opus, quàm ad ignem idonei censentur. Ideo horrenda manu agricolæ truncandi, & abscindendi sunt. Attendant hæretici ad quorum radicem securis iam posita perhibetur, audiant peccatores ad quos Propheta: Nisi conuersi (inquit) fueritis gladium suum vibrauit, &c. *Psal. 5.*

Sicut palmes non potest, &c. Nunquid abscessa manus à corpore operabitur aliquid? Væh palmiti non permanenti in vite: Ecce vnitatis Ecclesiæ Sacramentum. Videant, qui ab Ecclesia diuelluntur, & sibi ipsis caueant, non enim, quia virorem sumunt à vite in vite manere dicuntur palmites, sed quia ipsi manent in vite, ideo à vite virorem, & gratiæ succum, & suscipiunt; Nè glorieris de tuorū vbertate fructuum, secus nunquam decidere possent, aut separari à vite palmites, cum nunquam deficiat humor, & succus à vite per quos palmites viuunt.

Sicut palmes non potest, &c. Iam ex Salomone audiuimus: Regem in cellam vinariam introduxisse dilectam, vt in ea ordinaret charitatem. In vnam suos omnes Christus cellam vinariam introducit, quorum velut palmitum se vnam tantum esse vitem ostendit: Ego (ait) sum vitis, & vos palmites. Haurit autem palmes non aliunde, quàm à vite vinum, à vite in ipsum defluentem. Audi Apostolum dicentem; Omnes patres nostri eundem potum spiritalem biberunt consequente eos Petra, Petra autem erat Christus. *Cant. 1. Cella Christi vinaria. 1. Cor. 10.*

Non solum in eandem nos suam cellam, seu domū, quam Ecclesiam vocamus, Christus inducit, cum nos aqua baptismatis respersit, verùm eiusdem vitis pocula haurire constituit, vbi vnicam nos suam doctrinā ebibere voluit, sapientia enim nos ad suum bibendum vinum inuitat: Venite bibite vinum, quod miscui vobis, & aliquando, qui se nunc vitem ad alendos, roborandosq; palmites dicit, sub sponsæ nomine duo vbera habere fatetur. Vbera tua, sicut botri vineæ, statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris, quæ autem conuentio botri cum vbere, aut vini cum lacte? Audi eandem: Bibi vinum meum cum lacte meo, lac enim est incipientium, ac puerorum alimentum, cibi, & potus vim habens, sed facilè corruptioni succumbens, quia tales nondum firmi, & stabiles reperiuntur in fide, quibus superadditur lactis loco vini, quandoquidem vbera botris sint comparata. *Prou. 9. Cant. 7. Cant. 5. Lactis proprietas.*

Quod igitur adhuc puerulis nobis velut lac ab vbere pendentibus fidei rudimenta largiuntur, hoc prouectis, & eruditioribus, tanquam vinum propinatur bibite (inquit) carissimi, & inebriamini, quod si vber ab vbertate, aut ab vbere vbertas dicitur, iam intelligim*, quoniam inebriabuntur ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Cedit lac, quia non ab vbere infantilis ignorantiæ, & defluit vinum, quia à doctrina Christi Ecclesiæ roborati proni efficimur, & in carcerem, & in mortem ire. Audi igitur nos ad vitam, vt hauriamus hortantem: Siquis indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, perfectorū enim solidus est cibus, cathecumenis lac exhibetur. *Vinū prouectis tribu dominus, & lac Infantulis. Psal. 35. Epist. Iacob. 1. c.*

Ego sum vitis, & vos palmites, &c. Nè locus dubitationi relinquatur totam exponit parabolam, dixe-

F rat quidem se vitem, dixerat & palmites multos habere, sed quinā isti palmites essent apertè nō edisseruerat, ideo ad firmandum, & stabiliendum sermonem exprimit, & palmites, & cuius sint vitis palmites: Ego sum uitis, & uos palmites. Iam introduxit nos rex in cellam uinariam, & ordinauit in nos charitatem, prius ad dilectionem inuitauit, postremò ad mansionem inuicem nos adhortatus est, hæc namque perfectę charitatis fortissima, ac peroptima colligatio.

Ego sum vitis, & vos palmites, &c. Fons hortorum puteus aquarum uiuentium, de cuius plenitudine omnes nos accipimus, quia palmes nō ab alio, quàm à uite

G humorem desumit, & attrahit; ait Apost. Quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Ego (inquit) non alius a me uera sum uitis, non Moyses, non Aaron, non Prophetarum quisquam, non Abraham, non Patriarcharum aliquis; Nullius uos palmites estis in nullo inserti, & complantati præter in me, unde Apostolus: Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, & inferius: Si delibatio sancta, & massa, si radix sancta, & rami, & de incredulis, ita prosequitur, propter incredulitatem fracti sunt rami. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time: *1. Corin. 4. Rom. 6.*

H si enim naturalibus ramis Deus non pepercit. i. Iudæis nè fortè, nec tibi parcat.

Vide bonitatem, & seueritatem Dei, in eos quidem, qui ceciderunt seueritatem, in te uerò bonitatem Dei, si tamen permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris, &c. Audi quid de sponsa Christi anima fideli loquatur Proph. Vxor (inquit) tua, sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ, non alibi, quàm in domo sua Christus suam collocat uxorem, quia in sola Ecclesia, quæ est toto terrarum orbe una, per baptismum, & fidem illam non in Ecclesia, sed in lateribus, cum locus sit humilium, doctoribus locus medius, prælatis locus *Psal. 127*

I eminens reseruatus est in Ecclesia, unde quisquis ingreditur in lateribus collocetur, nec aliquis honorem sibi assumat, nisi qui vocatur, tanquam Aaron, & tamē ad eiusdem domus ornatum in lateribus, quasi inter duos parietes, vitis collocatur, quę tamē adeo sua vbertate fœcunda crescit, & in altum protenditur, vt & ad ornatum claustrorum, ac etiam fenestrarum extendi videatur. *Humiliū Prælatorū & Doctorum sedes & locus.*

Sunt ex abiectis, & humilibus, qui velut peripsema huius muri abiecta in lateribus domus permanserunt nullam, aut minimam sæculi portionem suscipientes, qui postea extenderunt palmites suos à mari vsque ad

K mare, & propagines eius vsque ad terminos orbis terrarum. Hæ sunt Sanctissimæ illæ Virgines, abditæ & incognitæ illæ puellæ quorum splendore, nunc Ecclesia decoratur; Vtraque Chaterina martyre, ac Senensi, Agnete, Cœcilia, &c. De quibus est illud vaticinium: Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis, quod de capite, seu de sponso dixit, hoc & de membro, & de sponsa verificatur, nam & palmites vitis encomia suscipiunt, & in vites plerunque resurgunt, cum enim habeant, & fructus, & flores, iam vites congruæ nuncupari possunt, flores (inquit) mei fructus honoris, & honestatis. *Sāctissimarum Christi virginum palmites, & fructus vberimi. Ecclesi. 24*

Qui sunt flores à fructibus non seiuncti, qui fructus à floribus indiuisi, vt flores sint, & fructus? suscipe intentionem

Virginum idē est flos & fructus. tentionem bonam producito affectum optimum, prodeat in animo desiderium sanctum, & florem habebis,& fructum, florem prout ad effectum dirigitur, vt exequatur, fructum, quia iam dum illo animus dulcoratur, nutritur, & impinguatur. Inardescit in sua meditatione spiritus: Ecce flores, & dum fragrat desiderio nutritur illo, ecce fructus gustat, ecce fructus videt, ecce flores, quoniam suauis est dominus, qui in loco pascuæ ibi me collocauit.

Ego sum vitis, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo hic fert fructum multum. Mutua licet dispar vitis,& palmitum adhesio. Inest vitis in palmite, quæ suam infundit virtutem in palmite, sine qua nihil virtutis esset in palmite: Quia sine me (inquit) nihil potestis facere; Palmes inheret v ti, vt à qua vitam, & virorem suscipit, in qua, & per quam botros,& vinum producit. Et quod intus per illam attrahitur sibi augmentum communicatur, nec enim minus infrugiferæ arbores, quæ innituntur vitibus adornantur folijs pampinis, quasi ex illis pendeant placidissimi botri, quàm exornentur peccatores, qui Christum induentes, vberiores videntur, & fiunt, licet à vite illa tantum emanet (à quo lætitia expectatur, & prouenit) Vinum, videlicet, quod lætificat cor hominis.

Palmes à vite vitam suscipit, & virorem.

Ab hac vite salutari omne gaudium nostrum, & expectandum,& procurandum est nobis. Ab ea putandus est pampinus, aut inutilis, aut inebrians, aut luxurians, aut in altitudinem se extollens, aut hebetes ratione constituens, perhibent prudentiores agricolæ, non plantandam vitem, signo in Virgine existente, quasi protestatione naturæ infestum maximè(nè dicam contrarium) esse virginitati, vinum.

Cœlesti signo in virgine dominante uitis plantanda non est.

Hinc & salici coniuncta vitis parum, aut debile, nec sapidum, seu amabile vinum producit, quod salices in cœno, & palustribus plantari, & enutriri solertius videantur, quibus spurcitijs, & cœno procul existit ipsa virginitas, & immaculata continentia, optima hæc vitis, quæ bonum illum, & multum producit fructum, non vt illa olim Synagogæ, solis folijs exterius ornata nostra vitis, nõ inutilis, nec paruum, sed multum affert fructum, si tamen non debilis ligno salici, sed valido, & robusto arbori vlmo,& fraxino sit innixa, quid si cõiuncta sit vitis, quid si inhereat Christus inepto, & non forti homini? Cum enim multis laboribus super cœteras arbores insudandum sit homini in cultura vitis, eiusque custodia, nihil segnes, aut ignari, aut torpentes proficiunt cum vite, cuius onere, velut grauati sese demittunt, frangunt,& cadere permittunt, soli robusti sustinent vitem, soli fortes remanent cum vite, soli stabiles perseuerant in vite, soli qui firmi sunt, fructificant cum vite nostræ salutis fructum.

Cur salici vitis adiũcta vinum pducat insipidum.

Vitis cultura laboriosa est & diuturna.

Super omnes arbores vitis extollitur, quia licet procera altius extendatur, semper tamen vitis super omnes eleuatur, dum enim in homine virtus augetur, Christus in ipso sublimius ascendere comprobatur, cuius virtus & si mũdanis oculis videatur tenuis, taméapud ipsam si mundus ipse comparetur infimus apparebit, & despicabilis. Confidite (inquit) quia ego vici mundum, vincere autem mundum quid est, nisi pessundare mundum ipsum deprimere,& super ipsum ascendere? Omnia subiecisti pedibus eius.

Vitis inaltum extollitur.

Ioan. 16.

Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructũ multũ.

A Attende quanta diligentia curet, hoc summum nostrũ bonum persuadere nobis, ex fructuum multiplicatione, ex proprio nostrum beneficio, ob vtilitatem nostrã suadet inherétiam,& adhesionem in ipso per id enim quod ait in me, aliquid super palmites vtilitatis innuitur, quandoquidem palmes non sit in vite, sed ex altera tantum parte coniunctus viti, per id igitur quod ait, qui manet in me, iam apertè totum palmitem suum Christus continet, vt simus toti in toto Christo, nihilq; sit in nobis, aut à nobis, quod non sit in Christo, hinc Apost. ait; Siue morimur, siue uiuimus domini sumus, & iterum, siue manducatis, siue bibitis, omnia in gloB riam Christi facite. Rom. 8.

Quia sine me nihil potestis facere. Plerunque aliqui suiipsius iudices effecti multum credunt, quod minimum faciunt, ut autem omne, quod facimus, siue maximum, siue minimum fuerit, unde ueniat dignoscamus, ait; Sine me nihil &c. Imò nec sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 1.Cor.10.

Siquis in me non manserit mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent. De agricola mentionem faciens superius, tantum de purgatione palmitum, & de ablatione inutilium à uiC te, uerbum protulit, sed ne tibi parum uideatur malum incurrisse propter recisionem, & separationem à uite, quod implicite intelligendum erat hoc expressius deprompsit, dum ait.

Siquis in me non manserit, &c. In ignem mittet, & & ardet, nam tantò despectibiliora sunt extra uitem sarmenta, quantò uberiora, & honorabiliora, dum manent in uite, horum alterum conuenit palmiti, aut inhesio ad uitem, aut iniectio ad ignem, salus palmitum ipsa uitis, uita palmitum ipsa uitis, si procul à uite, procul es à uita, procul à salute, longè enim à peccatoribus salus, nihil enim quod est contra salutem possunt uelle, D qui sunt in saluatore, quid est autem, quod ait (multos insinuans collectores) colligent eum, & in ignem mittent? Nisi quia non est uoluntatis Dei, ut moriatur impius, sed ut potius conuertatur, & uiuat. Dum enim propositam gehennę parabolam aliàs haberet, hanc præparatam ostendit non hominibus, sed diabolo, & angelis eius, ecce igitur, qui te colligunt, ecce qui te rapiunt, attende messores, seu collectores, nam & illud granum, quod supra petram cecidit, uolucres ex seipsis rapiunt, Domino non prohibente, sed permittente, & ouis illa, quæ uagatur errabunda, ut quæratur à pastore, nè uoretur efflagitat, perditio tua ex te, à mę tantum auxilium tuum. Viget ĩ vite vita nostra.

Siquis in me non manserit, &c. Audiant hoc, qui se E ab Ecclesia diuisos agnoscunt, audiãt, qui Ecclesiæ scindunt unitatem, audiant (inquam) omnes hæretici, & nouatores, quorum non est una fides, unus Christus, unum baptisma, quomodo plures palmites in una uite, si idipsum non dicimus omnes, nonne diuidimus Christum, seu potius diuidimur à Christo? Ecce quę ethnicum,& publicanum habere iuberis, eum uidelicet, qui Ecclesiam audire contemnit, illiq; parere despicit, hinc Apost. Hæreticum (ait) hominem post primam,& secundam admonitionem deuita, sciens quoniam subuersus est, suoque proprio relictus iudicio. Diuidunt Christum Hæretici, & Ecclesię vnitatem. Tit. 3.

Quam aũt pœnã luent, conuentionem iam audistis: In

Comburuntur meritò Heretici,& oës ab Ecclesiæ vnitate remoti.

In ignem (inquit) mittent, & ardet, iam enim, qui non credit iudicatus est, iam sancitum est, sententiæ locus patuit, comburendi sunt hæretici, & qui separati sunt ab vnitate fidei, qui Ecclesiam contemnunt, diuina est prolata sententia, non tantum humana executio, potius est diuinæ sentétiæ initium, & protestatio eius exustionis æternæ, cui addicti sunt omnes præcisi palmites, & à corpore Ecclesiæ separati.

Hinc non in futuro ardebit, sed in præsenti loquitur ardet, torquebit enim non consumabit, illud tantum occurrit in suffragium istorum aridorum, abscissorumque palmitum, vt possint adhuc Ecclesiam audire, & incorporari viti. Verùm & hoc vnum valde difficile, & tanquam impossibile ostendit Apostolus. Impossibile (inquit) est, eos qui semel sunt illuminati gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus Sancti, & gustauerunt bonum Dei verbum, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam. Hoc (inquam) difficillimum, quia nedum est peccatum heresis, sed pœna peccati, absit tamen viatori, vt interclusa sit via salutis.

Hebr. 6.

Difficillimè côuertütur, qui semel fidê Catholicã abnegarunt.

Auertatur igitur factus confusus, resipiscat, & pulsando perseueret, licet regnum Cœlorum vim patiatur ab illis, quia violenti rapient illud & arescet ex carentia humoris, arent virgulta omnia, animæ autem suum habent humorem de rore cœli, & de pinguedine terræ, quæ enim non irroratur gratia cœlesti, qui palmes non est particeps liquoris cęlestis illius vitis Christi arescat, oportet, arida est ipsa terra nostra inanis, & vacua nihil prorsus ad æternam salutem producens sine merito Christi, sine madefactione sanguinis Christi, si omnes esca sunt ignis cibus voracis æternæque flammæ.

In ignem mittent, & ardet. Sunt qui contendunt, quomodo possit torqueri ab igne anima, cum hæc sit spiritus, ille corpus, sed nonne dæmones subiacent incendio, qui tamen nobilioris sunt essentiæ, & spiritualioris, siue simplicioris naturæ. Iam enim nulla inter catholicos versatur controuersia de veritate rei, sed de modo, quomodo videlicet patiatur, & qua virtute agat in animam ignis, an naturali, an supranaturali, siue anima ipsa sit pro culpa demeritorum, subiecta inferiori potentiæ, & infirmiori agenti, quæ subordinationi rebellans, inordinationi effecta est subiecta: Iusto enim Dei iudicio, per quæ quis peccat, per id & torquetur, creaturæ enim indebite amando adherens anima, à Dei obedientia rebellauit. Ideo & natura creata ab igne, & cœteris offendi potest, & debet.

Qũo anima torqueri possit ab igne.

Placuit autem efficacissimo agenti tradendam esse animam rebellem, vt suæ rebellionis congruas luat pœnas; nec enim ignoramus, ignem illum diuinæ instrumentum esse iustitiæ. Ab eo enim solo torquetur, cui est diuino iudicio alligata; Sunt qui dicant sola alligatione torqueri, dum se anima à re apta torqueri alligatam cernens, seipsam ex sola torqueat, cui dicto occurrit, quod veritas inquit, & ardet. In ignem namq; mittere, hoc est igni alligari, ardere autem est pati realiter ab ipso igne.

Diuinę iustitiæ istrumentũ est ignis.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. Parua litteræ commutatio ab his, quæ supra dixerat: Manete in me, & ego in vobis, verùm & necessaria explicatio dictorum, vt sciamus Christum per fidem habitare in

F cordibus nostris, qui fidem suscipit, Christum suscipit, qui verbum retinet Christi, verbum Christum retinet, minimè tamen vacuum, aut inane est Christi verbum, sed fructuosum, & operatiuum, nam fides sine opere mortua dicitur, nec viuentis Christi argumentum, vnde mox addidit, & verba mea in vobis manserint, quia manere in Christo hoc facit homo per fidem, verba autem Christi in nobis manere, hoc est ipsa fidei operatio. Non igitur satis est homini primum, idest credere, sed necessarium est copulatiuum additum, idest operari, quid est autem manere in nobis verba Christi, nisi semper Christi parere mandatis? vt nihil aliquando contra mandata Christi nos operari contingat.

G Huius autem inuiolabilis obseruantiæ non parui momenti fructum arbitreris, sed in hoc vno accipe, quod totum appetere potes quodcunq; volueritis (ait) petetis, & fiet vobis, Magnifica promissio, generos⁹ fructus, coagitata mensura in sinum fidelium, illud tantum aduerte, nè aliquid petas nesciës, quid petas, aut aliquid malè petas per colligationë, & inuicem mansionem, illud à vite expectandum, quod ad vitem pertinet, & in vite continetur, qui igitur extolli cupis, an ab humili extollentiam postulas? qui ditari conaris, quid à paupere, & egeno diuitias exposcis? qui carnalia concupiscis, quomodo petis expertem carnalitatis? Hoc non

Grãdis est & summè magnifica illa promissio.

H te licet petere, quod non te licet accipere, posce quæ debes, & possidebis, quæ voles; Nihil quod est extra salutem efflagites à Saluatore.

Fiet vobis. Non absolutè fieri totum, quod à iustis petitur promittit, sed petentibus petitionis meritum rependetur, & oratio eorum in sinu ipsorum conuertetur, quæ licet vacua interdum remanere videatur, dum ex demeriti obice, & indispositione eorum pro quibus oratur nullum suffragium præstare dignoscatur, minimè tamen cassi, & infructuosi, seu inanes esse poterunt orantium actus charitatis.

Nunquã è ifructuosa oratio.

I *In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plus afferatis, & efficiamini mei discipuli*. Absit vt claritatem, & gloriam patri acquirere nos arbitremur. Apud homines clarificari potest, dum illuminatis infidelibus, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent abscondita fidei mysteria innotescunt, de quibus dicitur: Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, &c.

Isa. 50.

Nulla hic indigentiã maiestatis diuinæ, sed vtilitas, & profectus capacitatis humanæ, cùm enim nos honoramus Deum, cumque pro posse collaudamus, clarificari, & honorari in nobis non se dicitur, ecce fructum, ecce manipulos nostros bonarum operationum laudis actionis gratiarum, timoris, castitatis, obedientiæ, & fructus pœnitentiæ dignos, sunt & alij fructus iustorũ,

K videlicet, qu b⁹ vberior efficitur Ecclesia, additur enim merces operi, his fructibus pro satisfactione ditantur pauperiores, esto enim meritum vnius, minime alterius effici possit meritum, potest tamẽ superabundans satisfactio, imò quælibet satisfactio alteri applicari, siue ab authore, siue à dispensatore.

Quãuis vnius meritũ alterius eẽ nõ possit, ex sup abundanti tñ merito. tia alicui⁹ satisfactio ne potest alteri satis fieri.

Vt fructum plus afferatis, &c. Vbi plura talenta exposita ibi & copiosior talentorum expectatur fructus, nam aliquibus unum exhibitum fuit talentũ, alijs duo, alijs verò quinque, vnum talentum habuit homo ante peccatum, innocentiæ videlicet, sed illud inaniter accepit, dum abscondendo sepeliuit, & perdidit, & suæ

naturalis

naturalis legis vſque ad diluuium perſeuerare lumine permiſſus fuit, vnde vnus ſolus videlicet Noe cum hæreditate ſua ſalutis archam ingredi meruit. Duo autem talenta ſubſequenti populo tradita fuerunt, quando duarum tabularum præcepta in Deum, & proximum medio Moyſe fuerũt exhibita, quorum ex Patriarchis, & Prophetis, ac pluribus ex illo Iſraelitico populo adaucti fuerunt. At quod attulit Chriſtus ad hoc refertur, quid ait.

Vt fructum plus afferatis, &c. Cum abundantiorem nos oporteat habere iuſtitiam pluſquam ſcribarum, & Phariſæorum, oportet à quinque talentis, quinque talenta in fructum rependere, eaque creditori fideliter exhibere. In Euangelica autem lege gratiæ, quinque partita cõceſſa eſt Apoſtolis, vt fructum plus cœteris afferrent, dum toti mundo Euangelium prædicaturi, ituri eſſent, mittente eos Chriſto, ſunt autem hæ quinque gratiæ partes ſapientia, ſanctitas, diſcretio, miraculorum operatio, & efficacia. Ex his qualis vbertas fructuum aucta fuerit per Apoſtolos, ex ſingulis mundi partibus accepimus, quibus ſic ſuccedentibus, clarificatus eſt æternus pater reſonante in omni loco, & in ſingulis terræ partibus nominis eius gloria.

Quæ ſint illa quinq; talẽta, q̃ à Deo dãtur nobis diſpenſanda

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Aeternaliter Chriſtum dilexit pater, & qui coeternus eſt patri æternaliter dilexit nos, ad bona nos æterna æternaliter ordinauit; quos ante mundi conſtitutionem elegit. Ecce igitur, quomodo non prius nos dileximus eum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos; Occulatius hic eſt aduertendum ex aduerbio (ſicut) quandoquidem non vulgaris, aut popularis ſit hic amandi modus, & Dei ad Chriſtum, & Chriſti ad nos.

In ſua adhuc maieſtate in ſuo throno celſitudinis collocatus ad dexterã patris Chriſtus immortalis omnipotens, vt pater, glorioſus omni decoratus ſublimitate ab Angelis æqualiter adoratus, &c. Summe ſemper dilectus fuit à patre cum ſola inuidia, & ambitio poſſit inter Angelos, & homines parare diſſidia, ita vt patrem à filio, filium à patre, fratrem à fratre, ab amico amicum diuidere, & in controuerſiam ponere poſſit. Abſint hæc à maieſtate, à celſitudine, à ſanctitate vnicæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Ambitione, & inuidia cauſantur cuncta diſſidia.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Nè dum pater me amauit glorioſum, nè dum dilexit me diuitẽ, me Angelorum caterua ſtipatum in cœlo dominantem attingentem omnia à fine vſque ad finem fortiter, &c. Verùm dilexit me in forma ſerui exiſtentem, me ægenum factum, me inglorium non habentem ſpeciem, neque decorem, me rabida ſatellitum caterua preſſũ, me funibus ligatum, colaphis cœſum, ſputis obrutum, ſpinis coronatum, morti adiudicatum, in Cruce pendentem, & functum vita. Hic eſt diuinus amor patris in filium, & filij in ſuos perfecta dilectio, quam neſciũt homines, quam mundus ignorat, dum præſentiam amat, decoratum extollit diligit proſperitatem, ſequitur diuitias, &c. Nec poſt mortem memorantur amici.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Omnia ſua bona mihi communicauit pater, ad illud met ſupremum bonum, ad beatitudinem, & mẽſam vocaui vos, vt omnium bonorum meorum participes efficiamini, ſicut pater me participem ſuorum bonorum fecit: hinc Apoſtolus ait; Omnia veſtra ſunt, ſiue mors, ſiue vita, *1. Corin. 3*

A ſiue præſentia, ſiue futura, omnia enim veſtra ſunt (inquit) Vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei. Vnde ait & alibi Chriſtus: Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibabis ſuper menſam meam in regno meo; Inſuper pater totam ſuam ſubſtantiam dedit filio, & filius totam ſuam nobis eſt impertitus in Euchariſtiæ Sacramento. *Luc. 22.*

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Non me dilexit pater auferendo à me mundi incommoda tribulationes, perſecutiones, flagella, deriſiones, aduerſitates, & mortem, imò his me voluit abundare, &c. Pariformiter ego dilexi eodem modo, & eadem dilectione vos, nè arbitremini dandos oblectationibus proſperitatibus, & quibuſuis illecebris. Hinc Iacobus ait in Epiſtola: Omne gaudium extimate fratres, cum in diuerſas tentationes incideritis. B *Cap. 1.*

Manete in dilectione mea, &c. Repentè nobis efficitur amicus Chriſtus, qui etiam cum eius eſſemus inimici dilexit nos, & tradidit ſeipſum pro nobis. Vide quàm repentè reconcilietur nobis. In qua hora peccator ingemuerit, omnium eius iniquitatum non recordabor, & qui tam pronus ad neceſſitudinem noſtram anhelat, diuelli ab ipſa protinus abhorret, quapropter non ſolum, vt in eius nos dilectione maneamus hortatur, verùm ſingularem modum, per quem perſeueremus expreſſit: Si feceritis (inquit) quæ ego præcipio vobis, in mea dilectione manebitis, qui nempè amat illum, odire debet quod odit ille, & amare quidquid amat ille, commune enim eſt omnibus elogium, quod qui amat me, amat & canem meum, conquereris de amico, imò & de filio, qui cum inimico tuo familiariter agit, & ægre fers ſi ſecum colloquatur exprobras, & indignatione concitus vis exhereditare ipſum, quia inquis; amicus eſt inimicis meis, quotidie in eorum partes trahitur, ideo de filio inimicum mihi conſtituit. *Ezec. 18.* C

Qui verè ſuũ amat amicum, amici amat amicos.

Attende ergo (inquit Auguſtinus) Diligis Chriſtũ, inimica eſt ſibi ſuperbia, inimica eſt ſibi auaritia, quare tu loqueris cum illis, imò plus dicam, quare tu ſeruis, & obtemperas illis. Nam multa iubet Chriſtus, & nõ facis; Iubet ſuperbia, iubet auaritia, & facis; Iubet Chriſtus, vt dimittas proximo, & reconcilieris ſibi, diligaſq; illum, iubet ſuperbia, vt ſæuias, & vindicas, iubet Chriſtus, vt paſcas famelicum, veſtiaſque nudum, iubet auaritia, vt facias fraudem, pœneſque te retineas alienum, hæc mauis facere, quæ inimici Chriſti iubent, quàm quæ Chriſtus. D *Auguſ. in Pſal. 96.*

Audiant, qui dicunt ſe diligere Chriſtum: Qui diligitis dominum odite malum. Reſponde (inquit Auguſtinus) Quare Chriſtianus es? Propter æternam hæreditatem, an propter terrenam fœlicitatem? Interroga fidem tuam, reduc in foro conſcientiæ animam tuã: Torque teipſum timore iudicij, & eius cui obediſti, potius quam Chriſti te ſeruum reperies, & quare amas habere, quod Chriſtus; ſi pati recuſas, vt Chriſtus; Venit ille ferre vitam tuam temporalem infirmam obnoxiam morti. Certè timeres mori, ſi poſſes non mori, quod per naturam euitare non potes, quare conſequi per fidem non optas? Si præcepta (inquit) mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea, tanquam apertè dicat, tunc concordes erimus, nec diſſentiemus, ſed conueniemus, quamdiu meis mandatis obtemperaueritis. *Pſal. 96.* E

Nihil

Nihil nostræ officiet necessitudini, nullo disiungi poterimus obstaculo, non mors, non periculum, non gladius, nulla instantia, nulla fortitudo, creatura nulla nos separare poterit, sola mandatorum meorum obseruantia indissolubili nos vinculo confirmabit, quibus non obseruatis discordes protinus efficimur, & inuicem dissentimus. Iam tibi placebunt, quæ mihi displicent, ab amicitiæ legibus diuagaris, & fœdera conuentionis nostræ disrumpis. Voco non respondes, iubeo vilipédis, monita mea spernis, & ab amicitia mea retrocedis, Quamdiu (inquit Augustinus) tua non cófiteris peccata, quodammodo cum Deo rixaris, quomodo cum illo non litigas, qui quod sibi displicet laudas?

Augus. in Psal. 74.

Punit ille furem, tu laudas furtum, punit ebriosum, tu laudas ebrietatem, detestatur dolum, tu de dolositate gloriaris, nonne si sic agis cum Deo rixaris? Incipite adiungi Deo, vt & tibi placeat, quod placet iam illi tibi amico displiceatque tibi, quod displicet ipsi Deo displicet sibi tua vita mala, si placet tibi disiungeris ab illo, ipse sibi similem diligit cum similitudo causa sit amoris, & cui efficieris dissimilis frangis vincula amoris, vide ex quanta parte dissimilis es, quando illi per dissimilitudinem displices.

Similitudo est causa amoris.

Ad hoc etiam diuus nos hortatur Apostol⁹, qui ait; Non regnet, fratres, peccatum in vestro mortali corpore, quid est non regnet? nisi non dominetur vobis, vt obediatis concupiscentijs eius? Hoc ipsum sic exposuit Apostolus, quasi patenter dicat, scio desideria, scio legem in nobis manentem repugnantem legi mentis nostræ, non obediamus illis, non consentiamus, nec sequamur illa, mente seruiamus legi Dei, licet carne legi peccati, indomita est caro, & effrenata, cuius petulantiam ex inde refrenamus, si mente legi diuinæ inseruiamus, eiusque mandata seruemus.

Rom. 6.

Attendite, quàm nobis prosit amicitia cum Christo, quæ semper multum omnibus profuit, quæ autem hominis cum homine ad quam sæpius anhelamus, acquiritur amicitia, plerunque non prodest, sed obest. Inquit enim Augustinus. Multi sunt, qui non periclitabantur, antequam maioribus iungerentur, exoptarunt maiorum amicitias, vt maiora incurrerent pericula; quieti in propria domo viuebant, & in domo aliena conuersantur, vt aliorũ patrocinio confundantur, securus opta amicitiam Christi, noli amorem tuum alibi quã in ipso collocare, melius est sperare in Domino, quàm sperare in principibus, securius tibi confidere in Domino, quàm confidere in homine, noli nec te ipsum amare, cum enim inceperis oblectari, de aliquo temporali, vide quomodo ab amicitia Christi iam iam incipias separari.

Augus. in Psal. 31.

Audi amatorem, Adhesit (inquit Propheta) Anima mea post te, nascatur & in nobis affectus, qui si iam germinat, compleatur, & crescat (inquit Augustinus) perueniat ad tale robur, vt pariter veraciter dicat: Adhesit anima mea post te, vox est amantis, sitientis, & desiderantis, quod autem huius adhesionis sit gluten (inquit ille) gluten istud, charitas est, hanc habeas, & adhærebis, aglutinaberis, non tamen cum Deo, sed post Deum, vt præcedat ille, tu verò sequaris.

Psal. 62.

Manete in dilectione mea, &c. Vtramque dilectionem complectitur, & eam videlicet, qua ipsum diligimus, & eam qua nos ipse diligit, cum neutra existere F sine nobis possit: esto enim prior ipse nos diligat, suaque nos benignitate præueniat, minimè tamen in eius persistere possumus dilectione, nobis non manentibus in ea, quam elargitus est nobis charitatem. Manere hoc est præcipuum in dilectione, quandoquidé nunquam excidit charitas, nisi ab ea recedentibus nobis, vnum etiam illud aduertendum est, quod ait, Mea. Audiuimus enim eundem Iesum aliàs dixisse in duobus præceptis, dilectionis videlicet Dei, & proximi, totam pendere legem, & prophetas, quod vnica hac complexus est voce, Mea, qui enim Deus, & homo est Chri- G stus, vnam duorum præceptorum iunxit obseruantiam, amando Iesum, amamus Deum, amamus & proximũ, quia Deus, & homo ipse est Iesus.

Manete in dilectione mea, &c. Meum quidem est velle diligere, vestrum autem in dilectione manere, exhibeo quod meum est, & multis ostendi argumentis, me vos summè diligere. Agite quod vestrum est, in ea vos conseruate dilectione, sed quid est in dilectione manere, nisi in gratia perseuerare? quid est à dilectione non decidere, nisi in peccata non prolabi? Vnde optimè subsequitur.

H *Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea.* Tanquàm insinuet, quod tamdiu in eius dilectione manemus, quamdiu ipsius mandatis paremus, nam ab eodem est obseruatio, & in obseruatione perseueratio, à charitate (inquã) & dilectione, iuxta quod scriptum est, qui diligit proximum, legem impleuit, sed quid est, quod dicitur: Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea, nisi quod & peripatheticè dicimus, operationem habitum perficere, ipsumq; roborare? Nam charitatis opera maioré passim, & perfectiorem adaugent charitatem, maius & efficacius meritum cumulant, & ad potiora disponunt.

Operatio perficit habitum.

I *Sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in dilectione eius.* Quibus sic se subscripsit Apostolus, idem indicens nobis: Estote imitatores Christi, sicut filij carissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus.

Ephes. 5.

Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Nè aliquis malè affectus, eam, quam suis exposuit dilectionem Christus perperam arbitretur in sui ipsius obsequium, aut commodum persuasum fuisse pleno iudicio occurrit. Hæc (inquiens) locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, quasi dicat, gaudium vtique meum est, vos K dilectores mei esse, gaudij autem vtilitas non in me, sed in vobis est, & hæc est prima dictorũ intelligentia.

Secunda, vt gaudium meum, quod in vobis est permaneat, & æternaliter, ac indeficienter sit, idest gaudiũ, quod de mea dilectione vobis pluribus verbis, & argumentis exposita in animo concepistis, & quęcunque corde percepistis. In vobis sit, imò & augeatur, donec gaudium vestrum impleatur.

Tertia, vt vnum sit gaudium, quod meum est, & vestrum, quod ad patris dilectionem, & gloriam spectat.

Quarta, vt illis vos in rebus gaudeatis, in quibus me gaudere dignouistis, in adimpletione volũtatis diuinæ, & in saluatione generis humani, nunquam .n. exultasse dicitur Christus, præter in his duobus.

In duobus maxiè exultauit & gausus est Christus.

Quinta,

Quinta, vt gaudium meum, quod speciale, & meritorium est, nullo sæculi oblectamento auertatur, & refrigescat, vnde Apostolus: Gaudete in Domino semper, &c.

Philip. 4.

Sexta, nè à pressuris sæculi gaudium vestrum impediatur, sicut me ad subeunda tormenta, & ludibria, ipsamq; mortem lætum accingi conspicitis.

Septima, in hoc gaudeo ego, quod me à patre diligi conspicio, ideo hoc vno gaudio vos gaudere oportet, qui vos ab eodé diligi intellexistis: eo enim maius dilectionis gaudium, quo præstantior potentior munificentior est, qui nos infimos, & imbecilles diligit.

Quod sit gaudium, quod filius habet à patre.

Octaua, quid est, vt gaudium meum in vobis, quam apertè dicere, vt Deus in vobis sit? Nullum enim aliud gaudium à patre habet filius; sic enim, & supra dixerat veniemus, & mansionem faciemus.

Nona, quid est gaudium in nobis esse, nisi interius conscientiæ oblectamento frui, exterioribus illecebris nullis illecti? Sic enim, & alibi protestatus est, Omnis (inquit) gloria eius.

Decima vt gaudium meum in vobis sit. i. vt totius. Gaudij mei participes, & consortes efficiamini, vnde subditur; Gaudium vestrum impleatur. Meum quippè impletum est, perfectum est, qui enim viator sum, sum & comprehensor, vestrum autem nondum completum est, nondum perfectum, quia nõdum euacuatum est, quod imperfectũ est, spe.n gaudentes estis, cæterum in mundo pressuram habebitis, vos contristabimini, mundus gaudebit, flebitis vos, &c. Sed tristitia vestra conuertetur in gaudiũ, quid est impleri gaudiũ, nisi optatũ assequi bonũ? Reposita (inquit ille sanctus) est hæc spes mea in sinu meo, & Proph. Desideriũ eorũ attulit eis, & non sunt fraudati à desiderio suo.

Iob 19.
Psal. 26.

Et gaudium vestrum impleatur, &c. Vnum est gaudium continens omne gaudium, vna fœlicitas, qu omnem complectitur fœlicitatem, de qua Proph. Vnã petij à domino hanc requiram, vt inhabitem, &c. Hinc militans hæc Ecclesia, in qua adhuc pugiles sumus, vt omne triumphantis supernæ Ecclesiæ, cuius emulatrix sancta existit interdum, maximè in præcipuis solemnitatibus licita, & congrua emulatur offerre oblectaméta quibus vnum illud supremum, & perfectum beatorũ gaudium præseferat, dum.n. & melodiæ vocum, ac indũ strumentorum aures oblectãtur audiẽtium, dum thure & incenso nares, siue olfatum suauibus odoribus oblectamus, dum auro, argento, sericis, & multa ad visum componimus, & obijciendo proponimus, dum oscula pacis offerrimus, dum tandem gustui pia charitate lautius aliquid porrigimus, nonne hæc omnia, vt vnum illud perfectum gaudium protestemur adijcimus, & copulamus, prætermissis cæteris in singulis Ecclesiæ ritibus sanctis, ac pijs necessitudinibus, & congruis significationibus, quorum ignari omnino sunt detractores, non aliter, quam vt Iudæ illius emulatores, qui aduersus pium, ac sanctum illius Magdalenæ vnctionis officium, non sine etiam ipsius Christi offensa murmurantes conqueruntur, tanquam de perditione eorum operum, quæ in obsequium, & honorem Christi, & sanctorum offeruntur.

Psal. 26.
Omnium gaudiorũ gaudiũ est beatorum summa fœlicitas.
Cantuũ & sacrarũ laudũ rit° apprimè laudabilis est quo præcipuis maximè solẽnitatib° lętabunda mater Ecclesia canori solet organi voce meloda concrepare.

Et gaudium vestrum impleatur, &c. Attende decursum totius sermonis Christi, qua ratione viti supra se assimilari maluerit: Hæc (inquit) locutus sum vo- A bis, vt gaudium meum in vobis sit, nam ad hoc producit palmites ipsa vitis, vt suum in ipsos infundat liquorem, vt participes ipsi fiant eorum bonorum, qui à vita fluunt, sine qua nihil possunt facere, aut ad nihilum valent vltra, nisi vt mittantur foras, arescant, & igni tradantur, maximum est gaudium, summa videlicet vtilitas palmitibus in vite esse, verùm maior est fidelibus esse cum Christo, cuius rei causa dissolui cupit Apostolus, & esse cum illo, hæc plenitudo gaudij, summa ista est fœlicitas, in qua omne impletur gaudium, nec iniuria, qui enim implere vasa sua aqua cupiunt, ad fontem accedant oportet, qui sitim extinguere concupiscunt ad puteum recurrant, qui ditari omni the- B sauro exoptat, eum adeant.

Et gaudium vestrum impleatur, &c. Accipe ex his nullibi impleri posse gaudium præter in Christo. Accipe, & omne aliud gaudium, à gaudio quod est in Christo imperfectum, & defectiuum esse, nonne in assecutione humanorum gaudiorum defectus, & lassitudo? Si Sardanapolus, aut epicurus adest, nonne plures occidit gula, quàm gladius? si diues & præpotens, nonne crescit amor nummi, quantum pecunia crescit? & vbi multæ sunt diuitiæ, & multi sunt, qui deuorant eas? si carnalium voluptatum operam dant C Turcæ, & voluptuosi, nonne ipsis testibus, comparatur homo iumentis, & similis efficitur illis? si scientiam possides, nonne (teste Ecclesiastico) Qui addit scientiam addit, & laborem? nonne charitas ipsa est, quæ ædificat, & ipsa littera occidit? Igitur inquietũ est Domine cor nostrum, donec requiescat in te, & satiabor nusquam, nisi cum apparuerit gloria tua.

Omne humanũ gaudiũ impfectissimũ ẽ.
Cap. 1.

Hoc est præceptum meum, &c. Moyses centena, & sexcentena præcepta tradidit, & quidem iugum, quod nec vos, nec patres vestri facile portare potestatis, ego verò qui vobis non timoris, sed dilectionis iugum, vt facile sit, & onus leue imponam omnia in dilectione proximi concludo, & cum omne D simile suum diligat simile vosque adinuicem diligendum natura compellat nihil est, quod recalcitretis, tam suaui, & leui iugo.

Plurima Moysis fuere præcepta, & grauissima.

Hoc est præceptum meum, &c. Erat & illud, quod in tabula descriptum erat lapidea, quod & per Moysen datum fuit populo, verùm & exhibitione facio, vt meum sit, meo proprio traditum ore, mea oretenus iussione præceptum, lapideis illud aufero à tabulis, & cordibus carneis vestris imprimo repetendo, & inculcando sæpius, decentius enim, quæ amoris sunt cordibus, q̃ silici inscribũtur, aufero quod lapidei erat, quia vsq; modo cor lapideũ habuistis, oportebat enim verba lapidea cordi lapideo exhiberi, & do vobis cor E tenerum flexibile, & ab obstinatione semotum, quo tenera dilectionis præcepta inscribi & imprimi valeãt, & quidem, quia vnam tantum dilectionis sarcinam cordis nobilitas sufferre potest, ideo vnum tantum uobis dilectionis præceptum impono, & ea omnia, de quibus supra ait: Hæc mando uobis in hoc uno comprehendo, ut diligatis inuicem, nec obiter in plurali supra locutus est: Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem. Nunc in singulari loquitur. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sed apertè nos hinc admonet, hoc unum illa multa continere, & illa multa, in hoc uno comprehendi significat.

Vt diligatis inuicem,&c. Quò hæc q̃ dispono respublica optimè ordinata conseruetur, & nullis dissidijs, præscindi vsque ad consumationem sæculi possit. Illam in charitatis dilectione constituo, cum enim omne regnum in se diuisum dessolari, & corrui oporteat, ego qui Ecclesiæ regnum construo, illud in vnitate, illud in pace, & in dilectione constituo, quod perpetuo manere percopio, nam si inuicem diligatis, quis est à quo timeatis? quomodo corruet, aut confringi poterit, quod nullis patet anfractib⁹, nemini igitur aliquid debeatis, nisi vt inuicem diligatis; dilectione mutua augentur parua, roborantur tenuia, cõsolidantur debilia, & subleuantur ima, ac ditantur egena.

Propterea hæc mando vobis, quod diligatis inuicem, vt augeatur fides, vt dilatetur Ecclesia, vt gaudeatis semper, vt modestia vestra nota sit omnibus hominibus, vt inuidiæ nullus sit locus, & omnis offensionis rixarum, ac cæterorum facinorum abscindantur illecebræ, neminem ab hoc præcepto excipio, sed æqualiter omnibus iubeo, non excipiuntur diuites, quos pauperibus subuenire iubeo, non senes quos suis monitis præsidio esse iunioribus volo, non præsidentes, & præpositos quos sine liuore, aut acceptione personarum, vnicuique ius suum præstate præcipio, non subditos, non pauperes, non seruos, non extraneos excludo, sed omnibus idem dominus omnium præcipio, qui volo omnes expertes fraudis rancoris, & impietatis existere, & ex charitate quoscunq; diligere, neminem fraudare, neminem in negotio circumuenire.

Nemo à dilectione eximitur.

Volo omnes opem ferre indigentibus subuenire ægrotantibus, obsequi iniuriam patientibus, pascere, & potum dare famelicis, & sitientibus: si enim, & Ethnici hoc faciunt, qui oppida, & ciuitates astruunt, vt sibi inuicem mutuò subueniant, vt familiari conuersatione oblectentur, qui fieri poterit, vt hoc inuicem dilectionis præceptum, quod expono, æquo, & læto animo, vos non sæculi, sed mei sectatores non suscipiatis?

Dilectiõis opera.

Quod si naturæ idem patet præceptum esse, qua instruente, & iubente, vnum quodque simile suum diligit simile, ego, & naturæ, & vestrum omnium dominus, qui vos natura similes effeci, & authori naturæ similes effici desidero, non citra, sed vltra naturæ iura, hanc perfectam iubeo dilectionem, qua Deo similes efficiamini, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos, si ad hoc ipsa nos impellit natura, cuius vnum omnium est primum principium, vt quod nobis fieri volumus illud, & cæteris faciamus, & quod nobis ipsis fieri recusamus, & cæteris illud facere renuamus, quomodo arduum, aut difficile cordatis, & bene dispositis animis videri poterit, hoc vnum dilectionis præceptum, & non magis latum mandatum nimis. Iugum suaue, via breuis, iter facile, apertus aditus, eloquium dulce, & deitatem redolens. Adhuc excellentiorem viam vobis ostendo.

Deo similes in dilectione efficimur. *1.Cor.12*

Vt diligatis inuicem, &c. Hanc abiturus Christus solam commendat charitatem, qua suos, & firmos reddat, dicente Apostolo. In charitate firmati, & timoris expertes efficiat. Quoniam perfecta charitas foras mittit timorem. Vt sanctos, & expertes criminis custodiat, quia ipsa est, quæ non agit perperam, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum, non quærit quæ sua sunt, omnia sustinet, omnia sperat, &c. Quibus omnibus indigemus, vt participes Christi simus. Hanc nobis vnam tantum commendat charitatem, qua existente, cum Deo existamus, & ab eo nunquam, aut vi, aut arte diuelli valeamus, secundum quod scriptum est: Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, & quare in Deo manet, qui in charitate manet, nisi quia Deus charitas est? Ideo illud vnum præceptum obseruandum iubeo quo singula supprimuntur peccata. Ipsa namque charitas operit multitudinem peccatorum.

1.Ioan.4. *1.Cor.13* *1.Ioan.4.*

Vt diligatis inuicem,&c. Hoc est illud mandatum, de quo in Epistola sua prima testatus postea est Ioan. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat, & fratrem suũ. Reciprocus est hic dilectionis ordo, vt qui Deum diligimus, diligamus & proximũ, quia si quis dixerit, quod diligit Deum, & fratrem suũ odit mendax est. Insuper & qui proximum charitatis dilectione diligit, Deũ omnino diligat oportet, dicente eodem, Qui nõ diligit fratrem suum, quem videt, Deũ, quem non videt, quomodo potest diligere?

Cap.4. *Ibidem.*

Cum igitur nobis hæc sit via, vt ab his, quæ videmus ad ea, quæ non videmus transeamus per dilectionem proximi viam præbere, ac sternere iter ad Dei cognitionem perueniendum oportet. Igitur principium beatitudinis, & radix ascendens ad æternitatis vitam, est dilectio proximi, cum hæc sit vita æterna cognoscere verum Deum, & quẽ misit Iesum Christum filiũ eius, & ideo idem Apostolus ait ibidem, Qui non diligit, nõ nouit Deum, quia charitas est, & charitas vera dilectio est, suo itaque lumine hoc præceptum charitatis, dum resplendet in proximo, mentes illuminat ad supernæ dilectionis splendorem; Præceptum domini lucidum (inquit Proph.) illuminãs oculos, quia ea charitas, quæ viget in mente, in homine velut, in laterna emicat, & ad diuinitatem, quam redolet inuitat. In charitate radicati, vt possitis comprehendere, &c.

Beatitudinis via certa est ipsa dilectio. *Psal. 18.*

Vt diligatis inuicem, &c. Hic tollitur omni excusationi locus, cum plurimi ad excusandas excusationes in peccatis, à dilectione proximi retrahantur, aut saltem in exequendo torpescant. Illud præstolantes, quod prius, aut minus grati, aut minus potentes, aut certè grauius offendentes, coram ipsis humilientur, & veniam petãt, vt in obsequium ducant, quod sub præcepto habent, non enim inuicem diligit, qui non simul diligit, non inuicem diligit, qui eum, qui se diligit diligere cunctatur, hoc enim est inuicem diligere, alterũ alterius onera portare. Hoc est inuicem diligere, si quis aduersus alterum querelam habet inuicem condonare. Hoc est inuicem diligere, fraterna charitate inuicem animos componere, rixas, & odiosas lites submouere, nemini quodcunque malum inferre.

Non est in mora vera dilectio.

Hæc autem dilectio proximi, vt sit perfecta tribus præcipuè constare debet conditionibus, quibus emularix videatur diuinã illã dilectionẽ in tribus rationib⁹ constitutam, cum itaque dilectio Dei, teste ipso Saluatore: Hoc vnum requirat, vt sit ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente. Ita & Apostolo teste: Finis præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, vtraq; est in corde, vtraq; est in anima, vtraq; est in mẽte, sed hoc tantũ interest, quod quæ Dei

Tria sunt in vera dilectione. *Matt.22.* *1.Thi.1.*

Dilectiõis multiplicis differẽtia, & conuenientia.

Dei est, in toto corde est, in tota anima est, & in tota mente est, quæ autẽ ad proximũ est, non in toto corde, nec in tota anima, nec in tota mẽte est, sed in corde puro, cõsciẽtia bona, & fide non ficta, neque potest quis præterq̃ Deus toto corde diligi, aut tota anima, & tota mente amari, quandoquidem nulla creatura, cordis, & animæ, ac mẽtis nostræ capacitatẽ implere potest, quæ in solo summo bono quietari possunt, semper enim inquietum est cor nostrum, donec quiescat in te, & perueniat ad te, & possideat te summum bonum.

Nihil creatũ põt implere humanam capacitatem.

Cum igitur extra Deum accepta quauis creatura semper maius est bonum, quod non possidetur, quàm quod in illa, aut in illis possidetur. Ad quod cor anima, & mens nostra facilè defertur, & cum bonum illud tantum censetur, quod omnia appetunt, non in aliquo alio, quàm in summo bono cor ipsum totũ dirigitur, & fertur, vt ibi finaliter conquiescat, & ideo nõ iubetur toto corde amari proximus, sed solus Deus in quo consistit beatitudo, q̃ omnium bonorum est status aggregatione perfectus. Iubetur autem amari in corde puro. i. non duplici, sed sincero, nam & sincerum vinum purũ nuncupatur, quod aquæ cõpositione caret. Hæc est radix sancta, & oculus simplex, quod mentiri nescit, væh duplici corde, qui aliud habent intus in animo, aliud habent in ore, vt decipiant insontes, & simplices corde, correspondet cordis puritas illi primę cõditioni dilectionis Dei, in toto corde, vt secundum hoc præceptum, simile sit huic. quod maximum est, & primum, quandoquidem simplicitatem postulat, &c.

Amor fictus.

Altera conditio veræ dilectionis ea est, quæ de conscientia bona est. Cum enim multiplex sit disparitas conscientiarum hominum, vna tantum omnium perfectorum est conscientia, quæ bona dicitur, in qua tanquam in veracissimo testimonio, quod nullam personam, sed solam veritatem respicit Apostolus gloriatur: Gloria nostra hæc est testimonium conscientię nostrę, & alibi: Confidimus enim, quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene conuersari volentes, plerunque inquinatur, per prauam peccandi consuetudinem, qua homo cum in profundum peccatorũ venerit contẽnit, de quo prius valde timebat, & dolebat, & hęc peruersa est, tunc & qui sine conscientia esse dicuntur, ad omne facinus semper promptissimi, de quibus dicitur: Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.

Iustorum oĩũ cõsciẽtia vna est.

2. Corin. 1
Hebr. 13.

Psal. 9.

Haud tamen putandum est, conscientiæ vermem extingui, in impiorum præcordijs, qui nunquã interijt, sed inibi suffocari, & remorsus eius ex praua consuetudine, & duricie cordis paruipendi, est conscientia erronea, qua quidam indiscreto quodam zelo sęuiunt in cęteros, ita vt etiam si occiderent eos, se obsequium præstare Deo arbitrentur, insuper est conscientia, quæ lata dicitur, quam quidam sibi amplam efficiunt, vt pateat aditus ad enormia flagitia, omni & quidem minimo excusationis prætextu, iuxta beneplacitum succedere res sibi faciunt, alijsque suggerunt, vt à rectitudine declinent ementitis quibusdam persuasionibus, hanc detestatur Apostolus ostendens hanc esse hæreticorum proteruiæ germanam, Spiritus manifestè dicit: quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hypocrysi loquẽtium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, idest corruptam, & saniem producentem, prohibentium nubere, idest negantes in Ecclesia matrimonij sacramentum: qui mulieres volebant esse communes asserentes connubia humana imò diabolica esse instituta, & non diuinitus ordinata, & abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his, qui cognoscunt veritatem.

Expertes cõsciẽtię multi reperiũtur hac nostra tempestate miserima.
Cõsciẽtiæ latæ, & erroneæ differentia.

2. Thi 4.
Hæreticorum conscientia.

Dicebant autem, ea ratione carnes non debere à fidelibus comedi, quia dæmonem authorem horum animalium ratione carentium falsa imaginatione arbitrabantur, & vt viderentur austeriores, & cœteris iustiores, quò popularem sibi auram vendicarent, quibus Apostolus occurrit, dum subdit, quia omnis creatura Dei bona est, tanquam diceret, non est à cibis, aut esu carnium abstinendum, quasi ex rebus, quæ natura sua malæ sint, quandoquidem omnis creatura in genere, & ordine suo bona sit, & cuncta, quæ fecit Deus erant valde bona, quod siquis abstinere à cibis, & carne velit ad petulantiam carnis, ad macerationem, & ad pœnitentiam cogitauerit, & operam dederit in ieiunijs multis in abstinentijs, & in vigilijs, hic meritum, hic gratiam, hic laudem apud Deum promeretur, in quibus operam dederunt vtriusque legis antiquæ videlicet, & Euangelicæ præcipui professores, & viri spiritualis disciplinæ amatores.

Ibidem.

Est & alia conscientia in plerisque, quæ scrupulosa dicitur, & est eorũ, qui inangustijs seipsos constituunt, & quibusdam laqueis se inuoluunt, à quibus hinc inde comprimuntur, plerunque hoc mulieribus contingit, quę hebetioris sunt ingenij, & potius ex timiditatis passione profluunt, dum timore timent, vbi non est timor hanc deponere omnino debent, qui seipsos irretiunt, & periti confessoris consilio animum componere, & titubantem mentem solidare, nè suis proprijs laqueis capiantur, & his ligati ad inferna perducantur.

Vide (quæso) q̃ periculosa sit eorũ conscientia, qui adeò scrupulosi sũt, vt i laqueos petulãter icurrãt q̃ suo se pprio gladio iugulare videtur.

Superest & alia piorum, ac timoratorum virorum conscientia, quæ timorata dicitur, est enim hæc, quam amplectuntur, & possident quicunque aut iusti sunt, aut ad iustitiam anhelant, hi sunt, qui sarcinam grauitatis peccati in conscientia sentiunt, cor eorum, quasi mare feruens, fluctibus, & procellis intus agitatur, nec conquiescit, donec euomat, quod continet virus, quò per confessionem, expulso timidior effectus, velut conualescens à morbo vitam cautius ducens, occulatius progreditur, nè recidiuet, & quidem hæc conscientia bona est, quæ peccati inimica est, sed quia secura non est, ideo nec tranquilla est, recogitans domino omnes annos suos, in amaritudine animæ suæ.

Cõsciẽtia bona.

Ea autem vsquequaque bona est, quæ vsquequaque tuta est, ea bona est, quæ nec passione flectitur, nec errore decipitur, ea bona est, quæ nec odio restringitur, nec amore dilatatur, ea bona est, quæ serena est & nil in seipsa patitur turbidi, & immũdi, hic est liber exhibitus vnicuique, in quo registrantur, & credita, & debita, idest, & bona, & mala, quæ aut præmiari, aut puniri debent, de qua dicitur. Et in libro tuo omnes scribentur. In hoc studebat Apostolus inquiens. In hoc ipso studeo, sine offendiculo habere conscientiam bonam, hæc est facies, quam intuetur Deus, vt agnoscat suos, quæ si laruata, aut fœdata fuerit, nos ignorari facit

Act. 24.

Non in sylua, sed in campis syluę cómoratur Christus.

syluæ. Qui in syluis degunt non extra vident, sed quasi solis splendore suffocato per folia obnubilatur. Ideo multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre quæ nos videmus, & non viderunt. Non in sylua, quia nō in folijs, nec in vmbraculis, sed extra prosilijt, cum se exinaniuit, & nostram humanitatem assumpsit. Dicente propheta. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Qui sunt campi syluæ, nisi ciuitates, oppida, plateæ, synagogæ, vbi se Christus ostēdit? Syluam deseruit, quam leonum, & ferarum habitationem inuenit. Quis fuit leo in sylua, de quo per Hieremiam conqueritur. vt supra diximus. Hęreditas mea leo in sylua, nisi impius ille Caiphas cum toto satraparum consilio, qui Christum morti condemnauerunt: Imò & tota Iudæorum turba acclamauerunt. Tolle, tolle, crucifige eum. Et bene de alio impio Iuda, alibi dicitur. Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.

Baruch. 3

Hier. 12.

Psal. 79

Syluani erant qui Christum interimi procurarunt.

Hi sunt qui penitus synagogam interemerunt, dum Christum occiderunt. De sylua erant qui Christum ligno crucis affigi curauerunt. An non in sylua crucifixus, vt qui & in ligno, & inter ligna suspensus cernit? Et tamen Christus de sylua lignū elegit, per quod nos redimeret, qui in mūdum venerat, ut peccatores saluos faceret. extraxit à sylua, & posuit in campis syluæ, dicē te proph. Quasi in sylua lignorum securibus exciderāt ianuas eius in idipsum. Hanc sumptam de sylua crucē Christus sumendam nobis instituit. Quia dum in hoc mundo sumus, non alibi, quā in sylua sumus. Terra.n. prius paradisus voluptatis erat; quæ postea in syluā maledictione Domini tunc conuersa fuit. Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi, &c.

Psal. 73

Paradysus voluptatis in syluam est Domini maledictione cōuersus.

Quos Christus elegit de mundo, elegit de sylua. Dicente proph. Meæ sunt omnes ferę syluarum. Quia de feris oues, & de lupis agnos efficit. Igitur non in sylua, aut syluis, sed in campis syluæ, quia in mundi medio cō stituti corporaliter sumus, licet conuersatione spūs, in cęlum ascendamus. Ligna syluarum erant, sed in meliorem fortè mutati inserti sunt veluti in oliua oleastri, & frugiferi effecti sunt, in campis syluæ plantati, quorum optimus quis sit agricola cęlestis pater & non alius, audiuimus. Tunc (inquit) exultabūt omnia ligna syluasū. Agricola conueniente, quoniam venit, non eradicare, non penitus succidere frugiferos, sed purgare & putare, vt fertiliores effecti, fructum plus afferant. Audi secantem agricolam. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Audi putantem. Si manus tua, aut pes tuus scandalizat te, abscinde eos, & proijce abs te. Audi & vberiorem arboris fructum. Melius est tibi vnum oculum habētem intrare in vitam æternā, quàm duos oculos, duas manus, & duos pedes habentē mitti in gehennam ignis. Audi & alium arborem putantem. Si uis perfectus esse, vade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cęlo, & ueni, & sequere me.

Psal. 49

Psal. 95

Matt. 5.

Ibidem.

Luc. 18.

Hinc rogabat Augustinus. Hìc ure, hìc seca domine, ut in æternum parcas Hinc plerunq; orbantur filijs parentes, ne vtriq; damnētur. Hinc pupilli, hinc viduę, & qui abundant panibus, in egestate decurrunt. Hinc infirmi & pressuris uallati, quò salutis munera facilius consequantur; Scientes (cū apostolo.) Quoniam uirtus in infirmitate perficitur. Et cum infirmor, tunc fortior

1. Cor. 12

F sum. Putantur multi, qui utrisq; bonis, naturæ, & fortunæ priuantur: sed ad agricolam non aduertunt; quapropter ad ubriorem frugem non augentur. Ideo prępotens ille agricola ad hos exterminādos palmites qui fructus non afferunt conuertitur, dum subditur.

Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & in ignem mittet. & c. Attende quomodo sola sterilitas condemnetur, sola fructuum improductio reprehendatur, nam & in iudicio condemnabuntur, qui bona opera non fuerint operati, quæso autem si sola ociositas in causam damnationis vtrobique adducitur, quid vlterius est differendum, de malis operationibus, de producentibus spinas? de botris amarissimis? de vuā G fellis germinantibus? quorum fel draconum vinum eorum? &c. Hæc omnia per hoc quod dicitur, in me intelliguntur, extra Iesum nihil ad salutem, extra Saluatorem omnia contra salutem, & totum quod non est ex fide peccatum est, & qui non est mecum contra me est. Ideo in singulari de fructu locutus est, quia omnes fructus sunt vnus fidei viuæ fructus.

Pluralitas vero ac diuersitas fructuum, attenditur penes palmitum diuersas dispositiones, fructus peccatorum est ipsius pœnitentiæ fructus de quo dr. Facite fructus dignos pœnitentiæ, & sicut exhibuimus mem- H bra nostra seruire immunditiæ, & iniquitati. Ita exhibeamus ea seruire munditiæ in sanctificationem, vt soluti à lege mortis, in qua detinebamur non fructificemus morti, sed vt (inquit Apostolus) fratres mei mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, & fructificetis Deo, qui autem palmes censetur bonus, is est tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit tempore suo. Sunt autem spiritus, fructus, charitas, gaudium, pax, patientia, castitas. Hæc enim tempore suo, idest, iuxta opportunitatem fructificare iubemur, si palmes es, an non fructificabis eleemosinarum productione, I an non de fructu labiorum tuorum orationes, gratiarū actiones, exhortationes pro temporis congruentia produces? fructus iustitiæ est dominorum, fructus obedientiæ subditorum &c. Fructus tribulatorum est in patientia nostra, possidere animas nostras, fructus consolatorum est gratiarum actio, ei qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Fructuum diuersitas penès palmitum dispositiōes attēditur.

Matt. 3.

Rom. 7.

Gal. 6.

Omnem palmitem in me. &c. Attendat qui tantum nudæ mortuæque fidei tribuunt, qua sola saluari homines contendunt, si per fidem Christo iungimur & vlterius nil ad salutem operamur, quomodo qui in Christo est palmes abscindi sua infructificatione dicitur, K qui ex operum sterilitate non virescit dum Christo hęsit?

Tollet eum. Infructuosus palmes inutilis est ad omne aliud perficiendum, quàm ut igne consumatur, sed quid est à Christo tollere, quàm in ignem mittere? Hinc animaduertant destructores veritatis, quomodo nedum boni & fructuosi palmites, sed infructuosi aridi, seu mortui vniantur Christo per fidem, & quod non ea solum saluari poterunt, sunt enim qui sibi Ecclesiam quandam fingant inuisibilem, ecce tantum iustos inesse volunt, ita ut vbinam esset hæc conficta ab ipsis ecclesia, nullatenus intelligamus, cui nec parere mandatis, nec prodere ethnicos omnino possimus, sunt in ecclesia,

Palmes infructuosus.

tam

tam boni, quàm mali sunt in hac vite, tam fructuosi, quàm infructuosi palmites, sunt in hoc ouile, tam edi quam agni, sunt in hoc recti, tam boni, quam mali pisces, sunt in hac area, tam paleæ, quam frumentum, &c Ideo in futuro loquitur Christus de inutili palmite.

Pater meus tollet eum. Et in ignem mittet, cum separabit malos de medio iustorum, & mittet eos in caminum ignis, in iudicio, quomodo enim tolleret quod non esset? quomodo separaret quæ mixta non essent? est igitur communis fides est communis vitis, & commune rete & area, quia est communis ecclesia, in qua & boni insunt, & mali, quæ tamen sine operibus est fides, inanis est, imò mortua est, veh autem infructuoso palmiti, quandoquidem scriptum est.

Cõmunis est bonis & malis nunc temporis ecclesia.

Pater meus tollet eum. Vide abscisum palmitem Saulem à Samuele rogari, quid luges Saul cum ego proiecerim eum? Igitur nec segnes, nec infructuosi tantæ viti inhæreamus, sed dum tempus habemus operemur bonum, vt habeamus fructum nostrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam, & quod sanctis commune fuit æquo osseramus animo.

Omnem vero qui facit fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Sunt & ex perfectis qui dicunt. Non enim illud bonum, quod volo hoc facio, sed illud malum, quod odi hoc ago, huic imperfecto fructui nostræ fragilitatis occurrit Christus uirtutem agricolæ adducens. Purgabit eum, vt fructum plus afferat, si tibi adiacet velle, perficere autem non inuenis ad agricolam accede. Purgabit (inquit) eum vt fructum plus afferat, qui igitur purgaris per ciborum substractionem ieiunando, per paupertatis egestatem patiendo, per infirmitatem, longanimitatem supportando, per persecutionum calamitates, per filiorum cędes, per flagella, per ingruentia quæcunque mala, quid conquereris? quid turbaris, si tamen purgaris? si doles, & despicis, iam non purgaris, si autem non purgaberis, quomodo vberiores fructus afferes?

Si autem tibi ipsi mentiris, dum nulla purgatione indigere te existimas. Iam cum Pharisæo ambulas, neque es, sicut cæteri hominum, quia in multis offendimus omnes, & si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & à veritate recedimus, & ideo purgati palmites, & fertiliores fiunt, & fortiores consistunt, tunc enim purgantur cum superfluas propagines voluptatum abscindimus, cum carnis desideria resecamus, cũ vitia, quæ commisimus per confessionem incidimus.

Purgatio salutaris.

Ad salutem est purgatio & ad vitam, ac ad recuperandum robur, non ad perditionem, aut damnationem. Hoc munus paternæ pietatis, quem enim diligit Deus corripit, & castigat, flagellat autem omnem quem recipit, quid sibi de aliena vinea? De vinea Sodomorum? Hæc vnica est vitis, & vinea quam plantauit, quam transtulit quam inuisit, custodit, & curat. Cæterùm omnis plantatio quam non plantauit pater iste cœlestis eradicabitur, & extirpabitur; Solis pampinis, & palmitibus adhærentibus Christo per fidem non præcluditur uia ad reuiuiscendum, & ad restaurandum, licet mali, licet inutiles, &

A aridi. Dummodo expurgentur & patris putationem suscipiant, nunquid voluntatis eius est mors impij, & non magis vt conuertatur, & viuat?

Purgabit eum. Multa in obsequium palmitum ordinauit natura, quo suos possent producere fructus, vestiuntur enim pampinis copiam habentibus oblongiorum ramusculorum, seu virgularum qui suę colligatione ad fortiores ramos, sustentent ipsos palmites ad fructus subleuandos, nè terræ inhærentes marcescant, aut à bestijs agrorum deuastentur. Nos vero qui palmites sumus inhærere debemus, & colligari fortioribus, sanctioribusque nobis ad nostros quos producimus fructus conseruandos, ne à bestijs agri deuastentur, & sic vinculo charitatis inuicem sustinemus alterque alterius onera portemus, folijs adumbrantur quorum obsequio à solis ardoribus ne arescant protegentur, necnon vt subsidio sint aduersus ingruẽtes glacies, & grandines, omnemq; aeris intemperiẽ, per contemplationem enim, & ab ardoribus prosperitatum, & à grandine tribulationum protegimur.

B

Apodiantur insuper pauperioribus palis, seu arboribus, quia nisi amplectamur humilitatẽ, nisi paupertatem amemus, ventorum turbinibus per superbiam, aut per inanem gloriam dum eleuamur, diuellimur & prosternimur, postremò ipsa putatio necessaria recẽsetur, dum in animo nihil retineatur inutile, aut ariditate confectum. Hæc ab agricola nostro expectanda sunt, vt auferat à nobis opprobrium, & contemptum. Vis audire palmitem luxuriantem, putatiuum ab agricola postulantem? Audi prophetam dicentem, Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum &c. Audi & alium palmitem vberiores fructus in se ipso desiderantem, Augustinum. Hic vre, hic seca, vt in æternum parcas, nisi enim putetur palmes turgescit, ac in nimiã altitudinem extollitur, ac perinde in folijs & ramis totum conuertit humorem: Insidiatur enim bonis operibus ut pereant.

C

Psal. 118

August.

D

Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Nihil ab ipsa vite aut ex ipsa vite causari potest, quod inane remaneat. Ipsa est illud lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, & fructum dat in tempore suo, cuius foliũ non defluet sed quæcunque faciet semper prosperabuntur; Est etiam arbor illa bona, quæ semper bonos fructus facit, nec malos facere potest; fœlix surculus, opulentissimi palmites, tam fœcundę viti inhærentes, quorum sola ignauia infructuosi remanent, & abscisione digni, quorum culpa tota in illos conuertitur, dum tanquam mancipium ignis, & æternalibus flammis damnationi traduntur, & sicut plerunque sunt arbores frondosæ quidem infructuosæ, tamen ita nonnullas legimus, & infructuosas vites; de quibus dicitur. Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei, diuisum est cor eorum, nunc interibunt, quomodo non interibunt, aut non excidentur, vua quorum, vua fellis & botrus amarissimus, quorum (inquam) fel draconum, vinum eorum venenum aspydum insanabile.

Fœlix surculus.

E

Ose. 10.

Horum nonne perdita sunt opera & impensæ, vbi laborum tantorũ, non ideo nullus gloriosus, est fructus, sed vana agricolæ expectatio ut faceret vuas, & fecerit

Isa. 5. cerit labruscas, expectaui, ut faceret iudiciū, & ecce iniquitas, iustitiam & ecce clamor conuersa tota in amaritudinem, vtinā ex his intelligamus, quid nobis cauendum, insuper & quod nobis agendum, quibus & vita hæc nostra, & anima tanquam colenda vinea vnicuique est credita, quę tanto diligentiori cura est purgāda à pullulantibus peccatorū vaporibus, tribulis, spinis, vrticis, à vulpib⁹, ab apris, à feris innumerabilibusq; belluis est custodienda, quanto assiduis est molestata, vallataq; persecutorum insidijs. Hinc Bern. ait; Soli itaque sapienti cōuenit habere, uel potius esse uineam, qui & vitam habet & lignum fructiferū cōtinet. Is igitur siue iustum, siue sapientem nomines, cum is sit sapiens, qui & iustus, nunquam non viuet, quia iustus ex fide viuit, cui ipsa est uinea cuius est uita, & quidē bona vinea iusti, imò quia bona via iustus, cui virtus vitis, cui actio palmes, cui uinū conscientiæ suæ testimoniū, cui lingua exprimens, torcular, & bortus iusti dulcis sibi, & suauis cæteris, qui nihil didicit facere, aut insulsum, aut nociuum, aut etiam inane cū sit ipse Dei ædificatio, & Dei agricultura, Dominiq; Dei Sabaoth vinea, nihil sterilitatis est, his qui sunt in Christo Iesu, nil aridum, aut inane, vbertatis, & fęcunditatis omnia plena, oues eorū fętose omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis, nihil fraudari, aut perire potest, cuius nec folium defluet, & omnes capilli capitis extant numerati, nec vnus de capite ipsorum peribit. Ab hac vite præcisus fuit Iudas. Purgati apostoli, Petrus a sui ipsius præsumptione, Thomas ab ignorantia uiæ, Philippus a curiositate videndi corporeis oculis patrem. Hæc oīa sui sermonis falce Christus à suis palmitibus, tunc resecauit tristitiam, & cordis turbationem ab eorum pectore subtraxit.

Animā nostram continuis laborib⁹ debemus excolere.

Bernardus super cāt. serm. 63.

Hæc est uinea quæ fructus facit dignos pœnitentiæ vinea non terrena, sed spiritualis suis fructibus turgida, sunt autem (teste Apostolo.) Fructus spiritus charitas, gaudiū, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas, tales nostri extant fructus, qui cedunt in nostros profectus, quos à nobis expetit, qui nobis hanc suam uineā credidit, omnes (inqt Dominus) animę meæ sunt, tam anima patris, quam anima filij mea est. An eius nō sunt fructus uineæ, cuius est uinea. Audi apostolum dicentem. Cum essemus in carne passiones peccatorum operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti, nunc autē soluti sumus à lege mortis, ita ut seruiamus in nouitate spiritus, itaq; fratres mei, & vos mortificati estis legi, p corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis Deo, ò fœlix anima quæ quasi vitis fructificat suauitatem odoris, &c. uel quæ sicut oliua fructificat Deo, hæc sperat in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sęculi.

Gal. 5.

Vineæ fructus.

Rom. 7.

Omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. &c. Qui se agricolam uocauit, ecclesiæq; suæ vineatorem dixit, quid ad ubertatem eiusdem sit faciendū ostēdit; dixerat de ficu, cuius cultus in vineis ea maximè ratione colit, quia tam uitis, quàm ficus steriliori agro feraciùs fructificant, licet ad tempus nonnunquam rudetibus impinguentur, infrugiferam ficū abscindendam ostendit, non autē vitē, sed surculos eius, quia cum sit vitis Iesus, nunquam ab ecclesia amouendus est Christus, nos verò abscindendos insinuat, si ina-

F nes sine operibus existimus, proinde sicut ficulnearum fructus possunt pessimi effici, qui nec oleri, nec degustari possunt, vitis autē licet alio, alium meliorem fructū producat, semper tamen aliquid emolumenti affert. Verum esto uitis inculta, labruscas pro vuis producat, ipsæ tamē labruscæ, nec putridæ sunt, nec prorsus inutiles quarū amurca etiam aliquo pretio cōparāda venit.

Hier. 24. Vitis infructuosa nō est excidēda.

Si autem rogas quare patrem non vineatorem, sed agricolam appellare maluit, occurrit in promptu, plura significatum iri per agricolam, quàm per vineatorē, non solū enim vitē & palmites sua prouidentia gubernat

G pater ipse cœlestis, verum etiam quia attingit à fine usq; ad finem fortiter. Disponit etiā omnia suauiter, & illi cura est de omnibus, qui est creator omnium, nā homines & iumenta ipse saluat, quo fit ut agricola dicatur, qui ne dum uitis & palmitum, idest, fidelium est protector, sed & totius naturæ humanæ amator. Diligit omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ fecit odit. Insuper vt qui mundum agrū non ignoras, in quo diuersarum plantarum genera tam bonarum, quam malarū, virgulta segetum & herbarum continentur, intelligas per agricolam vniuersale patris dominium designari.

Per ipsum agricolam denotatur generale patris imperium.

Vtitur autem agricola ad excolendum agrū uomere,

H quo glebę franguntur terræ ligone quo euertitur, rastro quo tegitur, stercore quo impinguaṫ imbre quo profunditur, sępe & sentib⁹ quibus protegitur & optimo semine quo seritur, quibus sic dispositis optimus habeatur fructus, alius quidem centesimus, alius sexagesimus, & alius trigesimus. Foditur animus contritione euertitur, emendatione, impinguatur deuotione irroratur lachrymis, protegitur obediētia seritur verbo Dei, & sacramentorum receptione.

Purgabit eum, vt fructum plus afferat. Nam non est satis, Christo & patri vt boni simus, sed ut passim meliores efficiamur, in via.n. non progredi, nonne est con

I tra viam? ideo non progredi est retrogredi, vnde iustus ait; viā mandatorū tuorū cucurri &c. Vnde qui sanctus est adhuc sanctificari iubetur, si autē cupis palmites putādos ab agricola conspicere, vt fructū plus afferāt. Vide Israelitas, audi & agricolam, circuncidetur in uobis omne masculinum, cuius caro pręputij circūcisa non fuerit, peribit anima illa dę populo suo, purgabatur caro à peccato originali, quo vberiores fructus afferrent Hebræi; uerùm pater usq; modo operatur. Ecce unum agricolam, esse patrem cum filio & Spiritu sancto. Nam & Apostoli baptizare iubentur, non in nomine patris tantum, sed & filij & Spiritus sancti, tres mun-

K dantes, vnus tamen mūdator, sed quare non dixit Christus mundi estis per baptismum, sed per sermonem? Nonne quia in aqua verbū est quod mundat? detrahe verbum ab aqua, remoue sermonem ab elemēto, quid est aqua, aut elementum præter aquam & elemētum? sed accedat verbum ad elementum, & fiet sacramentum.

Mirandates sanè accedēs verbum & sermo elemēto efficit sacramentum.

Non est hæc uirtus aquæ ut corpus tangat, & animā emundet, sed uirtus uerbi, non tamen eius tantū quod dicitur, sed quod dicendo creditur, nam & in uerbo aliud est sonus transiens, aliud virtus immanens. Hanc autem sermonis seriem ab Augustino suscipimus.

Vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Hac enim ratione synagoga ab ecclesia distinguitur, quod illa sit velut imperfectorum animalium, hæc

hæc autem iustorum & perfectorum congregatio, nihil enim ad perfectum adducebat lex illa veteris testamenti, velut in cortice litteræ permanens, degensq; in tenebris, & ualuis figurarũ, quia omnia in figura contingebant illis, nos autem euangelicæ legis professores in perfectissima vite complantati sumus, quę omnis imperfectionis est expers, nulla enim fit mentio de purgatione vitis, sed de mundatione tantum palmitũ qui sunt in vite; Ideo & isti purgantur, ut perficiantur dicente Apostolo Christus dilexit ecclesiam & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata.

Ephes.5.

Iam vos mundi estis propter sermonem meum, quem locutus sum vobis. Rectè & hoc Christi præclarũ facinus cecinit vates ille. Sedebit conflans & emundans filios leui, omnes Christi discipuli, & si progenie non omnes filij essent leui, omnes tamẽ hi effecti sunt Leuitę qui initiati sunt sacris, ut Apostoli qui in cęna effecti sunt sacerdote quibus corporis, & sanguinis Christi cõmissa est dispensatio & auctoritas consecrandi, dicente Domino hoc facite in meam commemorationem, id est, sicut ego consecro ex pane corpus meum proferendo hæc verba. Hoc est corpus meum & sicut ego ipse sumo sacramẽtum, atq; illud dispenso & propino; uos itidem facite & erunt (inqnit) offerentes Domino sacrificia in iustitia & placebit Domino sacrificium Iudæ & Hierusalem, sicut dies sęculi. &c.

Malach. Leuitę sũt sacris initiati.

In cœna effecti sũt sacerdotes apostoli.

Hi sunt filij Leui, quos purgat sui sermonis mirifica virtute; ipse (inquit) quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, quasi ignis, quia ignitum eloquium suũ vehementer, non ne cor nostrum ardens erat in nobis (inquiũt ex auditoribus aliqui) cum loqueretur in via: emundat quasi ignis, quia colabit corda eorum, quasi aurum, & quasi argentũ omnem inde rubiginem absumens, dũ in Dei amorem quasi flammis accensum euehit ad superos, & separat à sęculo, purgat tanquam herba fullonum, suis enim percussionibus fullones pãnos mundificant, velut malleis Christi verbis plerunq; cõtundimur, vt à uitijs & sordibus, aut uerberibus, aut terroribus commoueamur, ò quam efficax Dei verbũ viuus (inquit Apostolus.) est sermo Dei & penetrabilior omni gladio ancipiti quod & per proph. Dominus insinuat. Verbum meum quasi malleus conterens petras, incidit igitur tanquã gladius pertingens usque ad compages corporis, & animę, frangit quasi malleus durissimas etiam petras, quas sic plerunq; effundit & uirtuosius, ac efficacius Moysis baculo non iniuria censetur, adeo ut non tantum petras scindat, uerum rupes in fontes aquarum sua uirtute conuertat D. Augustinus comparat verbum Dei ipsi Christo inquit enim quid uobis plus esse uidetur verbum Dei, aut corpus Christi? si vultis uerum respondere, hoc utique fateri debetis non esse minus verbum Dei corpore Christi, quia non minus reus Deo est qui uerbum Dei negligenter audit, quam qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permittit.

Heb. 4.

Hier. 2.

Iam vos mundi estis propter sermonem meum. &c. Summæ amator munditiæ purissimus Saluator mundat nos ab omni inquinamento, ab omni immunditia purgat, & ab omni sorde lauat. Tales enim oportet

A suos esse quos tales diligit eos esse, ipse nos mundat immundos, qui solus est mundus, quod si minus; Ab immundo non mundatur immundus, mundus Christus mundissima & verba habet, quibus etiam alios emundare potest; Eloquia, nanq; domini, eloquia casta argẽtum igne examinatum purgatum septuplum purgatur argentum, non purgatur lutũ, quia ad flãmas ardentis ignis liquescit argentum & obduratur lutum, quę corda effunduntur diuinis ignita sermonibus, ea sunt quæ ab omni rubigine terrenorũ facile purgant, lutea sunt quę uelut testa obdurant uideamus an corã Dño Deo nostro effundamus corda nostra, & facilè coniectari poterimus, si ad munditiam consequẽdam præparamur,

B Audiet (inquit) uerba mea quoniam potuerunt, sicut crassitudo terræ erupta est super terram. *Psal.140*

Quid est audire Dei uerba, quia potuerunt nisi dicere Dei verba non sonum ad aures, ut cætera tantũ personant, sed & huius sunt uirtutis, & efficaciæ, quæ possunt efficere & perficere, quidquid personẽt verba Dei igitur non solum ędocemur, non solum adhortamur, ut sancti simus, ut iusti, ut humiles, ut continentes, ut cœlestes, sed ipse nos tales efficit quales esse præcipit. Ipse enim dixit & facta sunt ipse mandauit & creata sunt, quis ipse? qui portat omnia uerbo uirtutis suæ,

C & sicut crassitudo terræ, quæ fęcundatur ad uberimos fructus producendos, ita Dei verbum fœcundat audiẽtes & seruantes illud, ad omnia bona opera producenda, non enim reuertetur uacuum, sed faciet quæcunq; ad quæ missum est à Domino. Vnde quamuis Petrus per totam noctem laborans, nihil in toto mari cępisset piscium, statim tamen ut in verbo Christi laxauit retia, conclusit multitudinem piscium, quæ uix recte continere poterat. *Isa. 55.*

Timeo hac ratione præcones, tam exiguã concionũ suarum natantium in hoc mari magno sęculi peccatorum prædam facere, & extrahere quod non in uerbo

D Dei, sed in uerbo suo, nõ in uirtute Christi, sed in fauore humano retia laxant. Audiant apostolum. Sermo meus & prædicatio mea non in psuasibilibus humanę sapientiæ uerbis, sed in ostensione spiritus, & ueritatis, neq; enim satis est Christi uerba proferre, sed Dei spiritu illa associare, quo auxilio freti, quid non poterunt qui Dei uerbum proferunt? Dabo uobis (inquit Saluator.) Os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij uestri.

Audiant concionatores hæc & aduertant.

2.Corin.2

Matt.1.

Adhuc obseruandum est prædicatoribus, ut possint officium suum exercere fructuosius. Tunc in mẽtibus auditorum copiosius proficiunt, cùm clariùs, & com-

E modiùs suis auditoribus erudiendis proponunt; Lucerna (inquit proph. pedibus meis uerbum tuum, & lumẽ semitis meis, quod si clarũ extiterit, & cõspicuũ, etiam & planũ ambulantibus erit, quia illud facilius persuadetur, quod clarius sicut ad oculos, ita ad intellectum conspicuum redditur, & quidem tunc istud suadetur vigorosius, quando quod suadetur ostenditur rationibus, & auctoritatibus probabilius; Quod sapiens suis verbis innuit, Nè abscondas sapientiam in decore suo. *Psal.118*

Perspice concionator quàm pulcherrimum proficiẽdi modũ, hìc te authore doceat.

Ad decorem diuinæ sapientiæ, velut omnium sciẽtiarum & virtutum reginæ concurrunt amictus probabilium doctrinarum quibus persuadentur rationi consona, & veritatis plena, quæ sunt non inuenta humana, sed documenta diuina, sunt & imprudentes quo-

rum prolixitate adeo grauantur auditores, vt qui curis artium, vel officiorum suorum sine alienatione mentis nequeunt deesse, plerunque quod delectabiliter, & fructuose reconderant & obseruandum susceperant, tedio prolixitatis, qui recessissent calidi vix reuertuntur tepidi, verbum Dei, verbum abbreuiatum dicitur, & ideo verba verbis congerere, plerunque est negotium putum inuoluere.

Prolixitatem & cauendam.

Sed etsi singula quæ dicuntur sint optima, non est grauandus auditoris stomachus, qui virtutum omnia digerendi & retinendi non habet, præsertim si frequētes sint conciones quibus mētium confusio prorsus est euitanda, multoloquio autem posse deesse peccatum vix effici potest. A Domino igitur quærant sermonem postulent sapientiam, & dabit affluenter. Dabit (inquam) teste propheta, Verbum euāgelizantibus virtute multa.

Psal. 67

Iam uos mundi estis. Abscisso infructuoso palmite Iuda, mundi sunt omnes, ad quorum munditiam, tam perditi palmitis oportuit abscisionem facere. Verum cum iustus accusator sit sui, qui sibi ipsis non fidebant Apostoli, censendi sunt non expertes formidinis, an tales ipsi palmites essent, qui tollendi essent abscindendiuè, ab ipsorum vita Christo. eorū dubietati pijssimus etiam nunc occurrit Saluator; Vos (inquit) mundi estis, haud tamen vestra à vobis est munditia, quis enim potest facere mundum de immundo? non ne tu qui solus es. (Inquit Iob) ideo quomodo sint ab ipso mundi, ostendit dum inquit; Propter sermonem meum, quomodo autē sermo Christi uirtutem mundandi habeat, & abscindendi infructuosos palmites, facilè intelligimus, si non ignoramus verbum Dei Gladium esse & quidem penetrabiliorem omni gladio ancipiti qui pertingit vsque ad diuisionem spiritus & animæ. Quo etiam gladio separabit malos de medio iustorum, & ramos inutiles ac infructuosos ab ipsa uite, uaticinium, est (inquam) gladius non materialis sed spiritualis, de quo apostolus; Et gladium spiritus quod est verbum Dei; Dixerat supra sermonē suum, & doctrinam suam non esse suam, sed eius qui miserat illum patris, patrē etiam purgatorem agricolam esse ad pleniorem eorum consubstantialitatem insinuandam, quod precipuum est fidei sacramentum, ad idem conuertitur confirmandum Trinitatis mysterium: Mundi estis (inquit) propter sermonem meum, quem locutus sum vobis, quē videlicet, non aure tantum, sed corde recepistis, & retinuistis, sed quia non satis est palmiti inhesisse stipite, oporteat autem eidem semper inhærere ne deficiat, ab incepto bono, ne à fonte aquæ uiuæ recedat &c. ideo sequitur.

Iob 14.

Heb. 4.

Ephes. 6.

Iam uos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis. Ecce quàm efficax Christi sermo, qui & penetrabilior omni gladio ancipiti. An non ipse est, qui hæc locutus est, qui solo verbo restaurat vniuersa? Quis est sermo Christi, nisi ipse sermo Dei? Verba, quæ ego loquor (inquit supra) à me ipso non loquor et alibi. Ego quæ audiui a patre, hæc loquor in mundo. Sermo enim qui non à verbo, sed ipsum verbum est, ipse est, de quo scriptum est. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine exiliens e cælo, à regalibus sedibus venit.

Heb. 4.

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Sap. 18.

F Ipse instaurator, ipse lotor omnium, criminumque purgator, de quo dicitur. Lauabis me, & super niuem dealbabor. Hoc tamen Verbum solus pater producit & dicit, quia seipsum intelligendo, illud in seipso generat. Est & aliud verbum, quod non ad intra, sed ad extra dicitur, quo omnia quæcunq; fiunt in esse producuntur, De quo proph. Omnia quæcunq; voluit fecit. Ipse dixit & facta sunt; mandauit, & creata sunt. Dixit Deus fiat lux, & facta est lux. Quis Deus? Pater & fili°, & Spiritus sanctus Quia hi tres unus Deus sunt. quia Deus non dicit relatiuè, sed substantialiter semper, & essentialiter. Ideo maximè detestat catholica fides Deorum pluralitatem personare. Patet autem, qui relatiuè

Psal. 50

Pater seipsum intelligens verbum generat.

Psal. 113

Gene. 1.

Hoc nomen Deus non relatiuè, seu essentialiter dicitur.

G dicitur, dum ad filium refertur, & Spiritus sanctus ad patrem, & filium tanquam ad vnum sui principium, à quo procedit dicit: propter quod adinuicem tres personæ distinguuntur.

Est igitur ad extra totum, quod efficit & dicitur, toti Trinitati commune: Potissimum autem est personale, quod est ad intra verbum patris: non tamē quod est ad extra verbum totius Trinitatis Aeternū tamen est verbum personale, quo nunquam carere potuit pater, qui nunquam sine intellectione fuit: æternum & ipsum verbum toti Trinitati commune. Verbum autem Domini manet in æternum. Fortissimum, & robustissimū est

Verbū ad extra dicitur, quod toti est cōmune Trinitati.

Isa. 40.

Heb. 1

H verbum personale, quo Deus portat omnia verbo virtutis suæ. Fortissimū & robustissimum est & commune verbum ad extra, de quo dr̄. Non erit impossibile pud Deum omne verbum.

Luc. 1.

Christus suo verbo conuertit panem in corpus suū. Accipite comedite, Hoc est corpus meū. Diabolus per verbū Christi, quærit conuersionē fieri lapidum in panes, & explorat per verbi virtutem, an Christus esset verus Deus; Christus Dei intrinsecum verbū: sanabat omnes infirmitates. Misit verbum suū, & sanauit eos. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Verbū vocale sanabat omnes. Dic tātum verbo & sanabitur puer meus.

Matt. 4.

Psal. 106

Psal. 102

I Ipsum verbum personale sapientissimū est; fons sapiētiæ verbū Dei. Omne uerbum sapientiæ & intellect°: decuplū super ariolos inuenit Rex in Daniel. Hoc sanctum Dei patris verbum sanctificat alia. Christus tradidit semetipsum, ut sanctificaret ecclesiam. Sanctum & ipsum exterius Deitatis verbū cūcta significat. Omnis creatura Dei bona est, sanctificatur enim verbum Dei. Dei patris verbum extergit, & mundificat, dicente ipso post lotionem pedum suorū apostolorum. Et uos quidem mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnā esset qui traderet eū, propterea dixit: Non estis mundi omnes. Quibus & nunc iterum ait. Iam uos mūdi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.

Luc. 7.

Eccles. 2.

Daniel. 1.

Ephe. 5.

1. Thi. 4.

Ioan. 13.

Verbi Dei virtus.

K Ecce Christi verbū Ecce Dei sermonem omnia mūdantem. Vtrunq; uerbi Dei est verbum; & ideo infinitę uirtutis verbum. De quo utroq; dicitur. In Deo laudabo verbum, in dn̄o laudabo sermonem Ecce uerbū. Ecce primum. Ecce patris verbū. In Deo laudabo verbum. Ecce adintra unum tantū verbum eius, qui unica intellectione seipsum, & omnia alia ī seipso intelligit. Post quod audi non unum, sed multa uerba, uidelicet sermonē. In dn̄o laudabo sermonē. Vtrunq; laudabile, utrūq;, ineffabile, qa utrunq; diuinum. Nō diuersa, sed una uirtute vtrunq; agit, quodcunq; agit. Ei quod Dei verbum facit, non alius quàm ipse Deus facit.

Psal. 55

Vnum est tantùm patris verbū qui seipsū & omnia alia vnica intellectione intelligit.

Officium

Officium agricolæ, & ipsum agricolam paulò ante didicimus, patrem videlicet putantem palmites. Quid est putare, nisi purgare, seu emundare? Quod & de Sermone Domini dicitur. Vos mundi estis propter sermonem meũ. Sed quomodo antè dicti sunt mundi, cum hîc ob sermonem mundati dicantur? Mundi vtique erant, qui iam fructificabant palmites, sed adhuc mundandi erant, vt fructũ magis afferrent. Quis enim in hac vita (inquit Augustinus) Sic mundus est, aut sic sanctus est, qui non indigeat, vt mundetur, & sanctificetur adhuc? Sibi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est, & iustus, qui nobis peccata dimittat, & mundet nos ab omni iniquitate.

Sup. c. 13 — *August. super Io:* — Christus etiã mundos emundat.

Mundat itaque mundos, idest fructuosos, vt tantò sint fructuosiores, quantò erunt mundiores. Quare non ait, Mundi estis propter baptismũ, quo loti estis, sed ait, propter verbũ, quod locutus sum vobis: Cur nisi quia & in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, etiam ipsum, tanquam visibile verbum. Nam & hoc, vtique dixerat, quando pedes discipulis lauit. Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Vnde ista tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo: non quia dicitur, sed quia creditur? Nam & in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus manẽs.

Visibile verbũ quõ fiat. — Virt⁹ aquæ emũdãtis à peccatis ĩ verbo ẽ.

Rom. 10. Hoc est verbum fidei, quod prædicam⁹ (ait Apost.) Quia si confessus fueris in ore tuo, quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo, quia Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vnde in actibus Apostolorum legitur: Fide mundans corda eorum. Et in Epistola sua beatus Petrus. Sic & vos (inquit) baptisma saluos facit: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio. Hoc est verbum fidei, quod prædicamus, quo sine dubio, vt mundare possit, consecratur & baptismus. Christus quippè nobiscum vitis, cum patre agricola, dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Lege Apostolum, & vide quid dicat; Vt eam sanctificaret (inquit) mundans eam lauacro aquæ in verbo.

Ibidem. — *1. Pet. 3.* — *Ephes. 5*

Mundatio igitur nequaquam fluxo, & lauabili tribueretur elemento, nisi adderetur in verbo. Hoc verbum fidei tantùm valet in Ecclesia Dei, vt per ipsam credentem, offerentem, benedicentem, tingentem etiã tantillum, mundet infantem: quamuis nondum valentem corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum, de quo Dominus ait: Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis.

Baptismi virtus.

Manete in me, & ego in vobis. Manet in Christo is, in quo manet Christus, nam & qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Non potest autem censeri in Christo manere, nisi is, qui pergit cum Christo, & ambulat, ac tendit, quo tendit Christus, qui verò aliò pergit, & ex aduerso ambulat, nonne iam separatus est à Christo, si autem rogas, quomodo potest homo peccator, cum Christo ambulare, puer cum gygante, tardus cum veloci, qui venit saliens in montibus transiliens colles. Videas Christi mansuetudinem, qui te

A præstolatur, qui te suscipit, qui te expectat, dicente Propheta: Expectat Dominus, vt misereatur tui. *Isa. 30.*

Hanc autem maximam eius bonitatem ille Apostolus testatur. An diuitias bonitatis eius & patientiæ, ac longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, &c. Neque.n. te inuitaret, si te non expectaret, per id aũt quod addit: Et ego in vobis, satis compertum est, quam reciprocũ habeamus Christum, qui ad se tradendum nobis, vt sit in nobis manifestat, si nos in illo simus, oportet igitur, etiam nos interdum præstolari aduentum eius, si moram contingat facere iuxta monita: Si moram fecerit

Rom. 2. — *Abac. 2.*

B expecta eum, quia &c. Et tandem omnia à te expectãt, vt des illis escam in tempore, quid est dare in tempore, nisi aduenire subueniendo in necessitate?

Manete in me, & ego in vobis. Superius sui corporis, & sanguinis mysteria declarando in sacramento inquit; Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Videtur autem & in memoriam reuocare Apostolis, quomodo de absentia corporali ipsius consolari possent inquiens manete in me, & ego in vobis, modum verò manendi taliter audiuistis alias, dum dixi; Qui manducat, &c. Audiant quicunque ad in se suscipiendum Christum

C in augustissimum Eucharistiæ Sacramento accedunt: omnis enim, qui sumpturus Christum accedit, accedat oportet, vt ad manendum in se Christum suscipiat.

Hæc vna, & præcipua consideratio, quam Christus manifestat, insuper, & vt prius ipse maneat in Christo per firmam, & viuam fidem ex proprijs Christi verbis didicimus, manete enim, non aliud significat, quã firma inconcussa, stabilique viua fide inherere, sic enim, & accedentem ad Deum, oportet primum credere, quod est; demum prius nos in Christo manere dixit, quia sine omni prorsus peccato, ad suscipiendum Christum accedere necessarium est, non enim manebit Chri-

D stus in maleuola anima, aut in corpore subdito peccatis. Vltimo, quia multi quidem suscipiunt, etiam nullis obnoxij criminibus, tamen ad recidiuium currunt, ideo non satis esse suscepisse Christum, sed retinuisse ostendit.

Manete in me, & ego in vobis. Per fidem dilectionem, & mandatorum obseruationem, & ego vobiscum manebo per gratiam, per inspirationem, per bonorum consũmationem, quasi dicat; nunquam ego recessurus sum à vobis post aduentum meum in vobis, nunquam mihi erit fastidio, nunquam grauabor manere uobiscum; donec uobis gratum erit cohabitare

E mecum, & nisi uos à me prius recedatis, nunquam ego primus à uobis recessurus sum, meum est mũdare uos, uestrum est in me manere, si recedere à me non uelitis feci, quod meum erat, nam mundi estis propter sermonem meum, facite quod ad uos pertinet; nolite à me recedere, nihil tamen mihi commodi, nihil utilitatis, seu beneficij præstat hæc habitatio, & mansio, nihil à palmitibus accipit uitis, sed in obsequium palmitum tantum est, totum quod est in uite, omnia bona palmitum desumũntur à uite, & nihil potest palmes, si totum nõ accipit à uite, unde sequitur.

Sicut palmes non potest facere fructum, nisi manserit in vite, sic & vos, nisi in me manseritis. Audiant, qui uitis, & palmitum unitatem ignorant, qui.n. decisi sunt

Vitis, & palmitum vnitas.

sunt palmites à vite, qui succi eius participes non existunt, qui ab ipsa vite humorem non trahunt, iam extranei sunt à vite, imò omnis fructus expertes existunt, imò ad nullum aliud opus, quàm ad ignem idonei censentur. Ideo horrenda manu agricolæ truncandi, & abscindendi sunt. Attendant hæretici ad quorum radicem securis iam posita perhibetur, audiant peccatores ad quos Propheta: Nisi conuersi (inquit) fueritis gladium suum vibrauit, &c.

Psal. 5.

Sicut palmes non potest, &c. Nunquid abscessa manus à corpore operabitur aliquid? Væh palmiti non permanenti in vite: Ecce vnitatis Ecclesiæ Sacramentum. Videant, qui ab Ecclesia diuelluntur, & sibi ipsis caueant, non enim, quia virorem sumunt à vite in vite manere dicuntur palmites, sed quia ipsi manent in vite, ideo à vite virorem, & gratiæ succum, & suscipiunt; Nè glorieris de tuorũ vbertate fructuum, secus nunquam decidere possent, aut separari à vite palmites, cum nunquam deficiat humor, & succus à vite per quos palmites viuunt.

Sicut palmes non potest, &c. Iam ex Salomone audiuimus: Regem in cellam vinariam introduxisse dilectam, vt in ea ordinaret charitatem. In vnam suos omnes Christus cellam vinariam introducit, quorum velut palmitum se vnam tantum esse vitem ostendit: Ego (ait) sum vitis, & vos palmites. Haurit autem palmes non aliunde, quàm à vite vinum, à vite in ipsum defluentem. Audi Apostolum dicentem; Omnes patres nostri eundem potum spiritalem biberunt consequente eos Petra, Petra autem erat Christus.

Cant. 1. Cella Chri vinaria.

2. Cor. 10.

Non solum in eandem nos suam cellam, seu domũ, quam Ecclesiam vocamus, Christus inducit, cum nos aqua baptismatis resperserit, verùm eiusdem vitis pocula haurire constituit, vbi vnicam nos suam doctrinã ebibere voluit, sapientia enim nos ad suum bibendum vinum inuitat: Venite bibite vinum, quod miscui vobis, & aliquando, qui se nunc vitem ad alendos, roborandosq́; palmites dicit, sub sponsæ nomine duo vbera habere fatetur. Vbera tua, sicut botri vineæ, statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris, quæ autem conuentio botri cum vbere, aut vini cum lacte? Audi eandem: Bibi vinum meum cum lacte meo, lac enim est incipientium, ac puerorum alimentum, cibi, & potus vim habens, sed facilè corruptioni succumbens, quia tales nondum firmi, & stabiles reperiuntur in fide, quibus superadditur lactis loco vini, quandoquidem vbera botris sint comparata.

Prou. 9.

Cant. 7.

Cant. 5. Lactis proprietas.

Quod igitur adhuc puerulis nobis velut lac ab vbere pendentibus fidei rudimenta largiuntur, hoc prouectis, & eruditioribus, tanquam vinum propinatur bibite (inquit) carissimi, & inebriamini, quod si vber ab vbertate, aut ab vbere vbertas dicitur, iam intelligim⁹, quoniam inebriabuntur ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Cedit lac, quia non ab vbere infantilis ignorantiæ, & defluit vinum, quia à doctrina Christi Ecclesiæ roborati proni efficimur, & in carcerem, & in mortem ire. Audi igitur nos ad vitam, vt hauriamus hortantem: Siquis indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, perfectorũ enim solidus est cibus, cathecumenis lac exhibetur.

Vinũ prouectis tribu dominus, & lac Infantulis.

Psal. 35.

Epist. Iacob. 1. c.

Ego sum vitis, & vos palmites, &c. Nè locus dubitationi relinquatur totam exponit parabolam, dixerat quidem se vitem, dixerat & palmites multos habere, sed quinã isti palmites essent apertè nõ edisserverat, ideo ad firmandum, & stabiliendum sermonem exprimit, & palmites, & cuius sint vitis palmites: Ego sum uitis, & uos palmites. Iam introduxit nos rex in cellam uinariam, & ordinauit in nos charitatem, prius ad dilectionem inuitauit, postremò ad mansionem inuicem nos adhortatus est, hæc namque perfectę charitatis fortissima, ac peroptima colligatio.

F

Ego sum vitis, & vos palmites, &c. Fons hortorum puteus aquarum uiuentium, de cuius plenitudine omnes nos accipimus, quia palmes nõ ab alio, quàm à uite humorem desumit, & attrahit; ait Apost. Quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Ego (inquit) non alius à me nerã sum uitis, non Moyses, non Aaron, non Prophetarum quisquam, non Abraham, non Patriarcharum aliquis; Nullius uos palmites estis in nullo inserti, & complantati præter in me, unde Apostolus: Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, & inferius: Si delibatio sancta, & massa, si radix sancta, & rami, & de incredulis, ita prosequitur, propter incredulitatem fracti sunt rami. Tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time: si enim naturalibus ramis Deus non pepercit, i. Iudæis nè fortè, nec tibi parcat.

G 1. Corin. 4

Rom. 6.

H

Vide bonitatem, & seueritatem Dei, in eos quidem, qui ceciderunt seueritatem, in te uerò bonitatem Dei, si tamen permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris, &c. Audi quid de sponsa Christi anima fideli loquatur Proph. Vxor (inquit) tua, sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ, non alibi, quàm in domo sua Christus suam colloeat uxorem, quia in sola Ecclesia, quæ est toto terrarum orbe una, per baptismum, & fidem illam non in Ecclesia, sed in lateribus, cum locus sit humilium, doctoribus locus medius, prælatis locus eminens reseruatus est in Ecclesia, vnde quisquis ingreditur in lateribus collocetur, nec aliquis honorem sibi assumat, nisi qui vocatur, tanquam Aaron, & tamẽ ad eiusdem domus ornatum in lateribus, quasi inter duos parietes, vitis collocatur, quę tamẽ adeo sua vbertate fœcunda crescit, & in altum protenditur, vt & ad ornatum claustrorum, ac etiam fenestrarum extendi videatur.

Psal. 127

I Humiliũ Prælatorũ & Doctorum sedes & locus.

Sunt ex abiectis, & humilibus, qui velut peripsema huius muri abiecta in lateribus domus permanserunt nullam, aut minimam sæculi portionem suscipientes, qui postea extenderunt palmites suos à mari vsque ad mare, & propagines eius vsque ad terminos orbis terrarum. Hæ sunt Sanctissimæ illæ Virgines, abditæ & incognitæ illæ puellæ quorum splendore, nunc Ecclesia decoratur; Vtraque Chaterina martyre, ac Senensi, Agnete, Cœcilia, &c. De quibus est illud vaticinium: Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis, quod de capite, seu de sponso dixit, hoc & de membro, & de sponsa verificatur, nam & palmites vitis encomia suscipiunt, & in vites plerunque resurgunt, cum enim habeant, & fructus, & flores, iam vites congruæ nuncupari possunt, flores (inquit) mei fructus honoris, & honestatis.

K Sãctissimarum Chri virginum palmites, & fructus vberimi.

Ecclef. 24

Qui sunt flores à fructibus non seiuncti, qui fructus à floribus indiuisi, vt flores sint, & fructus? suscipe intentionem

Virginum idē est flos & fructus.

tentionem bonam producit, o affectum optimum, procedat in animo desiderium sanctum, & florem habebis, & fructum, florem prout ad effectum dirigitur, vt exequatur, fructum, quia iam dum illo animus dulcoratur, nutritur, & impinguatur. Inardescit in sua meditatione spiritus: Ecce flores, & dum fragrat desiderio nutritur illo, ecce fructus gustat, ecce fructus videt, ecce flores, quoniam suauis est dominus, qui in loco pascuæ ibi me collocauit.

Ego sum vitis, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo hic fert fructum multum. Mutua licet dispar vitis, & palmitum adhesio. Inest vitis in palmite, quæ suam infundit virtutem in palmite, sine qua nihil virtutis esset in palmite: Quia sine me (inquit) nihil potestis facere; Palmes inheret viti, vt à qua vitam, & virorem suscipit, in qua, & per quam botros, & vinum producit. Et quod intus per illam attrahitur sibi augmentum communicatur, nec enim minus infrugiferæ arbores, quæ innituntur vitibus adornantur folijs pampinis, quasi ex illis pendeant placidissimi botri, quàm exornentur peccatores, qui Christum induentes, vberiores videntur, & fiunt, licet à vite illa tantum emanet (à quo lætitia expectatur, & prouenit) Vinum, videlicet, quod lætificat cor hominis.

Palmes à vite vitam suscipit, & virorem.

Ab hac vite salutari omne gaudium nostrum, & expectandum, & procurandum est nobis. Ab ea putandus est pampinus, aut inutilis, aut inebrians, aut luxurians, aut in altitudinem se extollens, aut hebetes ratione constituens, perhibent prudentiores agricolæ, non plantandam vitem, signo in Virgine existente, quasi protestatione naturæ infestum maximè (nè dicam contrarium) esse virginitati, vinum.

Cœlesti signo in virgine dominante uitis plantanda non est.

Hinc & salici coniuncta vitis parum, aut debile, nec sapidum, seu amabile vinum producit, quod salices in cœno, & palustribus plantari, & enutriri solertius videantur, quibus spurcitijs, & cœno procul existit ipsa virginitas, & immaculata continentia, optima hæc vitis, quæ bonum illum, & multum producit fructum, non vt illa olim Synagogæ, solis folijs exterius ornata nostra vitis, nō inutilis, nec paruum, sed multum affert fructum, si tamen non debilis ligno salici, sed valido, & robusto arbori vlmo, & fraxino sit innixa, quid si cōiuncta sit vitis, quid si inhereat Christus inepto, & non forti homini? Cum enim multis laboribus super cæteras arbores insudandum sit homini in cultura vitis, eiusque custodia, nihil segnes, aut ignari, aut torpentes proficiunt cum vite, cuius onere, velut grauati sese demittunt, frangunt, & cadere permittunt, soli robusti sustinent vitem, soli fortes remanent cum vite, soli stabiles perseuerant in vite, soli qui firmi sunt, fructificant cum vite nostræ salutis fructum.

Cur salici vitis adiūcta vinum pducat insapidum.

Vitis cultura laboriosa est & diuturna.

Super omnes arbores vitis extollitur, quia licet procera altius extendatur, semper tamen vitis super omnes eleuatur, dum enim in homine virtus augetur, Christus in ipso sublimius ascendere comprobatur, cuius virtus & si mūdanis oculis videatur tenuis, tamē apud ipsam si mundus ipse comparetur infimus apparebit, & despicabilis. Confidite (inquit) quia ego vici mundum, vincere autem mundum quid est, nisi pessundare mundum ipsum deprimere, & super ipsum ascendere? Omnia subiecisti pedibus eius.

Vitis in altum extollitur.

Ioan. 16.

Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multū.

A Attende quanta diligentia curet, hoc summum nostrū bonum persuadere nobis, ex fructuum multiplicatione, ex proprio nostrum beneficio, ob vtilitatem nostrā suadet inherētiam, & adhesionem in ipso per id enim quod ait in me, aliquid super palmites vtilitatis innuitur, quandoquidem palmes non sit in vite, sed ex altera tantum parte coniunctus viti, per id igitur quod ait, qui manet in me, iam apertè totum palmitem suum Christus continet, vt simus toti in toto Christo, nihilq; sit in nobis, aut à nobis, quod non sit in Christo, hinc Apost. ait; Siue morimur, siue uiuimus domini sumus, & iterum, siue manducatis, siue bibitis, omnia in gloriam Christi facite. Rom. 8.

B *Quia sine me nihil potestis facere.* Plerunque aliqui suipsius iudices effecti multum credunt, quod minimum faciunt, ut autem omne, quod facimus, siue maximum, siue minimum fuerit, unde ueniat dignoscamus, ait; Sine me nihil &c. Imò nec sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 1.Cor.10.

Siquis in me non manserit mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent. De agricola mentionem faciens superius, tantum de purgatione palmitum, & de ablatione inutilium à uite,

C uerbum protulit, sed ne tibi parum uideatur malum incurrisse propter recisionem, & separationem à uite, quod implicite intelligendum erat hoc expressius deprompsit, dum ait.

Siquis in me non manserit, &c. In ignem mittet, & & ardet, nam tantò despectibiliora sunt extra uitem sarmenta, quantò uberiora, & honorabiliora, dum manent in uite, horum alterum conuenit palmiti, aut inhesio ad uitem, aut iniectio ad ignem, salus palmitum ipsa uitis, uita palmitum ipsa uitis, si procul à uite, procul es à uita, procul à salute, longè enim à peccatoribus salus, nihil enim quod est contra salutem possunt uelle,

Viget ī vite vita nostra.

D qui sunt in saluatore, quid est autem, quod ait (multos insinuans collectores) colligent eum, & in ignem mittent? Nisi quia non est uoluntatis Dei, ut moriatur impius, sed ut potius conuertatur, & uiuat. Dum enim propositam gehennę parabolam aliàs haberet, hanc præparatam ostendit non hominibus, sed diabolo, & angelis eius, ecce igitur, qui te colligunt, ecce qui te rapiunt, attende messores, seu collectores, nam & illud granum, quod supra petram cecidit, uolucres ex seipsis rapiunt, Domino non prohibente, sed permittente, & ouis illa, quæ uagatur errabunda, ut quæratur à pastore, nè uoretur efflagitat, perditio tua ex te, à me tantum auxilium tuum.

E *Siquis in me non manserit, &c.* Audiant hoc, qui se ab Ecclesia diuisos agnoscunt, audiāt, qui Ecclesiæ scindunt unitatem, audiant (inquam) omnes hæretici, & nouatores, quorum non est una fides, unus Christus, unum baptisma, quomodo plures palmites in una uite, si idipsum non dicimus omnes, nonne diuidimus Christum, seu potius diuidimur à Christo? Ecce quē ethnicum, & publicanum habere iuberis, eum uidelicet, qui Ecclesiam audire contemnit, illiq; parere despicit, hinc Apost. Hæreticum (ait) hominem post primam, & secundam admonitionem deuita, sciens quoniam subuersus est, suoque proprio relictus iudicio. Tit. 3.

Diuidunt Christum Hæretici, & Ecclesię vnitatem.

Quam aūt pœnā luent, conuentionem iam audistis:

In

Comburuntur meritò Heretici, & oẽs ab Ecclesiæ vnitate semoti.

In ignem (inquit) mittent, & ardet, iam enim, qui non credit iudicatus est, iam sancitum est, sententiæ locus patuit, comburendi sunt hæretici, & qui separati sunt ab vnitate fidei, qui Ecclesiam contemnunt, diuina est prolata sententia, non tantum humana executio, potius est diuinæ sẽtẽtiæ initium, & protestatio eius exustionis æternæ, cui addicti sunt omnes præcisi palmites, & à corpore Ecclesiæ separati.

Hinc non in futuro ardebit, sed in præsenti loquitur ardet, torquebit enim non consumabit, illud tantum occurrit in suffragium istorum aridorum, abscissorumque palmitum, vt possint adhuc Ecclesiam audire, & incorporari viti. Verùm & hoc vnum valde difficile, & tanquam impossibile ostendit Apostolus. Impossibile (inquit) est, eos qui semel sunt illuminati gustauerunt etiam donum cœleste, & participes facti sunt Spiritus Sancti, & gustauerunt bonum Dei verbum, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiam. Hoc (inquam) difficillimum, quia nedum est peccatum heresis, sed pœna peccati, absit tamen viatori, vt intercluſa sit via salutis.

Hebr. 6.

Difficillimè cõuertũtur, qui semel fidẽ Catholicã abnegarunt.

Auertatur igitur factus confusus, resipiscat, & pulsando perseueret, licet regnum Cœlorum vim patiatur ab illis, quia violenti rapient illud & arescet ex carentia humoris, arent virgulta omnia, animæ autem suum habent humorem de rore cœli, & de pinguedine terræ, quæ enim non irroratur gratia cœlesti, qui palmes non est particeps liquoris cœlestis illius vitis Christi arescat, oportet, arida est ipsa terra nostra inanis, & vacua nihil prorsus ad æternam salutem producens sine merito Christi, sine madefactione sanguinis Christi, si omnes esca sunt ignis cibus voracis æternæque flammæ.

In ignem mittent, & ardet. Sunt qui contendunt, quomodo possit torqueri ab igne anima, cum hæc sit spiritus, ille corpus, sed nonne dæmones subiacent incendio, qui tamen nobilioris sunt essentiæ, & spiritualioris, siue simplicioris naturæ. Iam enim nulla inter catholicos versatur controuersia de veritate rei, sed de modo, quomodo videlicet patiatur, & qua virtute agat in animam ignis, an naturali, an supranaturali, siue anima ipsa sit pro culpa demeritorum, subiecta inferiori potentiæ, & infimiori agenti, quæ subordinationi rebellans, inordinationi effecta est subiecta: Iusto enim Dei iudicio, per quæ quis peccat, per id & torquetur, creaturæ enim indebite amando adherens anima, à Dei obedientia rebellauit. Ideo & natura creata ab igne, & cœteris offendi potest, & debet.

Quõ anima torqueri possit ab igne.

Placuit autem efficacissimo agenti tradendam esse animam rebellem, vt suæ rebellionis congruas luat pœnas; nec enim ignoramus, ignem illum diuinæ instrumentum esse iustitiæ. Ab eo enim solo torquetur, cui est diuino iudicio alligata; Sunt qui dicant sola alligatione torqueri, dum se anima à re apta torqueri alligatam cernens, seipsam ex sola torqueat, cui dicto occurrit, quod veritas inquit, & ardet. In ignem namq; mittere, hoc est igni alligari, ardere autem est pati realiter ab ipso igne.

Diuinæ iustitiæ istrumentũ est ignis.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. Parua litteræ commutatio ab his, quæ supra dixerat: Manete in me, & ego in vobis, verùm & necessaria explicatio dictorum, vt sciamus Christum per fidem habitare in

F cordibus nostris, qui fidem suscipit, Christum suscipit, qui verbum retinet Christi, verbum Christum retinet, minimẽ tamen vacuum, aut inane est Christi verbum, sed fructuosum, & operatiuum, nam fides sine opere mortua dicitur, nec viuentis Christi argumentum, vnde mox addidit, & verba mea in vobis manserint, quia manere in Christo hoc facit homo per fidem, verba autem Christi ĩ nobis manere, hoc est ipsa fidei operatio. Non igitur satis est homini primum, idest credere, sed necessarium est copulatiuum additum, idest operari, quid est autem manere in nobis verba Christi, nisi sem per Christi parere mandatis? vt nihil aliquando contra mandata Christi nos operari contingat.

G Huius autem inuiolabilis obseruantiæ non parui momenti fructum arbitreris, sed in hoc vno accipe, quod totum appetere potes quodcunq; volueritis (ait) petetis, & fiet vobis, Magnifica promissio, generos⁹ fructus, coagitata mensura in sinum fidelium, illud tantum aduerte, nè aliquid petas nesciẽs, quid petas, aut aliquid malè petas per colligationẽ, & inuicem mansionem; illud à vite expectandum, quod ad vitem pertinet, & in vite continetur, qui igitur extolli cupis, an ab humili extollentiam postulas? qui ditari conaris, quid à paupere, & egeno diuitias exposcis? qui carnalia concupiscis, quomodo petis expertem carnalitatis? Hoc non

Grãdis est & summè magnifica illa promissio.

H te licet petere, quod non te licet accipere, posce quæ debes, & possidebis, quæ voles; Nihil quod est extra salutem efflagites à Saluatore.

Fiet vobis. Non absolutè fieri totum, quod à iustis petitur promittit, sed petentibus petitionis meritum rependetur, & oratio eorum in sinu ipsorum conuertetur, quæ licet vacua interdum remanere videatur, dum ex demeriti obice, & indispositione eorum pro quibus oratur nullum suffragium præstare dignoscatur, minimè tamen cassi, & infructuosi, seu inanes esse poterunt orantium actus charitatis.

Nunquã ẽ infructuosa oratio.

In hoc clarificatus est pater meus, vt fructum plus afferatis, & efficiamini mei discipuli. Absit vt claritatem,

I & gloriam patri acquirere nos arbitremur. Apud homines clarificari potest, dum illuminatis infidelibus, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent abscondita fidei mysteria innotescunt, de quibus dicitur: Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, &c.

Isa. 50.

Nulla hic indigentiã maiestatis diuinæ, sed vtilitas, & profectus capacitatis humanæ, cùm enim nos honoramus Deum, eumque pro posse collaudamus, clarificari, & honorari in nobis non se dicitur, ecce fructum, ecce manipulos nostros bonarum operationum laudis actionis gratiarum, timoris, castitatis, obedientiæ, & fructus pœnitentiæ dignos, sunt & alij fructus iustorũ,

K videlicet, qu b⁹ vberior efficitur Ecclesia, additur enim merces operi, his fructibus pro satisfactione ditantur pauperiores, esto enim meritum vnius, minime alterius effici possit meritum, potest tamẽ superabundans satisfactio, imò quælibet satisfactio alteri applicari, siue ab authore, siue à dispensatore.

Quãuis vnius meritũ alterius eẽ nõ possit, ex sup abundanti ũ merito. ria alicui⁹ satisfactio ne potest alteri satisfieri.

Vt fructum plus afferatis, &c. Vbi plura talenta exposita ibi & copiosior talentorum expectatur fructus, nam aliquibus unum exhibitum fuit talentũ, alijs duo, alijs verò quinque, vnum talentum habuit homo ante peccatum, innocentiæ videlicet, sed illud inaniter accepit, dum abscondendo sepeliuit, & perdidit, & suæ naturalis

naturalis legis vsque ad diluuium perseuerare lumine permissus fuit, vnde vnus solus videlicet Noe cum hæreditate sua salutis archam ingredi meruit. Duo autem talenta subsequenti populo tradita fuerunt, quando duarum tabularum præcepta in Deum, & proximum medio Moyse fuerūt exhibita, quorum ex Patriarchis, & Prophetis, ac pluribus ex illo Israelitico populo adaucti fuerunt. At quod attulit Christus ad hoc refertur, quid ait.

Vt fructum plus afferatis, &c. Cum abundantiorem nos oporteat habere iustitiam plusquam scribarum, & Pharisæorum, oportet à quinque talentis, quinque talenta in fructum rependere, eaque creditori fideliter exhibere. In Euangelica autem lege gratiæ, quinque partita cōcessa est Apostolis, vt fructum plus cœteris afferrent, dum toti mundo Euangelium prædicaturi, ituri essent, mittente eos Christo, sunt autem hæ quinque gratiæ partes sapientia, sanctitas, discretio, miraculorum operatio, & efficacia. Ex his qualis vbertas fructuum aucta fuerit per Apostolos, ex singulis mundi partibus accepimus, quibus sic succedentibus, clarificatus est æternus pater resonante in omni loco, & in singulis terræ partibus nominis eius gloria.

Quæ sint illa quinq; talēta, q̄ à Deo dātur nobis dispensanda

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Aeternaliter Christum dilexit pater, & qui coeternus est patri æternaliter dilexit nos, ad bona nos æterna æternaliter ordinauit, quos ante mundi constitutionem elegit. Ecce igitur, quomodo non prius nos diligimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos; Occulatius hic est aduertendum ex aduerbio (sicut) quandoquidem non vulgaris, aut popularis sit hic amandi modus, & Dei ad Christum, & Christi ad nos.

In sua adhuc maiestate in suo throno celsitudinis collocatus ad dexterā patris Christus immortalis omnipotens, vt pater, gloriosus omni decoratus sublimitate ab Angelis æqualiter adoratus, &c. Summe semper dilectus fuit à patre cum sola inuidia, & ambitio possit inter Angelos, & homines parare dissidia, ita vt patrem à filio, filium à patre, fratrem à fratre, ab amico amicum diuidere, & in controuersiam ponere possit. Absint hæc à maiestate, à celsitudine, à sanctitate vnicæ, & indiuiduæ Trinitatis.

Ambitione, & inuidia causantur cuncta dissidia.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Nè dum pater me amauit gloriosum, nè dum dilexit me diuitē, me Angelorum caterua stipatum in cœlo dominantem attingentem omnia à fine vsque ad finem fortiter, &c. Verùm dilexit me in forma serui existentem, me ægenum factum, me inglorium non habentem speciem, neque decorem, me rabida satellitum caterua pressū, me funibus ligatum, colaphis cæsum, sputis obrutum, spinis coronatum, morti adiudicatum, in Cruce pendentem, & functum vita. Hic est diuinus amor patris in filium, & filij in suos perfecta dilectio, quam nesciūt homines, quam mundus ignorat, dum præsentiam amat, decoratum extollit diligit prosperitatem, sequitur diuitias, &c. Nec post mortem memorantur amici.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Omnia sua bona mihi communicauit pater, ad illudmet supremum bonum, ad beatitudinem, & mēsam vocaui vos, vt omnium bonorum meorum participes efficiamini, sicut pater me participem suorum bonorum fecit: hinc Apostolus ait; Omnia vestra sunt, siue mors, siue vita, siue præsentia, siue futura, omnia enim vestra sunt (inquit) Vos autem Christi, Christus autem Dei. Vnde ait & alibi Christus: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo; Insuper pater totam suam substantiam dedit filio, & filius totam suam nobis est impertitus in Eucharistiæ Sacramento.

1. Corin. 3

Luc. 22.

Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. Non me dilexit pater auferendo à me mundi incommoda tribulationes, persecutiones, flagella, derisiones, aduersitates, & mortem, imò his me voluit abundare, &c. Pariformiter ego dilexi eodem modo, & eadem dilectione vos, nè arbitremini dandos oblectationibus prosperitatibus, & quibusuis illecebris. Hinc Iacobus ait in Epistola: Omne gaudium extimate fratres, cum in diuersas tentationes incideritis.

Cap. 1.

Manete in dilectione mea, &c. Repentè nobis efficitur amicus Christus, qui etiam cum eius essemus inimici dilexit nos, & tradidit seipsum pro nobis. Vide quàm repentè reconcilietur nobis. In qua hora peccator ingemuerit, omnium eius iniquitatum non recordabor, & qui tam pronus ad necessitudinem nostram anhelat, diuelli ab ipsa protinus abhorret, quapropter non solum, vt in eius nos dilectione maneamus hortatur, verùm singularem modum, per quem perseueremus expressit: Si feceritis (inquit) quæ ego præcipio vobis, in mea dilectione manebitis, qui nempè amat illum, odire debet quod odit ille, & amare quidquid amat ille, commune enim est omnibus elogium, quod qui amat me, amat & canem meum, conquereris de amico, imò & de filio, qui cum inimico tuo familiariter agit, & ægre fers si secum colloquatur exprobras, & indignatione concitus vis exhereditare ipsum, quia inquis; amicus est inimicis meis, quotidie in eorum partes trahitur, ideo de filio inimicum mihi constituit.

Ezec. 18.

Qui verè suū amat amicum, amici amat amicos.

Attende ergo (inquit Augustinus) Diligis Christū, inimica est sibi superbia, inimica est sibi auaritia, quare tu loqueris cum illis, imò plus dicam, quare tu seruis, & obtemperas illis. Nam multa iubet Christus, & nō facis; Iubet superbia, iubet auaritia, & facis; Iubet Christus, vt dimittas proximo, & reconcilieris sibi, diligasq; illum, iubet superbia, vt sæuias, & vindicas, iubet Christus, vt pascas famelicum, vestiasque nudum, iubet auaritia, vt facias fraudem, pœnesque te retineas alienum, hæc mauis facere, quæ inimici Christi iubent, quàm quæ Christus.

August. in Psal. 96.

Audiant, qui dicunt se diligere Christum: Qui diligitis dominum odite malum. Responde (inquit Augustinus) Quare Christianus es? Propter æternam hæreditatem, an propter terrenam fœlicitatem? Interroga fidem tuam, reduc in foro conscientiæ animam tuā: Torque teipsum timore iudicij, & eius cui obedisti, potius quam Christi te seruum reperies, & quare amas habere, quod Christus; si pati recusas, vt Christus; Venit ille ferre vitam tuam temporalem infirmam obnoxiam morti. Certè timeres mori, si posses non mori, quod per naturam euitare non potes, quare consequi per fidem non optas? Si præcepta (inquit) mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, tanquam apertè dicat, tunc concordes erimus, nec dissentiemus, sed conueniemus, quamdiu meis mandatis obtemperaueritis.

Psal. 96.

Nihil

Nihil nostræ officiet necessitudini, nullo disiungi poterimus obstaculo, non mors, non periculum, non gladius, nulla instantia, nulla fortitudo, creatura nulla nos separare poterit, sola mandatorum meorum obseruantia indissolubili nos vinculo confirmabit, quibus non obseruatis discordes protinus efficimur, & inuicem dissentimus. Iam tibi placebunt, quæ mihi displicent, ab amicitiæ legibus diuagaris, & fœdera conuentionis nostræ disrumpis. Voco non respondes, iubeo vilipẽdis, monita mea spernis, & ab amicitia mea retrocedis, Quamdiu (inquit Augustinus) tua non cõfiteris peccata, quodammodo cum Deo rixaris, quomodo cum illo non litigas, qui quod sibi displicet laudas?

August. in Psal. 74.

Punit ille furem, tu laudas furtum, punit ebriosum, tu laudas ebrietatem, detestatur dolum, tu de dolositate gloriaris, nonne si sic agis cum Deo rixaris? Incipite adiungi Deo, vt & tibi placeat, quod placet iam illi tibi amico displiceatque tibi, quod displicet ipsi Deo displicet sibi tua vita mala, si placet tibi disiungeris ab illo, ipse sibi similem diligit cum similitudo causa sit amoris, & cui efficieris dissimilis frangis vincula amoris, vide ex quanta parte dissimilis es, quando illi per dissimilitudinem displices.

Similitudo est causa amoris.

Ad hoc etiam diuus nos hortatur Apostol⁹, qui ait; Non regnet, fratres, peccatum in vestro mortali corpore, quid est non regnet? nisi non dominetur vobis, vt obediatis concupiscentijs eius? Hoc ipsum sic exposuit Apostolus, quasi patenter dicat, scio desideria, scio legem in nobis manentem repugnantem legi mentis nostræ, non obediamus illis, non consentiamus, nec sequamur illa, mente seruiamus legi Dei, licet carne legi peccati, indomita est caro, & effrenata, cuius petulantiam ex inde refrenamus, si mente legi diuinæ inseruiamus, eiusque mandata seruemus.

Rom. 6.

Attendite, quàm nobis prosit amicitia cum Christo, quæ semper multum omnibus profuit, quæ autem hominis cum homine ad quam sæpius anhelamus, acquiritur amicitia, plerunque non prodest, sed obest. Inquit enim Augustinus. Multi sunt, qui non periclitabantur, antequam maioribus iungerentur, exoptarunt maiorum amicitias, vt maiora incurrerent pericula; quieti in propria domo viuebant, & in domo aliena conuersantur, vt aliorũ patrocinio confundantur, securus opta amicitiam Christi noli amorem tuum alibi quã in ipso collocare, melius est sperare in Domino, quàm sperare in principibus, securius tibi confidere in Domino, quàm confidere in homine, noli nec te ipsum amare, cum enim inceperis oblectari, de aliquo temporali, vide quomodo ab amicitia Christi iam iam incipias separari.

August. in Psal. 31.

Audi amatorem, Adhesit (inquit Propheta) Anima mea post te, nascatur & in nobis affectus, qui si iam germinat, compleatur, & crescat (inquit Augustinus) perueniat ad tale robur, vt pariter veraciter dicat: Adhesit anima mea post te, vox est amantis, sitientis, & desiderantis, quod autem huius adhesionis sit gluten (inquit ille) gluten istud, charitas est, hanc habeas, & adhærebis, aglutinaberis, non tamen cum Deo, sed post Deum, vt præcedat ille, tu verò sequaris.

Psal. 62.

Manete in dilectione mea, &c. Vtramque dilectionem complectitur, & eam videlicet, qua ipsum diligi-F mus, & eam qua nos ipse diligit, cum neutra existere sine nobis possit: esto enim prior ipse nos diligat, suaque nos benignitate præueniat, minimè tamen in eius persistere possumus dilectione, nobis non manentibus in ea, quam elargitus est nobis charitatem. Manere hoc est præcipuum in dilectione, quandoquidẽ nunquam excidit charitas, nisi ab ea recedentibus nobis, vnum etiam illud aduertendum est, quod ait, Mea. Audiuimus enim eundem Iesum aliàs dixisse in duobus præceptis, dilectionis videlicet Dei, & proximi, totam pendere legem, & prophetas, quod vnica hac complexus est voce, Mea, qui enim Deus, & homo est Chri- G stus, vnam duorum præceptorum iunxit obseruantiam, amando Iesum, amamus Deum, amamus & proximũ, quia Deus, & homo ipse est Iesus.

Manete in dilectione mea, &c. Meum quidem est velle diligere, vestrum autem in dilectione manere, exhibeo quod meum est, & multis ostendi argumentis, me vos summè diligere. Agite quod vestrum est, in ea vos conseruate dilectione, sed quid est in dilectione manere, nisi in gratia perseuerare? quid est à dilectione non decidere, nisi in peccata non prolabi? Vnde optimè subsequitur.

H *Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea.* Tanquàm insinuet, quod tamdiu in eius dilectione manemus, quamdiu ipsius mandatis paremus, nam ab eodem est obseruatio, & in obseruatione perseueratio, à charitate (inquã) & dilectione, iuxta quod scriptum est, qui diligit proximum, legem impleuit, sed quid est, quod dicitur: Si præcepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea, nisi quod & peripateticè dicimus, operationem habitum perficere, ipsumq; roborare? Nam charitatis opera maiorẽ passim, & perfectiorem adaugent charitatem, maius & efficacius meritum cumulant, & ad potiora disponunt.

Operatio perficit habitum.

I *Sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in dilectione eius.* Quibus sic se subscripsit Apostolus, idem indicens nobis: Estote imitatores Christi, sicut filij carissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus.

Ephes. 5.

Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Nè aliquis malè affectus, eam, quam suis exposuit dilectionem Christus perperam arbitretur in sui ipsius obsequium, aut commodum persuasum fuisse pleno iudicio occurrit. Hæc (inquiens) locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, quasi dicat, gaudium vtique meum est, vos K dilectores mei esse, gaudij autem vtilitas non in me, sed in vobis est, & hæc est prima dictorũ intelligentia.

Secunda, vt gaudium meum, quod in vobis est permaneat, & æternaliter, ac indeficienter sit, idest gaudiũ, quod de mea dilectione vobis pluribus verbis, & argumentis exposita in animo concepistis, & quæcunque corde percepistis. In vobis sit, imò & augeatur, donec gaudium vestrum impleatur.

Tertia, vt vnum sit gaudium, quod meum est, & vestrum, quod ad patris dilectionem, & gloriam spectat.

Quarta, vt illis vos in rebus gaudeatis, in quibus me gaudere dignouistis, in adimpletione volũtatis diuinæ, & in saluatione generis humani, nunquam .n. exultasse dicitur Christus, præter in his duobus.

In duobus maxiè exultauit & gausus est Christus.

Quinta,

Quinta, vt gaudium meum, quod speciale, & meritorium est, nullo sæculi oblectamento auertatur, & refrigescat, vnde Apostolus: Gaudete in Domino

Philip. 4. semper, &c.

Sexta, nè à pressuris sæculi gaudium vestrum impediatur, sicut me ad subeunda tormenta, & ludibria, ipsamq; mortem lætum accingi conspicitis.

Septima, in hoc gaudeo ego, quod me à patre diligi conspicio, ideo hoc vno gaudio vos gaudere oportet, qui vos ab eodē diligi intellexistis: eo enim maius dilectionis gaudium, quo prętantior potentior munificentior est, qui nos infimos, & imbecilles diligit.

Quod sit gaudium, quod filius habet à patre.

Octaua, quid est, vt gaudium meum in vobis, quam apertè dicere, vt Deus in vobis sit? Nullum enim aliud gaudium à patre habet filius; sic enim, & supra dixerat veniemus, & mansionem faciemus.

Nona, quid est gaudium in nobis esse, nisi interius conscientiæ oblectamento frui, exterioribus illecebris nullis illecti? Sic enim, & alibi protestatus est, Omnis (inquit) gloria eius.

Decima vt gaudium meum in vobis sit. i. vt totius.

Gaudij mei participes, & consortes efficiamini, vnde subditur; Gaudium vestrum impleatur. Meum quippè impletum est, perfectum est, qui enim viator sum, sum & compræhensor, vestrum autem nondum completum est, nondum perfectum, quia nōdum euacuatum est, quod imperfectū est, spe.n gaudentes estis, cæterum in mundo pressuram habebitis, vos contristabimini, mundus gaudebit, flebitis vos, &c. Sed tristitia vestra conuertetur in gaudiū, quid est impleri gaudiū, nisi optatū assequi bonū? Reposita (inquit ille sanctus) est hæc spes mea in sinu meo, & Proph. Desideriū eorū attulit eis, & non sunt fraudati à desiderio suo.

Iob 19.
Psal. 26.

Et gaudium vestrum impleatur, &c. Vnum est gaudium continens omne gaudium, vna fœlicitas, quæ omnem complectitur fœlicitatem, de qua Proph. Vnā petij à domino hanc requiram, vt inhabitem, &c. Hinc militans hæc Ecclesia, in qua adhuc pugiles sumus, vt omne triumphantis supernæ Ecclesiæ, cuius emulatrix sancta existit interdum, maximè in præcipuis solemnitatibus licita, & congrua emulatur offerre oblectamēta quibus vnum illud supremum, & perfectum beatorū gaudium præseferat, dum.n. & melodiæ vocum, ac instrumentorum aures oblectātur audientium, dum thure & incenso nares, siue olfatum suauibus odoribus oblectamus, dum auro, argento, sericis, & multa ad visum componimus, & obijciendo proponimus, dum oscula pacis offerrimus, dum tandem gustui pia charitate lautius aliquid porrigimus, nonne hæc omnia, vt vnum illud perfectum gaudium profitemur adijcimus, & copulamus, prætermissis cæteris in singulis Ecclesiæ ritibus sanctis, ac pijs necessitudinibus, & congruis significationibus, quorum ignari omnino sunt detractores, non aliter, quàm vt Iudæ illius emulatores, qui aduersus pium, ac sanctum illius Magdalenæ vnctionis officium, non sine etiam ipsius Christi offensa murmurantes conqueruntur, tanquam de perditione eorum operum, quæ in obsequium, & honorem Christi, & sanctorum offeruntur.

Psal. 26.
Omnium gaudiorū gaudiū est beatorum summa fœlicitas.
Cantuū & sacrarū laudū rit⁹ apprimè laudabilis est quo præcipuis maximè solemnitatib⁹ lętabunda mater Ecclesia canori solet organi voce meloda concrepare.

Et gaudium vestrum impleatur, &c. Attende decursum totius sermonis Christi, qua ratione viti supra se assimilari maluerit: Hæc (inquit) locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, nam ad hoc producit palmites ipsa vitis, vt suum in ipsos infundat liquorem, vt participes ipsi fiant eorum bonorum, qui à vita fluunt, sine qua nihil possunt facere, aut ad nihilum valent vltra, nisi vt mittantur foras, arescant, & igni tradantur, maximum est gaudium, summa videlicet vtilitas palmitibus in vite esse, verùm maior est fidelibus esse cum Christo, cuius rei causa dissolui cupit Apostolus, & esse cum illo, hæc plenitudo gaudij, summa ista est fœlicitas, in qua omne impletur gaudium, nec iniuria, qui enim implere vasa sua aqua cupiunt, ad fontem accedant oportet, qui sitim extinguere concupiscunt ad puteum recurrant, qui ditari omni thesauro exoptat, eum adeant.

A

B

Et gaudium vestrum impleatur, &c. Accipe ex his nullibi impleri posse gaudium præter in Christo. Accipe, & omne aliud gaudium, à gaudio quod est in Christo imperfectum, & defectiuum esse, nonne in assecutione humanorum gaudiorum defectus, & lassitudo? Si Sardanapalus, aut epicurus adest, nonne plures occidit gula, quàm gladius? si diues & præpotens, nonne crescit amor nummi, quantum pecunia crescit? & vbi multæ sunt diuitiæ, & multi sunt, qui deuorant eas? si carnalium voluptatum operam dant Turcæ, & voluptuosi, nonne ipsis testibus, comparatur homo iumentis, & similis efficitur illis? si scientiam possides, nonne (teste Ecclesiastico) Qui addit scientiam addit, & laborem? nonne charitas ipsa est, quæ ædificat, & ipsa littera occidit? Igitur inquietū est Domine cor nostrum, donec requiescat in te, & satiabor nusquam, nisi cum apparuerit gloria tua.

Omne humanū gaudiū impfectissimū ē.

C

Cap. 1.

Hoc est præceptum meum, &c. Moyses centena, & sexcentena præcepta tradidit, & quidem iugum, quod nec vos, nec patres vestri facile portare potestatis, ego verò qui vobis non timoris, sed dilectionis iugum, vt facile sit, & onus leue imponam omnia in dilectione proximi concludo, & cum omne simile suum diligat simile vosque adinuicem diligendum natura compellat nihil est, quod recalcitretis, tam suaui, & leui iugo.

Plurima Moysis fuere præcepta, & grauissima.

D

Hoc est præceptum meum, &c. Erat & illud, quod in tabula descriptum erat lapidea, quod & per Moysen datum fuit populo, verùm & exhibitione facio, vt meum sit, meo proprio traditum ore, mea oretenus iussione præceptum, lapideis illud aufero à tabulis, & cordibus carneis vestris imprimo repetendo, & inculcando sæpius, decentius enim, quæ amoris sunt cordibus, q̃ silici inscribūtur, aufero quod lapidei erat, quia vsq; modo cor lapideū habuistis, oportebat enim verba lapidea cordi lapideo exhiberi, & do vobis cor tenerum flexibile, & ab obstinatione semotum, quo tenera dilectionis præcepta inscribi & imprimi valeāt, & quidem, quia vnam tantum dilectionis sarcinam cordis nobilitas sufferre potest, ideo vnum tantum uobis dilectionis præceptum impono, & ea omnia, de quibus supra ait: Hæc mando uobis in hoc uno compræhendo, ut diligatis inuicem, nec obiter in plurali supra locutus est: Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem. Nunc in singulari loquitur. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sed apertè nos hinc admonet, hoc unum illa multa continere, & illa multa, in hoc uno compræhendi significat.

E

Y Hoc

Dilectiõis mã latum Dei est, & naturæ.

Hoc est præceptum meum, &c. Quia esto sit præceptum naturæ, qua impellente vnumquodque simile diligit suum simile, esto hac lege viuant Ethnici, qui mutuis se præueniunt obsequijs, meum facio hoc esse præceptum, quod tamen meum est, hoc amare, quod non est ad tempus amare, quod non est propter obsequium amare, quod non est secundum attentationem amare, sed & quod non est, aut clam, aut turpiter, aut fraudulenter amare, quandoquidem vera amicitia est ab his legibus, & conditionibus soluta.

Ipsa est virtus, quæ vitiorum technis contrariatur, & scelerum opera detestatur, ignem verè dilectionis in terram missurus descendi. Hunc volo, vt ardeat, nolo vos frigidos, nolo vos torpentes, nolo vos nigros extinctosque carbones, sed ardentes, & viuos volo remissum vos amorem habere, non patior feruidos vos esse desidero, vestrum omnem extinguite odij, & rancoris ardorem, & meæ dilectionis in vobis ignem succendite, vitia comburentem, rixas extinguentem, luxurias refrænantem, mala depopulantem, spinas, & tribulos è medio tollentem. Hunc succendite meæ dilectionis ardorẽ ignem charitatis, quia Deus noster, ignis consumens est omnia tandem mala consumens, & omnia bona producens, quia summa bonitas est.

Hoc est præceptum meum, &c. Hoc (inquam) mihi peculiariter est cordi; sunt æquidem omnia, tam veteris, quàm nouæ legis mea illa mandata, quibus hoc vnum præpono, quo singula continentur, cum plenitudo legis sit ipsa dilectio, hoc vnum super cætera præcipio, quo solo Deo assimilamur. Ipse enim Deus amor est, qui charitas est, ipse amat nos, imò diligit omnia, quæ sunt, & nihil odit eorum, quæ fecit Deus, non ieiunat, non orat, non est patiens infirmitates Deus, non habet fidem, non habet spem, qui seipso est omnino beatus, solam, & realiter possidet charitatem, per quam nos efficimur filij patris nostri, qui in cœlis est, qua similes illi efficimur, & illum præstantissimo charitate æmulamur, hoc peculiariter vnum præcipit, quo æternaliter gaudere valemus.

Charitatis laus.

Nunc quidem manent tria hæc, fides, spes, charitas, & cæteræ virtutes, sola tamen charitas, nunquam excidit, siue prophetiæ cessabunt, siue scientia destruetur, &c. Charitas sola perpetua, & indeficiens, quæ nec per uitam, nec per mortem separari potest, dæmũ hoc vnum præ cæteris obseruandum præcipio, quo mortalium vita si reguletur ab omni peccato immunis reddetur. Per hoc enim præceptum capitalium vitiorum Hydra obtruncatur, nullus remanet inuidentiæ locus, nullus ad superbiam aditus aperitur, itæ & luxuriæ itinera præcluduntur, fraudes & doli omnino abdicantur, adulteria, furta, detractiones reprobantur, & in conuersationibus omnia peccata euellentur. Cuius præcepti Apostolo teste iste est finis, Finis (inquit) præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

Charitatis nis sũmaque virtus & immẽsa potentia.

1. Thi. 2.

Tunc charitas de corde puro dicitur, cum intus effectus Dei amore mouetur, quem non satis, aut verè amamus, si puro .i. mundo, & toto corde non amamus. Tunc conscientia bona, cum nos ipsos non fraudamus, & indulgemus plusquam par sit nobis ipsis ad excusandas excusationes in peccatis, & fide non ficta, dum proximum, quem verbo diligere dicimus, nulla calumnia,

F aut quouis opere offendimus, quicunque igitur proximum in Christo, & per Christum diligit, is est qui cũ Christo colligit, quisquis fratrem suum odit, is est qui contra Christum est, & dispergit.

Vnit Christus, dispergit diabolus; vnit agnus dispergit lupus, vnit amor, diuidit odium, vnione lapidum, cũ cemento parietes construuntur, copulantur, stabiliuntur, dispersione lapidũ constructa ædificia destruuntur. Hoc in nobis malum communis noster, ac sæuissimus hostis zizaniæ seminator, tam calidè inducit, qui ad exitium nostrum totum suum animum dedit, vt dum nos ab inuicem per iurgia, aut occulta odia diuidit, totum
G nostrum demoliatur, necnon tandem destruat regnũ, quid inimico iucundius, quid suo desiderio opportunius, quàm inter hostes dissidia inuenire, quos certò tunc se cognoscit posse expugnare?

Ad huius tamen toties repetiti præcepti obseruationem aliqua sunt prænotanda, quæ sunt consideratione digna, imò ad effectum necessaria, primò igitur illud est sciendum quod dominus per Prophetam ait: Quoniam non est pax impijs, dicit Dominus: Illud simul est notandum, quod alius Propheta testatur: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum, frustra igitur nititur impius, vt diligatur ab alijs,
H non reiecta impietate, & iniquitate. Iniquus à viro iusto, & ab impio oditur. Iustus (inquit) iniquos odio habui, quisquis enim à Deo oditur is & à iusto rectè odio habetur. Odio est enim Deo impius, & impietas eius. Imò seipsum odit, qui iniquitatem diligit, dicente Propheta: Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Esto enim non natura, sed vitium sit odij congruum obiectum, cum tamen natura vitio deformatur, stante vnione vitij in natura, odibilem facit habentem, & ideo tam dæmones, quam impios homines: respectiue tamen à iustis odio habentur, nec sunt capaces dilectionis, qui non sunt ca-
I paces conuersionis, vt boni fiant, & ideo omnes homines amare iubemur, in quibus, dum hic nobiscum conuersantur capaces sunt salutis, & conuersionis: sic enim Christus cum inimici eius essemus, iustus pro iniustis mortuus est, vt iusti efficeremur, & à peccatis mundaremur, secus autem lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus sancta lauabitur in sanguine peccatoris, ab impijs odio habetur impius, quia superbus cum elato sine iurgio non conuersatur, auarus auarum emulatur, inuidus inuidum, & carnalis cum carnali altercatur.

Isa. 48.

Psal. 118

Ibidem.

Psal. 10.

Odij obiectũ nõ ẽ natura sed uitium.

Iustus impios homines odit & dæmones.

Tandem in summa est concludendum ad huius di-
K uini præcepti obseruantiam, vt amet quis cæteros, aut ab alijs diligatur, peccata, & vitia abolicare debemus, & operam nauare, vt boni simus, & tunc grati, & accepti erimus, si boni, & immaculati fuerimus, quia (teste Principe Perhipatheticorum (Bonum est, quod omnia appetunt, & Diuus Ambrosius inquit. Hoc in situm bonis, vt virtutes quas in seipsis habent, in alijs etiam ament, & Tullius inquit: Nihil amabilius virtute, qua adeo allicimur, vt etiam quos nunquam vidimus amare cogamur, facilè igitur diligimur, si humiles, si benigni, si pij, si misericordes, si liberales, si mansueti, si honesti, & casti sumus, si morigerati: non detractores, non calumniatores, & non reddentes malum pro malo.

Ad quẽ finẽ sit peccator amãdus.

Amandi sũt virtute præditi.

Hanc

Hanc mundus ignorat legem, hoc abhorret præceptū, quod vtique Christus suum vocat, quia à suis tantum amplectitur, & obseruatur.

Hoc est præceptum meum, &c. Qui cum venerim non soluere, sed adimplere legem illud præcipio, in quo legis plenitudo consistit. Cum igitur plenitudo legis sit dilectio, & qui diligit proximum, legem impleuit, ideo meum dico: Qui legem perficio hic est ignis à quo scintillæ cœterarum virtutum progrediuntur, illustrantur viuificantur: maior enim horum omnium est charitas, ista est mare ad quod & à quo profluunt velut flumina, & riuuli, & quæcunq; rectè possidentur, hæc est arbor, & cupressus in altitudinem seipsam tollens, cœteræ sunt rami eius, hinc inde protensi emanantes, in quo totius compaginis vita consistit, variæ sunt Pharisæorum, & scribarum traditiones, quibus potius irritam Dei legem faciunt, multa mendacia sub præceptis confingunt, quæ plerunque in damnum proximorum cædunt, ideo spretis illis cęremonijs, antiquæ legis reiectisque ad hoc vnum me conuerto ego legislator. Moyses plusquam sexcenta præcepta populo indixit, ego hæc omnia hoc in vno complector. Ideo meum dico ad distributionem insinuandam inter nouam, quam ego mea authoritate legem constituo, & veterem illam, quam Moyses non propria, sed Dei virtute mandauit.

Plusquam sexcenta Moysis fuere pcepta.

Hoc est præceptum meum, &c. Obserua in hac sola proximi dilectione, Christus sibi ascripsit præceptum: hæc mando vobis; hoc est præceptum meum. Quare in alio, quod maximum, & primum est mandatum dilectionis Dei non loquitur, sed de sola, quæ habetur ad proximum? quod duplici ratione opportunum fuit, & quidem primò cum illud à Deo exhibitum præceptum, & plures repetitum non indiguerit reformatione, quod ementitis glossis non poterat deturpari, seu confictis cauillationibus detorqueri, de eo velut, de inconcusso non oportuit Christum aliquid innouare, quod restauratione non indigebat. Illud tantum adducendo corroborauit cum de primo, & maximo mandato percunctanti respondit, quod alibi iussum fuit; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Cum autem secundum mandatum multis iam mendacijs respersum fuisset, & contaminatum, ipse qui & illud iustum, & perfectum dederat cum rursus illud suæ integritati restituit suum appellauit, quia aliud ab illo non erat.

Matt. 22.

1 *Hoc est præceptum meum, &c.* Tanquam arrabonem vobis in meo abitu relinquens, velut signum vestri discipulatus expressum, ceu pignus vestræ hæreditatis æternæ. Primus omnium vestrum proximus ego sum, qui caput omnium sum, qui primogenitus in multis patrib⁹, qui verus samaritanus sum, qui prior dilexi vos, & elegi vos, qui meipsum vobis exhibui in cibum, & sanguinem, in potum tradidi, qui vobiscum vsque ad consumationem sæculi sum, qui vitis illa sum, cuius vos palmites fructificantes estis.

Me igitur præcipua dilectione concordibus vocibus amate. Vos inuicem nonnisi in me ipso diligite, & me super omnia, quia in me sunt omnia semper diligite, vt vna sit dilectio, qua me in vobis, & vos in me diligere debetis, & hæc secunda ratio, quare de sola proximi di-

A lectione dixerim, cum ea ipse diligendus sit, qua ipsemet Deus diligendus est à vobis, plures sunt quidem gradus huius charitatis vna sola existente virtute, supremus est Dei patris, & filij, & Spiritus sancti vna æqualis dilectio, qui vnus Deus est, qui vna sola charitas est, qui summum bonum est, quibus non aliqua ordinaria, sed æqualiter tenemur à quibus æqualiter diligimur, quorum vna est voluntas, vna bonitas, vna virtus.

Deinde diligendi sunt homines quo ad spiritum, & finem, qui beatis omnibus communis est, cum facilius spiritus inuicem nedum approximari, sed vniri

B possint, secundum quod in actibus scriptum est. Credentium enim omnium cor vnum, & anima vna erat in Deo, qui igitur charitate vniti sunt, hi proximiores sunt, qui fide vna idem sentiunt, hi proximi sunt, qui sanguine, & propagine, qui beneficio vinciuntur, qui & beatitudinis capaces sunt, hi omnes ex charitate diligendi sunt, nam diligit Dominus portas Syon super omnia tabernacula Iacob, idest Ecclesiam super Synagogam.

Solus Sathanas odiēdus est, execrandus est, & detestandus, q̄ solus incapax amicitiæ Dei, qui solus expers spei salutis est, hic est inimicus totius humani generis, serpens insidians calcaneo Christi, acerrimus

C hostis, inimic⁹ Dei altissimi, cum quo solo, nec pacem, nec conuentionem habere iubemur, solo igitur dempto diabolo, charitate diligere tenemur, & hominum, & Angelorum spiritus, qui omnes sub vno capite Christo sumus, Apostolo dicente: Constituens eum ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro, dilectio enim vna est, duæ autem eius partes sunt, vna quæ Dei est, altera quæ proximi, sicut & vita vna Christiani hominis est duabus partibus constans, altera

D quæ contemplatiua est, Dei dilectioni respondens. Altera quæ actiua est proximi beneficentiam respiciens. Vtraque sancta est, nec vna sine altera perfecta est, quia alteri altera charitatis nexibus copulata est.

Solus diabolus tanquam Dei nri, & humani generis hostis acerim⁹ est odio habēdus.

Vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, &c. Vt vehemens, & non tenuis, vt ardens, & non tepida sit vestra dilectio, formam veræ dilectionis vobis præscribo, & me in normam vobis constituo, & nè ingruente impedimento, aut obstaculo, seu etiam mortis periculo subire hæc omnia timeatis ad proximi salutem con-

E sequendam mei amoris archetypum propono, sicut dilexi vos, nec iniuria, cum nec mors, nec periculum, nec gladius possint nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu, hinc huius tantum velut vnius mandati mentionem facio, qui omnia mandata in hoc vno concludo supra locutus de pluribus dixi, si mandata seruaueritis, nunc vt omnia hoc vno comprehensa ostendam solius eius mentionem facio, est enim dilectio ista proximi, quæ malum non operatur sarcina leuis, iugum insuperabile reijciens, & in facilitate, ac dulcedine dilectionis constituens de quo dicitur: Latum mandatum tuum nimis, & alibi. Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto.

Psal. 118
Psal. 93.

Vt diligatis inuicem, &c. Quò hæc quę dispono respublica optimè ordinata conseruetur, & nullis dissidijs, præscindi vsque ad consummationem sæculi possit. Illam in charitatis dilectione constituo, cum enim omne regnum in se diuisum desolari, & corrui oporteat, ego qui Ecclesiæ regnum construo, illud in vnitate, illud in pace, & in dilectione constituo, quod perpetuo manere peropto, nam si inuicem diligatis, quis est à quo timeatis? quomodo corruet, aut confringi poterit, quod nullis patet anfractib⁹, nemini igitur aliquid debeatis, nisi vt inuicem diligatis; dilectione mutua augentur parua, roborantur tenuia, cōsolidantur debilia, & subleuantur ima, ac ditantur egena.

Propterea hæc mando vobis, quod diligatis inuicem, vt augeatur fides, vt dilatetur Ecclesia, vt gaudeatis semper, vt modestia vestra nota sit omnibus hominibus, vt inuidiæ nullus sit locus, & omnis offensionis rixarum, ac cæterorum facinorum abscindantur illecebræ, neminem ab hoc præcepto excipio, sed æqualiter omnibus iubeo, non excipiuntur diuites, quos pauperibus subuenire iubeo, non senes quos suis monitis præsidio esse iunioribus volo, non præsidentes, & præpositos quos sine liuore, aut acceptione personarum, vnicuique ius suum præstare præcipio, non subditos, non pauperes, non seruos, non extraneos excludo, sed omnibus idem dominus omnium præcipio, qui volo omnes expertes fraudis rancoris, & impietatis existere, & ex charitate quoscunq; diligere, neminem fraudare, neminem in negotio circumuenire.

Nemo à dilectione eximitur.

Volo omnes opem ferre indigentibus subuenire ægrotantibus, obsequi iniuriam patientibus, pascere, & potum dare famelicis, & sitientibus: si enim, & Ethnici hoc faciunt, qui oppida, & ciuitates astruunt, vt sibi inuicem mutuò subueniant, vt familiari conuersatione oblectentur, qui fieri poterit, vt hoc inuicem dilectionis præceptum, quod expono, æquo, & læto animo, vos non sæculi, sed mei sectatores non suscipiatis?

Dilectiōis opera.

Quod si naturæ idem patet præceptum esse, qua instruente, & iubente, vnum quodque simile suum diligit simile, ego, & naturæ, & vestrum omnium dominus, qui vos natura similes effeci, & authori naturæ similes effici desidero, non citra, sed vltra naturæ iura, hanc perfectam iubeo dilectionem, qua Deo similes efficiamini, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos, si ad hoc ipsa nos impellit natura, cuius vnum omnium est primum principium, vt quod nobis fieri volumus illud, & cæteris faciamus, & quod nobis ipsis fieri recusamus, & cæteris illud facere renuamus, quomodo arduum, aut difficile cordatis, & bene dispositis animis videri poterit, hoc vnum dilectionis præceptum, & non magis latum mandatum nimis. Iugum suaue, via breuis, iter facile, apertus aditus, eloquium dulce, & deitatem redolens. Adhuc excellentiorem viam vobis ostendo.

Deo similes in dilectione efficimur. 1.Cor.12

Vt diligatis inuicem, &c. Hanc abiturus Christus solam commendat charitatem, qua suos, & firmos reddat, dicente Apostolo. In charitate firmati, & timoris expertes efficiat. Quoniam perfecta charitas foras mittit timorem. Vt sanctos, & expertes criminis custodiat, quia ipsa est, quæ non agit perperam, non inflatur, non irritatur, non cogitat malum, non quærit quæ sua sunt, omnia sustinet, omnia sperat, &c. Quibus omnibus indigemus, vt participes Christi simus. Hanc nobis vnam tantum commendat charitatem, qua existente, cum Deo existimus, & ab eo nunquam, aut vi, aut arte diuelli valeamus, secundum quod scriptum est: Qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo, & quare in Deo manet, qui in charitate manet, nisi quia Deus charitas est? Ideo illud vnum præceptum obseruandum iubeo quo singula supprimuntur peccata. Ipsa namque charitas operit multitudinem peccatorum.

1.Ioan.4. F 1.Cor.13 1.Ioan.4.

G *Vt diligatis inuicem, &c.* Hoc est illud mandatum, de quo in Epistola sua prima testatus postea est Ioan. Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat, & fratrem suū. Reciprocus est hic dilectionis ordo, vt qui Deum diligimus, diligamus & proximū, quia siquis dixerit, quod diligit Deum, & fratrem suū odit mendax est. Insuper & qui proximum charitatis dilectione diligit, Deū omnino diligat oportet, dicente eodem, Qui nō diligit fratrem suum, quem videt, Deū, quem non videt, quomodo potest diligere?

Cap.4. Ibidem.

H Cum igitur nobis hæc sit via, vt ab his, quæ videmus ad ea, quæ non videmus transeamus per dilectionem proximi viam præbere, ac sternere iter ad Dei cognitionem perueniendum oportet. Igitur principium beatitudinis, & radix ascendens ad æternitatis vitam, est dilectio proximi, cum hæc sit vita æterna cognoscere verum Deum, & quē misit Iesum Christum filiū eius, & ideo idem Apostolus ait ibidem, Qui non diligit, nō nouit Deum, quia charitas est, & charitas vera dilectio est, suo itaque lumine hoc præceptum charitatis, dum resplendet in proximo, mentes illuminat ad supernæ dilectionis splendorem; Præceptum domini lucidum (inquit Proph.) illuminās oculos, quia ea charitas, quæ viget in mente, in homine velut, in laterna emicat, & ad diuinitatem, quam redolet inuitat. In charitate radicati, vt possitis comprehendere, &c.

Beatitudinis via certa est ipsa dilectio. I Psal. 18.

Vt diligatis inuicem, &c. Hic tollitur omni excusationi locus, cum plurimi ad excusandas excusationes in peccatis, à dilectione proximi retrahantur, aut saltem in exequendo torpescant. Illud præstolantes, quod prius, aut minus grati, aut minus potentes, aut certè grauius offendentes, coram ipsis humilientur, & veniam petāt, vt in obsequium ducant, quod sub præcepto habent, non enim inuicem diligit, qui non simul diligit, non inuicem diligit, qui eum, qui se diligit diligere cunctatur, hoc enim est inuicem diligere, alterū alterius onera portare. Hoc est inuicem diligere, siquis aduersus alterum querelam habet inuicem condenare. Hoc est inuicem diligere, fraterna charitate inuicem animos componere, rixas, & odiosas lites submouere, nemini quodcunque malum inferre.

Non est in mora vera dilectio. K

Hæc autem dilectio proximi, vt sit perfecta tribus præcipuè constare debet conditionibus, quibus emularix videatur diuinā illā dilectionē in tribus rationib⁹ constitutam, cum itaque dilectio Dei, teste ipso Saluatore: Hoc vnum requirat, vt sit ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente. Ita & Apostolo teste: Finis præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, vtraq; est in corde, vtraq; est in anima, vtraq; est in mēte, sed hoc tantū interest, quod quæ Dei

Tria sunt in vera dilectione. Matt.22. 1.Thi.1.

Dilectiois multiplicis differetia, & conuenientia.

Dei est, in toto corde est, in tota anima est, & in tota mente est, quæ autē ad proximū est, non in toto corde, nec in tota anima, nec in tota mēte est, sed in corde puro, cōsciētia bona, & fide non ficta, neque potest quis prætér q̃ Deus toto corde diligi, aut tota anima, & tota mente amari, quandoquidem nulla creatura, cordis, & animæ, ac mētis nostræ capacitatē implere potest, quæ in solo summo bono quietari possunt, semper enim inquietum est cor nostrum, donec quiescat in te, & perueniat ad te, & possideat te summum bonum.

Nihil creatū pōt implere humanam capacitatem.

Cum igitur extra Deum accepta quauis creatura semper maius est bonum, quod non possidetur, quàm quod in illa, aut in illis possidetur. Ad quod cor anima, & mens nostra facilè defertur, & cum bonum illud tantum censetur, quod omnia appetunt, non in aliquo alio, quàm in summo bono cor ipsum totū dirigitur, & fertur, vt ibi finaliter conquiescat, & ideo nō iubetur toto corde amari proximus, sed solus Deus in quo consistit beatitudo, q̃ omnium bonorum est status aggregatione perfectus. Iubetur autem amari in corde puro .i. non duplici, sed sincero, nam & sincerum vinum putū nuncupatur, quod aquæ cōpositione caret. Hæc est radix sancta, & oculus simplex, quod mentiri nescit, væh duplici corde, qui aliud habent intus in animo, aliud habent in ore, vt decipiant insontes, & simplices corde, correspondet cordis puritas illi primæ cōditioni dilectionis Dei, in toto corde, vt secundum hoc præceptum, simile sit huic, quod maximum est, & primum, quandoquidem simplicitatem postulat, &c.

Amor fictus.

Altera conditio veræ dilectionis ea est, quæ de conscientia bona est. Cum enim multiplex sit disparitas conscientiarum hominum, vna tantum omnium perfectorum est conscientia, quæ bona dicitur, in qua tanquam in veracissimo testimonio, quod nullam personam, sed solam veritatem respicit Apostolus gloriatur: Gloria nostra hæc est testimonium conscientię nostrę, & alibi: Confidimus enim, quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene conuersari volentes, plerunque inquinatur, per prauam peccandi consuetudinem, qua homo cum in profundum peccatorū venerit contēnit, de quo prius valde timebat, & dolebat, & hęc peruersa est, sunt & qui sine conscientia esse dicuntur, ad omne facinus semper promptissimi, de quibus dicitur: Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.

Iustorum oīū cōsciētia vna est.

2. Corin. 1
Hebr. 13.

Psal. 9.

Haud tamen putandum est, conscientiæ vermem extingui, in impiorum præcordijs, qui nunquā interijt, sed inibi suffocari, & remorsus eius ex praua consuetudine, & duricie cordis paruipendi, est conscientia erronea, qua quidam indiscreto quodam zelo sæuiunt in cęteros, ita vt etiam si occiderent eos, se obsequium præstare Deo arbitrentur, insuper est conscientia, quæ lata dicitur, quam quidam sibi amplam efficiunt, vt pateat aditus ad enormia flagitia, omni & quidem minimo excusationis prætextu, iuxta beneplacitum succedere res sibi faciunt, alijsque suggerunt, vt à rectitudine declinent ementitis quibusdam persuasionibus, hanc detestatur Apostolus ostendens hanc esse hæreticorum proteruiæ germanam, Spiritus manifestè dicit: quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, in hipprocrysi loquētium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, idest corruptam, & saniem producentem, prohibentium nubere, idest negantes in Ecclesia matrimonij sacramentum: qui mulieres volebant esse communes asserentes connubia humana imò diabolica esse instituta, & non diuinitus ordinata, & abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his, qui cognoscunt veritatem.

Expertes cōsciētię multi reperiūtur hac nostra tempestate miserima.
Cōsciētiæ latæ, & erroneæ differentia.

2. Thi 4.
Hæreticorum conscientia.

Dicebant autem, ea ratione carnes non debere à fidelibus comedi, quia dæmonem authorem horum animalium ratione carentium falsa imaginatione arbitrabantur, & vt viderentur austeriores, & cœteris iustiores, quò popularem sibi auram vendicarent, quibus Apostolus occurrit, dum subdit, quia omnis creatura Dei bona est, tanquam diceret, non est à cibis, aut esu carnium abstinendum, quasi ex rebus, quæ natura sua malæ sint, quandoquidem omnis creatura in genere, & ordine suo bona sit, & cuncta, quæ fecit Deus erant valde bona, quod siquis abstinere à cibis, & carne velit ad petulantiam carnis, ad macerationem, & ad pœnitentiam cogitauerit, & operam dederit in ieiunijs multis in abstinentijs, & in vigilijs, hic meritum, hic gratiam, hic laudem apud Deum promeretur, in quibus operam dederunt vtriusque legis antiquæ videlicet, & Euangelicæ præcipui professores, & viri spiritualis disciplinæ amatores.

Ibidem.

Est & alia conscientia in plerisque, quæ scrupulosa dicitur, & est eorū, qui in angustijs seipsos constituunt, & quibusdam laqueis se inuoluunt, à quibus hinc inde comprimuntur, plerunque hoc mulieribus contingit, quę hebetioris sunt ingenij, & potius ex timiditatis passione profluunt, dum timore timent, vbi non est timor hanc deponere omnino debent, qui seipsos irretiunt, & periti confessoris consilio animum componere, & titubantem mentem solidare, nè suis proprijs laqueis capiantur, & his ligati ad inferna perducantur.

Vide (quæso) q̃ periculosa sit eorū cōsciētia, qui adeò scrupulosi sūt, vt i laqueos petulāter incurrāt q suo se proprio gladio iugulare videtur.

Superest & alia piorum, ac timoratorum virorum conscientia, quæ timorata dicitur, est enim hæc, quam amplectuntur, & possident quicunque aut iusti sunt, aut ad iustitiam anhelant, hi sunt, qui sarcinam grauitatis peccati in conscientia sentiunt, cor eorum, quasi mare feruens, fluctibus, & procellis intus agitatur, nec conquiescit, donec euomat, quod continet vitus, quò per confessionem, expulso timidior effectus, velut conualescens à morbo vitam cautius ducens, occulatius progreditur, nè recidiuet, & quidem hæc conscientia bona est, quæ peccati inimica est, sed quia secura non est, ideo nec tranquilla est, recogitans domino omnes annos suos, in amaritudine animæ suæ.

Cōsciētia bona.

Ea autem vsquequaque bona est, quæ vsquequaque tuta est, ea bona est, quæ nec passione flectitur, nec errore decipitur, ea bona est, quæ nec odio restringitur, nec amore dilatatur, ea bona est, quæ serena est & nil in seipsa patitur turbidi, & immūdi, hic est liber exhibitus vnicuique, in quo registrantur, & credita, & debita, idest, & bona, & mala, quæ aut præmiari, aut puniri debent, de qua dicitur. Et in libro tuo omnes scribentur. In hoc studebat Apostolus inquiens. In hoc ipso studeo, sine offendiculo habere conscientiam bonam, hæc est facies, quam intuetur Deus, vt agnoscat suos, quæ si laruata, aut fœdata fuerit, nos ignorari facit

Act. 24.

nescio vos, discedite à me operarij iniquitatis, hanc faciem lauare iubemur, adiuncto ieiunio, tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua, hic est maximus, & incomparabilis thesaurus, omnia bona reseruans, & cumulata custodiens, dicente Apostolo. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, hæc non est in aperto, nè ventis exposita labefactetur. Intus autem in seipsa gaudet, & lætatur, omnis enim gloria eius ab intus in fimbriis aureis.

2. Corin. 1

Sunt autem fimbriæ eius aureæ, quia non formidine pœnæ, sed virtutis amore stringitur, & ad non peccandum: coarctatur, hæc est domus Dei, quàm inhabitare desiderat, ego sto ad ostium, & pulso, ò inexplicabile bonæ conscientiæ gaudium, cor dilatat, mentem lætificat, faciem serenam reddit, cor gaudens exhilarat, & faciẽ nescit tristitiam, habitaculum totius consolationis, quo consolamur in omni tribulatione nostra, &c.

Bonę conscienę gaudium. Prou. 15.

Correspondet illi secundæ conditioni illius primi præcepti, ex tota anima, cum bonum sit ex integra causa, nec bona dici posset conscientia, quæ ex aliquo latere, aut extorta, aut deflexa, aut deturpata esset, sic igitur respondent vltima primis, vt nihil hinc, & inde deforme conspici possit.

Tertia conditio, qua proximum diligere iubemur, in qua dilectione totius legis plenitudo continetur, est fide non ficta, & hæc illi tertiæ conditioni coaptatur, quæ in Dei dilectione perhibetur, vbi dicitur, & ex tota mente tua, est namque mens potentia illa superior, qua homo ab alijs distinguitur animalibus, & amplectitur vtranque intellectus, videlicet, & voluntatis rationem, neque enim ipsa fides consistit in sola intellectiua potentia, sed & in voluntate, cui sic subministrat intellectus, vt illud illa appetat, quod appetendum ille demonstrat, & hæc est fides non ficta, quæ ita operatur, quod bona conscientia dictat, ideo non sola scientia, sed conscientia non ficta iustificat, scienti enim bonum, & non facienti peccatum est illi. Ideo loquitur de fide, non quæ scientia in operando mentitur, sed quæ per dilectionem operatur, quia non verbo tantum, sed opere, & veritate amandus iubetur proximus, fictè autem, & fraudulenter diligit, qui solo verbo diligit, & hanc rationem, fidei apertissimis oraculis Christus manifestare voluit, dum subdidit.

Mens est potẽtia superior qua à brutis homo distinguitur.

Sicut dilexi vos, &c. Tanquam diceret, est dilectio, qua plerunque homines inuicem conueniunt, vt suis facinoribus securius incumbant, hi mutuis inuicem obsequijs obsequũtur, quibus diutius talibus suffragijs perseuerent, est igitur quædam detestanda dilectio, procul à dilectione, qua nos dilexit Christus, specialiter igitur occasionem nactus, exprimere dignatus est ad cuius formam diligere inuicem debeamus, quid autem est, sicut dilexi vos, nisi pulchræ, & sanctæ dilectionis exemplar se præbere, cum enim ea sit carnalis dilectio, qua inualescente, etiam filias hominum filij Dei, idest, qui iusti erant adamarent, vt totius viuentis carnis per diluuium fieret exitium, hanc pessimam amouere curauit, per quam omne viuens corruit, hanc in restaurationem mundi insinuauit, qui redemptur us mundum descendit, ita vt nulla intersit carnalis dilectio, vbi carnis, & sanguinis nulla est re-

Malorum dilectio.

F gni cœlestis possessio, inuicem se compati nequeunt, Christi dilectio cum dilectione mundi, & carnis; cùm illa sit sancta, ista prophana, illa sit cœlestis, ista lutalis, illa angelica, ista brutalis, per illam mundamur, per istam fœdamur, per illam extollimur, per istam deprimimur, hæc enim sibi inuicem contrariantur, aut igitur vnum odio habebit, & alterum diliget, aut &c.

Carnalis amoris, & spiritualis differẽtia.

Sicut dilexi vos, &c. In bonos, iustos, pios, humiles, & virtutibus ornatos, hæc mea tendit dilectio, qua vos expertes calamitatis æternæ desidero, nullius sum personæ acceptator, sed in omni gente, & in omni populo, rectè operante complaceo non respicio personam hominis;
G Græcis, Latinis, Barbaris, sine distinctione subuenio, omnibus me saluatorem exhibeo, audiant diuites, audiant auari, sciantq; Christum, qui cum diues esset, pro nobis egenus factus est, nobisq; sua quæcunq; bona possidebat communia fecit, & pleno ærario participes effecit, audiant, & nobiles, ac domini, tantum maiestatis dominum, formam hanc vilissimi serui suscepisse, audiant omnes, qualia, & quanta perpessus est Christus, qui pro nobis passus est, quibus obsequijs infirmos, famelicos, tribulatos &c. prosecutus est, ad huius exemplar tabernaculum nostrum non manufactũ construere iubemur, quo ad vnguem, toto quo possumus nisu emulemur, sed quis unquã ad instar Christi,
H aut diligere, aut benefacere, iusta agere poterit, quid est igitur, quod ait.

Cap. 33.

Sicut dilexi vos, &c. Quis est, q æquari Deo possit? quomodo equum est, mortalem paria Deo sentire? nonne (Iob teste) Maior homine est ipse Deus, quid est igitur, quod inquit Iesus, sicut dilexi vos, nisi quia & homo est, qui loquitur Deus? de ore eius lampades procedunt: Lumen ipse est, qui lux mundi est, in cuius lumine videbimus lumen, non æquatur radius vero soli, sed à solis lumine egredi conspicitur, non est, qui assimilari possit Deo, de quo Proph. Deus quis similis erit tibi? imitari tamẽ potest homo humanatum Deũ,
I qui nobis reliquit exemplum, vt sequamur vestigia ei^9, non est igitur talis spectanda proportio, quæ ad æqualitatem pertingit, sed attendenda est forma secundum quam operari iubemur, quam si proportionẽ dicimus, haud tamen proportionis, sed proportionabilitatis appellamus, non igitur tantum, & tam intensè inuicem amare iubemur, quãtum nos amauit Christus, qui nos vsquequaque præuenit, superauit amore, sed sicut ille nos amauit, sic nos inuicem alterutrũ amare iubemur, qui non tanti sumus, vt tantum amare valeamus. Ille igitur nullis obsequijs præuentus, prior nos dilexit, ille cum adhuc inimici essemus tantæ maiestatis, cum ingrati tantæ bonitati, cum illum nostris facinoribus lacesseremus, & malum pro bono impenderemus, nos tamen mira pietate sustinens, ad amoris, & dilectionis dulcedinem inuitauit, expectauit, sustinuit.

Iob 41.

Psal. 82.

K

Attẽde igitur, quàm promptè, quàm obnixè, quàm perseueranter, non nostra, sed nos ipsos dilexerit, non in sui, sed in nostri commodum, non in eius, sed in nostrum obsequium amauit, qui cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, quos ad finem consequendum, & ad beatitudinem obtinendã, amãdo direxit, & ordinauit, hic est veræ dilectionis archetyp^9, vt diligamus inuicem, sicut dilexit nos.

Sicut

Sicut dilexi vos. &c. Ego correxi inquietos, consolatus sum pusillanimes patiens fui ad omnes, ego flebam cum flentibus, gaudebam cum gaudentibus, infirmos consolabar, me illis sponte exhibendo, famelicos paui illis etiam non petentibus, sitientes nouo vino, & eo optimo potaui, insontem contra murmurantem protexi, errantes monui, ignaros docui, rixantes & inter se disceptantes, quis eorum videretur esse maior composui, peccatoribus indulsi, delinquentibus sua mala obuentura prædixi, vitia exprobraui & meis persecutoribus peperci, imò & pro crucifixoribus patrem exoraui, sic ego vos dilexi, quo, & modo vos inuicem diligere iubeo, hæc primo feci, quæ vobis postea facienda præcepi, quod doceo faciendum, hoc facio & quod ore prædico, hoc opere adimpleo, hinc Apostolus veri doctoris gentium, rationem edoctus inquit Sic curro non quasi in incertum &c. ne cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar, & ad alios loquens. Habentes formam scientiæ, & veritatis in lege qui aliū doces, te ipsum non doces? qui prædicas non furandū furaris? qui dicis non mœchandum mœcharis, qui abhominaris idola, sacrilegium facis? qui in lege gloriaris præuaricando legem, Deum inhonoras. Hæreticus solam vocem, hyppocrita solum opus, sed Christus corde ore & opere suum perficit opus.

Dilectionis signa a Chrõ nobis ostēsa.

1. Cor. 9

Rom. 2.

Hyppocritarū & hæreticorum dilectio est differēs & vtraq; mala & impia

Sicut dilexi uos. Vestris opportunitatibus subueniēdo, vobis quæcunque congrua fuerunt prouidendo, quid vltra debui facere vineæ meæ & nō feci? Legem, sacramenta, eruditiones, promissiones, regnū & perēnia gaudia omnibus communia feci, non indifferenter tamen singulos amaui, qui iniquos odio habui, qui zizaniam à grano separaui, Iudam calliditate impiū abire permisi, quia pseudo discipulum cum bonis & fidelibus vlterius conuersari non voluit, ego diligentes me diligo, & magis diligentes me diligere ostendo qui Petrum plus cæteris me amantem ecclesiæ meæ, & oiū mearum principem, & pastorem instituo, non diligo carnem, non sanguinem; sed qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.

Amo iustos, sed plus iustiores diligo, amo innocentes, amo virgines, amo & simplices, ideo inter discipulos vnum plus cæteris diligo, cui arcana pectoris reuelo, quem puriorem cæteris agnosco, sicut scriptum est. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis, præ consortibus tuis.

Psal. 44

Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quæ nam maior charitas, ea qua homo vsque ad mortem perducitur, illa igitur charitas commendatur, quæ ad ultimum terribilium protenditur, maiorem hac, nemo habet, qua homo suam animam paruifacit, subit incommoda, irruit in hostes, pericula contemnit, mortem constanti pietate non timet, supra de pastoribus (inquit) Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis, & quod de pastoribus ait, hoc ad singulos retulit, quandoquidem mandauit Deus vnicuique de proximo suo; quid autē, & quam charitatem vnicuique mandauit, non exilem neque tenuem, sed vsque ad mortem extensam audiuimus.

Ea perfecta est charitas, quæ omnem foras mittit timorem vsque adeo, vt nec periculis, nec morti se exponere pertimescat, tanquam diceret, ego vestra dilectione ductus, sic vos amaui, vt in uestrum obsequium oībus ærumnis, & morti me exponere non dubitarim.

A

Igitur vos ad inuicem saluandos debetis incommoda subire, & ad mortem vitam exponere, & vt efficaciùs acquirat, imprimatque fortius mortalium pectoribus, hoc unum quod suum fecit & iussit præceptum his verbis illud suadere uidetur, ego qui immortalis eram, & omnis passionis, ac passibilitatis expers sola vestrum dilectione mortalitatem suscepi, qua possem pro vestra salute mori. Vos qui mortales estis, & naturæ legibus omnino moribundi, quid cunctamini, tam virtuosè mori, & vitam quam ad horam habetis, non pro patria, non pro legibus proprijs, non pro temporali aliorum salute, non ad tropheum, sed pro perenni proximorum salute exponatis.

B

Ea sola est vera dilectio, qua perēnis uitæ mortē subire nō metuim⁹.

Maiorem charitatem nemo habet. Hanc, qua nemo maiorem habere potest charitatem, ad quam ego eo vsque pertingo, & uos habere uolo, vt mihi similes efficiamini, vsque ad susceptionem mortis, ingruente necessitate, tuendæ veritatis, & construendæ salutis proximorum, nolo vos remissos, non patior uos tepidos, quos euomere cogor, uolo vos ardētes, quos in tantum vrgeat charitas, vt nec periculum, nec gladius, nec mors ipsa à charitatis opere vos diuellat.

C

Exponant milites vitam paucorum denariorum stipendijs, exponant emptam, serui vitam ad consequendam annonam; exponant hystriones ad perdendos cæteros, vos uitam exponite in perpetuæ salutis proximorum obsequium, exponant mercatores uitam periculis latronum, periculis fluminum & maritimis procellis, exponāt seculi amatores, auari, luxuriosi, ad consequendas inanes diuitias & infidas uoluptates suā quam viliorem faciunt vitam.

Exponant indignatione conciti, odio perciti, furore agitati ad vitæ periculum, in quod tam facilè, tamque promptè ad vlciscendum, vel tenue, uel irreuocabile, verbum se ingerunt, uos cœlestis militiæ uiri; vos mei ueri magistri discipuli, uos charitatis uinculo astricti; vos asseclæ Iesu Christi Saluatoris, in salutem animarum, non in perditionem corporis uitam uestram exponite.

D

Maiorem hac dilectionem nemo habet. Nam cū duplici ratione, aliquid alio maius censeatur, aut intensiuè aut extensiuè, quasi ex quantitate molis & ex quantitate virtutis, maius hoc dicitur illo, cum igitur charitas extendatur non ad hanc, sed ad aliam uitam, protenditur verè in duratione perpetua, quia siue prophetiæ cessabunt siue &c. charitas nunquam excidit, ideo maiorem hac nemo habet.

E

Maius extensiuè sumitur & intensiuè.

Ponant alij vitam, exponant se ipsos cuncta saltem, aut veterascunt, aut cum decedentibus intereunt, quod si intensiuè charitatis dilectio consideretur, utique maiorem hac nemo habere uidebitur, cum enim hæc sola in Deum solum feratur, ibique conquiescat, cæteræ verò dilectiones, aut naturales, aut morales, siue etiam voluntariæ in solis creaturis terminentur, longè inferiores existunt, sex enim in ordine charitatis consistunt, Deus, anima, amantis, anima eius qui amatur, corpus amantis, seu uita corporalis, & proximi uita.

Amantis amati anima, Deus est anima.

Vltimo loco bona exteriora & gradus, ab inferiori

ad su-

ad superius ascendendo sumuntur. Et hæc omnia in vna charitate vinciuntur, vt per exteriora bona eleemosinas, consilia, monitiones, & quæ opera charitatis, ac misericordiæ esse dicuntur, ex charitate facienda esse ostendantur, qua ratione charitas benigna esse describitur, hæc est lex sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum, de quo prædixerat & Moyses. Dominus de Synai venit, & nobis apparuit de monte Ebron, in dextera eius ignea lex (dilexit populos oẽs) sancti in manu illius sunt, & qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina illius.

Deut. 33. Ignea lex Moysis.

Ipse legifer noster, vno hoc totius suæ legis mandato omnia concludens ignem se venisse in terram testatur, & quid nisi vt ardeat molitur? Semper enim ignis crescit semper augetur, semper ascendit usque ad maiorem illam ardoris flammam, qua nemo unquam maiorẽ habuit, nec altius pertingere potuit, hoc nobis præcipit supremæ dilectionis mandatum, qui cuidam; Hæc suadebat, dicit, Amen testis fidelis, & verus qui est principium creaturæ Dei, vtinam frigidus aut calidus esses, sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quod diues sum & nullius egeo & nescis, quia tu miser es, & pauper & nudus & cęcus, ideo suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatũ ut locuples fias, & vestimẽtis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuæ, non aurum solum, sed ignitum aurum nos comparare voluit, qui ad maiorẽ charitatem nos suadet ascendere, ne ignominiæ turpitudinis nostræ coram diuinæ maiestatis oculis appareant, charitas enim ipsa vestis est nuptialis, quæ operit multitudinem peccatorum, quam qui non induunt, indecori, nudi, & turpitudine omni deformes conspiciunt.

Apoc. 3

Charitas est vestis nuptialis.

Maiorem. &c. In epistola idem Ioannes testatur, Qui non diligit, manet in morte, & qui odit fratrẽ suũ, homicida est, & scitis, quoniam omnis homicida, non habet vitam æternam, Christus autẽ qui nos & à morte liberos esse desiderat, & uitam habere, ac abundantius habere percupit, nos ad hanc per dilectionem, & quidem maiorem dilectionem, ac supremam ad supremam uitam inuitat. Ab infimo itaque gradu ad supremum ascendere in charitate iubemur, eodem Apostolo, dicente. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei erit in eo? filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 3

Ibidem.

Hoc est mandatum eius, vt diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis, uidelicet non sufficit illa nobis naturalis dilectio, qua aut consanguinei, aut affines, aut quodam naturali instinctu, multi se inuicem diligunt, aut quia complexiones complexionibus inuicem obsequuntur, quæ conuenientia ex proportione, & similitudine animorum harmoniam in gentibus efficiunt, quę indifferens est, & ad bonum & ad malum. Ideo super hanc, una superior requiritur & percipitur, quæ non nisi bona & sancta esse perhibetur.

Nec sufficit alia dilectio, qua obsequentes inuicem ex propositis, aut optatis beneficijs diligunt, quia & illud ethnici faciunt, & hoc canes & catelli obseruant, an his pręesse non vultis? an perfectiores his non esse cogitatis & cupitis? Sũt quidem cæteræ dilectiones ab ista, tam tenues, quã uacuę & à vera rectitudine deuię,

F ideo ad hanc, quæ maior est omnium, quæ cœlitus est demissa mortalibus, qua Deo similes efficimur, euectos vos cupio, vt sicut ipse exinaniuit se ipsum, & tradidit semetipsum pro nobis, ita, & nos ad salutem proximorum conquirendam, vitam hanc mortalem morti tradere non timeamus.

Est (inquam) & dilectio naturalis, qua omne simile diligit sibi simile; & omnis homo, simile sibi. Ob quam, aues cum auibus, serpentes cum serpentibus cõuersantur. Est & alia naturalis, qua, ad unum principiũ referuntur, qui se inuicẽ amant, ut qui fratres sunt vterini, ex eodem patre progeniti; & ratione loci, sub eodẽ G climate conuersati: Vnde, & si plerunque suborta nutriantur ciuilia contribulium dissidia, si tamen procul à patria qui dissident, aut inuicem non norunt, occurrant, concordi quodam uinciũtur amoris vinculo, seq; agnoscunt. Feruntur & amore quodã naturali, qui sub uno, & eodem planeta, seu plurium planetarum aspectu nascuntur: ex qua conformitate, quædam in ipsis uidetur proprietatum uniformitas, quæ solet inter Iouiales, Martialesq; &c. nonnunquam patescere. Et hi, ac cæteri naturales amores, possunt, tam ad bonum, quàm ad malum dirigi, & ad salutem, sine perniciẽ conuerti, prout ad malum, seu ad bonum finem, diriguntur à nobis.

Eccle. 13

Conciuiũ amor.

Sub eodẽ planeta nati adinuicẽ diligũtur.

H Præsertim autem, mutua uidetur inde suboriri quędam naturalis dilectio inter eos, qui ascendente super hemysphærium nostrum Sole, licet diuersis tẽporibus, sub uno tamen ascendente gradu nascuntur. Ad perfectam dilectionis rationem, talis indifferẽs amor suppetias præbet. Si his naturalibus veluti quibusdam calcaribus impelluntur homines, ut Deum & proximum diligant. Nonne naturaliter in suum principiũ, & causam humani etiam affectus sollicitantur? Nonne unus est pater omnium nostrum, qui possedit fecit, & creauit nos? Nonne ad imaginem, & similitudinem eius creati I sumus? Nonne ipse caput omnium nostrum, inuicem autem alter alterius mẽbra? Nonne omnes nos fratres inuicem sumus, vno Christi sanguine intincti, vno baptismate loti, vna fide insigniti? Quomodo igitur potentior efficitur natura, eiusdem naturæ Authore?

Deum omnes tenent amare.

Additur, & his omnibus, quod cæteris rationibus præstat, eiusdem. s. Authoris præceptum, expressumq; mandatum. Hoc est (inquit) præceptum meum, vt diligatis inuicem, &c. Ad cuius præcepti obseruantiam, maximè nos impellit amor ille beneficus, quo non solum qui ratione vigent, sed & animalia, quæ ratione carent, compelluntur. Experientia namq; didicimus, K belluas ipsas, immitiaque animalia, ac ferocia, in suos beneficos feritatem deponere, eosque naturali instinctu diligere.

Naturalis amor.

Hac optima indole natura, etiam canes dotauit, qui nonnisi blandiri norunt, suis benefactoribus. Maiori autem vinculo vinciuntur homines, vt seinuicem diligant, quos natura, sociabiles effecit. Vnde vbiq; constructa sunt oppida, ciuitates copiosiùs ædificatæ, vt mutuis obsequijs, sibi inuicẽ fauerent homines; quandoquidem non est, qui opera alterius non indigeat, & nemo sibipsi sufficit. Aduersus dominum iubentem, ac præcipientem, cunctaque bona nobis exhibentem, grauiter peccant, quicunque non habita ratione iubentis, in odio perseuerant, aduersus quoscunque, tam facileq;

Ingrati cõditio.

facileque insurgunt in eos, etiam benefactores, à quibus non vulgaria beneficia susceperunt.

O damnabilem, ac peruersam hominum conditionem, qui nullis beneficiorum habenis restringi, aut cohiberi possunt, ne sæuiant in proximos. Hi sunt, qui notabili illa, ingratitudinis nota inuruntur. Sunt qui hoc non considerant, & paruifaciunt ingratitudinis uitium, cunctis adeo detestabile, vt seipsos reddant homines, vbique & apud quoscunque inhonorabiles. Propterea enim, nulla lex, nullus canon est, qui descenderit in iudicium aduersus ingratos, nec, qua pœna plectendi essent, statuerit: quandoquidem natura ipsa hanc legem intulit, vt cunctis opprobriosi reddantur, quicunque inter homines, tanto vitio maculantur. Teste enim D Bernardo. Ingratitudo est ventus urens, omnem pietatis fontem siccans, rorem misericordiæ, fluentaque diuinæ gratiæ è medio tollens.

Quā sit detestādū ingratitudinis vitium

Bernard. sup. Cant.

Quapropter à Theologorum magistro dictum est. De natura ingratitudinis est, ut non solum secundum suam speciem, lethale peccatum efficiatur: verùm quia omne peccatum concomitatur, & circuit, inficit, & inficiendo aggrauat noua culpa, omne peccatū. Sed nunquid impunitus permitti poterit ingratus, licet communi omnium sententia, exosus habeatur? Maximū vtiq; (teste Seneca) vix aliud supplicium, grauius existimari potest, communi & publico odio, quod incurrit ingratus, etsi continuo conscientiæ stimulo vrgeatur, maiori tamen adhuc pœna plectendus censetur, qui iure ingratitudinis, subtractionem omnium beneficiorum communi sententia meretur. Maxima autem huius peccati, ingratitudinis pœna, siue punitio, Deo uindice, est ad supremi iudicis tribunal relicta: à quo solo possit, iuxta reatum culpæ debitam pœnam subire. Vix enim suos seruos, aliquando vocauit nequam supremus ille Dominus & iudex, nisi eos, qui ingratitudinis abhominabile vitium incurrerant. Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne oportuit & te misereri conserui tuo, sicut & ego tui misertus sum? Hunc igitur ligatis manibus, & pedibus, tradi iussit tortoribus, proijciendum in tenebras exteriores, & alibi: Ingratum, cum quo rationem ponere voluit, super accepta mna, in sudarioque reposita. De ore (inquit) tuo, te iudico, serue nequam. Idem, & de abscondito talento: Iubente Domino, vt is ingratus, in tenebras exteriores proijceretur, vbi esset assiduis fletibus, & stridonibus dentium torquendus. Nam & de vineatoribus illis ingratissimis, qui à domino vineæ rebellarunt, scribitur. Quoniam malos malè perdet, & locabit alijs vineam, qui reddant debitos fructus, temporibus suis.

2.2. quæst. 107. arti. 1.

Seneca li. 2. de beneficijs.

Matt. 18.

Luc. 19.

Matt. 25.

Matt. 21.

Ad euitandum hoc graue peccatum ingratitudinis, excogitabat sanctus ille Propheta, quomodo posset aliquod gratitudinis signum, suo benefactori ostendere, inquiens. Quid retribuam domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Et alibi. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas; qui redimit de interitu vitā tuā; qui replet in bonis desiderium tuum. Hæc sunt, quæ assiduè in corde versantur animi grati. Quisquis autem ingratus est oīum beneficiorum, lumen, nè videat, extinguit. Quorum insaniam detestatur Proph. Non

Psal. 115

Psal. 102

Psal. 77.

A custodierunt testamentum eius, & in lege eius noluerunt ambulare: Obliti sunt benefactorum eius, non sunt recordati manus eius, &c. Potissimum autem maximam rationem reddituri sunt in die iudicij, quasi super maximo peccatorum omnium, peccato; conquerente eodem domino, & iudice. Esuriui, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c. Cuius culpæ debita pœna subsequitur, non temporalis, sed æterna; exprobrante eodem domino, Ite maledicti in ignem æternum.

Matt. 25.

Ingratorū pœna.

Nunquam sine peccato est ipsa ingratitudo; sed secundum rationem ingratitudinis, ita & culpa, aut grauior, aut remissior est ipsius ingrati; semper enim ingratitudo repugnat virtuti, cui solum peccatum opponitur, vt docet Angelicus Doctor: Tandem concludimus cum sapientissimo Seneca, loco supra citato. Dicere hominem ingratum, est dicere hominem pessimum, & multis prauis qualitatibus affectum.

B

Ingratitudo nūquā ē sine peccato.

2.2. quæst. 107 ar. 1

Conuertatur igitur ad seipsum, proteruus quisquis sit animus, pestifera obduratus maleuolentia, qui nec legibus naturæ cedit, nec blandientem potissima pollicentem audit, nec præcipienti domino obedit. Nos vocauit Christus amicos; sed quomodo? Si feceritis, quæ præcipio vobis. Vide quomodo amicitiam cum

C Christo paruifacimus, qui pro nihilo, ab illo diuertimus. Teste enim D. Ioan. Qui non diligit fratrē suū, quem videt; Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Quasi dilectio proximi, lumen præbeat ad dilectionem Dei.

1. Ioan. 3

Promisit, & vno verbo, maxima inimicum diligentibus beneficia. Diligite inimicos vestros, &c. Vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Sic igitur ad hæc capescenda, nos disponit, qui nos ad suam amicitiam euexit; disponens nobis regnum, sicut & sibi pater disposuit, vt edamus, & bibamus super mensam suam in regno suo. Docuit & hoc idem ipse magister noster,

Matt. 5.

D Magister (inquam) ad dandam scientiam salutis, plebi suæ, in remissionem peccatorum eorum. Dimittite, & dimittemini. Esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via, nè fortè tradat aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, idest diabolo, qui est diuinæ iustitiæ institutus minister, & iterum ibidem docuit nos, orantes dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Vt possint de ore proprio adiudicari, qui sunt serui nequam, suaque propria sententia condemnari.

Luc. 6. & Matt. 5.

Superest, & rationem dominij exquirere, qua eum diligere, eique velut domino, parere debemus: Cum ipse omnia, in numero, pondere, & mensura fecerit. Suis namque legibus, omni creaturæ terminos constituit, nec vltra progredi, quàm ipse constituerit, voluit.

E Quis (inquit) est pater pluuiæ, aut quis genuit stillas roris? Nunquid coniungere valebis micantes stellas pleyadas, aut gyrum arturi dissipare poteris? Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra? Nunquid mittes fulgura, & ibunt, & reuertentia, dicente tibi: Ad sumus? Quis posuit in visceribus hominis sapientiam, aut quis dedit gallo intelligentiam? Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius, quis soluit? Vbi eras, quando ponebam fundamentum terræ? Indica mihi, si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras eius, si nosti? Quis conclusit ostijs mare, quando erum-

Iob 38.

erumpebat, quasi de vulua procedens: cum ponerem nubem uestimentum eius, & caligine illud quasi pãnis infantiæ obuoluerem? Circundedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia & dixi. Vsque huc venies, & non procedes amplius; & hic confringes tumentes fluctus tuos.

Job 38. & 39 Hæc ait Dominus ad ostendendã dominationis suę virtutem, cui nulla creatura resistere potest.

His itaque legibus, author naturæ, naturã constrinxit: cuius limites natura ipsa obseruauit. Sed nunquid cum insensatis, terra & ponto, cæterisuè irrationabilibus creaturis, descendit Creator? An non ad confusionem rationabilium, idest hominum, diuinæ uoluntati, & præcepto, se opponentium, hæc obiecta sunt, qui voluntate rebellante, obsistunt Creatori & Saluatori? Quid est mare feruens, nisi animus indignatione furens & ad exterminium proximi sui procellosis verbis, ac contumelijs, seu etiam cladibus aduersus inimicos insiliens?

Posuit Dominus præceptum de dilectione mutua. Hoc est (inquiens) præceptum meum, ut diligatis inuicem, &c. Et tamen, contra statutum præceptum, extra terminos egreditur, quicunque odio in proximũ, verbo, vel facto præscriptos ordines frangit. Hos velut

Job 39. indomitos, vocat Rhinocerotis nomine, dicens. Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Idest, tanquam indomita bellua, tuorum mandatorum funes confringet, sæuus ipse peccator. Vocat & onagros, idest, indomitos homines, qui nullis coercentur habenis, ne sibi præfixos terminos, furentes abrumpant; cum nullis, tam diuinarũ, quàm humanarum legum cathenis seu præceptis, à cõcepto odio reuocentur.

Comparauit & eosdem, quasi è vulua prodeuntibus; quandoquidẽ omni abhominatione obuoluti cernuntur. Tandem idem dominus, aduersus huiusmodi, talẽ

Eccl. 29 infert sententiam, loco suprascripto, videlicet. Quoniã peccator, transgrediens mandata Domini, incidet in promissionem nequam; & qui conatur multa agere, incidet in iudicium. Quid est in iudicium, nisi in sen-

Matt. 23. tentiam iudicij; de qua dictum est. Ite maledicti. &c.

Maiorem hac. &c. Cum omnium vna sit constituta mensura, quæ superexcedat & liber cætera, & in naturalibus unus sit motus, quo cęteri motus mensurantur, vnum primum lumen, & aurũ sit per quod cętera metalla plus & minus dicunt perfectiora, ita & hanc charitatem vt forma sit omnium uirtutum & mensura operationum omnium, illam in apice constituo, & supremam fieri contestor, quam ad maiorem usque extẽdo, volo hominem vsquequaque esse perfectum, & cum tota eius perfectio, qua ad summum bonum dirigitur, consistat in optima dispositione intellectus, memoriæ & voluntatis, postquam præcipua quæ credenda sunt, & quæ sunt sperãda edocui, hoc unum uel præcipuũ, ad rectè disponendam uoluntatem, paucis protuli uerbis, decet enim charitatem, quæ maior horum est non esse fide, & spe inferiorem, sic enim extenditur fides, vt ad nil aliud credendum extendi possit, sic spes ipsa protenditur, vt nil sibi ulterius sperandum relinquatur.

Vnus est oium motuum motus, quo alij mensurantur.

Sũma hominis perfectio in optima intellect' volũtatisque & memoriæ dispositione cõsistit.

Quapropter & charitatem eo usque extẽdo, quo ulterius, nil ardentius agere possit. Abdias, erit domus Jacob, ignis & domus Ioseph flamma ignis, quis un-

F quam uidit homines in igne habitare? et tamẽ tres pueri in camino ignis, multis benedictionibus & præcipuis laudibus, Domino decantabant, Ioseph filius fuit Jacob, Jacob prior Ioseph in utriusque domo ignis, sed in ea quæ Ioseph flamma ignis, Iacob hanc inferiorem ecclesiam denotat, in qua nos primo conuersamur, & in hac est ignis, sed sine lumine flammæ, quia quem diligimus Deum, nondum perfectè intuemur, uidemus enim per speciem in enigmate, in illa superiori ignis est cum flamma, quia uidebimus eum sicuti est, & reuelata facie gloriam Domini speculabimur. Ioseph enim augmentum interpretatur, quia ad apicem diuinæ dile-

G ctionis in patria solum peruenire ualemus, vnde dicitur, diliges, non dilige, ex toto.

Iacob autem supplantator, dicitur, & hanc in mundo ecclesiam denotat, quæ tantis undiq; dolis & erumnis passim fraudatur, sed sicut Ioseph à Iacob processit, nec vnquam sine Iacob fuisset Ioseph, & sicut flamma non nisi ab igne procedit, ita huic charitati in ecclesia militante, sequitur charitas cum claritate in ecclesia triumphante, & nisi quis hunc ignẽ possideat, quo proximum suum in Deo diligat, perfectam in patria dilectionem & charitatem non erit qui possideat, ignis enim natura est in obsequium hominum è cœlo descendere, & iterum in sua puritate & perfectione ad cęlum

H ascendere.

Iacob supplantator interpretatur.

Ignis proprietas & perfectio.

Maiorem hac. &c. Si hæc dilectio non sit ex dilectione Dei, iam maior maiore esset dilectio, quia Deũ & supra proximum, & supra nos ipsos diligere tenemur, tria namq; in ordine dilectionis consistunt alterum, quod supra nos est, alterum quod par nobis est, tertium quod infra nos est, Deum supra nos & plusquã nos diligere tenemur, & eum ex toto corde, ex tota anima & ex totis viribus diligere debemus, adeo ut ipsa dilectio sit à Deo velut ab origine, & causa dilectionis cum Deo, ut mens non diuertat ab ipso & in Deo, ut tota dirigatur ad Deum, sitq; finis dilectionis Deus, ea

I autem quæ proximi est, ea est qua eum consortem cœlestium bonorum optamus, & vitam pro eius salute exponere non recusamus, & hæc est uera fraterna dilectio, qua omnes vt nos ipsos euehi ad æternam salutẽ peroptamus, & gratiæ ac gloriæ participes fieri, quo possumus nisu percupimus.

Triplex dilectionis est ordo.

Infra nos autem sunt amãda bona temporalia, quæ ordinanda sunt ex charitate ad ipsum creatorem, & quidquid oblectamenti habemus, dum in factura sua delectamur, totum in suum factorem conuertatur, puta si in solis pulchritudine si auri excellentiam, si rosæ amenitatem contemplando delectaris, non sistas in illis, sed subsiste parumper, & iacta cogitatum tuum in

K Domino. cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, considera opera creatoris, & ama creatorem, intuere vestigium & admirare cuius sit vestigium, aspice imagines, & attende ad imaginatum. Dic propheta. Consideraui Domine opera tua, & expaui. Ex cognitione sensibili ascende ad intellectualem, ut non sit dilectio sensualis, sed rationalis, & si qua frueris in Domino fruere, nam vt Augustinus ait, quisquis aliquo in Domino fruitur, is potius Domino fruitur. Vnde Apostolus ait. Hoc itaque dico fratres, tempus breue est, reliquum est, vt & qui habent vxores tanquam non habẽtes sint, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt

Quomodo bona temporalia diligamus.

Abacb. 3

1. Cor. 7

muunt tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur, præterit enim figura huius mundi.

Insuper & infra nos est corpus nostrum, sicut igitur Deum nobis, & proximo præponimus, ita nos & proximum corporibus nostris anteponimus, pro quorum salute, ipsa quæ possidemus ex charitate exponimus, hoc itaque est summum Christianorum, idest, Christi discipulorum studium, quo omnia in charitate conuertantur, quæ est vinculum perfectionis, ex qua tota lex & proph. dependent, in qua plenitudo legis consistit, huic soli studio operam omnem nauarunt, quotquot sancti fuerunt, de quibus Gregorius ait; Sancti vt possent proximos perfectè diligere, studuerunt in hoc seculo, nihil aliud amare, vel affectu possidere.

Martyrum pœna & charitas.

Video Moysen faciem Pharaonis non pertimescere: Eliam Achab indignatum non formidare: Hieremiam funes & carceres vilipendere. Ioã. Bapt. Herodẽ exprobrare: Apostolos tyrãnorum voluntatibus se exponere: martyres & puellas ignibus, & ęrumnis se exhibere: sanctos tortoribus & truculentorum manibus, cladibus & passionibus, flagris, extorsionibus & mortibus se ingerere, vel saltem isthæc libenti animo suscipere, ò eximiam charitatem, qua nemo maiorem habet, cuius præmium tale est, quo potiore nemo gaudere potest.

Vt animam suam ponat quis, pro amicis suis. Obserua quomodo charitas Christi, omnem sensum exuperet, obserua vsque ad quem terminum urgeat, nonne animalia plusquam esca & corpus plusquam vestimẽtum? Parum est omnem substantiam, in cibos pauperum erogare, parum est omnem fidem sola credulitate possidere, imò & corpus igni tradere vt ardeat, quæ sine charitate, nihil in homine efficiuntur. Pertingit charitas ad animam, & in animæ præcordijs commoratur, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris &c. Rogas videre animam ponentem, & salutẽ proximorum consulentem? Audi Moysen dicentem. Obsecro Domine, peccauit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi Deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti, audi & alium pro populo se exhibentem, Ego sum Domine, qui peccaui, hi qui oues sunt quid fecerunt?

Exod. 32.

2. Reg. 24

Audi & Ionam se prodentem, si propter me tempestas hæc exorta est proicite me in mare, sed an non audis, & iustum illum doctorem gentium cupidum, anathema fieri pro fratribus suis? ò viros intrepidos, & sola charitate munitos, quomodo animam perdere poterant propriam, qui lucrari cupiebant alienam? quid enim prodesset homini, si vniuersum etiam mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum faciat.

Sed & Moyses, & apostolus non se gloria priuari petierunt, nec salute priuandos dixerunt, qui ad eam maiorem charitatem, qua nemo excellentiorem habet ostendendam, talia potissima mala, velut ex comparatione ostendere, manifestare curarunt, vel ad tempus, hoc sibi ascribi tantum volebant; minime tamen se perenniter priuaturos beatitudine, quæ in Dei visione & fruitione consistit desiderare potuerunt, quia hoc esset se summo bono priuare quod esset contra charitatem agere, charitas autem non minuit, sed auget charitatẽ, non expellit sed inducit charitas charitatẽ, solum pecca-

Solũ peccatũ a charitate seiũgit & separat.

tum nos separare potest à Christo, charitas non disiungit vnitos, nec separat copulatos, magis autem vnit disiunctos, & copulat diuisos, vel dicendum est non absolutè, hoc sibi exitium, sed tantum ad tempus expetijsse, vnde Apostolus se non optare, sed optasse anathema pro fratribus fieri dixit, quia ad tempus in hac vita, non intrinsecè, sed extrinsecè anathema non esse, sed fieri cupiebat.

Vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hæc est vera charitas, quæ non alienã, sed suam quam sibi dilectam facit animam ponit. Ipsa præit, quia nescit tarda mollimina Spiritus sancti gratia, nescit torpescere charitas. Et aut parua, aut nulla est charitas eorum, qui cęteros præire in bene operando, & patiendo contendunt. Alios ad parcendum, ad remittendas iniurias, ad non vlciscendum consulunt, qui se plerunque ab eadem charitate eximunt. Hæc vox Sathanę, ad Dominum. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Vox Christi hæc, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

Iob 2.

Potuisset quidem Christus nos dicere, & rectè nuncupare inimicos, quem tantis lacessimus iniurijs, verũ quia omnes in semetipso interfecturus erat inimicitias, qui & proditorem vocauit amicum, cæteros iam peccatores vocat amicos, amicos (inquam) non amãtes, sed amatos, nos vocat amicos, quo certi simus, non aliud iam quam beneplacitum, & consensum nostrum, ad secum componendam, & construendam amicitiam optare.

O dulcis Christi inuitatio, ò suaue Christi eloquiũ, quàm dulcia faucibus meis eloquia tua: nos primus ad amicitiam inuitat, & prouocat, qui etiam prior nos dilexit, silentium indixit phariseis asserentibus, odio prosequendos inimicos, quos ipse fore diligendos expressit, & iussit, & quod ipse iussit obseruauit. Esto igitur ex parte te odientis fractæ sint leges amicitiæ, & iura destructa, hoc tamen tantũ absit, vt tuo munere non fungaris, sed quantum ex te est amicum habeas, quicunq; sit tibi inimicus; hoc totum egit Christus, qui nos ex inimicis, amicos facere procurauit.

Vt animam suam, &c. Audiant quicunque, indigẽtibus pietatis viscera claudunt; Audiant qui esurienti suum panem non frangunt, qui nudum algentem non cooperiunt, qui pauperes vagãtes, in domum introducere dedignantur; huius magnæ charitatis erat scintilla, quod iussum prius erat. Quid est prunas super caput eius congregare, nisi ignem dilectionis in illo accẽdere & charitatis tuæ ardore illum superare? quàm vehementius igitur accendetur, qui te suo amore succensum experietur? An non omnia consumit, & liquefacit, ac dissoluit vehemens ignis succensus, lapides, ferrum, arbores & si uirẽtes, imò & ipsam iniectam in eo aquam, qua aliàs remissior extinguebatur?

Charitatis opera recusantium crudelitas & impietas.

Adsit maior hæc charitas, quam aquæ multę extinguere nequeunt, hoc habet ignis, ut ad se combustibile trahat, non expellat, quod si tantus adsit, quem ad se non trahet, & tractum non in se conuertet? Nonne & Apostoli ac martyres, animas suas dantes, plures in morte ad veritatem fidei & dilectionem Christi pertraxerunt, quam viuentes lõgo tempore à persuasionibus multis efficere non valuerunt?

Experire in turbine tribulationum tuã charitatem, quanta

quanta, qualisuè, quiusuè valoris, & excellentię existat, quomodo animam tribues, qui duas tunicas habens, imò tot & varias vestes possidens, nec unam non habenti præbes? quomodo animam dabimus, qui auferēti tunicam, nondum pallium concedimus, aut exhibemus? quomodo animam dabimus, qui percutiēti vnā maxillam, non alteram porrigimus? quomodo animā pro proximo ponimus, qui ex thesauris ex segete ex horreis, ex his quibus abundamus, vix aliquid exhibemus? qui fraudamus proximum, qui viduas & pupillos, aut fœnore, aut extorsione, aut iniusta retentione expoliamus?

Quomodo animam ponere cogitamus pro eius salute, cuius saluti & vitæ insidiamur, quem passim laceramus, conculcamus, inuidemus exprobramus & maledicimus? procul hæc ab instituto, longe à Christi præcepto. Petrus prius reliquerat omnia pro Christo, fratres, vxorem, domum, nauem, retia, & quidquid habebat, prius reiecerat.

Nil aliud supererat Petro, nisi vt animam pro Christo exponeret, quam & se expositurum iactitabat, quia tamen nimis sibi ipsi fidebat, ipse se decipiebat. Animam tuam pro me pones? ait Christus, Amen dico tibi, ante galli cantum ter me negabis, verax fuit veritas & mentita est sibi temeritas, neq; enim maiorem adhuc hanc charitatem habebat, nec dum satis incaluerat, qui alieno igne indigebat, ideo alio quęrebat, quod in ipso deficiebat, stabat enim ad prunas exterius se calefaciens; calore diuinæ dilectionis intus deficiens, nullus se ipsum decipiat, nullus sibi ipsi blandiatur, quantum quisque amet, quanta charitate ardeat, quanta dilectione incalescat equa lance libret, & iusta mensura percipiat.

Vt animam suam ponat quis pro amicis suis. &c. Amicos vocat Christus ipsos, qui nos persequūtur inimicos, qui reuera velint, nolint, amici sunt, & cēseri debent, quandoquidē si amicum eum dicimus, & potiorem amicum appellamus, à quo potiora & maiora beneficia suscipimus, à quo nos maiora obsequiorum genera recipimus, quam ab inimicis & quidē primo maius meritum acquirimus, cū inimicum diligimus, quā quum amicum, quādoquidem tota inimici dilectio in solum Deum feratur, à solo Deo pendeat, & ad ipsum dirigatur ac tendat, sed & ratione difficultatis in qua augetur ratio meriti, vbi maiora sunt & propensiora, quæ nos à dilectione retrahunt, cumulus meritorū augescit, & quod potissimum est, ratione diuini præcepti cum hoc vnum de dilectione inimicorum, iterum atque iterū expressum habeamus, & à Christo, ut simus filij patris nostri qui in cęlis est, & ab apostolis, & cui tāta merces est designata, nec non præscripta comminatio, nisi & nos dimittamus, & hic debitoribus nostris ex cordibus nostris debita.

Vide quomodo maioris sit meriti inimicum diligere quā amicum.

Hoc igitur primum est beneficiū, aliud accedit beneficium, quod ab inimico suscipimus, per quod nos quodam timore concutimur, & ideo cautiores efficimur, & Deo plerunque, veluti protectori nostro fidētius innitimur. Sępius ex timore temporali & seruili ad timorem filialem adducimur, velut à seruo ad Dominum, & ab imperfecto ad perfectum, talibus enim gradibus naturaliter inceditur; tertiò suscipimus, non vulgare beneficium, ab inimico, à quo nobis nostri pro-

F prij errores; nostri proprij defectus, quos aut ignoramus, aut conniuentibus oculis pertransimus, ipsi apertè detegunt & ostendunt vitia nostra, dum illi obseruant, & errata carpendo, nos nostrorum facinorū cautos faciunt, multi sunt, qui nedum alios, sed & se ipsos decipiunt, qui se patientes credunt, qui se charitatiuos existimant, quibus tantum, si quæ bona faciunt occurrunt, & illa in quibus deficiunt, non aduertunt, quod si amicos suorum factorum arbitres suscipiant, hi aut non audent molesti aliquid amico referre, arguere amicum non audent sua illi facinora obijcere pertimescūt.

G Magis autem ab inimicis tātum bonum suscipimus, qui & temeritatis nostræ, & impudentiæ infidelitatis, & incontinentiæ, auiditatis, & cupiditatis, ac auaritiæ &c. illecebras; omnes non ficta adulatione palliant, sed veraci, & reali detestatione redarguunt.

Ab amico nos obsequia ad perperam agendum, passim suscipimus, cum illi nostras cupiditates, & praua desideria communicamus, velut cum fouente, protegēte, consiliante, & omnia palliante, quo adiutore nutrimus odia, vindicare cupimus & occidere, fraudareque insontes, adulterari, & omnium genera facinorum perpetrare.

H Iustior est inimicus tibi, & iustiùs illum amare teneris, increpabit me iustus in misericordia, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, & esto inimicus tuus te peior, ac detestabilior esset, nihil tibi hoc, qui infensum animū ex beneficio habere teneris, quid si speculum vilius te existat, dummodo per ipsum tuæ frontis oculorum, labiorum, & linguæ ac supercilij sordes & maculas aduertas? nūquid & speculum confringes, si illud in ligno aut ferro consistat? quod si hoc cernis, nullis maculis perlucescere, & loco tuto reponis: vt quid non prosequeris inimicum, & non custodies, per quem potiora hæc, & æterna etiam bona,

Plura bona ex inimici, quā amici dilectione suscipimus.

I promereri potes? nec eius animi rationē attendere debes, sed ad obsequia suscipienda, animum præparare, atque illum velut iustitiæ Christi ministrum benigna mente suscipere.

Vos amici mei estis, si feceritis quæ pręcipio vobis. Vno hoc amicitiæ verbo, omnem fructum obseruationis mandatorum comprehendere voluit, neque longo verborum ductu facile exprimi, aut recenseri possent, quęnam bona quosnā fructus sint adepturi hi, quos in amicitiam aduocat, quæ cum talia sint, quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderūt, quæ præparauit Deus amicis suis, vna solius verbi me-

K thodo omnia complexus inquit. Vos amici mei estis si feceritis, non promitto amicitiam, sed præbeo amicitiam, non promitto me fore amicū si feceritis, sed iam confero amicitiam, vt eam certam, & firmam habere sciatis.

Ideo non amici mei eritis, sed estis, si &c. tanquam diceret, esto nondum ad opus externum, quod perfici nequit in momento exieritis, ego tamē tam promptus sum, & vestræ amicitiæ cupidus, vt quamprimum, animum vestrum obseruationi mandatorum meorū præparaueritis, mox amicitię participes estis, nā supra Cum de cognitione loqueretur ait, mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me, si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea, an ex Deo sit. Ad cognitionem itaque, ac perinde ad amicitiam

Ioan. 7.

obseruatio

obseruatio mandatorum seu executio diuinæ voluntatis spectat, cum hoc vnum maximè intersit, & communicatio seu notificatio secretorum archanorum? nec non & operum ac obsequiorum exhibitio. Adnutum enim inuicem obsequuntur amici. Audi autem & patrem eadem promittentem. Si autem custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos, & filij eorum vsque in sæculum sedebunt super sedem tuam. *Psal. 131.*

Vos amici mei estis si. &c. Tanquam diceret. In hoc comprobabitur vestra dilectio, qua in meam trahimini amicitiam, si adsit operis exhibitio, sine qua vos nullus comprobabit amicos, nec vobis ipsis fidere debetis, si meos vos sine exhibitione operis amicos esse existimatis, nemo sibi ipsi blandiatur, cum sola cognitio dilectionis consistat in exhibitione operis, facile & fallere & falli possumus, quinimò, & nobis ipsis mentiri, si alio quàm exhibitione operum indicio seu argumento ad amicitiæ partes, quoscunque pertrahimus, non vestra vos opera, ad mei amicitiam traxerunt, hac sola operum exhibitione & mandatorum obseruatione conseruari & stabiliri potest, non enim construendæ amicitiæ operibus præuenimus, sed qui iam præuenti sumus operibus amicitiam obfirmamus, & stabilimus, vnde Ioannes ait. Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. *1. Ioan. 4.*

Sed esto prior sit vitis, quàm sint palmites præueniantque natos, progenitores, nunquam tamen mutua perseuerabit amicitia, nisi ubi intersit mutua & reciproca inhærentia, ex me prodeunt quicunque boni fructus prodeunt, quia quod bona gignit arbor, aut à palmite emanat, hoc à radice profluit, & optima vite, quod si contingat palmitem à vite disiungi, aut à sua radice arborem diuelli, fractis amicitiæ nexibus, nihil expectandum est iucunditatis in fructibus. *Amicitia quæ mutua & reciproca non est diuturna esse nō potest.*

Dixi alias, à fructibus dignoscendas fore arbores, oues à lupibus, ficus à tribulis, labruscas ab vuis, scorpiones ab ouis, panes à lapidibus. Hanc vobis legem obfirmo, in hac vos infallibili ueritate mansuros statuo, vt nullis verbis seducamini, nullis simulationibus, & iactantijs elati decipiamini, amicitia mei vobiscum non in credulitate consistit, dummodo subsequi possint opera, non in sola interiori actione, non in verborum quouis apparatu, sed in operum exteriorum executione, & in mandatorum vobis exhibitorum obseruatione consistere declaro, & obtestor. Mentiuntur igitur quicunque fatentur, Christo parum esse rationem operum inspicere, aut eos non posse ab adepta amicitia deficere, qui perperam operantur. Vtrunque enim errorem, satis hæc Christi dicta pauca eliminant.

Vos amici mei estis si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Audiant factores verbi, & exultent, imò & auditores tantùm audiant, & contremiscant, contremiscāt (inquam) qui se à Dei amicitia expulsos intelligunt, conditionalis est ista ratio amicitiæ, amici eritis si feceritis, nemo sibi ipsi blandiatur, uideat & attendat, an falsò aut inaniter amicum se Christi constituat, ut videatur.

Iusti facilè, quæ iusta sunt loquimur, & de verbis iustitiæ congaudere videmur, sed quia iustos esse paruipendimus, quod verbo prædicando extollimus, opere non adimplendo, conculcamus. Hinc per Prophetam admonemur: Si verè vtique iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum, quia nulla est iustitia verborum, nisi & ipsa sit etiam factorum, si enim aliter agis, quàm loqueris, bona loqueris, & mala iudicas, dum de humilitate, & superbia, de auaritia, & liberalitate, de continentia, & luxuria, de malignitate, & bonitate, de vitio, & virtute cogitatur, nemo tam facilè, adeo est prauus, vt non laudet, quod rectè sentientes laudant, & tamen non recta iudicas, qui recta loqueris. Tribunal est in mente tua (inquit Augustinus.) *Psal. 57.* *August. in Psal. 57.*

Adest ibi Deus iudex iustus, fortis, & patiens, adest & accusatrix conscientia, tortor ipse timor, sed aliud iubet Deus, puta contra auaritiam, & aliud auaritiæ stimulus contra Deum, hoc enim nostræ seductionis initium fuit, vbi aliud præcipiebat Deus, aliud suggerebat serpens, quod iubebat Deus ad bonum solummodo erat, propter quod homo procul à malo fiebat, quod addidit serpens hoc virus erat, quia malum ad interitum erat: Eritis (inquit) scientes bonum, & malum, sed vtinam bonum solum scire elegissemus. Veniat in mentem prior ille casus tuus, (ait ille) propterea mortalis es, propterea laborans, propterea panem in sudore vultus tui comedes, propterea spinas adhuc tibi terra germinat. Hoc ideo tibi contigit, quia in te præualuit cupiditas, vbi non fuit obseruata veritas. *Gen. 3.* *August. Ibidem.*

Propterea, & denuò protestatur, quod olim intebatur: Si feceritis (inquit) quæ ego præcipio vobis, amici mei eritis.

Approbo vtique initium iustitiæ, velle iustitiam laudibus, quæ sunt iustitiæ commendare, sed his solis, amicos non constituo, factores eligo, quos amicos appello, quod si concepisti veritatem, quare, aut quomodo non parturis iustitiam? concepto dolo parturitur iniquitas, dicente Propheta: Concepit dolum, & peperit iniquitatem. *Psal. 7.*

Tu qui intus concipis approbando iustitiam, Erumpis in iniquitatem? quid monstruosius, à professore veritatis erumpente in iniquitatem, nisi quia filij venerunt vsque ad portam, vbi virtus pariendi non erat, sed & vnde pariendi virtus deerat, non perfectè completus vix semiuiuus embrio, ad partum nondum dispositus, & accommodatus, incurritur abortus, quia postposito capite anteibat pedibus, proponebat carnalia spiritualibus, æternisque temporalia. *Embriōes sunt, qui bonum qd inchoāt īperfectū relinquunt.*

Sicut igitur prius oportet hominem nasci in visceribus, antequam nascatur de visceribus, ita & ad omne perfectum opus perficiendum, prius intus perficiatur, formetur, disponatur oportet, quo facilius, & perfectius producatur ad extra, propterea enim intemeratæ illi Virgini dictum est; Quod natum est in te de Spiritus Sancto est, quia si Christi emulamur vestigia, intus prius concipiamus de ipso, quod foris imitemur & ipsum. *Luc. 1.*

Sunt & alij quidam peccatores, de quibus dicitur. Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero, *Psal. 57.*

locuti sunt falsa, vbi Augustinus ait; Nascuntur intra viscera ecclesiæ quidam paruuli, & bonum est, vt formati exeant, ne ab ortu labantur, generet itaque te mater non abortiat, si patiens fueris, usquequo formeris, usquequo in te certa sit doctrina veritatis, continente vtero materna viscera, si autem impatientia, siue temeritate tua, latera matris concusseris, cum dolore quidem illa te foris excutiet, sed tamen tuo magis quàm suo damno, de quibus dr. filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inuetetati sunt, claudicauerunt à semitis suis, & ideo hi qui errauerunt ab vtero huius communis fidelium matris, locuti sunt falsa.

Psal. 17

Psal. 17

In ventre quippe ecclesiæ veritas manet, à quo quisquis separatus fuerit, necesse est ut falsa loquatur, necesse est (inquam) falsa loquatur, qui aut concipi noluit, aut quem conceptum mater excussit, neque enim oues, sunt oues Christi, qui non sunt in ouili Christi, nec sequi possunt Christum, qui non audiunt vocem Christi, vos autem dixi amicos, si feceritis quæ ego præcipio vobis, nec dicere voluit, vos dicam amicos, si feceritis &c. Sed dixi, quo propensiùs ipse se extendat ad amicitiam, nobiscum contrahendam, quàm nos in suam aspirare valeamus, quoniam ipse prior dilexit nos.

Veritas est in ventre matris nostræ ecclesiæ.

Vos amici mei estis. &c. Attende, cuius energiæ in pectore sint hæ voces, Torpentes enim & desides tepidos, & segnes excitant, & impellunt, nam (vt Diuus Gregorius ait) collocutionis uox plusquam lectionis sermo corda torpentia excitat, & ideo iam à mortua pelle ad viuum hominem recurre, Deum in homine loquentem consule, aperi impedimentum, & quære medicamentum, ausculta intentum non hominem de se mendacem, sed Deum de se veracem; audi dicentem, consulentem, præcipientem, post hæc orando ad Deum conuertere, omnia desinenter obsecra confidenter, nihil hæsitans pete ab eo, vt uias tuas dirigat, ut qui mandatum dat, det & quod iussit, si adiacet tibi velle, in te autem perficere non inuenis, vnde tamen inuenias habes, quod enim aperitur dicenti, hoc præbetur oranti, conseruat quod dat, qui sua munera dat, auget & datum perficit.

Quod incępit, complet & adimplet, cuius spiritus nostram infirmitatem adiuuat, non est qui in obseruatione mandatorum, eius animum despondeat ipse qui iubet, vim adimplendi præbet, omnia possum in eo qui me confortat (inquit Apostolus) Dominus mihi astitit, & confortauit me. Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Beatus igitur homo quem, tu erudieris Domine, &c. Lex eius conuertens animas, lex sancta, mandatum sanctũ, si vis ad uitam ingredi serua mandata.

Philip. 4.
2. Thi. 4.
Ephes. 6.

Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. &c. Tanquam diceret: vsque modo seruos tantum uos nuncupaui, moxque in seruos asciui, cum enim nunquam ante me Dominum indixerim in cæterarum productione creaturarum creato homine, statim me Dominum ostendi, & nuncupaui, solum me Deum dixi, dixit Deus fiat lux fiat, &c. fecitque Deus, viditque Deus &c. Repente autem creato homine addidit, creauitque Dominus Deus hominem &c. Cum enim cætera, quæ creauerat ad hoc creasset, vt obsequerentur homini, velut qui omnia subiecerat, sub potestate eius, se Dominum non appellauit, daturus homini dominium, non vocauit se Dominum, qui vero hominem, vt sibi seruiret, creauit, se hominis Dominum quamprimum propalauit, quo innotesceret homini cui parere & seruire teneretur, verum in tantam euectus est celsitudinem homo per gratiam verbi incarnati, vt quos vocauerat seruos, nocet amicos, & filios. Vnde Apostolus. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum Dei.

Gene. 1.

F

Hominis celsitudo & dignitas.

G

Rom. 8.

Ecce Christi admirabilem benignitatem; poterat, & ut seruos habere, & vt seruos vocare, quos maluit amicos dicere & nuncupare, hanc diuinæ gratiæ tribuit dignitatem, hanc sancto spiritui detulit excellentiam, nulla coactio in habente spiritum, sed vbi spiritus Domini ibi libertas, propterea non omnium communis, est dignitas; Vos (inquit) non dicam seruos, vos spontaneos, vos mei amatores, vos meos asseclas, uos quos compotes bonorum & consortes archanorum efficio amicos uoco, & ideo non seruos, sed amicos uoco, quia non vt seruos sed ut amicos habeo, & non ut cum seruis, sed ut cum amicis vobiscum ago.

H

Iam non dicam. &c. Deinceps non dicam vos seruos, quos à seruitute legis illius antiquæ iugi insopportabilis, & peccati, ac diaboli, cui venundati fuistis, mea sum passione liberaturus, supra dixi, & pollicitus sum. Si filius vos liberauerit verè liberi eritis, & huius veræ libertatis promissum adimpleo, ita ut iam non dicam uos seruos. Vos (inquam) qui per dilectionem operari didicistis, vos qui ex amore meam, & patris voluntatem ad mpletis, uos qui spiritu ducimini, vos, qui spiritu Dei agimini, non dicam seruos, quia qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, & qui spiritu ducimini, non estis sub lege, habetis quidem legem, qui, quę legis sunt, facitis, sed nec sub lege estis, nec iustis est lex posita, ponitur enim & datur discolis, & iniquè agentibus, tanquam sub onere existentibus.

Ioan. 8.

I

Illis non datur, qui filiali timore ducto, quod licitum & iustum est, operantur. Illis non imponitur qui sibi ipsis sunt lex, adimplentque legem, discolis imposita, homicidijs fratricidijs fornicarijs &c. Ideo lex iram operatur. Vos autem non estis sub lege qui legem corde tenetis, & amore quæ legis sunt adimpleti, vos huius seruitutis iugum excussistis, vos seruiles conditiones abiecistis. Ideo nobiliorem gradum mecum conuersantes promeruistis, serui fideles fuistis, me cum in tentationibus permansistis, euge qui serui fideles estis, super multa uos constituam, nec vltra uos seruos, sed amicos nuncupabo.

Iustis non est lex.

Rom. 8.

K

Iam non. &c. Hoc unum præstat seruis beneficium præcepti exhibiti, dilectionis obseruatio, ut à seruitute ad amicitiam transferat diligentes, hoc vnum sibi fidelis seruitus promeretur, ut amictus charitate in sortem amicorum computetur: hoc sibi Ioseph apud Pharaonem fideli seruitute acquisiuit, ut ad altiorem amicitiæ

amicitiæ gradum, & ad eminentiorem gloriam sublimatus in tantum euectus fuit, ut solo regis solio à rege procederet. Hoc Mardocheus pro sua fidelitate à rege Assuero est consecutus.

Hest. 8.

Ioseph & Mardochei fidelitas cômêdatur.

Ad hanc & suos quos fideles habet seruos Christus euehit dignitatem, quos & gloriæ participes, & mensæ contubernales efficit, qui igitur seruus bonus & fidelis in domo regis, & in ecclesia conuersatur, quisquis Domini sui præcepta sedula mente exequitur, is à seruitute ad amicitiam eleuatur, acceptatur, obfirmatur, ex dilectione quisquis operatur, à serui ratione liberatur. Parum est hæc agere quæ agenda præbentur, parum est mandatis parere regis voluntatis, si quæ agimus non ex amore, sed ex timore agimus; oderunt peccare mali formidine pęnæ, oderunt vero peccare boni virtutis amore.

Sola non proficit obseruatio, quæ nec nobis sufficit, nec Dei mandatum perficit dilectione; perficitur, quodcunque debile, quodcunque tenue, & exile agitur, non in donum dantis, sed in affectum exhibentis regia maiestas mentem prospicit, spirituum ponderator est Deus, & hylarem datorem diligit, ipse multum dat, qui aut duo æris minuta, quæ tantum habet, aut frustum panis, aut calicem aquæ, quæ solum habet Christo exhibet, & toto affectu exhibet Petrus gloriabatur, se omnia reliquisse, sed quæ omnia? quia totum dedit, & totum dimisit, qui toto affectu quod habuit, & dimisit, & dedit.

Non est igitur qui cunctet. Iam ut in amicitia Christi consistat, habetur; quod si egenus adeo existis & inops, qui nihil exhibendum habeas, an non habes affectũ? Sat Christo hoc vnum pro toto; Cuius maximę liberalitatis meminit propheta. Pro nihilo (inquit) saluos facias illos, pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, nequis ieiunare? non potes peregrinare non habes vnde necessitatem patienti tribuas? Sat illi solus amor. Iam non dicit nos seruos, sed amicos, qui non ad nudum obsequium, non ad solum opus prospicit, sed ad pium tui fragrantis animi desiderium conspicit.

Psal. 55
Psal. 105

Solũ amorem Deus i se & cordis nostri requirit affectum.

Iam non dicam. &c. Estis quidem serui, sed quia non inutiles estis, qui hæc omnia ex charitate perficitis non dicam uos seruos, sed amicos estis serui, estis & amici, serui, quia fideles serui, voco interdum uos seruos: euge serue bone, & fidelis, vosque vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim, sed tales seruos nuncupo, quos etiam amicos appello. Iam ea quæ infusa est in cordibus vestris charitas seruilem conditionem abiecit, foras emisit timorem, & dedit locum dilectioni, non habet locum, nisi ad tempus in Domini domo seruus, cui non datur in æternum commorari. Ideo qui perennia bona in domo mea, & in regno meo disposui, vos ultra non seruos nuncupo, sed amicos. Potissimum autem ea est ratio, qua uos non dico iam seruos sed amicos.

Quia seruus nescit quid faciat Dominus eius, ego autem quæcunque audiui à patre meo nota feci uobis. &c. Tanquam diceret, & si compotes non sint serui suorum dominorum uoluntatis, & secretorum. Vnde nec amici vulgares huius participes efficiuntur dignitatis, quibus solis quæ secretiora sunt aperiantur. Hoc tamẽ dicto me uos in talem amicitiam mecum traxisse

A ostendo, quæ non solum procul sit à vulgari, sed ea sit quæ singularis est, & ad supremum gradum extensa, inter mille amicos docuit Salomon, vnum fore tuorum compotem archanorum, vnum tui animi consortem, habere adhortatur, quem chariorem habeas, cui te ipsum spondeas, ego autem vos asciui in hanc amicitiam, quibus totum animũ spoponderim & quæcunque archana audiui a patre meo disertis sermonibus exposuerim.

Plurimos habentes amicos ca... ...e debem' in reuelandis nostris archanis, eaque vni tantùm & magis fide li et ...mo reuelare debem'

Non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius, vos autem dixi amicos, quia quæcunque audiui à patre meo nota feci uobis. &c. Captus Holofernes honesta pulchritudine, ac modestia pudicissimę
B illius viduæ Iudith, nullo conuenientiori loco, illam collocari posse cogitauit, quàm in Tabernaculum vbi recõditos suos reposuerat thesauros; Tunc (inquit) iussit eam introire, vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo, nihil tamen de thesauris eius retulit illa, quæ nullis inhiabat eius diuitijs. At Christus quos secum cohabitatores elegit thesaurorum suorum participes effecit, statuit ille dari sibi de conuiuio, sed noluit illa, nec contingere edulia illius idolatræ, ac terreni principis. Habebat secum quę edenda iuxta legem diuinam detulerat, dulcia sunt hæc eduliorum genera homini, quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei, Audi degustantem.
C

Iudith 12

Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo, iam qui ad supremum conuiuium inuitantur, hic habent obsonia quæ degustent; ò præclara, suauissimaque ientacula eduliorum supernorum; Disposuit suis, sicut disposuit sibi pater eius regnum, vt edant & bibant super mensam suam in regno suo, quid est super mensam suam, nisi de omni edulio suo? omnia (inquit) quæcunque audiui à patre meo nota feci uobis, & ideo vos amicos dixi, quibus omnia bona mea communia feci.
D

Psal. 118

Ientacula suauissima amicis suis, & dilectis dominus exibet degustãda

Quibus verbis illius difficultatis solutionem suscipimus, quæ maxima est inter philosophos. An videlicet beneuolentia, quæ inter diuitem & pauperem nonnunquam versatur, possit rectè nuncupari amicitia, quia & si vicissitudo obsequiorum non sit communis vtrisque, cum tamen quæ sunt diuitis fiunt communia pauperi, tunc construitur amicitia, vnde Plutarchus inquit; Si inter diuitem & pauperem construitur amicitia, iam verè nullus erit pauper, igitur si multi sunt pauperes, multi egeni & in egestate constituti, vbi sunt diuites & locupletes, non dicat
E aliquis amore amicitiæ se pauperem diligere, iactant se plurimi se pauperum amicos, quibus tamen exiguis, aut nullis succurrunt obsequijs, cum tamen natura, naturæque auctor, qui nos ad mutuam omnes impellunt amicitiam, omnibus omnia in vrgenti necessitate constituit communia, ea itaque vera dicitur amicitia, quæ est in virtute, quæ autem non est secundum virtutem, non vera, sed falsò prætensa est amicitia, vnde dicebãt sapiens ille Stagirita octauo libro. Et hic amicitia non omnium, sed tantum est bonorum.

An inter pauperem & diuitem vera possit esse amicitia.

Vera amicitia in soli virtute fundata consistit.

Hac ratione cõmunẽ Deo, & hoĩbus Christus instaurauit amicitiã, ita ut nec verè Deum possit diligere qui simul non diligit, & proximum, nec proximum quis

verè dilligere potest, qui simul & ipsum Deum non diligit. Hæc est lex amicitiæ christianæ; vt qui diligit Deum diligat & fratrem suum. Moyses ambas simul tabulas amplexabatur, nec vnam seorsum detulit descendens de monte, sed ambas simul suscepit & detulit, & dum illas confregit non vnam solam, aut post vnã aliam proiecit, sed simul ambas dum proiecit confregit, quia nec amare Deum, sine proximi dilectione, nec proximum, sine Dei amore verè diligere possumus.

Ecce Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam veram matrem pulchræ dilectionis, qui detestatur omnẽ profanam & carnalem, ad quam præscindendam, gladium mittere venit in terris.

Ad hanc veram sanctam & pulchram dilectionem duobus vberibus nos refocillauit, & corroborauit, dum bis nobis spiritum suum sanctum tribuit, & quidem primò, dum adhuc in terris nobiscum ageret ad beneficentiam proximi, insufflando dixit. Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remissa sunt, secundò è cęlis eundem demisit Spiritum sanctum, quo & Deum & proximum per unius Spiritus sancti gratiam diligamus, neque enim disiunctiua, sed copulatiua sunt duo illa præcepta. Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut te ipsum, quasi duo riuuli quibus hic nostræ vitæ ager fœcundatur.

Ioan. 20.

Duab' vicibus datus nobis sanctus est spiritus.

Hoc (inquam) est irriguum superius, & irriguum inferius, quod filiæ suæ Axa sponsæ in dotem dedit Caleb. Per Axa, quod significat adornata & per Caleb, Dominium, & Christum & ecclesiam intellige cui nil preciosius concedere poterat, quàm utrunque irriguum, superius diuini amoris, & inferius dilectionis proximi, quibus ad omnem bonorum frugem, sedulis irrorata fluminibus, fœcundatur.

Psal. 15

Iam non dicam. &c. Obserua & futurum & præteritum tempus in verbis expressum. Cum enim multa habeat dicere Christus, quæ non poterant, nec nos possimus portare. Iam tamen nota se fecisse retulit, qui se ea nota facturum promittit, & eo certior facta est promissio, quo sub præterito potius quam sub futuro indicitur exhibitio, hinc enim & præcipuè promissiones ex euidentiori certitudine factæ sunt sub præterito, quàm sub futuro, sicut nil præterito tempore certius, per quod quæ contingentia erant, sic necessitatem induunt, vt nullis possit iuribus reuocari; Ita & quæ diuino sunt obfirmata instituto, talem sortiuntur certitudinis firmitatem, quod nullis unquam dubitationibus, subijci possint.

Nullum tẽpus certi' est præterito.

Qui vos æterna prædestinatione, qua ante mundi constitutionem elegi in sortem amicorum, suscepi, ut omne bonum vobis reuelationem. Iam non dicam uos seruos, quos ad regni vocaui participationem & fruitionem. Tunc expulsa omni seruituris imperfectione reuelata facie cognoscetis, sicut & nunc uos cogniti estis, equidem dum peregrinamur à Domino ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, tunc speculatores erimus totius illius maiestatis quam qui uident, quid est quod non uident, si uidentem omnia vident?

Vos autem dixi amicos. &c. Qui vos amicos facio, vos ipsemet amicos appello, vestram ego seruitutem, F quam detestor infringo, uos à seruitute legis antiquæ eximo, vos à peccati seruitute eripio, & à diabolica tyrannide redimo: hæ aderant seruitutes alienigenarum quibus præpediti tenebamini, nè construeretur alterutrum nostra amicitia, his per meam quam ingredior passionem, velut repagulis confractis, & hostibus his depopulatis, non est quod uos seruos, sed amicos nuncupem; liberati à peccato, & serui effecti iustitiæ amicitiæ regum mecum conscenditis, qui una trahimur charitate, vno impellimur & spiritu, equalitas enim similitudinem similitudo amorem, amor amicitiam G parit.

Si vos diligitis sicut & ego dilexi uos, si uos sancti estis, quia & ego sanctus sum, si (inquam) perfecti existitis, sicut & pater vester perfectus est, si mites & humiles corde esse didicistis, vt mihi similes sitis iam ad vlteriores quod seruitutis gradus ascenditis. Iam limites illos exceditis & amicitiæ iura pertingitis.

Sed & cum homo vt iumentum esset apud Deum, qui comparatus iumentis similis illis effectus esset, non poterat hæc construi amicitia quandoquidem, esto Dominus equum, aut canem suum diligat, ac diligatur ab illis. Vnde inter Bucephalum, & Alexandrum H nulla conceditur amicitia, quæ non est hinc inde spontanea, quod si ablata deformitate in suam pristinam homo dignitatem reuertatur ad amicitiam, statim pertrahetur, quæ sola charitatis dilectione conflatur. Et (vt Seneca inquit.) Nulla seruitus turpis, si non spontanea, & nulla amicitia stabilis, nisi quæ uoluntaria per amicitiam, igitur Christus, illam exprobrat seruitutem, qua quis seruum se constituit, auaritiæ pudendarum illecebrarum & voluptatum. Vnde Apostolus nos ab hac auocãs seruitute hortatur; Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ita nunc exhibete illa seruire iustitiæ in sanctificationem.

Peccatum inter Deũ & homines impedit amicitiam.

Seneca epist. 47. Omnis amicitia stabilis est spõtanea. *Rom. 6.*

I Tandem decet conciues amicos esse, seruos autem alienos facimus, quos & seruos dicimus, quia illos ser uamus, cum igitur ciues sanctorum & domesticos Dei facio, amicos non seruos dico.

Vos autem dixi amicos. &c. Obserua & illud Senecæ dictum. Iucundius est amicos facere, quàm amicos habere, hac sola Christus voluntate, nos amicos facit, quibus sua nobis impertiatur bona; bonorum nostrorum non indigens ipse, & ideo pauperes amicos facit, quos compotes beatitudinis facit; amicorum enim omnia communia bona dicuntur: & ideo vos (inquit) dixi amicos, equidem singulos amo, & nihil K odio habeo eorum quæ feci, minime tamen omnes amicos habeo, sed vos amicos dico, quia conciliante virtute construitur amicitia, lucratus est qui amicum fidelem, lucratus est thesaurum, imò aliquid quod est super omnem thesaurum, quia amico fideli, nulla est comparatio. Audi & Tullium in libro de Amicitia; Amicitia res plurimas continet, quocunque te verteris, præsto est, per hanc absentes adsunt, egentes abundant, imbecilles valent, & quod mirabilius est mortui viuunt, excepta igitur sapientia nihil melius datum est homini à Dijs immortalibus amicitia.

Seneca epist. 6.

Amico fideli & vero nil pretiosius iucũdius habere debemus, aut charius.

Hanc construxit Christus longe prestantiorem, quã mundus non cognouit, quæ cum Deo composita est. Rogo autem quos fructus paritura est homini amicitia Dei? Quid emolumenti, quid obsequij, quiduè commodi

A modi non præstabit. Antequam pateretur Christus voluit significare amicitiam, quo apertius omnia se pro nobis incommoda opprobria, & mala suscepturum protestaretur, vt qualitas amicitiæ non in prosperis, sed in aduersis probata commendaretur, quisquis igitur amicitiæ legibus coarctatur, quisquis amicitiæ nexibus vincitur, amicitiæ dulcedinem experitur quæ in sola virtute fundatur; Solatium humanæ vitæ, (inquit Hieronymus.) cui pectus aperitur habeas, cui archana communices, cui secreta committas, qui te soletur in tristibus, qui compatiatur in aduersis qui subueniat in necessitatibus.

Amicitia vera quô agnoscat.

Amicitiæ iucūditas & dulcedo.

B *Vos autem dixi amicos.* Edocuit Christus, quomodo posset quisque, frater, soror, & mater eius esse quicunque (inquit) fecerit uoluntatem patris mei; Qui in cœlis; Ille meus frater soror & mater est, sed cum plerunque beneficio amicitiæ priuentur inuicem, Qui se prosequuntur & efficiunt. In sola amicitia quæ ex charitate est, suos secum vnitos constituit, per quam interdum frater fratri, mater filiæ, soror sorori dissentire conspicitur, nam solus amicitiæ amor ad culmen dilectionis pertingit, cum amicorum unus solus sit amor virtutis, vnum cor vna anima, & ipsa omnium vna charitas, ac vna dilectio.

Matt. 12.

Amicorũ vnus est amor & aīa una.

C Hæc est qua inuicem, adeo vincimur, vt alter in alterum transformemur. Audi amicum nostrum charitate flagrantem, velut in nos transformatum, Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei, & alibi; Qui vos spernit me spernit; Qui vos recipit me recipit.

Zach. 2. *Luc.* 10.

Quid autem agendum sit nobis qui asciti iam ad Dei amicitiam sumus, facilè discere ab his possumus, & debemus, quæ Deus iussit Abraham cum quo fœdus suum pepigit amicitiæ; Prius enim iussit Deus Abrahæ, vt de terra sua, & de cognatione sua egrederetur, quod & Christus dixit; Nisi quis reliquerit, &c. non est me dignus; & talis derelictio intelligi- D tur per affectus, nemo enim potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget &c.

Matt. 10.

Secundò iussit Deus Abrahæ, vt vaccam triennem trucidaret, & sibi Domino sacrificaret, qua nostra caro intelligitur, quàm non vltra cupiditatibus proprijs inseruire, sed Domino sacrificari per pœnitentiam iubetur; Vnde Apostolus ait: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete illa seruire iustitiæ in sanctificationem.

Rom. 6.

E Tertiò præcepit Deus Abrahæ, vt omne masculinum circuncideret, idest, non solum exteriorum affectus, verum & sui ipsius amorem superfluum à se ipso à filijs, & progenie abdicaret, & continentiæ legibus operam daret. Depressio enim carnis est viuificatio spiritus, & opera tunc Deo existunt grata, cum non carnis, sed spiritus impulsu sunt facta, ponderator enim spiritus est Deus, & nihil suscipit, nisi quod spiritus perfecit.

Domatio & repressio carnis est exhilaratio & resurrectio spiritus.

Quartò imolari filium suum, iussit Deus Abrahæ, in qua maxima amici obedientia comprobatur, per hanc vltimam obfirmata fuit amicitia inter Deū, & Abraham, & iuramento sigillata; Per memet ipsum iuraui (dicit Dominus) quia fecisti rem hanc &c.

Abrahę obedientia quantùm promerita fuerit.

& non solum se illi protestatus est amicum, imò vlterius pollicitus est amicus ero amicis tuis, & inimicus ero inimicis tuis, hoc promeruit amicitia quæ in obseruatione mandatorum consistit, neque enim vlli nostrum hoc præcepit Deus, sed longè minora præcepit, dicente Euang. Et mandata eius grauia non sunt, Vnde hoc nobis contestatus fuit Christus, vos amici mei estis, Si feceritis quæ præcipio vobis.

1. Ioan.

Ad amorem suum igitur nos arguit Dominus, & quidem charitate feruentem, vt nihil sit difficile amanti, cùm omnia sint possibilia volenti, & ideo propheta ait. Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquitatis odio habui, & iterum; Viam mādatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum, quid est quo dilatari possint corda, nisi amore? amplificat amor, angustat & restringit qui timet, aut parum aut nihil obseruandum in corde suscipit, qui amat omne perficiendum libenter, & facile suscipit, & quod suscipit, ad hoc vt perficiat suscipit, dicente eodem psalmo. In corde meo abscondi eloquia tua, vt non pecem tibi.

Psal. 118. *Ibidem.*

Amor cor amplificat homi. is & dilatat, sed timor augustat.

Vos autem. &c. Nunc uos meos amicos declaro, aperteque manifesto, qui me pro vobis offero, qui me pro vobis morti trado. Vnde apostolus ait; Qui dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, amicos uoco qui vos & meos, & patris amicos constituo, dicente Apostolo. Per sanguinem suum pacificans, siue quæ in cœlis sunt, siue quæ in terris, vos iam amicos pronuncio, quos ad insignia amicitiæ suscipienda inuito, Petro Apostolo dicente. Qui de tenebris uos vocauit in admirabile lumen suum, iam non dico vos simpliciter seruos, sed tales seruos, quales nemo alius vocauit vnquam seruos meos, quos & amicos ac consortes bonorum omnium efficio Apostolo dicente. Deprecantes vos, & consolantes testificati sumus, vt ambuletis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam, tandem vltra non seruos, sed amicos nuncupo, quos iam non hospites aut aduenas, sed ciues sanctorum, & domesticos Dei aulæ cęlestis efficio.

Colloss. 1. *1. Epist.* 2. *1. Thess.* 2.

Quibus hoc vnum in Dei amicitiam euectis considerandum restat, quàm multa nobis obueniant & inscrutabilia bona, quibus passim & perenniter ditamur, cum innumerabilia prorsus sint, & ineffabilia; A nobis vero, quàm exilia & facillima ipse exigat, cum nil aliud à suorum obseruatione præceptorum, deposcat, quis talem & tam frugi amicitiam, non seriat? Quis tantum amicum pro viribus non adipiscatur? Quis tam promptum ac se exhibētem in amicum non suscipiat. Attende amico fideli nullam esse comparationem. Beatus qui inuenit amicum verum, vnus hic inter mille, imò unus hic inter omnes præ cæteris colendus amandus & sequendus, cum hoc, uno causas nostras tractare iubemur, pectoris nostri archana credere, animum nostrum illi exponere & nostra illi vota exhibere.

Eccle. 25.

Fœlicissimus verè est, qui gratum fidelē & verū habet amicū

Iacta cum amico tuo causam tuam, & secretum tuum ne reueles extraneo; bona, & quæ vtilia sunt suggerit tibi amicus; non te decipit, non te fallit, ergo nullam occasionem recedendi à tanto amico quæramus, quales erimus, qui sine vero amico erimus? quantis periculis expositi sumus? non recedamus ab amico, Quod si elōgaueris à te amicum & proximum,

Prou. 25.

nonnè qui elongat se à te Domine peribunt? non obliuiscaris amici tui in animo tuo, nec immemor sis illius in operibus tuis. Securum iam habemus accessum, ad quem confugiamus, cui soli fidamus, ad amicum (inquam) & ad illum qui summa nos dilectione prosequitur vt obsequatur. *Eccl. 37.*

Quia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Non desunt alia veræ dilectionis signa, quibus se amicum probare posset Christus, hoc tamen consulto specialius vsus est, quod interni animi indiciũ præbet exteriora nempe sua communia pluribus facere, hoc magnanimi principis indicium exhibent ipse enim solem suum oriri facit super bonos & malos, pluit super iustos & iniustos, imò producit fœnum iumentis, dat escam omni carni, homines & iumenta saluat, qui omnia quæ condidit gubernat, & sua prouidentia gubernat, passeres, quæ nec serunt nec nent pascit, lilia agri, tam optimè vestit & abundè induit. Hoc vnum amicis peculiare reliquit, vt illis archana quæ audiuit a patre, nota suis fecerit, hoc solo animum se spondere ostendit, & amicitiæ non vulgaris argumentum irrefragabile adduxit.

Magnanimi principis est sua amicis bona cómunia facere.

Vero amico cordis reuelantur occulta.

Quæcunque audiui. &c. Salomon tantum ea dissoluit Reginæ enigmata, & archana, quæ ipsa proposuit. Docuit eam Salomõ omnia verba quæ proposuit, sed ecce plusquam Salomon hic; Omnia (inquit) quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis; nihil mihi reseruaui, occultum totum quod sine fictione didici, sine inuidia communico, & secreta quæ nulla mens nouerat, nullusue intellectus attigerat, & nulla vis rationis, ego vobis peruia manifesta & aperta reserando effici, prius erat qui horum compos mysteriorum, iubilando diceret, secretum meum mihi, secretũ meũ mihi, nulli hoc suum secretum manifestare volebat, qui sibi illud reseruabat, non sic autem Christus amicus noster, non sic; omnia (inquit) quæ audiui. Præsertim autem quinque secreta nobis retulit Dei filius noster amicus effectus, primum est illud occultum sanctissimæ Trinitatis mysterium, adeo occultum, vt nullus unquam sapientiũ huius sæculi rimari & inuenire potuerit vtiq; Plato, utique Mercurius ille trismegistus aliquid de diuino verbo, ac de amore diuino olfecerunt. Ad hanc tamen veritatem, in tertio signo omnes defecerũt, qui personarum Trinitatem cum vnitate componere non didicerunt.

Christus Iesus amicus noster pro sua benignitate effcctus quinq; potissima reuelauit nobis occulta mysteria.

Hoc vnum Christus secretum reuelauit, qui se à patre missum manifestauit, & qui se cum patre vnũ esse affirmauit, & de Spiritu sancto quæ alias audiuimus apertissimis oraculis reuelauit. Adhuc in tam sublimi secreto cæcutit humani oculi imbecillitas, & expers lumi nis ac peritiæ huius summi magistri diuinarum rerum explanatoris discruciatur, & opprimitur, dum hæc suo tenui lumine non perscrutatur; est & aliud secretũ nobis amicis manifestatum, quod nedum abditum erat mundo, sed & angelis occultum, quod nulli principum huius sæculi peruium erat, mysterium videlicet incarnationis filij Dei, de quo Apostolus ait; Mysterium quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis tuis, quibus Deus notas facere voluit diuitias gloriæ suæ. *Colloss. 1.*

Tertium est mysterium passionis, quod adeo nedum occultum, sed & incredibile erat, vt Iudæis scandalum esset, gentibus verò stultitia Iesum Christum dicere crucifixum. Hoc secretum nedum latebat infideles, sed nec ipsum Apostolum Petrum capiebat, qui Domino reuelanti obsistebat, Absit (inquiens) hoc à te Domine.

Quartum & occultum archanum amicis expositum & proditum, est nomen Dei. Petierat & quidem obnixè Moyses hoc secretum sibi reuelari, cui responsum fuit. Ego sum qui sum, & Manue sciscitanti quod esset nomen eius dicitur. Quid quæris nomen meum quod est admirabile? Neque enim hæc vox Deus est proprium nomen Dei, cum (Apostolo teste) sint Dij multi & Domini multi, & ego dixi Dij estis &c. Christus tunc nomen Dei manifestauit, cum se visibilem præbuit, vnde ait; Pater manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi, est enim Iesus proprium nomen Dei diuinitus elapsum. *Exod. 3* *Iudic. 13*

Omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci uobis. Quid iam vlterius nobis, cum cæteris eruditioribus? An non frustra magistrum nobis super terram vocamus, cum eum vnum adepti sumus, à quo de singulis erudimur? Ineruditi homines, non de omnibus suos instruunt discipulos, quibus plerunque cęlant, quæ sublimiora sunt scientiarum, vt potiores sapientioresque coram alijs appareant, neque vtique in pectore hominum versatur ambitio, vt etiam pharmacopolæ quædam sibi solis erudimenta seruare cogantur. Verum qui adest nobis verus optimusque magister omnia quæcunque audiuit à patre, nota fecit nobis, quia seipsum qui est sapientia patris nobis manifestauit, & visibilem præbuit; Post hæc (inquit) in terris uisus est & cum hominibus conuersatus est, omnia agnouit qui Christum agnouit. *Baruch. 3*

Magna quorundã abhominabilis ambitio.

Huius supremi magistri, prima excellentia in eminentia eius sapientiæ consistit, nec alius homo siue angelus huius eminentia gaudet, in quibus, aut ignorantia, aut certè nescientia reperitur, quisque enim naturali impulsu vlterius semper scire desiderat, hic multarum cognitionem se expertem, esse non ignorat, sed & in angelis multorum archanorum nescientia reperitur, vbi lumen superius ad intelligenda diffunditur, vt innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus.

Nesciunt multa angeli.

Solus itaque Christus omnis compos veritatis, & eminentis scientiæ magister, Apostolo dicente. Propter eminentem scientiam Christi Domini mei omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora. Item aliorum magistrorum scientiæ, aut falsis innixæ sunt mentientium sententijs, aut debilibus fulcitæ ratiocinijs, aut chimericis suasionibus roboratæ, aut tandem ambiguis experimentis delusæ, ignorantiæ magis arguunt magistros, quàm firmæ intelligentiæ. Christi doctrina, nihil ambigui, nihiluè continent falsitatis, inuariabili constat veritate inuincibili solidata est firmitate, Cœlum & terra transibunt (inquit) verba autem mea non præteribunt, & nam portæ inferi non præualebunt aduersus eam. *Philip. 3.*

Tertiò nullus inter cæteros magistros, est qui quandoque non steterit in statu ignorãtiæ, indigueritq; magistro cuius fieret & ipse discipulus, Christus solus nunquam in statu ignorãtiæ, nec quo ad diuinitatem,

nec

Christus in primo suæ cóceptionis instanti omnē habuit atq; perfectionem & omnem scientiam.

nec quo ad naturam humanam fuit, quia ab initio ante sæcula erat ipsa sapientia, cum patre cuncta componēs, & in eodem instanti suæ incarnationis omnem consecutus est animæ perfectionem, nec aliter proficiebat in illa puerili ætate sapientia coram Deo, & hominibus, nisi per experimentatam rerum cognitionem, qua se omnia scire pro naturæ viribus manifestabat, sic enim de Abraham audiuimus, Dominum dicentem: Nunc cognoui, quod timeas dominum, idest experimentum omnibus dedi, quod timeres dominum.

Quintò, magisterium hominum ad aures tantum audientium extenditur, Christi autem longè plenior, potiorque eruditio intus loquentis, maximeque affectum mouentis: Loquar (inquit per Prophetā) ad cor Hierusalem. *Osee 2.*

Sextò, nonnisi multo temporis interuallo, discipulos suos eruditos facere possunt homines, ita vt commune sit illud adagium, nemo repente fit sapiens. At verò Christus in instanti eruditissimos facit suos, nolite (inquit) cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabit.n. vobis in illa hora quid loquamini, &c.

Diuturnū temp° scientiē efficit, & doctū hominē necnon labor assiduus.

Septimò, multis libris inuoluitur humanus intellectus cum non sufficiat, vnus ad tuendam ab aduersarijs omnem veritatem. Hoc vnus satis differt, de singulis Christus, vno tantum libro communi omnibus facit satis, quo omnes eruditiores, ac peritissimi euadunt, de quo per Proph. dr. Dabitur liber nescienti litteras, & alibi: Viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. *Isa. 29.* *Ezech. 3.*

Octauò, nulla humana scientia alio progressu incedere potest, quam ab effectu ad causam procedendo, innata enim est nobis via à notioribus nobis ad ea, quę sunt naturæ manifestissima peruenire. In schola autem Christi non à nobis notioribus quæ cadunt sub sensu auspicamur cognitionem supernorū, sed ab ipsis immediatè supremis, quæcunque (inquit) audiui à patre meo nota feci vobis.

Nonò, esto ex humanis persuasionibus, multorum illustretur intellectus, nullorum tamen mouetur affectus, verùm nostri diuini magistri eruditio ad affectum excitādum, primò dirigitur in cuius meditatione ignis exardescere dicitur. Tandem ex magistrorum diuersitate diuersæ in scholis suboriuntur discipulorum sectæ, quorum inter se varietas opinionem colluctatur. In Christi schola nulla opinionum varietas, quorūm vna est catholicæ fidei integritas, Apostolo dicente: Obsecro vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis scismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. *Psal. 38.*

Opinionū varietas in scientijs. *1. Corin. 1*

Vltimò, illud non prætereundum humanarū scientiarum magistros in scholis omnes admittere, quibus tam amicis, quam inimicis, tam fidem sibi exhibentibus, quàm nullam fidem præstantibus communia faciunt scientiarum suarum rudimenta. Verùm hoc tātum abest à Christo, qui suas margaritas vetuit præponere porcis, & sanctum impertiendum canibus prohibuit: Nam quos suorum secretorum erudiat, quibusuè diuina pandat archana ostēdit; nempè solis amicis, quia mei pectoris archana communicaui, & oīa quæcunq; audiui à patre meo nota feci vobis. *Matth. 7.*

Quintùm archanum nobis à Christo proditum, est

A cognitio voluntatis, & beneplaciti diuini, in quo nos Deo gratificari debeamus, & quorsum tendat oblectamentum eius in nobis. Hæc vno solo verbo manifestauit, cum inquit primo suæ prædicationis verbo Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Vnde Apostolus ait: Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra, vt abstineatis vos, &c. *Matth. 3.* *1. Thi. 3.*

Hanc nullus scrutatus fuerat, solus Christus ad dandam scientiam salutis plebi eius iter nobis strauit, dum beatitudinem in paupertate, in indigentijs, in calamitatibus, in persecutionib°, in fletu disposuit; Satagebāt, & adhuc satagunt huius sæculi viri ditari, & beatum dicere populum, cui hęc sunt, quærebāt in cœlis, quod B latebat in sentibus, quærebant in floribus, quod consistebat in dumis. Hoc nobis reuelauit Christus, quod vix cernere poterat mundus; nam imolandum arietem conspexit Abraham inter vepres horentem cornibus.

Omnia quæcunque audiui, &c. Esto nunc explicita, & conspicua non habeatis singula, quæ nec capere, nec ferre potestis. Vnde ea omnia habetis, qui regulas, & principia totius veritatis habetis. Vobis traditum est Euangelium, exhibita est fides, in quibus latet plenitudo omnis veritatis. Vobis indita sunt mandata, quibus ad cognitionem summæ, totiusq; veritatis eue- C hi poteritis, si ea quæ iussa sunt opere compleueritis. Hæc vos ad claram omnium veritatum notitiam pertrahent, & tuto itinere deducent: Super senes intellexi, quia mandata tua exquisiui, nunc in via ista didicimus, tunc in patria eadem contemplabimur, nunc ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, tunc reuelata facie nuda, & aperta singula effigiabimus. *Psal. 118*

Tandem (vt Gregorius ait) omnia quæ audiuit à patre nota suis fecit, cum charitatis gaudia, & supernæ patriæ festa intus in eorum cordib° infixit, quæ & passim quotidie nostris etiam mentibus imprimit, & per internas inspirationes extollit, dum enim audita superna D cœlestia amamus, amata iam nouimus, quia amor ipsa notitia est, omnia ergo nota eis fecerat, quia à terrenis desiderijs immutati amoris summi facibus ardebant. Hoc sub fauore habent conscientiæ iustorum, vt in spe gaudeant æternorum bonorum. Hanc pij nouerunt Dei volūtatem esse sub crucis vexillo militare ad consequenda gaudia multum sibi prodesse. Hanc quam ignorant: impij Dei clementiam adesse fremunt, sub cruce insaniunt, blasphemāt, & nisu quo possunt nulli incomodo vellent subesse. Hanc intus spem occultam habent in sinu suo repositam, quicunque iusti gaudent interius eorum, quæ intuentur sublimius. Hæc à E Christo ipsi soli audiunt, qui quod loquitur in illis dominus Deus in corde percipiunt. *Amor est notitia.*

Hæc suis amicis nota facit, qui suos cœlestium amatores efficit. Hanc in illis dominus bonam, & rectam voluntatem seruat, qui suos ad fruenda æterna bona, quę diligentibus se præparauit, vocat, nihil certius istis, nihil euidentius, est illis, nihil obscurius, & incredibilius in spe futuri gloriātur iusti; Vnde in timore præsenti concutiuntur impij; Audi iustum dicentem: Scio enim credidi, & certus sum, quia potens est seruare depositum meum in illum diem. Hanc sapientiam suis tantum, & quidem præcipuis amicis communicauit Christus. Hanc à sapientibus, & prudentibus abscondit, quam suis paruulis reuelauit. Hanc Ephesijs scien- *2. Thi. 1.* *Ephes. 1.*

tiam

tiam precabatur Apostolus: Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis. Illuminans oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, sed ad prudentiores effectos statim hac inquit. Sicut abundant passiones Christi in nobis. Ita & per Christum abundat consolatio nostra, & iterum. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra, huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, sed æternam in cœlis.

1. Corin. 1 *Cap. 5.*

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Qui prius vos dilexi vos quos diligerem elegi, nè vestris vos officijs me ad amorem prouocasse credatis huic vnica hac ratione opinioni, quæ minus prudenti intellectione occurrere posset, obsisto, prius ergo vos immeritos ego elegi, qui voco ea, quæ nō sunt, tanquam ea, quæ sunt, igitur si boni sumus hoc vno boni sumus, quod à malis selecti sumus, adeo vt vsquequaque gratuita sit hæc ad quam vos vocaui amicitia, quod & Apostolus confirmat; Qui elegit nos ante mundi constitutionem: Vt essemus sancti alioquin gratia iam nō esset gratia, si autem ex gratia iam non ex operibus, quid autem est gratia, nisi virtus meritorū? Potius igitur meritum ex gratia quam gratia ex merito procedere habet, quid autem est prædestinatio nisi gratiæ præparatio, August. teste. Est igitur ex electione gratia, velut prædestinationis effectus, siue donum prædestinationis, sicut gloria consumatio dicitur, eiusdem prædestinationis, nemo igitur hunc sibi honorem vsurpet, nemo hanc sibi vendicet solicitudinem. Ipse est, qui præuenit nos in benedictionibus dulcedinis.

Ephes. 1. Quid sit p̄destinatio. *August. li. 1. de præd. sāct. c. 10.*

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Qui me nec agnoscebatis, quomodo prius me eligere poteratis? Ego vos elegi, qui vos meos esse, aut fore constitui, & præ cœteris ad æternæ vitæ gaudia pro mea liberalitate ordinaui, cuius munificentię meminit Apostolus. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, & alibi. Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, nè quis glorietur, donum.n. Dei est, qui ante mundi constitutionem electi sumus, quomodo ad gratiam, & gloriam per opera nostra vocati sumus? Solius igitur Dei est electio; cuius est ipsa vocatio, tunc enim vocat suos, cum eligit suos. Fidelis Deus, qui vos vocauit in societatem filij eius, &c. Quos enim prædestinauit hos, & vocauit, hos & iustificauit.

Tit. 3. *Ephes. 2.* *1. Corin. 1* *Rom. 8.*

Aberamus procul à Christo, & ad deserti penetralia, velut ouis, q̄ perierat descenderamus, nisi à Christo bono pastore auocati fuissemus, & ad caulas eius restituti. Vnde Petrus: Qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum; Errant qui sic se dicūt vos vocatos, seu iactant prædestinatos, quasi formam nostram operandi domino præscribant, cuius actio est æterna, & nihil intus operetur, quod nonnulla sui mutatione terminetur, sic enim vos vocauit, vt adhuc vocare non cessauerit, dicente Apostolo: Oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocare vocatione sua Deus, ideo & coapostolus Petrus ait; Satagite fratres, vt certam faciatis vocationem vestram.

1. Epi. c. 2 Actio prędestinationis æterna est. *2. Thes. 1.* *2. Epi. c. 1*

F *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c.* Nihil aut præstitistis obsequij, aut contulistis beneficij, ideo nulli debitor existo, me mea sola voluntate me meo solo beneplacito ad vos eligendos complacui, ipse feci vos, & non ipsi vos. Ergo non est, qui causetur, aut conqueri possit, hoc licet mihi, quod volo facere, eligere, quos volo pro bona voluntate.

Prędestinationis mysterium.

Duplex autem est electio, altera ab æterno qua nos sancta prædestinatione suos fore ordinauit. Alia temporalis qua nos in societatem suorum connumerari constituit, nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? multi sunt vocati, quibus sufficiens G præbet suæ salutis exordium, sed pauci electi, quia plures sunt mali, plures sunt degeneres, & massā est malorum electio bonorum, quādoquidem eligere sit emultis aliquos colligere, & collectos in meliorem sortem commutare. Aliud enim est eligere, aliud colligere, colligitur zizania à frumento, & ad comburendum in fasciculos destinatur, colliguntur & poma, quæ sanie sunt infecta, quę traduntur porcis, eligitur bonus à malis, quia elegit eos ex omni carne, & alibi dicitur: Elegit me dominus cui placuit, vt me eligeret. Beatus igitur, quem elegisti domine, & assumpsisti.

Duplex electio. Vocatis dat De' sufficiens salutis auxilium. Quid sit eligere. *Ecclef. 45* *1. Par. 38*

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Duę sunt H electiones, vna tamen præstantior alia, Deus vnam sibi Ecclesiam elegit, in qua tamen, & boni adhuc cum malis conuersantur, oues cum hædis, lutum cum auro, palea cum frumento, electi sumus; vt boni simus, & participes facti sumus sacramentorum fidei, & consortes gratiæ, ac veritatis. Vos estis (inquit Petrus) genus electum, &c. Et quo ad præsentem iustitiam initium salutis habemus, si certam nostram vocationem, & electionem faciamus, sed electos Israel impediuit malitia, & improbi nostri inimici versutia; Ego plantaui te (inquit Hierem.) vineam electam, quō conuersa es mihi in amaritudinem? Ideo alibi dicitur: Gladius erit, qui I consumet electos, & alibi. Electi principes eius submersi sunt in aquis vehementibus. Abyssi operuerunt eos.

Epi. 1. c. 1 *Hier. 13.* *Ose. 11.* *Exod. 15.*

Alia est electio, quæ est electionis consumatio Deus hac prædestinatione, & Christum, vt homo, & nos, quia & caput, & membra simul prædestinauit, Apostolo dicente: Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, Christum hominem prædestinauit, vt esset filius Dei, & qui hunc naturalem Dei filium fieri prędestinauit, Apostolo asserente: Qui factus est ei ex semine Dauid, secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, K non enim aliter diuina persona prædestinata dicitur, nisi propter quod non erat, sed futurum erat, qui Deus erat ab æterno, futurus erat in tempore homo.

Ephes. 1. *Rom. 1.* Quō dicat̄ p̄destinata diuina persona.

Ille autem homo, vt à verbo patri coeterno in vnitate personæ assumptus, & Dei vnigenitus filius esset, vnde hoc meruit? quod est eius bonum, quę merita fuit, vt ad hanc ineffabilem, omniumq́ue eminentissimam excellentiam perueniret? Hoc solo Dei munere opere, & virtute Spiritus Sancti factum est. Apparet itaq; nobis in nostro capite origo salutis nostrę, & gratię, ita enim (inquit magister ab initio fidei suę) homo quicunque fit Christianus gratia, sicut homo ille ab initio factus est Christus. De spiritu illo quisque renatus est, de quo ipse natus est spiritu fit in nobis remissio

missio peccatorum quo factū est, vt in illo nullum esset peccatum, qui fecit illum nullis eius præcedētibus meritis talem esse, vt vnum cum verbo haberet esse, ipse in electis membris hoc fecit, vt antequam aliquid promeruissent ad hoc culmen adoptionis filiorum euecti essent, & quos præsciuit conformes fieri imaginis filij sui, his hæc bona pro sola benignitate præparauit.

Hæc se facturum Deus ab æterno præsciuit, qui caput cum membris sua gratia prædestinauit. Ipsa igitur est prædestinatio sanctorum, quæ est sancti sanctorum enituit prædestinatio membrorum per eam, quæ est in capite omnium prædestinatorum. Ille in nobis facit principium fidei, & fontem meriti, qui fons est, & origo totius meriti, & gratiæ. Hoc tantum humanæ absit temeritati, quæ sibi ascribat membro, quod non est ascriptum capiti à quo omne donum optimum, & omne bonum perfectum desursum est dependens, & hæc prædestinatio est cui tantum ascribitur, sed ab imperitis parum percipitur, præsciuit Deus, quæ ipse non nos facturus esset, & quos ipse sic præsciuit hos & prædestinauit, quia non omnis præscientia est prædestinatio, siue cum prædestinatione omnia præsciuit Deus, quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.

Totius meriti, & gratię fons, & origo est Christus.

Hos sic ipse præsciuit ad gloriam, quos se bene vsuros gratia prædestinationis agnouit conformes. s. fieri imaginis filij eius, &c. Procul dubio autem sua bona quibuscunque largiturus est dominus præsciuit, non tamen sicut præsciuit bonos, ita & præsciuit malos. i. nō eo modo præsciuit saluādos, quo modo præsciuit damnandos. illos præsciuit quos ad vitam etiam ordinauit, quibus & præmia præparauit, istos tantum præsciuit, qui eorum peccata non ordinauit, & tamen flagellandos delinquentes tradidit, nunquam enim (August. teste) Aliquem ad facienda mala præparauit, sed vnde præparauit, vt diuina æquitas redderet non fecit, quin humana iniquitas non admitteret.

Lib. de bono perseue rantiæ.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Ego vos elegi, & amicos constitui, qui sapientiæ æternæ vobis sacramēta communicaui, infinitus enim thesaurus iste extat hominibus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei. Non est cui magnum non sibi videretur principis obsequum, si nexu specialis amicitiæ, & beneuolentiæ iungeretur, quod plurimum aulici affectare videntur nulli incommodo, nullis periculis parcentes, sed omnem lapidem mouentes, vt suorum dominorum beneuolentiam assequentes numero amicorum ascribi possent.

Nam & tres illi iuuenes audientes regem suum Dauid paululum aquę appetijsse eius cisternę, quę erat in Bethlehem, inter Phalanges armatorum militum Philisthinorum irruentes medijs hostibus vitam preciatæ aquę intrepidi exposuerunt. Quam tamen Dauid noluit bibere, sed eam libauit domino, dicens: propitius sit mihi dominus, nè faciam hoc, vt sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibamus; ea autem potissimum ratione haustā, & oblatam aquam bibere noluit, nè alijs, aut his seruis præberetur occasio, talibus se exponere periculis, pro re tam parui momenti.

2. Reg. 23.

Non talibus nos obsequijs famulaturi sumus domino vsquequaque benignissimo à quo præuenti sumus, & præelecti in sortem amicorum eius, non aliundè igi-

A tur hanc promereri gratiam potuimus, quàm à summa charitate, & beneplacito, propterea hac æterno patri cōfitebatur, quod asciuisset hos paruulos, & humiles quibus iungeretur amicitia, consortesq́, secretorum suorū effecisset. Abscondisti (inquit) hęc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater quoniā sic placitum fuit ante te paruulis ait, nam libenti animo quisquis obsequitur arridet, & oblectatur cum pueris, in quibus nil rancoris, nil prauitatis iexistit, imò & hinnulos caprarum, ouium, iumentorum, quodam oblectamento prosequimur, velut cuiusdam præseferentis innocentię testes effecti, & Chrs ad paruulos ait;

Matt. 11.

B Sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorum, nisi enim efficiamini, vt paruulus iste, &c. Et alibi: Nolite timere pusillus grex, quoniam complacuit patri dare vobis regnum, cum igitur hæc ita sint hortatur nos Apostolus. Malitia paruuli estote.

Matt. 19.

Luc. 12.

2. Cor. 14.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Qui cōplacui de vobis, non sorte, non casu, sed consilio, & beneplacito: ego præ cœteris inter cœteros, & super cœteros vos delegi ego aduocatus vos protegendos elegi, ego iudex vos ad saluandos elegi, ego via vos ad dirigendos, ego veritas ad vos instruendos, ego vita ad vos beatificandos elegi, ego ostium, ego pastor, ego rex re-

C gum, & dominus dominantium, ego cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra, ego agnus, qui aperio, & nemo claudit; claudo, & nemo aperit, ego (inquam) cui omnia dedit pater in manus. Vos in amicos, vos in dilectos, vos in socios, & consortes elegi, vt sedeatis super mensam meam in regno meo; O hominem tetrā caligine mente obcœcatum, cuius dignitatis immemores sumus? cuius hæreditatis inscij conijcientibus oculis pertransimus?

Hæc nobis omnia vna Christi amicitia pollicetur, quia nil iucundius, nil sublimius, nil vtilius vltro, citroque excogitari potest. In quem Angeli prospicere de-

D siderant, amicum habere possumus, & se exhibentem audimus. Ipse suorum nos consiliorum participes fecit, & compotes. Totum suum nobis spopondit animum, archana reserauit, & totum se nobis exhibuit, quos etiam ad cœlestia gaudia vocauit, quomodo igitur tantam amicitiam, tam imprudenter, & tam damnabiliter caducis, & fallacibus, ac perituris oblectationibus postponimus? Audi Augustinum de hac gratia loquentem. Hæc est ineffabilis gratia Saluatoris, quid enim eramus, quando Christum nōdum elegeramus? nonne iniqui, & perditi? neque enim credideramus in eum, vt eligeret nos, nam si credentes elegit, eligentes elegit.

Magnus, & verus amicus nobis è Christus.

Hic certè vana illorū est ratio, qui ideo nos dicunt:

E electos ante mundi constitutionem, quia præsciuit nos Deus futuros bonos, non seipsum nos facturum bonos, quoniam si propterea nos elegisset, quia bonos futuros præsciuisset, simul etiam, & præsciisset, quod nos eum prius electuri fuissemus, non enim aliter possumus esse boni: An fortè dicendus est bonus, qui non elegit bonum, quid ergo elegit in non bonis? non est, vt dicas. Ideo electus sum, quia iam credebam, quia & ipsa fides donum Dei est, quod si iam in eum credebas, iam non te ille, sed tu illum elegeras, nec est, vt dicas, antequam crederem, iam bonus eram, & bona operabar, & ideo electus sum, quid enim boni operis est

Eccè q̄ cōcinnè author de prędestinatio ne loqt, & modestè & quō firmiter astruat meritorū p sciēnā pręde stinatio nis causam eē nō posse, vt falsò quidā asseuerant.

rabar,

ante fidem sine qua impossibile est placere Deo? quid ergo dicturi sumus, nisi quia mali eramus? ex radice infecta, & infecti rami, sed electi sumus, vt boni per gratiam nos eligentis essemus.

Ad hoc igitur electi sumus, vt amici simus, cum igitur duplex sit Dei electio vna ęterna, & alia temporalis, secunda est executio primę, prima est ipsa prędestinatio, secunda est ipsius prędestinationis executio, longè enim valde distat ab electione hominum electio diuina, nos enim, nonnisi quod bonũ est appetimus, Deus verò, non quod bonum est, sed quod bonum esse vult illud eligit, nam cum scientia nostra causetur à rebus sola scientia diuina causa rerum est, & ideo tunc alio alius pręligitur cum Deus illi sua bona, & dona influit. Hoc autem totum ordo rerum poscit, vt vna res alteri præferatur, quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt. quod si naturæ talis ordo præfixus est, vt vna re falteri præferatur ad eius naturæ per modos diuersos virtutem, & ornatum demonstrandum, licet res, antequam sint, non sint ad tale, vel tale esse dispositæ, sed diuersas sortiuntur formas ad totius ordinis, rerum dispositiones, cum materia prima sit omnium formarum receptiua, ita in ratione rerum supranaturalium talis ordo requiritur, vt vnum altero præferatur, in quibus reluceat euidentius, & præclarius innotescat summa Dei potẽtia, ineffabilis eius bonitas, & inscrutabilis eius sapientia, sic.n. dispositis pro varietate rebus; quod vno cõceptu perscrutari nequimus, pluribus præferentibus in cognitionem diuinæ maiestatis ascendimus. Hinc iustitiam auspicamur, illinc misericordiam admiramur. Decet enim in regno potissimi principi vasa quædam esse testea, quædam lignea, quædam verò aurea, & argentea, & (vt Apostolus inquit) Quædam in honorem, quædam verò in contumeliam.

Nota

Rerũ ordo inæqualitatẽ patitur, & requirit.

Intellectus nostri imperfectio.

2. Thi. 2.

Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, &c. Non ad vestrum, sed ad meum perficiendum opus electi estis; ego omnis humanæ salutis author, vos ministri: ego sum, qui operor, & vos testes operis elegi: ego principium, & finis, vos velut quædam media elegi ad finẽ: ego vos ignaros elegi: non magistros, quæ stulta sunt mundi, quæ infirma, quæ contemptibilia eligere malui; nè gloriaretur omnis caro, noueram, & Nathanaelem, quem eruditum sciebam, Noueram Nicodemum, quem numero duodenario ascribere nolui, noui omnes, sciens quid esset in homine, nec opus habens interrogare. At quia re vera agniti erant mundo eruditi illos eligere nolui, se enim eruditum ostendit Nathanael, cui cum diceretur: Inuenimus Messiam, qui dicitur Christus à Nazareth: statim respondit, tanquã gnarus, oraculis scripturarum, quasi comprobando sententiam a Nazareth potest aliquid boni esse? velut si diceret, huius boni nuncij etiam ex Nazareth, quod dicitis, desumere rationem possumus, cuius in scripturis testimonium habemus. Quoniam Nazareus vocabitur.

Nathanaelis simplicitas.

Iudic. 13.

Huic sententiæ fusius fauet Augustinus vbi sic inquit: Descendit Dominus noster Iesus Christus in spiritu reparare genus humanum, & dare gratiam suam omnibus intelligentibus, quia gratia ipsius non ex meritis eorum, & nè quælibet persona gloriaretur in carne, Infirmos elegit, nam inde non est electus ille Nathanael etiam, quid enim tibi videtur, vt publicanum in teloneo sedentem eligeret Matthęum, & non eli-

August. in Psal. 65.

F geret Nathanaelem, cui perhibuit testimonium ipse Dominus dicens: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. Intelligitur ergo Nathanael iste doctus fuisse in lege, non quia doctos non erat electurus, sed si ipsos primo elegisset doctrinæ suæ, merito se electos putarent; ita illorum scientia laudaretur, & laus Christi gratiæ minueretur. Perhibuit testimonium, tanquam bono fideli, in quo dolus non erat, sed tamen eum non assumpsit inter alios discipulos, quos primum idiotas elegit, & vnde intelligimus, quod ille peritus erat legis? quando audiuit ab vno ex eis, qui sequuti erant dominum dicentem: Inuenimus Messiam, quod interpretatur Christus, quæ sciuit, vnde & dictum est à Nazareth, & ille, à Nazareth potest aliquid boni esse, peritus erat legis & benè prophetas inspexerat.

Ioan. 1.

G Noui esse in illius verbis aliam pronunciationem, sed à prudentioribus non est approbata, vt quasi desperasse videretur ille cum audiens dixisset; A Nazareth potest aliquid boni esse? idest nunquid potest? sic pronunciando quasi desperaret, sequitur autem ibi, veni, & vide: Hæc verba.i. veni, & vide vtramque possunt pronunciationem sequi, si dicas, quasi non credens à Nazareth potest aliquid boni esse; Respondetur, veni & vide; quod non credis, si dicas confirmans à Nazareth aliquid boni esse; respondetur, veni & vide, quod credis, quàm bonum sit, quod nuncio à Nazareth, & quã rectè credas, veni & experire. Hinc tamen extimatur doctus ille in lege fuisse; quia non est electus inter discipulos ab illo, qui stulta mundi prius eligit, cum tantum ei perhibuerit testimonium.

Ibidem.

H

Elegisset ergo dominus postea & oratores; sed illi superbirent, si prius elegerit piscatores, elegisset diuites, sed dicerent merito diuitiarum suarum se electos esse, nisi primo elegisset pauperes, elegit Imperatores postea, sed melius est, vt Romam cum uenerit Imperator deposito diademate ploret ad memoriam piscatoris, quàm piscator ploret ad memoriam Imperatoris, infirma enim mũdi elegit Deus, vt cõfundat fortia, & ignobilia mundi elegit, & ea, quæ sunt, tanquam ea, quæ non sunt, vt ea, quæ sunt euacuarentur, & quid sequitur? Conclusit Apostolus. Vt non glorietur coram Deo omnis caro.

Imperatorũ consuetudo Romã veniẽtium.

I

1. Corin. 1

Videte quæmadmodum nobis abstulit gloriam, abstulit nostram, vt daret suam, abstulit inanem, vt daret plenam, abstulit nutantem, vt daret solidam, quantò ergo gloria nostra fortior, & firmior, quia in Deo est, Non ergo in te debes gloriari, quod perhibuit veritas, sed quod ait Apostolus hoc præcepit veritas, Qui gloriatur in domino glorietur.

Ibidem.

K *Et posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Quid est posui vos, nisi firmaui vos, & stabiliui vos? sic enim, & Deus illa duo luminaria magna, alterum, vt præesset diei, alterum, vt præesset nocti posuit in firmamento, vt lucerent super terram; Ad hoc se elegisse suos ostendit, non vt ocio vacarent, aut segnem vitam ducerent, sed vt opus ad quod electi sunt, perficerent, sic enim, & olim primum illum omnium parẽtem in Paradiso posuit, vt operaretur ibi, & custodiret illum; per, positionem enim, & ordinem, & firmitatem denotat. Ad tria igitur se suos posuisse denotat. Vt eatis ecce primum, & fructum afferatis ecce secũdum, & vt talem afferant fructum, quem nec

Tria operari debem⁹.

morte

morte deperdant, quod est tertio loco dictum, & fructus vester maneat, & hic est fructus, de quo supra etiã dixerat: Sine me nihil potestis facere.

Supra Hi sunt palmitum vitis fructus, eius (inquam) vitis, de qua ibidem dr̃: ego sum vitis, & vos palmites. Vide quem fructum afferat palmes in vite, non qui decidat, induret, & arescat, non corruptibilem caducũ, & transmutationis vicissitudini subiectum, sed talem qualem non inter gẽtes, vt maneat (inquit) vt pseueret, & marcescat nunquam. Hoc idem, & Samaritanæ aquam *Ioan.* 4. *Ecclesf.* 1. se præbiturum exhibuit, in qua fons fieret salientis in vitam æternam, & hoc idem edocuit Salomon ille, qui se vidisse cuncta, q̃ fierent sub sole ait; & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus, & quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? quid si sub sole fructus nostros cumulamus, & thesauros in terra congregamus? quomodo hi non transibunt si cœlum, & terra transibunt? Ad hoc igitur positi hic sumus, vt non in terra, sed in cœlo fructificemus, sol enim cum pater sit inferiorum rerum trãsmutabilium, & corruptibilium sub se transmutabiles, & corruptibiles fructus continet. Horum autem fructuum annonam, nonnisi ad tempus, & quidem breue suscipimus supra solem ipsa æternitas collocatur, vbi Deus suorũ fructus congregandos statuit.

Sol est pater inferiorem rerum

Posui vos vt eatis, &c. Ego vos, qui plantæ adulterinæ eratis ad fructificandum, & ad perpetuos vberes fructus producendos viti inserui, non enim vos ad vobis ipsis tantum fructificandum, sed vt eatis, & velut vineæ meæ fidissimi agricultores fructus afferatis missi his, namque verbis Chr̃s aliò se vineam suam trãsferre ostendit, quam alijs iam locat agricolis cultiuandam, qui reddant illi fructus temporibus suis. Hic se Synagogam reijcere ostendit, & Ecclesiam ex gentibus construendam præcipit, qui suos Euangelij portatores mittit, vbi fructus suscipere possint; quid tamen est, quod dicitur, vt eatis, & fructum afferatis, cum nec quò ituri sint, nec quos fructus portaturi sint sciant, sed cum se supra viã esse ostẽderit, quid est, qđ de via, aliud dicat? Prohibuerat nè in viã gẽtiũ abirent, quos tñ inter gẽtes, ac in mundum vniuersum prædicaturos misit.

Abeant quocunq; voluerint dũmodo in via Christi permaneant, & in hanc viam deuios, & errantes perducant, & gentium mores, ac ritus, seu vestigia non sequantur, fructus autem eos expetat, non qui alij sint, quàm à vitæ æternæ fructibus; sunt enim hi fructus, *Luc.* 3. quos & Ioan: Baptista efflagitabat. Facite (inquiens) fructus dignos pœnitentiæ; sunt enim hi fructus: Fructus honoris, & honestatis, qui non pereunt, nec marcescunt. In quibus nec habent, vnde erubescant fructus laudis, & gratiarum actionis, fructus palmæ in colluctationibus carnis, & dæmonis.

Hi sunt fructus dulces gutturi eius, qui sunt fructus carnis? nonne corruptio? qui seminat in carne, & metet corruptionem; Sunt hi quos enarrat Apostolus. *Gal.* 5. Fructus verò spiritus sunt, pax gaudium, &c. Audi ad quos fructus posuerit producendos; quos in terra pro- *Psal.* 104 missionis posuit. Dedit illi regiones gentium, & labores populorum possederunt, vt custodiant iustificationes eius, & legem eius exquirant.

Et fructum afferatis, & fructus vester maneat. Moyses offerebat populi vota Deo, & hac ratione aliquan- A do vocatus est sacerdos, cùm tamen non ipse, sed Aaron sacerdos esset, qui sacrificia offerebat; & ideo, duplex genus sacerdotij ostenditur, alterum quod solum ad eos spectat, qui ad sacrificia, & sacramenta ministranda selecti sunt, & ad huiusmodi onus subeundum segregati, alterum quod commune est omnibus, tam laicis, q̃ mulieribus, quibus datum est, vt possint seipsos offerre, & vota suo Domino sacrificare, Apostolo dicente: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam viuentẽ Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, & paulo ante: Sicut exhibuistis membra vestra seruire B iniquitati ad iniquitatem. Ita nunc exhibete illa seruire iustitiæ in sanctificationem. Hac enim ratione coapostolus eius Petrus fideles vocauit regale sacerdotium, gentem sanctam, populum acquisitionis.

Moyses sacerdos nõ erat. Duplex sacerdotij genus. *Rom.* 12. *Cap.* 6. 1. *Petr.* 2.

Hanc per Christum consecuti sumus dignitatis prẽstantiam, qui nos ipso Deo offerre possumus, cui nos ipsos exhibere valemus, neque enim est alia tam grandis natio, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis, quod autem ad sacerdotium spectat, cui interest sacrificia offerre Domino, non est commune hoc priuilegium, quod in aliorũ beneficentiam est institutum. Audi Apostolum dicentem: C Nemo assumat sibi honorem offerendi, videlicet, nisi *Hebr.* 5. qui vocatur à Deo, tanquam Aaron; figant oculos in Saulem, qui temerè, & si ex hoc sibi officium vsurpare non timuit, videant filios Choræ, & patrem, ac socios eorundem officium sacerdotij temerè vendicantes, quanta indignatione dominus eorum cohibuerit, punieritque temeritatem, flamma eos comburente: Fructificare debent populi, qui fructus deportari dicuntur *Num.* 16 ab Apostolis, velut à seminatoribus, sed laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere; Mittit itaque dominus suos binos ante faciem suam, in omni loco quò erat ipse venturus per fidem, quia fi- D des ex auditu; auditus autem per verbum Dei, sed quomodo audient, sine prædicante? quomodo autem prẽdicabunt, nisi mittantur?

Sacerdotij priuilegiũ

Posui igitur vos vt eatis inter Tyrannos, vos agnos inter medios lupos, vos inermes in armatorum medio, vos paucissimos ad omnes gentes ante reges, & præsides, infirma mundi eligo, vt confundam sapientes, debiles destino, vt deuincam fortes; contemptibiles pono, vt suffodiam nobiles; Euntes ibitis, & flebitis, vos, venientes verò venietis portantes manipulos vestros; vberrimi fructus copiosos; Quod si fructus à fruendo dicuntur, quos fructus dicit, maturos Apostolos, nisi E illos, quorum est fruitio.

Cum itaque solius summi boni possit esse fruitio, fructus salutis populorũ sunt fructus quos poscit Christus, vel hos fructus afferre domino iubemur, quos & magi illi obtulisse legũtur, aurum, t̃hus, & myrrham, aurum cordis, thus oris, myrrham operis: aurum dilectionis, thus orationis, myrrham pœnitentiæ, aurum charitatis, myrrham fidei, thus spei, quandoquidem sicut aurum nobilius, & præstantius est rebus his inferioribus, ita maior horum omnium est charitas, & sicut myrrha est amara, ita amarum est nobis videre tantum per fidem, quod videre optamus per speciem, & sicut thus ascendit in cœlum, & se erigit ad suprema, ita nos spe cœlum petimus.

Auri thuris, & myrrhę mysteria.

Et

Et fructus vester maneat. Multum insudant homines, & in sudore vultus nostri accolæ terræ, pane nostro vescimur, nec fructeta, nec arbores vrgeantur, nec piget agricultores in spe lucrandi fructus, multis incommodis, & laboribus subesse, qui cum sint, & corruptibiles, & consumptibiles, tandē de capris pastis, de rure stato, hoste subacto, nec lac, nec segetes, nec spolia vlla supersunt, soli sunt immarcessibiles fructus, quos domino offerimus, quos ipse immortales efficit, dum illos in cęlo suscipit, propterea enim hortabatur, nos in cęlo thesaurizare, vbi securi reseruantur, cum nec à furibus auferantur, nec à tempore corrumpantur, nec à tinea corrodantur, thesaurizare, & reponere: Quare Domino fruct⁹ reddere iubemur cum ipse nihil indigeat, sub cuius pedibus omnia sunt constituta? Nunquid si esuriero (inquit) dicam tibi? Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hyrcorum potabo? meæ sunt omnes feræ syluarum iumenta in montibus, & boues, meus est.n. orbis terræ, & plenitudo eius. *Psal. 49.*

Nihil igitur sibi emolumenti, nihil vtilitatis acquiris cum feceritis hæc omnia; dicite, quia serui inutiles sumus; fructus igitur non eius, qui seipso est beatus; sed noster est, non eius, sed nostrum est operum nostrorum emolumentum, & quidem tale emolumentum, quod nunquam decidat, quod nullo modo depereat.

Fructus vester maneat, &c. Cum tota nostra salus à Christo dependeat, sitque solius eius virtutis, & meriti præmium, fructum tamen nostrum appellat, quibus talem impertitus est virtutem, talemque gratiam communicauit, vt quod prima causa per secundam causam, aut secunda causa in virtute primæ causæ facit, hoc secunda causa efficere dicatur. Dei enim coadiutores sumus Dei ministri sumus, nō mortui, & qui passiue tantum concurrimus, sed viui, & qui coagimus, & cooperamur. Secundæ causæ dignitas à prima sibi causa concessa.

Fructus vester (inquit) maneat. Quid est fructum manere, nisi nunquam marcescere? nunquam cessare? semper adesse? specialiter tamen, quędam ex omnibus eorum, quæ nobis concessit Deus sibi reseruari statuit, quibus omnium bonorum nostrorum authorem agnosceremus, & confiteremur, & quia quidquid etiam agimus in tempore, & in loco agimus, propterea, & temporis, & loci etiam quasdam, velut decimas sibi reseruauit partes, ex septem namque diebus, quibus totum hoc tempus vicissim describitur, & mensuratur vnum sibi diem sabbati reseruatum voluit, quod multis, & geminatis vicibus comendatum præscripsit.

Sed & loci in qua habitamus terra quasdam, tanquam decimas partes reseruauit, dum inter nos templa in quibus nil aliud, quam Dei cultum velut orationis domum agendum statuit; Argenti autem, & auri, siue frugum decimas, & olim omne masculinum adaperiēs vuluam sanctum sibi.i. reseruatum, & consecratum statuit. Vt eum omnium dominum sedula, & inconcussa obseruatione recognosceremus. Ex oib⁹ aliqua Christus sibi reseruauit.

Quisquis se ab illo bonorū omnium largitore quæcunque possidet, & quodcunque habet recolit, is omnium bonorum suorum quasdam velut decimas illi exhibeat, vnde emanant, nam cum ille superbus se iactando gloriaretur, decimas se dare omnium, quæ possidebat, quomodo nos non elata, sed humili recognitione omnium, quę possidemus bonorum decimas benefactori nostro exhibere debemus? Hinc apud quosdam piæ mentis viros, non solum inest cura, vt in vrbibus, & in suburbanis inter ædificia comoditati corporum extructa, aliquod construatur ædificium, & domus, quæ domus Dei.i. Ecclesia diceretur, & esset; verùm in prædijs, ac in domibus proprijs sacellum aliquod & religiosi angu'um cellulæ domino, ac diuino cultui accomodarentur. Pię mentis officia.

Posui vos vt eatis, & fructum afferatis. Tanquam diceret: Ad hoc vos elegi, & principes super omnem terram constitui, non vt in throno sedeatis, nec vt ocio marcescatis, aut in vobis ipsis tantum consulatis; imò vt eatis veluti medici ad ægrotos; tanquam agricolæ ad cultiuandos incultos agros, arnaque camporum, tanquam pastores ad oues dirigēdas in viam pacis adq; propinanda illis salutis pabula Deique verbi semina, vos (inquam) posui, qui vos ad hoc munus obeundum aptaui, dans vobis os, & sapientiam, cui resistere minimè poterunt omnes aduersarij vestri. Oēs elegit domin⁹ ad laborem.

Vos posui quos idoneos feci, quos stabiliui, & omni virtute ex alto roboraui; vos posui, quia meum imponere est idoneos facere; meum velle, est quod volo facere; necnon quod ad opus requiritur perficiendum impertiri. Diffidebat Moyses iturus ante regem Aegypti, qui se balbutientem, ac perinde ineptum excusabat; diffidebat, & ille qui dicebat ah, ah, ah: Domine Deus, quia puer ego sum, & nescio loqui; diffidebat & Ionas qui à facie Domini fugiebat in Tharsis, sed quia positi erant ad illud exequendum, quod illis à domino iubebatur, velut idonea, & apta instrumenta perfecerunt, posuit denique nos, quia non sumus nati nobis, sed & vt suffragemur alijs. *Hier. 1.*

Posuit & nos quia Deus vnicuique mandauit de proximo suo, & adhoc quidem iussit, vt eamus & fructum afferamus, audiant segnes, audiant & ocio dediti. Hoc tantum abest, vt ociosos suscipiat Christus, ipse enim est, qui nos ociosos non patitur; posuit hic nos, vt eam⁹, & fructificemus. Hanc autem hominum pestem omni lege, omnique populo semper detestabilem legimus, nec iniuria cum pater criminum, extirpator virtutū sit ipsum otium, nam quid est ociosum esse, nisi oī virtute carere, nulla nempe virtus acquiritur ocio, magis autē acquisita deperditur.

Dicitur autem vitiosus quisquis virtute priuatur, & ideo magis est fugiendum ocium, quàm sit abhomināda mors, velut morte deterius, neque semper mors est hominibus mala, non semper odibilis, sed plerunquē etiam amabilis, ac etiam pretiosa mortalibus. Impijs est mors detestabilis, quandoquidem mors peccatorū pessima, quæ iustis est delectabilis, quia pretiosa in cōspectu domini, mors sanctorum eius, ocium autem, nec vtile est alicui, nec amabile est prudenti; Ipsum, aūt esse criminum patrem dimissis gentilium oraculis, Dei ac scripturæ testimonio comprobatur. Virtutis expers est vitiosus.

Hæc fuit iniquitas Sodomæ saturitas panis, & ociū, quod & à sapiente generalius comprobatur, vbi dicit: Multam malitiam docuit ociositas, quod si Athenienses statutis legibus detestabantur ociosos, quomodo illos nō abhominabitur Ecclesia? ideo eos arguit Christus: Quid hic statis tota die ociosi? & Apostolus in tantum ociosos detestatur, vt eis subtrahenda etiam dicat alimenta: Si quis non vult operari, nec manducet, & de *Ezec. 16.* *Eccle. 33.* Ociositas omniū penè causa malorum. *2. Thes. 3.*

& de seipso quasi rationē reddens ibid. ait; Ipsi.n. scitis quomodo oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panem manducauimus.

Longè distat ab otiositate tranquillitas.

Aliud tamen est tranquillum esse, aliud ociosum, tranquilli dicuntur, qui fessi interdum à labore quiescunt, & fortiores, isti ad opus redeunt, ociosi vero, nec bene operari sciunt, nec rectè operari volunt, ista est ociositas, de qua Bern. inquit; Nutrix omnium vitiorum, extirpatrix omnium bonorum est ipsa ociositas, exercitia autem spiritualia corporalibus sunt cuiris præferenda, nullo enim meliori vnquam opere incumbimus, quam dum diuinis, ac spiritualibus occupamur; spiritualia namq; non propter corporalia, imò ipsa corporalia propter spiritualia fiunt, & ad illa scire ordinantur, nō enim homo propter mulierem, sed mulier propter hominem facta conspicitur, quæ in admitoriū soli data esse legitur, & vnius viri vxores erant Rachel, & Lia, quia contemplationi, ac orationi per exercitia temporalia nonnunquam oportet vacare animum.

Mulier propter hominem facta fuit nō autem è conuerso.

Occupatum semp in aliquo bono animū habere debemus.

Hinc Sancti illi Patres, qui in hæremo versabantur quandoque ad fodiendum terram, ad secandā ligna, ad frangendos lapides, ac his similia discreto exercitio occupabantur; illa autem corporalis vacatio quia animus inter oblectamenta dissoluitur, nec rationabilis est, nec præstat aliquod suffragium, magis autem nocumentū virtuti, mentis autem ociositas hæc nobis valde perniciosa, Domino dicente; Estote parati, quia qua hora non putatis filius hominis veniet; Quid est dicere estote parati, nisi dicere: non ocio dormiatis, non in bono torpeatis? Quod & Saluator ipse testatur: Oportet semper orare, & nunquam deficere, & Apostolus: Sine intermissione orate, & iterum; Nè fatigemini deficiētes propter qđ remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, tanquam dicat. Ad hoc positi sumus, vt eamus, & fructum afferamus, & fructus noster maneat.

Luc. 12.

Luc. 18.

1. Thes. 5.

Hebr. 12.

Vt quodcunque petieritis, &c. Vbique orauit Christus, in templo, in domibus, in planicie, in deserto, in horto, in montibus; sibi nunquam, nobis autem semper orauit & nobis miseris, & peregrinis bona promeruit, & impetrauit, quid autem sibi vlterius petere possunt, qui summum illud bonum, quod omnium bonū aggregatio dicitur, iucundissimè possident? supra dixerat, In illa die in nomine meo petetis; hic apertiùs suam petitionē nullis limitationibus angustari, aut coarctari demōstrat, quod vnquam (inquit) petieritis patrem in nomine meo, nonne salus nostra in Christi nomine possidetur? Hoc enim denotat, qui rogat, Deus in nomine tuo saluum me fac.

Psal. 53.

Iesu Christi nominis virtus dignitas.

Huic nomini tantam excellentiæ virtutem, ac dignitatem tribuit, vt illud super omne nomen collocauerit, & omne illi genu flecti iusserit, quid autem nomine Iesu, nisi salus per Iesum intelligitur, cum.n. Angelus iusserit Christum vocatū iri Iesum, quasi rationē nobis aperiēs subintulit, ipse n. saluum faciet populum suū à peccatis eorum, in nomine itaq; eius petere, est salutem vel quæ salutaria sunt petere, quæ congrua sunt saluti.

Cum igitur qui ad suæ salutis portum applicuerunt; Qui (inquam) propriam consequuti sunt salutem, quā possunt salutem petere, nisi eorum, qui procul adhuc extant à salute, & tamē suspirant ad salutem? Vnde ad cœlicolas conuersus Augustinus aiebat. Fœlices Sancti Dei omnes, qui iam pertransistis huius mortalitatis pelagus, & peruenire meruistis ad portum perpetuæ quietis, obsecro vos per vestram charitatem, qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis, securi estis de vestrâ immarcessibili gloria, soliciti estote de nostra multiplici miseria, intercedite, & orate indesinenter pro nobis miseris, vt per vestras orationes vestro sancto consortio coniungi mereamur; quia aliter salui esse non possumus, sed nonne sancti viri conformari suo capiti Christo iure debent, cuius membra existunt in cœli gloria copulata? quod si Christum aduocatum habemus apud patrem, nonne decet, & membra, seu discipulos, siue filios morem gerere capiti? magistrum imitari, ac patri assimilari? Hinc dicitur, vigintiquatuor seniores cecidisse corām agno habentes singuli cytharas, & phyalas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum.

Comparantur itaq; orationes sanctorum odoribus, & incenso, quia sicut fumus ex igne prouenięns, hinc inde diffunditur, & plerosq; sua fragrantia lætificat; ita orationes sanctorum totam Ecclesiam lætificant, & ad singulos ex charitatis odore pertingunt, præsertim autē viciniores, & proximiores resonent, quisquis illis se indigere intelligit, accedat ad sanctos, inuocet illos, quib' quod petunt concedere hoc facilè possunt.

Sanctorū oſnes sua uissimis cōparātur odoribus.

Sanctos inuocandos esse.

Vt quodcunque petieritis, &c. Obserua in hoc, quod dicitur, & velut illationem, & quasi consequentiam eorum, quæ præcesserunt dictorū, nā si dixisset, & disiunctionem sententiæ intelligere possemus, cum autē non & sed vt protulerit Christus, continuatur sermonis subsequentis, intelligentia præcedētis, dixit. n. illos ad hoc posuisse, & ad populos misisse, vt fructū talem afferrēt, qui nunquam decideret, sed perpetuò maneret, nè aūt talem salutis hominum fructum sibipsis ascriberent, & nè causetur aliquis quempiā ab ipso salutis authorem elongari quo hanc omnino suspicionem adimat, & repellat, eos ad patrem oratione recursuros ostendit, tanquam diceret; Vos quidem ibitis, & vestra prædicatione multos ad salutis statum conuocabitis, quibus fidem, & Euangelium, ac Sacramenta cōicabitis. Adhuc autem, quod Dei est, superest, vt ille vestræ plantationi præbeat incrementum, quod est perficere omnia.

Vt quodcunque petieritis, &c. Ostendit orationem semper frugiferā si Christi nomine sit habita, talem. n. suis præscribit orationis formā, quę nunquā sit inutilis, aut cassa, propterea n. non inquit absolutè, fiet quodcūque petieritis, sed addidit vobis, quandoquidem multi quibus Euangelium prædicatum est pro quibus etiam rogauerunt Apostoli non sunt adepti gratiam, aut consecuti gloriam, quorum oratio, in sinu eorum conuersa non frustrat orantes à mercede perfectę charitatis, dū n. obicē habet oratio, nè bonū operetur ad quod dirigit, illa in sinū i. inutilitatē orantis tota cōuertitur, quia ob alterius malitiam nullus sua charitatis mercede frustratur; vel cum nos in vite plantati frugiferi palmites existimus, tunc accipere, & obtinere omnia à patre facilè possumus, quia amici regis constituti ab ipso bona cūcta consecuturos, sperare debemus.

Orationis fructus vberimi.

Nunquam frustratur oratio.

Nunquam hanc nobis, sed Christo semper ascribere virtutem, intelligimus, qui quæcunque petituri sumus, in nomine eius petere iubemur. Hanc formam ignorabāt, quibus dicebat; Nescitis quomodo orare debetis,

betis, tametsi enim multi sint orantes, non tamẽ multi sunt formam, & vim orationis intelligentes, orare enim in nomine Christi, non solũ est orare in merito Christi, non hoc solum à Christo authore cognoscere, & eius promissioni inhærere, sed hoc vnum potissimum est petita in oratione ad Christum dirigere.

Orationis vim & virtutẽ pauci intelligũt.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Ejus noui testamenti codicillum, imò totius diuinæ legis summam breui hoc mandato complectitur Christus, est.n. sermonum omnium singularissima methodus pius in Deum affectus, & bene compositus animus: hunc.n. se mittere ignẽ in terra venisse aperto est fassus edicto, dilectionis videlicet ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? verùm non omnis, qui calet, ardet, nec quisquis ardet, bene ardet, est ardor charitatis, & ardor cupiditatis effectus caloris est ipse ardor, quo quis calescit, eo ardet, quod enim causa est amoris hoc materia est ardoris.

Charitatis ardor.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Sed si altius adhuc prospicimus vera dilectio proximi quid aliud est, quam ipsius Dei ĩ proximo perfecta dilectio? Is enim verè amat fratrem, qui Deum in fratre amat. Cum igitur Deus in proximo amatur, & proximus propter Deum diligitur, solus Deus diligitur, & per seipsum solus diligitur, nam vbi vnum propter alterum ibi secundum vnum vtrobiq;. Huius autem glutini mysterium, idem Ioan: innotuit apertius Hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat, & fratrẽ suũ.

1. Epi. c. 3

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Cautius aduertas, quàm obnixè quamvè firmiter obseruari, & ad effectum duci hoc suum præceptum instituerit, hæc mando vobis, tanquam Dominus, tanquam Deus, tãquam legislator mandatorum, Christi potestatẽ non in hominibus rebellibus est attendere, sed ad nostram cõdemnationis confusionem; in cæteris est attendere quorum ipsi subest dicendi ratio, cum dixerit, & facta sint, ipse idemq; Dominus mandauerit, & creata sint. Sicut enim de primo maximoq; mandato indispensabiliter, & ineuitabiliter omni postposita excusatione, aut palliato colore Dei dilectionem indixit, pari modo, & ratione illi primo hoc secundum colligauit, dum ait; secundum autem simile est huic, &c. qua similitudine, si non eadem ratione? sub vno igitur eodemq; vinculo præcepti vtrũque, & reponitur, & continetur, secus autem de his, quæ sub consilio non ad necessitatis vinculum, sed ad bene esse, & ad superiorem perfectionis gradum continentur.

Dilectiõis præceptũ nullum eximit.

Satis enim præseferunt verba, quæ apponuntur illi secundo præcepto, quod scilicet sit simile primo, nam in primo ista aduertimus, quo secundo apponi sciantur primò enim dicitur præceptum ad differentiam eorũ, quæ consuluntur, secundò dicitur esse non humanum, sed diuinum, tertiò dicitur esse mortale non cæremoniale, quartò naturale ad differentiã positiuorũ, quintò absolutum ad differentiam conditionalium, sextò perpetuum ad differentiam temporaneorum, siue eorum, quæ sunt ad tempus septimò affirmatiuum ad differentiam negatiuorum, octauò generale, siue commune ad differentiam particularium, siue eorum, quæ fiunt ad hominem, nonò dicitur lucidum, ad differentiam obscurorum, decimò dicitur maximum, siue præcipuum ad differentiam inferiorum.

Conditiones dilectionis.

F His omnibus cõiectis præceptũ dilectionis proximi simile est præcepto dilectionis Dei, nec iniuria cum alterum in altero contineatur, imò vnum sine altero esse non possit, nec ab inuicem separari. Alterius igitur typum ab altero suscipe, quod sicut nunquam, nullibi, nulla occasione dispensatis à Dei dilectione, nec ab ea excusari poteris, quæ est proximi.

Hæc mando vobis, &c. Attende quisquis pertinax, & duræ ceruicis vermis existis, nec te prætereat: hominem illũ totius humanæ generationis patrẽ solo obsonio vnius caduci, & nullius valoris pomi, quod contra Dei iussa vix comedere ausus fuit, mox originali iustitia
G expoliari, gratia priuari, ẽ Paradiso expelli, mortalitati dari, & totius humanæ naturæ infectorẽ effici, passimq; adhuc succrescentibus affligi ærumnis.

Attende lapidibus obrutum pauca ligna in sabbato colligentem. Saul imprudenter parcens, Iona has tantillum mellis in summitate virgę degustans præ lassitudine, Oza licet ex animi pietate manu archam minus reuerenter cõtingens indesinenter corruit, &c. ex his perpende, quid supersit violatori tanti mandati; tu mãdasti (inquit Proph.) mandata tua custodiri nimis.

Num. 15

Psal. 118

Ad hoc autem mandatum, quod præcipitur obseruandum nos impellit ipsa summa iubentis authoritas,
H cum sit is cui omne genu flectitur cœlestium terrestriũ, & infernorum, cui omnia obsequuntur, cui Angeli seruiunt, qui respiciens terram, facit eam tremere, rex ipse regum, & dominus dominantium: secundum, qui nos tantis dotauit beneficijs, tanto nos amore prosequitur, tanta pro nobis est perpessus: tertium, quod nobis geminatis vicibus pluries est iussum, & tandem sub testamento, & codicillo testamenti pro vltima voluntate præceptum: quartum, quod à nobis in gratiam suam idem postulauit In; hoc cognoscent oẽs, quia discipuli mei eritis, quintum immensa iubentis dignitas, cuius nutu, nè dum præcepto omnia subijciuntur: sextum
I vtilitas obseruantiæ in nobis: septimum est rationabilitas præcepti, quod naturali rationi maximè consonat, naturaliter n. omne animal sibi simile diligit: octauum est annexũ virtutibus clemẽtiæ benignitatis, modestiæ, pacis, & vtilitatis; nonum remouet multa mala, & incommodalites, odia persecutiones, latrocinia, adulteria dolos, deceptiones, mendacia, iniustitia, &c. decimum pœnæ constitutæ, seruus.n. sciens voluntatem Dñi sui, & non faciens plagis vapulabit multis: vndecimũ pericula quibus expositi sunt, q odia nutriunt, seu versantur in odijs, cum diuino fiat iudicio, vt in eos incidant laqueos, quos alijs parauerunt, & in tam foueam cadant,
K quam fœderunt pro alijs præcipitandis: duodecimo illa in nos illata sententia, vt eadem nobis remetiatur mensura qua cæteros mensi fuerimus, sicut pater noster cęlestis faciet nobis, vt dominus illi debitori maximo decem millium talentorũ, qui conseruo suo longè minora debenti non compassus, cujus facinoris nostrã vindictam exposcimus; imò aduersum nos ipsos sententiã quotidie sic cõcitamus iustissimi domini, vt nobis nr̃a dimitti debita efflagitemus, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, &c. Qui autem præcepti pondus se habere contendit is certè, extra charitatem se esse ostendit, nec adhuc se iugo diuinæ legis colla subegisse. Diligamus igitur non verbo, aut lingua, sed opere, & veritate, & esto non esset reciproca ex parte amati à quo non

Plurima nos ad obseruãdũ dilectionis mãdatum impellunt.

Oĩum bonorũ causa dilectio.

Nũquã ab amici dilectione cessare debem', quamuis non eẽt reciproca dilectio.

non reamaris, nihil tuæ obstat perfectioni, qui reciprocationem ab eo suscipis, qui ipsa charitas est.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Vnum quidem est præceptum, sed quia in illo cœtera secundæ tabulæ præcepta complectuntur, ideo hæc in vno mando vobis; Prius quidem iussum erat, sed pharisaica perfidia mutatus erat color optimus, & argentum versum fuit in scoriam: Verè mendatium operatus est. Stilus mendax scribarum. Ab hoc (inuicem) subtraxerant inimicos quos nedum amore, sed illos odio prosequendos dicebant: non obstante etiam alio in loco præcepto domini: Si esurierit inimicus tuus ciba illum, & si sitierit potum da illi.

Ego igitur, qui mundum de immundo facio, hæc mando vobis, ego legis adimpletor non solutor, hæc mando vobis, ego nouæ legis instructor, & diuinæ voluntatis explanator, hæc mando vobis, & sicut vnde illud primum dilectionis diuinæ expressum præceptum multa præcepta in tabulis lapideis propriò digito conscripsi, & multa per Moysen populo Iudæorum obseruanda tradidi, vt in illo vno cœtera iussa continerentur, ita & post multa vobis tradita consilia, & præcepta; vltimo loco, hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Hanc mutuam vicissitudinē Christi Apostolus Doctor gentium nobis iterum commendat, dum inquit: Honore inuicē præuenientes nulli malum pro malo reddentes, sed è contrario benedicentes. Hic est fraternus amor quo se mutuis obsequijs prosequantur, qui se inuicem diligunt, præsertim autem huic contrauenīunt præcepto, qui coaptati sunt alicui congregationi, aut collegio, quorum perfectio firmitas, ac tota ratio in vnitate consistit. Hoc namque bonum, & iucundum in omni communitate agit dilectio, quod damnum, & luctum in illis producit discensio.

Pauci sicarij potuerunt in Asia Romanis Regnum auferre ipsosque debellatos à munitissimis præsidijs expellere, quod omnis eorum potentia non valuit conseruare, qui cum pauci essent tanta tamen sua vnitate potuerunt, quod discordes cum tantorum regnorum dominio, non seruare valuerunt, iuxta Euripidis sententiam; Concordia res paruæ crescunt discordia, maximæ etiam dilabuntur.

Alijs adhuc vrgemur causis, vt inuicem diligamus, & ea maximè propter diuinum tam sæpè repetitum præceptum, propter eius etiam nobis exhibitum exemplum, nobis insuper promissum & præmium quo maius nequit excogitari. Vt sitis (inquit) filij patris vestri, qui in cœlis est; Quid nisi vt si filij, & hæredes; non terrenorum, sed cœlestium oīum bonorum? Vt & nos à malis, ab odio, à plagis potioribus liberemur, quandoquidem mensura quā mensi fuerimus remetietur, & nobis. Vnde Augustinus ait; Ego dilectionem vos doceo, quia ad sananda peccatorum vulnera, nullum medicamentum vtilius esse cognosco, qui nec vulnera infligimus, nec odium in animis nostris nutrimus à nostris nos interioribus plagis liberamus, quod si non dimittimus iam latam in nobis sententiam audimus: Iratus Dominus illi, qui conseruo suo minora debita non dimiserat, tradidit illum tortoribus subinferens, sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris,

Rom. 12.

Oē bonū in cōmuni catiōe cōsistit.

Dissidium oia vastat.

Mat. 4.

Matt. 18.

A Attende, quomodo Deum sibi conciliat, qui hoc ipsum obseruat, vt suum inimicum diligat, dæmum hac alia vrgemur ratione, vt inuicem maneamus in dilectione, quod nocere inimico non possumus, quia ptius nos ipsos offendamus, semel enim occidere nos possunt inimici, nec vltra habent quid faciant, qui solo odio seipsos interimunt. Inquit enim idem D. Ioan. Qui odit fratrem suum homicida est.

Christus interfecit inimicitias in semetipso, vt Apostolus docet. Ipse enim est pax nostra, qui facit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens in Cruce interficiens inimicitias in semetipso, & veniens B euangelizauit pacem, his qui longè, & his qui propè sunt. Qui igitur concipit, aut parturit inimicitias, aut etiam qui susurrant, vel suggerunt, vt reuiuiscant nutrianturque odia, & discordiæ; sciant in Cruce Christi, nullam portionem habere. Ad Antichristi regnum autem magis spectare videntur dissensionis amatores, ante cuius aduentum velut præcursores apparebunt Domino attestante: Cum audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri; oportet enim hæc fieri; primò surget gens contra gentem, &c. Quia sicut pax maxima Christum regem pacificum præcessit, cùm factus sit in pace locus eius. Ita pacis inimicum præcedunt C iurgia; cuius locus ibi est, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Est insuper, & aliorum, qui commorantur inuicem alia amicitiæ compositio, vix enim explicari magis autem experiri potest quanta vicissitudine seinuicem diligant corpus, & anima, quandoquidem cuncta, quæ habet homo dabit pro anima sua, & versa vice, nemo carnem suam vnquam odio habuit, nec seiungi vnquā adinuicem patiuntur, nihilo secius, dum conglutinati inuicem commorantur, continuis, grauissimis, & inexcogitatis odijs se prosequuntur, ita vt diuisus penè à seipso homo mente seruiat legi Dei, carne autem legi D peccati: Mirum propemodum, quomodo tantis se cladibus feriant tantovè odio prosequantur, qui tanto amore vinciuntur, & tam indissolubili glutino copulantur, ita vt adagium de his verificetur, nec sine te viuere, nec tecum viuere possum; Absit, non est hæc cōditio naturæ, nec à natura profluit ista procliuitas defectus est naturæ, corruptio naturæ, non natura hoc non corrupta, sed integra iubet natura, vt superiora inferioribus dominentur, inferiora superioribus obtemperent.

A primo mobili omnis regulatur in inferioribus motus, prima sphera trahit omnes alias astrorum spheras, temporum dispositiones à prædominante virtute E solari suis regulis distinguntur humida, & Oceanum à prædominante luna, in diuersa mutatur, & tamen cum fortiori vinculo connectantur anima, & corpus, vt constituatur homo ipso constituto Iacob cum Esau, adhuc in ventre materno nixantur, pessimus Cain in sanctum fratrem insurgit, Ismael contra Isaac, Agar aduersus Saram, Iennena molesta fit Annæ, seruus insolescit in dominum, corpus in animam, per quam & vitam suscipit, & conseruatur in vita.

Sentio (inquit Apostolus) aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, omnia suis legibus regulantur in vniuerso, nec vltra præscriptos progrediuntur termi-

1. Epi. c. 3

Ephes. 2

Susurrōes & murmurātes sunt Antichristi mancipia.

Amicitia corporis, & animæ.

Rom. 7. Commūe adagium.

Ex primo cuiuscūq; gēeris pricipio regulantur inferiora.

Rom. 7.

nos: Solus homo in angustijs versatur, qui pro pœna culpæ, luctam in seipso patitur, dum à corpore, quod corrumpitur mortis js multis grauatur, Huic dissensioni occurrit Christus pacis nostræ compositor, & amator, iubetque inuicem in nobis inesse dilectionem hęc mando vobis singulis, vt diligatis inuicem.i. vt nulla sit aduersus spiritum carnis petulantia.

Animi pacifici effectus.

Tunc pacificus erit Christi discipulus, cum exterior homo non insurget in interiorem, cum homo vetus nouum hominem non pessundabit, cum animalis homo spirituali non repugnabit, cum caro spiritui non repugnabit, sed quia nequit homo tali pace gaudere, sine speciali auxilio diuino hoc iubere voluit dominus, cuius virtute beneficium consequeremur hæc est illa gratia diuina per quam omnis nostra virtus augetur, & impetus indomiti corporis refrenatur, per hanc pacata omnia redduntur, & maris naufragia ex procellis aduenientia solo nutu cohibentur.

Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem, &c. Attende quàm sit cordi Saluatori nostro hæc nostra inuicem dilectio, quam abiturus non semel tantum sed iterum, atque iterum non solum commendat, sed & illam iubet, ac præcipit, & quidem opportunè cum finis præcepti sit charitas de corde puro, plenitudoque legis sit ipsa dilectio, (& teste Apostolo) Qui diligit proximum legem adimpleuit: Et hæc est via tuta, via facilis, nos commonens adimplenda omnia totius legis mandata, qua tuti ad portum salutis peruenire possimus, cuius nos admonet Apostolus Adhuc excellentiorem viam vobis demonstro, si linguis hominum loquar, aut Angelorum, charitatem autem non habeam factus sum, velut æs sonans, &c.

Rom. 13.

1. Cor. 13.

Nec Dei dilectionem amor fraternitatis prætermittit, quimmò, & illum includit, dum ipsum præsupponit, nam si ex diuino mandato proximum diligimus, quomodo Deū propter quē illum amamus non magis diligimus? Et hoc ipsum diuinæ dilectionis argumentum præbemus, quando huic eius mandato obtemperamus, nec seipsum quisquam fallat, qui se Deū diligere, & proximum odio habere credat.

Eo igitur magis hac charitate indigemus, quo peccatores sumus, vt operiat ipsa peccatorum multitudinem, quid nobis charius, quidvè vtilius mutua dilectione, cum nemo solus sibi possit esse beatus, imò nec natus sibi ipsi, nec dulciter sine amicitia viuere, vt inquit orator Hac enim veluti multarum chordarū consonantia dulcis conficitur harmonya. Flamma charitatis ex mutua cōuenientia, & sic fouet, & augetur; Veh autem soli, qui cum ceciderit non habet subleuantem, & si dormierint duo ambo fouebuntur, vnus quomodo calefiet?

Nemo sine amicitia, & dilectione pôt beatè, & iucundè viuere.

Eccles. 4.

Melius est esse duos (inquit Eccl.) quàm vnum, habent enim emolumentum societatis suæ, cœterum de dilectione proximi, non id tantum est obseruandum, quod spectat ad rationem diligentis, sed & aduertendū quod pertinet ad dilectum. Debet enim vnusquisque iuxta vim huius præcepti capacem se reddere, & talem præbere, qui diligi possit, & debeat; quorum primum extat, vt se gratum omnibus exhibeat, nemini infestus efficiatur, singulis beneficum se præbeat.

Dilectum cēm ab amico suo, & primo se diligēti gratū exhibere d. cet & propitiū.

Quisquis autem ansam odiendi proximo præstat, & eundem ad iracundiam prouocat, dum aut lingua,

F aut manu verberat detrahendo, murmurando, persequendo, &c. reus præcepti constituitur, teste namque Principe Perhipatheticorum in amico vero seu ad amicum verum quinq; requiruntur conditiones, quarum hæc prima est, vt sit bonus, nec iniuria; cū inter impios semper sint iurgia, non enim est pax impijs, dicit Dominus: Quæ bonitas reddit hominem gratum, & amicitia dignum, quia bonum quod omnes appetunt namque cum amicus sit alter ego quis velit vniri, aut copulari malo? æquè omnes fugiunt malum, quod non est appetibile, nisi ementito prætextu sub ratio-

Isa. 48.

In vero grato, & fideli amico quisque requirūtur cōditiōes.

G ne boni.

Altera conditio spectans ad amicum est, quod sit prudens: Cautam tuam tracta cum amico tuo, &c. Multi amari incipiunt, sed perseuerare in amicitia nesciunt, dum ex eorū imprudentia amicos suos irritant, & à consortio abire compellunt.

Prou. 25.

Imprudentissim⁹, q verū suum molestat amicum.

Alia est sinceritas, nè prudentia ad aliquam fraudem se vertat, ex qua sinceritate occluditur suspitionibus aditus, quæ suspitio nil aliud est, quā tinea corrodens amicitiam, illamque tandem dissoluens, dicente Sapiente: Simulator ore decipit amicum suum.

Prou. 11.

Quarta conditio est stabilitas, & constantia: Omni

Prou. 17.

H tempore diligit, qui amicus est, in omni fortuna, in omni temporis ætate, in omni legitima occasione amicus fidelis ab amico ficto, dum amat discernitur, non frustratur amantis animus, nec dissoluitur amicitia, vbi nō vitium, sed virtus consistit.

Amicitia in bono, & virtute fūdata stabilis est, & diuturna.

Quinta est conditio, vt non sibi, sed tibi benefaciat, tibi & non sibi bonum appetat, his facilè coniectari poteris, & quis tibi, & cui tu verus sis amicus; habes, quid agendum tibi, quo Christi præceptum impleas, vt diligas, & diligaris: vnum quod facere debes, alterum quod procurare teneris.

Mandatum nouum hoc vobis, vt diligatis inuicem.

I Hoc vinculo olim vinciebantur fideles (teste D. Luca) Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & esto summa fidelium vnitas, & pax præcipuè consistat in vnius fidei assensu quæ exuperat omnem sensum, vnanimis tamen consensus animorum veræ pacis, & concordiæ vsquequaque rationes complectitur iuxta qd & in Psal. prędictū est: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, neq; locus eius in pace cōstituitur, si aut ficta, aut diminuta fuerit.

Act. 4.

Vbi consistat sūma fideliū vnitas.

Psal. 71.

Amplectitur omnem consonantiam partium, vt resultet dulcis, & perfecta symphonia, de qua ait Apost. Qui diligit proximum legem adimpleuit, cuius perfe-

Rom. 13.

K fectæ vnionis, & pacis meminit, & alius Propheta. Creaui fructum labiorum pacem, pacem his qui prope, & pacem his qui longè, qua tam flagitiosi, quam maleuoli, tunc frustrantur, dum offendunt intendent iniurij efficiuntur, persequuntur, & fratrem suū odio prosequuntur, Domino dicente per Proph. Non est pax impijs, dicit Dominus.

Isa. 57.

Ibidem. Cap. 11.

At verò quam inauditam pacem suis sit præstiturus Christus, idem Propheta Isaias his verbis ostendit: Percutiet terram verbo oris, & spiritu labiorum suorū interficiet impium, habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos, non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo; quia repleta est terra scientia Domini.

Cum

Cum autem amor sit, qui corda emolliat, odium autem eadem obduret, hinc dominus per Prophetam hoc nobis est pollicitus auferre à nobis cor lapideum, corque carneum nobis elargiri, an non vult tenerum, quod iubet scindendum? Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, quod si Dei malleis cor nostrum non mollescit, idest diuinis mandatis de dilectione resistit, nondum ad Christi Euangelium, ex mente peruenit, magis ad illum duræ ceruicis Iudaicæ Synagogæ populum, si induratum adhuc cor tuum nè obtemperes habes, cum Pharaone peribis, induratum est cor Pharaonis, vt qui opprimunt, nec parcunt non alij, quàm Pharaones meritò vocitentur, cuius perfidiam æmulantur.

Ezec. 36. *Ioel 2.*

Cæterum nouum vocat hoc suum mâdatum, quod tamen in lege illa iam dixerat esse præcipuum. Interroganti enim, quod esset mandatum magnum in lege respondit: Diliges Dominum Deum tuum, &c. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum, sicut teipsum, nouum tamen appellauit, quod in noua lege collocauit, nè crederet aliquis illud ad illam veterem, non autem ad nouam nostram Euangelicam legem spectare, nè locus detur, aut disputationi, aut dubitationi, aut excusationi.

Matt. 22.

Vel ideo nouum, quia nouis formis delineatum, sicut dum ex cupro, aut auro aliqua figura igne operante conflatur, tota figura noua esse nuncupatur, tunc huius auri figuram vetustate deformatam restaurauit, & nouo supposito in meliorem formauit.

Quô dicatur nouum dilectionis mâdatum.

Cuius renouationis meminerat, qui rogabat: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis, & Apostolus: Renouamini spiritu mentis vestræ; Indecorum vtiq; erat, Christi sponsam, tam dilectam Ecclesiam veteribus indui vestibus, decorum autem præcipuis amicitiæ nouis indumentis exornari, secundum quod scriptum est; Exuite veterem hominem, & nouum induite, qui secundum Deum creatus est.

Psal. 50. *Ephes. 4.* *Ephes. 4.*

Si mundus vos odit scitote, quia me priorem vobis odio habuit, si de mundo fuissetis mundus, quod suum erat diligeret, &c. Iure testamenti hæc uobis retinenda relinquo, & sicut uobis ad alios pacem, & dilectionem præcipio, ita & ad aliorum odia, persecutiones, probra perferenda animos uestros ad patientiam dispono, neque enim pacis fœdera seruaui poterunt, si ultores inflictorum malorum, aut uindices illatarum iniuriarum homines erunt, quia nullus ibi terminus datur maleuolentiæ, vbi passim rancor regnant, & dissidia, iræ, rixæ, contentiones, & his similia, quæ recensendo exprobat Apostolus: Tanquam illa, quæ detestatur spiritus.

Gal. 5.

Hac ratione, vos odit mundus, quia elegi vos de mundo: Ego vos ab eius legibus exemi, ego vos ex diuerso constitui, & à vobis eius seruitutis iugum excussi nexibus liberati, ideo vos odit mundus, quos vlterius non cognoscit, sed in aliam formam redactos, & compositos agnouit, nihil commune, nihilvè simile mundus reperit vobiscum, amat, quæ vos odistis, fugit, & odit, quæ vos amatis, & in quibus versamini. Ideo nulla superest spes ineundæ pacis cum mundo, qui si me odio habuit authorem mundi Redemptoremque eius, quomodo illos amabit quos ipse peperit, & pes-

A fundari se ab ipsis videbit? nulla humilitate, nulla mansuetudine, nullis virtutibus, sola iniquitate, solis voluptatum illecebris mundus oblectatur, hisque conquiescit.

Hæc ab initio fuit mundi proprietas, vbi tanta in fratrem inualuit impietas, quod dum cognouit Cain accepta fuisse dona Abel per ignem ab ipso Deo in sacrificium consumpta, mox concidit vultu, & ad fratricidium committendum animum accendit, imò statim etiam in vtero existentes, mundus illos persequitur, quos in suos dominus elegerit, vnde Esau, Iacob in ventre matris iam persequebatur, quem elegerat sibi

Mundi nequitia.

B dominus, dicente eodem Domino: Antequam aliquid boni, aut mali egissent Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Gen. 25.

Sicut autem impius Pharao in nascituros, & scelestissimus Hærodes in natos infantes sæuierunt, ita omnis mundi satelles, non minus fero, quæ impio animo fertur in Christi amicos, Euangelicæ professionis amatores, hæc autem in humanæ naturæ solatium depromere, & innotescere voluit, quæ eum in tribulatione subleuari quoquomodo videtur, dum socios se nouit habere pœnarum, neque tam facilè frangitur animus, qui ad subeunda incommoda multorum exemplo roboratur, & ideo eò animæquiores suos facit, dum non

Mûdi consolatio.

C aliquorum, aut multorum, sed omnium communem fortunam amplectitur.

Si mundus vos odit. Vos (inquit) quotquot estis, imò & quotquot futuri estis, omni loco, omni tempore, vos mundus persequetur, peribitis odio, quæ omnia sub hac vna voce, mundus, complecti voluit nullum nobis relinquens locum obterfugendi, diuertendi, seu aliò declinandi, dû in hoc mundo versamur: In mundo pressuram habemus, nescit, imò nec potest, non odire Christum suosque assectas mundus, qui contrarij sunt mundo, ita vt siquis voluerit esse amicus huius

D sæculi, inimicus Dei constituetur.

Esto multæ sint in mundo sectæ, multi populi, multi infideles, Idolatræ Barbaræ nationes, Turcæ, & Mahumetanæ sectæ, multi Hæretici, Lutherani, Anabaptistæ, Caluinistæ, & infinitæ propemodum Synagogæ Sathanæ, totus tamê mundus sæuit in Ecclesiam Christi, conspirant, & concurrunt, conueniunt in vnum Christum, & membra eius, secundum quod scriptum est. Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, & alibi: Nè taceas, nec compescaris Deus, quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput, super populum tuum mali-

Vide quâ grauis sit hæc & mi seranda calamitas.

Psal. 2. *Psal. 82.*

E gnauerunt consilium, cogitauerunt aduersus sanctos tuos, cogitauerunt vnanimiter, simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumeorum, & Ismaelitæ, Moab, & Agareni, Gabal, Amon, & Amalech alienigenæ, &c. Quo loci consule incognitum, &c.

Ipsi sunt vulpes Gedeonis, qui esto in capitibus, & sectis distinctæ videâtur, caudis tamen extant colligatæ, quarum communis est versutia, & fraudis conuenientia, ad Christi agros demoliendos, ad depopulanda sata, & segetes deuastandas, tamen nec flecti, nec frangi animo debent Christi fideles, dum in seipsos totum iam mundum concitatum consurgere vident,

 quando-

quandoquidem totus in maligno mundus est positus, qui quidem dum in bonos sæuiunt non illis (vt conantur) nocent, sed sibi ipsis exterminium parāt, sic tyranni in puellas seuientes, in inermes frendētes, non illas, aut illos, sed seipsos perdiderunt, dicturi in iudicio, (vbi turbabuntur terrore horribili præ angustia spiritus gementes:) Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, nos insensati, vitam illorum existimabamus insaniam, ecce quomodo computati sunt, inter filios Dei, ergo errauimus à via veritatis, &c.

Sap. 5.

Si mundus vos odit scitote, quia me priorē vobis odio habuit, &c. Qui contra Christum est, Christi inimicus est, dicente eodem: Qui non est mecum contra me est; nequit autem mundus esse cum Christo, velut prophanum cum sācto, vitiosum cum iusto, impium cum pio, nam omne quod in mundo immundum est, tenebrosum est, damnatum est, aut concupiscentia carnis, videlicet, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, nihil autem damnationis est his qui sunt cum Christo Iesu.

Matt. 12.

Sic igitur nos inuicem diligi iubet, vt non quomodo mundus impiam effingit pacem, hanc nos inuicem habeamus, imò cum eam, quam dat Christus, quæ omnem exuperat sensum adepti fuerimus, mundi odium concitasse, & suscepisse noscamus, cuius rei monitos nos & Salomon fecit, Fili accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem, & Apostolus Iacobus in sua protestatur epistola: Qui voluerit fieri amicus huius sæculi inimicus Dei constituitur, & alibi dicitur: Omnes qui piè viuere volunt persecutionem patiuntur, &c.

Eccl. 2.
Cap. 4.
2. Thi. 3.

Si mundus vos odit, &c. Non conditionis est sententia, sed absoluta, & affirmatiua, tantum de conquestu conditionalis efficitur, videlicet, si conquerimini, & doletis de mundano odio aduersum vos ingruente hoc vestris obtutibus, tanquam speculum proponite, scientes quia me priorem vobis odio habuit; quid est me, priorem vobis, nisi me excellentiorem vobis? præstantiorem, sanctiorem, benefactorem, sublimiorem? & sicut qui me diligit, vos quoque diligit, ita & qui me odit, & vos odio habebit, milites insequuntur, qui ducem insequuntur filij, & discipuli, ac totā familiam hi persequuntur, qui parentum, & præceptorum persecutores existunt.

Scitote quia me priorem, &c. Hanc viam difficilem prius peregit Christus, & suo gressu planiorem reddidisse ostendit, periculosa & inaccessibilis ab homine adiudicabitur semita, sed qui præcessit gigas ad currendam viam strauit placidam, etiam ad currendum, sed quomodo tuti in tot aduersis? in tantis sentibus? in tantorum inimicorum medio? Sine iniquitate (inquit) cucurri, & direxi, non poterit totius mundi turba, aut cursum cohibere, aut à cursu retrahere; Si cōsistāt igitur aduersum me castra, nō timebit cor meum, & si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala.

In hac mūdi pegrinatione continua bella patimur & dissidia.

Si mundus vos odit scitote, &c. Nulla reconciliationis arra, nulla inest spes compositionis nostræ, cum mundo si Christi discipuli sumus, indictum est inuicem bellum perpetuum, & interminata dissidia, vnde à sua oratione Christus mundum exclusit; Pro eis rogo (ait) non pro mundo, quem expertem fecit eius amicitiæ. Hinc & Ecclesia aliquando pro Iudæis pro Scismaticis, Infidelibus, & Hæreticis preces effundit, nunquam pro mundo verbum orationis emittit, nunquam vel vocē pro mundo rogando profert, quod nullius sit spei, quod resipiscat aliquando. Ideo qui se, & Christi, & mundi amicitiam consortium, siue concordantium habere putat, idem duas se lepores canem insequentem arbitretur, & sciat, quarum neutram tandem se acquisiuisse reperiet.

Duos simul lepores insectāti, & capere volēti assimilatur is, qui Chri amicitiā simul habere credit, & mūdi, quorū īterque dū ambo hęc habiturū se censet, vnum amittit, & reliquum.

Si mundus vos odit, &c. Ecce cum mundo indictū bellum: ecce tanquam cum inimico certamen expositum, gladium venit ponere Christus, non pacem, & quidem hi sunt inimici hominis domestici eius; Attende quantis nos laqueis mūdus irretiat, in auro laqueos tendit, in voluptatibus obtegit, in delitijs, in tripudijs, in dignitatibus obuoluit, in cibo, & potu hamos suos contegit, vt capientes capiat, vt mactet, & perdat, quis istos, aut deuitare, aut dirumpere poterit? quid si pennati efficiamur, cum frustra iaciatur rete ante oculos pennatorum.

Sed quid est pennatum fieri, nisi à terra eleuari? à cupiditatibus, à carnalibus desiderijs, à sæculi curiositatibus absolui, sed quomodo qui in syrtibus nauigamus, in Scyllam non cadimus cupientes vitare Carybdim? non nostræ hoc munus virtutis, nostræ non opus potestatis, sed eius, de quo scriptum est; Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero. Vnde rogat aliquis; Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo, & requiescam? hinc aliqui quo ab hoc truculentissimo sæuissimoque inimico diuerterēt, eiusque certaminis luctam declinarent, antra deserti fugientes petunt, alij in speluncis, ac specubus delitescunt, alij hæremi cultores efficiuntur, alij seorsum in cœnobijs vitam agunt, & alij omnibus se curis absoluunt.

Psal. 90.
Psal. 54.

Hæc ē sciētia nobis necessaria.

Scitote quia me, &c. Hanc vnam scientiam nobis edocet Christus, quam tenebris obuolutus non capit mundus: Scitote (inquit) quia me, in quo plenitudo latet diuinitatis, quia me doctorem, & salutis authorem iudicem, & regem ipsius odio habuit. O nostram necessariam scientiam, quam nemo principum huius sæculi agnouit. Abscondisti Domine hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, hanc vnā solam scire se protestatur Apost. Nihil arbitratus sum, me scire inter vos, nisi Iesum Christum crucifixum.

1. Corin. 2

Abeant Iudæi signa quærentes, abeant & Græci suā inanem sapientiam quærentes, & docibiles fiant Dei omnes gentes, inflentur illi sua, ædificentur isti ista, quæ indicitur à tanto magistro veraci, qui ipsa est veritas, viam Dei in veritate docens ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum nostrorum.

Mundū velut saluti nostræ inimicū detestari debemus.

Si mundus vos odit, &c. Quid incautus deciperis, qui arridentem tibi mundum, qui tibi interdum blandientem, velut amicum diligis? An diligere odientem te non intelligis? ostendit tibi bona mundus non tribuit, dum mox quę tribuisse existimaueras subripuisse conspicis, sed esto, & tribuisse tibi aliquid oblectamēti prosperitatis, honoris, & diuitiarum videatur, an non te egrediente expoliat, & omni suo bono denudat? ita vt nihil inueniant omnes viri diuitiarum in manibus suis? nullumque fructum in illis habeamus, in quibus erubescimus?

Quomodo

Quomodo pacatus cum mundo pacem habes; qui mundi vanitates, illecebra, voluptates, & consortia non detestaris, sed amplecteris? quid si verax esset mũdus, & non fallax qui etiam fallacem amas? quid si perpetuus foret mundus, & à se te non reijceret? quid si non infamis esset, si non immundus? si non incertus? si expers periculorũ? cum tam incertum, tam infamẽ, tam immundum, & tantis in periculis constitutum te abhorrentem, expoliantem, ac eijcientẽ, manifestumque hostem sæuum tui inimicum, amore prosequeris?

Mundi fallacia.

Scitote quia me, &c. Vsque ad internitionem Christum mundus odio habuit, hoc autem & scire iubemur quanto conatu, quantis maledictis quibusuè persecutionibus Christum sit insequutus, mundus, nullis parcens calumnijs, versutijs, detractionibus, ignominijs, derisionibus, cruciatibus, improperijs & crudelissimo mortis genere, nondum autem vsque ad sanguinem restitistis, sed de quibus nunquã doluit Christus, qui velut ouis ad occisionem ductus os suum non aperiens, de his nos impatientes effecti, nec digito sine querela contingi sustinemus.

B

Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. &c. Iucundissimum in turbine persecutionum mundi, iustis epithalamium statuit, quo totius odij rancorem in oblectamentum conuertant, nempe quid est de mundo non esse, nisi Christi esse? quid est de terrenis non esse, nisi de cœlestibus esse? quid (inquam) est inter mundanos non computari, nisi inter æthereos connumerari?

C

Quis vlterius conqueritur pressus malis, probris lacessitus, agitatus, & angustiatus à mundo, & non potius libenter gloriabitur in suis infirmitatibus, ut sit Christi? magna nec vnquam satis magnificanda hominis commutatio quæ aufertur à mundo, & datur Christo, euellitur à mundo, & inseritur siue suscipitur cum Christo.

Quis hominum odia patienter non sustineat, qui à Deo suscipitur, & in suorum consortio collocatur? Quoniam pater meus (ait propheta) et mater mea dereliquerunt me, Dominus ipse assumpsit me, nam certe si hominibus placerem, Christi seruus non essem, istis cautiores etiã efficimur, qui adeo blandimur quibus & ipse blanditur mundus, congaudemus vbi dolendum, nec dimittimus condolẽtes, dum mortui suos sepeliunt mortuos, illos honoramus, quos gloriosos mundus extollit; illos vero relinquimus ingloriosos, quos deuotos, & ad ea quæ Christi sunt, sollicitos contuemur.

D

Psal. 26

Iusti & pij homines mũdo redduntur inglorij.

His dum & nos obsequimur & fauemus, quibus fauet & obsequitur mundus, nonne mundanos nos aperto marte fatemur? Valde tamen dolendum est his quibus fauet, & arridet mundus, tanquam ipsi sint de mũdo à quibus separatus est Christus, & ad oppositum constitutus progressum eius qui est Christi.

E

Si de mundo fuissetis. &c. Si sectatores amatoresq; mundi fuissetis, si vobis mundana charismata gratiora extitissent, vos tanquam suos mundus dilexisset. Ac si diceret; Vos qui mũdi illecebras & voluptates nõ estis sectati, nec in secularium caterua imitari mundum uoluistis, sed ab ipso declinastis, & auertistis consortia & partes cum illo habere noluistis. Ideo vos uelut hostes mundus & odit & insequitur, verum hęc vobis ingens non leuis consolatio, quod scilicet de mundo non sitis, quod est in perditorum massa non reperiri, ad diaboli partes non spectare, in damnatorum numero non contineri.

Amantur itaque à mundo amatores mundi, sed utique amore mundano amore profano, turpi, & instabilissimo, quandoquidem aliam non potest mundus pacem dare, nec possunt inuicem non rixari, qui mundanis nexibus amore seculi uinciuntur, cum carnalibus & luxuriosis luxuriosi & carnales libentius commorãtur, quorum detestabilis similitudo detestabilis est & amoris inuicem causa, verùm nulla inest pax impijs dicit Dominus, nec diu confracta & concisa possunt manuteneri infracta.

Abhominabilis similitudo, qua impiũ impi' imitatur & diligit.

Mundus quod suum erat diligeret. &c. Quos suos agnoscit mundus diligit, fouet & obsequitur blanditur, & demulcet; verùm quia mundi improbitatem non probatis, eius blanditias contemnitis, fauorem eius detestamini bona eius vix attingere vultis, illecebras eius omnino aufugitis, ideo ab ipso uelut inimico odio habemini, vt qui uobis crucifixus est mundus, & uos sitis crucifixi mundo.

Sed (quæso) ubi adsunt nunc Democriti, qui mundi insaniam derideant, vbi Diogenes qui mundana pessundent? Vbi Platones castitate pollentes? vbi Apollonij qui carnibus & uino abstinentes uitam agãt? Vbi Zenones temperatissimæ uitæ professores? Istos & huiusmodi lumine naturali abhorrẽtes mundanos cultus, in nostrum dedecus qui Christum imitari profitemur in medium afferre libuit, Elias nostros obijcendo nostros Iosephos, nostras Agnetes, Cecilias, Barbaras, Hilariones, Anacoretas, cæterosque uiros ac mulieres qui abdicatis omnibus ad mundi oblectamenta spectantibus ad solius uitæ subsidium, uix in mundo uixisse cernuntur.

Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo propterea odit uos. &c. Sed quæso quid est de mundo non esse, nisi Christi esse? Vis igitur occulatius eorum intelligere discrepantiam qui sunt mundi, & qui de mundo non sunt? Attende cuius sint principis milites, cuius Ducis sint vtrinque sequaces, cuius Domini sint serui, & capitis membra, imò cuius patris existant filij, Principem huius mundi quis nesciat diabolum.

At qui sunt mundi, an non eius sunt qui princeps est mundi? sed & filij efficiuntur diaboli totius eius damnationis hæredes, uos ex patre diabolo estis (inquit Christus,) & desideria patris uestri vultis perficere, sunt & membra diaboli, cui se præbent viua instrumenta ad omne facinus perpetrandum, ex quibus pro comperto habemus, hoc in loco Dominum nomine mundi impios & prauos homines intelligendum esse retulisse, cum ij sint totius virtutis destructores Christi, occisores, piorum omnium persecutores, & totius sanctitatis prophanatores, præcipuè quidem de infidelibus & hæreticis hæc pressius in nobis apertis cladibus verificari nostris etiam huius temporis calamitatibus, & experimur & verificari contuemur.

Sunt tamen & ex fidelibus qui libenter conuersantur cum pijs, qui ecclesias frequẽtant, qui orationibus insistunt, ac Christo se commendant, qui tamen dum non resipiscunt à dilectione mundanorũ, se vtique in

mundi

mundi partem, adhuc existere non ignorent, nec prætereat illos se non posse duobus Dominis seruire, & dũ vnum diligit alium contemnat, oportet.

Quia uero de mundo non estis. &c. Quia uos (inquit) eà non ducimini mundana voluptate, quia quæ sunt carnis non sectamini, quia mundi bona non magnificitis, sed veluti stercora eius omnia arbitrantes paruifacitis, quia à delicijs declinatis, à fastu diuertitis, ab improbitatibus diuertitis. Ideo odit uos mundus, quia cœlestia quæritis æterna concupiscitis, spiritualibus inhęretis, carnem mortificatis, eiusque desideria non perficitis, corpus uestrum castigatis, & in seruitutem redigitis, honoribus, & pompis eius renunciatis, propterea odit uos mundus; tanquam sui dissimiles odit, & velut contrarios sibi persequitur, & qui in te crucifixus est, is & te crucifigat.

Sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. &c. Ego uos elegi, qui ab iniquitate mundi & prauitate sæculi extraxi, ego à fecibus uos subduxi, & Psal.74 in meliorem partem constitui; Inclinauit (ait proph.) ex hoc in hoc; ueruntamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ, quis talia efficere potuit psal. dicit, calix in manu Domini quæ manus? ipsa Ibidem. potentia Saluatoris, hoc enim communiter dicitur, in manus alicuius est, quod in potestate eius est.

Quid autem per calicem intelligamus, per ea quæ insunt melius capiemus, quia per calicem, aut amphoram, seu utrem commodius intelligimus contenta, quã continentia; Calix (inquit) uini plenus mixto, non uos terreat (ait Augustinus) & merum & mixtum dixit, merum propter sinceritatem, mixtum propter fęcem, duo populi hic denotantur ex Babylonia, & ex Hierusalem iam præmonstrati sunt, qui confitentur peccata sua, & sunt qui gloriãtur cum malefecerint in peccatis suis, feces relinquunt qui peccata dimittunt.

De calice bibunt, qui de manu Domini cõtritionis dolorem suscipiunt, & inclinantur, dum confessario humiliantur, & ex hoc fit in hoc accedentes impuri & recedentes habita solutione puri, & ideo calix uini meri sordibus ipsorũ abiectis, & quoad culpam ac eam pęnam quæ sequitur culpam æternam.

Veruntamen fex eius non est exinanita, nõ totaliter ablata, sed bibent omnes peccatores terræ, quia nullũ malum impunitum, remissa est illa quæ æterna expectabatur, quia culpæ mortali debebatur.

Quid est omnes peccatores bibent, nisi quia peccatorum suorum congruas vnusquisque luet pœnas? Igitur ex hoc in hoc, cùm de Babylone ad Hierusalem à peccato ad gratiã à carnalibus ad spiritualia transimus, cornua peccatorum in Babylone acquisiuimus, auximus, ereximus, per confessionem autem eadem quæ fecimus confringimus & in Hierusalem introimus; Ego (inquit) elegi vos de mundo.

Ideo itaque electi inde sumus, quia prius in mundo 1.Cor.15 eramus, qui à mundo detinebamur; Apostolo namque teste. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, qualis terrenus tales & terreni, & qualis cœlestis tales & cœlestes, & sicut portauimus imaginem terreni, ita & portemus imaginem Augus.in cœlestis. Vnde Augustinus ait. Non prius (inquit Apo Psal.61 stolus) quod spirituale est, sed quod animale, postea quod spirituale; ideo ciuitas illa, maior ætate quia

F prior natus est Caym & postea Abel; sed in his maior seruiet minori.

Illa quidem maior ætate, sed ista maior dignitate ædificauit ciuitatem, sed vbi nulla erat ciuitas, vbi autem ædificata est Hierusalem, ibi alia ciuitas erat, Hiebus à qua Hiebusei ea capta destructa taquam repudiata, ac destructa vetere, noua est ibidem ędificata & appellata est Hierusalem, idest, visio pacis locus orationis ciuitas Dei, de qua gloriosa dicerentur; Vnusquisque ergo natus ex Adam, nondum pertinet ad Hierusalem, secum enim portat traductam iniquitatis originalis labem, & quodammodo pertinet ad veterem G ciuitatem, sed si futurus est in populo Dei, vetus destruatur, vt nouus ædificetur. Hierusalē.

Quod igitur dicitur elegi uos de mundo, idem est ad quod illa & Apostoli referuntur verba. Ex vite uos veterem hominem & nouum induite, qui secũdum Deũ creatus est, electi sunt Iusti, sed nondum à malis separati, adhuc inter Israelem Iebusæus conuersatur donec oues ab hędis à iudice diuidantur, nũc permixti adhuc sumus, donec in fine disiungamur, corpore, interim coexistimus, qui mente procul inuicem sumus, & ideo quia fide & non corpore multum distamus, quia moribus & ritibus aliter ab ipso mundo dissentimus, pro- H pterea nos odit mundus. Ephes. 4.

Sed ego elegi vos de mundo. &c. In mundo eramus, nos omnes & de perditorum massa, sed qui elegit nos de mundo nos fecit odire mundum, tunc autem dum essemus de mundo suis nos oblectamentis prosequebatur mundus, suo amore fouebat, cũ vanitatibus adhuc insistebamus & carnalibus illecebris intenti essemus, ad eius bona concupiscentes anhelaremus, tunc & nobis ipse sua impertiebatur obsequiã, suo nos prosequebatur amore. At postquam vos ego a facinore reuocaui, postquam ab amore eius retraxi, & ad superiora ac spiritualia illustraui, & ab erroribus expurgaui, propte I rea odit vos mundus, ad caulas meas uos adduxi, in ouile meum vos constitui; in me uite uos inserui & palmites meos feci, meum regnum vobis commune disposui, donis meis spiritualibus uos ditaui & patris ęterni filios adoptaui ac militiæ cœlestis tyrones apposui Angelorum cętui, amicos, & confratres uos applicui. Ideo odit uos mundus.

Sed ego elegi vos de mundo. &c. Ad hoc ego veni in mundum, ob id ego ingressus sum mundum, ut uos eligerem de mundo, ut eruerem ac liberarem uos de mundo; vt (inquam) educerem vos de captiuitate mundi, de tyrannide principis mundi, natus quidem & cõ- K uersatus sum in mundo, sed mundanis nolui oblectari, nec participem fieri bonis, Intraui nõ ut manerem oblectaturus, sed ut transirem demoliturus, nihil mundanum suscipio, sed quod non est mundi aufero.

Ego elegi uos, quia ex mundanis non mundanos efficio, ex impijs pios, ex reprobis approbatos, ex immũdis mundos, ex facinorosis sanctos, & ex terrenis cœlestes, quid igitur est mundus nisi diaboli palatium, & Sathanę domus à qua dum eijcitur & regreditur fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus, sicut enim anima iusti sedes est Christi, & sapientiæ diuinæ, ita anima impij sedes est diaboli & iniquitatis, & sicut in domo Dei nihil est mali, ita in diaboli domo, nihil reperitur boni. Diaboli sedes est anima impij.

Audiente

Audiente autem nos, mundum domum esse diaboli quomodo diutius ipsa in domo inhabitare cogitamus, & non perhorrescimus, & illud non sicco pertranseas pede, quod sicut Deus in sua domo aliqua interdum mala permittere videatur, non aliter permittit nisi vt ex eis potiora bona eliciat, vt quæ mala nunc videntur, bona deinde fuisse dignoscantur, iuxta quod scriptum est. Bonum mihi Domine, quia humiliasti me, & alibi; Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Cur Deus mala permittat. Psal. 118. Psal. 22.

Eodem modo & diabolus in domo sua, interdum bonum tibi aliquod aut ostendit, aut promittit, siue ad momentum permittit, quò totum ad peius tibi adducat, maioremque in damnationem conuertat; veluti si aliquis astutus orphanum paterna hæreditate ditatum, incautum tamen ad ludum abijciat, permittens ipsum in ludi exordio aliqua lucrari, vt possit tutius paulatim tandem omni sua hæreditate priuare, non aliter callidus nobiscum agit noster aduersarius, & auceps animarum escam præponit obtutibus qua illecti descendamus in laqueos, & retia eius; Hinc ad cautè ambulandum ab Apostolo admonemur. Videte quomodo cautè ambuletis non quasi insipientes, sed vt sapientes.

Ephes. 5.

Aufugiendus est mundus conuersatione non corpore, quādoquidem; Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, & cum peruerso commorans, nonne peruerteris? non enim natura mundus est diaboli, sed Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum &c. corruptione mundus dicitur diaboli esse, non diabolus fecit hūc mundum nec facere potest sed Deus; corruptione postea factus est diaboli.

Quomodo mūdus dicatur esse diaboli.

Mundus igitur ipse Dei est, corruptio vero ex diabolo est, si ergo à mala cōuersatione recesseris, si à corruptionibus morum & integritatis, rectitudinis, & fidelitatis, pedem auerteris, a mundo diaboli recessisse, & in Christi mundum intrasse uideris, & quod nunc viuimus & bona agimus in Dei mundo agimus, quoties vero peccamus in diaboli mundo sumus, & qui in peccato viuimus in diaboli mundo viuimus. Attende igitur ne diutius in diaboli mundo viuens & diuturna annorum mora non efficiaris captiuus iurisdictionis eius, nam & ciues efficiuntur alterius ciuitatis, qui annos protrahunt multos in illa viuentes, sicut & ingenuus homo, si diutius in domo potentis commoratus fuerit ex possessione longi temporis seruus efficitur, ita etsi à seruitutis iugo te ipsum non eximas effectus es iniis tyranni, & diaboli.

Dei & diaboli diuersus omnino est mūdus.

Ego elegi vos de mundo. &c. Christus elegit castos, pios, humiles, sobrios, misericordes, pauperes spiritu, debiles, & claudos, vt impleatur domus eius, diabolus verò eligit, lasciuos, carnales, edaces, impios, superbos, diuites auaros, & qui mollibus uestiuntur. Vnū ex istis intuere epulonem, vnum ex illis conspice Lazarū vtrorumque sortem intuere, & quod tibi videtur melius elige & amplectere. Ego autem elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Propterea odit uos mundus. &c. Causam odij nota duplicem, aliam quare odit mundus, quod nō sis eius, sed Christi, quia de mundo te elegit Christus, hoc est quia contrarius es effectus mundo, & sic mundus impudicus, pudicos odit lasciuus, castos pomposus, abie-

A ctos, diuitijs deditus, pauperes superbus, humiles carnalis, spirituales; auarus facultatum dispensatores; impius pios, & mansuetos, &c.

Hic mundi liuor, hoc sæculi odium tibi pergratissimum debet esse, quo te in ouili Christi ostendat repositū, & cum Christo partem habere; Hac lege ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni sunt pro nomine Iesu pati contumelias: Istis (inquam) beatitudo indicitur, dum dicitur: Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & in textu odij ratio exponitur; quia ego elegi vos de mundo, propterea odit
B vos mundus.

Mundi liuor & odium. Matth. 5.

E contrario verò cum inter superbos semper sint iurgia, cū inuicem rixentur, imò qui non possunt non rixari, & veluti spheræ impletæ vento in puncto se tangere nonnisi possint, an selecti isti à Christo, aut beati nuncupari poterunt, necnon carnales adulteri, & malorum concupiscentes, cum ab alijs præueniantur, seu à concurrentibus molestantur, an ouium Christi consortio ascribi poterunt? & qui suorum facinorum pœnas luere iubentur, fures qui ne furentur vlterius insequuntur homicidæ, qui à iudicibus vindicantur, an & possunt ipsi Christi electorum numero ag-
C gregari? sed quomodo propter iustitiam patiuntur, qui propter iniustitias suas condemnantur? qui propter scelera puniuntur, non est igitur hæc causa, qua à mundo patimur, & à Christo eligimur, sed illa qua, vt simus Christi, vt à mundo separati propter iustitiam sectandam, & propter nomen Saluatoris patimur, iuxta quod de Paulo dicitur: Ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

Spheræ vētoplenę se adiuicē m contingūt in puncto. Act. 9.

Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis, non est seruus maior Domino suo. Sermonum Christi memorari, est præcepta & consilia obseruare, nam & ipse Dominus eius non recordari dicitur, cuius vocē exau-
D dire dissimulat, recordari verò eorum prohibetur, quorum votis facere satis instituit, nam & dolentis peccatoris ad veram pœnitentiam conuersi omnium iniquitatum eius, non recordari fatetur per Proph. Auersi verò iusti perpetratorum bonorum operum, nec memorari affirmat, qui nec istis bona, nec illis mala, quæ promeruerant impendit.

Ezech. 18.

Nos ac perinde sermonum Christi memorari dicimur, cum quæ Christus edisserit fideliter obseruamus, Christus autem hæc prædixit, nos videlicet à mundi pressuris obrutos iri, cum crucem nostram post ipsum eundo suscipimus.

Quem ego dixi vobis, &c. Memorandi profectò sunt iustorum omnium Prophetarum, ac totius legis
E sermones, verùm Christi verba cœlo, & terra durabiliora, firmiora, & puriora, longè nobis memorabilia. Equidem olim loquens Deus patribus in Prophetis hæc fienda nobis prædixit; nouissimè autem locutus est nobis in filio, in quo erat plenitudo diuinitatis, sed quis in turbine tribulationum constitutus Christi verborum memor existens, non fulciatur fortitudine, non roboretur animositate? Hæc me consolata est in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me, sed quomodo viuificauit me, nisi quia non in solo pane viuit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei?

Memen-

Mementote vos mundi pressuris expositi, vos in infirmitatibus & in persecutionibus constituti sermonis Christi, quo animo equiores efficiamini, quis Dei verbo fidit auarorum, quis pauperum se diuino sermone credit dicenti, nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem? Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis? propter miseriam inopum & gemitum pauperũ, nunc exurgam, dicit Dominus; Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent & cætera, quæ cõsolationis sunt oppressorum, terroris vero & exempli peruersorum nostrumq; omnium in eruditionem.

Sed audi Dauid de Christi sermone dicentẽ, Deus locutus est in sancto suo, lętabor & partibor sichimam & conuallem tabernaculorum dimetiar. Non retulit verba psaltes quæ Deus locutus esset in sancto suo, nec sapiens expressit quæ nouissimè nobis locutus sit in filio, vt satis sit nobis illud vnum nõ ignorare, quidquid locutus sit filius, illud nobis Deum in ipso esse locutũ. *Psal. 59*

Sed quid est prophetam lætari, & sichimam diuidere, postquam in sancto suo locutus est Deus? Sichima enim (ad aures, Augustini) humeri hominis dicuntur, quibus vehuntur onera hos diuidere humeros, nil aliud est, nisi pressurarum onera, Christi iugo subijcere & mundi grauia, ad sustinendum pro Christo libenter suscipere, nam vterque crucem baiulat & bonus & malus & spontaneus & violentus, tum Christus tum Simon Cireneus angariatus, quam diuisionem tunc efficit cum de mundo suos eligit. *August. in eundem psalmũ.*

Sichimam igitur diuidere, est fideles ab infidelibus separare, dum illos in mundo quem prosequuntur relinquit, & istos a mundo eligit, non enim omnium est fides, quæ est una fides, mundi sarcina, comprimit.

Sarcina Christi leuis est, quæ eleuat te quæ subleuat te & pennas habet in cœlum portantes te, Conualles autem tabernaculorum dimetiri, est humilitatis & patientiæ gradus; & mensuras in nobis attendere & considerare, non enim æqualis omnium humilitas, sed qui humiliatus est vsquequaque, hic perfectiorẽ dum sortitur locum sortitur, & gradum.

Non est seruus maior Domino suo. Optime nostra hic impatientia verberatur, pudore, hic nostrum contunditur supercilium; nunquid quod in Domino laudamus in seruo vituperamus? aut inglorium reddit seruum, quod gloriosum facit Dominum? nunquid sub capite spinoso colaphis cęso, sputis deturpato, membrum aderit delicatum? vel in corpore derisoriè uestito, & flagellis acerrimis verberato, inesse poterunt mẽbra mundanis pompis consita, ac delicijs enutrita? nullius hæc curiæ certè concessa conditio, cum nec alicubi maior sit seruus Domino suo; Quæ est seruorum conditio, nisi ipsa subiectio & minoratio?

Hoc vnum aduerte, Dominum hic suos quos supra vocauit amicos, & discipulos, hic seruos nuncupare maluisse, quo minus grauarentur, ad hæc subeunda mala genus seruorum aptum ostenditur natum ad onera & ad incommoda, ad passiones, si vero causaris quomodo homini talis diuersitas præter eius naturæ conditionẽ? dico verum equidẽ esse homines natura, pares & ęqualles genuit, sed varietate meritorum quasi ex remuneratione, alios alijs præfecit; & antepofuit; & aliquorum quasi ex culpa, meritò posposuit, nam & quos uigentes *Vnde oriatur tanta hominum inæqualitas & uarietas.*

F effecit ingenio hos, & natura Dominos uelut rectores ordinauit.

Hoc auctoris natura iudicio inter homines dispensatur, vt qui confusi ac usquequaque inordinati nõ esse non possemus, per subordinationẽ rectius disponeremur, & nisi ex uitio suborta fuisset inordinatio, non adesset ex uirtute subsecuta seruitutis subordinatio, nõ nisi.n. oculatius aduertis neminem addictũ fuisse seruituti alterius hominis, ante illius Patriarchæ Noe filium, cum enim ex sopore suo, quo madẽs iacebat Noe euigilasset, intellexissetq;, quod in sui ignominiam primogenitus eius coram cæteris fratribus fecisset, ait maledictus puer Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis, ecce per peccatum mox post diluuium introductum à sancto Patriarcha seruitutem. *Peccatum seruitutẽ induxit.*

G Manebat antequam inueniretur vitium, inconcussa libertas, nemo (teste Ambr.) adhuc sciebat à consorte naturæ suæ exigere seruitutis obsequia læsa pietas, & reuerentia patris filius datur seruituti Augustinus etiã seruitutem exortam in bellis affirmat in quibus qui prædabantur seruabantur, vnde serui, idest, seruati dicebantur. Nos aũtẽ residuos belli victores vendebant, vel ad onera subeunda perpetuò destinabant; hinc inualescentibus bellis seruorum numerus, hincinde accreuit, & adhuc apud Turcas tyrannide miserabili rediguntur captiui, in congruis autem & licitis bellis captiuos facere hostes, & in seruos habere, congruũ est, & licitum, sic etiam emptitios ex Abraham habemus omnium iustorum & fidelium Patriarcha, ita enim de illo testatur Moyses; Circũcisus est igitur Abraham, & omnes viri Domus illius tã vernaculi, quam emptitij. *August. li. 10. de ciuitate Dei.*

H Absit autem tales habuisse Abrahã, si tales habuisse non licuisset, nam & horum rationẽ tenuit Dominus, cum ait; Qui percusserit seruũ, vel ancillam & mortui fuerint in manibus eius criminis erit reus. Ioseph quoque ille sanctissimus in seruum se velle dicebat eum apud quem repertus fuisset sciphus. *Exod. 21*

I Est alia inter homines seruitus, qua aliquis se seruũ constituit, siue propter annonam, siue mercedis suscipiendæ causa, de qua memorat Moyses dicens; Si paupertate compulsus venderit se tibi frater tuus, nõ eum opprimes seruitutẽ famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit; Nec desunt alia in scriptura, quibus peruersitas nostri temporis hæreticorum optimè contunditur, & illa ipsorum reprimitur insolentia, qua se in euangelica tali libertate glorientur constitutos, vt nec vlli potestati, nulli iuri, nulli auctoritati se fore subiectos iactent, in carnis libertatem trahentes eã qua nos Christus à maledicto, & à peccato & à lege veteri liberauit, quibus hic aduersatur Christus serui rationẽ à domino distinguens, & paulus obuius efficitur adhortans seruos sub his verbis; Serui obedite dominis vestris carnalibus in timore & tremore, & cordis simplicitate sicut Christo & non ad oculum seruientes &c. *Leuit. 25.* *De eorum temeraria libertate gloriantur hæretici.*

K Sed attende, quàm disertè obstruantur ora hæreticorum per diuidere sola verba sic concludentia, Sic est voluntas Dej, vt benefacientes obmutescere faciatis impudentium hominum ignorantiam, quasi liberi, non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, deinde, Serui subditi estote Dominis vestris, non tantũ bonis, sed & discolis, & Christus Centurionis seruũ personaliter sanandum promptum se exhibuit ad eundũ; *Ephes. 6* *1. Petr. 2.* *Ibidem.*

Non

Nonnè, Iob ille iustissimus seruos & ancillas habuisse legitur & Sarram Agar. &c.

Non est seruus maior Domino suo. &c. Solam sibi maioritatem reseruat Christus, omnia sua cæteris communia faciens, vnde & supra addidit, satis est si sit sicut Dominus eius, quid est sicut Dominus eius, nisi ad similitudinem Domini eius? & ideo statim subinfertur; Si me persecuti sunt & vos persequētur, cum hæc omnia, tam superiora, quàm inferiora in ipsarum exordio creaturarum faceret Deus, singulariter loquebatur, fiat lux, fiat firmamentum, fiant luminaria in firmamento cœli, verum in ipsa hominis productione, velut eminentiori vsus est stylo inquiens. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. *Gen. 1.*

Sed quod vlterius nostras pulsat mentes, an non satis erat dicere, faciamus hominem ad imaginem, absq; eo quod addidit, & similitudinem nostram? certè si quo ad interiora indiuisibiliaque hominis cōspicimus, illum ad Dei imaginem creatum uidemus in cuius anima spiritualis substantia incorruptibilis vita indeficiésque ac immortalis natura communicatur, trina virtus earum personarum intellectus voluntatis, & affectus, (vt alibi diximus) prosignatur, & ideo nō fiat, sed faciamus, quia in ipso non sola ratio communis vestigij, per essentialia, sed specialis similitudo Trinitatis, quo ad personalia intelliguntur impressa, ideo faciamus hominem vnitate substantiæ vnum, proprietate in essentia Trinum, & quem ad imaginē intus similem facimus, etiam ad ea quæ extra sunt similem faciamus. *Quomodo ad Dei similitudinem facta dicat aia nostra.*

Hæc igitur similitudinis ratio per operationē in nobis completur si sancti sumus, quia ipse sanctus est, à quo habemus, vt sancti simus, dū misericordes sumus, sicut pater cœlestis noster misericors est, dum tandem perfecti sumus, sicut & ipse author noster perfectus est similem itaq; esse est conformes eiusdem esse. At qui Diuinitatis operibus patri similes esse nequimus, non ait creator, fiat, sed faciamus, quia per filium ex assumēda humanitate, similes esse debemus, quem imitandū in nostra natura suscepimus.

Hoc à natura in eorū productiones habent homines, vt alterius sint similes, sed qui ab eo ad cuius imaginem deflectimur, ab eodem ad cuius similitudinem esse debemus, declinamus, unde ipse conquerebatur de quibusdam. Cui similes dicam huius generationis homines, & cui similes sunt? similes sunt pueris sedentibus in foro, ideo sæpius in similitudinibus loquebatur Dominus qui nos ad veram, ad quam nati sumus similitudinem dirigamur. *Luc. 7.*

Sunt & elati qui aut in diuinitatis maiestate, similes Deo, ac cæteris maioribus pleno astu effici conantur, quorum caput ille factus est, de quo scriptū est. Ascendam super astra cœli & similis ero altissimo. *Luciferi superbia. Isa. 14.*

Sunt & alij ad tantum superbiæ culmen euecti, qui neminem sibi similem compatiuntur, & damnabili arrogantia super omnes extolluntur, sunt & alij quibus degeneres assimilentur. Verum hoc procul à iustis quibus constitutum est, cui assimilentur, exemplar, ad imaginem (inquam) Dei Creatoris.

Ad similitudinem Dei redēptoris, factus est homo quem rectum & fecit, si eius imitatores sumus cuius vestigia sequi debemus, quia & cum apparuerit similes ei erimus, quid est similes esse Deo? & quomodo dissi-

A miles effici Deo? dicat Augustinus. Distare quis dicitur Deo non loco, sed dissimilitudine, quid est dissimilitudine? mala vita, prauisque moribus, similes autē sumus, si iusti sumus si inimicos diligimus, si recta operamur, nō loco recedimus, aut appropinquamus Deo, sed qui in eodem loco manemus vicini, & conformes efficimur, amando iustitiam, detestādo iniquitatem & ibidem dissimiles efficimur, amando iniquitatem, recedendo à bonitate, prout quisque suo ducitur affectu, aut accedit, aut recedit. *August. in Psal. 97.*

Pedes nostri, affectus nostri, his accedimus & recedimus, dissimilitudine recedimus, similitudine accedimus, B qua similitudine? ad quam facti sumus, quā peccando in nobis corruperamus, quæ in nobis per absolutionem peccatorum renouamus. Hoc, de numo uoluit Dominus ostendere tentatoribus suis; Ostēdite (inquit) mihi numisma, quo inspecto ait; Cuius est imago (hæc & superscriptio) Responderunt, Cæsaris, ait illis, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quę sunt Dei Deo, tanquam diceret; Cæsar in nummo quærit imaginem suam, non quæret Deus in homine imaginem suam? qui recessit dissimilis factus est à Deo, quo ibit à spiritu suo, idest, ab indignatione sua, aut quo à facie sua fugiet? si ascenderit in cœlum illic est, si descenderit ad C infernum adest, si ad orientem, siue ad occidentem, se transferat, etenim hincinde manus Dei apprehendet eum, vis fugere à Deo? fuge ad Deum, Apud ipsum misericordia, & copiosa apud eum redemptio, dissimilis eras culpa, age ut similis efficiaris ex venia, quot punctiones & vulnera ex crimine suscepisti, tot habeas confessionis medelas. *Matt. 22.*

Non est seruus maior Domino suo. &c. Perturbari minimè debetis, nec vobis fraudari, possumus enim in multis æquari Christo, vt membra Christi pauperes ęquales Christo efficiuntur, mites, abstinētes, Vnde scimus, quia cum apparuerit similes ei erimus, sed hæc D proportionabiliter dictata sunt intelligenda, qui omnium bonorum eius participes effecti sumus. Hic seruos nominat non quos seruilis timor exagitat, aut implendum compellit, sed illos quos filialis timor inducit ad famulandum, & obsequendum Domino. Ad imitandum & ad eius vestigia prosequendum, iuxta quod sequitur.

Si me persecuti sunt & vos persequentur. &c. Dum in humanis agens Christus, cum mundo versabatur, exprobrando, reprehendendo, protestando, detestando, comminando, mundus cum ipso velut cum hoste, continuum & ad mortem certamen, aperto Marte, in E dixit, cum autem post resurrectionē occultauit se, mundo, & tandem ab humanis se oculis in cœlum ascendēdo subtraxit, aduersus discipulos, & Christi cultores, pugnatum est, ad quod certamē, discipulorum animos erigit, vt qui ad illud se pręcingere iubentur, ad eiusdē certaminis exitum, attendant vbi victoriosissimū visuri sunt Christū, iuxta quod dicitur. Confidite quia ego uici mundum, quasi dicat, qui meę passionis, mearumque persecutionum participes estis, mearum etiam gloriarum consortes efficiemini, tunc enim magnum est gaudium cùm ad finem maius seruatur meritū. Hinc Apostolus Iacobus ait. Omne gaudiū existimate fratres cum in varias tentationes incideritis, tribulatio enim patientiam operatur, patientia autem spem, spes autem *Ioan. 16.* *Cap. 1.*

autem non confundit.

Insuper & hac ratione gaudendum in tribulatione, quod nos mundus velut suos hostes habeat & insequatur, quanto enim ille nos sibi rebelles cōspicit, eò amplius aduersum nos importunus assurgit, nos pulsare negligentes, quos quieto iure se possidere cognoscit, verum illud non est silentio prætereundum, quod his dictis inseruit August. Nulla (inquit) homini maior tentatio, quàm nulla tentatione pulsari, nec iniuria, cum in aduersis equidem frangantur, & aorrnant multi, qui dum nimium de suis diffidunt uiribus ad nostræ salutis auctorem non çquanimiter recurrunt, qui non permittit nos supra, id quod possumus tentari, sed ut cum tentatione prouentum efficiat.

Psal. 90 Qui autem postulat ne in tentatione inducatur, hic Deum clamanti respondentem audiat; Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum & si iam impulsus es vt cadas, recurre ad suscipientem ad protegentem ad te eripientem, operi manuum suarum ipse suam illi porrigit dexteram.

Plures tamen sunt qui lenocinijs obuoluti, & aura prosperitatum sublevati eo multo grauius & periculosius cadunt, quo se adhuc stare inaniter & damnabiliter credunt, sentitur namque in aduersitate tentatio, quibus & ipsa vexatio præbet intellectum, puta cum aliquis infirmatur, torquetur in corpore, infortunijs expositus rerum in obitu amicorum, in insidijs, in ęrumnis, aut contumelijs, in penuria, in frigore & siti &c. & dum quomodolibet quis molestatur, insurgit, erigitur, deprecatur.

Salutaris homini est tentatio & tribulatio. Verum, cum quis in croceis nutritur se amplexurū stercora non aduertit inflatur laudibus extollitur honoribus tumescit locupletatur, recalcitratque incrassatus, impinguatus dilatatus derelinquit Deum factorē suū, & recedit à Deo salutari suo, suam non aduertit insolē tiam, situm non intelligit aut prospicit eminens exitiū, sibi gratulatur arridet, & fauet, & dum sibi blanditur ad præcipitium ab aduersario incautus trahitur, illic enim facilius homo vincitur & ab aduersario superatur, vbi incautus reperitur, & incognitis armis ad bellum

Psal. 90 segnis inuenitur, nam ibi ceditur vbi fraus, subdoli inimici non agnoscitur, iuxta quod in psal. dicitur; Cadēt à latere tuo mille, idest, pauci corruunt per tribulationes, cum per ipsas à peccato resurgant multi, decē autem millia à dextris tuis, videlicet in prosperitatibus uitam agentes plures corruent & damnabuntur.

Duæ sunt classes quibus humanū diuiditur genus, duæ ciuitates, duo populi; qui vsque ad finem mundi sunt duraturi. Alter mundi, alter Christi. Isti odio se perenniter & implacabiliter prosequuntur, istorum inimicitiæ in duobus illis primis vterinis fratribus exortæ sunt quæ ad finem vsque mundi cladibus perpetuis duraturæ sunt, cum nullus ipsorum simul & pro eodem tempore sustinere alterum possit, aut vlla sit eos inuicem conciliandi spes, seu ratio.

Hinc plures à nostris belli ductoribus iubemur, ne cum mundo vinciamur amicitiæ nexu, Fratres (inquit Ioan. in epistola) Nolite diligere mundum, neque quæ

2. Corin. 6 in mundo sunt, & Apostolus. Nolite iugum ducere cum infidelibus, nec iniuria, cum nulla sit participatio iustitiæ cum iniquitate lucis, & tenebrarum; fidelis cū infideli, Christi cum Belial.

F Ecce harram salutis, si vis coniectari an sis tu Christi perspice & inde coniectare quomodo odio sit tibi mūdus, quomodo cum mundo compositionem habeas, si adhuc quæ tua sunt, & tu quæris, & nō quæ Iesu Christi, si portio tua sit in terra viuentium, an in terra morientium, ac perperam agentium.

Si autem tanti certaminis exitum prospicere cupias. Attende quid perempti pro Christo, quos occidit mūdus, dicant; omnes enim morimur, & velut aqua dilabimur, quandoquidem statutum sit omnibus hominibus semel mori; de morte iustorum dicitur; Pretiosa in con

G spectu Domini mors sanctorum eius, de peccatoribus dicitur. Mors peccatorum pessima, si igitur iam ex natura morti addicti sumus, quomodo vel saltem preciosam mortem non eligimus? Sed pessimam adhuc non abhorremus.

Quid est pretiosam mortem subire, nisi a morte ad vitam transire, quid pessimam incurrere, nisi à mala ad peiorem transire? sed audi quid scriptum recēnseat; Stabunt (inquit.) Iusti in magna constantia aduersus eos, Sap. 5. qui se angustiauerunt, qui videntes turbabuntur (proh dolor) timore horribili, & mirabuntur in subitatione speratæ salutis, & præ angustia spiritus gementes, & di-

H cent intra se pœnitentiam agentes, hi sunt quos aliquādo habuimus in derisum, & in similitudinem improperij nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam, & finem illorū sine honore, quomodo ergo cōputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorū est? His igitur perspectis & sermonum Christi memores, Christi vos seruos conseruabitis, & tanti Domini æmulatores ad mundi odia libenter subeunda accingemini.

Si sermonem meum seruauerunt & vestrū seruabunt. Sensus istius dicti accōmodatius videtur intelligi de illa sermonum obseruatione, de qua scriptum est, Ipsi Luc. 14.

I autem obseruabant eum, & alibi Consilium fecerunt, Matt. 22. vt caperent Iesum in sermone, cum enim & in antedictis, ac in subsequentibus verbis sermonem ex improbis sumpserit, hæc in eundem trahi, seu duci cogimur sensum, quippe prædicens, & extendens malorum persecutionem ad illam verborum prauam obseruationē, qua non vt capti, sed vt capiant, & carpant sermones fidelium Christi.

Si meum qui sum veritas, & sapientia, sermonem seruauerunt extorquentes falsum commenti, vt me traderent Pilato, ad occidendum quod filium Dei me dixerim, quod templi sarta tecta in triduo reparare pos-

K sim, quod multa ad commouendum populum ediserruerim &c. pari ratione & vestrum seruabunt, & tanquam rudes eloquentia populari ignaros literaturæ secularis, & expertes manis, ad aures apparatus irridebunt, & suis tropis carpere pro uiribus conabuntur, haud tamen talibus & si molestissimis perditorum hominum insidijs terreamini, sed diuini pneumatis afflatu disertissimi, qui linguas infantium facit disertas, ab ipso erudiendi qui suos eruditos facit, in sapientia nolite cogitare quid loquamini, idest verborum apparatū extendere non ęmulamini, sed fucum omnem proijciē tes simplicis veritatis non aurium, sed cordium prædicatores uos exhibete.

Si meum, &c: Ne quis arbitretur prædicationis laborem irritum iri, & perditum opus habuisse, quando

sermo

sermo docentis contemnitur, & Christi disciplina exprobratur, vt æquo animo feras si auditoribus nihil suaserit, seu in cordibus seminauerit. Hæc enim est terreni agricultoris, & diuini verbi prædicatoris, quod dum ille supra petras, aut secus viam siue inter spinas, vel arenæ semina mandat, cassum omnino opus eius, & inutilis effectus est labor.

At verbi Dei concionator nunquam sua vacuatur mercede, qui elucidant me vitam æternam habebunt, opera manuum nostrarum dirigit super nos, & opus manuum nostrarum dirigit, veluti ac si oratio mea in sinu meo conuertatur, qui verbum Dei probe, & ex charitate prædicat suo non potest fraudari præmio.

Nunquam redduntur concionatorum inania laborū suorum semina.

Credere verò, aut non credere peccata relinquere aut non relinquere potius audientium est in voluntate situm non in potestatem suadentis, & exprobrantis, non est tamen nec de opere desperandum, nec de verbo diffidendum, sed illi totū negotiū confidendum, in cuius potestate sunt omnia quæ agimus hoc suū potius quàm nostrum est negotium, iuxta quod dicitur, si sermonē meū seruauerūt, & vestrū seruabunt; quasi dicat si mea prædicatio fuit exosa, & odiosa mūdo, nolite causari sed & vestram videbitis exosam, & odibilem illi.

Si sermonem meum seruauerunt &c. Communiter hæc verba interpretantur de obseruationibus verborum Christi, non ad insequendum sed obsequendum de his videlicet, qui audito Christi sermone conuersi sunt ab infidelitate ad fidei veritatem; sic enim pollicitus est Christus fratribus se sequentibus, Venite post me faciam vos piscatores hominum; qui sint autem qui Christi sermonem, hoc pacto obseruent aperta, & explanata à Christo similitudine didicimus, vbi verbum comparauit, iacto semini, super terram bonam super lapides inter spinas, & expositum ad conculcandum itinerantibus, sed quid est quod dicis, Domine si meum & vestrum. Matt. 4.

Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt &c. Non est quòd miretur aliquis efficaciæ sermonis Christi, & discipulorum, cum non alius, nec ab alia virtute sit alter ab altero, Christi tamen sermo, & est à Christo & à virtute Christi, noster autem sermo, & si sit pronunciatus à nobis, est tamen sermo Christi, & si quis aliud euangelizauerit, etiam Angelus de cœlo, præter id quod est euangelizatum per verbum Christi anathema sit, & cum ait, si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt, aperte insinuat omnem fidelium concionatorū sermonē ipsi oportere sermonibus Christi, velut præcipuis totius fidei, & rectitudinis vitæ fundamentis.

Audiant vaniloqui concionatores, qui nimis quàm pauci sint, fidunt tàm philosophorum, quàm ethnicorum sententijs, & ambagibus quibus dum prurite auditorum auribus satagunt, eos quos verborum lenocinijs imbuunt ab audienda veritate deuiant, & eorum auditum auertunt, quod si Christi sermonem non audiunt quomodo Christi sermonem seruabunt?

Concionatores illi sunt omni reprehensione dignissimi qui concionibus suis fabellas & vana immiscent.

Ceterum non in auditione sermonis, sed in obseruatione præcepti per sermonem depromptí summa consistit, secundum quod scriptum est; Nō auditores leges iusti sunt apud Deū, sed factores iustificabuntur.

Nos autem qui hoc tantum residui habemus, vt ad Dominum clamemus, hoc primum obseruare debemus, quod à Domino implorare conamur, nempe vt sicut nostris vocibus, & obsecrationibus exorabilem fieri peroptamus; Ita nos eius sermonibus obtemperemus, & sicut ipse mediantibus discipulorum sermonibus, sibi obtemperaturos innotuit. Ita nos eosdē suscipiamus mediatores, ad obtinenda quæcunque à Domino poscimus, qui mediatores sunt Christi & nostram fidem, & quæ sunt sermonum, ac voluntas Christi referunt nobis, & quæ nostra sunt referant Christo, dicente Apostolo; Pro Christo legatione fungimur. 2. Cor. 5.

Sed hæc facient vobis propter nomē meum &c. Quid, (obsecro) his innuit Christus, nisi vt suā sibi hāc aduocet causā, & nr̄as ac suas suscipere illatas contumelias? An non audiuimus illum arguentem suorum persecutorem? Saule Saule quid me persequeris. Act. 9.

Hæc facient vobis & velut vasa, quibus nomen meū defertur, & custoditur confringere conabuntur, quibus ostenditur, quàm libenter pro Christi nominis gloria perpeti omnia debeamus, secūdum quod de præcipuis sanctorum omnium scriptum est. Ibant Apostoli gaudentes, quoniam digni sunt pro nomine meo pati. ò vtilissimam ac iucundissimā pro illius nominis gloria passionē, in quo oportet nos omnes saluos fieri, nec aliud est nomē sub cœlo in quo saluari possimus. Act. 5.

Hæc facient vobis (inquit) propter nomen meum. Hoc est lignum dulcorans amarissimas aquas Marath. hoc est sal sapidum condiens totius nostræ vitæ condimentum, hæc est indefficiens in cordibus nostris lætitia, dum quicquid facimus aut patimur omnia sustinemus, & facimus in nomine vnigeniti filij Dei.

Ceterum quid est propter nomen Domini pati, nisi propter ipsum Dominum nostrum subire? est namq; nomen velut definitio, cum suo definito conuertibile, parua enim dicitur rei definitio, quo implicitē continetur totum definitum, & conuertitur cum illo, complectens essentialia illius, sic enim & illud quatuor litterarum Domini nomen tantæ celsitudinis, ac sanctitatis erat apud hæbreos, vt solus summus sacerdos, semel in anno in auribus populi depromeret. Per ipsum totius diuinitatis mysteriū significabatur, videlicet per tres primas litteras, Trinitatem personarum, vna in essentia designabitur, & per quartam literam humanitas assumpta ad esse diuinum profitebatur, in quo non excluditur, sed continetur nomen Patris & Spiritus sancti, p tot, n. patet significatur, per he filius per Vau Spiritus S. & hę quæ ad filium refertur, vt cū hominē insinuaret & Deum quæ litteræ apud græcam significationem Iesos apud latinam Iesus, apud hæbraicam Iohessus, in quo omnia mysteria diuinitatis & redemptionis, incarnationis, glorificationis, potestatis & excellentiæ comprehenduntur.

Diffinitū cum sua diffinitione conuertitur.

Adhuc hodie Hæbreorum cęcitas est sollicita ad reperiendum illud nomen quattuor literarum, cui insunt, tantarum virtutum genera, vt affirment eo inuēto posse ferrum, imò & lapides in aurum conuertere, omnes inimicos superare, omnem scientiam adipisci, & omnium infirmitatum genera ipso solo sanare, nec non & mortuos ad vitam reuocare.

Nomen quoddam omnes in se virtutes continens constans quattuor litteris quærunt Hæbrei.

Heu quàm deploranda cęcitas, quàm obstinate protestantur, sine Iesu volunt scire Iesum, & ipsum Iesum fatentur agnouisse illud nomen Dei. In cuius virtute sanabat (aiunt) infirmos, mortuos suscitabat & cetera

tam

tam mirabilia operabatur; sed frustra IESVM quærunt, qui Iesum nolũt. Ipse Dei nominis portitor. Pater (inquit) manifestaui nomẽ tuũ hoĩbus; sed quibus? certe non omnibus, sed ijs quos dedisti mihi, sanctũ enim, & terribile est nomen eis, sanctum pijs, terrible impijs, sanctum iustis illos saluans, & à malis liberans terribile peruersis, illos condemnans & puniens.

Quoniam nescierunt eum qui misit me &c. Ecce omnium malorum nouercam, An non est ignorantia illa mentis cęcitas qua duce in foueam cadunt ductores & ducti? Nescierunt & non intellexerunt in tenebris ambulant, & qui ambulat in tenebris, offendit, & nescit quo vadit, quomodo autem nescierunt, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est mũdo assumptumq; est in gloria? Ne scierunt eũ (inquit) qui me misit, si nomen meum acceptassent, si cognouissent illud, eum vtiq; qui me misit agnouissent, Nec iniuria quandoquidem Christus non solum verbum est patris, sed & nomen eius, qui est sapientia patris, qui est splendor patris, & figura substãtię eius, Moysi enim dicitur: Quid quæris nomen meũ quod est admirabile? Esaias vero de Christo ait; Vocabitur nomen eius admirabile, quibus intelligimus non aliud esse Dei nomen, quam Christum, vel ipsius Christi nomen, vnde per Prophetam dicitur alibi; Ecce nomen meum veniet de longinquo. Et dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, videlicet Christi.

1. Thi. 5. — Gene. 32. — Isa. 9. — Isa. 30. — Ioan. 1.

Quoniam nesciunt eum qui me misit. Vide quantum distat hæc ignorantia à salute, quantum procul efficiatur à vita ęterna, quę (teste ipsa veritate) in cognitione eorum consistit. Vita enim æterna est, vt cognoscãt solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum, quamuis enim diuinitatem agnoscat mundus. nec non in Iudęa notus sit Deus, ad hunc tamen obcęcatum habent cor, & velamen tenent super ipsorum oculos, vt in veritate diuinitatis Trinitas conspiciatur personarum, vnde nec patrem à filio distinguere didicerunt, qui paternitatis relationem ad filium non intelligunt fidei rudimentis aduersarij, & supremæ veritatis rebelles effecit.

Qua ignorantia proteruiores fiunt, & dum à culpa per ipsam minime excusantur, per ipsam in damnabiliorem perniciem trahuntur, est namq; iuris cum ignorent legem in qua & aduentus Christi, & personarum Trinitas præclarissimis oraculis sunt enunciata est supina cum cęteris innotuerit veritas incarnationis verbi diuini est affectata & crassa, ob id quod, nec scrutari scripturas in quibus omnibus Christi actio describitur, & totus continetur Christus, & est ex liuore, ac odio quo peruertitur totum negocium Christi.

Si dęmonibus præcipit, in Beelzebub eijcere dicitur illa, si sanat cęcum à natiuitate, si languidum annos habens in infirmitate trigintaocto violatorem eum sabbati appellant si docet in medio Doctorum filium eum fabri vocant, & despiciunt &c. Vnde in coinquinatis eorum animis, nihil non coinquinatum recipi poterat.

Quoties (obsecro) disseruit Christus de patre suo? quoties hoc illis mysterium aperuit? sed qualem fructum habuit ab illis. An non vt occideretur accusatur, quod filium Dei se fecerit, & Deum patrẽ suum vocauerit? sed quando tale aduersus ipsum susceperunt, nisi quando eum lapidibus obruere tentauerunt, quam de se ante Abraham esse fassus est, nec non quando concluserit ipsos de Christo, cuius filius esset dum respondentibus illis, Dauid, arguit personarum Trinitatem ignorantes, quomodo ergo Dauid vocat eum Dominũ dicens Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis &c.

F

O perditam perditorum ignorantiam, nesciunt (inquit) eum qui me misit, Audiant quicunque à veritate auditum auertunt, Audiant nollentes intelligere, vt bene agãt, Audiant qui seu aspides surdæ suas aures obturant, ne percipiunt voces venefici sapienter incãtantis.

G

Est & alia pessima ignorantia, quotiescunq; nõ adest adequatio rei & intellectus, de qua dr̃. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit mendax est. Vbi propior est veritas, ibi procul abest ignorantia, & vbi procul est ignorantia, quid est non nosse nisi non amare? sic & illos Dominus nescire peccatores, dicitur quos odio habet. At qui non amant hi sunt qui non obediunt, qui non laudant, qui non recognoscunt, nesciunt eum qui me misit, qui odit missum odit mittentem, & qui mittentem odit, & missum attendat, qui verbi Dei prędicatores insequuntur, qui pauperibus insidiantur, qui illudunt simplicibus, qui se opponunt iustitiæ, veritati, & charitati. Audiant Proph. orantem. Prætende domine misericordiam tuam scientibus te.

1. Ioan. 2. — H — Psal. 35.

Si non venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent. Nunc autem &c. Illis verbis admonemur abundantiam delicti non ex Christi aut legis voluntate profectam & factam, magis autem præter intentionem ortam, teste enim Apostolo. Lex subintrauit, vt abundaret peccatum; legis hec intentio fuit, vt abundaret peccati cognitio, per quam grauitas peccati perspicua redderetur, quod per pœnam inflictam dignosceretur, à quo retraherentur, minis aut pœnis qui noluissent auerti amore virtutis, lex enim sancta (inquit Apostolus.) Et mandatum sanctum absit (inquit) vt lex peccatum sit, lex enim Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele sapientiã præstans paruulis. Quæ cum à Deo sit quomodo nõ recta? non sancta? nõ iusta & immaculata?

Rom. 5. — I — Rom. 1. — Psal. 18

Est autem per legem cognitio peccati, peccatum nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces & hinc occasione accepta (inquit) peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam, quid est occasione accepta, nisi extra legis ipsius intentionem? quę non solum non fauet peccatis, aut suffragatur illis verũ detestatur, abhorret, & castigat.

Exod. 20 — K

Erant quidem etiam ante promulgationem antiqua legis qui non sunt veriti legem, si non venissem (inquit) & locutus eis non fuissem peccatum non haberent, idest grauiori peccato expressæ malitiæ & rebellionis non culparentur, quo notius est peccatum, quo clarior eius illucescit nobis culpa, ergo grauius nobis efficitur, & damnabilius dominatur, quod & ipse insinuauit, qui ait. Veh tibi Corozaim væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sydone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, olim in cinere & cilicio pœnitentiam egissent. Ideo illis remissius erit in die Iudicij, quàm vobis.

Luc. 10.

Sicut autem æqua non sunt merita omnium, rectè agentium, sed his potiora qui maiori ad bene agendum

Meritorũ inequalitas.

dum feruntur spiritu, quia vt sapiens ait, spirituum ponderator est Dominus. Ita qui maiori hastu à bono incommutabili, ad bonum commutabile conuertuntur, in qua auersione peccati ratio consistit, grauius & dominabilius condemnantur, est vtique (teste Philosopho) omnis ignorans malus, & sapiens ait. Impius ignorat scientiam, etiam apostolica sententia. Si quis ignorat ignorabitur, est igitur peccati cognitio & saluti necessaria, & peccatorum condemnatoria. Hinc facessant qui à veritate auditum auertunt, & qui nolunt intelligere, vt bene agant.

Prou. 26. Prou. 29. 1. Cor. 14

Si non venissem, & locutus non fuissem peccatum non haberent &c. Multis eramus nos criminibus obuoluti, nec venit Christus vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam, quo fit vt non nisi in singulari loquatur, intelligens de aliquo imò de supremo per anthonomasiam omnium grauissimo infidelitatis, ac tantæ ingratitudinis peccato, in propria venit & sui eum non receperunt, quod si non venissem in scelus non incidissent, qui pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, & odium pro dilectione mea exhibuerunt mihi, retribuentes mihi mala pro bonis, maleficia pro beneficijs, persecutiones pro liberatione, indignationem pro amore, & odio habuerunt me gratis.

Si non venissem &c. Ego medicus, ac salutis auctor, & locutus non fuissem ad dandam scientiam salutis plebi eius, si non exprobrassem crimina, si alligare eorum cicatrices non curassem si vulnus, liuor & plaga tumens ipsorum non meis sermonibus, ac præceptis alligata fuissent, si non cominationibus & monitionibus, & oleo exhortationis prædicassem, si ego dux non venissem prebere iter populo terræ, & anteire sequentibus, si non venissem, quæ vitanda forent, si non disseruissem de adipiscendo fine, de patris voluntate, de ratione in die Iudicij reddenda, de insidijs diaboli, de gloria cœlesti, & de supplicijs æternis, peccatum non haberent, idest grauitatem huius peccati non incurrissent. Nunc autem, idest, post hæc omnia audita & explicata imo ordinata, & iussa, nullus restat excusationi locus. Ego magister qui viam Dei in veritate docui, si locutus non fuissem omnibus hominibus erudiens eos, vt abnegantes impietatem & secularia desideria, &c. excusarentur.

Excusationem huius peccati aliquam haberent, si non venissem ego, sed alium misissem, licet Angelum vel Eliam, vel Ioannem Baptistam, vel aliquem ex prophetis, sed ego ipse qui loquebar, ecce adsum, & qui olim loquebar in illis in me loquitur Deus, non per inspirationem, aut per infusionem luminis supranaturalis, seu per participationem scientiæ, & arcanorum diuinorum, sed per hipostaticam vnionem, qui sum sapientia patris & verbum virtutis eius, cui pater omnia cómunia fecit, & omnẽ suam substantiam & essentiam impertiuit. Ideo nulla illis suffragari potest excusatio, sed quid? Ionam velut ad Niniuitas misissem quid si velut Abraham petenti, vt Lazarum ad fratres nunceret, respondissem, habet Moysen & prophetas audiant illos, quid (inquam) si & Hieremiam ad populum discaeratum & conuulsum, hominem purum destinassem? Nonne tollerabilius esset generationi illi? Quid si velut ad Pharaonẽ Moysen, & Aarõ destinassem? Quid demũ si in Tiro & Sydone factę essent huiusmodi virtutes? nõne in cinere, & cilicio pęnituissent?

Inexcusabilitas Iudæorũ ostenditur.

A

Si non venissem &c. Semel ad Iudeos Christum venisse non ignoramus. Ad ipsos se tantum personaliter missum fassus est. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt Domus Israel. Per tres annos apud ipsos prędicans mansit. Ad nos verò velut ad chariores cuius delitiæ sunt esse cum filijs hominum, quotidie venire dignatus est personaliter. In augustiss. Eucharistiæ sacramento de quo loquebatur. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, quod dictum non patitur aliam genuinam & sinceram interpretationem, nisi de personali assistentia Christi in sacrosancto Eucharistiæ sacramẽto, quandoquidem cum dicta sint discipulis de personali præsentia Christi dolentibus, quod recessurus esset & ablaturus se ab oculis ipsorum Christus, eos sic consolatur dicens, ecce ego vobiscum sum vsque &c.

Matt. 28.

B

Sed rogo quid consolationis attulisset, si vel de eius diuinitate intellexisset quà à creationis principio cœlum, & terram implet & cum nihil noui faciat, certe non esset nec admiranda, nec magnificienda talis generalis, imò, & creaturarum omnium communis consolatio, cum in omnibus existat rebus per præsentiam, per potentiam, & per essentiam.

C

Insuper si in sacramento tantum in signum, & non realiter adesset Christus (obsecro) quæ inanis & puerorum esset hæc consolatio, qua de apparenti & vacuare oblectaremur? sed si ad signum recurrit hæreticus non ne expræssiora huiusmodi signa Christi in veteri illa, & vmbratica lege figuratum plena respersa intuebimur? serpens ille æneus in quem aspicientes sanabantur, non ne expressior est figura, & præstantius signũ, quàm sola bucella panis? quod illo expressius signũ agno immaculato mactato assato, & tantis legibus in paschate comesto? quæ maior proportio vbi (quęso) maior conuenientia carnis cũ carne, sanguinis cum sanguine, mortui cum mortuo, occisi cum occiso &c. aut frusti panis sine vita, sine sanguine, sine specie & omnis sacrificij expertis?

D

Aspice quo zelo, qua animi ingenuita te quã ardenti in Christũ se rebat authoramore; qui tã sępe pullulantes hęresum surculos & Christi sacramenta peruertentium temeritatem tãto animi ardore cõfodere nitatur & euertere.

Igitur si ad signum in Eucharistiæ sacramento recurras, & in signo persistas, nil reale sed figuratum tantum attendas, potioris conditionis irrefragabiliter legem illam Iudæorum antiquam noua euangelica effingis, & conficis, minusque gaudendum nobis quàm illis, veluti qui remotiora signa teneamus.

Venit Christus ad nos quondie, sed qui nec eum recipiunt, nec sermonem attendunt excusationem de peccato omnium peccatorum grauissimo omnino non habent, cum nil apertius, nil frequentius disertissimis sermonibus hac pãderet veritate, venit & ad nos Christus, quotiescunque Dei verbum audimus.

E

Venit & per assiduas illas nostro pectori demissas inspirationes, quibus passim edocemur, instruimur, & erudimur, de qua dr: Si venerit ad me non videbo eũ & si recesserit non intelligam, quibus & quę pertractamus improperat, quod scilicet si non venissem, & eis locutus non fuissem peccatum non haberent, nunc autẽ excusationem de peccato nec habemus, nec latibulum habemus ad excusãdas excusationes in peccatis, esto & in alios retorquere facinòra contendamus, venit Christus & minime solus, sed sicut supra scriptum est; Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Iob 29.

Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent: &c. Omnipotentis tandem magna dignatio, qui multifariè, multisque modis olim loquens patribus & prophetis, vt nouissimè loqueretur in filio, mitterat vtique hic magnæ familiæ Pater quamplures seruos ad agricolas sed heu alios occiderunt, alios eiecerunt alios trucidauerunt nouissimè, si non venissem, ego, & locutus eis non fuissem peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato.

Quid est si non venissem peccatum non haberent? An qui Agnus venerat vt tolleret peccata mundi peccata auxit in mundo? Venit lux quidem in mundo, sed amauerunt homines mundi magis tenebras quàm lucem, obstinatio cęcitatis, auxit culpam in cæco, prius in vmbraculis viuentes facti sunt cæci volentes, qui prius opertum cœlum nubibus habebant postetius solarijs radijs effulgentibus, & cæci effecti sunt voluntate, & duces cæcorum ex malignitate, & ideo sicut non ex defectu lucis eorum cęcitas, ita nec ex aduentu meo sceleris eorum grauitas, & non inquit peccata non haberent, sed peccatum non haberent imò hoc ex meo aduentu habent homines, vt sine peccatis possint esse homines quia peccata remissurus veni, fili remittuntur tibi peccata tua: remissa sunt illi peccata multa, quoniam dilexit multum, imò remittendi peccata insufflando, spiritu authoritatem tribuit non vsquesepties, sed septuagies septies, ex meo igitur aduentu habent homines, vt sibi à Petro remitti possint omnia commissa & confessa peccata.

Esto vnum auctum sit infidelibus peccatum, per quod intercluditur aditus, ad cætera absoluenda peccata, quibus nulla iam excusatio suffragatur, si non venissem ad implenda promissa vaticinia prophetarum, adimplendo, signa faciendo, quæ nullus alius fecit renunciate Ioanni sciscitanti, Tu es qui venturus est an alium expectamus, quæ audistis & vidistis, cęci vident, claudi ambulant surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, si sic non venissem, præfixo annorum curriculo, completis hebdomadibus Danielis, geneologia & regum de Iuda à Iacob prænunciata, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo, meo aduentui, testimonijsque non credentes.

Hæc insuper addidi, vt sermonem oris mei palam comprobauerim, quia in occulto locutus sum nihil, qui adhuc adolescẽs inaudita scripturarum mysteria in medio doctorum aperiebam, cum Scribis & Pharisæis de Messya sermonem habui in templi medio, coram toto Iudæorum cœtu, de me & de patre meo disserui, & ad totius supernæ veritatis lucem homines inuitaui. Si non venissem & egomet locutus non fuissem, peccatum non haberent, quia maius, potentius, & firmius est oris mei testimonium quouis alio, & quibuscunq; alijs testimonijs. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium meum verum est.

Supra cap. 8.

Huic suę infidelitatis, & ingratitudinis peccato, aliud absurdissimum, solaque damnatione puniendum, consequutum est peccatum, vt non solum non crederent, nec acceptarent, sed exprobrantes repudiarent, illique animo detraherent, cuius facinoris meminit. Pro eo (inquit) vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam, Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Vbi Augustinus ait, Attende ad quantam malignitatis profunditatem deuenerunt retribuendo mala pro bonis, & odium pro dilectione eius, nec parum putari debet, quia non ait pro eo, vt me diligerent interficiebant me, sed detrahebant (inquit) mihi, ideo quippe interfuerunt, quia detraxerunt, qua detractione, ab illo euertebant, quorum conuersionem ipse quærebat, & ideo hoc potius dixit, vt ostenderet, magis eos nocere, qui Christo detrahunt, & pro hoc animas interficiunt, quàm qui mortalem eius carnem mox resurrecturam, sæuiendo interemerunt.

Psal. 108

August. in psalm. eundem.

Sed insuper adhuc mortuo detrahebant, cum vltra quod sæuirent in corpore eius exanimato non habebant, & sicut ille in profundo benignitatis pro malis bona tribuit, ita illi in profundo malignitatis ipsi retribuunt mala pro bonis, orabat ille, conuiciabantur isti, vocabat ipse, retrò cõmeabant isti, tabescebat ipse vociferabãtur isti, fundebat ipse ex charitate lacrymas pro ipsis, dum fundebatur ab ipsis sanguis eius super ipsos. Hic omnis & magnus reatus eorum, quia quamuis voluntaria sit pœna patientis odium tamen est magnum crimen persequentium.

Si non venissem &c. Simeonis de Christo, illud non te lateat epitalamium, vbi dixit positum ipsum fuisse in ruinam, & in resurrectionem multorum. Lapis est hic offensionis, & petra scandali, in cęcitate videlicet ambulantibus, in tenebris & vmbra mortis habitantibus, sicut omnia bona bonis cooperantur in bonum, ita sceleratis & malis nihil bonum, sed omnia illis cooperantur in malum, tale est genus araneatum quę, & si flores dulcissimos comedant, in venenum tamen omnia mox conuertunt.

Nunc autem excusationem non habent de peccato suo &c. Quid est nunc, nisi post tot vocationes, post tot signa post tot voces, vocaui (inquit) & renuistis, volui congregare sicut gallina congregat pullos suos sub alas & noluistis. Hoc faciunt miseri, quia ignorantiam Dei habent. Nos autem ignorantiæ velo opprobria nostra tegere nequimus, & si dixerimus, quia non nouimus illum, erimus vt & illi mendaces, si cum non nouimus quis nos in suam vineam conduxit, & cum eo conuenimus de denario illo diurno? si ad ecclesiam te transfers, si ad sacramenta suscepturus accedis, si a peccato morderis, si laudas legem, si fidem extollis, & si ex postulas charitatem, & gratiam, si vitam æternam exoptas vnde hoc tibi? nisi cognouisses & tu? quis hæc persuaderet tibi si nescires dominum? & si ad te non venisset Dominus, imò non solum ad te, sed & in te venisset.

Nunc autem excusationem non habent &c. Obstructum est os loquentium iniqua, sed quid restat excusationem de peccato non habentibus, nisi vt confusione perfundantur & obmutescant. Hoc enim modo is qui temerè patris familiæ aulam cœnamque sumptionis in illãq; sine nuptiali veste ingressus fuerat, dũ percunctaretur, & temeritatis argueretur, nec vnde excusare se posset haberet, obmutuit.

Vide Argumentum ab effectu siue ab operibus ad diuinitatem Christi, quo se non rapinam æqualem Deo ostendit, & confirmat; nemo alius hęc edisserere

potuit,

potuit, quid est quod se venisse nunc affirmat, supra autem se à patre missum dixerit, nisi eandem cum patre naturam, & voluntatem asserere; Venit non inuitus, sed spontaneus nec alia inest mittentis, & missi voluntas, sed vna sicut natura, ita & voluntas. A

Quid igitur excusationis prætexere possunt impij aduersus tum personam, tum doctrinam Christi. Attendant non offuscatis oculis expositam à Christo doctrinam, an ipsa sit patris loquentis in filio, & opera Christi considerent, si aliquid in illis non diuinũ osores sentiant, qui igitur hæc abhominantur, qui spernunt ista, imò qui hæc summo honore non recipiunt, qui illa non admirantur, & obseruant, magno & inexcusabili se irretitos peccato non ignorent. B

Qui me odit, & patrem meum odit. &c. Sui obtutus aciem hic figat hæreticus, & cui se periculo exponat, qui Christum in sanctissimo sacramẽto altaris existentem odio, & quidem immortali prosequitur. Vtinam & Turca hoc audire, & audiendo intelligere meretetur. Vtinam & qui de Deo tam inaniter gloriatur Iudæus, hoc unum capesceret, qui me odit (inquit) me patris vnicum & dilectum filium, me qui sum splẽdor patris & figura substantiæ eius, me qui in sinu patris semper, & inseparabiliter existo, me cui pater omne iudicium dedit, qui ad dexteram eius indesinenter sedeo, qui me ex quo omnia per quem omnia, in quo omnia facit, quæcunque facit pater, odit, & patrem meum, omnia enim mea in patrem meum referuntur, omnia mea dicebat (ad patrem loquens) tua sunt, & sicut non potest quisquam amare me, nisi & patrem meum amet, quorum indiuisibilis est amor, ita non potest me odio habere quisquam, nisi & eodem odio patrem meum prosequatur. C

Qui me odit. &c. Odit Christum, qui odit Euangelium, qui odit legem, qui præcepta & doctrinam eius odit, quisquis sit is & patrem meum, odit sine quo nihil operor, nihil loquor, sed omnia in me manens operatur, pater, veluti si quis odorem vini odit, & abhorret, & ipsum vinũ odiat & abhorreat oportet; qui splendorem solis & eius radios non sustinet, nec ipsum solẽ sustinet, ego enim à Deo exiui, & in mundum veni velut radius patris, sol iustitiæ, & qui me odit, & patrem meum odit. D

Adhuc vnum perpende, vt non tantum mutuus sit amor patris & Christi, nec tantum cõmune sit ad vtrũque odium, sed & matri Christi commune ad vtrunq; amor, videlicet & odium, qui amat Christum amat, & patrem, qui odit Christum odit patrem, audisti. Audi tu gloriæ sanctæ Dei genitricis perditus æmulator, & intellige commune Christi & matris esse, aut odiũ aut dilectionem, aut probra, aut laudes, aut ignominia, aut honores, aut contumelias quibus blasphemando, tam imprudenter, tamq; damnabiliter, quomodo illam insequeris, & crimine ab vno disce omnes, cum cæterorũ sanctorum opprobria sua sibi ascribat Deus, cuius tam impij facinoris superius etiã meminit, vbi ait; Qui vos spernit me spernit. Nam sicut non potest pater adorari sine filio, ita nec potest mater venerari sine Christo eius & patris filio, & sicut filius perfectè adorari nequit sine patre, ita nec idem, qui est Virginis filius potest rectè coli, sine matre, quam consortem & participem bonorum Christi non ignoramus. E

Qui me odit, & patrem meum odit &c. Hi sunt qui pro eo, quòd me diligerent detrahebant mihi, qui posuerunt odium pro dilectione mea, qui pacificè quidẽ mihi loquebantur, & dolos cogitabant, sicut filiorum. hæc est germana naturalisq; conditio, gratis patrem diligere; ita & impiorum peruersa cõditio Dominum & seruos eius gratis odire se ipsis, nullo alio inspecto cõmodo; Amatur ueritas ab optimis, & bone cordatis hominibus. Ita & à pessimis, deprauatisq; hominibus pro sola ipsorum iniquitate, odio feruntur, in quodcunque bonum, quodcunque optimum, neq; enim potest odire Christum, quin & patrem eius odio habeat. Naturalis amor natorum in parentes.

Hoc audiant Iudæi, audiãt Mahumeticæ sectæ professores. Indeq; intelligant quàm falsò Dei omnipotẽtis cultores, se iactent, qui me odit (veritas ipsa inquit) & patrem meum odit Augustino namq; teste. Crimen maximum est, odium persequentis, licèt voluntaria sit pęna patientis. Cum prædicatur Christus irascuntur illi, dentibus frendunt, inardescunt persequuntur, Quæ tamen ira, qui ignis (inquit Augustinus.) fuit magis consumens eos qui persequebantur, quàm eos quos persequebantur, cum enim videmus (inquit) duos vnum irascentem, alterum patienter ferentem, quis eorum ardeat vestrum, est iudicare; Ponite vobis ante oculos hominem iniquum, commotum animo, trucẽ vultu flammantibus oculis, scintillãtibus verbis ferri in hominis necem, in deprædationem, in blasphemias, in iniurias, in contumelias, alterum patienter excipientem verba ac plagas, & quidquid ille inferre voluerit, imò percutienti vnam maxillam prębentẽ, & alteram, cum hinc debacchantem videris, & sæuientem, illic lenitatẽ & mansuetudinem, hinc furorem, inde patientiã, hinc flammas, inde tolerantiam; dubitas pronunciare, quis eorum ardeat pęnamque patiatur, nisi forte putes, quia iustitia quæ procedit ex homine ad lædendum hominem illi nouerat, ad quẽ, & vt de quo procedit noceat, quod vtiq; fieri non potest, nonne aliquando facula ardens viridi apponitur ligno, nec ipsum incẽdit, sed ipsa sola incensa exuritur, & consumatur? Aug. in Psal. 108 Aug. in Psal. 96 Ibidem.

Hoc euenit inflammato inimico Christum odienti, imò & christianum persequenti, si tamen & tu viride lignum fueris quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum patientiæ suo tempore donat. Ardebit ille indignatione concitus, destruitur ille flãmis iracundiæ succensus. Tu virens & viuens tu humiditate roris perfusus, dono diuinæ gratiæ impinguatus integer manes, & in tua soliditate firmus, perseueras, nihil tibi nocet, nisi forte putas, quod tibi nocet, quod corpori nocet, sed sicut capiti tuo, nihil nocuerunt Iudæi, ita nec tibi inimici tui nocere poterunt, dummodo eiusdem viuum sis membrum quomodo nocuisse poterunt, qui adeo profuisse cernuntur? Patientiæ fructus vberimi.

Poterat Christus non mori, qui etiam poterat non nasci, natus est vt moreretur, & tu mox moribundus es natus, sed ille qui se tibi in caput constituit, mortuus est voluntate, tu necessitate, ille pro sua misericordia, tu pro tua miseria, quid vltra faciet inimicus? propinet mortem quam tibi iam destinauit natura.

Si corporis mala efficiuntur aureola animæ, non est quod conqueramur de malis, sed quod de tribulationibus lætemur, scientes quoniam tribulatio patientiam

Bb 3 opera-

operatur, patientia autem spem, spes autem non confundit. Sæuiat quantum potest inimicus, dicat, faciat, cogitetque, quoniam morietur, & peribit nomen eius, me tamen non separat à Deo, imò ad mecum immorandum inuitat Deum. — Rom. 5.

Si opera non fecissem in illis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent. Vbique mirabilis Christus; vbique strenuus in Iudea tamen omnipotens nomen eius ibi resplenduit, operibus & miraculis claruit, sed quid audio? si opera non fecissem &c. peccatum non haberent. Damnabuntur ne gẽtes & cæteri in quibus, haud fecit talia? nonne scriptum est. Non fecit taliter omni nationi & iudicia sua non manifestauit eis? quid est igitur peccatum non haberent; sed an solis Iudæis miracula illa loquuntur, & non etiam toti mũdo, & toti generi humano, vt qui habet aures audiendi audiat, vtque quod vni dicit omnibus dicat? — Psal. 197

Hoc est illud infidelitatis crimen Christum ex operibus non intelligere, & odium pro dilectione illi exhibere, quæ autem sint opera Christi, quæ nemo alius fecit. ex numero, & ex qualitate factorum facile comprobamus, nam in Aegypto diuersa signa Moyses fecit, cui legislatori postea credere possent Hebræi. Iosue in sole tantùm signum fecisse legimus, Helisæum nonnulla miracula fuisse operatum habemus, &c. omnia tamen illa precibus obtinuisse passim ad singula à Domino non ignoramus, Christus & plura & potiora ab exordio suæ natiuitatis, sua propria etiam virtute est operatus, suæ autem diuinitatis non desunt, si viros simplices & veritatis amatores optabant; regionis illius pastores habebant, qui & angelorum testimonium, & facti euidentidentiam fideliter recensuisse non est ambigendum, sapientes enim viros veritatis scrutatores habere desiderabant.

Infidelitatis peccatum.

Christi miracula.

Audiant magos viros potentes, qui sermone regio testimonium perhibeant veritati; si cultorem heremi, vitæ integritate potentem Ioan. Bapt. audiant agnũ Dei ostendentem & protestantẽ, si sacerdotes iustos & probos, adeant sanctum illum & senio confectum Symeonem iubilantem & mortem optantem in suscepto gaudio visionis Saluatoris.

Habent ex legis instituto, vt in ore duorum, aut triũ stet omne verbum quomodo excusationem habent de peccato, qui nec talibus, nec tantis credere volunt testibus? Sed ad quid illis testimonia prophetarum, cum nec Moysen, nec prophetas audiant? Hæc enim præsertim opera Christus est in illis operatus, quæ nemo alius fecit, quibus prophetiæ adimplebantur, figuræ lustrabantur, vmbræ fugabantur & vetera terminabantur, cæterorum nemo hæc aut fecit, aut facere potuit, quotquot tangebant eum sani fiebant, à quacunque detinerentur infirmitate.

Vide qualia, vide & quanta; quæ comperias opera Christum fecisse, quæ nemo alius fecit. Insuper quis cogitationes occultissimas cordium agnouit vnquam prophetarum. quod solius Dei est opus; Deus intuetur cor, vlterius quis potest dicere audientem prophetam, aut ex iustissimis sanctorum aliquem, peccata ante Christi aduentum, qui peccata dimitteret? Cũ enim Natan dolenti Dauid de peccato alloqueretur inquit Dominus abstulit à te peccatum tuum; Vnde Christo improperabant increduli. Quis est hic, qui etiã peccata dimittit? quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? ergo certè tenet consequentia Christum esse Deum, cæteris vero prætermissis Christi misteriola scatentibus miraculis, illa maximè occurrunt aduertenda, quæ in morte sua operatus est Christus in astris, in luminaribus, in aere, in terra, & sub terra, per alterũ enim istorum, idest, per solis obscuritatem miraculosè factam, vnum e duobus fore clamant alienigenę, & absentes, videlicet, aut quod Deus naturæ Dominus pateretur, aut certe totius mundi rueret machina.

Adde vlterius tantæ virtutis fuisse nomen Christi, vt nedum fideles & discipuli energumenos, ex ipsius sanctissimi nominis inuocatione liberarent, à diabolica oppressione, sed multa grauiora miracula efficiebant, in nomine cuius demonia eijcient, serpẽtes tollent, super egros manus imponent, & bene habebunt.

Nominis Christi virtus & potentia.

Verum & multi infideles hoc efficere in uirtute nominis Christi potuerũt, te sei entibus discipulis inuenimus multos in nomine tuo curantes, &c.

Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent, &c. Ex operibus dignosci voluit Christus ex quibus voluit, vt dignoscantur & christiano; Si mihi nõ vultis credere, operibus credite, sed quæ aut qualia sunt hæc à Christo facta, quæ nullus alius fecit? quid Eliseus? nonnè similia opera fecit, qui etiam mortuos suscitauit? quid Moyses, quid Iosue? quid prophetarum cæterua, & tamen nullus patriarcharum, nullus prophetarum nullusuè præcedentium sanctorum omniũ opera fecit, in populis, quæ operatus est Christus in nobis.

Præcipuè autem tria sunt operum genera à Christo facta, quæ nemo alius fecit, primum est illa peccatorũ remissio, cuius adeo mirabantur, qui illa remittementa audiebant, vt vociferarentur ad inuicem. Quis est hic qui etiam peccata dimittit, & quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Ante enim Christum, aut prophetarum, aut patriarcharum peccata remittendi potestatem nullus habebat.

Miracula sola Christi virtute patrata.

Luc. 5.

Intelligat qui potest (inquit Augustinus) in expositione sententiæ. Ego præcipitare non audeo sententiam. Vtrum maius sit iustos creare, quam impios iustificare, prorsus autem maius hoc esse dixerim, quàm creare cœlum & terram, & quæcunque in cœlo & terra cernuntur, certè vtrunque æqualis est potentiæ, sed illud reparationis, maioris est misericordiæ, hoc palam operatus est Christus, qui de præclari facinore fidẽ miraculo cõprobauit, ut igitur sciatis (inquit) quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata, ait paralytico, surge, & ambula &c.

Tract. 73

Impij iustificatio maximũ est omniũ miraculũ.

Hoc erat illud testimoniũ diuini huius operis, quod præcursor ille perhibebat. Venit enim in omnem regionem prędicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

Luc. 3.

Secundum opus Christi admirabile, quod nemo alius fecit, est suipsius ad omnia subeunda mala spontanea exhibitio. Ipse solus oblatus est, quia ipse uoluit, nullam vnquam sibi illatam vindicans contumeliam, pro inimicis mortem subiturus.

Hæc sunt non humanæ, sed diuinæ charitatis insignia, eodem nobis attestante supra. Maiorem charitatem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis, quando se aliquando vindicauit Christus, aut derisus,

Supra.

derisus, aut iniurijs lacessitus, aut verbere percussus? Non sic Helias, aut Helißeus strenui prophetarum proceres, non sic Moyses, non sic Dauid, qui etiam ad sanguinis effusionem sunt de nonnullis inimicis vindicati.

Solius Christi summa hæc est bonitas, summa patientia, summa charitas, inaudita benignitas: Si opera (inquit) non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, quod peccatum? de quo vtique supra dixerat: Si non credideritis, quia ego sum moriemini in peccato vestro. s. infidelitatis & perfidiæ.

Cæterùm quod ad aliud, & tertium opus spectat, quod nemo alius ab ipso fecit, operepretiũ est, vt præter illum faciendi modum consideremus, quo se dominum vniuersorum ostendit. His (inquam) prætermissis, videamus quorum operum patrator extiterit, quę nemo alius fecit, quibus non pensatis damnationis vinculis obstricti, non fuissent perditi illi.

Isa. 7. Ego ille conceptus de Virgine, de quo dicitur: Ecce Virgo cõcipiet & pariet filium & vocabitur Emanuel.
Mich. 5. Ego in Bethlehem natus, vt per Proph. dictum est; Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es, in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Ego adhuc in crepundijs fascijs inuolutus, stellam mei aduentus, & nunciam habui, & regibus per viam feci, qua duce ad me recurrerent regum omnium regem: sic enim, & qui me quęrebant dicebant, vbi est, qui natus est rex Iudæorum? At quomodo non etiam gentium, cui omne genu flectitur, & omnis lingua confitetur, & procedentes (inquit) adorauerunt eum, &
Psal. 71. tributa exhibuerunt ei, quæ à Proph. prius prænunciata fuerũt, Reges Tarsis, & Insulæ munera offerent, reges Arabum, & Saba dona adducẽt, & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gẽtes seruient ei.

Sublimia Chri portenta. Adolescens de arduis in doctorum medio disserebã, quæstiones dissoluebam, abdita mysteria in aperta luce ponebam, de altissimis archanis in doctorum cætu disputabam, de quibus solus ego responsurus aderam, ita vt his verbis mirarentur rogati, quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Ego omnium genera infirmitatum, solo verbi mei virtute, velut medicamine cu-
Psal. 106 rabam, iuxta illud vaticinium: Misit verbum suum, &
Psal. 102 sanauit eos, & alibi: Qui sanat omnes infirmitates tuas, & redimit de interitu vitam tuam.

Hoc opus in medio eorũ feci, quando omnes quotquot habebant infirmos varijs languoribus ad me ducebant, & ego singulis manus imponens curabam eos.
Luc. 4. Tandem subinde quæ non sunt subsequuta diuinitatis Christi signa in passione, & morte eius, quibus expergefacti, reuertebantur? aliqui percutientes pectora sua, & palam aliqui confitentes, verè filius Dei erat iste.

Attende igitur elogij Christi efficaciam, si non venissem & locutus eis non fuissem, quæ nemo alius fecit peccatum non haberent.

Nunc autem, & viderunt, & oderunt me, & patrem meum. Luporum instar, qui obuio agno ferocius insidiantur; Viderunt (inquit) me, & oderũt me cunctis gentibus desideratum, me (inquam) quem multi reges voluerunt videre, & non viderunt. Moysen autẽ, quem non viderunt, & prophetas venerantur, suscipiunt & admirantur, qui me humilem inspiciunt, despiciunt,

A quem me pauperem intuentur, contemnunt, & quem mundanæ glorię expertem prospiciunt, probris & maledictis insequuntur.

Attende emphasim in verbis, & serie verborũ contextam, nunc cum implentur scripturæ, cum promissa aduenerint, cum tẽpus adsit gratiæ, & abolitionis peccati, nunc cum apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri Dei, tempore legis nouæ, & amoris quo me illis adeo beneficum & clemẽtẽ ostendo, quando mundum Deo patri reconciliaturus accessi.

Viderunt me in persona loquentem, prædicantem, disserentem, mortuos suscitantem, fœtidos ad vitam re-
B uocantem, & infirmos proprijs manibus curantem, & oderunt me, odio habuerunt me gratis, nullam nacti occasionem, sola malitia, sine omni causa odiunt me, insidias mihi parant, strategemata machinãtur, qui me, nec lapidibus obruere, nec aliquando præcipitare potuerunt, vt me apprehendant, vt è medio tollant, & occidant.

Et patrem meũ, qui me ab æterno genuit, qui in me manẽs facit operat, quæ ego facio, cuius est doctrina mea, de quo ipsi gloriantur, cui mea est communis essentia, qui vnus Deus cum ipso sum.

Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est,
C *quia odio habuerunt me gratis.* Huius immanissimi sceleris præscia eorum scriptura, & prophetarum oracula, non semel est detestata facinus, quod videlicet sine causa, me prosequerentur odio. Ac si diceret, si aliqua occasione præstita insurrexissent aduersum me, si amore eos non præuenissem, si ego prior nõ dilexissem eos, si me subtraxissem, si beneficia impertiri denegassem, si optima non exhibuissem, si æterna non pollicitus fuissem, si aliquid ab eis abstulissem & promissa nõ attendissem, aut in aliquo offendissem, possent aliqua palliatione, odij liuorem obtegere, aut excusare.

Igitur intollerabilius nihil, nihil damnabilius, quã
D insontem persequi, damnare iustum, beneficum odire, assurgere aduersus dominum, & aduersus Christum eius, cuius facinoris per Prophetam conqueritur dominus: Quid iniquitatis inuenerũt in me patres vestri, quia elongauerunt à me, &c. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant, veni tyrannum, & principem mundi diabolum expellere, ab eius seruitute in sortem filiorum Dei reducere, inferni potestatem confringere, os eius occludere, cœlum reserare, ianuas paradisi pandere, à maledicto legis liberare, cœlestia dona impertiri, ad ouile meum errantes conuocare, & ad cœlestia fruenda, caulas reducere, &c. Hier. 2.

E Quæ causa odij, quę occasio? Vt impleatur (inquit) scripturæ sermo, qui est in lege eorũ, cuius sunt professores, in qua velut in speculo aliorum facta non sua cõspiciunt facinora, quia odio habuerunt me gratis, id autem non sic intelligas, vt sic euenerit, quia scriptura dixit, sed sic scriptura dixit, quia sic euentura erant, vnde consecutiuè non causaliter dictum intelligas oportet, iuxta quod scriptum est: Quæ ventura sunt annunciabo vobis. Isa. 41.

Illud etiam attende, sub nomine legis psalmorum oracula, & dicta vocitasse, quæ à lege illa veteri, & littera secernitur, cum sit psalmorum lex non carnalis, non ad litteram, sed spiritualis, & æternorum, hoc autem dictum non semel, sed pluties in psalmis prædictum

Psal. 108 ctum fuisse non ignoramus, præsertim ibi; Locuti sunt aduersum me lingua, & sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis, & alibi; Gratis
Psal. 84. absconderunt mihi interitũ laquei sui, superuacue exprobauerunt animam meam, & infra; Qui oderunt me
Ibidem. gratis, & annuũt oculis, & alibi: Retribuebant mihi
Psal. 37. mala pro bonis, quoniam sequebar bonitatem.

Iudæorum liuor, & odiũ in Christum.

Hæc & alia reperiuntur prænunciantia talem ac tantam Iudæorum insaniam, proteruiam, obstinationem, & malignitatem quæ omnia, sub vnius sermonis voce continentur, cum ab eodem Spiritu Sancto, omnium in pectore dictata sint, vnicoque ipsius sermone, omnia hæc comprehendi, & prænunciari faciat.

Vt impleatur sermo, &c. Scripturæ sermonem præ oculis præbet in genere odij, & persecutionum. Ipsa sacra scriptura testimonium reddente dictorum ab ipso, vt concludat, quàm sapidè omnia eius dicta veluti firmissima, ac verissima, & inconcussa accipere, ac retinere debeant.

Insuper quod sicut scripturarum præconia verificari, & adimpleri contuerentur, de persecutione, de crudelitate, de odio, & impietate peruersorum, ita & rememorari in aduersis, ac recolere, quę in scripturis pollicentur pijs, & iustis, ac persecutionem patientibus, vt innixi scripturæ infracti animis persistant, & finem certaminis longe diuersum, & imparem expectent, sicque non ignorent oportere nos per multas tribulationes in regnum Dei introire.

Sacra Scriptura tutissimum est tribulationũ nostrarum refugium.

Qui odio mundano obsessus reperitur, quisquis deprimitur, & tribulatur à cultoribus mundi, quisquis irretitur probris, & pulsatur tentationibus, omnia quæ in mundo pateris scripturæ sermonem recole, ad illam recurre, & spiritus sancti gratiam indesinenter expostula, Christi normam conspice, & ad ipsum quasi ad vexillum propera, ac velut ad ducem recurre, nõ enim habemus pontificem qui non possit compati calamitatibus sæuientium, sed quem mundus priorem nobis odio habuit.

Cum autem venerit paraclytus, quem ego mittam vobis à patre, ille testimonium perhibebit de me. Quid est quod tam frequenter de spiritu sancto mentionem facit Christus, de quo supra toties memoratus fuit? An quia conceptus ipse sit de spiritu sancto, & suæ humanitatis authorem magnificat, sed quomodo? Potest ne Christus, filius dici spiritus sancti, à quo in Virginis vtero conceptus fuit? Absit, sed si filius Virginis est, & dicitur, quem cõcepit obumbrata virtute spiritus sancti, quare nõ poterit, & spiritus sancti dici filius Christus? sed an non satis ad perfectam rationem matris sola sufficit materiei præparatio in vtero ad sibi simile generandum: nihil igitur ad conceptionem actiuam præbuit, nisi solã corporis materiam, ex purissimis & vsq; quaque suis sanguinibus sanctissimis, & hæc vera est maternitatis ratio, spiritus autem sanctus, cum nihil suæ substantiæ corpori Christi cõmunicauerit, corpus formando, & animam infundendo, cum nec sibi simile in specie produxerit, sed humanum corpus distinxerit, rectè nequit Christi pater vocari spiritus sanctus.

An mater ad generationẽ plus actiuè cõcurrat.

Cum autem venerit Paraclytus, &c. Adducturus in testimonium spiritum paraclytum, prius eius describit excellentiam, & conditionem, qua perspecta quãti faciendum sit tantum testimonium non ignoramus, te-

F stis enim omni exceptione maior, maius & irrefragabilius præbet de rebus testimonium, qui autem credim', & Aristoteli, & Platoni, siue Moysi, & Prophetis, qui instrumenta fuerunt spiritus sancti, quandoquidem author ipse est veritatis, & veritas à quocunque dicatur à spiritu sancto sit, quanto magis si ipse spiritus sanctus in persona propria testimonium reddat?

Spirit' Sãcti irrefragabile testimoniũ.

Et primò notandum licet alio nomine posset spiritũ sanctum nominare, vt supra spiritum veritatis spiritũ patris, &c. non obiter hic, vbi tristia recẽsentur, vbi sermo de odio, & de persecutionibus habetur, amoris spiritum inserere voluit, & sub paraclyti voce recensitum
G iri, sic tristia lætis copulari edocuit, nè frãgantur animi, nè corruentes deficiant, sed vespere, & mane fiat omnis dies, plerunque enim expostulat ipsa natura nostra, nè dum semper læta prosperatur insolescat, & sui creatoris, ac futuræ vitæ obliuiscatur, sic .n. sapiens ille Themistocles euectus in sublimitate regiminis in senatorũ Atheniensium consortio; eodem die parari sibi sepulchrum instituit, pro cuius constructione, quotidie sibi personaliter pręsentari fabricatorem ordinauit, & iussit ad petendas suppetias diurnalis structuræ, quo in se reuersurus, nõ extolleretur fastu mundano, corriperet petulantiam, facilè in segnes insurgentem. Hæc igitur
H prudentissimus Christus copulasse videtur iudicio, iuxta quod & Apostolus ait; Consolamini pusillanimes, & confractos consolidate.

Sepulturæ inspectio humanũ sæpè fastũ & ambitionem coercere solet, & tollere.

Cum autem venerit Paraclytus, quem ego mittam vobis ille testimonium perhibebit de me, & vos, &c. Ille (inquit) & vos: Dabit ille virtutem, dabit audaciam, dabit verbum euangelizantibus virtute multa, quo tanquã virtute ex alto roborati prædicationis munus subituri intrepidè estis. Hæc vos facturos, illa vos vrgebit charitas cum diffusa erit in cordibus vestris per spiritum sanctum, qui dandus est vobis, cuius charitatis meminit, & hic Augustinus, vbi inquit: Adhuc Pe
I tro, hæc defuit charitas, qui testimonium non reddidit Christo, sed voce ancillæ perterritus, non valuit veritati testimonium perhibere, sed contra suam pollicitationẽ timore magno compulsus est ter negare, timor autem ille non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, ante passionem Domini timor seruilis à seruili fœmina, dum robur accepit, ab ipso contra ipsum præualuit, post resurrectionem vero Domini liberalis eius amor ab ipso principe liberalitatis, vbi illic turbabatur, hic postea tranquillabatur, illic timebat, hic audebat, illic ancillam formidabat, hic in milites se ingerebat, & qui abstulit ab amicis Christi timorem,
K ipse inimicorum odium conuertit in amorem.

August. in Ioan.

Ille spiritus sanctus cum in vobis venerit i. ampliori copia in cordibus vestris diffusus fuerit, testimonium de me toto, de persona, de sermone, & de operibus perhibebit, & tunc vos etiam de me idem testimonium perhibebitis: Ille in cordibus, vos in auribus, ille in tenuis auræ sibilo, vos in vestræ vocis sono, tamen non vos primo, sed ille primus, & ideo vos perhibebitis, quia perhibebit ille, & sicut non ex se, sed per discipulos arguturus dicitur mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio, ita & non duo testimonia si duorum imò multorum, vnum est testimonium, loquitur non personando, aut perstrependo, sed suggerendo, & subministrando.

Illi autem proferendo annunciando articulatis vocibus instruendo, & protestando. Hæc expressius reiterauit cum iam ascensurus in cœlum dixit: Accipietis virtutem spiritus sancti, superuenientis in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ, sed nonne & ipse Christus, vel arguit mundum, vel testimonium perhibet veritati, dum de illo detestatur opera, quia mala sunt, & corá Pilato fassus esset, ad hoc in mundum venisse, vt testimonium perhiberet veritati, quia tamen opus charitatis qua denotatur spiritus sanctus, qui amor est diuinus, & per charitatem timor expellitur, quod in testimonio isto maximè requiritur. Ideo singillatim spiritui sancto hæc opera commendantur, & sine exclusione ascribuntur.

Act. 7.

Huius autem spiritus plenitudinem nondum accepimus, qui illum in pignus tantum accipimus. Repleti quidem sunt omnes spiritu sancto, qui aderant in Penthecoste in linguis igneis illis demisso, plenus vtique & spiritu sancto Stephanus erat, de quo per Salomonem prophetauerat, quoniam spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis, nonne & ipse est, de quo scriptum est: Cœlum & terram ego impleo, quomodo autem non implet, qui vbique omnia replet?

Sap. 1. *Hier. 23.*

Replet non loco, aut dimensione contentus, sed qui continet, & conseruat omnia. Vbique totus indiuisibilis non extra ambiens, sed intus vsque ad compages penetrans, & tamen, qui per gratiam mentes inhabitat, & passim talis in nobis augetur possessio, cum illa, quæ ex charitate est augetur dilectio.

Nulla dimensione contentus replet omnia spiritus sanctus.

Sic plenus erat Stephan' spiritus sancti gratia, sic repleti Apostoli, sic Sancti Dei omnes non hic, vt triumphatores, sed tanquam viatores, qui adhuc de virtute in virtutem ambulant, nec vnquam hic adhuc mortales ad finem perueniunt, ad quem vlterius progredi nō valeant, sed in patria triumphatores effecti, dum totali perfectaque dilectione dilectionis mandatum adimplent, plenitudine spiritus gaudent.

Ideoque non sic dicitur in præcepto, dilige dominū Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima, & mente tua, & ex totis viribus tuis, quasi adimpleturi hic simus, qui alienis plerunque curis distrahimur, sed diliges ait, i. in futuro, quod hic incipis diligendo, perfecta dilectione adimplebis, quis est, qui solum diligit Deū toto corde, mente, viribus, cum nemo carnem suā odio habeat? & plerunque bonum, quod vult agat, sed malum, quod odit faciat.

Cœterùm quid est repleti spiritu sancto, nisi repleti donis spiritus sancti? & ideo, tunc hic repleti dicimur, cum donis eiusdem pro salute fruimur, vnde Stephanus plenus dicitur, & gratia, simul & fortitudine, Apostoli pleni gratia linguarum, virtutum, & donorum, non vt in patria ad fruēdum, sed ad salutem propriam, & aliorum acquirendam. Multa autem, & potiora nobis supersunt dona, quæ solum completa erunt in patria, vbi perfecta, & secura sanctitas completa, & plena bonitas, æterna, & indeficiens charitas, quæ præstabitur, & possidebitur.

Gloriosissimus, & inuictissim' prothomartyr Stephan', qūo effet i vita spiritu sancto repletus & fortitudie plenus, & gratia.

Cum venerit Paraclytus, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Hos sibi irrefraga-

A biles adhibuit testes Christus, qui & veritatis sint amatores, & sanctitate insignes, testes omni exceptione maiores, tales tunc elegit, cum aduocauit cęlum desursum, & terram discernere populum suum. Hos & per Prophetam legislatorem, in sui, & pacti, & antiqui testamenti adesse vocauit, cum inquit: Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei; cœlum, & terram vocat in testes, qui omnes, qui tam in cœlo, quam qui in terra sunt spiritus illius veteris testamenti, & legis in testes asciuit. *Deut. 32.*

Nobis autem huius suæ nouæ legis testem non cœlum, aut terram, sed factorem cœli, & terræ exhibe-

B re voluit: hoc namque tam firmo, tam veraci, tamque irrefragabile testamenti huius sui Ecclesiam muniri voluit, quo nihil securius, nihil verius, aut firmius excogitari possit. Insuper & Apostolus contestes esse decernit, qui non proprio innixi iudicio, sed velut organa eodem afflati spiritu, ita reboarent, vt in omnem terrā exiret sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum Assumpsit, iubente Deo; librum grandem, in quo tamen scriberet stylo hominis in eodem continēda, duos adhibuit sibi fideles testes Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. *Isa. 8.*

At Christus potiora scribens non alio magno libro,

C quam toto vniuerso, qui non terrena amplius, sed cœlestia, & æterna nobis pollicetur, neque stylo hominis, sed Dei stylo, & spiritus sancti diplomate, in cordibus scribenda mandauit. Ecce summæ, & diuinæ veritatis archanorum diuinorum idoneos testes, ecce iam approbatos, qui afflati sunt spiritu sancto, qui sancti sunt, qui veritatis præparatam, in qua resideat tenent sedem, qm̄ in maleuolam animam non introibit sapientia, &c.

Ecce igitur, quomodo non alius, sed ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, & spiritus est, qui diuina loquitur mysteria. Attende quanta fiducia Apostoli Dei verbum prædicabant, Euangelium annuncia-

D bant, testimonium resurrectionis Christi Iesu reddebant, coram regibus, & principibus fidei dogmata pronunciabant quam constanter, quamque intrepidè medio foro, fidei rudimenta iaciebant, defensabant, persuadebant, simulque toti populo protestabantur. His testibus potior adhibenda erat fides, quos aduocat, & acceptat Christus. Apostolorum constantia.

Hi sunt, qui vita, doctrina, moribus, & miraculis poterant de Christo testificari mundo, qui consortio eiusdem ab initio sunt potiti, sic dissserente eodem Apostolo, & Euangelista nostro: Quod vidimus, quod audiuimus, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, hoc testamur, & annunciamus vobis. *1. Ioan. 1.*

E *Quem ego mittam vobis à patre, &c.* Vobis tristibus mundanis consolationibus expertibus, Paraclytus mittitur, alius è cœlo consolator dabitur: tribulationis enim, tanquam vocibus interpellari conspicitur, vt ad nos descendat Dominus, videns vidi afflictionem populi mei, & gemitum eius audiui, & descendi liberare eum: Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.

Plus obest persecutoribus ipsa persecutio, qua nos ad maius bonum, ad fœlicius gaudium ducimur, qua sub Dei tutella protegimur, & à spiritu sancto consolamur. Illi verò ad perpetuas calamitates perducuntur.

Vobis

Vobis mittam non omnibus, non indignis, non scelestis, non voluptatibus deditis. Non est totus mundus tanti doni capax, dignus tanto munere, super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, nisi super iustum? An nescitis, quia templum Dei estis vos, & spiritus sanctus habitat in vobis?

Ego (inquit) mittã vobis, qui pro nominis mei gloria patimini, ego vobis, qui persecutionibus comprimemini, qui tristia supportatis, qui malis subijcimini, ego vobis rependam alias vices, consolationibus alijs longè potioribus refrigerabo, ego remunerator, ego protector in me sperantium, adiutor in me confidentium, exauditor ad me clamantium, consolator pro veritate patientium, pro iustitia certantium, &c.

Ego mittam vobis consolationem, & paraclytũ non qualemcunque, non imbecillem, non prætereuntem, sed omnipotentem donorum omnium largitorem, dilectum, & mei, ac patris spiritum, mihi & patri cõsubstantialem, coæterũ, & coomnipotentem.

Mittam vobis à patre, &c. Superius dixerat: Rogabo patrem, & alium paraclytũ dabit vobis, quid est, quod modo ait, mittam vobis à patre?

Non inconsultò vtrunque hic exprimitur, ego mittam à patre, quibus paucis verbis multa mysteria, & archana diuinarum personarum colligimus, si quæ continentur illis adamussim recensere valemus. & quidem primo eandem in personis potestatem conspicimus, nè quis censeret per supradicta, patrem maioris esse authoritatis à filio, dum enim prius spiritum sanctum à patre mitti dixit, nè putares (quo ad diuinitatem) filium quoquomodo minorem à patre authoritatem habere, consultissimè, & se mittere spiritum sanctum apertis voluit verbis recensere.

Quãuis filiꝰ à patre mittatur nõ est ſi authoritate filij maior patris authoritas.

Secundò, vt cum intelligis verbum, seu filium à patre missum, haud tamen minoris esse authoritatis potentiæ, & dignitatis à patre, pari ratione ducaris in eandem sententiam de spiritu sancto, esto cum à patre, & à filio mitti audias æqualem, videlicet omninò, & patri, & filio in diuinitate esse.

Tertiò, vt errorem agnoscas, quo adhuc offenduntur Græci, qui spiritum sanctum à solo patre non à filio procedere: est enim hoc contra Christi, & doctorum suorum apertas, & oppositas determinationes. At ne nostros limites transeamus: non posset Christus se dicere missurum spiritum sanctum, nisi ab illo procederet spiritus sanctus, est enim missionis ratio in aliqua processionis ratione constituta, vt is mittere solum dici possit, qui originis, & processionis emanationem continet, qui igitur à filio mittitur, à filio procedit.

Græcorũ error de processiõe spiritus sãcti tollitur, & eliditur.

Quartò, aliam erroris eneruat falsitatem, qua idem rudiores Græcorum, à patre per filiũ procedere dicũt spiritum sanctum. Vbi tollitur operationis conditio ibi aufertur, & realis missionis ratio, qui igitur realiter mittit ipse est, & à quo realiter procedit.

Spiritꝰ Sãctus est nexꝰ amoris, quo se amant adinuicẽ pater & filius.

Quintò, pater, & filius sunt duo spirantes, ibi enim vtrumque distinguitur, ego mittam, & qui à patre procedit, est enim spiritus sanctus non amor solius patris, sed nexus amoris quo filius amat patrem, & quo pater suum amat filium.

Sextò, est tamen vnus spirator pater, & filius, qui vnius sunt voluntatis, & qui vnico se amore amant, vnam solam vtriusq; conditionẽ amoris complectentes, F cum spirans adiectiuè dicatur, & spirator substantiuè, ad insinuandam vnitatem substantiæ, quæ vna est, & communis patris, & filij, dicuntur vnus tantum spirator, sed quia restat personarum distinctio, ideo duo spirantes vna spiratione sunt pater, & filius.

Pater, & filius sunt vnꝰ spirator sunt tamẽ duo spirantes.

Septimò, potestas spirandi, quæ est in filio fuit sibi communicata à patre, sicut enim totus filius est à patre, ita dicimus, totum quod habet filius habet à patre, qui enim totam suam naturam communem facit, sic & oĩs concomitans virtus eidem est impertita: non tamen dicendum est filium dependenter à patre, spirare Spiritum Sanctum.

Octauò, pater, & filius sunt vnum principium spi- G ritus sancti, cum enim solis relationibus distinguantur abinuicem pater, & filius, omnis ratio distinctionis ab inuicem aufertur, vbi relatio non interponitur, igitur sunt vnum principium vtramque personam complectens, ex quibus sequitur.

Vnum sũt spiritus sãcti principiũ pater, & filius.

Nonò, quod Spiritus Sanctus non possit à filio mitti, quin etiam à patre mittatur, nec à patre possit mitti, quin à filio etiam mittatur.

Decimò, totius mysterium Trinitatis ibi aperitur, quod est firmissimum Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, singulæ enim personæ, & recensentur, & abinuicem distingui in vnitate diuinitatis ostendũtur, neq;.n. H esset spiritus patris, & filij, si alterius naturæ, & alienæ substãtiæ esset à patre, & filio. Absit.n. vt spiritus patris, & filij alterius sit naturæ à patre, & filio.

Qui igitur audis habiturum te, & accepturum spiritum sanctum, intellige non spiritum patris sine patre, nec spiritum filij sine filio te suscepturum, sed indiuisibiliter omnes accepturum personas, specialiter tamen munus dicitur esse spiritus sancti, consolari afflictos, quod ad omnipotentis bonitatem spectat.

Insuper & quia amoris indicium est diuini, neq;.n. consolamur, nisi à quo, & amamur, ipse autem spiritus amor est, si autem noster consolator, is est, qui super I omnes est, qui omnipotens est, qui fortitudo est, & ipsa bonitas est, quæ tribulatio, quæ angustia, quis gladius, quod periculum, quæ vita, quod mortis genus poterit nos à consolatione separare? In quibus ærumnis constituti non lætabimur in ipso?

Hinc qui franguntur adeo animis, spiritus sancti cõsolationibus suas calamitates, & amaritudines non temperantes, sed se desperationi, præcipites præbentes, ij peccare in spiritum sanctum dicuntur.

Spiritum veritatis, qui à patre procedit, &c. Nec ordinem peruertas originis, ob id quod superioribus verbis dictum est mittam vobis à patre, videlicet, vt sit tantum filij spiritus à quo mittatur per patrem, subin- K tulit apertius in tam mirabili, ac maximo Trinitatis, sanctissimo negotio spiritum sanctum, & à patre procedere, quasi in memoriam reuocans, quod supra dictum fuit, ab eodem; Paraclytus autem, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia: quod sub alijs verbis, & alio ordine repetit dicens, Cum venerit paraclytus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis, vtrobique etiam magistrum veritatis audimus, alium non esse à spiritu sancto, sine quo magistro, dum volunt homines sapientes fieri, stulti efficiuntur, nec iniuria quid certæ possumus veritatis haurire à mendaciorum fontibus.

Igitur

Igitur nedum vanum, sed periculosum, & perditionis initium ab ipso homine veritatem, sine spiritu sancto expetere, quibus illa impudentissima insania Hæreticorum reprobatur, qui suarum nouitatum illuminationem non à spiritu sancto, sed à perditis hominibus haurisse gloriantur, cum enim vtroque careant testimonio operum.s. quæ ipsi faciunt, quibus nonnisi belluæ dignoscantur, nulloue suffulti miraculo spiritus sancti, qui per gratiam inhabitat corda fidelium, non nisi tanquam mendaces reprobandi, & repellendi.

Hæreticorũ insania ostenditur

Ille testimonium perhibebit de me, ecce quales sint testes Christi, & factorum eius. Excellentiam attende, maiestatem mirare, non adducit, vt olim illo Iudaico populo terram, ac cœlum, aduocans cœlum desursum, & terram discernere populum suum, cœli enarrabant olim gloriam Dei, & ecce authorem cœli de Christo prodentem testimonium, non virgæ signum in dolatiũ conuersæ, vt Pharao Moysi præberet fidem, non arentis, & postea florẽtis arbustæ, non columnæ igneæ, &c. Sed ipsius deitatis totam Trinitatem, & cum primò de seipso dixerit, & si ego de meipso testimonium perhibeo testimonium meum verum est, subiecit, & æterni patris præclarissimum testimonium: Qui misit me pater ipse testimoniũ perhibet de me, cui & tertiam addit personam, spiritum sanctum.s. Ille (inquit) testimoniũ perhibebit de me, cum venerit super vos, cum omnem edisseruerit veritatem, & ita ex lege ipsorum, eorũ proteruia arguatur, in qua sancitũ est oẽ verbum ex duorũ, aut trium ore confirmandum fore, &c.

Sup. Io. 5.

Ille testimonium perhibebit de me, &c. Esto opera Christi, & dicta de Christo sufficiẽtia sint, & præbeant testimonium de illo, obseruanda sunt tamen ea, & eo spiritu intelligenda, quo sunt edita, quia & oracula, & scripturæ omnes à spiritu sancto emanarunt, qui spiritus est veritatis, dicente Petro; Spiritu Sancto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines, & opera sua Christus in digito Dei fecisse ostenderit, nemo pōt horum scrutator effici, nisi fuerit Deus cum eo, nemo.n. nouit, quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, & cui voluerit spiritus reuelare, oportet.n. luce meridiana clariora fieri testimonia & probationes, veritatem testificantium.

2. Petr. 1.

Sine spiritu sancto autem obscura est omnis veritatis testificatio, nec mouẽt hominem, aut dicta de Christo, aut scriptura de illo, aut figurantia ipsum, imò nec dicta ipsius Christi, nec facta ab ipso Christo, spiritus est, qui testificatur de Christo, spiritalis homo (inquit Apostolus;) Iudicat omnia, & alibi: Vt impleamini agnitione eius in omni sapientia, & intellectu spiritali, & iterum; Spiritus est, qui loquitur mysteria in ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

Spirit' Sãcti testimoniũ omnia illustrat, & roborat scripturarũ oracula
1. Corin. 2
Coloss. 1.
1. Cor. 14.

Et vos testimonium perhibebitis, &c. Quia testimonia Trinitatis portaturi erant toti mundo discipuli, ideo voluit post diuinarum testimonium personarum, vltimo loco testimonium Apostolorum collocare, quomodo autem possint ignari, & imbecilles, mundo testimonium perhibere de Christo tam sublimi, vt illo intelligas oportet, duas naturas, duo genera testium requirentes naturam diuinam, à suppositis diuinis, naturam humanam à suppositis humanis, qui enim Deus, & homo existit, Dei & hominum testimonia præbet, & quidem hoc secundum non sine primo, iuxta quod in actibus scriptum est; Accipietis virtutẽ spiritu sancti

A in vos, & eritis mihi, testes in Hierosolyma, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.

Act. 1.

Diuinitatis & humanitatis Christi testes sunt personæ diuinæ, humanitatis, & diuinitatis, testes sunt in humanis agentes homines, primum nè rapinam arbitretur se æqualem Deo fecisse, ideo deitatis personas in medium affert, secundum nè purum hominem, siue etiam phantasticum corpus assumpsisse arbitretur, & vlterius vtrorumque testimonium, diuinum, scilicet, & humanum adducit, qui Deus, & homo est, & cuius operationes, huic diuinitati, hinc humanitati ascribantur, & effectæ sint communes in persona eiusdem filij, & incarnati verbi.

Christi testes sũt diuinæ personæ.

B *Et vos testimonium perhibebitis, &c.* Et quidem firmissimè, & constantissimè induti virtute ex alto absq; omni timore, pleni omni constantia, omniq́ue fiducia, loquentes vbique de me, testimonium perhibebitis, in cateruis persequentium, in auribus impiorum ante reges, & præsides in turbine aduersantium, in medio passionum, in carcerum custodia, in plateis, & in ipsa morte, & hoc, quia ab initio mecum estis ab exordio meæ prædicationis, ex quo me mundo manifestaui, postquã vos in meam traxi societatem, postquam ego vos elegi de mundo, & quibus me in cõtinua cõuersatione dedi, C quos velut testes à Deo præordinatos consortes secretorum diuinorum feci, dum quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis, veluti qui permansistis mecum in tentationibus meis, quibus datum est nosse mysteria regni Dei, qui perspectores fuistis operum meorum, verborum meorum assidui auditores, archanorum Dei participes effecti mysteriorum diuinorum assidui contemplatores.

Vos (inquit) de me, quis nam sim ego, an Deus, an homo, an Deus, & homo, an verax, an doctor veritatis, an iudex, an iustus, an pius, an misericors, an mundi contemptor, an vitiorum exprobator, &c.

D Vos (inquam) de me testimoniũ perhibebitis: ecce vnum ex illis; Quod audiuimus, quod vidimus, quod manus nostræ contractauerũt, quod oculis nostris perspeximus, de verbo vitæ hoc testamur, & annunciamus vobis, & infra, qui vidit testimonium perhibuit, & scimus, quia verum est testimonium eius, & alibi: Oportet ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter vos dominus Iesus incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem, qua assumptus est à nobis testem fieri, &c. Duplici testimonio roborati erant, intrinseco spiritus sancti, & extrinseco operationum Christi.

1. Ioan. 1.
Act. 1.

E *Et vos testimonium perhibebitis, &c.* Fidele erit testimonium vestrum, licet testimonium Dei sit, quod maius est, qui testificatus est de filio suo, &c. Nobis tamen non debile, aut paruum, sed potissimum, & irrefragabile est testimonium eorum, qui ab initio conuersati sunt cum Christo, qui Achates fuerunt Christi, qui nedum gesta à Christo, sed & factorum, ac dictorum ab ipso oculatissimi obseruatores fuerunt. Rerum seriem, verborum energiam, & factorum omnium scrutati rationes sunt; Magna hic obseruãda est Christi humilitas, qui suorum factorum homines in testimonium non est dedignatus habere, & veluti censores, & arbitres accipere, cuius testimonium maius est omnibus hominibus, & hominum maximi.

Cur in sui testimõiũ hoïes Chrs assumat.

Prædica-

Prædicatorum maxima est attendenda dignitas quibus & personæ, & actionum Christi concessum est testes fieri, & acceptari. Hinc aduertant ne se falsos testes in tanti momenti negocio exhibeant, aut temere aliquid affirment de ipso, paueant hic pseudo prædicatores hæresum, & adinuentionum, ac nouitatum prędicatores, consulant sibi qui fucis verborum, & lenocinijs popularibus suis concionibus, audientium auribus pruritum immittunt.

Pseudo prædicãtes vana, & falsa annunciãt

Hi profectò non Christi, sed sæculi, & suæ vanitatis potius testes efficiuntur, & sunt, suum peruertunt negocium, opus Euangelistæ nõ faciunt, ministerium suũ non implent, & à sinceritate Euangelica recedunt, inaniter in vinea Christi laborãt, hominibus potius quam Deo placere student, tantum quærunt quæ sua sunt, & non quę Iesu Christi, quibus optimè improperatur, receperunt mercedem suam.

Et vos testimonium perhibebitis, &c. Attende ex verbis, in nobis sine nobis, nihil perferre Dei maiestatem, qui de Christo testificatur, & de eodem testificari nos constituit, maiorem enim reddet Dei maiestatem potentiam, & bonitatem, dum nos suæ virtutis participes efficit, quam si solus à seipso agere omnia videretur.

Boni ratio diffusiua est.

An non de ratione boni est sui ipsius diffusiuum esse? & summum bonum, summè suam cœteris impertiri bonitatem? qui enim nos in alijs beneficos, fieri, & esse iubet, ipse velut inuidus suæ nos bonitatis participes non efficiet?

Quomodo igitur nobis sine nobis nostram operabitur salutem, qui nec seipsum sine nobis in testimonium adducere instituit? Ecce quomodo Dei coadiutores

F sum, ecce quomodo certam nos nostram vocationem facimus, ecce quomodo omnia in nobis non sine nobis operatur Dominus.

Insuper, & qui in testimonium Christi factorũ eius asciscimur, illud vnum obseruemus oportet, quod testibus est necessarium, integritatem morum secum deferre, nè dum discoli, & perfricatæ frontis efficimur, nostrum aut euacuetur, aut fidei, aliquid depereat testimonium. Proh bone Deus, huius testimonij imbecillitate, euacuata hodie est fides, apud tot, & tantos populos, apud tot, & tantas nationes, vt vix ex multis, aliqui, vel pauci sint in Anglia, in vtraque Germania, Gallia, &c. qui credant auditori nostro, quod si testes omni exceptione maiores efficeremur, quomodo refragari

G posset testimonium nostrum, quo euangelium; & catholicam fidem portare non possemus, eius effecti testes in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terrę? Per nos enim, tanquam per viuissima sua instrumenta loquens Paraclytus testificaretur.

Qui igitur ignauiæ incumbimus, qui mortua instrumenta, & sine spiritu organa sumus, quomodo Spiritũ Sanctum fraudamus in nobis de filio testimonium præbere poscentem? Cum igitur his maximè calamitatibus, his insurgentium, ac vndique pullulantium hæresum temporibus, nostrum de Christo requiratur testimonium, quomodo (quæso) damnabiliter obticemus, & à testificationis munere cessamus? Testium in culpã retorquetur innocentis iniusta condemnatio. Nos autẽ

H & Christum, & Christi sacramenta, Christiq; matrem & sanctã omnia, conculcantium voluntati dimittimus, cuius nec testes, nec participes esse curamus.


Tacendũ non est cũ quid cõtra Christum, et sanctos audimus nec vllo modo debemus obtrectarẽ & cõculcari sãcta, & diuina, permittere.



TESTAMENTVM
IESV CHRISTI SALVATORIS
QVOD
SERMO DOMINICVS NVNCVPATVR
REGISTRATVM
IN D. IOANNIS EVANGELII
CAPVT XVI.

A SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE R. P. F.
Io. Maria Capalla, Salutiensi, Ordinis Prædicatorum,

Doctissimis Commentarijs, ad varios Sacræ Scripturæ sensus, Reseratum.



HAEC *locutus sum vobis, vt non scandalizemini.* Maxima in Christo hic notatur pietas in imbecilles, maxima discretionis compassio, qui animos discipulorum corroborat, ad perferenda æquo animo aduersa; primò enim de persecutionibus in communi propositum tenuit, deinde ad peiora mala descendit, quibus afficiendi erant, primò ad omnes, qui piè viuere volunt in ipso, sermonem conuertit; Postea ad Apostolos, & atrociora perpessuros descendit, & quidem ad obsequium nostrum nō vulgare, cum illud aduersum, quod impræparatis animis, & inopinatè mente subitò irruit, nos facilius frangat, deijciat, & concutiat, quàm illud, quod præuisum, præparato occurrit animo, magni etiam viri, & alias constantissimi, si virtute obfirmati non reperiantur, repentinis cladibus facilè prosternuntur, & qui minus offendimur à præuisis, à Christo admonemur, & certiores efficimur.

Casus, inopinati, & repetini facilius homines deijciūt, & cōcutiunt.

Hæc omnia (inquit) locutus sum vobis, de his omnibus disserui, futura prædixi, vt non scandalizemini, nè cum euenerint mala, causetur quis, & scandalum in sui perditionem accipiat, dicens: Hæ promissa sunt mihi bona per Euangelium, quod bona nuncians dicitur, per Christi legem, in qua promissa sunt gaudia per ipsum, à quo promissiones accepimus ad beatè viuendum: Et ecce dum bona expecto, mala suscipio, dum præstolor gaudia, occurrit luctus. Si Deus nos in suam constituit partem, si nos ad sempiterna bona fruenda vocauit, si hæc Ecclesia ouile est Christi, quomodo tot ærumnis quatimur, tot aduersis impetimur, tot pressuris subjcimur? Puto quòd Deus nos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus, vsque in hanc horam, & sitimus, & esurimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus, & tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsque adhuc.

A Hæc (inquit Apostolus) scribo vobis, non vt confundam vos, sed vt filios carissimos moneo; in omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aperiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur; sed non derelinquimur: humiliamur, sed nondū confundimur, deijcimur, sed non perimus; semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes: Sed quorsum hæc nobis? Vt & vita Iesu (inquit) manifestetur in nobis; semper enim, nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, propter quod non deficimus, sed licet is, qui foris est homo noster corrumpatur, tamen is, qui intus est renouatur de die in diem; Id enim quod in B præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis; Et alibi: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Facessant igitur, qui Christi Ecclesiam hic triumphantē expetunt, & suæ animæ dicunt. Anima mea habes multa bona tibi exposita: Comede bibe, & inebriare, quiesce, & epulare, &c.

1. Corin. 4.

2. Corin. 4.

Rom. 8.

Hæc locutus sum vobis, &c. Non mundo, qui voluptatibus corporeis irretitus, non percipit ea, quę sunt Spiritus Dei, & hæc, quæ me audistis pdicentē, nè excidant à mentibus vestris, nunq̃ vos in aduersis ptereant: Videte nè obliuioni tradātur, nè scādalizemini; Mundi naturā aperui, eius conditionē recensui, quę obuentura C sunt vobis prędixi, nè vllis mundi machinis obruamini. Qui.n. vos prudentes esse peropto, nè dicatis postea illud nō cogitabā, nō hoc credebā, nunquā talia Christi Euangeliū pfitentibus euentura existimasē, apertis disertisq; sermonibus apio, q vos fortes, victoresq; ī bello aduersus hūanas diabolicasuè phalangas desidero. Hęc vobis obuētura pronūcio, q cautos, strenuosq; athletas nè vos deuincāt malis, damnisuè pernibus hostes, erudio, & tela, dolos, iacula hostiū vrorū apio, vt hic dicta tua quā firmiter mihi sit credēdū, necnō ī cęteris, q̃ pdixi vobis.

Hæc locutus sum, ne scandalizemini. Quid sibi vult, nè scandalizemini, nisi & si concutiamini, haud tamen deijciamini? Sed qui in sola nocte scandalum patitur, & si deterreatur, non tamē deijcitur & si fluctibus agitetur, haud tamen demergitur. Quid si Christus eos non obfirmasset? si suo eos sermone non munisset? si hæc omnia non prædixisset? nonne paulominus corruissent, & cessissent hosti? Vnde tantum timido ore Petrus Christum negauit, qui cum intrepido corde filium Dei viui fuerat confessus, & qui ipso relicto pastore omnes aufugerunt corpore, mente tamen minimè à magistro suo procul erant.

Scandalizantur imperfecti. *Vt non scandalizemini.* Perpassio hæc pusillorum, & imperfectorum. Pax autem multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Vnde beatus dicitur, qui non fuerit scandalizatus in me. Adhuc autem scādalum patiuntur Iudæi in Christū, qui filij Dei passionem negantes, perseuerant exprobrantes. Absit hoc à te Domine, sed nondum sapiunt, quæ Dei sunt. Turcarum scādalum. Hoc Turcæ abhorrent, dum morti Deum se subiecisse, nec capere, nec audire patiuntur. Iudæis igitur scandalum perseuerat, & gentibus stultitia; nam Mahumetani, vt Agarenos sibi copularent, qui Manicheorum insanijs, & hæresibus erant infecti, non Christum, sed loco eius alium sibi similem Crucifixum dixerūt, capti scandalo, quod talibus Deus afficeretur pœnis, & opprobrijs. Cui nè daretur locus errori, sua pariter, ac nostra nobis recensere disposuit singula affutura malorum genera prouidus magister.

Tanti autem mali consideratione, qua nunc monemur, alias acritèr exprobrantur actores ab eodem. Veh mundo à scandalis, veh homini illi, per quem scandalum venit. *Matt. 18.* Cum enim totus in maligno mundus sit constitutus, necesse vtique, vt eueniant bonis scandala. Est enim scandalum loquens, vt qui scandalum ponit, laqueum, seu occasionem mali astruat, & offendiculū præbeat. Submouēda omninò sūt scādala. Qui igitur malitiam præuidet Christus, scandala inde suboritura non obticuit, & tanquam medicus, languorem præuidens, pharmaca ad remedium exhibet.

Ibidem. Vitandi sunt laquei, scandala declinanda, & occasiones submouendæ. Sic Christi docet elogium. Si manus tua, vel pes tuus, aut certè oculus tuus scandalizat te, abscinde, erue, proijce illum abs te: melius enim tibi vnum oculum, vnum pedem, & vnam manum habentem ad vitam ingredi, quàm duos habere, & in gehennā mitti. Quid est oculus, nisi intentio? quid manus, nisi operatio? quid pes, nisi obfirmatio? quorum in exordio Psal motū memorat Dauid, qui cautiores nos fieri curauit. *Psal. 1.* Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum. Ecce occasio, & præbitum scandalum. Abire cum eis, est assentire, & associari illis, & in via peccatorum; Nō stetit veluti complantata lapidibus, & scandalorum occasionibus. Et in cathedra pestilentiæ nō sedit. Quieto animo in peccato persistens. Resecanda igitur sunt peccata, occasiones peccatorū auferendæ, laquei euitandi, odia, conuersationes, crapulæ, vanitates, lenocinia, & impedientia salutis nostræ progressum.

Vt non scandalizemini. Attende quanta ad semouenda scandala à suis, operatus sit Christus, qui post prolixum sermonis ductum, hæc omnia locutum se fuisse fatetur, vt non incidant in scandala. Quid autē damni vnum pusillum scandalizanti supersit, nec obticuit: Expedit (inquit) ei, vt suspendatur mola asinaria collo eius, & demergatur in profundum maris. *Matt. 18.* Hoc quidem expedit, Palesthinorum more occumbere, & demersum iri, quàm more damnatorum in regium in æternam gehennam proijci, in inferni profundum. Vide quàm satiùs sit iniuriam pati, quàm irrogare; mala ferre, quàm inferre; pœnas subire, quàm oblectamenta quærere; Virtuti incumbere, quàm vitijs operam nauare.

Malorū penè omniū & facinorum causa sunt scandala. Quanta verò supersint mala his, qui inter fideles subministrāt occasiones offensionum tam Dei, quàm proximi oculis pusillorum in fide si qui vnum scandalizat, talia prometur ad interitum, vt deleatur totaliter de terra, ac in maris profundum demergatur; quid qui pluries, & plures vndique scandalizat? O nostrum exitium, qui scandalo sumus, habitu, pompis, ludo, blasphemijs, detractionibus, ebrietatibus, comessationibᵘˢ, impudicitijs, verborum obscænitate, & factorum improbitate. Hinc nostris criminibus offensi, scandalizati recesserunt à nobis, & in hæreses prolapsi sunt orientalium, occidentaliumque populi. Et propter nos iugiter nomen Domini blasphematur inter gentes.

Cæterùm, qui nos vident, qui nos audiunt, qui nos considerant, offensi à nobis recedunt, oportet; quorum mores, vita, & conuersatio procul à Christiano homine conspiciuntur. Turcæ, & infideles, nostris moribus offensi, nostris odijs intestinis, nostris hæresium, & schismatum controuersijs, scandalum patiuntur assiduè. Nos autem cum propter nos, hanc hæresum tempestatem non ignoremus exortam, nec hoc expediens sumimus, vt in mari mittamur, vt profluuijs (inquam) lachrymarum operiamur, vt non vituperetur ministerium nostrum, nec ad illud Christi expergiscimur, sed omnibus scandalo damnabiliter efficimur, qui ex nostra ignauia, nos otiosos vocant, ex nostra voracitate, lupos, ex temeritate, effrenes, ex insolentia, discolos, ex carnalitate, belluas, ex indignatione, & laceratione inuicem canes, ex blasphemijs, improbos, ex scurrilibus mimos, & ex legis contemptu damnatos, ac perditos. Quid autem euenturum sit nostris magnatibus, rectoribus, principibus, & prælatis, qui suos adeò stomachantur subditos, quorum positi sunt formæ viuendi: Quomodo nō actum sit de sacerdotibus, quorum incompositione morū, adeò offenduntur populi; quid comptis mulieribus, & meretricibus, quæ offendicula tanto apparatu, ad irretiendum homines parant, cum talia sint, quæ recenseri nequeant, cuique consideranda relinquimus. Scandala prælatorū sacerdotū & magnatum quot, & quāta īferāt mala & damna.

Prudentissimus ille iuuenis, angariatus technis Auunculi sui Laban, Iacob, exploratam habens vim similitudinis, præponebat tam incubis, quàm succubis ouibus, nunc albas, nunc versicoloratas virgas, quibus inspectis tales conciperent fœtus, quales contuebantur respersas coloribus: *Gen. 30.* Irruit Phinees in virum illum Israelitam, & scortum Madianitidem, confodiens vtrunque vltore pugione, quod in scandalum aliorum nefariè operabantur. Et attestante Proph. Reputatum est illi in iustitiam vsque in sempiternum. *Num. 25* *Psal. 105* Aman, æmulator Assueri regis gloriæ, erecto supercilio, non assurgenti sibi patibulum parat, quo ipse suspenditur, vt meruerat. *Hest. 8.* Armiger Saulis, contuens dominum suum, spontе

sponte mortem opetijsse, irruit & ipse super gladium suum, diem sibi ipsi claudens: Hærodes aduersus Christum adhuc in crepundijs agentem, Cayphas aduersus Christum prædicantem, & mortuos suscitantem, Hierosolymorum populum abducunt, & in facinus inducunt.

1.Reg.vl.

Dum Iudaizat cum Iudæis Petrus, vt illos facilius lucrifaceret, gentes suo exemplo veluti edoctas, ad Iudaizandum compellit, Apostolo exprobrante: Dicant Domini, dicant patres, dicant & matres, an suo exemplo seruos, ac filios humiles, sobrios compositos moribus, & Deo deuotos, seu elatos, Epulones, discolos, blasphematores, sanguinolentos, & à pietate, ac religione alienos effecerint. Quod si cum sancto, sancti sumus, & cum peruerso, peruersa dicimus, nō aliunde retorquenda est filiorum proteruia. Hanc etiam impietatem agant fratres, non vterini tantum, sed & contubernales, ad quos indignatione concitus, ait Dominus: Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas; sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Arguam te, & statuam contra faciem tuam.

Matt.ult. Gal.2. Parentum scãdala in filios. Psal. 49.

Absque Synagogis facient vos, &c. Inter præcipua, & maxima, quæ inferenda sunt mala, hoc vnum velut omnium malorum præcipuum, nedum prædicit, sed & cœteris anteponit Christus. Duo malorum genera specialiter, post communem, ac generalem prænunciatam persecutionum tempestatem, hic maluit exprimere: alteram, quæ exterius ad corporalem pertinet pœnam, vsque ad occisionem, & mortem se extendentem; alteram verò, quæ animi, & interioris hominis afflictionem, & pœnam indiceret, ea verò, quæ acerbior, & immanior animi afflictio, non obiter anteponitur, cum eò sit grauior animi, quàm corporis pœna, quò nobilior est corpore ipse animus, sine quo, aut nullum, aut omnino inutile est ipsum corpus: eiectio à Synagoga, ipsa proscriptio est: eiectio à populo Dei, expulsio à consortio bonorum, & velut peripsema. Mundi detestatio, & (vt clarius intelligas) ipsa excommunicatio est.

Hæc pœna penarum dicitur, & omnium malorum hominibus execrabilissimum; opprobrium fieri hominum, & abiectionem plebis. Velut impios extorres facient à Synagogis suis, in concilijs suis non recipient, nisi ad flagellandum vos: supra enim, decretum fuit per Pharisæos, vt siquis Christum confiteretur, extra Synagogam fieret: adeò autem, tale in mentibus fidelium inualuerat edictum, vt qui ex principibus in Christum credebant, nè eijcerentur à Synagogis Iudæorum, à confessione Christi retraherentur in manifesto, magnificientes aut propriam, aut popularē gloriam, super gloriam, quæ Dei erat, & Christi.

Excõmunicatio est pœna pœnarum. Ioan. 9.

Absque Synagogis facient vos, &c. Sed (vt August. inquit.) Quid mali erat Apostolis expelli à Iudaicis Synagogis? quasi non essent inde exituri. Sed aliud est vltrò recedere, aliud à consortio repelli, aliud sponte egredi, aliud ignominiosè exprobrando expelli. Expellere Christi discipulos ex Synagoga, est nolle partem cum Christo habere Synagogam, nisi enim expulissent, alia non fuisset à Synagoga ipsa Ecclesia Christi: sed quæ nunc nouerca facta est Iudæorum, mater

A fuisset omnium Christianorum: quia autem ipsi voluerunt, quod respuerunt ipsi quod proiecerunt, Ecclesiam à Synagoga seiunxerunt; fidelium congregationem à consortio suo sustulerunt, Israelem spiritualem à carnali seorsum constituerunt: sic protestati sunt illis Apostoli: Vobis oportebat primum annunciare verbum Dei, sed quoniam repellitis illud & indignos redditis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Hinc à Synagoga, & Dei verbum, & æternam vitam procul exulare, sua culpa cognoscimus.

Act. 13.

Hinc nudam, inanem, & solam vmbram Synagogã illam esse comperimus, quæ nuda omni gratia, inanis omni spe, & expers omnis veritatis relicta est, quæ à se omne veritatis verbum propulsauit. Quomodo non cœca, non vacua, & sterilis remanebit, vt sic quæ prius peperit plurimos, Synagoga, iustos, & fidei cultores, mortificata sit, & quæ sterilis erat Gentilitas, Ecclesiæ vtero fœcundata sit? Hinc subortæ, & pullulantes Sathanæ Synagogæ, adhuc nostris calamitatibus hinc inde videntur, vna semper remanente Ecclesia fide inuiolata hæresibus innoxia, veritatis puerpera. Ablatum est ab eis Regnum Dei, & datum est alteri; Sublata talenta: vineaq; alijs locata est agricolis, qui suis reddant temporibus fructum.

B

C *Absque Synagogis facient vos, &c.* Synagoga in Moyse originem habuit, sed Ecclesia longè antiquior, & præstantior fuit ipsa; antiquior veluti quæ in Abel originem habuerit, qui primus iustus, Virgo, & Martyr extitit, à quo sacrificia primum ortum habuisse, ex sacris edocemur eloqnijs. Cœterique omnes, ad Moysen vsque, qui fideles fuerunt, non ad Synagogam, sed ad Ecclesiam spectabant. Qui igitur nunc Synagogã à Christi fidelibus separant, absque Synagogis suis nos facientes, ab Abele, Enocho, Lotho, & Abrahamo, cœterisque priscis fidelibus se seiungunt, & alia se in caterua constituunt. Qui verò ad Ecclesiam pertinent, amplexantur & priscos illos omnium fidelium patres, cœterosque qui vsque ad sæculi finem addendi sunt, fideles. Restat igitur, vt qui extra Synagogam efficiuntur, fideles, hi ad Ecclesiam Christi spectent, quæ ab origine mundi principium habuit, & ad finem vsque perseuerabit.

Ecclesia prior Synagoga est, & antiqor.

D

Læta expulsio, quæ ad meliora compellit; fœlix abhominatio, qua ad potiora deducimur: Quoniam (inquit Proph.) pater meus, & mater mea dereliquerunt, me: Dominus autem assumpsit me. Dulce exilium per quod ad patriam conquirendam adducimur. Salutaris proscriptio, qua in sortem filiorum ascripti per E ducimur. Absque Synagogis faciant nos, proscribant nos, exules faciant nos. Quid nobis cum Synagogis? si à Synagogis in Ecclesiam incurrimus, quare (rogo) & Iudæi, & Hæretici non cedunt Synagogis, & Ecclesiam non adeunt? Exules sunt à Christo omnes Synagogæ, vel Christus exul est ab omnibus Synagogis. Sibi inest Ecclesia, quam sibi copulauit in sponsam, postquam Christum; & discipulos eius extra suas Synagogas illi fecerunt. Deinceps non aliud restat, quàquod & Diaboli, ac malignantium, sint omnes Synagogæ, vel rectè potius Iudaizare, quàm catholicum profiteri, est omnem Synagogam construere. Iudaismum redolent, potius quàm Christianismum, conuenticula omnia seorsum ab Ecclesia existentia.

Psal. 26.

Ancillam autem eijcere contra dominam insurgentem, & se extollentem, iubet Dominus, & filios sine hæreditate relinquere; non enim erit hæres filius ancillæ, idest, omnis Synagogæ: sed liberæ, idest vxoris, ac sponsæ germanissimus Ecclesiæ. Medius ille Noe filius maledicitur; primus & vltimus benedicuntur, quia Ecclesia, quæ prior erat, & post inuenitur, compos est omnis benedictionis effecta; Synagoga, quę media fuit, naturalis & Euangelicæ legis, maledictionem, sua proteruia, est consecuta. Semen eius omnes censentur Hæretici, qui nedum in turpitudine oblectantur, sed cæteros ad oblectandum effrontes efficiunt: Qui insuper, tanquam truculentissimi, matris viscera corrodunt, & è ventre eius pingues effecti exiliunt, idest, Ecclesiæ sacramenta, & bona omnia dilacerant, corrodunt, ac demoliuntur, deinde per apostasiam, ab eius vtero diuelluntur.

Synagoga Iudęorum maledicta.

Absque Synagogis facient vos, &c. Attendant, qui excommunicationis pœnã paruifaciunt, & hanc sciant grauiorem, & cęteris damnabiliorem existere, sed cum quadruplex sit excommunicatio, rationem ipsarum hic breuibus perstringere, consultum videtur.

Excõmunicationis pœna.

Vna est excommunicatio grauis, sed sine censura.

Alia grauis, & cum censura.

Tertia, & leuis cum aliqua censura.

Quadruplex excõmũicatio.

Quarta, cum censura graui, sine offensa tamen, vel quædam est censura sine peccato, quædam est censura, cum peccato, quædam est peccatum, sine censura, & quædam est censura, præter peccatum. Quarum alia est grauis, alia grauissima, alia leuis, alia leuissima.

Prima est communis peccatoribus.

Secunda obstinatis,

Tertia ignorantibus.

Quarta iniuriam patientibus. Quicunque peccatum mortale committit mox graui innodatur excommunicatione, & hoc à Deo, priuatur enim consortio illo diuino, cui communicabat per gratiam, per quam homo trahebatur in communicationem cum Christo, consors diuinæ factus naturæ, vt inquit Petrus.

Efficitur insuper exul Paradisi, cuius ciuis erat, cum sanctis, & domesticis Dei; priuatur statim communione sacramentorum, cum cœteris fidelium cœtibus; ita vt non liceat ad quodcunque sacramentum accedere, nec illud suscipere, nisi præuio dolore, & per nouam pœnitentiæ, ac confessionis: Inhabilis redditur, non tantum ad suscipiendos ordines, & munus Ecclesiasticum obeundum, sed ad susceptos exercendum, aut officium aliquod peragendum, siue sit speciale opus Euangelicum, siue sit sacramentum ministrare, siue etiam prædicatione euangelizare.

Grad⁹ qb⁹ excõicati, excõmunicatiõis pęna puniuntur.

Quicunque sic se exhibent indignos Christi ministros, licet non alijs sua officiat culpa peccati, sibi ipsis tamen grauius exitium, cumulantes, crimina prępatãt. Esto tamen in Ecclesia adhuc perseuerent peccatores; sunt in ipsa veluti infructuosæ arbores, & putrida sarmenta, rami aridi, membra mortua, quæ non participant cum corpore Christi in merito, nec in vita, nec in virtute; Vnde nec gaudent participatione suffragiorum, nec potiuntur fructibus charitatis, nec resperguntur dulcedine supernaturali.

Demùm, apud Deum nulla maior est excommunicatio, quàm peccatum mortale, quo tandem omni-

F bus homo priuatur bonis, & datur Sathanæ tradendus pœnis æternis. Hinc & Paulus monet, vt nos ab eorum retrahamur consortio, quos grauibus criminibus irretitos agnoscimus. Si is, qui frater nominatur inter vos, fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, cum his nec cibum sumere. Et alterius grauissimæ excommunicationis ipsa est radix, & fundamentum, vt nequeat validari, quæ maior appellatur, nisi mediante prima; idest peccato existente veluti materia propria ipsius maioris excommunicationis. Est enim prima Dei, secunda autem Ecclesiæ; nec debet Ecclesia, nisi quem Deus excommunieat, excommunicationum cẽsuris innodare.

Maxima è hominis excõmunicatio mortale dilectum.

G Vnde præmittitur: Si peccauerit, & quidem non omninò occultè, sed in te. In Adam autem accipe quomodo à Deo excommunicati sint peccatores.

Matt. 18. Excõicatio Adæ.

Primò enim donis supranaturalibus mox priuatus fuit.

Secundò deditus pœnis, & erumnis, ac morti.

Tertiò pulsus è Paradiso.

Quartò segregatus à consortio Angelorum.

Quintò maledicta illi terra, & quasi omnia anathemate percussa. Priuatio autem eius, illius ligni vitæ priuationem à sumptione sacramentorum significat,

H quæ interdicitur excommunicatis.

Maior verò excõmunicatio, tam exitialis est hominibus, vt satius illi esset, si natus non fuisset, quicunque hac irretitur, detinetur: per hanc enim, mors illa ciuilis incurritur, qua velut cadauer putridum, talis ab Ecclesia reijcitur, & abhorretur. Et hoc est primum. Secundum verò incommodum est, vt illis omnibus priuetur bonis, gratijs, & priuilegijs, quibus per baptismum compos effectus fuerat, & perdit ius omne, quod acquisierat: vnde non solum, qui ab vna Ecclesia, per excommunicationem pellitur, ab illa efficitur pulsus, sed ab omni alia, & vbicunq; extra omnem Ecclesiam;

Excõicationis maioris vis quanta sit.

I quandoquidem hoc fit Ecclesiæ generalis, & Christi authoritate, dicentis; Quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis.

Damnũ quod tertiò incurritur, est vt traditus sit potestati Sathanæ: posset enim Sathanas, in eum suam exercere potestatem, in torquendo, & inhabitando, ac in damnationem trahendo; quod tamen, & interdum non efficit, ac ne faciat impeditur. Non efficit (inquam) quandoquidem per spatium aliquod temporis, cohibet seipsum ab excruciando sibi traditos, nè resipiscant, & absolutionem quærant, & nè ducti timore, retrahant ab excommunicationis vinculo cæteros.

K Sed fingit Diabolus, & suam mentitur iurisdictionem plerumque, nè diuertant incauti ab huiusmodi laqueis excommunicationis. Aliquando Dei benignitate, per Angelos custodes cohibentur, aut quia minus, quàm par sit ex charitate inflictæ, & illatæ sint, aut certè, quia his pœnis vti nos præstolatur, vt spiritus saluus fiat. Hac enim ratione, corporaliter vexandus peccator tradebatur Sathanæ, vt saluus fieret spiritus. Et quandocunque non ista ex charitate quis mouetur, ad excommunicationes infligendas, sciat non se expertem, sed obnoxium criminis, & impietatis, vtpotè, quod in medicinam ordinatur, vt salutem operetur, illud aut ex liuore animi, aut in exitium, & perditionem statuat.

Cur nõ subitò omnes excõicatos Diabolus occupet.

Attende

Vide quorundã prælatorũ malitiam, qui sępè passione animi, vel liuore suos excõmunicant subditos, vt suũ expleât furorẽ, & indignatiõem suam sic ostentent.

Attende quid de seipso loquatur Apostolus, q & Chę-rinthum excommunicauerat ob fornicationis facinus. Alexandrum, & Himeneum, à catholica fide apostatas, tradidi (inquit) eos Sathanæ, vt spiritus saluus fiat. i. vt vt ex vexatione, qua tunc in illos sæuiebat Sathanas à suorum errorum culpis retraherentur. Duplici enim calle Ecclesia, & caput eius Christus, peccatores ad salutis portum adducere satagit. Vno modo, verbis admonendo; alio modo, flagellis corrcendo, & ante hoc secundum, semper præcedit illud primum; vnde non fiant validæ excõmunicationes, nisi prius præcesserint admonitiones: sic, n. & obseruari instituerunt, Christus, & Apostolus: dicente Christo; Si te, nec Ecclesiã audierit, sit tibi, sicut ethnicus, & publicanus, & Apostolo ad Titum. Hæreticum hominem, post secundam, aut tertiam correctionem deuita.

Quartum, quod incurritur incommodum, est inhabilitas ad suscipienda sacramenta: priuatur. n. potioribus Ecclesiæ bonis, qui extra Ecclesiam efficitur.

Quintum, est priuatio participationum, earum orationum, quæ communiter, & publicè funduntur pro toto corpore Ecclesiæ, & licet seorsum possit aliquis, pro excommunicato preces effundere; non tamen potest in celebratione missarum, orationem specialiter; pro illo dicere, nec illum cœtui Ecclesiæ aggregare, aut misceri, qui ab Ecclesia, per Ecclesiam est reiectus: Semel tantum in cœna Domini, ab Antistite concessum est, pro excommunicatis orationem fundere.

Quot & quatis bonis priuetur excommunicatus.

Sextum, à Dei protectione eximitur, cum nihil ad nos de his, qui foris sunt. Protegit autem Christus velut gallina, pullos suos sub alis.

Septimum, non potest recuperare deperdita bona, & fieri iterum particeps suffragiorum, & meritorum, quę bonorum operum virtute acquiruntur; dum in laqueo excõicationis irretitus perseuerat: sic n. virtutib⁹, & suffragijs diuinis priuari dicitur, quia nec sacramenta, nec bona alia virtuosè suscipere potest irretitus.

Octauum, nec Ecclesiæ ingressus est illis concessus, nec diuinis interesse possunt.

Nonum, alijs etiam nocet, & assistentia, & conuersatio, ita vt cogantur cessare à diuinis, & desistere à faciendo sacrum, si contingat interesse excommunicatum, donec expellatur.

Decimum, omnibus legitimis actionibus, & officijs publicis est priuatus, & tanquam infamis relinquitur, dum perseuerat, & opprobrium hominum, & abiectio plebis. Vnde nec iudex, nec testis iuratus, nec tabellio, potest aut esse, aut admitti; esto in fauorem aliorum, possit interdum testamentum condere, vel codicillum facere.

Sepultura excõicati est sepultura asini.

Vndecimum est, negatio sepulturæ corpori eius, cum cœteris fidelibus, aut in loco sacro, sed sepultura sepelitur asinorum, sine lumine, & Cruce.

Duodecimum, Ianuæ Paradisi clausio, licet enim pœniteret facinoris excommunicatũ, & pœnitens moreretur; tamen illi clausa remanet Ianua Paradisi. Vnde cautius absolui debent mortui, nè dum ligati perseuerant in terris, perseuerent, & in cœlis. Tandem tamen, si essent in gratia mortui, à Christo pijssimo liberaturi creduntur.

Alia excommunicatio, quæ leuis est, aut minor, dicitur quidem priuare hominem, seu ipsum separare,

A & remouere à susceptione sacramentorum, officiorũ, & beneficiorum Ecclesiasticorum, non tamen à cœtu fidelium, nec ab ingressu Ecclesiæ, aut ab audientia diuinorum, nec à participatione suffragiorum. Et cum per eam non priuetur gratia homo, nec vita ciuili: potest & illorum particeps esse, quæ ad conseruandam vitam requiruntur. Vnde potest à quolibet legitimo confessario ab illa censura absolui, & ab aliquibus non vocatur propriè excommunicatio, sed habens aliquid per modum excommunicationis, & sine prolatione superioris, ac sine culpa, seu etiam animaduersione interdum incurritur, nec efficitur irregularis, participans, seu administrans diuina in illa, &c.

Quantum excommunicatio sit timenda.

B Alia superest ratio excommunicationis, qua homo, quo ad Ecclesiam, & in foro exteriori, subiacet quidem censuris, & pœnis, sed cum sine suo proprio extet fundamento, idest peccato mortali, apud Deum, & in foro interiori, non exulem reddit hominem à regno cœlorum, aut damnationis obnoxium. Est enim interdũ ipso iure, nulla excommunicatio; puta si fiat à non habente super aliquem authoritatem, vel contra priuilegia, vel pro facinore, vel ab eo, qui est notoriè excommunicatus, vel falso innixa fundamento, vel quando ad impediendum regressum, ad superiores promulgatur.

Discãt hic ab Authore pſidẽtes illi, & hac nſa tempestate ppositi quorũ alig ex minima quauis ocasione, imò & suspitione leuissima, tã paruiq; sepe erroris furore perciti excõicatiõis sentẽtiam suos ferũt i subditos & qdẽ freqũeter qui dã id agẽt nõ erubescũt; quos oẽs tã facilè in talem prũpẽtes errorẽ tãq̃ proprij excõicatiõis vocabuli ignaros, & charitatis expres lõgẽ à nr̃s dbemus ppulsare cõfinijs velut quos pãẽter agnoscimus tali oĩno indignos eẽ regimine.

C Interdum verò licet sit iniusta, haud tamen est nulla; & talis non est paruipendenda, sed timenda, & absolutio procuranda: siue enim iusta, siue iniusta, dumodo non sit ipso iure nulla, semper est timenda, cui obedire est necessarium, & quo magis iniusta, eo magis ad meritum sustinentis. Cum enim sit pœna, imò maxima pœnarum, maioris efficitur meriti apud timoratè sustinentes: sic enim, humilitatis meritum, compensat eius iniustæ excommunicationis damnum.

Si igitur adeo tremebunda, & exitialis erat illa excommunicatio Synagogæ Iudæorum, si tantùm damnabilis erat illa proscriptio à Synagoga, quomodo non
D toto conatu veluti damnabilior, & perniciosior erit fugienda ipsa excommunicatio, & proscriptio ab Ecclesia? cum illa esset serua, ista sponsa, illa ancilla, ista domina; illa pedagogus, ista magistra; illa vnius populi, ista totius mundi; illa terminabilis, ista perpetua; illa tenuis iurisdictione, ista summæ authoritatis? quodcunque solueris super terram, erit solutum, & in cœlis, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cœlis.

Nos autem eò propius Deo accedimus, quò longiùs à mundanis Synagogis recedimus: eo potius Deo coniungimur, quò remotius à consortio mundano abstinemus.
E Nihil nobis obest ille recessus, multum prodest nobis huius accessus. Sanctorum communionem assequimur, cum ab impiorum caterua seiungimur.

Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Suam imprudẽtiam, ac indiscretũ zelum maior contaminauit impietate Iephte, qui filiam suam vnigenitam sacrificare voluit, omnino longè damnabilior horum impietas, & sæuitia, qua Christi fideles, tã immaniter persequuntur; O errorem horrendum, siccine reddis domino, popule stulte, & insipiens? Ita nè, vt placeas Deo, percutis placentem Deo? hac duceris impietate, sæuissime Synagogarum instaurator, vt te furente templa Dei viui, & manufacta, (in quibus Deus colitur, & adoratur;) & non ma-

 nufacta.

n usacta, (quæ corda sunt iustorum) prosternantur, soli recidantur, & trucidentur? Venit hora (inquit) potestatis eorum, quæ ad horam conceditur, quo meliorem in sortem extollantur iusti. Omnia hæc mala in hora iustis euenire permittuntur. Primum enim horæ præludium, est proscriptio à consortio: Non enim permittitur in consortio impiorum, iustum interesse.

Descenditur ad insidias, ad carceres, ad vincula, ad plagas; tandem eò res procedit, vt omnis, qui eos interficit, arbitretur obsequium præstare Deo. Quod est suæ impietati imaginem pietatis prætexere. Sed hæc omnia ad horam tantum: quia non relinquet dominus virgam peccatorum, super sortem iustorum. Vnde prudens illa Anna, concinebat in Cantico: Dominus deducit ad inferos, & reducit; Dominus humiliat, & subleuat: pauperem facit, & ditat.

Hæc cum Dei sint iudicia in abyssis occulta; quomodo percipiet animalis homo? Quomodo (inquam) cognoscentur in tenebris mirabilia eius, & iudicia eius in terra obliuionis? Sic oportet transire per ignem, & aquam electos, vt in refrigerium intrent. Sic enim sunt necessariæ tribulationes iustorum, vt oporteat eos, per multas tribulationes in regnum Dei introire. Multæ sunt hic rubigines, vbi in multis offendimus omnes. Ideo (vt Bernard. ait) quod lima ferro, quod flagellum grano, quod fornax auro, quod malleus argento; hoc facit iusto tribulatio. Vnde Hierusalem: non simpliciter lapidibus preciosis ornata describitur, sed expolitis, & sectis, secundum quod scriptum est; Deus, quem amat corrigit, & castigat, flagellat autem omnē quem recipit. Hoc enim agit cum electis Deus, quod cum filijs agit pater, de quo scriptum est: Qui diligit filiū, assiduat ei flagella. Propterea inquit Dominus: Ego quos amo corrigo, & castigo. Sed & multis adhuc laboramus hic infirmitatibus: Deus autem, est medicus, qui sanat omnes infirmitates nostras, ad quem mittunt; Martha, & Maria dicentes. Domine, ecce quem amas infirmatur. Et peritissimus inquit. Infirmitas hæc, non est ad mortem, sed pro gloria Dei. Nihil iustis ad interitum, nihil ad perniciem, nihil ad mortem, quibus omnia cooperantur in bonum.

Aliquando sunt præseruatiuæ malorū, dicente Apostolo; Nè magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis, Angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Aliquando ad cumulum meritorum, & gratiæ. Dicente Iob: Vtinam appenderentur peccata, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera. Quasi arena maris, hæc grauior appareret. Et Apostolus aiebat. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. — *Iob 6.* — *Coloss. 1.*

Aliquando exhibetur, & suscipiuntur, tanquam media ad consequendum finem, dicente Apostolo. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Vnde, apertè protestatus est Christus: Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, idest: ijsdem medijs vos consecuturos esse idem regnum, quibus sum ego consecutus. An melioris conditionis erimus exules, & inter adoptionis filios ascripti filio naturali, vnigenito, consubstantiali, in quo semper bene sibi complacuit pater? dicente Apostolo. Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei, si autem filij, & hæredes; si tamen compatimur, vt conglorificemur. Vide testificantis authoritatem, & attende testificati veritatem, q̄ sit Deus verax, omnis autem homo mendax. An non prædestinatus erat Christus? sic tamen oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Si autem in viridi hoc fecit, in arido quid fiet? Si naturalibus ramis non pepercit, quid fiet alienis? A planta pedis vsque ad verticem, non erat in eo sanitas; Nec vbi caput suum reclinaret habuit, & tu membrum eris spinosi capitis delicatum? — *2. Thi. 2.* — *Luc. 22.* — *Rom. 8*

Vlterius, voluit Deus hic iustos affligi, & pluribus ærumnis, & cruciatibus torqueri; quo animæ immortalitas certior haberetur. Hæc enim duo irrefragabilia naturæ principia, sine controuersia sapientiores cōfessi sunt. Nullum bonum irremuneratum, & nullum fore impunitum malum. Et Apostolus ait: Deus fidelis permanet, negare seipsum non poterit. Negaret autem seipsum, si iustitiam negaret, quia iustitia Dei, est ipse Deus. Ideo fidelis, & iustus reddens vnicuiq; iuxta opera sua. Et hoc est, quod præsuppositum, & creditum est, & veluti præambulum fidei admissum; dicente Apostolo: Oportet accedentem ad Deum credere quia est, & inquirentibus se, remunerator est. Quibus facilè alterius vitæ status animæ arguitur, & comprobatur, cum ibi via impiorum prosperetur, & benè sit his, qui male agunt, multę verò sint tribulationes iustorum, de quibus tamen liberabit eos dominus; quia preciosa in conspectu Domini mox sanctorum eius. Impij autem ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Quod exemplo Lazari, & Epulonis apertè monstratum est. Stat igitur iustitia Dei tribuens vnicuique iuxta ius suum, quia opera illorum sequuntur illos. Quomodo insuper conseruarentur virtutes in hominibus, quæ sine contrario marcescunt? Vbi patientia, adeò fructuosa, & necessaria? vbi humilitas, fundamentum omnium virtutum? vbi constantia, fortitudo, & aliæ, quæ velut sericum à vermibus; in nobis nascuntur, quasi aurum è terra, & gemmæ à serpentibus? Vnde Apostolus. Tribulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit, &c. — *Animæ immortalitas* — *Hebr. 11.* — *Tribulationes gēmæ sūt latētes in dumis.* — *Rom. 5.*

Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo, &c. Expulso à Synagogâ Christo proscriptisq̄ue inde discipulis eius, peiora futura prænunciat, talem dicens illis imminere persecutionem, vt eorum cęde, obsequium Deo se præstare arbitrentur, & cum in solo illo Iudæorum populo, Dei cultus haberetur, adorantibus gentibus idola, falsorumque Deorum simulachra; Constat ibi de impiorum Iudæorum, malè de Christo sentientium, sermonem principaliter habere. Vnde Augustinus ait: Quia voluerunt illi recipere Christum, quid restabat, nisi vt remanentes ipsi sine Christo, extra Synagogas facerent, qui erant cum Christo? — *August. Tract. 9.*

Attende, quo zeli prætextu, sæuiant in seruos Christi, qui vlt̃ra sæuire nequeunt in Christum. Obsequiū (inquit) arbitrātur se præstare Deo, ex interitione vestra, impijssima, ac omni caligine obcęcata prætensio. Dum, quem zelum, ex fide habere debebant, eodem contra fidem agebant: vnde addidit. Quia non cognouerunt patrem, neque me. Ex Augustino ibi hoc vnū aduertimus adnotandum esse, non dixisse dominum, — *August. Ibidem.*

& venit hora; verum ait. Sed venit hora. quasi, aliquid, contra ipsos interfectores, & aliquid pro ipsis interfectis, insinuaturus; tanquam dicturus fuisset. Separabũt quidem illi vos à synagogis suis, quos recepturus sum ego in regno cœlorum. Separent igitur illi vos, quia tunc ego; cum eiecerint vos, cum exprobrauerint, & maledixerint, ego recipiam, & benedicam. Secundum quod scriptum est. Maledicent illi, & tu benedices (Psal. 109) seruus tuus lætabitur in te sed venit hora qd? sed nõ nisi, veh illis, & minime vobis Beati enim eritis, cum maledixerint vobis homines, & eiecerint nomen vestrũ, tanquam malum propter filium hominis; gaudete, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlo. Itaque cum non tribulationem super tribulationem sed post tribulationem, consolatiotionem præstolaturi erant; ait, sed venit hora, & non ait: Venit autem hora; siue, & venit hora. Hoc suo etiam non secundum scientiam, sed impio zelo, ad crucifigendum Christum sunt deducti, de cuius nece, obsequium se Deo præstare credebant.

Qui supra prædixerat. Si me persecuti sunt, & vos persequentur tali nunc suo eosdem erexit, & consolidauit exemplo. Et vbi prius de persecutione loquebatur, Ibi apertius de occisione loquebatur; sic enim oportebat diuini verbi pręcones instar tubarum ductilium, ad subeundum munus iniunctum, disponi; Quorum sonus in omnem terram exiret, & in fines orbis terræ, verba audirentur eorum. Tubę ductiles, æneæ sunt, quæ solis tunsionibus perficiuntur, & igne. Ideo in igne Spiritus Sanctus super Discipulos descendit, formasque linguarum expressit, quò facilius perficerentur apti ad sonum, qui ab ipsis erat exiturus, in orbem terrarum, & quæ subinde tunsionibus subiacere debebant. Ideo hæc Christo prænunciante, se ipsos præparabat: quia, si tundendo (inquit Aug.) Ergo vapulando perficiuntur, si cum tribulamini proficiatis, tribulatio ipsa est tunsio. (Augus. in psal. 91.) Profectus, productio est, sicque tubæ Dei ductiles estis. Ego tubam (inquit sapiens ille fabricator) perficere volo. Non perficiam, nisi tundam; quandoquidem. Virtus in infirmitate perficitur.

Audi vnam ex tubis, dicentem. Cum infirmor, tunc fortior sum. Iam tubæ sunt à Synagoga reiectæ; Restat vt tundantur, & venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se pręstare Deo. Quod obsequiũ Deo? vt sint tubę Dei? Minime, sed vt prorsus delerentur de terra, & cum iustis non scriberentur. Non, vt Christi nomen, in orbe terrarum personaret, sed magis vt periret memoria eorum cum sonitu.

Hæc diaboli membra cogitabant, quæ ab eorum capite, qui fuit homicida ab initio didicerant, sed quid personat tuba illa ductilis, tantis tunsionibus excussa? Ecce quid repente insonuerit, tantis damnis, & afflictionibus, languoribusque percussus. Dominus (inquit) (Iob 1.) dedit, Dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factũ est; sit nomen Domini benedictum.

Tunditur, & iterum, atque iterum tunditur, vsque ad saniem tunditur, cępit putrescere, & scatere vermibus, supposita est Eua vxor eius, ad seductionem eius, seruata ad ministerium diaboli, non ad solatium mariti; suggerit blasphemias, non obtemperat ille, obtemperauit Adam illi Euæ, in Paradiso; non obtemperauit iste huic Euæ, in sterquilinio; vnde repellit iste suam,

A audiuit ille suam, & noluit contristari delicias suas. Ergo melior Iob pars in sterquilinio illo, qui gloriosius erat in paradiso. Sed adhuc Eua erat, Adam autem ille non erat. Equalis erat malitia mulierum; inequalis autem assensus hominum. Iste tunsionibus effectus est tuba; ideo qualiter recte insonuerit, audiamus. Quasi, (inquit) vna ex stultis mulieribus locuta es, si bona (Iob 2.) suscepimus de manu Domini, mala autem, quare non sustineamus? ò dulcem, & suauem huius tubæ sonum. Ille autem non est effectus tuba propterea nihil auditũ dignum insonuit; sed in Euam crimen iniecit; Mulier, (inquit) quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, & (Gen. 3.) B comedi.

Quæ igitur sint tubæ, quales præcones, quomodo malleis tribulationum disponantur, & perficiantur, ex his apertè didicimus. Sed nonne sunt & tubæ quædam corneæ? Psallite (inquit proph.) in tubis ductilibus, (Psal. 97) & voce tubæ corneæ. Dicat Aug. Quid est vox tubæ corneæ? cornu (inquit) excedit carnem, & carnem superando oportet sit firmum ad perdurandum & capax vocis, sed vnde hoc? Quia carnem superauit, qui vult esse tuba cornea superet carnem. Quid est superet carnem? Transcendat carnales affectus, vincat carnales libidines, Audi quid Apostolus dicat de tubis his cor- (Collos. 3.) C neis; Si consurrexistis cum Christo, quæ sunt quærite, quæ sursum sunt sapite, vbi Christus est, in dextera Dei sedens. Illi nondum erant tubæ corneæ, quibus ita loquebatur. Fratres, non potui loqui vobis, quasi spiritua- (1. Cor. 3.) libus, sed quasi carnalibus.

Hæret quidem carni cornu, sed excedit carnem, & quanquam oriatur ex carne, superat tamen carnem. Fies ergo ex carnali spiritualis, si adhuc carne calcans terram, spiritu erumpes in cœlum. Hæc tuba cornea; illa est, quæ perstrepit, fortius personat, altius intonat, & ea est, de qua scriptum est. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo meo scelera (Isa. 58.) D eorum &c.

An non audis aliam tubam corneam, à carnalibus adeo subleuatam, vt vix mel siluestre, locustarumque o[illegible], in desertum secedens, in cibum assumeret; Ne leui saltem maculare vitam famine posset? cui & ipsa veritas testimonium præstat. Venit filius hominis, man- (Matt. 11.) ducans, & bibens, & dicunt. Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Ve- (Ioan. 1.) nit Ioannes, non manducans, nec bibens; & dicunt. Dęmonium habet. Audi & hanc tubam corneam, in carne quidem, sed supra carnem eleuatam. Ego vox clamantis in deserto, parate viam Domini, &c. Vis audire E tibicinem, artem tibicinis insinuantem alteri? Audi Apostolum dicentem, & regulas dantem. Argue (in- (2. Thi. 4.) quit) obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Præcipuè autem is tuba Dei est, in quo Deus locutus est, Hæc est tuba non per quam, sed in qua Deus locutus est, qui nouissimè diebus istis in filio nobis locutus est. De quo & Proph. testatus est. Deus locutus est in sancto suo, in quo sancto? In illo, qui sanctus sancto- (Psal. 59.) rum est. De quo Gabriel Angelus testificatus est. Quod (Luc. 2.) enim nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Ille sanctus qui de Spiritu sancto conceptus est. Sanctus (inquam) cui Cherubin, & Seraphin, in throno maiestatis proclamant. Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus sabaoth. In hoc sancto locutus est: ipse tuba

Dei,

Dei, qui est vox Dei, & verba habens Dei, eodem supra dicente. Verba quæ ego loquor, à me ipso non loquor; Pater in me manens, ipse facit opera. Quæ opera? sermonis & vocis, quia dedit voci suæ vocem virtutis. Ipsa ductilis à patris virtute procedens: ipsa cornea, incorrupta carne, ex matre Virgine nascens. Ipsa ductilis, & ipsa cornea ductilis, velut malleis in passione percussus. Cornea, quia per resurrectionem, impassibile corpus in cœlum euexit, cornu salutis, in quo gloriaremur erexit,

Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo. Indiscreta hominum præsumptio, ex Deo contra Deum, tanta bacchatur impietate, vt quos Deus ad salutem, hos ad mortem destinare non pertimescant. Huius tam execrabilis flagitij, immensæque temeritatis ansam proprij arbitrij, & indiscreti iudicij, vsurpata præbet auctoritas, qua ignari, de diuinis iudicium ferre præsumunt. Hoc idē de Christo, turba iudicium proferebat, alijs dicentibus, quia bonus est, & è contrario, alijs dicentibus, non sed seducit turbas.

Nimis temerè præsumentiū de altis Dei effari mysterijs quā sit dānanda conditio.

Hęc communis ratio turbæ, turbare sententias, dum scinditur incertum, studia in contraria, vulgus. Nulla enim nauis absque nauta, & clauo periculosius exposita est, & agitata procellis, ad impugnandum in scopulos, quibus fracta demergatur, audaci hominum petulantia, nec lege, nec decreto, nec rectoribus gubernata, Scire vias Dei volunt, quasi gens, quæ iudicium fecerit, & eius mandata custodierit, & quia à Deo suo recesserunt, euanuerunt in cogitationibus suis, & factum est insipiens cor eorum; errauerunt ab vtero locuti sunt falsa. Ideo dimisit eos Deus, secundum desideria cordis eorum; ibunt in adinuentionibus suis suo arbitrio ducti, tantum facinus, aut admittere, aut committere audent, vt Dei caros, viros iustos, sanctos homines, Christi discipulos, nō tantum probris afficiant, iniurijs lacessant, persecutionibus insequantur, diuersisq; pressuris comprimant, irrideant, deprimant, sed ad necē vsq; cōducāt.

Pauli conuersio.

Vtinam illius saltem miraculosa conuersione persecutoris instructi desisterent, & proprij arbitrij rejectus habenis Domino conquerenti. Cur me persequeris, qui meos ad perdendum quæris? responderent. Domine, quid me vis facere? Parce ignorantiæ meæ. ignosce Domine temeritati meæ. Ego meo arbitrio agitatus furijs, absque charitate inuectus, indiscreto prorsus, ac sine charitate zelo concitus tantæ impietati operam dabam. Dicito tu mihi, quid agere resipiscendo debeam, ecce me dolentem, parce mihi pœnitenti, & iube tu, quid me vis facere? Non quæsiui eruditionem; non acquieui dicentibus mihi: Meum spiritum aliorū spiritui præponere non timebam: Audebam ego singularis cęteris singularibus me ęquare, imò, & anteponere, & super coetaneos meos, vehementius in tuos insilire, etiam crudelibus funibus, ad tribunalia impiorum pertrahere. Modo quia tecum res agitur, ferr tio stimulum, nec recalcitrare vlterius possum; ecce me paratū. Iube quidquid tibi iustū, & mihi opportunū videtur,

Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos arbitretur se obsequium præstare Deo. Non solum vilipendit mundus, non solum odit, verum & interficit, quos magnifacit diligit & fouet Deus, velut peripsema huius mundi traditi sumus impiorum voluntati; Omnis (inquit) qui

F interficit vos arbitratur obsequium se præstare Deo; Qui nam sunt qui hæc faciunt? Mundus. Quibus hæc faciunt? vobis; vobis (inquam) discipulis meis, amicis meis, fidelibus meis. Tale statim mundus concepit odium in Christi fideles, vt non ab infidelibus tantum, imò & à pseudo christianis, videlicet hæreticis passim vsque ad internitionem atrociora quę valent inferant mala.

Hoc primum consultauit Caiphas, & consultores eius de capite, quod & de membris cogitant hæretici curam visus est suscipere salutis omnium gentium; vt morti condemnaret Saluatorem omnium, & tamen G vterque, velint, nolint obsequium præstant Domino, qui & ad salutem aliorum, & ad gloriam interfectorū, Christum volunt pati, & suos persequi, plurimos occidi. Sic enim facit Dominus mentes interfectorum, ex charitate patientium, quàm impietatem illorum pro liuore sequentium, sic enim Dominus probat suos, iuxta illud quod dictum est. Igne probatur aurum, & argentum, homines verò in camino humiliationis.

Hæretici præstāt nolētes Deo obsequiū.

Eccle. 2.

Probantur & qui acceptantur nummi nonnunquā deiectione in terram, vt ex sono dignoscantur à falsis. Tali nobiscum, & ipse Dominus experientia vtitur, non vt ipse, sed vt nos veros eius asseclas dignoscamus. H Quapropter dum percutit non alio, quàm suæ manus instrumento percussisse legitur. Quandoquidem manus non tantum percussionis, sed et à medicinæ ac sanationis est instrumentum dicente Proph. Ipse vulnerat & medetur percutit, & manus eius sanabit; & alibi. Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & sublevat, deducit ad inferos & reducit. Qui enim propriè tangit, & tangendo percutit, quos ad solum tactum agnoscit.

Nota.

Iob 5.

1. Reg. 2.

Cęteri autem filij à parentibus diuersimodè dignoscuntur, soli qui filij sunt Dei ad tactum dignosci videntur. Cognoscunt canes suos fetus olfatu, & odore; co- I gnoscunt suos corui solo colore nigredinis, oues ad balatū, equi ad hinnitum, gallinæ ad sequelam, homines ad effigiem, solus Deus suos agnoscit ad tactum.

Vnaqueq; res ex sua qua peculiariter pprietate pollet agnoscitur.

Cuius typum sanctus ille Patriarcha Isaac legitur gessisse, qui nec fidens voci, nec credens odori, solo tactu voluit certior effici, si is esset cui benedictio debebatur, Accede (inquit) ad me fili mi, ut tangam te &c.

Genes. 27

Quapropter inimicus Sathanas petiturus à Domino, ut iustum affligeret sic inquit. Extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, & iterum mitte manum tuam, & tange os eius. Quod & Iob fatebatur cum loqueretur. Miseremini mei, miseremini K mei, saltem uos amici mei, quia manus Domini tetigit me. O Dei omnipotentis suauissimam manum; ò saluberrimum saluatoris tactum, quo sic suos dum corrigit, ad salutem prouocat; Quos enim ipse amat (teste Apostolo.) corrigit & castigat; flagellat autem omnem quem recipit; ò suauissimum salutiferumque tactum non ad interitum, sed ad uitam, non ad dispositionem, sed ad conuersionem immissum; Visi sunt quidem oculis insipiētium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum; illi autem sunt in pace, & cum electis sors illorum est.

Iob 2.

Cap. 19.

Heb. 12.

Hunc sibi tactum Dei omnipotentis benignitas uelut peculiare reseruauit; teste eodem. Nolite tangere Christos meos. Occidi quidem possunt electi, tangi autem

Psal. 104

autem non possunt. Hæc timenda est corporum occisio, vbi animorum consistit saluatio. Namque ibi diuinus est tactus occisorum, vbi salus operatur animorum dicente eodem Domino & Saluatore. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & post hoc non habent vlterius quid faciant. Auertat Deus tantum à nobis irę & furoris suæ percussionem, quibus aut exterminat, aut occidit, tangat nos peccatores illa benignissima manu, qua cuncta benedicit, Quod & alius peccator lacrymis perfusus semel atq; iterum efflagitabat; Domine inquit, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Non enim rogabat, qui facinorum suorum veniá petebat, ne prorsus à diuina manu iustitiæ tangeretur, à qua nullum malum inpunitum aliquando relinquitur, sed hoc tantū petit, ne in ira & in furore corripiatur. Quasi apertè rogans se punitum iri in hoc sęculo, ne in alio secundo pœnis longè acerbioribus puniretur. Quandoquidem hij corripiuntur furore Omnipotentis, qui morti æternæ, & perennibus pęnis tradūtur.

Sine tactu occidūtur sancti. *Matt. 10.* *Psal. 6.*

Insuper & qui in ira corripiuntur, licet ad tempus in loco sit vbi purgantur facinora, attrocissimis tñ pœnis, incendijs vsque dum redderent ad minimum quadrantem debitorum suorum destinantur. Tangit suos etiam Dominus per quem tactum illis adhereant. Nam quisquis alium tangit illi adhereat oportet, tangendo igitur adheret Dñs; dicente Proph. Cum ipso sum in tribulatione, & alius gloriabatur in huiusmodi suis tribulationibus; Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Hoc tactu dum tangit montes illos fumigare facit. Quia dum extra tangendo percutit per contritionem elatos peccatores humiliando ad se conuertit. Et stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt dicit Dominus. Et omnis mons, & collis humilabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

Psal. 90. *2. Cor. 12.* *Psal. 103* *Amos. 9.* *Isa. 1.*

Quare ex tangi timemus, & flagellat benignissimę manus diuinæ nos tangentis abhorremus, si per tactum ad vitam, & immortalitatem resurgimus? Arbitrentur tàm infideles, quàm pseudo christiani, dum sæuiunt in Christi asseclas obsequium se præstare Deo, imò, & nobis persecutionem patientibus, cum longè potiora sint bona, quæ ex persecutione, & corporum occisione suscipimus, quam mala, quæ ad horam accipimus. Hinc ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, & ille sanctus Apostolus, licet senio confectus ad crucem tamen perductus alacri vultu mortē subiturus inquiebat. Hoc est quod semper optaui, & votis omnibus exquisiui.

Act. 5. Simonis Chananęi Apostoli & martyris laus, ardentissim⁹ zelus, & charitas.

Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem, neq; me &c. Hinc displicet imprudens, vnde placere studet. O zelū prorsus sine omni scientia, & cognitione. Deum ibi oblectari putant, vbi summè offenditur, Ibi Deum irritantes, vbi placere student; hoc faciunt incauti, hoc imprudentes operantur. Hoc nostri temporis hæretici, impietatem pro pietate effingūt, & quodam indiscretissimo zelo, sæuiunt in pios, catholicos persequuntur, sacerdotes trucidant, templa præcipitāt, sacramenta conculcant, imagines sanctorum deturpāt, & sacra omnia demoliuntur: sed attende quid sit prædictum in causam esse facinoris. Hæc facient vobis, (ait) quia non nouerunt patrem, neque me. Quid est

Hæreticorum damnanda pręsumptio.

A aliud non nosse patrem, quàm non nosse iustitiam patris? quid non nosse filium, nisi non nosse redemptionis mysterium? Et quomodo positus sit in ruinam, & in resurrectionem multorum? Quid est non nosse patrem, & filium, nisi non nosse quomodo pater vindex sit illatarum iniuriarum Christo, Matri eius, sanctis sacramentis, & seruis eius. Hanc Christi gloriam est qui quærat, & iudicet. Dixit enim supra; Si me sciretis, vtique, & patrem meum sciretis.

Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis &c. Præstantissimum remedium, Dei verbum, tentationis tempore, B quo munitus protegitur animus. Præmonere vos operepretium duxi, & præuenire futura incommoda, ne præuenti, incauti efficiamini, sed reminiscamini quia ego omnium inspector dixi vobis: ego veritas infallibilis dixi hęc vobis. Quanti autem momenti sit dictorū à Christo domino rememoratio, & verborum ipsius firma certioratio, à primis illis nostris parentibus, tàm prę claro adhuc experimur exemplo, quibus serpens ille antiquus, impia calliditate sęuus, scutum illius verbi Dei, veritatis, quo muniti erant, vt illuderet, auferre fategit, vt sic ruptis illius Dei amicitiæ iuribus, & fœdere illo labefactato, quod cum illis inierat Deus, dissolutis, & C diruptis nexibus dilectionis, in contumaciam tractos, disperderet, & præcipitaret. Temerè enim ausus est, impijssimum illud interponere, nequaquam: vt eo nequaquam fieret homo nequam.

Dixerat Deus illis. In quocunque die comederis ex ligno illo sciētię boni, & mali, morte moriemini: A qua veritate callidus ille, assumpto serpente, ementiam facere veritatem est conatus. Non sic est (inquit) vt Deus prædixit: sed eritis sicut dij, scientes bonum, & malum. Ac si diceret, mulier crede mihi, magis quàm illi; non sic eueniet, vt ille dixit.

Gene. 3. Diaboli vafrities.

Nec sic putandum est de cibo illo, sicut Deus tibi D dixit. Ego maiori affectu te prosequor, tui potioris beneficij, ardentiori caulor desiderio. Deus tuum bonum inuidet, & ne illi efficiaris æqualis, vetitum illum effecit. Ego aperio sinceram vobis veritatem, quia eritis sicut dij. Absit enim, vt sub tam pulchro, suauique pomo delitescat virus mortalitatis. Vide eius pulchritudinem: odora fragrantiam. Quid si eius degustaueris suauitatem? Qui fieri potest vt sub tali pulchritudine, mors turpissima, sub tanta fragrantia, abhominabilis mors, sub tanta dulcedine, amarissima mors contineri possit? Et insanire his incepit mulier verbis bestiæ loquentis illecta, efficiturque ne dum veritatis dubia, sed Deo incredula, & diabolica suasione permota. Infidelis effecta est, & hæretica, ac in eam tracta fuit Dei iniuriam, E qua vix alia similis; quasi hæc in corde suo illa proferret. Deus mihi hanc celare voluit veritatem, quam edisserit bestia, meæ inuidet fœlicitati, nullum sibi similem habere patitur.

Comedam igitur, vt æqualis illi efficiar. Gratias agā bestiæ, quæ me docuit, & velis nolit Deus, ero similis illi. Sic à Dei amicitia recessit, ac sese ab illo disiunxit, Dei inimica effecta, Diaboli verò amica; hunc veracem, illum verò mendacem opinata, nec hoc contenta virum suum in criminis societatem, & erroris, ac contumaciæ consortem allexit, & traxit.

Mulieris peccatum.

Deus autem non passus iniuriam, quòd vera non protulerit,

protulerit, quod futura, ut inerant, non prædixerit, quod argueretur mendacio, quod esset pulsus inuidia, inquit. Ego ne mendax apparere poterò; Bellua verò verax? Ego ne improbus; illa virtutis amans? Illa cui tutò credi possit; ego de veritate suspectus? vt igitur iam scias, non me, sed mendacem belluam; non illam, sed me veracem esse, & vt facto experiaris, vtrū vera dixerit, nedum morte morieris, sed te ex hoc voluptatis loco expulsum, ac totam tuam progeniem, pro inimicis sum habiturus.

Iræ filios mulieris delictum effecit.

Hinc filij iræ, & damnationis eo vsque vocati sumus, quò pro summa sua charitate, Deus in filio suo nos reconciliauit sibi, & à maledicto liberauit. Adhuc tamen mortis esse mācipia perseueramus, donec vtriusque hominis restaurationem instaurator omnium efficiat, quia irreuocabili sententia, statutum est omnibus hominibus semel mori. Ex his etiam, illud vnum intellige, quàm periculosum sit incautis, in controuersiā adducere fidei veritatē; nihil enim periculosius, quàm simpliciores, & minus eruditos, aut in disputationes trahere, aut disputationum controuersijs interesse, quorum animus retorqueri facilè conspicitur.

Cum ineruditis, & simplicib⁹ de diuinis alta eloqui non debemus.

Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis. Hæc in cordibus vestris, non calamo, sed lingua, scribere coram proposui, quorum recordatione inter angustias subleuemini; sed quis hæc intus imprimit, & non se erigit? Neque enim cadere deorsum poterit, qui totus ab alto pendet. Tāquam diceret benignissimus Saluator. Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in cordium vestrorum libro, stylo ferreo, vel celte sculpantur in scylice? Parum nobis hæc scire, & quæ à tanto magistro didicimus congruo tempore non recordari; sunt enim hæc dicta spei nostræ fulcimenta, qua spe infracti persistimus, nec ab incepto recto itinere declinamus. Hęc præsens semel Christus protulit, quæ nobis perpetuò seruanda docuit; Dum enim vrgemur hic malis, ad potiora bona acquirenda compellimur, quia mala, quæ nos hic premunt, nos ad potiora futura bona ire compellunt. Dum ille fidelium pater in persecutione versaretur Caldeorum, consolantis Domini vocem audire meruit. Noli timere Abraham. Ego protector tuus. Iacob fugienti à furore Esau, refugium, vbi ditaretur præbuit, dum in domo Laban, & vxores, & armenta possidere meruit. Moysi ab Aegipto exulanti patrocinatur Deus, quem regis Madianitarum generum effecit. Helias profugus ab indignata Iezabel, Angelum habuit, qui panis illi bucellā ministrauit, & de toto itinere erudiuit. Hæc (inquā) & huiusmodi nos meminisse iuuat. Maximè, & super omnia meminisse iuuabit, si eum, quem veracem in tribulationibus, quas prædixit inuenimus; veracem itidem in præmiorum promissionibus non dubitemus.

Gen. 15.

Reminiscamini quia ego dixi vobis &c. Futurorum nobis necessaria animaduersio ostenditur, hæc enim (inquit Proph.) Me consolata est in humilitate mea quia eloquium tuum viuificauit me, epulo ille omni impietate madens, qui nullis præscius erat eloquijs diuinis, noluit aliquid horum intelligere, vt beneageret: Prudens verò in corde suo abscondit eloquia Dei, vt non peccet illi, verbum enim Dei, lucerna est pedibus eius, lumen semitis ipsius. Hæc autem euentura mala, quæ prædixi vobis, non solum cautos reddere, sed & fortes,

Psal. 118

F insuper, & subsequentium bonorum certiorem exitum polliceri vobis; qui enim fluctus, & naufragia vobis, ad portum salutis nauigantibus, prædixi, tranquillitatē succedentem prænuncians, veracior vobis apparere debebo, donec transactis naufragijs, alterum quod vobis seruatur residuum adipiscamini. Ad brauium curritis, ad portum tenditis, ad coronam acceditis: vos mea nō prætereant eloquia, quandoquidem non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Nec ab his terreamini, qui corpus occidunt, nec quid aliud inde faciant habent; cum vestra torquebunt corpora, vos in patientia vestra possidebitis animas vestras; Nam capilli capitis vestri sic prouidentia gubernantur diuina, vt nec vnus quidē perire possit.

G *Reminiscamini quia ego dixi vobis &c.* Non esse seruum super dominum suum, nec discipulum super magistrum suum; Illo enim persecutionis tēpore efficax, & obsequentissima est illa in mentem reuocata conditio, qua se homo Christi discipulum intelligat agere. Qui enim transuadare torrentem conatur, is ne obruatur fluctibus, non suos in vndis figat obtutus, sed ad stabile quoddam perspiciat oportet. Vide Prothomartyrem illum B. Stephanum, qui in lapidum turbine positus, ne deficeret in cœlum ad dominum, & magistrum Iesum erexit lumina: si enim ad portum non aspexisset, quomodo non defecisset? Vide & Andream, crucis patibulum à longe prospicientem & clamantem bona crux, ò sancta crux iam diu desiderata securus, & gaudens venio ad te. Audi Vincentium insultantem subijcientibus prunas; Audi Barbaram; Agatam, Agnetem, Catherinam.

H

Inuictissimus Prothomartyr Stephanus ad cœlum velut stabile fundamētū oculos dum lapidaretur erexit.

Hi omnes cęterique Sancti, quos mundus inhorruit, pro Christo furias, atque ferocia calcarunt hominum, sæuaque verbera. Non hi vngulis, sed cessit his lacerans fortiter vngula, nec carpsit penetralia. Quum verò ceduntur gladijs, more bidentium, non murmur resonat, non quęrimonia, sed corde tacito mens bene conscia, conseruat patientiam. Secundum quod scriptum est. Sustinetis enim, si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cędit. Et de seipso ait: In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, &c. Qui tamen libenter gloriabatur in illis, vt virtus Christi inhabitaret in illo, sciens cui credidit, & certus existens; quia potens esset depositum suum seruare in illum diem, in quo repositam agnouit sibi coronam iustitiæ.

I

2. Cor. 11

Ibidem.

Hæc autem ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram &c. Vide quàm benè consulat Ecclesia. Omnia tempus habent, tempus loquendi, & tempus tacendi. Maximè enim congruit temporis opportunitas locutionis ministerio, extra quam aut insulsè, aut inaniter, aut certè cum pernicie loquimur. Absit enim vt omnia cuiuis tempori congruant.

K

Non est autem omnium, vix autem paucorum scire loqui, & scire tacere, sunt autem aliqua, quæ nunquam licet homini loqui; sunt & quæ non sunt canibus danda ad lacerandum, seu porcis ad conculcandum; sunt & quæ rudibus non sunt præbenda; sunt & quæ simplicioribus non sunt tradenda. Erant Apostoli adhuc imbeciles, erant adhuc in fide paruuli: durus erat iste sermo de persecutione, habitus ad ipsos: ideo ab initio hæc

hæc non est locutus ad illos, quibus veluti pia Mater Christus, non duram, sed lactis escam propinauit. Ecce lac. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis. Qui mihi ministrat me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit &c.

Hunc autem per conuersationem cum Christo, & per eruditionem solidiores effecti, duriora illis proponuntur, & de instante persecutione Christi, ac eius abscessu, necnon de eorum futuris periculis, & angustijs superuenturis. Vtrunque enim & molestissimum, & durissimum erat Apostolis, primum velut in quo omne ipsorum bonum, secundum velut in quo tot eis superesse mala cernebant; Ideo coercere suam linguam voluit, ac pertransire silentio quæ vera erant, & quæ prodenda erant, quia minimè tunc congruebant. Hinc monemur ab Apostolo Iacobo in epistola; Sit autem homo velox ad audiendum, tardus ad loquendũ. Quod & Pythagoræ, & Zenonis legimus monimentũ fuisse; dicente etiam alio Ethnico. Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum; esto enim, garruli vix sine peccato esse possint, cum in multiloquio non desit peccatum; semper tamen vani verbosi dicuntur, qui se effeminatos hoc etiam ostendunt, & coruinos, seu cornicum socios. Et certè illud poeticum comprobatur dictum, vbi citra omnem controuersiam dicitur, eum prorsus nescire loqui, qui nec tacere didicit; nec iniuria, cum longè sit difficilius scire tacere; quàm scire loqui; imò nec possit scire loqui, qui prius non nouerit scire tacere.

Cap. 1.

Loquaces & garruli peccata nõ effugiunt.

Multos noui (inquit Ambrosius) & aduerti plurimos, qui præuaricati sunt loquendo; Neminem autẽ, qui tacendo peccauerit, noui. Quid attinet igitur se onerare hominem, loquendo, qui tutus esse potest tacendo? Procliuior est enim lapsus linguæ, quo illa nedũ facile sed fusile, & lubricum est instrumentum, quo & animi imbecillitas, & mentis inconstantia demonstratur. Verba namque, quæ exterius proferuntur, (esse Peripateticorum principe) sunt signa earum, quæ interius sunt passionum: vt de ore suo vnusquisque iudicetur. Peculiare autem videtur esse, vt loquaces, obloquaces fiant, sibique cœlestium, ac terrestrium conflent odium.

Tempore congruo posse tacere est summè laudabile.

Quæ autem tàm celebris, atque laudata est virtus apud homines, compescere linguam, in fidei negocio, si aduerterent nostræ huius tempestatis hæretici, satius sibi ipsis consulerent, ab his, quas euomunt calumnijs, abstinere, imò & ieiunos esse. Adeo enim procaces sunt & improbi, vt iniurijs Christum, præsertim in sacratissimo Eucharistiæ sacramento insectentur, beatam Virginem, cęterosq; sanctos improperijs, & maledictis omnibus inhorreant ecclesiam, eiusque dogmata, ritus, sacramenta, ministros, & singula pietatem redolentia, debacando, cachinis, & ludibrio habeant, & in opprobrium trahant. Ita ne dum ignaris scripturarum, & rudibus, ac expertibus literaturæ diuinæ, cerdonibus, sutoribus, pigmentarijs, sicarijs, & lenonibus, imò & mulieribus, ac meretricibus, de diuinis eloquijs liceat apud ipsos effari, & os in cœlum ponere, cum nec ille Prophetarum eximius Dauid, vel aperire labia auderet. Ro-

Hæreticorum loquacitas.

Psal. 50.

A gante ipso. Domine labia mea aperies, & os meũm annunciabit laudẽ tuam. Superque Apostolos, verbi Dei exituros prędicatores, linguæ igneæ è cœlo collapsæ, facilè nobis rationem aperiant, quibus linguis credita sint fidei mysteria, ac eloquia diuina.

Hæc ab initio non dixi vobis &c. Quia cum essem ego vobiscum, non poterant filij sponsi lugere, dum cum illis esset sponsus. Aufert enim Christus omnem amaritudinem, adeò vt dulcedine eius quicunque perfunditur, nihil sentiat in cęteris triste, aut amarum. Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Aufert vita omnem mortem, & aufert à nobis omnem tribula-
B tionem; Ideò quamdiu cum nobis est sponsus, lugere nequimus, qui filij sponsi sumus. In ipso dulcorantur, quas mundus dat amarissimas, amaritudines; lætificantur tristia, quia ibi letabimur in ipso; grauia subleuantur per ipsum, cuius iugum suaue est, & sarcina leuis. Aspera explanãtur, cuius virtute praua fiunt in directa, & aspera in vias planas, econtra verò, Christo recedente, prænunciantur malorum turbines, calamitates, clades, & exitia, ac tandem mors, vt pari ratione omnia sint malis, quæ sunt omnia bona bonis. Sic igitur agamus & nos, vt nobiscum semper maneat Christus, ne vllum nos subducat malum, ne vllum occurrat exitiũ,
C ne obuia sit nobis mors. Nec enim & ignoramus nos, si hic nobiscum adsit Christus, fratrem nostrum, non Lazarum, sed spiritum, quo viuimus non incursurum mortem. Nam Loth existente in Sodomis, non poterant Angeli nocere Sodomis. Quomodo existente in nobis Christo poterunt nos phalangę impiorum, aut dęmonum in exitium trahere? Potioribus verò ditabimur bonis, existente Christo nobiscum, quàm Laban, secum existente Iacob.

Hęc ab initio non dixi vobis, quia eram vobiscum &c. Non oportuit me à principio accinctus ad persecutiones perferendas vos præbere, cum me viuente omnes
D conuenerint ad me persequendum, & è medio tollendum. Concilium enim malignantium obsedit me. Impetum fecerunt vnanimiter in me. Nunc verò me recedente, concitabũtur pariter, & sæuient in vos, & vsq; adeò persequentur, donec è medio tollant, & morti tradant. Ideo igitur vos præmonere volui, imminentia pericula, & futura prædicere, cum hæc eadem supersint & vobis. Hinc suas discant insanias coercere, qui se nouos euangelistas fingunt, dum nil acerbi, nil exasperantis, nil triste, sed quæ oblectant, quæ pruriunt auribus, annunciare, seu prædicare volunt Christi fidelibus; oportet enim, vt Christus vnum faceret, & aliud non
E omitteret, nõ enim oleo tantum curatur Samaritanus, sauciatus vulneribus, sed apponitur & vinum, quo pungantur vlcera, sed quomodo dolerent peccatores, si oleo liniretur facinora? An incentiuum delinquendi non præbet veniæ facilitas? Ecce oleum, & vinum, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Nemo vana spe frustretur, nemo oleo peccatoris caput suum inũgat, ne dum dicitur pax pax, repentinus illi superueniat interitus. Absit vt sit pax impijs.

Et nunc vado ad eum, qui me misit &c. Ad terminum viæ, & ad finem laboris consternatas erigit mentes, sic consolari decet pusillanimes, ac infirmos consolidare. Quid est ad patrem ire, nisi ad æternam gloriam

t randfic?

transire? Ecce igitur via, ecce quis terminus viæ; est quidem arcta hæc via, & valde ardua, qua ad patrem itur; finis verò nedum certus, sed æternus. Attendant qui adeò leuioribus grauantur incommodis, vt vix aliquid pati consentiant, cuius indulgent voluptatibus, & si interdum aliquid patiuntur, ieiunantes, siue eleemosinam largientes, sacrum audientes, officium persoluentes, peccata confitentes, seu sacram communionem suscipientes, sibi ipsis omnem gratiam promeruisse suadentes, indignantur cum prospera illis mox non succedant omnia; & in via quærunt quod in viæ termino est repositum. A mundo expetunt quod non debent, sed cum sint adhuc de mundo, mundanis adhuc detinentur illecebris, quorum finis non est ad patrem, sed ad seipsos. Venit Christus à patre missus, pauper & inops: Ad patrem reuertitur, nullis ditatus mundanis sumptibus. Vtinam & qui mittuntur à Deo, Principes, Rectores, Predicatores, tales ad Christum redirent, quales missi sunt, qui enim ditantur humanis lucris, hi quæ sua sunt, non quæ Christi, quæsiuisse conuincuntur.

Et nunc vado &c. Et quia à vestris me aspectibus subduco, nec patiar vos eorum, quæ mihi euentura sunt, ignaros esse, propterea quæ in ianuis extant, & vobis supersunt reserare nûc constitui. Necessarium enim fuit vos præmonere, quę perpessuri estis, vt qui me mearum simul, ac vestrarum persecutionum præscium videbitis, infallibilem exitus meæ, scilicet ac vestræ etiã gloriæ, & certum intelligatis præconem. Instat nempè mihi à patre præscriptum quo ad ipsum præuia passione, & cruce, sum transiturus, ad eum reuersurus à quo sum missus, vt mediator essem Dei & hominum, vt legislator, ac magister, vt Saluator, & totius humani generis redemptor. Quibus expletis mysterijs, ad mei huius itineris portum tutus me transfero. Hactenus vestræ imbecillitati multa condonaui; Nunc tempus instat, vt ab vbere diuellamini, & vlterius non pondere ab illo, velut infantes, intelligatis, sed vt constantes sitis, ac viriliter agatis in omni agone, victores, seu strenui milites efficiamini.

Vobis ostendo quis sit totius belli finis, quo tendant mala perpessa, vt scilicet ad patrem eamus, eadem namque mea, vestrumque omnium via. Sic oportuit Christum pati, & per angustam portam transire, & ita in gloriam suam intrare. Non mihi tantum angusta est porta, non mihi tantum stricta est via, sed communis est, & vobis hæc porta, & hæc via, vt & vos oporteat per multas tribulationes in idem regnum intrare. Nonne potius Christo ampla, lata & facilis patere debuerat? Sed quæ ardua, stricta, & difficilis fuit Christo, quomodo nobis erit tàm facilis, ampla, & patens, prout nouatores effingunt? Sibi autem difficilliorem, angustiorem, & magis ardua omnis peccator intelliget, qui onere delictorum se dignoscit pressum, qui se Christo debiliorem non ignorat. Qui enim Christum sequi iubemur, ad regnum ituri debemus, vt vbi & sicut ipse ambulauit, & nos ambulare.

Et nunc vado &c. Qui continuo decursu ad mortem pergimus, continuis gressibus accedentes, ad finem itineris properamus, Qui autem iter ignoramus, sociari alicui veluti Thobias desideramus. Multa autem sunt viatori necessaria, quò tute possit ad terminum peruenire. Nec desunt Angeli, quibus Deus mandauit de te,

F vt custodiant te in omnibus vijs tuis; Nec sine cane sumus remordente peccata ipso comite conscientiam. Alterum ne offendamus; alterum verò ne offendamur. Stant & lumbis præcincti, qui accingûtur itineri, quod continentiæ nostræ præsefert typum, qui abstinere debemus ab omni illecebra. Qui enim certat in agone, ab omnibus se abstinet; Desert pallium, & pileum, quibus à pluuia, à ventis, ab æstu non offendatur, calceos in pedibus habet, qui mortificatus incedit, baculum desert, quo à cęno, luto, & foueis non impediatur: deponit omnia onera, sibi tantum reseruans necessaria, habens victum, & vestitum, his contentus existens.

Viator ille securꝰ est qui Angelũ Dei secũ habet, canemque simul & bacculũ.

G *Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis &c.* Superius cum de suo abscessu sermonem fecisset, Petrus interrogauit. Domine quò vadis? Cui interrogationi nil aliud respondit Christus, quàm. Quò ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea, & Thomas subintulit. Domine nescimus quo vadis, & Iudas Thadæus post pauca, etiam percunctabatur. Quid facturus es, quia manifestaturus es te ipsum nobis, & non mundo? Nec aliquod videtur tunc dedisse interrogationibus responsum. Nunc autem concitat, ac stimulat Christus eosdem Apostolos, ad quærẽdum responsum

H earundem interrogationum. Si autem rogas, quare tûc quæsitus non responderit, saltem apertè ac directè quęrenti; Illud primum occurrit, quod mox audiuimus dictum à Christo.

Hæc ab initio non dixi vobis, quia eram vobiscum. Quia rationem itineris à fine desumimus, & vltimo reseruabantur vsque ad recessum Christi. Poterant enim à Christo dum secum ageret, informari de omnibus, & omnium rationem habere, propterea consultò non tûc statim interrogatis fecit satis, sed prius itineris, ac viæ incommoda recensenda erant, & subinde eiusdem itineris, & viæ terminus ac portus manifestè ostendendus.

I Sed quare non expetunt saltem nunc responsum, termini viæ, idest quò iturus esset Christus explanari, & aperti itineris ad eundem consequendum explanatis rationibus? Nonne præuenti fuerunt à Christo apertè pronũciante, quia ad patrem vado? Quapropter ait.

Nemo ex vobis interrogat &c. Idest occasioné interrogãdi habet vlterius, quò ego uadam, protestante me uobis, quia ad patrem uado. Non enim ignorat unusquisque uestrum quæ palàm de patre meo annunciaui uobis. Nemo uestrum rogat quod de regno meo, & de gloria futura prædico. Apertè nunc agnoscitis quæ sit uia, qua ad regnum peruenitur ęternum. Neminem latet, neminem præterit, crucem, & tribulationes iter esse ad patrem;

K Quòd si non intellexissent, quomodo Christum non interrogassent? Ad eum (ait) uado qui me misit, & qui missus sum per humanitatem, uado ad eum per humanitatem, cui coniunctus sum semper per diuinitatem.

Crux est iter ad cœlum.

Nemo ex vobis interrogat me, quo vadis &c. Ad diẽ illum refertur; quo uidentibus illis eleuatus est, & attestantibus Angelis. Quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum, ita ueniet in nube, cum potestate magna, angelorum corona, & sanctorum cateruа stipatus. Tunc cum ascenderet, certiores effecti sunt, quòd ad patris dexteram ascenderet, adeò ut nullus adesset locus dubitationi, seu tergiuersationi: oportuit enim adeò euidentem, apertam, & cœlestibus, ac terrestribus testimonijs

Euidẽtissimis testimonijs Christi cõprobata fuit ascensio.

stimonijs comprobari ascensionem Christi, vt non alijs, quàm damnatis, & totius lumine fidei orbatis cęlari possit.

Et nemo ex vobis interrogat me, quò vadis? &c. Potest & ex admiratione intelligi hoc dictum, si dixerimus Christum redarguere ignauiæ Apostolos, qui se prius tam sollicitos, & auidos ostenderunt ad sciendū quò iturus esset Christus: At verò post enunciatas, & instantes illis persecutiones, tormenta, & mortem, territi ac pauidi sunt effecti, vt præ tristitia, illorum nemo ad Christum, quò iret, sed ad seipsum, quò fugeret, aut latere posset, cogitaret; quasi ad illos sic loquatur Christus. Quum antea tam obnixè popósceritis, vt vobis, quò irem aperire vellem, & pluries me interrogaueritis quò abiturus sim.

Dicite qui fit, vt nemo ex vobis interroget me nunc, quò vadis? Putauerim ego, vobis hoc fieri, quòd meus vos exanimauerit sermo, quo vobis expressi, vos à mundo velut mancipia, omni impietate persequendos, & tanquam impios, crudelissimis mortibus opprimēdos, ac trucidandos, & velut Dei inimicos, à synagogis eijciendos, & crudelissimis necibus è medio tollendos. Hoc vt video, vos discruciat, & deterret. Vos pro malo omine hæc accipientes, tanquam insensati, ac capti timore, elingues effecti, obmutuistis. O egregios milites. O athletas fortes, quos sic attonitos, & consternatos animo reddit, sola prænunciatio belli. Quid si buccinis ad certamen personantibus, aduocaremini? Quid si luctator adesset? quid si cruentus carnifex óbuius fieret? Antequam ad pugnam ventum sit, animos despondent, tantaque animi angustia tenentur, vt obtusis teneantur sensibus.

Pulcherrima digressio.

Quid hoc audio, & video de te Thoma? de te Thadæe? imò de te Petre, Apostolorū antesignane? ac de vobis singulis? elinguis est quisq; & consternatus? Si nuda, & simplicia vos tantū terruerunt verba, quantùm poterunt verbera? Si solo verbo tanta mœstitia affecti estis, quæ monitoria fuerunt, quid non poterunt in vos minatoria verba persequentium? Si vos diligentis magistri adeò offendunt charitatis verba, quid apud vos improba verba non poterunt odientis inimici? Si lenia mœstificant, quid plura efficient? Si vestrum, ex memoria futurorū, constipatū est cor, quid præsentes nō poterūt aculei, enses, imaginesq; mortis, ac crux ipsa, & mors? Quid cū in satellitum medio, seorsum poteritis proferre qui in loco tuto, oēs simul, me in medio vestrum existente obticeretis? Quid tandē cum in carceribus coniecti fame & siti, igne, & ferro, tigribus, leonibus, & beluis voracibus excruciabimini?

Quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Quasi dicat. Non me latet, caussam vestræ tristitiæ esse eum, quem vobis prædixi futurorum malorū sermonem; & quidem talem esse tristitiam quæ totum cor vestrum impleuerit. Est autem totum cor impleri tristitia, omnem ab ipso consolationem remouere, est ipsum omni gaudio euacuare; propterea à Christo merito reprehenduntur. Si autem ex parte contristati fuissent, & aliqualiter doluissent, reprehensione digni, aut minus, aut nullatenus fuissent; sed qui totum cor habent plenum tristitia, qui totam mentem occupatam mœstitia, ad incommoda & mala corporalia, ac temporalia, sit se maxima, non compassione, sed reprehensione dignos efficiunt.

Cęterum, si certi fuissent de doctrina Christi, si firmiter adhæsissent sermonibus eius, aut certè non hæsitassent de ipsorū futura victoria, de gaudijs subsequentibus, & de accessu per hæc ad patrem, proculdubio tantam tristitiæ copiam vsque ad plenitudinem non habuissent; sed eos oportet mundanorum tristitia repleri, qui diuinarum sunt consolationum ieiuni. Illorum (inquam) corda necessariò mœrore oportet repleri, qui spiritualibus sunt gaudijs vacui. Quomodo non implent cor mundanis, qui nihil habent in corde diuini? Qui igitur omni carent oblectamento spirituali, hi corda sua tristitia plena habeant oportet.

Tristitia impleuit cor vestrum, &c. Sunt & qui solis illis oblectantur & mouentur, quæ exterioribus se se obtutibus offerunt. Nec aliò mentem dirigunt, siue cor erigunt, vt dirigere valeant, nisi ad ea quæ videntur, tanquam qui inuisa diligere nequeant. Qui igitur corporali, & visibili præsentia gaudent Saluatoris, inuisibilis illius promissi consolatoris, Spiritus sancti assistentia, non ad huc gaudere norunt. Sunt & qui plus diligunt quod actualiter possident, seu possidere possunt, quàm potiora, quæ futura promittuntur, licet sint & longè meliora, & æterna, & tamen vtrunque amittant tandem oportet, dum nec spiritualia acquirunt, nec acquisitis temporalibus frui permittuntur. Nunquam seminant in lachrymis, vt in exultatione metant. Nunquam suam perdunt vitam, vt in perpetuum seruent. Nunquam superflua pauperibus elargiuntur, vt centuplum accipiant Nunquam de cordibus offensas dimittunt, vt sibi dimittantur. Nunquam spiritus pauperes efficiuntur, vt beatificentur, nunquamvè humiliantur, vt finaliter exaltentur.

Tristitia impleuit cor vestrum, &c. Reprehenduntur de tristitia discipuli, quandoquidem hilarem datorem diligit Deus; non enim ex tristitia, sed ex hilaritate præstitis obsequijs oblectatur Deus, talem enim exhibuit nobis aliquando normam dicens. Cum ieiunatis nolite fieri sicut hipocritæ tristes, & Apostolus. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, & alibi psallite Deo nostro psallite, psallite regi nostro, psallite sapienter. Est enim & in cœlo gaudium super peccatore pœnitentiam agente. Matt. 6. 1. Cor. 14. Psal. 46.

Tristitia impleuit cor vestrum, &c. Dulcis Saluator dulcem reprehensionem profert. Qui enim ex charitate reprehendunt, non exasperant, non pungunt, non mordent. Scio (inquit Christus) ex imbecillitate vos peccare, non ex malitia offendere; sed quia tristitia impleuit cor vestrum, non quæritis à me, quò sim iturus, de cęlesti regno mentionem non facitis, nec audire diuina postulatis; non quòd amplius illa affectetis, aut in illis oblectemini, sed quia ex tristitia detinemini, quia corde præoccupati estis. Sic enim spiritu lenitatis corrigendus est præoccupatus in aliquo delicto, cum sermo mollis frangat iram, & durus concitet furorem. Et (teste sapiente) Qui fortiter præmit vbera ad eliciendum lac, exprimit butirum, qui autem vehementer emungit, elicit sanguinem.

Charitate plena, & benigna debet esse correctio. Prou. 30.

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Tanta est illi cura domesticorum suorum, vt 1. Thi. 5.

non solum ab ipsis omne ma'um tandem repellat, verum eorum etiam molestiam animorum vix sufferat. Quam in nos sollicitudinem, in nobis creditos, Apostolus, vrgentibus his verbis suadere curauit. Qui suorum, & maximè domesticorum curam non habet infidelis est, & infideli deterior. Fidelis igitur Deus, qui non patitur nos tentari, seu molestia affici supra id qnod possimus. Cum nil prorsus consolationis suis inesse conspexit, quorum corda totaliter mœror occupauit; blandis illos sic verbis alloquitur. Quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Quæ tristitia? nempè de Christo, quis mœror? de solo Christi abscessu. Totum cor Apostolorum impleuerat mœror, quia tota eorum corda Christi occupauerat amor. Qui enim Dominum Deum suum toto corde diligebant, toto corde de abscessu eius dolebant. Et quidem iustè, quisquis dolet propter Christum, consolationis solatia recipit à Christo. Hinc & alibi scriptum est. Beati eritis cum
Matth.5. maledixerint vobis homines, & eiecerint, & exprobrauerint propter nomen meum. Et per Proph. dicitur
Isa. 51. Ego ego consolabor vos.

Non primus ego sed secundus ego, quia non pater, sed filius nos visibiliter est consolatus. Consolatur pater quidem, de quo Apostolus ait. Benedictus Deus,
2. Cor. 1. & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Consolatur & nos spiritus ille Paraclytus, ad nos consolandos promissus. Verum quia nos per filium consolatur pater, & nobis promeruit Christus, qui & se missurum hunc alium Paraclytum promisit, omnem nostram consolationem, & salutem referimus in Iesum. Et ideo dum nos de nostra consolatione monuit Deus, in secundam personam ipsius Trinitatis retulit, dum dixit ego ego, bis. Absit tamen vt quis credere, aut opinari excogitet nos, aut plus teneri, aut maiora à Christo beneficia suscepisse. Qui esto, sit alia persona à persona patris, & à persona Spiritus sancti, cũ eorũ vna & indiuisa sit bonitas, vna & indiuisa virtus, & misericordia, vnicè, & equaliter, & infinitè à nobis tota est colenda Trinitas.

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Quid est tristitiam cor implere, nisi à corde omnem lętitiam subtrahere.

Quid quæso, est de Christo & propter Christum cor implere, nisi à Christo, omne aliud à corde repellere? Nullum aliud oblectamentum præter Christum admittere velle? Hoc idem efflagitabat qui solius
Phil. 3. Christi amore flagrabat, & inquiebat. Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Audiant qui se amare Christum fatentur, flagrareq́ue desiderio plerunque videntur, cum tamen à Christo, & præter Christum, adhuc in corde multa retineant; Dum aut alieno amore, & cupiditate, multo hastu ad alia anhelant, & in illis oblectantur, aut certè pro-
Praua tristitia. prio sui amore adeò detinentur, vt vix etiam pro Christo aliquid incommodi, seu detrimenti pati velle reperiantur, de tristitia in tristitiam transeunt, cum sęculi tristitiam sub tristitia de Christo fraudulenter abscondunt: quorum impietati occurrit Christus dum mo-
Matth.6. nuit. Nolite fieri sicut hippocritæ tristes; ea propterea vtilis est tristitia, digna consolatione Christi, quæ

F refertur in Christum. De qua Petrus Apostolus ait. *1. Epi. c. 2*
Hæc est enim gratia si quis propter Deum sustinet tristitias. Et alius Apostolus. Tristitia, quæ secundum *2. Cor. 7.*
Deum est, salutem operatur æternam.

Audi mœrentem, & ad Christum suspirantem. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Cupio enim dissolui, & esse cum Christo. *Rom. 7.*
Audi & ad Deum flagrantem. Heu me quia incolatus meus prolongatus est. Et quidem opportunè angitur animus, aut diuulsus, aut elongatus à Christo, in quo solo conquiescit. Et quidem hæc sponsæ anxietas per vicos, & per plateas cogebat eam quærere *Psal. 119*
G quem diligebat anima sua, quem cum inuenisset, cum vlterius statuit apprehensum non dimittere.

Cæterum aliud est genus tristium, qui à sua nunquam sublcuantur tristitia. Tabescunt plerique, & agitantur, aliorum prosperitatibus inuidi: est enim inuidus sibimet molestus, quum inuidere sit inferiorum, neque inuidetur nisi qui, aut potiora, aut æqualia bona possidet, & sic sola miseria caret inuidia, vnde quidam Poeta, Domum inuidiæ collocatam dixit in vallibus. Peccatum reddit hominem incapacem hilaritatis, & plerunque in vultu talem præseferunt peccatores tristitiam, vt nunquam verè animo gau- *Inuidorũ & maleuolorum tristitia.* *Ouidius 2. Methamorphos.*
H dere possint. Timet enim, & fugit impius, nemine persequente. Videmus & Hæreticorum facies, quasi à sua specie alteratas, peccati maximi præseferentes effigiem, & veluti toruis oculis, animum energumenis denotantem, qui obstinati sunt in peccatis, qui pondus peccati vlterius ferre non possunt, & à seipsis quasi alienati, velut mente capti, tristiores incedunt. De quibus dicitur. Fœlix qui non habuit animi tristitiam. *Eccl. 14.*
Et peccator quidam, dum maximè tristaretur, inquit. Quare tristis es anima mea, quare conturbas me? Nam sicut (teste sapiente.) Animus gaudens ætatem floridam facit, & per solam gratiam gaudet verè animus *Ps. 41. et 42.*
I qua refloret, fructificat, & reuiuiscit; ita per peccatum tristatur animus, quo rigescit opprimitur, obtenebratur, & arescit, est igitur tristitiam repellere, & illam à toto corde fugare, peccatum omne ab animo excutere, & desiderium omnium illecebrarum procul ab illo repellere. *Prou. 17.* *Peccatum tristitia & mœrore plenũ efficit animũ.*

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Dulcissimus Saluator, & benignissimus consolator, piæ matris functus officio, talem suis adhuc pusillis, & tristibus morem gerit, quasi eorum tristitiam ferre non possit. Ad se trahit causam tristitiæ, à quo sperare possint compensum maioris lætitiæ. Hæc enim de Christo sic in corde se habent, vt totum illud dum ingrediuntur, adimpleant, siue enim lætitiæ, siue
K tristitiæ, siue dulcedini, siue amaritudini de Christo, in corde locus præbetur, totum eius mox adimpletur. Hoc tantum abest, vt dulcedini, amori, & lætitiæ in corde locus paretur, si ad cohabitandum non totum præbetur. Veh (inquit sapiens) duplici corde. Veh qui ambulatis in duas partes. *Eccles. 2.*

Sed sicut amor proximi, ad quem tam crebrò hortamur, non alius ab amore Dei, in quo nos, & alia omnia virtualiter amamus existit; Ita christiana tristitia, sola est de Christo. Quæcunque non est propter Christum, aut in Christo, aut manis, aut damnabilis extat, cum Christus in corde nullum vacuum

vacuum locum, qui alteri detur admittat. Nouerat pius ipse magister, quid illa sua verba de imminente suo abscessu in eorum cordibus, se diligentibus agerent, nondum spiritualem intus habentiũ consolationem, quam per Spiritum sanctum erant habituri. Ideoque (inquit Augustinus.) Qui internam à spiritu consolationem nondum habebant, quæ exterius in Christo videbant, amittere metuebant. Contristabatur humanus affectus, quia carnalis desolabatur aspectus: neque enim se amissuros dubitare poterant, quem non nisi vera loquentem agnoscebant; nouerat tamen ille quod eis potius expediret, quia cuius interior ipse est; vtique melior tanquam diceret. Nolite putare, propterea homines in miseria esse, quia quod præ oculis optant habere, videtur sibi deficere.

Alia lux est iustis, alia peccatoribus. Gaudent isti exterioribus obtutibus, & beatum dicunt populum, cui hæc sunt. Alia luce perfruuntur iusti, qua soli fraudantur impij. Dicentibus ipsis. Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non illuxit nobis, & sol non est ortus nobis. Vnde Augustitus ait. Habent gaudia qui lętabuntur inter tormenta; ideo lux orta dicitur iusto, quæ lux orta est iusto? quæ non oritur iniusto. Ergo non illa, illius solis, quem pater oriri facit super bonos, & malos, pluensque super iustos, & iniustos. Tobias cęcus erat, & filium suum viam Dei docebat. Fili fac eleæmosynas, quia eleæmosynæ non sinunt in tenebras ire, cum ipse tamen esset in tenebris.

Sap. 2.

August. in Ps. 96.

Videte igitur quia alia lux oritur iusto, & rectis corde lætitia. Oculos ille non habebat, & filium suum in viam rectam dirigebat. Quid prodest homini hunc videre solem, & non videre illum, hanc intueri lucem, & illam non habere lucem. Filius patri manum, ne offenderet corpore, porrigebat: pater filio, ne offenderet animo, iter sternebat: filius patri manum præbebat, vt tutus incederet: Pater filio legem ponebat, vt rectus ambularet, & viueret. Cęterum illa iucunditas, quæ secundum sensum, vel secundum sęculum est, non est vera iucunditas, sed simplex vanitas. Dicente Propheta. Non est pax impijs dicit dominus; Vnde Augustinus addit; Gaudere quod vocant impij, non est gaudere: videntur sibi gaudere, qui gaudia mensæ, lecti, ac temporalium habent; sed qui nouerat illa, ait. Non est pax impijs, dicit Dominus, credamus illi fratres. Homo erat, & vtrunque nouerat; sed non ait. ego sum, qui dico; licet Salomon, hæc omnia expertus, vanitates dicat. Sed dicit Dominus (ait) ne nos fallamus, qui non fallentem audire recusamus.

Augu. ibidem.

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Qui non poterant filij sponsi lugere, quamdiu cum illis morabatur sponsus, adueniente tempore, quo recessurus est ab eis, meritò lugent, & tanta afficiuntur tristitia, qua totum cor impleatur. Quid si geminet in illis gemitus, multiplicetque suspiria, sui Domini, & Saluatoris sublata præsentia? An non erunt illis lachrymæ eorum panes, die ac nocte, dum dicetur illis per singulos dies, Vbi est Deus tuus? Veruntamen, quare tristis est anima vestra, & quare conturbat vos? Tristitia enim vestra conuertetur in gaudium, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

A Communis hæc nostra tristitia vrget, quæ & gementes, & lachrymabiles facit, si tamen de eo tristamur, quod Christi præsentia careamus.

Laudibilis tristitia.

Dolent multi, & inconsolabiliter dolent, de abscessu parentis, aut amici, præsertim cum obierint, & per mortem diem suum clauserint; de Christi abscessu, aut parum, aut nihil dolent, nec tristantur. Non sic Apostoli, & Discipuli Christi; non sic, quorum tristitia corda eorum obrueat; magis autem, & longè magis plangendum; vbi minus dolendum est est de morte, quàm de causa mortis. Quod si per vnius delictum, peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, quid suspicandum de his, qui multis se non ignorant obnoxios peccatis? Peccatum enim cum consummatum fuerit generat mortem; qui peccata peccatis addunt, & cumulum peccatorum quasi aceruum, constituunt, an non mortem, morte autem, pœnas mortis super pœnas inducunt?

B

Proh dolor. Quantis lachrymis lugendus est peccator. Nam & qui populi peccata deflebat, sanctus Hieremias. Quis (inquit) dabit capiti meo fontem lachrymarum, vt plangam die ac nocte interfectos Israel? Ad quod hortatur & ipsum populum Israel. C Deduc (inquit) quasi torrentem lacrymas, per diem, & noctem, & non des requiem tibi, nec taceat pupilla oculi tui. Et iterum de se ipso. Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra Iecur meum, super contritionem filiæ populi mei. Cęteri autem sacerdotes inter vestibulum, & altare, qui videtur esse propitiationis locus, plorabant vnanimiter vociferantes. Parce Domine, parce populo tuo, &c.

Thren. 2

Ibidem.

Quod si pro aliorum obitu animæ alios qui peccauerunt, dolere nos cogit charitas, de nobis quomodo dolendum qui peccatis irretiti, sauciatique vulneribus D existimus? Poterat & Christus respondere, vt alias respondisse legitur. Nolite flere super me, sed super vos metipsos flete. Tamen quoniam suauis est Iesus, misericors, & miserator Dominus; consolatur pusillanimes, sustinet infirmos, patiensque est ad omnes, vt consolationes eius lętificarent animas eorum.

Luc. 23.

Cęterum & cum dolendum sit nobis super mortuo, aut moribundo, rationabiliter de hoc nobis dolendum permittitur, non tamen sicut gentes, qui spe resurrectionis carent. Apostolo dicente. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut cęteri, idest infideles, qui spem non habent; E videlicet resurrectionis, qui sic plorant mortuos, quasi actum sit totaliter de illis. Longè autem minus contristari debent de morte Charorum, qui resurrectionis mysterium non ignorant. Nam & Athenienses, cum Apostolum Paulum de resurrectione mortuorum disserentem audissent, rursus de eodem mysterio plusquam de cęteris omnibus articulis fidei intelligere, & optabant, & gaudebant. De hoc (inquiunt) audiemus & alias. Hinc mortem suorum charorum, non mortem, sed somnium, seu dormitionem Christus nuncupauit. Lazarus (inquit) amicus noster dormit, eamus, & à somno excitemus eum, & de sanctis patribus legimus, quòd dormierint cum patribus suis.

1. Thes. 4.

Mortuos amicos suos charissimos deplorantes parum ad resurrectiõis gloriam vidẽtur attendere.

Act. 17.

Ioan. 11.

Secus autem de infidelibus, & facinorosis ducenti- bus in bonis.i.delicijs, ac voluptatibus dies suos, qui in puncto, ad inferna descendunt, vlterius non extrahendi, nec ad vitam, cum iustis reuocandi. De quibus per Proph. dicitur. Non resurgunt impij in iudicio, nec peccatores in Concilio iustorum. vnde ait Apostolus. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo in gloriam. Cęterum lugendi vtique sunt mortui, in quorum obitu, amicorumque temperetur à lacrymis, si tamen de genere non sit Mirmidonum, Dolopumuè aut Annabaptistarum? Nam & eximium illum omnium fidelium Patrem Abraham luctum fecisse super Sarram vxorem suam legimus; Iacob lugebat filium, quem occisum credebat: Iacob filij suum lugebant Patrem: Aegyptus tota luxit Ioseph: Populus Israel, Aaron, filiæ virgines Israel longo annorum ductu conueniebant, ad plangendum filiam virginem Iephte vnicam, sed quid immorandum in tam patenti mortuorum obsequio, quum & Iesus non semel, sed & iterum sit lachrymatus? & primum in mortuo Lazaro, & iterum in moribundis Hierusalem populis, eosque ad lachrymis inuitando. Quia (inquit) si cognouisses & tu; videlicet, itidem fleres.

Psal. 1.
1.*Thes.*4.
Luc. 19.

Quod si humana pectora vrget pietas, ad deflendos super cadauera mortuos; quomodo eadem pietas non compellet ad habendum aliquem rationem tumuli, seu sepulturæ corporum, qui resurrecturi sunt fidelium? Quam quidem humanitatem, qui inhumani non sunt, nec refellere, nec paruipendere possunt. Ea enim quæ nostris adhuc se offerunt obtutibus conspicienda, Ethnicorum monumenta ostendunt ad tantam insaniam quosdam ex nostratibus deuenisse, vt eandem pietatem, quam Ethnici faciunt, christiana pietas non perficiat, vtinam saltem sibi præferrent sanctissimos illos Patriarchas, Abraham, Iacob, Ioseph, maximè autem sanctum virum Thobiam, adeò in sepultura mortuorum propensum, vt ieiunus è mensa prosiliret, nec primum sumere posset cibum, donec sepulturæ corpora suorum confratrum mortuorum dedisset.

Mortuorũ corpora deflentiũ nõ omnino aspernanda est pietas.

Quod quidem pietatis officium Archangelus Raphael, & approbauit, dum illud comendauit, & Deo gratissimum comprobauit. Quando (inquit) orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium, ego obtuli orationem tuam Domino, & quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Ecce viri Deo grati; ecce viri pij opus Deo gratum, & ex pietate comendatum.

Gratissimum est Deo imortuos pietatis obsequium.

Quisquis igitur adeo vecors inter Christianos existit vt funera, & sedulæ pietatis contemnat officia, is se prorsus expertem fore pietatis aduertat, & quòd non paruam ipse Christo iniuriam irrogat, cuius sepulchrum, sicut vates prædixerat, extitit gloriosum, præsertim quod excisum esset in petra, in quo quisquam nõdum positus fuerat, & à Ioseph ab Arimathia copiosis & aromatum preciosis vnguentis illustratum. Cuius pietatis extitit propugnator, qui murmurantium linguas compescuit, dum Mariæ Magdalenæ opus commendauit. Sinite (inquit) illam. Vt quid molesti estis huic Mulieri? opus enim bonum operata est in me: nam pauperes semper habebitis vobiscum, Me autem non semper habebitis, mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Si quis autem nec sanctorum patrum mouetur exemplis, nec totius Ecclesiæ cedit monitis, nec ritibus gentium acquiescit, huic etiam inter homines denegandus est locus.

Mat. 26.
Ibidem.

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Rectè sapientis extat dictum in prouerbijs. Secura mens, quasi iuge conuiuium, quia iuge conuiuium omni oblectamento gustus abundat. Igitur illi mens iustorum comparatur, quæ Dei verbo, veluti suæ mensæ interioris edulio, dum oblectatur nutritur, & impinguatur. dicente Domino. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Quod si quis tali conuiuio non oblectatur, per hoc se non esse securum declaratur. Nam & ipsi discipuli Christi, nec securi erant, qui sibiipsis timebant, dum se omni bono carere cogitabant, dum Christi præsentiam perdere in procinctu intelligebant. Dixit autem quale iuge conuiuium; non quod minoris, sed longe opulentioris sit gaudij, quia corporale conuiuium per satietatem generat nauseam, dum non amplius oblectatur, in quo prius oblectabatur, cuius quidem oblectamentum non longo temporis interuallo nunsuratur Apostolo dicente. Esca ventri, & venter escis; Deus autem hunc, & has destruet. Illud autem, quod est animæ conuiuium, & iuge, & salubrius, & perpetuum. Quam dulcia (inquit Proph.) Faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Hac securitate fraudantur qui spem suam in temporalibus tenent; nec gaudere possunt in mensa spirituali positi, nisi qui spiritu Dei aguntur.

Cap. 15.
Matt. 4.
1.*Corin.*6
Nauseam gignit nimis satiãs corporale conuiuiũ.
Ps. 118.

Sed ego veritatẽ dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Quid hæsitatis? Eorum quæ dixi vobis non in parte sermonis habiti tantum, veritatem sum locutus, sed omnium quæ prædixi; & in ijs quæ sum dicturus veritatem dico vobis. Mentis vestræ oculos erigite, ad superna eleuate, & expedientius meam corporalem penitentiam subducendam à vestris aspectibus intelligetis: tantò enim expedientius est vobis, quantò excellẽtiora sunt dona, & gaudia spiritualia, tẽporalibus, & corporalibus. Si ascendero oĩa traham ad me ipsum; si ascendero mittam vobis paraclytum; si ascendero in altum, captiuam ducam captiuitatem, dabo dona hominibus; si ascendero mundum patri reconciliabo; si ascendero, ianuas cęli aperiam, portas æreas, & vectes ferreos confringam, si ascendero aduocatus apud patrem pro vobis ero. Hanc veritatem ego aperio vobis, quod expediat vobis, vt ego vadam.

Christi in cęlũ ascẽsio fuit nobis summe proficua.

Singularem hic Christi benignitatem ne prætereas: Non enim reijcit rudes, non exprobrat tristes, sed pijssimo illos fouet affectu, & pacificè ad meliora reducit, clementer ignaros instruit, & sollicitat desides ad melius de seipsis, & de Christo cogitandum, ac ad potiora appetendum. Non iucunda prædico, sed vtilia; non læta, aut gaudiosa annuncio, sed proficua, & necessaria: vos me potiturum regnum in mundo expectabatis, in quo sederetis, vt senatores, ac principes temporalium; sed ego veritatem dico vobis, non verum est, quod cogitastis; Prorsus longè sunt hæc omnia bona à veritate, cum sint fallacia.

Quod

Quod autem uobis expedit, est ut ego uadam, uanis aut nugis fallacibus non uos illexi, sed ueris, & proficuis instruxi. Et bene ait.

Conciona torũ quorundã mala cõditio.

Sed ego veritatem dico vobis. Cum sit Deus verax, omnis autem homo mendax, plerunq; enim fallimur, dum homo aliud ostendit in ore, & aliud occultat in corde. Nunquam fallit veritas, nunquam decipi possumus à Christo. Audiant plurimi ex nostri temporis concionatoribus, qui se non veritatis, sed vanitatis ministros ostendunt. Audiant adultores, qui non quæ vera sunt, sed quæ grata sunt, mentientes proferunt. Sunt & qui tacent veritatem, ob id quod veritas odium pariat; qui autem veritatem exuunt, imò non pro scuto suscipiunt, quomodo non timebunt à timore nocturno; à sagita volante per diem, ab incursibus, & à Dæmonio meridiano?

Expedit vobis, vt ego vadam. Expediens fuit Christum venire, expediens fuit ipsum abire. Non omne quod semel expedit, semper expedit, aliquid aliquando expedit, quod subinde nullatenus expedit. Omnia mihi licent (ait Apostolus) sed non omnia expediunt, & si manducare carnem fratrem scandalizat, non manducabo in æternũ. Non expedit amplius (inquit Christus) vt sim vobiscum visibiliter, imò econtra; expedit, vt ego vadam: non enim, quod me vobiscum commorari tædeat, abeo, sed vestra me vtilitas abire cogit; Passurus pro vobis vado, sanguinem fusurus, cuius precio redempturus sum mundum. Inimicitias in semetipso interfecturus, chirographum aduersum vos scripium, deleturus, patrem reconciliaturus, Ecclesiam desponsaturus, debita vestra soluturus, vitam largiturus, mortem occisurus, Sathanã ligaturus, mundi principem foras eiecturus, gloriam præparaturus. Ecce quantum meus hic abscessus vobis profuturus est.

1 Cor. 16

Expedit vobis, vt ego vadam. Quamdiu enim me videtis, tantùm me temporaliter amatis, in me tantùm carnalia quæritis, omnia pollicita vobis, carnaliter interpretamini: mea autem adempta corporali præsentia, me ad cœlestia transacto, cœlestia petere, & vos incipietis, cœlestia concupiscere, & illis inhiare incipietis, terrena despicere, & mundana abhorrere discetis, & in me ardentiori desiderio feremini, quò me subliniorem intuebimini; tunc cupere incipietis de carcere mortis huius liberari, peroptare quoq; dissolui, & esse cum Christo, & sicut ceruus desiderat ad fontium refrigeria se transferre, ita & vestrum animæ desiderium erit ad Deum fontem viuum.

Expedit vobis, vt ego vadam. Qui gaudent temporalibus, his facilè intelligẽt se minimè posse frui spiritualibus; qui suas hic consolationes habent, priuati diuinis, & æternis non ignorent. Si expedit priuari præsentia Christi, nunquam non bona, nunquam non sancta, quòmodo non longè expedientius cœteris omnibus priuari temporalibus? Hinc audiuimus Christũ dicentem. Nisi quis reliquerit patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut vxorem, aut agros propter me, non est me dignus; tunc enim initium datur spiritualibus, cum euitantur temporalia: veraque consolatione gaudere non est concessum, ob id quod dicitur.

Matt. 19.

Si enim non abiero Paraclytus nõ veniet ad vos, &c. Dum oblectamini corporeis, potiri prohibemini spiritualibus, dum occupamini inferioribus, priuabimini

A superioribus, propterea veritatẽ aperio. Si non abiero, Paraclytus non veniet ad vos. Quid est abire Christũ, nisi trahere nos post ipsum? Igitur ò bone Iesu, trahe me post te, sequar & ego agnum, quocunque ierit, sequar & ego post vestigia gregum tuorum, curram vtinam & ego in odorum fragrantiam tuorum vnguentorum. Abeat mundus, recedat Sathanas, corruat voluptas, omnia vt stercora arbitrentur, vt Christum lucrifaciam. Quid causaris auare de non acquisita pecunia? quid doles diues de amisso thesauro? quid pauper conquereris de non adeptis diuitijs? Procul abeant omnia, quæ si non abierint, Paraclytum venire nõ permittunt.

B Abijt Christus carnaliter, vt veniat spiritualiter, abijt temporaliter, vt veniat æternaliter, abijt mortalis, vt veniat immortalis, recessit visibilis, vt accedat inuisibilis, abijt solus, vt cum patre, & spiritu sancto adueniat, abijt ad horam, vt æternaliter reuertatur, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Expedit vobis, vt ego vadam. Hanc communem toto generi humano beneficientiam, etiam impius ille Cayphas palàm, coram præcipuis Iudæorum primatibus protulit. Vos (inquit) nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedit, vt vnus moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Quod si Christus moritur, nè

C totaliter ab hominibus spes salutis eneruetur, iam per Christi mortem, salus cũctis gentibus aperitur; verùm, summam hanc abditã sæculo veritatem, non à seipso ille impius proferre potuisset, sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit; quod & Christus nobis confirmauit: impius mortis sententiam protulit, mysteriũ redemptionis non agnouit, irretito animo, ex odio, in necem conspirauit, qui tantum de morte Saluatoris ob cœcatus cogitauit.

Verùm, quod non intellexit impius, nobis expressit Christus. Expedit uobis (inquit) quia in uestram ordinata est mea mors salutem, & uitam, ero mors tua ò

D mors, morsus tuus ero inferne: Fuit in Codro tanta Patriæ suæ solicitudo salutis, ut apertè se traderet morti, nè Athenæ periclitarentur, & Mutius non pepercit sibi, ut Romanorum consuleret indemnitati, & si Plutarco fidem præstamus, nonne Ancarus ille Midæ Regis filius, dato prius patri, & uxori osculo, præcipitem se in Voraginem dedit, nè periclitarentur Phriges? Quid de tribus Decijs, Curtio, & plurimis alijs, qui postposita propria salute, toti aliorum intenti saluti, non dubitarunt se ingerere morti? Heu quàm longè salubrior nobis hic abscessus Saluatoris. Quantum

Ose. 13.

Amor patriæ.

E hoc expedit nobis, quantumuè sit proficuum, his paucis intellige, quibus te intelligere uoluit Christus, nempe de maximi momenti negotio agitur, ubi & de salute nostra, & de Spiritus Sancti aduentu tractatur.

Expedit itaque nobis aduocatum habere apud patrem, qui possit nobis reconciliare patrẽ, prænunciata enim erat nobis lis illa perardua, nobis autem perniciosissima sententia, quæ ante Tribunal Diuinæ Maiestatis agitabatur. De tribus accusabatur homo, quod reus probaretur diuinæ maiestati; primò, quia ab ipso Deo apostatauerit, & ab eius cultu recesserit: secundò, ad creaturam se conuerterit, ad obsequendumque ipsi se dederit; tertiò, quod ab errore, etiam inuitatus, non recesserit.

His vnum pro mille respondere homo non poterat si cum illo contendere velit, propter quod in contumacia tacebat, qui aduocato carebat, Ad quem tamen confugiebat qui rogabat Ezechias. Domine vim patior
Isa. 38. Iob 7. responde pro me, & alius. Peccaui quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? quis est qui vultui tuo resistere possit?

Accedat aduocatus noster, loquatur ipse pro nobis, caussam nostram ipse tuendam suscipiat; accedat filius ad patrem, & quod frater non redimit, redimat
Psal. 48. homo, homo (inquam) ille vnicus, & singularis, qui factus est mediator Dei, & cœterorum omnium hominum, quia sicut vnus tantùm est Deus, ita vnus tantum Dei & hominum est mediator homo, Christus Iesus, ipse solus est reconciliator, qui solus reconciliatione non indiget. Homo & non frater, (ait Ambrosius) quia non humanitatis, sed diuinitatis virtute in homine Christo existente, facta est hominum reconciliatio cum Deo, secundùm quod scriptum est. Deus erat
2. Cor. 5. in Christo, mundum reconcilians sibi. Protulit Deus de homine querelam atque velut rationem reddituro
Hier. 2. in aperto proposuit. Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt, & non dixerunt. Vbi est Dominus? propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, & cum filijs vestris disceptabo, ait Dominus, & iterum. Obstupescite cœli super hoc, & desolamini portæ vehementer. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt, fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas.

His iustissimis querelis, vnde homo responderet non habebat propterea enim adducitur illud, de quo quæstio proponitur. Iudicate vos inter me, & vineam
Isa. 5. Hier. 2. meam. Quid est, quod vltra debui facere, & non feci? De secunda exprobratur, & nunc quid vis tibi in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi in via Assiriorum, vt bibas aquam fluminis? quid per aquam turbidam, nisi carnalis concupiscentia qua totus conturbatur, & peruertitur rationis vsus? Quid verò per aquam fluminis, nisi bonorum temporalium inordinata sitis, quæ cum instar fluminis repentino cursu pertranseant, nunquam sitim bibentium extinguit?
Fluminis aqua non satiat. Quid igitur vultis mecum iudicio contendere? dicit Dominus.

Cum itaque nullus sit hominum, qui caussam nostram possit suscipere ad comparendum coram iudice, solus Christus hanc sibi prouinciam in nostram potuit suscipere beneficentiam. Expedit (inquit ipse) vt ego vadam, ego (inquam) non alius, quia solus ego possum rogare patrem, solus ego placare patrem valeo, solus ego respondere pro cœteris non vereor, solus ego vnde soluam debita habeo, ego, ego & non alius, Dęmone fortior, armato hoste robustior, mundo excelsior, peccati destructor, mortis occisor, infernorum portarum ærearum, & ferreorum vectium confractor, sancti spiritus destinator.

Expedit vobis, vt ego vadam &c. Me non eunte ad mortem, spes salutis à vobis subtrahitur, nullum vobis salutare confugium, per quod à peccatorum nexibus liberari valeatis; in me solo est salus, & vita, &

F resurrectio vestra; neque enim lex illa vetus criminibus cunctis expiationis suffragia præstabat, quæ scelera multa, sola morte peccantium vindicando muldabat. Nunc autem, non vltra christiana lege, eadem quæ prius morte plectebantur, plectuntur interitu, postquam sua morte nos à morte Christus sic liberauit, vt nullus in Christo existens, pro peccatis quibuscunque, morti damnetur. Veni (inquit ipse) vt vitam habeant, & abundantius habeant, vt vitam ha Ioan. 10.
beant (inquit) idest non vltra morte plectantur quicunque peccant, à lege illa in criminosos præscripta. Et vt abundantius habeant, quia non temporalem tantum vitam indulgendo, conuerso, & contrito pecca- Leuit. 24.
G tori concedo, verum & vlterius abundantiorem vitam, Deut. 22.
quæ est æterna, eidem tribuo. et Exo. 12

Hic est status ille misericordiæ, in quo non vult Deus mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Sic enim Deus vltionis in nos tam liberè egit, Ezech. 18
vt sua morte ab omni nos morte liberaret. Quæ autem Num. 15.
sint peccata, quæ lege expiabantur, ac veterum sacrificijs abolita reddebantur. His uerbis comprehenduntur, Si per ignorantiam prætereritis quidquam horum, quæ præcepit Dominus &c. legatur totū à c. 22. Num. vsque ad caput 36. eiusdē, ibidem.

Ea igitur tantum illis sacrificijs, ac sacerdotum patrocinio expiabantur, quæ aut per ignorantiam, siue
H per omissionē committebantur; quæ autem proterua voluntate volens homo, atque superbiens, nolens obedire patrauerat, non remittebantur oblationibus, nec locus erat illis in hostiarum pacificatione: quapropter blasphemi iussi erāt lapidari, Adulteri lapidibus obrui, abutentes masculis, & cum belluis comiscentes, sabbatorum violatores, filij proteruientes, homicidæ, & alij huiusmodi, de quibus in Leuitico, Exodo, Deuteronomio, pluribus locis inuenies, morti sunt addicti.

Nequibat antiqua lex. per versa, & obstinata malitiæ voluntate patrata delere facinora.

Grauiora itaque crimina, quæ nullatenus expiari poterant antiquarum illarum hostiarum sacrificijs, quę
I nominibus impietatis, & iniquitatis designantur, Christi virtuti expianda, & abolenda reseruabantur. Quod & Esaias ostendit dum inquit. Posuit in eo Dominus Isa. 53.
iniquitates omnium nostrum. Nostrum & hoc beneficium Daniel prædixit vbi ait. Septuaginta adhuc Dan. 7.
hebdomadæ sunt, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas. De quibus & Apostolus disseruit in epistola. Ostendens san Heb. 9.
guinem Christi longè nobis potiora præstitisse beneficia, super sanguinem taurorum, aut hircorum, seu cinerem vitulæ; Et alibi, Christus mortuus est pro peccatis nostris, iustus pro iniustis. Et iterum Isaias. Om Isa. 53.
nes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam
K suam declinauit, & posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras; attritus est propter scelera nostra, & alibi; Post hæc vocabitur Syon ciuitas iusti, Idem c. 1.
vrbs fidelis, in iudicio redimentur, & reducent eam in iustitia, & conuertet scelestos, & peccatores simul. Et iterum Apostolus. Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccato- Rom. 5.
res essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira, per ipsum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

Hinc

Hinc regius ille Propheta suæ conscius iniquitatis, non ad sacrificia illa, quæ ab ipsa iniquitate eum emundare non poterant, confugit, sed solius Dei innixus misericordiæ, remissionem implorauit. Quoniam (inquit) si voluisses sacrificium, dedissem vtique, holocaustis non delectaberis: Secundum igitur multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Tanquam diceret: qui non tantam adhuc impertiri voluisti virtutem bestiarum sacrificijs, vt ab iniquitate ipsorum suffragio emundari possim, ideo non antiquam tuam illam misericordiam imploro, sed ad ampliorem confugio. Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Hinc non ad hostias, aut ad illa muta sacrificia, seu sacerdotes illos confugio, sed ad te, vnicum peccatorum omnium expiatorem me conuerto, sic enim tibi soli peccaui, dum scelus iniquitatis commisi, à quo solo veniam sperare debui: Et infra; Sub vmbra alarum sperabo, donec transeat iniquitas.

Psal. 50. *Psal. 56.*

Expedit vobis, vt ego vadam. Nec numerabilia, aut intelligibilia sunt à nobis, quæ bona nobis acquisierit Christus suo abitu ad patrem per crucem, quę cū innenarrabilia videret Apostolus inquit; Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis in illo. Quæso Apostole doctor gentium, & si innenarrabilia sunt Christi beneficia nobis per crucem exhibita apud patrem æternum, saltem aliqua nobis depromas. Audi illum: Factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Christus Dei virtus, & Dei sapientia, factus est nostra, non tātùm quod factus sit ipse noster, sed quod technas, ac diabolicas fraudes intelligere, & subterfugere solus Christus poterat.

1. Corin. 1 *Ibidem.*

Ille pater mendacij suis valuit dolis parentes proximos, & si eruditissimos irretire, imò ipsum Christum, verbis armatus scripturarum sacrarum, vt se præcipitaret suadere curauit, & iterum ementitis promissionibus, se omnia bona, ac thesaurorum copias elargiturū promisit, dummodo procidens illum adoraret.

Quis autē huius leonis insidias, huius draconis astutias, huius hostis fraudes agnoscit, qui etiam in angelū lucis callide se transfigurat? Nemo profectò, nisi ille, cui Christus est sapientia; ipse enim, nec deludi potest, nec falli: magis autem hunc hostē ipse deludit, de quo canit Ecclesia. De parentis prothoplasti fraude facta condolens, quādo pomi noxialis morte morsu corruit, ipse lignum tunc notauit, damna ligni, vt solueret. Hoc opus nostræ salutis ordo depoposcerat, multiformis proditoris ars, vt artem falleret, & medelam ferret inde, hostis vnde læserat.

Vaferimi hostis nostri diabolimachinationes difficulter agnoscimus.

Hæc sapientia omnem vincens malitiam, sic nouit artem deludere arte; Attingit enim à fine vsque ad finem, cuncta prospiciens, Christus est nobis sapientia, in eundo securè, in perueniendo ad finem infallibiliter, & in intelligendo veraciter, quia ipse via est, & vita, & veritas nostra, qui pedes à lapsu, à laqueis animā, & à fouea vitam eruđiendo liberat. Iustitia est nostra, non solum qua iusti efficimur, quicunque efficimur, verùm ex eo maximè, quod paternæ ipse potuit facere satis iustitiæ; dum enim infinitæ offensæ diuinæ effe-

Infinitę offensæ sunt delicta mortalia.

A ctus esset debitor homo, non poterat homo, nec omnes homines soluere, aut facere satis; ideo Christus, qui & Deus est, & homo, voluit de rigore iustitię facere satis. Duæ conditiones requiruntur, vt fiat satis creditori de rigore iustitiæ, & hoc quidem primum, vt non de alieno, sed de proprio soluat: alterum, vt perfectè, ac totaliter totum, quod debet persoluat.

Homo ad hoc ipse tenebatur, propter offensam infinitam, ex parte auersionis à Deo, cui iniuria irrogatur, qui cum sit infinitus, culpa infinita irretiebatur offendens, cui pœna, & debebatur infinita; pœna enim semper sequitur ad culpam: Pro mensura peccati erit, *Deut. 25.*
B & plagarum modus. Homo igitur æternæ damnationis obnoxius, volebat quod debebat, sed quod volebat perficere non valebat: Deus valebat, sed non debebat. Vt igitur esset, qui volebat, & debebat, Deus homo factus perfecit. Soluit igitur, saluo iure diuinæ iustitiæ Christus, Deus, & homo, in rigore iustitiæ totū, quod homo pro offensa infinita debebat, quia Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Soluens de proprio, quia ad esse suum personale proprium, naturam traxit humanam, nec satis fuit illi, communi modo loquendi hoc in loco vti. s. ipsum esse redemptorem nostrum, sed pressius, ac intimius explicare curauit myste
C rium, dicendo ipsum esse redemptionem nostram: nā redemptor fuisset, quocunque modo nos redemisset, vel acceptando de congruo, quidquid per nos, vel per alios oblatum fuisset, vel solo suo verbo singula condonasset, &c. Quæ saluo iustitiæ suæ intemerato iure fieri non valebant. Ideo ipse factus redemptio nostra, quia ipse seipsum exhibuit, & de suo soluit, dū animam, seu vitam suam pro nobis exposuit pœnis, ludibrijs, vulneribus, & neci, & cum talis fuerit ista redemptio, est etiam salutatio nostra: nam tria sunt ad veram satisfactionem cōcurrentia. s. quod sit opus pœnale, factum in charitate, Deo directum, per quod ali-
D quid subtrahatur à peccatore; In his namque operibus satisfactorijs maximè oblectatur, neque enim nostris oblectatur malis, nisi hac ratione, prout sibi diriguntur ad satisfaciendum sibi.

Ad veram satisfactionem tria cōcurrūt.

Et ideo, & si Christus plenissimè satisfecerit, & eius satisfactio pro peccatis valeat, & pœnis totius mundi, & quæ sunt in mundo, tamen voluit nos huius gratissimi operis etiam participes fieri, vt & pro nobis inuicem satisfacere aliquo modo possimus, primò, vt compateremur secum; secundò, quia eius vestigia sequi tenemur, qui venit dirigere pedes nostros in viam pa-
E cis. Vnde Petrus: Christus (inquit) passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, & supra: Exemplum (inquit) dedi vobis, vt quæmadmodum ego feci, & vos faciatis.

Vide pulcherimam doctrinā, & notatu dignissimam.

1. Epi. c. 2 *Cap. 13.*

Magnificentior, ac præstantior dignoscitur virtus Christi, quæ nobis etiam communicatur, ad facienda iustificationis opera, quæ Deo efficiuntur grata, & meritoria, quàm si sibi soli hoc priuilegium reseruasset. Innititur tamen merito Christi infinito omne nostrum meritum, quod etsi ex se sit finitum, nec pertingere valeat, vt supra infinita offensa satisfaciat, virtute tamen Christi (si tamen per gratiam, & charitatem coniunctus sit homo Christo, sitque membrum, non aridum, sed habens à Christo virtutem) efficitur capax, ac potens ad satisfaciendum sibi, & cuicunque alteri indigenti,

Omne meritum nostrū Christi meritis immediatè adhęret

genti, in charitate constituto, qua quidē ratione, opera nostra, per modum suffragij, etiam mortuis in purgatorio consistentibus, beneficium præstant, vt liberentur; ita vt sancta, & salubris sit cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.

Superest, & alia satisfactionis ratio, propter quam, post susceptum baptismum, peccatores ad satisfaciendum peccato tenentur. Qui sicut per peccatum, arida membra Christi facta fuerant, ita rediuiua membra, per sacramentum pœnitentiæ fiunt. Est enim satisfactio, pars vna, ex tribus precipuis pœnitentiæ partibus, & sicut peccando homo, non solum auersus fit à Deo, in quo consistit ratio infinitatis culpæ, ex parte tamen conuersionis ad creaturas, habens finitatem, actus peccati, cum hoc sit ex hominis facultate, nec congruum, nec æquum erat, vt homo nil pro suipsius salute ageret, & in hoc consistit indulgentiarum ratio, quæ præsupponunt prius homines peccatores, per Christum à damnatione, & pœna æterna liberatos, obnoxios tamen pœnæ temporali.

Peccati actus quō Ifinitus sit & finitus.

Sed adhuc illud aduertendum, quod ex defectu suscipientis gratiam, satis etiam per susceptionem sacramentorum, cúm nunquam simus dispositi, nunquam totius effectus gratiæ, imò nec totius diuinæ gratiæ fontem haurimus, sed alius alio perfectiùs, & copiosiùs gaudet, iuxta capacitatem, ac dispositionem recipientium, qui dum Dei amore sunt feruidiores, sæcularium illecebrarū vehementiùs detestatores, ad Dei cultum propensiores, suorumque criminum intensiùs patiuntur dolores, qui ex contritione proueniant.

Indulgentias suscipientium impar est ratio.

Maiorum etiam pœnarum temporalium remissionem consequuntur: licet enim Christus sufficienter, quantum ex parte sui, satisfecerit pro nobis, tam quo ad culpam, quàm quo ad pœnam, neutrum tamen ex his consequimur, nec efficienter habebimus, nisi in vtroque adulti concurramus; non enim alicui vnquam culpam dimittet, nisi de commisso peccato doleat, nec totaliter pœnas remittet, si paruipendamus in pœnis aliquo modo secum concurrere. Vnde Apostolus de seipso inquit; Suppleo his, quæ desunt passionū Christi, & alibi. In omnibus exhibeamus nos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in ieiunijs multis, &c.

Coloss. 1.
1. Corin. 6.

Expedit vobis, vt ego vadam, si enim non abiero Paraclytus non veniet ad vos, & c. Protestatus fuerat Iudæ, & cæteris filijs Iacob, Ioseph, se non concessurum Symeonem confratrem, nisi prius concederetur Beniamin ille dilectus, quem abduci à suis oculis, pater Iacob omnino nolebat. Quod si hic ille adesset Ruben, aut Iudas, non quidem impius ille Iscariotis, sed prudens primogenitus inter duodecim Iacob illius Patriarchæ filios, qui reluctantibus sponderet, aut cum Rubē diceret; duos filios meos interfice, si non reduxero eum tibi, aut cum Iuda regressum polliceretur; mitte puerum mecum, vt proficiscamur, & possimus viuere, nè moriamur nos, & paruuli nostri: ego suscipio puerum de manu mea require illum, nisi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore: Cum longè potiora sint bona, quibus afficit nos abitu suo Christus, dilectissimus æterni patris filius, tam piè tamen de suo abscessu mœrentes consolatur, vt donum tale polliceatur, quod possit consolari nos in omni tribulatione nostra: Expedit vobis (inquit) vt ego vadam.

Gen. 43.

F Non vltra rogandus est Deus à Moyse, vt mittat quem missurus est, non efflagitandus, vt veniat, qui venturus est. Iam adest, qui mundus erat, & venit, qui venturus erat; propterea ipse, non alium, quàm seipsum iturum dicit: Expedit vobis, vt ego vadam.

Ideo expedit vobis, quia vado immolari pro vobis. Expedit vobis, captiuis, vt ego vadam, vos soluere à vinculis, vos eripere ab inimicis, vos à peccatis vestris liberare. Ecce quantum expedit vobis, vt ego vadam. Per me princeps huius mundi eijcietur foras; solus ego, illo fortior, qui superueniens, illum deuincam, arma eius disrumpam, potentias eius compescam, arcum, scutum, gladium, & bellum poteniet destruā; & confringam; Confringam (inquam) nec poterunt stare, G cadent subtus pedes meos. Expedit vobis, vt ego, qui ad componendam pacem æterni patris vobiscum; mediator existo, vadam ad conciliandum offensum, ad satisfaciendum, ad placandum, ad soluendum pro vobis, si autem non abiero, nulla spes vestræ salutis, vobis relinquetur, & Chirographum, quod aduersum vos est, non delebitur, & totius salutis opus impeditur, dum non impletur: vnus nempe Dei, & hominum mediator existo, qui Deus, & homo, velut lapis angularis, disiunctos parietes, in vnum totius Ecclesiæ ædificium construo.

H *Si non abiero Paraclytus non veniet ad vos, & c.* Si meam à vestris conspectibus, præsentiam corporalem non subtraho, spirituale spiritus sancti donum, non mitto, dum vos visibili hac mea præsentia fruimini, dū hac mea naturali præsentia summopere gaudetis, ad superna bona, & cœlestia, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, non anhelatis, & cum oporteat, vt quisquis spiritualia desiderat, temporalia contēnat, expedit vobis, vt ego vadam, quia subtractio bonorū temporalium, initium, & ianua efficitur bonorū spiritualium, & qui inhiat cœlestibus, oportet mancipetur terrenis.

I *Si non abiero Paraclytus non veniet ad vos, & c.* His apertè ostendit, discipulos ex carnalibus, seu animalibus, spirituales esse futuros; Ideoque copiosiùs spiritum sanctum esse habituros. Veniemus (inquit supra) & mansionem apud eum, ego, & pater faciemus, & idem nobis de spiritu sancto promittitur, qui & nobiscum mansurus in æternum promittitur. Quia in nullo credendus est esse pater sine filio, & spiritu sancto, aut sine patre, & filio, spiritus sanctus. Sic enim oportebat (inquit Augustinus) insinuari Trinitatem, vt vbi nulla est diuersitas substantiarum, singillatim commendaretur distinctio personarum. Sed quid est, quod dicitur. Si non abiero ego, non veniet ille, & si abiero, K mittam eum ad vos? An seinuicem compati nequeūt, qui etiam in vna diuinitatis natura consistunt? cui quæsito, facilè, ex eiusdem verbis, respondemus, si ad omnia, quæ dixit Christus, attendimus. Hoc enim (inquit) quia expedit vobis, vt ego vadam; addens, si non abiero, Paraclytus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos.

August. Tract. 94.

Nec me pigeat accipere, & vos, audire ab August. Ac si diceret, si alimenta tenera, quibus vos alimini, non subtraxero, solidum cibum nō esurietis, & si carni carnaliter hæseritis, capaces spiritus non eritis. Nolo, vt carnali huic meæ visioni, sic inhæreatis, vt veluti semper, quasi modo geniti infantes, solo lacte contenti, solido

August. Ibidem.

solido cibo careatis, quia videtis creditis, sed beatiores F
sunt qui non viderunt, & crediderunt; aut hic adhuc
existens Christus, non poterat Spiritum sanctum mittere super quem, in suo baptismate, nullum audiuimus illum manere.

Ibid. Augustinus. Dicat denuo Augustinus, quis hoc dixerit? neque enim vbi ille Spiritus sanctus erat ipsum verbum recesserat, sic enim venerat à Patre, vt etiam maneret in Patre. Et quomodo hic positus non poterat mittere, à quo scimus, nunquàm separabilem fuisse, & qui adhuc in terris existens, suis insuflando discipulis, infudisse?
Ioan. 20. Accipite (inquit) Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata remissa sunt &c. Quid est ergo, si non abiero, non veniet ad vos, nisi incapaces estis ad ipsum recipiendum, quamdiu secundum carnem persistitis nosse Christum. Vnde ille, qui iam acceperat Spiritũ
2. Cor. 5. sanctum ipsum inquit. Et si non noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus, etiam ipsam quippe carnem Christi, nõ secundum carnem nouit, qui verbum carnem factum, spiritualiter ex fide cognouit. Hoc nimirum, magister bonus insinuare voluit, cum inquit. Si non abiero, paraclytus nõ veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos. Sic, & recedente visibiliter ab eorum aspectibus Christo, cum ipsis tamen inuisibiliter remanet Christus, secus vbi esset illa eius promissio: ecce ego vobiscũ sum, vsque ad consumationem seculi? & alibi. Vbi fuerint duo, vel tres, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum? & de indiuisibili tota Trinitate, supra; Veniemus, & mansionem apud eum faciemus?

Si non abiero, Paraclytus non veniet ad vos, & cæt. Cedant corporalia spiritualibus, quæ in terra sunt diuinis, inuisibilibus visibilia. Doles de amico mortuo? de parente, de filio, de marito, ad meliorem vitam translato? Intellige, quid veritas dicat. Expedit tibi, vt ille vadat, si enim non abierit, paraclytus non veniet ad te. Age potius, vt pergas ad ipsum, quã vt reuoces ipsum, satius hoc tibi orbari parentibus & amicis, & ad vitam ingredi, quàm duos oculos, duasvè manus, siue duos pedes habentem, in gehennam mitti. Si corporis valetudo, & sanitas ex carnis petulantia, paraclytum ne veniat, impedit; si honores, & dignitates, si consortia, si rerum vsus, si ciborum delectus, aut aliud huiusmodi, ne veniat paraclytus, ne tibi gratia impendatur diuina, fit impedimento; abeant omnia, cuncta recedant, vt ille descendat omnium consolator, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, consolator optimus, dulcis hospes animæ.

Ipse est ignis, non comburens, sed illuminans, non consumens, sed purificans: ipse fons viuus, nos expurgans, aqua mundanos emundans, quò fit in nobis fons aquæ salientis in vitam æternam. Ipse spiritualis illa vnctio, qua sauciatorum omnium sanantur vulnera. Dexteræ Dei hic digitus ad litteram nos erudiens veritatisque magister, pignus nostræ salutis, nostris infusum cordibus, in quo clamare audemus Abba pater.
Omnium bonorum salutis nostræ effectiuum autor sanctus est Spiritus. Ipse noster aduocatus, postulans pro nobis gemitibus innenarrabilibus.

Ipse dæmonum propulsator, vitiorum debellator, perditorum conquisitor, dat reis veniam, dat salutis premium, dat perenne gaudium; occultat Christus ab humanis obtutibus, abijt visibili, & corporali præsentia, vt hunc nobis suum mittat spiritum. Sed absit, vt, qui cum Patre, & Filio, vnius est substantiæ, sine Patre, & Filio ad nos venire credatur: neque separari localiter possunt, qui substantialiter inseparabiles existunt.

Qui abijt Christus, venit Christus, abijt visibilis, vt veniat inuisibilis; ipse ab oculis corporeis occultatur, qui fidei lumine, ab oculis mẽtis euidentius inspicitur. Sed propterea, adhuc ignari diuinorum mysteriorum, profectuumq; suorum minus capaces, vltra quàm par sit, Christi visibilem presentiam dolent. Sumus autem nos maiori reprehensione, imò culpa incomparabili
G adnotati, veluti, qui non corporalem, sed qui spiritualem Christi, Spiritusque sancti, nec præsentia oblectamur, nec absentiam dolemus: Imò paraclytum illum abigimus, dum ad alias consolationes conuertimur creaturã, creatori anteferentes. Sunt & qui videntur sibi ipsis à Christo derelicti, quotiescunque desiderio bonorum temporalium frustrantur, & Christum tantum corporaliter, visibiliter, & carnaliter diligunt, solum dolentes de absentia corporalium, & de terrenorum carentia sedulo conquerentes, sed audiant, quid sequitur.

Si autem abiero, mittam eum ad vos, &c. Aposto-
H lo teste. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Vnicuique *Ephes. 4.*
enim nostrum, datur gratia hæc, secundum mensuram donationis Christi. Quod enim ante per Prophetas *Psal. 67.*
dictum est. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Verborum varietas, non sensus, & intelligentiæ mutatur veritas, ante donata dona, capitur captiuitas, & fit captiuata captiuitas. Quid autem sit captiuitatem capere, seu captiuam ducere captiuitatem, Augustinus disserit. Vtrum (inquit) quia *Augusti. in Ps. 67.*
ipse vicit mortem, quæ captiuos tenebat, in quibus regnabat? An ipsos homines appellauit captiuitatem,
I qui captiui sub Diabolo tenebantur. Captiuitate autem homines, dicuntur à Christo, qui capti sunt per Christum; Apostolo Petro dicentem, ex hoc eris capiẽs homines. Et Apostolus ait, captiuantes intellectum, in obsequium Christi, & capti sunt, qui subiecti, liberati à peccato, serui facti iustitiæ subiugati iugo illo leui, missi sub tenui sarcina Christi. *Luc. 5. 2. Cor. 10*

His sub tali vehiculo ambulãtibus hominibus, quæ cepit, hęc dedit hominibus dona. Aeternaliter cepit, qui totum à Patre, quod est Patris accepit; quæ tamen in temporis opportunitate, suis donãdo distribuit, aut certè prius accepit, qui in instanti conceptionis assum-
K ptæ humanitatis, diuinis omnibus donis floruit, quæ passim pluribus, plurima impertiuit; aut demum, quasi prius accepit, quàm donauit, merito imploraturus, vt elargirentur pluribus, secundum quòd supra scriptum est: Rogabo Patrem, & alium paraclytum dabit vobis spiritum veritatis, qui à Patre procedit.

Si autem abiero, mittam eum ad vos, &c. Christi sola passio, Spiritus sancti nobis promeruit missionem: Ante autem, nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus, nunquam enim adoptionẽ filiorũ recepissemus, nisi passionis Christi, effecti participes essemus. Sed quomodo consolabitur nos, post passionem Christi Spiritus sanctus? Quoniam deperditam illam immortalitatis hæreditatem; restitutã ostendet, de qua dicit. Quoniam (inquit) tu restitues hære- *Psal. 15.*
ditatem

ditatem meam mihi. Sed quando restituet? Cùm dederit dilectis suis somnum, ecce hęreditas Domini, merces filij fructus ventris. Consolabitur nos animã corpori, in resurrectione, iterum copulaturus, & vt in carne mea, Saluatorem meũ visurus sim, & oculi mei conspecturi sint, & non alius.

Quomodo verò euenturis talibus consolatione affici potuissemus, non eunte ad passionem Christo, & nõ resurgente ipso capite resurgentium, ac primogenito mortuorum? illic etiam maximè idem spiritus consolabitur nos, cùm scripturæ sacræ archana, & contenta mysteria reserabit; ea enim, quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per consolationem, ex ipsis spem habeamus, sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti mysteria etenim nõ aliunde haurire licèt, quàm à Spiritu sancto. De quo scriptum est. Spiritus est, qui loquitur mysteria.

Mittam eum ad vos, &c. Obserua locutionis diuersitatem. Cùm ante dixisset. Si non abiero, non venier: nunc non ait, veniet, sed mittam eum ad vos, absit enim, vt careant mysterio, vel ista vnum, vel vnus apex, sermonum Christi. At cum venire spontaneũ accessum significet venientis, mittere verò, iurisdictionem denotet mittentis, apertè istis significatur, & spontaneus ad nos accessus Spiritus sancti, & debita cõgruitas Christi mittentis.

Quomodo necessaria fuerit incarnatio christi.

Poterat quidem sine passionis Chisti mysterio, Spiritus sanctus aduenire, & sua omnipotentia, homini condonare delicta, nec absolutè necessaria fuit, vel incarnatio, vel passio Christi; sed ex maxima Dei charitate, qua Deus dilexit facturam suam, propter nimiam, (inquam) eius charitatem, Deus filium suum misit in mundum factum sub lege, factum ex muliere, vt saluetur mundus per ipsum. Perditum enim poterat, & pro rigore iustitiæ, debebat, in perditione relinquere. Verum, vt miserationes eius sint super omnia opera eius, opera manuum suarum porrexit dexteram.

Per illud autem, quod secundo loco dicitur. Si abiero, mittam eum ad vos, clarè passionis meritum designatur, qua Christus promeruit nobis, non tantum ex congruo, verùm & ex condigno, & de rigore iustitiæ, tum gratiam, & Spiritus sancti aduentum, cùm gloriam, & regni cęlestis hæreditatem, vt simus hæredes, secundum spem vitæ æternæ: cùm enim longè maioris virtutis, sit solutio, quàm debitum, soluit Christus plenissimè debita totius mundi, & plurium mundorũ, si essent. Quapropter sine passione venire, negat paraclytum, post passionem, mittere ipse paraclytum pollicetur: Ipse enim, qui Spiritum sanctum nobis donari promeruit, ipse etiam est, qui eundem nobis donaturum ostendit.

Passionis Christi meritum.

Demum aliud non prætereundum videtur. Nusquã Spiritum sanctum vocatum fuisse paraclytum, nisi post passionem Christi, & quidem multis eum encomijs, Sapiẽs extollit, est enim sanctus (ait) vnicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiant omnes spiritus, intelligibilis, mundus, subtilis, Christus autem post passionem nullo alio nomine vocat, nulla alia voce eundem appellat, nisi paraclyti nomine, quod

Sap. 7. Spiritus sancti encomia.

F peculiare donum sit iustorum, & pro Christo, tribulationes perferentium.

Datur quidem interdum Spiritus sanctus malis, non tamen illis paraclytus datur. Nonne Caiphas Spiritũ sanctum habuit? nonne, qui gratias gratis datas possident, participes sunt Spiritus sancti? Verum longè differentius ab illis, quibus paraclytus mitti dicitur, quãdoquidem, istis gratiæ gratis datæ elargiuntur, non ad propriam, sed ad aliorum salutem, paraclytus verò, ad salutem, & consolationem eorum, quibus mittitur, datur, per quod donum, gratia infunditur animæ, charitas Christi, & consors efficitur homo naturæ Diuinæ; per G illud intellectus, ad archana penetranda illustratur, & lingua interdum mouetur, sed voluntas omnino non regulatur, mens non dirigitur, homo non gratificatur, nec peccata per dona illa Spiritus sancti, condonantur, aut remittuntur.

Possunt multi gratiarũ spiritus sancti esse participes, qui nequeunt sanctũ habere paraclytum.

Cum autem venerit ille paraclytus, quem ego mittã. vt vos meæ redemptionis participes efficiat, vt vos; nõ mortua, sed viua, efficacioraq; eius instrumenta faciat; Postquam vos consolatus sua præsentia, fuerit, fortesq; athletas, sua virtute instituerit, potentissimoque munimine roborauerit; tunc ipse in vobis existens, per vos, velut per viua sua organa loquens, promptè, & intrepidè, in inimicorum medio prosiliens, arguet mundum H de peccato, de iustitia, & de iudicio. Ecce munus Spiritus sancti, ecce officium paraclyti.

Quid igitur contristaris, qui à Domino corriperis? Nonne quem amat Deus corripit? nõne flagellat omnem, quem recipit? Cùm itaque te ipsum, aut de peccato, aut de iustitia, aut de iudicio arguis, hoc non nisi intellige à Spiritu sancto esse, hoc agnosce, nõ nisi quia, qui te ministrum facit Spiritus, ille facinorum argutor est. Insuper cum alium, pia, fraternaque correctione arguis, paraclyti officium exercere te non ignores.

Spiritus sancti munus.

I Tria autem sunt arguenti necessaria, primum est lumen, non cęcitas, contingit autem cecitas, vel ex ignorantia, vel ex liuore passionis.

Tria sunt necessaria ritè exequenti fraternę correctionis offitium.

Quo ad primum necessarium est scientiæ lumen, ne si cęcus cęco præstat se ducem, vterque præcipitet: quo ad secundũ non impellente passione animi indignãtis, officium, proximus corrigatur, sed charitate vrgente, ob illius salutem, secundum quod scriptum est, charitas Christi vrget nos.

Secundò necessaria est munditia arguentis. Quis enim ab immundo mundari potest, & qui in oculo trabem defert, quomodo festucam ab oculo alterius deijciet.

K Tertiò requiritur viror animi, veluti difficilia aggredientis, iuxta quod dicitur. Noli fieri iudex nisi virtute infringere valeas; Hinc Apostolis, demissus argutor Spiritus sanctus, in ignis specie descendisse legitur, ad tria hæc præsignanda, quæ ignis naturam comitantur.

Eccle. 7.

Arguet mundum, &c. Is qui piorũ est consolator, ipse est, & impiorum repræhensor; qui flagella irrogat, qui corripit gentes, qui terret improbos, ipse sanat contritiones eorum. Ego (inquit) occidam, & ego viuere faciam percutiam, & ego sanabo. Qui damnat impios ipse sanat pios. Alterum duorum Spiritus sanctus adueniens efficit, si ab ipso consolationem recipis iustorũ cathalogo ascriberis; si argueris, peccatorum numero copularis. Sed quæso, quid est mundum arguere, nisi mun-

mundum, in maligno positum protestari? Quid est mundum arguere, nisi ad mundi detestationem, & abhominationem, imò ad mundi odium, & eorum quæ in ipso sunt, nos adducere, vt non diligamus mundũ, neq; ea quæ in mũdo sunt? qd est arguere mũdũ, de peccato, de iustitia, & de iudicio, nisi apertè, ptestari, omne qd est in mũdo, esse, aut cõcupiscentiam carnis, aut concupiscentiam oculorum, vel superbiam vitæ?

Arguet mundum, &c. Idest aduersus mundi amatores insurget; Arguet, ostendendo peccati grauitatem, iustitiæ rectitudinem, & iudicij terribilitatem; Arguet compatiendo, obsecrando, adiuuando infirmitatem, subleuando à terrenitate, promittendo, exprobrã do. Superest, vt qui sic à paraclyto arguti, non resipiscunt, longè acrius se arguendos, non ad resipiscendũ, sed ad condemnandum agnoscant quando peccatori dicet Deus, arguam te, & statuam contra faciem tuam. *Psal. 49.*
Psal. 6. Hinc rogat aliquis, semel & iterum. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, ne *Augustinus.* fortè ad nihilum redigas me, quis enim nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore illam dinumerare? Hinc rogat alius. Hic vre hic seca, vt in æternum parcas: & *Psal. 22.* nam virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt, *Psal. 118* & alibi. Bonum mihi, quòd humiliasti me.

Arguet mundum, &c. Sed nonne & Christus mundum arguit, testimonium perhibens, quod opera eius sint mala? Arguit & Christus Pharisæos, & Scribas, populumque Israeliticum, annuncians populo suo scelera eorum. Constitutus enim erat Rex à Deo super Syon montem sanctum eius, prædicans præceptum eius, veluti qui missus esset ad prædicandum, non nisi ouibus, quæ perierunt domus Israel. Post passionem autem eius, Spiritus sanctus mittitur mundo, quia Christus pro omnibus passus est, vt saluetur mundus per ipsum; ob id enim mittuntur in vniuersum mundum, omni creaturæ prædicaturi discipuli omnes baptizaturi, & pœnitentiam annunciaturi.

Arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio, &c. Sicut tres sunt virtutes, quibus saluantur pij, ita tria mala, quibus damnantur impij, de fide, spe, & charitate laudantur iusti; de peccato, de iustitia, de iudicio, arguuntur improbi. Tres sunt, qui testimonium reddunt in cœlo sanctis; tria sunt, quæ testimonium reddunt in inferno damnatis. In homine tres sunt potentiæ, essentiam animæ concomitantes, voluntas, per quam committitur peccatum, intellectus per quem defraudatur iustitia, & memoria, per quam futurum iudicium non rememoratur. Arguere igitur horum hominem, est arguere totum hominem. Hoc autem est arguere mundum, absit enim, vt aliter hic mundus intelligatur, quàm mundanus homo.

Tria præcipuè vitia oino fugientes velut quibus dãnamur tres debemus virtutes quibus saluamur amplecti.

Arguet de peccato, &c. Per quod homo offendit Deum, de iustitia, per quod homo seipsum non punit, & de iudicio, per quod damnat inaniter proximũ. De peccato in committendo, de iustitia, in nõ soluẽdo, de iudicio, in non timendo; est nanquis in omni peccato & iustitia, & falsum iudicium, iniustè enim agit quicunque malè agit, & fallit seipsum, quisquis in creaturæ fruitione, bonum sibi pollicetur, vel de peccato, quod non detestatur, de iustitia, quam non sectatur, & de iudicio, quod non formidat. De peccato quod audet homo committere, de iustitia, quam homo non ve-

A retur violare, de iudicio, per quod homo non corripitur. De peccato, dum cogitatur, de iustitia, quum perpetratur, de iudicio dum non compungitur. De peccato, quod nos commisimus, de iustitia quam non suscipimus, de iudicio, quod non timemus, quasi horrendum non sit, incidere in manus Dei viuentis.

Arguet mundum de peccato, &c. Sed non solum de peccato, quod remissibile est, ex fragilitate, sed de iustitia, dum non se puniendo per pœnitentiam, in illo perseuerat; & de iudicio, dum peccator tunc contemnit, cum in profundum peccatorum venerit. Arguet Spiritus ille sanctus de peccato, per sinderesim cõsciẽ
B tiæ, de iustitia, per virtutem pœnitentiæ, & de iudicio, per timorem gehennæ. Arguet mundum de peccato reducendo ad gratiã contritionis, de iustitia, ad pœnarũ satisfactionẽ, & de iudicio, à damnatione ad salutẽ.

Arguet de peccato, proponenda baptismum, de iustitia, prædicando pœnitentiam, de iudicio, protestando dominationem. De peccato per quod effecti sunt serui diaboli, de iustitia, per quam expertes effecti sunt regni cœlestis, de iudicio, per quod consortes effecti sunt regni tartarei. De peccato, ex cæcitate, de iustitia, ex obliquitate, & de iudicio, ex temeritate. Arguet de peccato, per inspirationes, de iustitia, per exhortationes, de iudicio, per exprobrationes. De peccato per
C ignorantiam, de iustitia per malitiam, de iudicio per consuetudinem. De peccato per carnis fragilitatem, de iustitia, per animi malignitatem, De iudicio, per diabolicam obstinationem.

Attende.

De peccato, quod contra naturalem rationem, de iustitia, quæ est contra legis dispositionem, & de iudicio, quod est contra præceptorum iudicis promulgationem. Arguet de peccato, carnales, de iustitia improbos, de iudicio, temerarios. Arguet de peccato mulieres, de iustitia seculares, de iudicio religiosos. Arguet de peccato subditos, de iustitia ministros, de iudicio principes. Arguet de peccato pauperes, de iustitia mercato
D res, de iudicio potentes. Arguet de peccato ignaros, de iustitia literatos, de iudicio Doctores.

Non transeas hic sicco pede.

O verè pium totius mundi reparatorem spiritum. facessant, qui dicunt, nõ dari salutis aditum resipiscentibus, nunquid voluntatis Domini est mors impij, & non magis vt conuertatur, & viuat? Is igitur arguit mundum, qui vult omnes homines saluos fieri. Quid est arguere, nisi à peccato reuocare, nisi ad vitam inuitare, nisi salutem exhibere? Nonne ipse stat ad ostium, & pulsat, vt si quis aperuerit intret, & commoretur? An non inuitantur omnes, si quis salutem sitit, accedat & bibat? An non permittitur conuertenti se, in ieiunio fletu, & planctu, Dei benignitas, & misericordia,
E ad ignoscendum? Et si auerterit se impius ab impietate sua, & fecerit bona, quòd vita viuet, & non morietur, sed saluabitur? Igitur præconem, & magistrum tantum audiamus, qui nos arguendo instruit, tuetur, edocet, & salutem nobis pollicetur æternam.

Arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio, &c. Non de tribus his tantum explicitè, sed de multis, imò de omnibus alijs mundi facinoribus, quæ in his implicitè cõtineri videntur, si Dei & proximi, & salutis animæ, propriè offensiones recensitæ intelligantur. Quomodo autem, in suo sensu principali, intelligi debeant hęc tria, summa ipsa veritas non est dedignata

recensere,

recensere, vt ex sua in aliquibus dictis, expositione, discamus latentia enucleare contenta. Quibus obstruitur temeritatis os, illorum hæreticorum, qui rudiores effecti Iudæis infidelibus, nihil spiritus sub littera, sed solam litteram occidentem, se occidentes, suscipiunt.

Aperiat nobis Christus sensum, vt intelligam' scripturas, de quibus Propheta inquit; Da mihi intellectũ & scrutabor legẽ tuam? Quis enim nouit sensum Domini? Neque enim clamaret Christus. Qui habet aures audiendi, audiat: nec gratias ageret, quòd paruulis, idest, humilibus sint credita eloquia diuina, abscondita autem à sapientibus, & prudentibus sæculi, suo innitẽtibus sensui, nisi arcana perscrutanda darentur.

Cum venerit ille arguet mundum de peccato, &c. Vna intentio, vna mens, vnusque finis in quem feruntur, & ad quem tendunt, & filius, & ipse Spiritus sanctus; vt tollatur (inquam) opus peccati, nec vlterius regnet in nostro mortali corpore peccatum. Nam & pater (Apostolo teste). Filium suum mittens in mundũ in similitudinem carnis peccati de peccato damnauit peccatum in carne, opus tamen Sancti spiritus dicitur arguere ad expellendum peccatum, propter quod abolendum mortuus est Christus, quòd enim mortuus est peccato (ait Apostolus) mortuus est semel; oportebat enim auferri peccatum, & expelli, si nobis vita debebat impertiri. Per peccatum mors. Quia peccatum Ianua est mortis, & inferni; neque enim aliud rogamus, cum pro mortuis oramus, vt à porta inferi, eorum animæ liberentur, nisi vt à peccatorum nexibus liberentur. Peccatum occidit animam: quandò quidẽ scriptum est. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Et alibi. Homo per peccatum occidit animam suam.

Rom. 8.
Ezech. 18
Sap. 1.

Christus venit, vt vitam habeamus, & abundãtius habeamus. Spiritus sanctus nos sua gratia viuificat, & ideo vehementer inuehunt contra peccatum, vt seruiamus Patri in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Quomodo autem arguet mundũ Spiritus sanctus de peccato, nisi quia nos detestatores Spiritus sancti facit? Quisque non humano spiritu fertur, sed Spiritu sancto mouet, is in peccatum inuehitur. Quòd si ad peccatum impellitur à diabolico spiritu agitur. Si quis autem Spiritum sanctum se habere cogitat, in hoc agnoscat, si peccatũ exprobrat. Vbi enim Spiritus sanctus, ibi detestatio peccati. Arguet (inquit) mundum. Quid ni, si nec alium, nec se ipsum homo arguit de peccato, imò oblectatur in illud, fouet, & nutritur cum illo? Ambulat, sedet, & dormit cum illo.

Audiant, qui præsunt; qui immunes debent esse à peccatis, quibus credita est cura aliorum, à quibus arcere peccata tenentur. Audiant confessarij, quibus ad hoc datus est spiritus sanctus, ad remittenda peccata; qui si etiam mundum peccantem in confessione audirent, arguere illum de peccato deberent. Quid si vnũ seorsum ab alio, in confessionis Sacramento peccatorem, audirẽt? Accipite (inquit Christus) Spiritum sanctum quorum remiseritis &c.

Opus igitur Spiritus sancti, quomodo rectè facit, qui quod est munus Spiritus sancti non perficit? Audi Dominum. Si dicente me ad impium morte morieris, non annunciaueris ei, vt auertatur à via sua mala, ipse impius in iniquitate sua morietur. Sanguinem autem

Ezech. 3.

F eius, de manu sua requiram. Hinc conqueritur Dominus. Vulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, & linita oleo. Et Heli corruit è sella fractis ceruicibus, quòd filios nõ argueret de peccato.

Isa. 1.

Omnibus autem hoc præcipit Christus, si peccauerit in te audiente, vidente, intelligente, frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Et Apostolus iubet peccantem publicè publicè argui. Et iterũ argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Attende quàm necessaria sit hominibus correctio, cui Deus ipse, & Christus, semel atque iterum se exposuit, vt argueretur, si quid esset, de quo argui videretur.

Mat. 18.
2. Thes. 4.

G Quæritur iudicium, subuenite oppresso, iudicato pupillo, & venite & arguite me dicit Dominus, & supra. Quis ex vobis arguet me de peccato?

Arguet mundum de peccato, &c. Arguet, vt resipiscat, vt detestetur agnoscendo peccatum. Arguet, vt à peccato, transeat ad gratiam, à vitio, ad virtutem, à dãnatione, ad gloriam. Arguet (inquit) mundum. Quia non dęmones, sed homines ad vitam, & ad salutem recuperandam inuitat. Venit namque, non vt damnatis omnibus, salutis subsidia conferat, sed vt solis hominibus remissionis culparum cõmissarũ beneficia impertiatur. Iuxta quod scriptum, & sancitum est in Symbolo: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cęlis. Venit (inquam) peccatores saluos facere, vt saluetur mundus.

Sunt quidem dæmones partes quædam vniuersi, haud tamen sunt in mundi partibus computati, nisi forsan prout in mundo aliqua operantur in nobis. Ad homines loquitur, quorum delicta sunt humana, non diabolica. Humana (inquam) quia humanum est peccare, non diabolica, quia diabolicum est perseuerare. Peccatum, humanũ, ex fragilitate, diabolicum ex malitia velut à fonte progreditur. Hoc diabolicum dicitur, non quòd irremissibile in homine efficiatur, sed quia præsertim à demone oriatur, vbi initium omnis peccati, superbia inuenitur. Mundi autem peccatum, aut ab ignorantia, aut à fragilitatis somite progreditur, licèt, & à demone omnium malorum authore suggeratur. Quod autem in singulari loquitur inquiens.

Quõ dæmones sit partes vniuersi.

Arguet mundum de peccato, &c. Ad illud generalius, communius, & frequentius peccatum carnis referri, non incongruè potest; Quandoquidem, caro à spiritu argui non immeritò debet, quæ spiritus, velut inimicam, se præbet; concupiscit enim aduersus spiritum, recalcitrat, & rebellat spiritui, velut inimica sibi. Imperterritus hic noster hostis à Spiritu sancto dicitur argui, qui à sola eius virtute, potest cohiberi, & deuinci. Quo ille etiam sanctus Apostolus, se colaphizari dolebat. Cui Dominus respondebat. Sufficit tibi gratia mea. Sunt tamen voluptatis amatores, qui carnis illecebras, velut minima fore peccata contendunt; sed si rectè videor nescio quis sæuior hostis nobis efficiatur, quis crudelior, quis victoriosior in nostro congressu censeri possit; diabolus, & cacodęmones, an caro, & illecebrę, in quibus versamur. Video nos multis armis munitos, ad profligandum Sathanam, dæmonumque. In ieiunio, & oratione, omnẽ dæmoniorum genus profligare, & procul repelli ab ipso nostro Saluatore didicimus.

Carnis peccatum
2. Cor. 12.
Hostis acerrimus est nostræ carnis tenatio.

In

In nomine Iesu omne genuflectitur, serpentes, inoffensibiles redduntur, Dæmones fugantur, crucis ligno cohibentur, Aquæ, & sacramentalibus ac sacramentis omnibus cedunt exorcizantur, ligantur, velint nolint, superantur. Peior Dæmone Caro effrenior, & nobis ipsis crudelior nonnunque efficitur, quæ nec Ieiunio, nec oratione, ne molestet cogitur. Non Iesu nomine mansuescit, non sacramentalibus, aut sacramentis prorsus inualidatur, non cruce repellitur, nisi forsan in cruce confixa moriatur. Dæmones ad extra congressum habent, nobis cum ipsa intus continuis nos impugnationibus urget, nec nobis Dormientibus parcit. Diabolus nobis sub ementitis coloribus, ad malum, sub Dietatis forma illudit. Caro veluti Impudentior effecta, in malum, & in illud crimen impellit, quod ipsa ratio dignoscit. *Hinc à multis Dæmones deuicti* cernuntur, quos deuictos à concupiscentia non ignoramus. David inter sanctos, Sampson inter fortes, Salomon inter sapientes. Hi sunt, qui corruerunt montes, à propria concupiscentia illecti; quos nec Sathanas, nec phalanges infernorũ flectere, aut superare, posuerunt: Sola hæc nobis in sociam data ad flagellitia compellere posuit. Mulier (inquit Gen. 3. ille peccator) quam dedisti mihi sociã, dedit mihi, porrexit, suggellit, sua sit, ut ad uetitum mecum uerterem cibum & comedi. *O falsam, & Inimicam sociam, quæ me in sui* criminis societatẽ traxit. Iosa blãdus nr̃ inimicus, & præditur. Amicus quę insidiatur, dũ semper nos comitarur; à qua nec fugere, nec nos abscondere possumus. Infœlix ego homo ait sanctus Apostolus quis me liberabit de carcere mortis huius? Vbi non illud bonum quod volo facio, sed illud malum quod nolo hoc ago. Ipsa est Amicus fictus, Diabolus autem Inimicus manifestus, qua & illusione fallimur, & passione superamur. Vide quàm multa quàmque mala sint opera carnis. Manifesta in nobis sunt opera carnis (inquit Apostulus) quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria Idolorum seruitus, Beneficia, contentiones, æmulationes, Iræ, rixę, inimicitię, dissensiones, sectę Inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes. Quid plura? & his similia inquit &c. *Si quandoque aut inediæ, aut languore reprimitur*: haud tamen Eradicatur, sed uehementior efficitur, & aculeos, quos maceratio compresserat, iterum pullulando multiplicat, & tanquam in dumis genitos, velut ignis in spinis exardescere facit. In peccatis, inquit Sanctus ille spalmographus, conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Hæc est uelut adultera, quæ nostro in sinu dormit, à qua multum cauere iubemur. Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi te Inimici enim hominis domestici eius. Diabolus origine factus est in cęlo super. Caro producta est in Terra, ex Terra deorsum. *Hæc est illa proditrix* Dalida, quę cum Inimicis nostris ut capiamur pacificitur. Hanc, uelut proprium instrumentum sibi ad decipiendum Diabolus deligit, dum de gula primos parentes tentare cogitauit. Hæc est idtęna rugiens dentibus suis molaribus omnia comminuens, de qua. Quare mater tua leæna, inter leonis cubauit, & in medio leunculorum enutriuit catulos suos? idest, opera sua Dæmonibus associauit. Ipse Diabolus leo est rugiens, circuens semper, & quem deuoret, quærens. Diabolus ipse Reformiat, cuius fortitudo in Vmbilico consistit idest in Carnis petulantia confidit *O deflandum nostrum* Inimicum, o Syrenam nobis immanissimã, o Scorpionem molestissimum, o bestuam, stellis etiã infelicissimam, ex quibus, suæ caudæ roborata præsidio, tertiam partem protraxit, ac deiecit in terram, & eum qui in honore erat, hominem comparandum fecit Iumentis insipientibus, & similem illis effecit. Nunquam propter aliquòd aliud peccatum, nec etiam propter Idolatriam, Deus, igne demisso, subuertit Ciuitates submersit totum genus humanum. Corruperat inquit Scriptura. Omnis caro viam suam. Per hoc peccatum Nimice subuersam in prædixerat, quæ tamen in Idolatria tota manebat; nec ab Idolatria, sed à Carnalibus peccatis, pœnitentiam conuersa, Vitæ est restituta; quandoquidem à carne tanquam ab omnium malorum sentina, prodeunt ipsa facinora. Apostolo attestante vt diximus supra Idolorum culturam inter carnis opera voluit esse connumeratam. Sed non ne caro ipsa Idolum se constituit? Nam Idolatras & ipsa habet, quos per fusus lachrymis Apostolus commemorat. Inimicos crucis Christi, quorum Deus Venter est, & quorum finis interitus. Hoc sibi Idòlum Epicurus adorandum confinxit, qui in Voluptatibus suam Beatitudinem collocauit, quorum alter Idolatra erat, qui sibi ipsi talia persuadebat. Domino essercente Animã mea, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, & ępulare. *Recte igitur* à Spiritu arguendus est Mundus, vbi non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, vbi omnes peccauerunt, & egent gratia Dei quique totus in maligno est positus. Arguet omninos sed vtinam, non in furore suo, nec in Ira sua. Arguit Impium, dum inquit prehexistimasti Inique, quod ero similis tui? Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Quisquis igitur arguere debet, Spiritus Sancti Virtutum suscipiat sacram scripturam, ac Dei Verbum pro idoneo instrumento, ad efficacius persuadendum adducat, de quo Apostolus monuit Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est ad arguendum, & ad corripiendum, & ex & alibi Argue obsecra, increpa, in omni patientia, & Doctrina. Quod per Doctrinam diuinitus inspiratam, nisi Spiritus Sancti Virtutem intelligit cum Spiritu Sancto inspirati, locuti sint Sancti Dei homines? *Est in super suscipiendus Spiritus Sanctus* in peccatorum correptione, dum nos, ab ipso peccato immunes edoceat esse salimur, qui prius ab oculis nostris trabes eijciendas precepit, anteq̃ ab aliorum oculis festucas eijciere conemur. Secus Ab Immũdo, inquit sapiens, quis mũdabitur? & Apostolus Qui prædicas, non furandum, furaris? nõ mechandũ, mechaṙis &c.

De Iustitiam. Si bene aduertimus (*inquit* Amb.) Iustitia aliis potius nata esse dicitur, quam sibi, quotidiano usu, & fructu, publico suo damno, alienas custodit Vtilitates. Namque sibi proph. in sui meriti commendationem, velut comitem, ascribit, dum inquit. Feci Iudicium, & Iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Qui enim nos Iustos esse præcepit, ille nobis Iustitiam commendauit. Spiritus autem Sanctus, omnium Sanctificator existens, quia omnium Sanctificationum est author, Arguet Mundum totum, in maligno positum de Iustitia, Est autem hæc Iustitia, quæ vnicuique quod suum est tribuit, nihil sibi uindicans alienum: negligit propria, vt custodiat communia: semper propriis commu-

Margin, left column: Mar. 9. — Caro nostra est hostis Dæmo. crudelior & potentior. — Difficillimè carnis superatur in — Rom. 7. — Caro nostra est fictus amicus, Diabolus autẽ inimic⁹ apertus. — Gaet. 5. — Psal. 50. — Ose. 7. — Proditri Dalida. Est caro nostra. — Ezech. 19. — Iob. 40.

Margin, inner: A B C D E

Margin, right column: Infestissimus inimic⁹ est immanissimis nobis est caro. — Gen. 6. — Rom. 7. — Phil. 3. — Luc. 12. — Psal. 49. — 2. Thi. 3. — 2. Th. 4. — Math. 7. — Ec. 34. — Rom. 1. — Non sibi sed aliis ẽ nata iustitia. — Quid sit iustitia.

nia ante, ponens. Ad societatem generis humani (Ambrosio teste) data, ad commune bonum refertur, ad quod aspirat. Nec tamen (inquit ille) potest Iustitia sine Prudentia esse. Non enim mediocris prudentiæ est examinare quid iustum, quidve iniustum sit. Hinc & laudatur, & à populo tunc maximè Salomon timetur cum tam Prudenti iudicio, matrem à Nouerca distinxit, utrumque Infantulum præ matri, cuius Viscera mota dignouit, ne occideretur tradendum declarauit, & sanxit. *Hinc etiam attende iustitiam*, non sine Misericordia esse. Resplendet in Nouerca Iustitia, cui rectè negatur, quod temere usurpabatur, & in matre fulget misericordia, cui quod iure competit elargitur. Sic, namque omni iuri consonum est vt Misericordia, & Veritas inuicem obuient sibi. Sed est & in Misericordia illud etiam oportet, ut cum Iustitia reluceat: Scriptum est enim Quoniam Iustitia plena est dextra tua. Cum igitur per dexteram misericordia intelligitur, apertè innuitur, non eam esse Diuinam aut Sanctam misericordiam, quam omnis Iustitiæ relinquimus expertem. Et Augustinus inquit. Infirma est Misericordia, quæ Iustitiam euacuat, nec Vera est Iustitia, quæ misericordiam omninò excludit. misericordiæ namque Virtus est Iustitia, & Iustitiæ lumen est misericordia. Qui igitur arguet mundum de Iustitia, arguet & de Misericordia, quia vera Iustitia, nec sine pietate est, nec sine Misericordia. Cum dicitur insuper, Spiritum Sanctum arguturum Mundum de Iustitia, intelligimus cum arguturum de fide, & de Religionis cultu fuit enim hæc prima, atque præcipua, quæ Deo sunt ab hominibus exhibenda. Oportet enim accedentem ad Deum primo credere in ipsum Deum, cuius fidei principalior actus est, eundem colere, & tanquam Domino obsequia congrua præstare. Quid tam Iustum, quàm in Deum credere? quod tam iustum, quàm Deum colere? quid tam Iustum, quàm Deo parere, & illi inseruire. Hoc iaculo etiam, ipsum Demonem fugauit, qui tentatorem hac Veritate deiecit. De hac Iustitia Spiritus Sanctus Mundum arguet, qui nec fidei munera perficiet nec ipsam fidem susceptam retinebit: iuxta quòd scriptum est cum uenerit filius hominis putas inueniet fidem in terra?

Iustitia sine prudẽtia esse nõ potest.

Fulget in matre misericordia in nouerca iustitia. Psal. 47.

Non est uera, sine misericordia est pietate iustitia nec è côuerso.

Et de Iudicio Spiritus Veritatis iudex factus in Mundo aduersus Mundum, illum arguit de Iudicio, in quod, tam impiè tam imprudenter, tam falso, tamque facilè prorumpit nihil enim est quòd non aduehat impiorum temeritas. Videin quod feratur pharisaica præsumptio. Tam impiè in Christi diuinitatem, imò in hominis rectitudinem debacchatur. Detrahunt non solùm eius maiestati verum, nec à Deo esse qui sabbatum (insanandis hominum languoribus) non custodit Vociferantur Alius, quòd nec sit Propheta, quia lacrymantem peccatricem ne tangeretur abegit. Aliis, quod in Beelzebub eiiceret dæmonia. Alius quòd Dæmonium haberet. Quibus omnibus nihil execrabilius, ac damnabilius nihil. Imprudenter iudicat qui secundum faciem iudicant, Domino dicente. Nolite secundum faciem iudicare, sed uerum Iudicium iudicate; & alibi. Nolite ante tempus iudicare, quoadusque ueniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quantis autem erroribus circumueniantur, qui temere, & imprudenter aliorum animos, ob aliquod facinus,

Luc. 18.

Ioan. 7. 2. Cor. 6

Temerè iudicantiũ peccatum

scrutantur, & iudicant aduersant Tale Christum iudicium uocasse, secundum carnem. Vos secundum carnem iudicatis; ego non iudico quemquem, quia soli carnales talibus iudiciis oblectantur. Ad quos Apostolus ait Mihi pro minimo est, vt à uobis iudicer, aut ab humano die. Et alibi Inexcusabilis es ò homo, qui alterum iudicas, in quo enim alterum Iudicas, te ipsum condemnas. *Cæterum falsò iudicat qui* bonum, malum, & malum, bonum existimat. Ad quos p Proph. ait Dñs Vę q dicitis bonũ, malũ; & malũ, bonũ: qui ponitis tenebras, lucem, & tenebras; Quàm falsò insontem illũ Virum, Iustum, ac timentem Deum Iob, importunis obiectionibus inuehebantur illi tres amici ficti, Illum tanquam hipocritam, & scelestum pertinaciter arguẽtes? *Quam Falsò iudicauit Rex* ille, ac Principes eius dum Dauid regem ad explorandum regnum, & non ad condolendum secum de Patris interitu nuncios misisse, putauit quos affectos iniuriis, abscisisque vsque ad nates uestibus inglorios remiserunt, qui postea, gladio vltore correpti fuerunt. Hoc quisque Vir malus habet, vt uix alios quosque bonos existimet, & velut æquus vmbraticus tanquam Tygres ac Dracones abhorret ligna, lapides, machinasque immobiles Quod si offendant in currum, efficiũtur effrenes, & agitantur furore, ac impatientia, omnibus molestissimi: in uia stultus ambulans ait, cum ipse sit insipiens, omnes Insipientes existimat. Qui enim minus, aut compotes sunt mentis, aut virtute præditi, hi proniores, ad proferenda temeraria Iudicia reperiuntur, hi ad murmurandum, & detrahendum procliuiores. Verum, hi propensiores sunt ad bonum, ut nullo modo, ad malum ferantur, animo, nisi euidentia facti compulsi, eorum scelerum aut factorũ quæ nullo modo possunt bono animo fieri. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, de Iustitia, & de Iudicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me.

Ioan. 8. 1. Cor. 4.

Rom. 2.

Isa. 5.

2. Reg. 10.

Velut e qui umbris pauidi sũt, temere Iudicantes.

Eccl. 10.

Mẽte sani nullũ temere iudicãt.

An de tribus tantum sceleribus arguendus est Mundus, qui totus in maligno est positus? An non, de singulis reddituri sunt rationem, qui ultrò, citròque peccatorum nexibus, sunt irretiti? Quòd si sub singulari uoce peccati, totam connecti uoluerit molem peccatorum, velut, quæ firmissima sint conglutinata per yodo, adeò, ut, & qui in uno offendit, factus sit omnium reus, aut certe, qui non liberatur ab uno, mox in aliud, per pondus illius trahatur: quare, & duo subsequentia commemorat, de Iustitia veraque, & de Iudicio, quasi non sint sub peccato? & si non sunt sub peccato, quomodo arguentur à Spiritu Sancto? quid igitur? An non reprehendi sunt Blasfemi, raptores, adulteri, homicidę, masculorum concubitores, parentibus inobedientes, & cæteri facinorosi, quibus ingressus ad Regnum coelorum est interdictus? Quia, qui talia agunt, Regnum Dei non consequentur. Et non solum, qui hæc faciunt; sed & hi, qui consentiunt facientibus.

An hac sunt, de quibus idem ipse Dominus, ait per Proph. super tribus sceleribus Tiri, & super quartum non conuertam, super tribus sceleribus Moab, super tribus sceleribus Iuda, & super tribus sceleribus Israel, & super quartum eorum non conuertam? Parcit super tribus, quibus peccatum committitur, cogitatione, locutione, & opere; super quartum non conuertitur, quòd propter consuetudinem, à peccatore non abhorretur. Super tribus conuertitur, origi-

originale, veniale, & mortale; super quartum non conuertitur, quòd in Spiritum sanctum cōmittitur, dum homo, suorum facinorum attrocitate, adeò deterretur, vt in desperationem adducatur, quòd maximè in bonitatem Spiritus sancti retorquetur. *Super tribus sceleribus* conuertitur, super quartum Israelis scelus non conuertitur, dum in sua incredulitate, & infidelitate moritur. Vos inquit supra in peccato vestro
Cap. 8. moriemini. Tandem, super finalem impœnitentiam non conuertitur, quia peccator à suis facinoribus non auertitur. Tunc igitur, mittitur
A Spiritus sanctus, qui arguat mundum de peccato, quum adhibitum fit remedium ad delenda peccata. Arguet de iustitia, cum iustificari poterit. Arguet de iudicio, cum per iudices sacerdotes, absolui poterunt à peccato. Vel certè.

Arguet mundum de peccato, de iustitia, & de iudicio, ex eo quòd omne, quod est in mundo, aut est in concupiscentia carnis, aut concupiscētia oculorum, aut superbia vitę, dum nos tribus modis plerumque offendimus. Et quidem nos ipsos offendimus, dum carnis illecebris indulgemus. Proximum verò, dum eum vel inuidia,
B aut odio prosequimur, vel iniuriis lacessimus; dum eum velut toruo oculo conspicimus, quē
Alia expositio. sicut nos ipsos, diligere deberemus. Demum adeò superbimus, vt etiam, in Deum peccare nō pertimescamus, eiusq; mandata pessundamus, & quasi tubas erigimus, qui nec eum, vt Deum colimus, nec vt patrem honoramus, nec vt iudicem pertimescimus. *Mundum totum in maligno positum*, Spiritus sanctus arguet, qui per suos Apostolos, ac verbi Dei concionatores, interdū de peccato, quo quis in seipsum, interdum de iu
C stitia, quam peruertendo, in proximum peccat, interdum de iudicio, qui peccatorum vindicem, ac iustum iudicem, tanta temeritate offendit, re-
Psal. 49. prehendet. Ad quos per Prophetā dicitur existimasti inique, quod similis sim tibi. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. *Obserua, hoc opus esse Spiritus sancti, hominem de peccatis argue*
2. Thi. 4. re, illosque à peccatis retrahere. Quibus autem modis, arguendi sint peccatores, Apostolus insinuat, dum dicit. Argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Non enim, communi vno omnium stylo, singuli arguendi sunt. Pecca
D tores arguuntur interdum in Spiritu lenitatis, qui facilè resipiscunt. Arguuntur in spiritu timoris, qui procliuiores ad facinora in peccata crebrius prolabuntur. Arguuntur virga, & baculo, qui proteruiores existunt. Tandem in cōpedibus, in manicis ferreis, ac in virga ferrea sūt coegendi, vt desistant; quorum iniquitates, sunt viæ illorum, in omni tempore.

Facilius aliquos peccatores possimus benignitate cōuertere.

Arguet mundum de peccato, per bonitatem; Arguet de iustitia, per correctionem; Arguet de iudicio, faciendo exhædis agnos, qui collocandi
E sunt à dextris iudicis, & saluandi. Quarum eru-
Ps. 118. ditionum, meminit Propheta, Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Et sunt tres panes, quos ab amico petimus, qui in tenebris peccatorum degimus. Insuper cum tres sint ordines eorum, qui versantur in mundo, inferiorum, mediorum, & superiorum, puta mulierum, & ignorantium, negotiatorum, & ciuium, Prælatorum, ac Sacerdotum; De peccato arguet primos, de iustitia secundos, & de iudicio tertios, quia iudicium graue, seu durum his, qui præsunt fiet. Vel certè, totam comprehendit hominis ætatem, dum de peccato arguet adolescentes, in quod sunt procliues; de iustitia, iuuenes, qui omnis iniustitiæ ministri efficiuntur, & de iudicio senes, quibus superest & imminet dies rationis reddendę.

Tres sūt in mūdo gradus hominū.

De peccato, inquit, *quia non crediderunt in me*. De perniciosissimo peccatorum, omniumque grauissimo infidelitatis errore oportet primò mundum argui. Sicut enim fidelitas ab opposito fundamentum, radix, ianua, & omnium bonorum origo existit, pariformiter, & infidelitas ipsa, est fomentum, radix, sentina, & aditus ad omnia mala, & vniuersa facinora. Immunem autem huius peccati primo mundum omninò oportet esse, sine fide enim impossibile est placere Deo. Igitur accedentem ad Deum, oportet primum credere, *subinde omne quod* non est ex fide, idest, quod est contrarium fidei, quod non continetur in fide, peccatum est. Sed quare arguet mundum, cum non omnium sit fides? Sed nonne Deum cognouerunt, & cum eum cognouissent, nō sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis; Sed quomodo arguetur mundus, quia non credidit in Christum? Nonne post diuulgatum Euangelium, quando in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, de eo peccato arguet, de quo protestatus est Christus sup. c. 8. Nisi credideritis, quia ego sum, in peccato vestro moriemini. Et ideo arguet mundum, vt nullus mundo relinquatur locus excusationi, de eius infidelitate, de cęcitate, & idolatria, ac de omni hæresis specie, ita vt nihil sit, quod suæ obstinatæ infidelitati prætexere possit mundus.

Peccatū infidelitatis omnium est grauissimum.

De peccato, quia non crediderunt in me. Obserua, non credere in Christum vlterius aliquid prætendere, quam credere Christum, quam credere Christum Deum esse, quàm credere Christum in cęlis ad Patris dexteram consedere, &c. Hæc enim, tam infideles, quàm hæreticos damnant; Christi diuinitatem non confitentes, vel eius potestatem non agnoscentes. Quod vero attinet ad id quod dicitur, in Christum credere, peccatores redarguit, qui non viua fide, sed historica, & vacua, siue vt in Iacobi Epistola dici- Cap. 1.
tur mortua, Christo potius, vel Christum, quàm in Christum credere dicuntur. Si enim argueretur mundus tantum de prima, laudarentur Dęmones de illa, cum & ipsi credant, & contremiscant. Arguitur igitur de fide formata, quam non nisi habent iusti. Hæc enim est quæ iustificat, quæ saluat, cum nihil damnationis sit his, qui sunt in Christo Iesu.

Arguet mundum, idest, vos idoneos, vos sapiētes, vos fortes, reddet ad arguendum mundum, audaciam tribuens, vt soli multitudini se opponere non timeant, sapientiam infundens, cui nō possint resistere omnes aduersarij eius, fortitudinem præbens, vt inermes, non pertimescant armatos. Neque enim posset argui mundus, nisi confundi posset sapientia mundi perpetualiter. Nec argui posset mundus, si eius nos terreret potentia. Vnde dicitur: Non glorietur potens in potentia sua, nec fortis in fortitudine sua, sic suos munit Spiritus sanctus, vt nihil horum trepident, quo minus mundum arguant, de peccato, de iustitia, & de iudicio.

De iustitia verò, quia vado ad Patrem. Ad nos descendere, fuit misericordiæ Christi, ad Patrē

verò redire eundem Dei filium, ad iustitiam pertinebat: poterat quidem ad nos non venire, veniens autem non poterat; non ad Patrem redire. venerat Spiritus sanctus, & Pater ad filiũ patenter; vt filius ad Patrem, & Spiritum sanctũ ascendat patenter, oportet. Sic enim decet impleri omnem iustitiam. Per ascensum enim Christi, ad Patrem, mundi iniustitia propalatur; Cũ eum, quem mundus abhorruit, deiecit, persecutus est, calumniatus est, quẽ expoliuit ludibrio, cruci affixit, occidit, sepulturæ dedit, rediuiuũ, ac victorem intellexit, & agnouit ad Patrem ascendisse, apudque illum viuere, & regnare, ac potiora præstare suis, quam vnquam crediderit.

De iustitia verò, quia vado ad Patrem, fuerunt qui iustitiam, in virtutibus moralibus constituebant, qui in lege illam requirebant, qui in operibus proprijs collocabant, qui in rerum abdicatione eam positam existimabant, & horum omnium arguit iustitiam Spiritus sanctus adueniens, potius insaniam illam esse, quã quisque sibi effingit ostendens, aperiensque veram omnium nostrum iustitiam, non aliud quam Christum esse, iustitia enim Dei per fidem Iesu Christi, inquit Apostolus, in omnes, & super omnes, qui credunt in illum. & alibi ipse factus est nobis iustitia, &c. Nullo enim modo iustificari poterat homo à peccato, nulla virtute, nulla iustitia, nisi illa, quæ est Iesu Christi, iustificati gratis, per gratiã ipsius ait Apost. Rom. 3. Hæredes sumus secundum spem vitæ æternæ, ipse enim quos vocauit, hos, & iustificauit; Hanc nostram iustitiam, mundo aperiet Spiritus sanctus, sanctificator omnium.

Heb. 11. 1. Cor. 1. ad Tit. 3.

De iustitia, quia vado ad Patrem. Præuia passione Christus ad Patrem vadit, Quid sibi superesse intelligit peccator, si tantæ iustitiæ paternæ in vnigenitum cœlestis illius patris, exẽplar habemus, qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quis de iustitia non, arguatur in mundo, tantam iustitiam intelligens in eo, qui creauit mundum? sed hinc lætamur in Christo, in quo iustitia, & pax osculatæ sunt. Ipse enim est propitiatio, pro peccatis nostris. Non enim alia ratione accessit per passionem ad Patrem Christus, nisi, vt iustitiæ Dei satisfaciens, nos à maledicto redimeret, à damnatione eriperet, & ad cœlos reduceret. Si autem reijcit mundus eum, per quem nobis omnis iustitia, quid superest, nisi vt velit, nolit, aliam assequatur iustitiam, non remissionis, sed condemnationis?

De iustitia autem, quia ad Patrem vado. Summum, & irrefragabile nostræ Iustitiæ argumentum, ad Patrem ire, ad supera se transferre, transire ad gloriam. Nulli enim patet aditus, nemini accessus, aut locus conceditur, nisi ei, qui cum Iustitia morabitur. Nam, &, qui Iustus est Dominus, Iustitias ipse dilexit. Christi Iustitia, & mundi stultitia tunc apparebit, cum Christus, visibiliter ad Patrem ascendendo, transibit. Hic omninò Iustus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis. De quo & Propheta ait. Erit Iustitia cingulum lomborum eius, & fides cinctorium renum eius. Tunc Iustitia cingulum lomborum efficitur, cum cingulo, superior hominis pars, ab inferiori diuiditur. *Est autem pars* superior Mens, & Ratio; Inferior verò, sensus, & concupiscentia. Venit Christus hæc inuicem separare, non gladio, sed

Isa. 11. Quęnam sit pars hominis superior & inferior.

cingulo, vt in vno corpore adhuc existentia, sine confusione consistant. Et, quæ inuicem continuis congressibus pugnant, hæc per gratiam Christi, inconfusa reddantur. Cum enim alia sit lex in membris nostris, quæ repugnat legi mentis nostræ, opus est Iustitiæ cingulo, quo interior petulantia comprimatur, ne eius ad superiora assensu, mentis, seu rationis integritas obruatur. Et quidem, veluti naturali quadam lege, singuli, qui adolescunt vbicunque homines, cingulo vti videntur. Quorum omnium

F interest, tam inferiorem partem dum turgescit comprimere, eiusque accessum ad superiorem occludere; quàm superiorem, ab inferiorum pugna voluptatum protegere. *Hoc autem ad Iustitiam pertinet*, quæ vnicuiq; ius suum præstare iubet. Insuper dum sensum per pœnitentiam cohibemus, & fomitem recalcitrantem comprimimus, parsimonia, & inedia, velut cingulo ligantes castigamus. Hæc autem omnia, qui ad Patrem vadimus, omninò obseruare debemus; quia cum per cingulum cedere caro cogatur, tunc cingimur; cum illecebris carnalibus abdi-

G catis, fortiores Athletæ in colluctatione efficimur, vt iustiores illico existamus, vbi continua pugna, & rara victoria iudicatur. Hinc legimus magnum illum prophetam Eliam, Zona pellicea extitisse præcinctum, quia per assiduam nostræ mortalitatis memoriam, carnales à nobis voluptates abdicamus; Et dum à mundanis voluptatibus restringimur, quasi zona pellicea accincti videmur. *Alium legimus & plusquam Propheta*, quo inter natos mulierum non surrexit maior, qui camelorum pilis accinctus incedebat, quod pœnitentiæ salutaris, quam prędicabat peccatoribus, normam præbebat.

Zona pellicea.

H Et non videbitis me corporaliter existẽtem. Ero quidem & ego vobiscum, vsq; ad consummationem sęculi, sed alio modo, & ab oculis carnalibus absconditus, siue spiritualiter. De quo Apostolus ait. An experimentum quęritis eius, qui in me loquitur Christus? & alibi Euangelista. Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Vel sacramentaliter. Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Qui igitur vadit visibilis, adest inuisibilis. Non enim capaces sunt æternorum,

2. Cor. 13. Matt. 18.

I & inuisibilium, qui temporalium, & corporalium tantum oblectantur obiectis. Nam, si se Christus ab oculis corporalibus, corporaliter non subtraheret; nunquam ad amorem, vel intellectum supernorum perduceret. *Subtraxit igitur*, vt ibi cor adsit nostrum, vbi repositum non ignoramus Thesaurum nostrum. Vix enim aliter, quàm carnaliter cognosceremus Christum, vix aliter eum, quam in forma serui conspiceremus. Propterea subducendo se à nostris corporalibus obtutibus; nostri interioris hominis aciem, acutiorem reddit, ad eum in cœlesti-

K bus non vno, sed pluribus modis contemplandum. Hinc beatiores protestantur non videntes, quàm qui vident. Beati, inquit, infra, c. 20. qui non viderunt, & crediderunt.

De iudicio autem, quia Princeps huius mundi, iam iudicatus est. Sensus verborum is esse videtur. Eodem Iudicio, & Principem mundi, & ipsum mundum sublacere, arguendo ostendet spiritus. Ipsum autem principem, iam æternis flammis addictum, iusto Dei iudicio compertum est, cui, & sui addicentur asseclæ, quibus dicetur

dicetur in illo omnium vniuersali Iudicio. *Ite in ignem* æternum, qui paratus fuit Diabolo, & Angelis eius.

De Iudicio. Quia mundi temeritas, qua sibi fictam arrogat Iustitiam, hoc etiam operatur, vt sibi mundus falsum effingat Iudicium. Sed quomodo rectum erit mundi iudicium, cuius obliquum est ratiocinium? corrupto intellectu, deprauato sensu, quod præstolabitur, aut in obliquitate rectum, vel in confracto integrum; siue in infirmo, sanum? Hinc, delirus efficitur in iudicando mundus, qui suis ineptijs, imo stultitijs, obtundit insipientium aures. Vide Alcoranum apud Turcas, Thalmuth, apud Iudæos, apud philosophos, tot sententias, quot capita, tot deliramentis, vesanisque opinionibus non minus quam stultis eorum scripta, vndique respersa passim reperies, vt non nisi timulentium somnia in eorum libris recenseri videas & ludicras præstigiatorum voces audias quid de Deo, quid de personis diuinis, quid de vita post obitum, quid de campis Elisiis eorundemq; gaudiis fictè sint oblocuti, opinati, ementiti superfluum esset referre & molestum nimis. Hi sunt mundi sapientes qui à se ipsis scire vias Dèi volunt, & arcanorũ iudices fieri diuinorum, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quasi populus, qui iudicium Dei custodierit. Esa. 58.

Inepta mundi iudicia.

Verum autem iudicium rerum à Spiritu sancto esse, & ab ipso emanare intellige. Est enim spiritus sapientiæ & consilii, spiritus scientiæ & veritatis, omnem habens scientiam, omnia prospiciens, diuidens singulis prout vult; Eum consortem secretorum faciens, cui pro sua benignitate voluerit reuelare. Ipse solus dolos nouit Sathanæ, ipse technas eius ostendit, laqueos patefecit, astus, & versutias, irritas reddidit & inanes, idque collata diuinitus gratia ne consociati damnato mundi huius principi, & cum eo iudicandi capitis perniciosissimi membra efficiamur, vnaque cum eo in damnationem præcipites trahamur. *Sunt, qui omnium* rerum censores, & iudices se faciunt, ita vt iudiciorum indiscretorum plena sint omnia falsorumque iudiciorum singula sint pro libito cuiusque depreuata. Gens enim, absque consilio est, & sine prudentia. Mundus iudicat eos fœlices, qui diuitiis abundant, qui opibus sunt pleni, & beatum dicunt populum, cui hæc sunt. Stultitiam iudicat mundus abdicationem rerum temporalium, paupertatem voluntariam profiteri, colere & amplecti cœlibatum, ieiuniis, & abstinentiis operam dare, iniurias illatas remittere, honores, & potestates non ambire, eiusuè habitis cedere, consortia sæculi declinare, potius ad domum luctus, quàm ad domum gaudii accedere, &c. *Ipse autem* Spiritus sanctus, est qui hæc insulsa hominum argui iudicia, in aliam longè meliorem illos trahens sententiam, quos de mundo tollit, quos à sæculo ad Christum trahit, quos ex carnalibus, spirituales efficit.

Quia princeps huius mundi, iam iudicatus est. Pariformiter, & omnis qui non credit in Christum, iam iudicatus est. Factum est iudicium, sed nondum apparet iudicium. Palam autem apparebit omne iudicium, quum omnium fiet vnum vniuersale iudicium. Hac autem præcipua ratione, arguet de iudicio Spiritus ille sanctus mundum, quod damnatum principem sit sequutus, quòd expulsum, bannitum ac exulefactum à fidelium consortio, auocauerit in proprium cordis domicilium, furem hunc, & latronem, iam ad æternam mortem condemnatum occultauerit, & si eum retinuerit, eiusque mandatis paruerit, ac seruuum se illi præstiterit. In conflictu mortis suæ Saluatorem Christum, Diabolum deuicisse, eundem expoliasse, prædam, armaq; eius diripuisse, Regnum eius debellasse, vim ipsius præpotẽtem debilitasse exulem cum foras eiiciendo, fecisse, chirographum decreti damnationis humano generi lacerasse, A nosq; ab eius potestate eripuisse, ac omem eius Tyrannidem, per peccati abolitionem eneruasse, nec ambigimus, nec ignoramus. Dum enim Sathanas iniustè damnari procurauit insontem, omnisque expertim peccati Christum qui posset omnium peccata abolere, iustè sua iurisdictione priuatus, in abyssum mittitur, retruditur, & ad annos mille ligatur, illis solis molestus, qui illi ligato Draconi approximari non refugiunt. Nisi enim sic damnasset Christus Sathanam, semper ipse suam Tyrannidem exercuisset, semper suum virus in homines diffu-B disset, semper mundi princeps extitisset. *Extinctus est, qui extinguere* vitam voluit; delusus à mortalitate carnis, immortalem in carne non agnoscens, sui detrimentum struxit. Hoc enim ordo nostræ salutis depoposcerat, multiformis proditoris, ars, vt artem falleret, & medelam ferret inde, vnde hostis læserat. Hinc passim vidimus ablatam Idolatriam, mox post passionem Christi; Spiritu sancto arguente mundum per os Apostolorum. Principem mundi Diabolum scilicet, deuictum, expulsum, & diiudicatum esse. Hinc nomen Iesu, adeò tremendum C factum est Diabolo, sicut tremendum est nomen vincentis victo, nomen expellentis expulso, & perimentis perempto. Solo enim interdum, aut crucis signo, aut Iesu voce, dilaniantur Dæmones, torquentur, genuflectunt, ab obsessisque expellantur. Cum igitur in digito Dei hæc omnia fiant satis liquet, quomodo adueniens ipse Spiritus sanctus, arguturus sit mundum de iudicio, in Sathanam peracto. Tu autem, cum audis damnatum Sathanam, intellige & concomitantia Sathanam, blasphemias, mendacia, libidines, iras, homicidia, superbiam, &c. D quorum est caput, & princeps Sathanas. *Intellige, & mortem, peccatum, cæcitatem*, hæreses, quorum auctor est Sathanas, per Spiritum sanctum redarguta iri, & debellatura fore; nec non intellige damnationem, infernum, gehennam, cum Sathana, procul à te facta fuisse; dummodo cum Sathana portionem vlterius peccando, non habeas, illique seruum te efficias, à quo liberum te in baptismate effecit Christus.

Iusta vltio.

Terribile est vincentis nomen inuictum sicut & crucis in diabolũ.

Omnium facinorũ hæresum & malorũ est diabolus sator caput & author.

Superest rationem aduertere eorum, qui arguuntur per spiritum proprium, ab his, qui ar-E guunt per Spiritum sanctum. Qui conuenticula construunt, qui occultè obmurmurant, arguuntuè Ecclesiasticos, & veræ fidei cultores, iisdemque oblatrant in angulis, eos lacerant, & mordent in latibulis, carpentes fidem, & Ecclesiam scindentes: hii, non à Spiritu sancto, sed à spiritu proprio, vel potius diabolico, hinc conuincuntur arguere. Quandoquidem Spiritus sanctus palam loquitur, in aperto prædicat, mundo protestatur. Arguet ait mundum palàm, & in aperto, non in occulto mundus eruditur, arguitur, edocetur. Ego palam locutus

sum mundo, (inquit veritatis magister) & in occulto locutus sum nihil. Ista est charitas, quæ foras mittit timorem. Solius Spiritus sancti peculiare est munus, nemoq; alius spiritus, sufficit ad arguendum mundum; cum nullus alius spiritus repleat totum mundum. Spiritus Domini ipse repleuit orbem terrarum. Ideo ad arguendum mundum, ipse requiritur, ipse ad discipulos mittitur. *De tribus præsertim mundum* arguere designatur spiritus ille Paracletus, post obitũ Christi peractumq; post passionis mysterium, & quidem, ea præcipue ratione, quod Christus agens nobiscum, & adhuc viuens, tres præcipuas suscepit calumnias à mundo. Primo, quod transgressor legis esset, &, vt violator legis, peccator crederetur, & contrarius diuinæ legis, dicentibus illis supra c.9. Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit. Deinde, quod diuinum sibi honorem vsurpauerit, filiumq; Dei se ipsum vocauerit. Quapropter lapidibus eum obruere, aliquando sunt conati. De quo apud Caipham, & Pilatum accusatur, ad condemnandum eum morti. Tertio, quod miracula in Beelzebub principe Dæmoniorum faceret tanquam familiaris amicus, & consors Sathanæ. *Horum trium incusator* mittitur Spiritus sanctus. Et primo, arguet mundum, idest mundanos illos Scribas, & Phariseos, & cæteros, de peccato, quod imposuerunt Christo; & ostendet Christum non soluisse legem, sed adimplesse, atque ad perfectum reduxisse. *Arguet secundo de iustitia, ostendendo Christum* non rapinam fecisse, se equalem Deo, neque iniustè vsurpasse encomium nominis filij Dei, qui legitimus, & vnigenitus est filius Dei. Tertio, Diaboli inimicum, & omnino contrarium ostendet Christum Spiritus sanctus, nullamq; partem habere cum illo. Propter primũ dicitur, quia non crediderunt in me, quia nullis mouebuntur rationibus, seu auctoritatibus, siue signorum miraculis, ad confitendum eum, non peccatorem, sed peccatorum Saluatorem; non antiquæ legis præuaricatorem, sed nouæ, & Euangelicæ instructorem. Propter secundum inquit, Quia vado ad Patrem, quo iustificabor à calumnia secunda; quãdoquidem non possem ad Patrem ire, si patris gloriam vsurpare tentassem, mihi non communem cum patre. Absit enim, vt gloriam suam ab altero vsurpatam, alteri concedat pater. *Hæc maxima fuit Christi apud mundum* iustificatio, dum se æqualem patri ostendit, in oculis omnium apertè, & manifestè eleuatus à mundo, euectus est ad patrem. Nam ipsi videntes, sic admirati sunt, cõturbati sunt, commoti sunt. Propter tertium dicitur, quia Princeps huius Mundi, iam iudicatus est. Quibus manifestatur, quomodo obstructum sit os loquentium iniqua; ita, vt nulla penè possit esse, aut excogitari conuentio Christi, cum Belial. Quibus tribus obiectis è medio sublatis, nihil de Christi sanctitate, nihil de Christi diuinitate, nihil de Christi sinceritate dubitandum sit. Horum accusatus mundus, quomodo non poterit Christum confiteri, & illum colere? Tunc arguetur de peccato, quum poterit mundus mundari à peccato. Tunc arguetur de iustitia, quum poterit effici iustus, ex iniusto. Tunc arguetur de iudicio, cum rectum ex obliquo poterit acquirere iudicium. Ideo post passionem Christi arguturus mundum Spiritus sanctus mittitur, cum redargutum potest lucrari mundanum. Vnde dicitur. Pascam oues meas in iudicio, & iustitia, ait Dominus omnipotens.

Christi iustificatio.

Ezech. 34.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Nunquam verbi Dei auditores, ita perfectè omnia intelligunt arcana, quin plurima addiscenda non supersint. Qui enim addit scientiam, addit laborem, & qui scrutator contendit maiestatis effici, opprimetur à gloria. Ad sobrietatem sapiendum hic erudimur à Christo. Habet enim ipsa spiritualis eruditio suos gradus, F suam normam, & necessariam formam. Sũt quibus, vt lac præbeatur tantum oportet, sunt & qui solidiori esca enutriri poterunt. Hinc doctoris prudentia commendatur, dum non æqualiter omnibus omnia proponuntur. Hæc ad nauseam exhibendus est cibus eloquij diuini, nec stomacho euomendi, sed prius bene cõposito, & præparato. Audi sapientem eruditorem, ac doctorem gentium. Fratres, non potui loqui vobis, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo, lac vobis dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed G nec nunc potestis, adhuc enim carnales estis. Si magisterium suum alteri permittit Christus, quæ versatur inuidia inter Doctores? quæ tam offense auditur æmulatio inter concionatores, dummodo annuncietur Christus? Qui igitur sibi gloriam, non populi salutem & vtilitatem acquirere contendunt, audiant.

1.Cor.3.

Adhuc multa (inquit Christus) *habeo vobis dicere*. Sed qui vos in præparatos video, & valdè grauatos animo cerno, donec ea portare possitis transfero: Spirituisancto meum commissurus magisterium. Equidem vobis ego personaliter H Euangelium prædico, sed non vacua vobis verba, imò mysteriorum plena profero. Implicitè quidem (velut in fonte) hæc vobis euangelizo, & in his, oĩa quęcũque audiui à Patre meo, nota feci vobis; sed nõ potestis modo differre, & claré pro vestro captu portare. Et quid est, Non potestis portare modo, nisi apertè dicere, ea tantũ fore exprimenda rudibus, aut imbecillibus, quę ipsi portare possint, idest, quæ æquo animo suscipi possint? sic enim Dei verbum prodiens, nunquam redditur vacuum, sed illud faciet, ad quod sapienter mittitur, vbi virtuosè operatur. I Sicut enim corporalis cibus, interdum intermittitur, ne grauentur corpora inordinata crapula, & superfluo alimento; Interdum autem, aut lacescente stomacho, aut naturæ suffragio, delicatiora fercula proponuntur: Ita, de spirituali animæ cibo occurrit agendum, cum non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore Dei. Oportet enim interdum deficientes peccatores restaurare, interdum verò acrius arguere.

Sed non potestis portare modo. Ex nostri temporis hæreticis sunt, qui omnia ecclesiæ mysteria, non minus indiscretè, quàm damnabiliter K singulis indifferenter proponenda contendant, & iam vulgari idiomate, conuerti omnia ecclesiæ, & fidei sacramenta, ac mysteria, ad populi aures exclamant, vt nihil sit arcanum in ecclesia, nulla Margarita non luctuosa, nullum quod sit sanctum, nõ laceratum à canibus remaneat. Hinc scripturæ sacræ stylus, Emphasis, Maiestas, & spiritus, vulgari idiomate, aut obscuratus, aut deperditus, omnes ignaros fecit, spirituum propriorum Magistros, & Mulierculas etiam

Sacra Dei mysteria euãgelia & Ecclesia Christi eloquia Latino tm idiomate sunt legẽda quæ oia contem

Prohibilia uidetur lingua fecisse uenacula.

etiam fecit Doctorissas apud illos. Quid mirum, si succumbunt, qui super vires suas onus leuant? virum agunt, & quidem strenuum, qui onus subeunt quod Christus humeris imponere ipsorum recusat. Audiant cum Apostolis, qui se imbecilles agnoscunt, qui se rudes cōfitentur. Audiāt quid loquatur ad nos Dominus Deus. Hinc inter perfectos sapientiam se loqui inquiebat Apostolus.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis. Quid est quod dicit modo? Igitur aliquando omnia nobis manifestanda quæ nouit A Christus, & didicit. Sed quando hæc erunt? Certè modò non possumus. Nunc enim per speculum in ænigmate, & ex parte cognoscimus. Igitur tunc, cum spectatores Maiestatis effecti, sic cognoscemus, sicut cogniti sumus; & non

Psal. 71

nisi Spiritu sancto duce, unde propheta ait, existimabam, vt cognoscerem, hoc labor, est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei. Idem enim est dicere. Non potestis portare modo, & dicere, Hoc labor est ante me. Quod autem inquit, donec intrem in sanctuariū Dei, nil aliud protestatur, quam quòd de Spiritus sancti ma- B gisterio pollicitus est dominus. Nullum aliud Deus sanctuarium habet à Spiritu sancto.

Dei sanctuariū Sanctus est spiritus.

Adhuc multa. propterea, necessaria nobis eruditio per Spiritum sanctum. Nemo enim nouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, & cui voluerit reuelare. Ipse igitur verborum Christi fidelis, & germanus expositor, quis nobis hæc multa dicetur. Nonne ecclesia? nonne Concilia? nonne Doctores sancti qui organa fuerunt Spiritus sancti? Qui enim impræparati erant ante Spiritus sancti missionem, post susceptionem Spiritus sancti capaces facti sunt mysteriorum C Christi. Sed quidam sunt peruersarum sectarū homines, qui ferre nequeunt, quòd in scripturis sanctis de fide Catholica reperitur, quibus ipsi de seipsis, alta sentientes, volunt indiscreta ratione, omnibus propalari. Sed esto, ea talia sint, quæ prædicat fides Catholica, vt omnibus prædicari liceat, & oporteat, haud tamen indiscreto, hæc agenda sunt iudicio, aut ordinis ratione. *Prauaricata sunt quidem illa talia*, quæ propalanda sunt, & prædicanda omnibus capacibus, tamen, & bene dispositis, neque æquo animo suscipi debent à non capacibus, quibus D facilius fastidire faciant in veritate sermonē, q̃ in sermone percipi veritatē. Habet.n & fides sua rudimenta, quibus cathecuminū passim caterua ad maiora elementa euehuntur. Est quidē vna fides omniū implicite, Oportet enim omnes fideles gnaros omnium articulorum fieri, & explicita confessione ecclesiæ symbolum confiteri. Rationes autem mysteriorum fidei, quis vel peritissimus Theologorum dignoscere potest? quis hæc scrutabitur, etiam totius vitæ toto decursu? satis sit igitur, ea illis depromere, quæ fidelibus sunt necessaria, neque capaciores E Apostolis sumus, nec decet quibusuis Magistris, quod non expedire docuit, omnium nostrū Magister Christus. Corpus enim Christi, idest ecclesia, corpori nostro assimilatur. Dicente Apostolo. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita &c.

Quibus iure cōueniat sacrorū. De mysteriorū interpretatio.

Sed non potestis portare modo. Aliud est Dei verbum audire, aliud est Dei verbum portare. poterant quidem audire, sed non poterant portare. Et ideo prohibentur audire, qui non poterant illud portare; est enim verbum Dei, semen non inane, aut reijciendum, sed in corde seruandum, & menti reponendum, vt suum præbeat vberrimum fructum tempore suo. Est & gladius anceps, quo præscinduntur vires Sathanæ, quo vsus est Christus, aduersus eundem. scriptum est enim, non tentabis Dominum Deum tuum. Dominum tuum adorabis, & illi soli seruies. Gladio isto accincti sunt robustissimi illi, cubiculi Salomones custodes, vnusquisque ait A gladium habens super femur suum, propter timores nocturnos. Christi cubiculum ecclesia est Catholica, ibi propter tenebrarū, hęresumque tim res lucem odientium adsunt peritissimi ad digladiandum, & ab incursibus nocturnis protegendum. Non omnium hoc est munus, quia non omnium est scientia. Ipse spiritus, sua sic partitur munera. Alijs datur sermo scientiæ in eodem spiritu &c. *vide insuper, quam indesinenter nos verbi Dei*, auditores præbeat Christus per totum vitæ suæ cursum, auditores fecit verbi Dei suos, sed & vlterius, & eiusdem verbi Dei B post abitum suum auditores voluit efficere: Sed nunquid verbum Dei, erit sine verbo Dei? Non cesses igitur à verbo Dei, non recedat aliquando ab ore tuo, non à corde tuo, nō ab aure tua. Si tecum sit Christus per gratiam, non cesses à verbo Dei. Et si non semper loquendo, semper tamen meditando, laudando, gratias agendo, si procul abierit à te Christus; nec desines à verbo, nec prætermittas verbum. Implora, inuoca, & dedas te verbo; vt reperias verbum. In prosperis non agas sine verbo, in aduersis ne prætermittas verbum. & tandem, nec in vita, C nec in morte, nec post mortem desistas comitem habere verbum.

Verbū Dei vires Sathanæ fortiter comprimit & eneruat.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Qui non poterant modò sequi Christum, nec portare poterant omnia verba Christi. Quid est portare verba Christi, nisi intelligere mysteria Christi? q̄d est portare verba Christi, nisi seruare mandata? Nā, & manibus verba Domini portanda exindè dicuntur; quia non aure, sed opere adimplenda iubentur. Apostolo dicente. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabun- D tur. *Attende, quàm suaue sit iugum Christi, quamq;* leue onus ipsius, q quisq; senex, quisq; debilis, quisq; homo, & mulier portare vnica manu potest. sic namq;, & nōnulli prophetarū, sub oneris titulo suos libros vocauerunt, Nahum, Malachias, Abacuch, & Zachar. scriptum est. Onus verbi Domini super Israel dicit Dominus. Quod autem à peccatoribus portatur onus, non vna, nec duabus manibus; sed dorso portatur. *Audi sub onere gementem.* Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū, sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Non potui, vt viderem. Miser factus E sum, & curuatus sum, vsq; in finem. Solus Christus poterat tam graue onus leuare, quòd totū genus humanum, siue Angelicæ potestates, nequibant subleuare. Ideo Sanctus ille præcursor, ostendendo clamabat, & clamando ostendebat, hunc esse, qui peccata tolleret. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata Mundi. Et qui indigito suo omnia Dęmonia eijciebat; in dorso suo peccata hominum portabat. Secundum quod scriptum est. Supra dorsum meum fabricauerūt peccatores. Solo verbo Deus homines, & totam

Rom. 2. Zach. 12 Psal. 37 Ps. 128.

mundia-

venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est, nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Nam & idem Apostolus. Ipse nos saluos fecit, per lauacrum regenerationis, &c. Et quomodo nos saluos factos dicat, alibi ostendit. Spe (inquit) salui facti sumus. Si ergo nunc tempus est fidei, & salus animarum merces est fidei, quis dubitet in fide, quæ per dilectionem operatur, peragendum diem esse, in fineq; diei recipiendam esse mercedem?

Tit. 3.

Rom. 8.

Hic certè vacat uana illorum ratiocinatio, qui præscientiam Dei contendunt defendere contra gratiam Dei, dicentes, nos electos ante mundi constitutionem, quia præsciuit nos Deus futuros bonos, nec se ipsum nos facturum bonos. Non hoc dicit, qui dicit, non vos me elegistis, sed ego eligi vos, quoniam si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse nos præsciuerat, simul etiam præsciuisset, quod nos eum prius fuissemus electuri. Non enim aliter esse possumus boni. Nisi fortè dicendus est bonus, qui non eligit bonum. Magna dignatio cum seruus bonus esse non possit, nisi præcepta domini sui fecerit. Nam, vt sciatis ad seruorum officium pertinere domini sui præcepta facere, alio loco dicitur seruos quosdam vtique obiurgat dicens. Quid vocatis me domine, domine, & non facitis quæ dico? nonne & seruo obedienti, ipse dicturus est: Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca &c. Potest igitur esse, & seruus, & amicus quisquis bonus est seruus. Hoc autem si scimus; profectò scimus, quod facit dominus, quia nos ipsos tales non facit, nisi ipse dominus. Hæc ex Augustino.

Dei præscientia.

Luc. 6.

Matth. 25.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed &c. Infantes filij, minus idonei sunt admensam: Et quia ad edendum panem, eorum obest imbecillitas, panis de mensa traijcitur per matris mammillam, vt sic transeat ad paruum infantem idem alimentum. Sic inquit Augustinus. Dominus noster Iesus Christus, cum esset verbum apud patrem, per quod facta sunt omnia, qualem caperent pro modo suo Angeli, homines non habebant. Ideo verbum caro factum est, & panis Angelorum factus est & hominũ. & prius quidem, Dominus noster Iesus Christus, se fecit nobis lac per incarnationem, nobis apparens mortalis, vt non aberraremus à verbo credentes in carnem, quod factum est verbum, taliq; lacte nutriamur; vt validi simus ad capiendum verbum, curramusque ad matrem, vt non aberremus ab vtero. Hoc nos lacte pascimur, quod ex hæreticis multi non capiũt. *Hoc nos ab vbere* fugimus, quòd nondum infidelium cætus suscipit, qui nec matrem adhuc agnoscere didicit. Et ideò, qui disputare voluerunt de eo, quod capere nequeunt, credentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Et factum est, dum de eo disputare præsumunt; de quo adhuc capere non possunt; quia ab vbere pendere nolunt, vt de ipsis intelligatur. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam, sicut ablactatus est super matre sua: Ita retributio in anima mea. Mater nostra, inquit ille, Ecclesia Dei est; Vnde hæretici ipsi separati sunt, vbi lactari, & nutriri debebant. Hoc vnum omnes scimus, quoniam omnis superbus displicet Deo, quibus & resistit, & denegat gratiam.

August. in Psal. 113.

Lac nostrũ quod sugẽ dũ præter Christus.

Psal. 130.

Ideo debet se humiliare humana anima, ne Deo displiceat, & toto corde intueri, quòd scriptum est Eccles. cap. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Sed rursus inquit. Sunt quidam homines, qui cum audierint, quia humiles esse debent, sic se dimittunt, vt nihil velint addiscere, & velut ignorantiam profitentes, sapientiores detestantur. Et tamen non dicitur tibi, humilis esto, vt non sapias; sed esto humilis, vt non superbias. Igitur esto humilis, propter superbiam, & esto altus, propter sapientiam. Audi euidentem Apostoli sententiam. Nolite pueri effici mentibus, sed de malitia infantes estote, vt mentibus perfecti sitis. Certè explicatum est fratres mei (ait) vbi nos Deus voluit esse humiles, vbi, & nos voluit esse altos. Humiles ad cauendam, quam odit superbiam, altos ad capiendam, quam amat sapientiam.

Idem August. ibid.

A

1. Cor. 14.

Hoc tantum ab ipsa mortalium imbecillitate abest, vt ad ea, quæ sibi inscrutabilia sunt, pertingere hic aspiret. Ex parte enim inquit Apostolus, cognoscimus, & ex parte prophetamus. & alibi. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quomodo autem, idem Saluator noster superius, omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. & Psalmista: In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui, præter ea quæ supra sunt dicta, his etiam ex Augustino adiecimus. Quomodo hic inquit Propheta, nunc dicit in labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui, qui paucis verbis mox ante rogabat, Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas? Quomodo proferebat, quod nesciebat? Quæ si sciebat; quare, vt illa sciret, rogabat? *Quo pacto autem enunciauit* omnia iudicia oris eius, qui vult adhuc addiscere iustificationes eius? An iudicia quidem cuncta iam nouerat, iustificationes autem adhuc discere cupiebat? Hoc verò esset mirabilius, si iam sciebat inscrutabilia Dei, & ea quæ hominibus præcepit facienda, nesciebat. Iustificationes enim sunt non dicta, sed facta iustitiæ opera, scilicet iustorum, quæ imperat Deus, quæ ideo dicuntur Dei, quamuis à nobis fiant, quia non nisi ipso donante fiunt. Sed cum in eloquiis Dei omnia contineantur, & iustificationes, videlicet, & iudicia, cur quærit iustificationes discere, qui eloquia Dei se abscondisse in corde dicit? Ait enim: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non pecem tibi. Quomodo cõuenit homini in cuius corde iam sunt eloquia Dei, & qui in labiis suis pronunciauit omnia iudicia Dei, vt adhuc discere velit iustificationes Dei? Non inuenitur nisi, vt eas discere velle intelligatur faciendo, non memoria retinendo, & loquendo, & ideo à Domino demonstrauit debere nos petere sine quo nihil possumus facere? Quid ergo hic intelligamus attendite. Nunquid iudicia Dei nescit Ecclesia? scit planè. Hæcatque huiusmodi iudicia Dei euidenter expressa nouit Ecclesia, sed non ipsa scit omnia, cum sint quædam inscrutabilia sicut abyssus multa, profunda, & occulta, & ipsa nota sunt quibusdam excellentioribus membris hominis huius, qui cum suo capite Saluatore, totus est Christus. Inscrutabilia enim fortasse dicta sunt homini, quia viribus suis ea scrutari non potest, quę tamen dona Spiritus sancti cuicunque

1. Cor. 13.

B

Rom. 11.

Psal. 118.
Cap. 15.

Psal. 118.

C

D

E

cunque Dominus voluerit cōferre poterit. Hoc enim mihi videtur, inquit idem Augustinus, significare voluisse, quòd non ait, omnia iudicia tua, sed, omnia iudicia oris tui, idest, quæ mihi dixisti, quod fecit ad nos in reuelationibus Sanctorum Doctorum pluribus, & duobus testamentis, quæ omnia iudicia vsquequaque in labijs suis enunciare non cessat Ecclesia. August. in Psal. 118.

Cum autem venerit spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Ipse capaciores efficiet omnis veritatis. Hic maximè agitur determinatione figurarum, & propheniarum veteris legis, aperiente Spiritu sancto omnium, tum factorum, cum dictorum veritate. Quid est ostēdere omnem veritatem, nisi omnem fugare dubietatem? omnem reprobare falsitatem, omnē semouere obscuritatem, vmbraticamque figuram? Hinc latentem in illis Christum conspicimus, & sublatis nebulis, vbi abscōdebatur agnoscimus. Hinc edocti à spiritu illo veritatis, Magistro nobis destinato, ceremonialia abolita esse sabbathum, Circuncisionem, sacrificia illa, meliorem in sortem cessisse. Quis vnquam hæc Dei præcepta, tales Dei leges, aut ausus fuisset euertere, aut certè potuisset terminare? Solus ille Spiritus profectò veritatis, qui vnus est Deus cum Patre, & Filio, quo auctore data est lex: Nam Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines, sicut locutus est per os Sanctorū, qui à sæculo sunt Prophetarum eius. Spirit' sancti aduētu oia antiqua terminata lucere mysteria.

Docebit vos omnem veritatem. Non absolutè aut repente omnem, sed omnem ad vestram salutem necessariam, omnem vobis congruentē, sicut & ego quæcunque didici à Patre meo nota feci vobis, præcipuè autem oportuit in primitiua Ecclesia adesse Spiritum sanctum, qui erudiret ecclesiam ab omni errore expurgandam, catholicæ fidei cultores ad distinguenda dona, ad officia promouenda, ad ritus designandos, quo astaret Regina, & sponsa Christi à dextris eius in vestitu deaurato circundata varietate.

Obserua docere omnem veritatem, non alterius esse munus nisi Dei; Nam quæ sunt Dei; nemo alius sit nisi spiritus Dei. Quapropter nullus ab ipso Deo omnem veritatem edocere alterum potest. Hic solus arcana illa incomprehensibilia, & vias illas inscrutabiles agnouit. Hic solus futurorum omnium est præscius; Hic solus cordium scrutator existit. Hic solus omnium occurrentium difficultatum verus est solutor, omniū ænigmatum est fidelissimus expositor, omnium hæresum strenuus expugnator, & ideò ipse omnem docebit veritatem, non autem homo, & quidem omnem non sicut hæretici, qui interdum aliqua vera suis falsis immiscet, quo melius incautos suis fraudibus illaqueare queant. Non sic pneuma diuinum, de quo dicitur, Docebit omnem veritatem. Hæreticorum versutia.

Docebit uos omnem veritatem. Non vulgaris hæc est fidelium consolatio, imò præcipua, & inexcogitabilis, quandoquidem naturæ humanæ inditum est sciendi desiderium, quò nihil sibi iucundius & vtilius; Vide vbi abundauit delictum, superabundasse gratiam. Appetierant prius homines scientiam boni, & mali, sed credentes se esse sapientes, stulti facti sunt, instaurator autem Christus totius hominis quod indebitè vsurpare volebant illi, & non sunt consecuti hoc pro sua illis benignitate concedit. Docebit (inquit) vos omnem veritatem, & certè si scientia boni & mali illos poterat ad Dei æqualitatē, euehere omninò nos fore sicut Deos Spiritus sācti magisterio nos oēm veritatem edocenti, non rapinam arbitrabimur; Scimus enim quod cum apparuerit Christus in gloria, similes ei erimus; Habentes nunc talem charitatem vt filij Dei nominemur & simus. Suaptè natura fertur homo ad sciēdum.

Docebit omnem veritatem. Est & alia veritas ab ea quæ opponitur mendacio, illa scilicet, quę fictioni seu hypocrisi contrariatur; fallunt nos multi, & fallimur à multis, qui mentitis vultibus nobis fiunt obuij, sed & non desunt, qui ad nos veniant in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: quam procul autem sint à Magistro veritatis eorum mentiti animi, facilè didicimus. F

Docebit omnem veritatem. Intellige iuxta rationem temporis, tunc enim deficiente præcone, lapides clamarent ad fidei veritatem manifestandam: Cęterum non mox omnem semper Magister edocet veritatem, sed nacta opportunitate: nam nec Petrus ipse post manifestam illam Spiritus sancti missionem ignarus illius fuit veritatis, quod gentes participes essent gratiæ Christi, illasque aliquando iudaizare cogebat, cuius tamen facti reprehensibilis erat; Insuper omnem quidem continent veritatē Christi verba, quæ si ita clara sunt vt hæretici volunt, ad quid adhuc magister ad edocendam veritatem promittitur. Cum veritas requiratur ad hæresum falsitates detestandas & condemnandas; nam in primo illo Apostolorum symbolo, protestatio fidei in primis erat talis; Credo in Deū Patrem omnipotētem creatorem cœli & terræ. Vtrum quia Gentilitatis infidelitas, Deorum multitudinem affirmabat, ad detestandum errorem, in Nicæno Concilio addi iubetur Dei explicata vnitas, quæ in auribus omnium personet in ecclesijs, dum dicitur: Credo in vnum Deum. G H

Insuper quia instantē Manichæorum hæresi, ponentium inuisibilia tantum seu spiritualia solū à Deo creata fuisse, à Dæmone verò omnia visibilia, seu corporalia consultò additum fuit post id quod dicitur, creatorem cœli, & terræ, visibilium (inquit) & inuisibilium, & cum diceretur de Spiritu sancto, & in Spiritum sanctum, ad apertius de ipso significandum apponitur, qui ex Patre, filioque procedit, qui cum Patre & filio, simul adoratur, &c. & cęteri de Christi humanitate articuli, quibus tenebræ pusillantium hæresum obnubilabant, expressius sunt recensiti, deprompti, & exarati, intactis relictis quibus nulla adhuc specialiter opposita erat peruersa hæresum nebula, sicut de descensu Christi ad inferos, nulla mentio facta vlterius reperitur, quod hunc articulum incōtaminatum reliquerint pseudofideles; sic passim subortis necessitatibus. Illam omnem edocet veritatem Spiritus sanctus, vt è medio tollat omnem falsitatem, & errorem ab ecclesia, cui datur spiritus ad regendum, & erudiendum in his, quæ sunt in fidei præsertim congregationibus fidelium facta, & in Concilijs: iuxta quod scriptum est: Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius, &c. Symbolū Apostolicū. I K

Docebit vos. Vide quo spiritu legendæ sint scripturæ vtriusque testamenti. An non mortuæ quæ spiritu carent viuificante? sed quomodo aduocari, & implorari possit spiritus iste, ops

veritatis

veritatis magister, non frigida sufficit fiducia, non temeraria præsumptio, aut certe non tumida, sed humilis sui pectoris existimatio; nam super quem requiescat spiritus Domini nisi super humilem?

Absit insuper, vt in maleuolum animam sapientia intret, aut in corpus subdictum peccatis; sed qui indiget illa, postulet à Domino, vt mittat illam de cælis sanctis suis, vt secum sit, & secum laboret, sciatque quid acceptum sit coram eo omni tempore. Planè autem temerarium est, vt quis de se ipso tam alta sentiat, ambuletve in magnis, & in mirabilibus super se, qui audeat affirmare tam sublime donum consecutum. Cui, de se ipso testimonium perhibenti tenebimur credere?

Dicet Lutherus aut hæreticorum, & hæresiarcarum alius mihi, sed quare, & non alteri, sicut tibi? Caluinus dicit: non illi, sed mihi. Dicimus nos: nec tibi nec illi. Sed diuidatur. Neutri ac quiescimus, sit qui iudicet inter nos, & vos. Non enim æquum omni spiritui credere; sed probandum, an spiritus à Deo sint, ipso veritatis magistro auctore; si autem licet vnicuique suam cantionem canere, quænam obstrepet dissonantia in Ecclesia Christi? quomodo ipsa vna erit in sectis diuina? quomodo idem dicemus omnes, si pro libito effingit sibi quisquis spiritum veritatis? An Sathanam ignoramus in Angelum lucis se transfigurantem? Nonne Diabolus perperam adducit Dei Verbum ad præcipitandum Christum? An nobis nos prudentiores sumus, vel Sathanæ omnium versutiarum architecto cautiore?

Cui iure conueniat fidei ꝑpalare mysteria.

Nulli igitur priuato spiritui nec cogimur, nec debemus credere: nisi probatus sit per Ecclesiam, cui magister est designatus veritatis: neque fas est alicui priuato fidem adhibere, in rebus fidei, cuius negocium non alicui est specialiter creditum, sed Ecclesiæ vsque ad seculi finem, & in omnem terrarum orbem se extendentis. Absit enim, quia nec Euangelio crederemus, nisi nos Ecclesiæ auctoritas commoueret, vt cuiuis spiritui longè inferiori, sine Ecclesiæ approbatione credamus. Quapropter non sunt ad confugium solum scripturarum admittendi hæretici, qui in scripturis non sensum, sed verba; non spiritum, sed literam tantum attendunt, carentes illo lumine, quod est à spiritu veritatis lumine, spiritualis autem est, qui iudicat omnia; etiam arcana Dei. Animalis verò homo non percipit ea quæ Dei sunt, sed hæretici, qui Ecclesiæ Dei sensum scripturarum non recipiunt, dum se fidere dicunt litteræ: alium illis sensum tribuunt, & omnia peruertunt, vt cum peruersis peruertantur cæteri.

Cur sacræ authoritate scripturæ non cõuertantur hæretico.

Nunquam conuerti proterunt hæretici per solam scripturæ auctoritatem, quam in sui obsequium erroris protrahere conantur, & alios luce meridiana clariores sermones, & locos quibusdam interpretationibus claudere moliũtur: vt vel angues adstrictæ labãtur è manibus prementium: Cæterum scripturas habere mortuos suo spiritu vacuas: est agrum Domini habere sterilem; est aridum campum discurrere, quod commune est Saracenis, Iudæis, & ipsis etiam spiritibus tartareis. Non in cortice virtus arboris, sed in medulla consistit. Non in superficie, sed in radice continetur viror. Non in caracteribus, sed in sensu reconditur Euangelium. perseuerauit lex Euangelica docente Christo, & Apostolis sine scriptura per multos annos. Ibi enim loquitur spiritus omnem inspirando veritatem spiritus (inquit) meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedant de ore tuo, nec de ore terminis tui vsque in sempiternum.

Isa. 59.

Qui autem sola adhærẽtes litteræ, tot exponunt Euangelicam legem iacturis, quot essent, qui velint suo sensu abundare? nihil in ea certum, nihil exploratum habere gauderemus, doctri- A na fidei in dubium verteretur, & potius esset opinionis quam fidei, nec videremus quid veritatis attulisset nobis qui ad nos venit ostensurus omnem veritatem: nec latebat Christum breui morituros Apostolos: quapropter, vt maneat nobiscum in æternum elargitur nobis spiritum veritatis ad passim erudiendum. Vnde adhuc rogamus, vt maneat nobiscum, ne tenebris obruamur hæreticorum.

Sed rogo si labia Sacerdotis teste custodire illius scriptæ intelligentiam quomodo in sola littera consistet lex Euangelica non lapide nec B atramento, sed spiritu Dei viui scripta? Insuper, si occurrentibus difficultatibus in illo Israelitico populo, cui tum apertis disertisque ritibus præceptis etiam instructionibus recursum ad Moysem habebant qui decerneret, terminaret, & componeret occurrentia dissidia, quomodo tali carebit confugio Christi Ecclesia sponsaque dilecta; cui omnia tam difficilia occurrunt, an minus visibili indigemus capite, Moyse cathedram occupante. An melius dispositam facimus Ecclesiam Sinagoga? Vide igitur, quam ceruicosi sint hæretici, quam no- C uitatum amatores.

Propheta Malachia dicuntur.

Nos in Ecclesia maneamus, vbi doctrinæ germẽ sternitur, & eruditioni animus præparatur. Referam hic quod D. Augustinus scribit. Vt ergo (inquit) hanc omittam sapientiam, quam in Ecclesia Catholica esse non creditis, multa alia sunt, quæ in eius gremio me iustissimè tenent. Tenet consuetudo populorum, atque gentium; tenet auctoritas, miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata, tenet successio sacerdotum, ab ipsa sede Apostoli Petri, cui Dominus suas oues commendauit, vsq; D ad præsens venit postremo, & Catholicum nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cum omnes hæretici se Catholicos dicere velint; quærenti tamen peregrino alicui, vbi ad catholicam conueniat Ecclesiam accedere, nullus hæreticorum, vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Hæc Augustinus. Quibus addentes longiorem Ecclesiæ Catholicæ ductum ab Augustini tempore, aduersus omnium hæreticorum phalãges, efficacius proponimus nostræ E huius tempestatis scisma argumentum, vt sine Ecclesia omnino esse conuincantur, qui hanc, quam agnoscimus & profitemur, non suscipiunt, nec aliam, quam rectè suadeant, vel ostendant.

Augustinus 3. Manich. c. 4. Christi Ecclesia Catholicũ sola nomẽ obtinuit.

Non habent, quippè, suæ doctrinæ antecessores, quos ostendant, habet nec viros Apostolicos, qui suis Ecclesijs, dicam rectius Synagogis, præfuerint, & quas nouas dicunt doctrinas, mundo prædicauerint, & talia edocuerint: nec tamen resipiscunt, sed velut, qui Spiritui Sancto semper restiterint, apertus cladibus, ceu

acerrimi

acerrimi hostes insequuntur Ecclesiam Christi, & mysteriorum Dei dispensatores. Heu miseros, fontem aquæ viuæ derelinquentibus, & cisternas dissipatas sibi fodientibus, quæ continere non valent aquas.

Docebit vos omnem veritatem. Errant qui in scripturis omnem contineri apertam veritatem contendunt, neque enim necessarius nobis esset Spiritus sanctus, qui edoceret ipsam veritatem. Ideò Ecclesiasticis, & Apostolicis traditionibus inhæremus, sicut & illi veritati, quæ litteris est mandata, vtraque enim veritas est à Spiritu sancto, ecclesiæ dessignato magistro; non tamen per caracteres litterarum, sed per traditiones Apostolorum. Hinc Apostolus pluries se multa edocuisse ostendit, quæ litteris non mandauit, & distinguit, dicens state, & tenete constitutiones, vbi aperte ostenditur, quæ edocuerit, obseruanda esse, velut constitutiones, & decreta; Apostolicarum autem constitutionum vna est auctoritas, vna virtus, vna obligatio, siue litteris, siue traditionibus habeatur? Attendant igitur hæretici, vix vni parti adhærentes, nulla ratione se ecclesiæ Apostolicæ posse vocari discipulos.

2. Thes. 2.

Omnem veritatem. Ab vno spiritu vna tantum veritas, omnis veritas. Hinc ecclesiæ vnitas, & Catholicæ fidei integritas. Idipsumque nos qui hunc Magistrum habemus, qui ab ipso edocemur, dicimus omnes. Facilè autem, imò, lacrimabiliter conspicimus, quod agitentur spiritibus, quantisque dissensionibus dissideant inuicem hæretici, quis vnquam inesse illis Spiritum veritatis, omnis veritatis magistrum, vel suspicari poterit? vnde ad nos sunt illa Apostoli verba. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus: sed spiritũ qui à Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Probandi sunt igitur, an à Deo sint spiritus: nec omni credendum est spiritui.

Vnde sumatur fidei Catholicæ vnitas & integritas.

1. Cor. 2

Cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Magnificis semper encomijs, egregijsque titulis Christus Spiritũ sanctum prosequitur, quibus dignosci à nobis & admirari possit, dum enim ipsum Deum esse ostendere voluit, diuinitatis insignijs præditũ demonstrauit. Solus namque Deus omnium compos est veritatum: quem nulla occulta, nec futura, nec cordium arcana latere possunt. Solus insuper & verus consolator Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra potens eripere nos ab omnibus hostibus nostris, & à morte per resurrectionem, à Diabolo per sancti sui nominis inuocationẽ, à peccato per gratiæ infusionem, à mundo, & carne, per translationẽ in Coelum; vrgemur in duobus propissendum calcaribus ad maximam Sancti spiritus venerationem, & quod vnus sit cũ patre & filio Deus, benedictus, & quod maxima nobis per eum dona elargiatur Deus. Cedunt itaque omnes errores Spiritui sancto; blasphemiæ impiorũ profligantur, & omnium dogmata hæreticorum per hunc tanquam lydium lapidem ementita cernuntur. Per hoc enim docemur proprium esse Spiritus sancti munus, veritatem: iuxta vulgatam sententiam illam omnibus communem, veritas à quocunque dicatur, à Spiritu sancto est. Nec obiter huius muneris admonemur, & alius quidam sit spiritus mendax, à quo plerumque falluntur, aut incauti, aut elati, de quo dicitur, ego decipiam Achab. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore prophetarum eius, &c. & ideò, sicut à spiritu veritatis prouenit veritas, à quocunque dicatur, ita & à spiritu illo mendacij omne mendacium exoritur, à quocunque proferatur; De quo supra, vos ex Patre Diabolo estis; qui in veritate non stetit; & cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax est & pater mendacij.

Spirit' sancti munus.

3. Reg. vlt.

Cap. 8.

Qui igitur & verax est, nec mentiri didicit, hic est à quo omnem suscipimus veritatẽ; Non est qui nobis impingat quouis erroris spiritu Christi Ecclesiam duci, cui promissus est ab ipsa veritate spiritus ille veritatis, totius eruditor veritatis, qui ex ignaris sapientes, ex rudibus dociles, ex hebetibus perspicaces, ex somnolentis vigiles, ex obliuiosis memores, ex terrestribus cœlestes, linguasque infantium disertas facere docuit.

F

Talem decuit Christum suæ ecclesię curam habere, cui de tali tantoque omnium veritatum, Magistro ad confutandos errores prouideret iuxta illud quod aliis sub verbis erat pollicitus: Dabo (inquit) vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarii vestri. Hanc autem tam præclaram, tamque ecclesiæ suæ necessariam veritatem perseuerare, cum ecclesia voluit.

G

Luc. 21.

Cum autem venerit spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Optimus nobis designatur magister, qui omnium sit eruditor veritatum, quis tanti magistri se disciplinæ nõ ascribat? Beatus nempè, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum; docent homines, sed pulsando hominum aures; hic solus mẽtem illuminat, & tenebrarum caligines, irradiando, propulsat. Quis autem eloquiorum diuinorum fidus interpres, nisi qui, & casta facere, & ea purgata reddere potest?

H

Duobus velut alis, subleuatur, ad scientiam, ad consilium, & cętera dona animus, quæ quidẽ omnia operatur vnus; atque idem spiritus docturus nos omnem veritatem, vt sit lex Domini immaculata, conuertens animas, testimoniũ Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.

Binis erigitur alis ais ad scientiam.

Docet nos omnem veritatem, qui cordibus nostris potest illabi in ipsisque præcordijs nostris nunc clamoribus apertis, nunc occultis susurris loqui ibique loquitur vbi scribere seu imprimere optat, quod loquitur, prima veritatis sedes, est in corde: de qua ait Propheta. Qui loquitur veritatem in corde suo. secunda in opere abi, Qui non fecit proximo suo malum. Qui docet nos omnem veritatem ipse & corda & opera reformare, erudire, componere, & instruere potest.

I

Psal. 14

Prima veritatis sedes i corde secũda in ore, tertia cõsistit in operẽ.

Ab ipso insuper omnem addiscere veritatem auspicantur homines in Concilijs Catholicæ fidei in Spiritu sancto congregati, quo emergentibus difficultatibus pro integritate fidei respõdeant hæreticorum ineptiis occurrant, morum honestate inseruiant, hic est spiritus esse veritatis qui Pastorem ouium erudit, & quos Doctores ecclesiæ delegerit, instruit, & edocet: ne sint in nobis schismata, sed idipsum dicamus omnes, qui vnius ecclesię cultores sumus: & vnius fidei professores existimus.

K

Non enim loquetur à semetipso. Oportet enim omnem qui non est à semetipso sed ab alio sermonem habere etiam non à se ipso, sed ab alio

vt ab eodem sermonem accipiat, à quo habet esse; eadem ratione Spiritus sanctus qui à patre & à filio habet esse, non à se ipso loquitur sed quæ audiuit (idest) quod ab alio accepit: nam accipiens esse, accepit & sermonem, & quorum est communis substantia, eorum communis est sermo. semel enim locutus est Deus, & qui sermonem Christi audit, Dei sermonem audit, & qui spiritus sancti sermonem suscipit Christi & & Dei sermonem suscipit. Non enim à semetipso loquitur, vide quo non bene licere alicui à se ipso loqui, non enim potest non mentiri, qui à se ipso loquitur, oportet enim omnem veritatem à prima veritate dependere, velut omne calidum, à primo calido, omne lucidum à primo lucido, & omne motum à primo mouente non moto, & omne verum à quocunque dicatur à Spiritu sancto est, sed quorum vna est essentia horum vtque & vna communis est operatio. Reuelat filius veritatem, reuelat & Spiritus sanctus eandem veritatem.

Ois qui a seipsu loquit mentitur.

Nec potest alterius ab altero seiungi externa hæc operatio, ita quod reuelante filio reuelet & Spiritus sanctus, aut aliquid seu aliquando Spiritu sancto reuelante simul, & reuelet filius; sed ante pater cum filio & Spiritu sancto reuelat?

Reuera reuelat & pater audi Saluatorem dictum hoc comprobatum. Beatus es (inquit) Simoni diuinitatem eius confitenti, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. Ecce quomodo communis est toti Trinitati mysteriorum Christi, & veritatum manifestatio; dicitur autem hæc omnia operari vnus & idem spiritus; quæ autem repetitur locutionum diuersitas non tollit huõi operationem vnam esse actionum, vbi vnam constat, & eandem voluntatem esse.

Mat. 16

A filio Pater Spiritum sanctum mittit. Filium à Patre eundem mittere superius audiuimus: cum venerit (ait) Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre. Demum, & seipsum mittere videtur, cum dicitur cum venerit autem ex quibus aperte ostenditur omnino esse æqualitatẽ in personis diuinis, nullamque esse distinctionem Trinitatis, in operibus ad extra, nullamve maioritatem inter personas esse, ne quis arbitretur Spiritũ sanctũ aut Patre, aut filio, siue ambobus minorem esse: Item ne quis caueatur, Spiritu sancto minorem esse filium, ideo talia connexuit summa ipsa veritas, & æterna sapientia.

Et Pater & filio & filiꝰ a patre sanctũ põt mittere spiritũ.

Non enim loquetur à semetipso; sed, quæcunque audiet, loquetur. Quid est, quod dicit, quæcunque audiet, loquetur? si hoc tantum dixisset de Spiritu sancto, quod supra de se ipso: verba, quæ ego loquor, à me ipso non loquor; vel quod alibi dicit: sermo quem audistis non est meus, sed eius, qui misit in me, Patris: Idemque de Spiritu sancto diceret: Non loquetur à semetipso: planior nobis appareret sensus, iuxta ea, quæ supra adnotauimus, videlicet, quia sicut filius, nõ à se ipso, sed à Patre, ita & Spiritus sanctus, nõ à seipso, sed ab eodem Patre procedens; Qui ab alio habent esse, ab eodem, quidquid habẽt, habere dicuntur, ideo, nec filius, nec Spiritus sanctus, quidquid loquuntur, à se ipsis loquuntur, quorum sapientia, sermo, siue locutio vna communis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

A patre, tanquam ab origine habent. Sed ingerit imbecillitati nostræ obscuritatem, quæ ex eorum verborũ declaratione prouenit, quæstio vbi addidit; sed quæcunque audiet, loquetur, cum in ipso Spiritu sancto locum non habeat illa naturarum distinctio, per quam talia soluuntur de Christo, de quo dicta diuersa facile verificari cernuntur, si ad naturarum rationes referantur, vt puta, cum dicit ego, & Pater vnum sumus, statim ad naturam diuinam recurrimus, & cum alibi aliud audimus: Vado ad patrem, quia pater maior me est: mox secundũ
A humanam, ab eo assumptam naturam, dictum verificamus.

Quæ distinctio, cum procul sit à Spiritu sancto, in quo vnam solam naturam diuinam reperio, non facilis videtur huius quæsiti solutio: sed est vbi recurramus, si vberrimum fontem doctrinæ audiamus Augustinum, cum Spiritus sanctus, nulla susceptione hominis fit homo factus, nulla susceptione Angeli fit Angelus factus, nec alicuius susceptione creaturæ, creatura fit factus, quomodo de illo intelligendum est, quod Dominus ait: Non.n. loquetur à se-
B metipso, sed quęcunq; audiet loquetur? Ardua hæc quæstio, nimis ardua, nisi ipse adsit spiritus, qui etiam intima Dei scrutatur, adiuuans ipse infirmitatem nostram, ad ea scrutanda diuina, sine quo nec recte aliquid effari valemus, quamuis natura illa Diuina ineffabilis, atque semper immutabilis non recipiat fuit, aut erit, sed tantum est, quia ipsa veraciter est secundũ quod scriptum est. Hæc dices filijs Israel, qui est, misit me ad vos, ego sum qui sum. Tamen propter mutabilitatem temporum, iuxta nostræ capacitatis modum, qui versamur in hac
C vicissitudine rerum, non mendaciter dicimus, & fuit, & erit, & est, fuit in præteritis, sęculis, erit in futuris, est in præsentibus. Qui tamen in se nec fuit, nec erit, sed est tantum. tamen verũ est dicere fuit, quia nunquam defuit. Verum est dicere, erit, quia nunquam deerit, & verissimum est dicere, est, quia semper est. Ita & de Spiritu sancto, qui semper est, & semper ab alio est, ipse qui fuit, & erit, semper & est scientia quam habuit, habebit, & habet, audiuit, audit, & audiet, cuius audire ipsa est scientia, & ipsum est esse, qui igitur semper scit, sciuit, & sciet.

August. tract. 99

Difficillima q̃stiu soluitur.

Exod. 3 ibidem.

Quõ tẽpus pręteritum & futurũ Deo possit attribui.

D *Ipse semper audit* audiuit & audiet quia, hoc illi est audire, quod scire, & hoc sibi est scire, quod esse ab illo, itaque audiuit, audit & audiet, à quo procedit. Audit loquentem, quia procedit à Patre; Audit & veritatem & vera nunciabit nobis quia à veritate, à filio etiam procedit, filius enim solius Patris est filius, & Pater solius filij est pater Spiritus autẽ sanctus non vnius eorum est spiritus, sed amborum, vnde sicut de Patre dictum est. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis, ita & alibi scriptum
E est. Misit Deus spiritum filij sui, in corda vestra clamantem Abba pater; De quibus etiam alias supra dictum est.

Gal. 4.

Hic de vtroque ve verificatur, vbi neuter eorum exprimitur, & quęcunque audiet (inquit) loquetur. Vbi quæ futura erat locutio sub futuro etiam describitur auditio. Cur autẽ Christus dicat de Spiritu sancto, qui à Patre procedit, & non addiderit de filio. Respondet Augustinus & inquit quid putas? nisi quemadmodum ad eum solet referre, & quod ipsius est de

quo ipse est, quod si hic intelligitur eius non suam, sed Patris, quanto magis, & illic intelligendus est, de illo procedere Spiritum sanctũ, quem non excludendo se dicit, à Patre procedere, quem & ipse permisit, mittere? Quandoquidem ab alio mitti, sit ab illo procedere? & filius, à quo habet vt sit Deus de Deo, ab eo habet, vt Spiritus Sanctus sit ab eo, quia totum quod habet filius, ab eo habet, cuius est filius & totum refert in eum.

Quid sit ab alio mitti in diuinis.

Sed quæcunque audiet, loquetur. Accipiens scientiam à quo accipit intelligentiam, & cum sit vnus intellectus, & vna intelligentia trium personarum, quorum est vna substantia, eorum est vna scientia. Nihil noui audiet qui est omnis veritatis spiritus: sed quia supra dixit loquetur, idest, nobis ideò dicitur, audiet: ad futurum referens nobis non sibi futuris. Proprium enim est æterno æqualiter ad omnem temporis differentiam referri, quod totum complectatur, & incomparabiliter excedat. Vbi sunt qui dedignãtur addiscere, & inquiunt ab aliis se non accepisse? si autem, quod habes accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? quo .n. minus constat te bene accepisse, & ad scisse quod scire gloriaris, eo magis suspectus existis veritatis: fides enim est, nõ à proprio sensu, sed ab auditu, donec sit accessus ad Magistrum veritatis, sicut locutus est ad Patres nostros.

Aeternum se ad omnem æqualiter hẽt temporis differenciã.

Quæcunque audiet, loquetur. Me existente vobiscum locutus est Deus in sancto suo; subtrahente me à vobis per aspectum meum, loquentem habebitis in vobis Spiritum sanctum. Veteribus illis patribus nostris, velut longè remotis, & procul existentibus, loquebatur Deus per litteras, & interdum per Nuncios; Nunc facti propè, qui procul eramus, accessum habemus ad Deum, cum quo fiducialiter agimus.

Et, quæ ventura sunt, annunciabit vobis. Distingui videtur, annunciare futura, ab eo, quod ante dixit: quæcunque audiet, loquetur. Vt intelligatur, ipsum prius interpretatorem existere præteritorum dictorum, prius arcanorũ, proditorum mysteriorum, indictis vtriusque legis contentorum, quàm expositorem futurorum. Interpretari scripturas, rimari eius mysteria, sensum ipsius scrutari, eius est munus; sed quod hominibus est gratissimum, adeoq; iucundissimum, est, quod dicitur: Et, quæ ventura sunt, annunciabit vobis.

Nosse futura desideratissimũ est.

Cupidissimi sunt homines futurorum, vt vix aliud curiosius perscrutetur. Vide quid vtilitatis, & iucunditatis nobis adferat Domini Spiritus. Is idem esse declaratur, qui Prophetas conscios fecit futurorum, & qui Ecclesiæ datur spiritus propheticus à Synagogis iam ablatam prophetiam, manifestum facit, necnon, & præteritarum prophetiarum explanationem, Ecclesiæ traditam ostendit. Hinc & idem D. Ioannes, multa futura prænunciauit, insuper, & reuelationum volumen confecit: Hinc D. Paulus, & ex alijs Apostolis, plura, quæ in nouissimis diebus euentura sunt, apertis, & disertis oraculis, prædixerunt; futura autem cognoscere, opus est non humanum, sed Diuinum.

Futura cognoscere ñ humanæ est facultatis.

Et quæ ventura sunt omninò hic, temeritatis humanæ esse declaratur, futurorum exploratorem fieri. Quid est, quòd præsumit humanus spiritus, quod peculiare ostenditur muneris diuini spiritus? sed nonne à malo spiritu, seu cacodæmone percunctantur plerique conscis fieri futurorũ, quod solius est Spiritus sancti opus? sunt & reprobi, qui cum Saule pythones, seu pythonissas adeunt, nec poterunt non nisi ad mortem cum Ezechia cõdemnari, qui ad Beelzebub, seu quemcunque Diabolum recursum faciunt, ad intelligenda futura, nisi resipiscant, atque ad Parietem Christum conuersi, multo lachrymarum imbre, scelus abluant: Vix enim, quæ in secundis causis naturalium euentuum rationes sunt dignoscere possunt. Nec aliqua expectanda est à Patre mendacij veritas, nisi ad decipiendum; quod in oraculis gentilium compertum habemus, dum ancipiti sermone quæsitis responderent, quò possent hominibus illudere, in eam partem sententiam flectentes, vbi euentus rei exitum sortiebatur.

Magna præsumptio ex arrogãtia ad pythonic' spiritus recurrentium vt futura agnoscant; qd se demẽtissimos ostẽdũt dum ad mendacij Patrem, ut uerum scianti accedunt.

Et quæ ventura sunt. Quoties gloriam nobis prædicat ciuium cælestium Quoties nobis gaudia æterna proponit, quoties æternam illam beatitudinem ad memoriam reuocat, toties nobis futura prædicit, si pij fuerimus, quoties impijs suppliciorum æternorum rationem obijcit menti, Iudicis seueritatem deducit coram, & de damnatorum pœnis intus loquitur; Futura prædicit, quoties auaris mortem, carnalibus transitum, iniuriam facientibus Vindicem Iudicem, ob oculos ponit; Futura prædicit, quoties pauperibus patientibus, humilibus, &c. præmia præmonstrat, futura illis annunciat, Istis spẽ infundendo, illis timorem incutiendo.

Quando futura Christus prænũciet.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Mysteriorum Christi veritas, nullo alio quam irrefragabili testimonio comprobari debebat, quam diuino, quam irrefragabili; & totius veritatis Magisterio; Per aliũ nõ potest satis clarificari Christus, quam per Spiritum Sanctum; Nullus Scruator est eius Diuinitatis nisi Spiritus sanctus; Nam & generationem eius quis ennarrabit Spiritus est, qui loquitur mysteria? Ipse est, qui testimonium reddit spiritui nostro. Clarificare Christum, est, ea quæ de Christo scripta sunt clara facere, in lucem adducere, quæ sub figuris, & in vmbris, hac literæ cortice velata erant; Et cum omnia Dei verba ad vnum illud Dei verbum pertineant, quẽ filium Dei dicimus, ideo inquit de meo accipiet, & annunciabit vobis. Ad clarificandum Christum, omnem Christi actionem clarificare oportet, & omnia eius dicta, siue in parabolis, siue in tropis exposita, clariori luce sunt à Spiritu sancto clarificanda.

Ille me clarificabit. Attende mysteriorum diuinorum rationem; quid quid filius est operatus, quid quid locutus, omnia in Patris gloriam est locutus, & operatus; Nunquam suam gloriam quæsiuit Christus, sed solius Patris: Ego non quero gloriam meam (ait) sed eius qui misit me. De sua autem gloria inquit, est qui quærat, & iudicet. Quis autem sit, qui iudicet, & quærat gloriam Christus iam audimus: quandoquidem Spiritus sanctus scelerum mundi argutor, mox ad Christi gloriam clarificandam accedit, quantum autem filius cum Patre gloriã magnificat ex dictis satis conspicimus, vbi totũ suum negociũ Christus Spũs sancto credit.

Ille me clarificabit. Intellige apud mundum argututurum Christi gloriam annunciaturam gratiam Spiritus sancti infusuram: Nam prius à malo oportet recedere, inde operari bonum.

An

Christi gloria. An non magna Christi gloria victorem eum ostendere mortis, diaboli, peccatorum, carnis & mundi? An non Christi gloria miraculorum operatio? mortuorum suscitatio, futurorum prænunciatio, peccatorum remissio, Dæmoniorum expulsio, cælestis gloriæ promissio. Hinc toti mundo Christus omni, & æterna gloria dignus est habitus, In cuius nomine tot, & talia passim efficiuntur miranda, vt absit vlterius in alio gloriari, cui iam, competit quod futurum prædicitur post Ascensionē eius, quādo uidelicet Spiritum sanctum ad nos misit Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra; quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos.

Si eleuatus non fuisset Christus, nec clarificatus à Spiritu sancto fuisset, quē ad nos nō misisset: vnde in glorius Christus perstitisset, si non abiero (inquit supra) paraclitus non veniet, si autē abiero, mittam eum ad vos. Ad clarificandum Christum Spiritus sanctus mittitur, per quem clarificatur Pater. Hic est scopus totius Euangelij, Christi glorificatio, Christi exaltatio. Omnia quæcunque facitis, in gloriam Dei facite; B siue etiam manducatis, siue bibitis, &c. Oportet cum ipso, pro nomine Christi, & nos pati si tamen digni sumus pro nomine Iesu contumelias pati.

Ille me clarificabit. Pertimescimus in tenebris, exultamus in luce; Tunc enim cum populus ambularet in tenebris, terrore concutiebantur, quicunque adesse coram Domino se sentiebant; timebant, & proceres nostri Patriarchæ Reges, & tota populi caterua: resurgente autem vero Sole, mox ab Angelis fugatio timoris indicitur, quę etiam mulieribus annunciatur. Nolite timere vos, vos, quæ recessistis à tenebris exeuntes, cū adhuc tenebræ essēt, & peruenietes ad sepulchrum, orto iam Sole vltra, netimeatis.

Videntur tenebrosa loca tenebrarum. Spirituum præbere se receptacula, & ideo timemus in tenebris, velut præsagientes symbolum, inter tenebrosos, & tenebras, velut inter locatum, & locum; nam & aliqui leguntur latuisse in opaco sepulchrorum receptaculo, instar bubonum, aut nicticoracum, quibus odiosa lux redditur, quæ puris oculis est amabilis. Tunc enim cum lux orta est Iusto, Rectis corde indicitur lætitia; Ideo enim caligasse leguntur patrum veteris testamenti, Abraham, Isaac, & Iacob oculi, quia eum, qui in tenebris latibulum suum posuerat, contueri nequibant.

Ille me. Tanquam diceret. Nubes quidem, & caligo in circuitu meo, qui me despectum, & obscurum conspicitis, posui enim tenebras latibulum meum, dum in circuitu meo tempestas valida ingruit: postquam enim inclinaui cœlos, & descendi, caligo mihi sub pedibus inest, verū me à mortuis resurgente, præ fulgore, in conspectu meo, nubes transierunt; nam & ille resurrectionis nuntius, Angelus, de cælo demissus, totus fulgidus apparuisse dicitur. Iam enim Christus splendens, splendidum misit resurrectionis nuntium. Confessionem, & decorem induisti (inquit Psalmista) amictus lumine, sicut vestimento. Nec iniuria, cuius nomen efficiebatur gloriosum, gloriosus apparebat; sicut enim per lumen, conspicua quæque redduntur, quæ claris, aptisque obtutibus conspici possint, ita & radiis illius æterni fulgoris, vmbræ omnes fugan-

Resurrectionis nūcius.

dæ eran, etiam & caligines propulsandæ, ac illuminandæ tenebræ: Iam enim lux in tenebris lucet, quia populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.

Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. Illius Spiritus sanctus, me clarificabit; tanquam diceret: sunt inter homines plurimi conspicui quos aut Mammona, aut Potentatuum potestas claros inter cæteros reddit. Ego maiori fulcior testimonio, non hominum, nec mundi, cui ego testimonium perhibeo: Quia A opera eius mala sunt: sed ad supremum omnis veritatis testimonium confugio, & quod est irrefragabile suscipio; qui me clarificabit: idest, qui me clarum, nullis peccatorum tenebris opacum nullis vltra vmbraculis obuolutum declarabit.

Ille me. Clarificabit, qui me verum Solem, tenebras fugantem propalabit, figuras, & promissiones implentem, luce meridiana clarius demonstrabit: Ipse spiritus hominum oculos, qui me exterius inglorium prospicientes arbitrantur, purgando illuminabit: dum carnales in spirituales conuertendo, ad superna eleuabit. Hoc enim (inquit Augustinus) quod facturi fuerant in Spiritu sancto hoc, eundem spiritum esse facturum annunciat quale etiam est illud. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis: & qui prius tantum secundum carnem carnales Christum agnoscebant, à Spiritu sancto spirituales effecti, ad potiora capessēda Diuinitatis mysteria sublimabit. Mat. 10

Quæ autem in hoc mundo fit clarificatio Christi, non sic est credenda, quasi aliquod magnum conferat Christo, sed Mundo, quod enim bonū est laudare, non laudato, sed laudantibus prodest; sicque apud homines clarificabitur; quando per ea dona scientiæ, & intellectus quæ sunt à Spiritu sancto ab hominibus super homines dignoscetur, qui Deus, & homo credetur, & qui in tempore pro nostra omniumque salute, natus est de Virgine: ante tempora æternaliter, nondum existentibus nobis, natus est ex Patre. Iam itaque nūc videmus impletum, quod tunc Christus promisit futurum. Q[u]ò clarincet Cristus.

Hanc clarificationem Dominus sub alijs verbis per Proph. insinuauit vbi dixit. In Idumæam extendam calciamentum meum mihi alienigenæ subditi sunt. Quid est calciamentum extendere, nisi pedes denudare? Nam humanitas Christi dum mortalitate calceorum velata consistebat, vix cognosci poterat: Neque enim aliquid cognoscitur, cuius esse ignoratur, puri hominis natura illa credebatur, cuius esse in supposito illo diuino occultabatur. Ideo falsò agnoscebatur, dum purus homo ex mortalitate credebatur, sed ex tracto mortalitatis calceo: Christo videlicet ad immortalitatem resurgente, illuxit in vno cum humanitate Diuinitas, cuius nexus ille qui inter natos mulierem maiorem non habet, se indignum soluere patefecit. Corrigia huius calciamenti (inquit Gregorius) est ligatura mysterij quam Ioannes non soluere non valet, quia Incarnationis mysterium, nec ipso intelligere sufficit. Psal. 10 C D E Greg. in Homil.

Ablato mortalitatis vmbraculo, clarius apparuit Diuinitatis suæ radius mundo; vnde, bene in Idumæam sedis calciaturum dicit, per quā Gentilitas innotuit Relicto Iudæis calceo seu Synagogæ pallio verus noster Ioseph, alio se per fidem transtulit, Ecclesiam sibi disponsaturus,

Ose.2. secundum quōd scriptum est: Desponsabo te mihi in fide, & qui calceum reliquit, litteræ superficiem incredulæ Synagogæ, solam mortalitatis exuuiem reliquit: & quod spectat ad vitam, vita recedente abstulit. vnde prædixit: Nisi credideritis, quia ego sum, moriemini in

Supra. peccato vestro. Quid est, quia ego sum; nisi ego semper sum? Quid est ego sum? nonne quia ego sum qui sum? & quid est, ego sum qui sum, nisi quia Deus ego sum? & præter alia sum.

Cæterum, quod ait, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis, ad ea sunt referenda, quibus supra, se missurum eundem spiritum, dixit, cum enim mittere ipsum, sit producere; non dicitur mittere; nisi, qui dicitur producere, & hoc est, de meo accipere, nec inquit, à me accipiet; sed de meo, ne excludere videretur Patrē à quo totum, quod habet filius, habet, habet à Patre, qui simul cum Patre eundem producit Spiritum sanctum; vel certè, de meo accipiet, quia non alia sapiet, nec alia annunciabit, quā quæ à me, sapientia communicata erunt. Accepit quidem ab æterno totum, quod meum erat, & Patris, quia nō tres, Dij, sed vnus Deus sumus, personarum Trinitatis sola distinctione seiuncti; tamen ideo inquit accipiet, quòd quasi nouiter accepturus videbitur, cum per noua dona, in cordibus fidelium infundetur.

Quia de meo accipiet sensus litteralis, quem præseferunt hæc Christi verba, nos in apertum, & amplum campum inducūt, vbi Sanctissimæ Trinitatis mysterium dignoscamus: est namq; in illis summa totius fidei Christianæ, methodus Euangelicæ doctrinæ, videlicet quomodo in vnitate essentiæ, Trinitas sit personarum, & eiusdem Trinitatis, vna sit essentia. Plures Christus horum meminit mysteriorū; sed quæ

Spūs sācti processio. fundamentum existunt omnis spiritualis ædificii, quò melius cordibus infigantur fidelium, repetit, & lucidioribus sermonibus aperit. Vnde enim cognoscitur, aut, vbi euidentius Spiritus sancti persona, eiusve processio conspici potest, quàm istis discretissimis Christi sermonibus? Prius quidem per operationem, cum nobis, & eundem cum Patre, & seipso, Deum esse perhibuit; quandoquidem, ab effectibus, res omnis, qualis, & quæ sit, optimè dignoscitur: Verum adhuc ad altiorem, nobiliorem, ac certiorem sciendi rationem, nos euehit, dum de eo dicit.

De meo accipiet. Sed, rogo, quid accipit, aut accipere potest de Christo? duo tantū in Christo sunt, persona scilicet, & natura, vel, vt Theologi dicunt, relatio, & essentia; Naturam autē humanam, de alio assumpsit Christus, & ad vnum esse personale suum contraxit. Non potest Spiritus sanctus, aliud de filio Dei accipere, nisi, aut relationem, aut essentiam, siue, aut personam, aut naturam.

Eiusdē naturæ cū patre & filio sed alia ab eo p sona sanctus est spiritus.

Attende ad Christi verba, & quid acceperit, intelliges; non enim inquit, me accipiet, sed de meo: quomodo dixisset, si vnam, & eandē personam accepisset? Certè oportebat, Christum dicere, & me accipiet, & non de meo; qui enim personam accipit, illum accipit: sed dum ait, de meo, tum persona excluditur, & aliquid aliud prætenditur acceptum: sed cum in filio Dei non sit nisi persona, & essentia, liquet Spiritum sanctum, essentiam Christi accepisse, non personam ergo eiusdem sunt essentiæ, & diuersæ personæ, sed vlterius, cū essentiam suam filius à Patre acceperit, & ea, quæ vna est, Patris, & filij essentia, communis facta sit Spiritui sancto, nihil euidentius sacratissimo Trinitatis mysterio suaderi potest catholicam profitente sidem, vt vna dicatur trium personarum essentia, in vnaque substantia personarum Trinitatem realiter contineri. De meo accipiet.

Vna est tm trium persona rum essentia.

F *Sunt qui ponant* Trinitatem personarum in vna essentia; affirmantes etiam realem distinctionem Patris, & Filii, & Spiritussancti, sed Spiritum sanctum à solo Patre, & non à filio procedere, sed cum ignari sint rationum distinctionis personarum quæ nulla alia ratione ad inuicem distingui possint nisi oppositionibus relatiuis, nesciunt Spiritum sanctum non posse à filio personaliter distingui nisi oppositione adinuicem relatiua.

Nulla autem alia oppositio relatiua potest dari inter filium & Spiritumsanctum, nisi filius producat Spiritum Sanctum, quò sit vt aperte dicat de Spiritus sancto Christus. De

G meo accipiet, non mea, nec me, sed de meo, vt suam substantiam, & essentiam, ac naturam, quam à Patre habet, ipse eandem communicari sibi ostendat. Hinc Ecclesia apertè protestando canit, qui à Patre, filioque procedit, qui cum Patre, & filio simul adoratur, & conglorificatur.

Sola oppositio relatiua i diuinis patrē à filio, & filium a patre & ab utroque procedentē a patre simul & filio personali pōt adinuicē proprietate distinguere.

De meo. Nec est sic intelligendum cū dicitur de meo, quasi partem essentiæ, non totam accipiat essentiā. Absit. n. vt partibilis intelligatur quæ simplicissima cognoscitur, & adoratur essētia diuina, impartibilis, indiuisibilis, & omnis

H compositionis expers: sed de meo (ait) & ad excludendam personam, quam non communem facit, & ad denotandum se illam accepisse à Patre, non partis sed totius participationem designans, vt quod dicitur de meo, non aliter intelligatur, quam essentialiter dicere: igitur de meo est dicere de essentia mea, de natura mea, de substantia mea, & omnibus absolutis, quæ omnia vnica ratione sunt communia singulis personis: Ac si diceret: essentiam meam, quam à me ipso non habeo, sed mihi communis est cum Patre, &c.

I *De meo*. Absit vt aliquid detrahi Spiritus sancti maiestati intelligatur per id quod de Christo accipere: Imò vnam cum Patre & filio maiestatem, dignitatem, & excellentiam intellige Spiritus sancti esse, quorum vnam substantiā, essentiam, & naturam, non ignoras esse communem. Pari enim ratione Spiritus sanctus de filio accipere dicitur, qua & filius de Patre accipere non ignoratur. Accipit de Patre filius, non naturæ partem, sed totam naturam, & totam substantiam, & Spiritus sanctus eandem à

K filio, & à Patre accipit, non alio modo, quia nō alio modo communicabilis est essentia diuina.

De meo accipiet interdum quæ ad æternitatem spectant, altero totius temporis designantur; quod totum illud complectantur, & ut innotescat nobis actiones illas intrinsecas, tum generationis, tum processionis non sic limitatas iri ad præteritum, vt excludant & præsens & futurum: non enim sic Deus suum generauit filium quasi actionem terminando. Sed quomodo cum ratione temporis præteriti generasse dicimus, eo modo ratione futuri temporis

Quō spiritusancto essētia, substātia, & natura a Patre cōmunicetur & filio.

poris eum adhuc generaturum pronúciamus, vt quæ ad æternitatem spectant ex omnibus temporis differentiis connotentur.

Qui æternaliter generat, & in præterito, & in præsenti, ac in futuro generat, & qui æternaliter generatur, aut producitur semper & generari & produci dicitur, propterea (inquit) de meo accipiet, non aliquid noui, quod prius nõ acceperit, cum totum acceperit; sed quia semper accipiet, qui semper producitur: sicut enim semper se intelligit Pater, & intelligendo, semper idem producit verbum, ita semper, se inuicẽ amant, Pater, & filius, & eundem semper amorem producunt, qui dicitur, & est Spiritus sanctus, qui amor est amborum.

Scias qđ ubicunque author in diuinis psonis pro ducere nominat aut produci cõiter largo modo producere sumit uelut quo persona rũ infer re intendit originem.

Et annunciabit uobis. Non externa, sed interna locutione, non ad aures corporales, sed ad Cor. sic enim loquitur nobis, quomodo nos oportet alloqui illum. Moyses clamasse, tacendo, ad Dominum dicitur, quod nõ lingua, nec voce, sed corde, loqueretur ad ipsum; & Helcane sancta illa vxor, dum tam exaudibiliter loqueretur, corde ad Dominũ, tantùm labia eius mouebãtur, spiritus efficacia, sed vox nulla penitus audiebatur. Absit enim, ut, aut garritu, aut strepitu externo vocum, exaudibiles credamus fieri omnino nos, sed affectu, & mentis exaltatione, & deuotionis clangore. Magnus enim in auribus Dei clamor, magnus est affectus, magnaque deuotio: vnde supradictũ est. Deus spiritus est, & qui eum adorant, oportet in spiritu, & veritate adorare. Ad quem recipiẽdum spiritum, iubemur cubiculum intrare, & in abscondito orare, ad popularem aurã detestandam.

Et annunciabit uobis, Annunciare propriè ad futura pertinere videtur: & est dicere, Non solum futurorum vos compotes faciet, sed ad diuertendum à malis, cautos vos reddet, & ad bona consequenda, promptiores efficiet. Excellentiam hic Euãgelicæ legis intellige; olim enim in veteri, Deus loquebatur in prophetis, & prophetas dedit, ad erudiendum de lege, & de futuris: Nouissimè autem postquam locutus est nobis in filio, eruditiorem tribuit Spiritum sanctum.

Euangelicæ legis excellentia.

Et quæ futura sunt, annunciabit uobis. Cum igitur, non omnes conscij efficiantur futurorum, etiam quod Spiritum sanctum, per gratiã possideant, pro comperto relinquitur, quod nõ omnes, de omni erudiantur veritate, nisi forsan confiteantur nobis, de omni nos erudire veritate, congrua nobis, & cuilibet ad salutem consequendam, necessaria, vt omnis, non ad scientiæ amplitudinem, sed ad nostram capacitatem, referri intelligatur. Tunc quæ futura sunt, annunciat Spiritus sanctus, se possidentibus, non quod prophetas omnes instituat, sed futurorum gaudiorum, & cœlestium bonorũ compotes faciat, & sufficienter, de pertinentibus edoceat, de his, quę ad Regnum fidei, & salutis disciplinam spectant, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet. In re tanti momenti, Christus omnem semouere voluit occasionem, qua diuerti posset aliquis à perfecta significatione verborum. Ne igitur caussetur aliquis, de consubstantialitate personarum nõ benè sentire, explicat apertius, quod dixerat breuius; Nutaret forsan aliquis, non intelligens quæ dixi: ideo, vt tergiuersationi auferatur locus, me ipsum declaro. Per id quod dixi, de meo accipiet Spiritus ille sanctus, volui dixisse, eum eadem, quæ ego à Patre accepi, & ipsum accipere, & sicut, non partem suorum bonorum dedit mihi Pater, nec suæ substantiæ partem communicauit, sed omnia, quæ habet, & totũ quod possidet, est elargitus, ideo quod à me accipit ipse spiritus, non aliter, quã totũ, quod habeo accipit: Neque enim vnum à me,
A & alterum à Patre, accipit, vel, non partem eorum quæ habet, à Patre, & partem à me suscipit, sed totum à Patre accipit: & idem totum à me accipit, haud tamẽ plura aut diuersa, quia ea omnia quæ habet Pater mea sunt, & eadẽ sunt quæ Pater habet, & ego habeo, & quod accipit ille. propterea quæ communia sunt Patri, & mihi communia sunt & ipsi.

Omnia quæ habet Pater mea sunt. Aduerte non dicere Christum omnia quæ sunt in Patre sed omnia quæ habet, nam per hæc absoluta à relatiuis distinguuntur, vt illa sint ad se, ista au-
B tem ad aliud dicuntur. Propterea paternitas non est in filio, sed refertur ad filium, quia non est in Patre nisi prout refertur ad filium, Habere autem denotat rei habitę, ad se ipsum possessionem, ponitur igitur vnum relatiuum, ad positionem alterius. Propterea paternitas ad filiationem dicitur, & non est absoluta Patris.

Oĩa q̃ hẽt Pater hẽt & filius non tñ omnia q̃ sunt in patre sunt & in filio.

Cæterum omnia quæ habet Pater, eandem maiestatem, cuius cœlum sedes est, terra autem scabellum pedum eius, Qui lucem habitat inaccessibilem, cui millia millium, & dec es centena millium seruiunt Angelorum, omnẽ eius
C sapiẽtiam, potentiam, bonitatem, prouidentiã sanctitatem & excellentiam impertiuit Pater, Quæ & mea facta sunt, virtutem etiam spirandi quam Pater habet est mihi impertitus, propterea dixi me spiratorem & communicatorẽ horum esse cum Patre personæ huius tertię Spiritus sancti, & quod de meo accipiet.

Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Illud etiam vnum non est prætereundum, quod de processionibus personarum apud Theologos habetur essentiam diuinam, nec generare, nec producere. Quo fit, vt habere paternitatem,
D nihil perfectionis addat super filiationem, nam relationes vt relationes sunt, nullam dicunt aut perfectionem, aut imperfectionem, sed tãtùm respectum, quantum enim ad id quod est, conuertitur relatio cum suo fundamento, & identificatur essentiæ diuinæ, vt non sit alia res, relatio Patris, ab essentia Patris, & relatio filii, & Spiritus sancti, ab eadem essentia. Ideò nullibi est aliquid perfectionis, quod non sit in aliis.

Essentia diuina nec generat, nec producit.

Quò ad respectum verò, qui à perfectione abstrahit, sed illam præsupponit, alius & alius est
E respectus & ordo personarum. Dum igitur dicitur filius habere omnia quæ habet Pater, non ad respectum seu ad relationem potest referri, sed ad habere: quãdoquidem relatio quo ad respectum, non rem, sed ordinem rei dicit, & realiter ad oppositum refertur.

Perspicce q̃so, quã doctè pariter & concinnè edisferat author hic Trinitatis sublime mysteriũ.

Habet quidquid habet Pater, non tamen eo ordine: quia filius procedens à Patre accipit omnia, quæ habet Pater, prioritate sola originis, idest inquantum Pater est principium, non de principio & filius est principium de principio.

pio. Talis dispositio, seu ordo originis personarum ad inuicem nullam prorsus aliam, quã in alio perfectionem ponunt: sed vna est omnium æqualis gloria, & coæterna maiestas.

Dicat Paternitas non relationem, sed referatur ad essentiam à qua non distinguitur: quia illi non opponitur; nihil habet Pater quod nõ sit filij. Dicat Paternitas relationem: ipsa opponitur filiationi, & distinguit personas: Quapropter non inquit Christus, totum quod est Pater sum ego, sed omnia quæ habet Pater, mea sunt, vt simul & personarum distinctionẽ denotet, & vnitatem essentiæ, ac attributorũ eius ostendat, in quo latet omnis plenitudo Diuinitatis.

Non totum qd est Pater est filius, sed absoluta Patris habet filius cui tota Patris cõmunicarur essẽtia.

Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Numquam tam tristia impenduntur Piis, quin & suauibus copulentur, disponitque suos Christus, ad æquo animo corporalem eius abscessum perferẽdum; longè enim tristiores suos reddidisset Apostolos, si eis statim dixisset, suam ab ipsis subducturum se fore præsentiam; sed quæ disponit omnia suauiter, Dei virtus, & sapientia Christus, connectitur quod triste est, ei, quod iucundissimum est: nihil intolerabilius Apostolis; abscessu Christi, nihil ipsis iucundius, presentia Christi. disponit eorum animos, ad sustinendũ absentiam eius corporalem, & visibilem, veluti peritissimus medicus, qui plagam curaturus, prius, iuxta vulnus, ferrum extendit, moxque retrahit, donec infirmus, æquiori animo sustineat, & dum ferit, quasi condolens & cõpatiens infirmo, dicat, vix te tango, Modicum te cædo, & amplius non, offendo, manum retraho, ferrum depono: Pari hac ratione, corda suorum feriens, Saluator inquit.

Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me. Ferio vos, meam subducens præsentiam, sed amoueo doloris causam, reuertendo ad vos, vestris me præsentaturus obtutibus, coniungit tristitiæ consolationem prius Saluator, ne destituti frangamur animo. Quis autem secum non experitur, in tribulatione, hominem spe subleuari? propterea (inquit Apostolus.) Gloriamur in tribulationibus, scientes, quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem spem, spes autem non confundit, sic enim, cum suis fidelibus agit Christus: modicum illos videtur sua assistentia priuare, & iterum modicum, ad illos redire, ad modicum illos destituit, prospiciens per fenestras, respiciens per cancellos. *Interdum obliuisci suorum videtur*, sed ad modicum, nec patitur nos tentari super id quod possumus, sed vt faciat cũ tentatione prouentum, vt possimus sustinere. Quoniam non in finem obliuiscitur Dominus, nec miserias pauperũ suorum obliuisci potest in finem, nec continebit in ira sua misericordias suas. Visi fuerunt Ioseph, Susanna, Iob aliique iusti à Domino derelicti, sed ad modicum, vt prouentum faceret in tentationibus ipsorum; & Apostoli, cæterique martyres, ad modicum idest ad horam, donec transiret hora tenebrarum, à Domino derelicti visi sunt, impiorum oculis insultantibus, Dominus dereliquit eum, persequimini, & cõprehendite eum, quoniam non est qui eripiat. Sed audi Dominum. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis, colligam te; neque enim procul est à tribulato; qui cum ipso est in tribulatione, vt eripiat eũ, & glorificet eum. Cum igitur dicitur.

Rom. 5. — Isa. 54.

Modicum, & non vide. &c. apertè ostenditur, breui terminandos Piorum dolores: insuper, & quod non relinquet Dominus Virgam peccatorum super sortem Iustorum: exiguum enim temporis spacium, breue, ac momentaneum pondus salutis operans. Modicum videre Christum, & modicum non videre, est, imaginem crucifixi videre. Per imagines videmus rem imaginatam, & non videmus; ex parte accidentium aliquid videmus, ex parte substantiæ, per repræsentantum, tantum intelligimus repræsentatum, videmus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

Videmus Christum ad modicũ dũ Crucifixi Christi intuemurim aginem.

Modicum etiam videmus, & modicum non videmus Christum in Euch. Sacramento, Dũ aliud, idest species Sacramenti tantum oculis perspicimus, & modicum, idest, per solam fidẽ corpus eius conspicimus; fides enim, eorum est, quæ occulta sunt. Nobis loquitur Christus, non incredulis, non hæreticis, his enim occultus omnino est Christus, qui à modico non incipiunt vt perpetuò ac clare intueri possint.

Modicum, & non videbitis me; & iterum modicum. Per Prophetam promissum legitur, & erit ad eos verbum Domini: Manda, remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi modicum ibi; duo mã dare: & duo remandare: duo expectare duo reexpectare leguntur: duo bona nobis Deus mandauit, duo illa remandare iubemur. Animam, & corpus ipse nobis tribuit de quibus Moyses ait. nonne ipse est Pater tuus qui possedit, & fecit, & creauit te? Hæc duo remandare ad ipsum iubemur cum quidquid agimus Domino consecramus; siue enim manducemus, siue bibamus, in gloriam Christi referri omnia satagimus.

Isa. 28. — Deu. 32

Isti sunt duo illi debitores qui Domino suo fœneratori multa debent, sed longè differenter, cum alter denarios quingentos debeat, alter verò quinquaginta, idest anima longè plura Deo est redditura quam corpus; velut cuius actiones directè remandari ad Deum debent, & in ipsum dirigi per intentionem, & cõsensum, Corpus verò non dirigit, nec potest omnia in Deum dirigere directè, ideo quinquaginta debitorum tantum debitor, existit, dum ieiunat, dum peregrinatur, dum Deum laudat, dum proximum erudit, &c.

Secundò duo alia nobis mandat Deus, quæ remandare tenemur, bona spiritualia, & temporalia mandat, quæ sunt remandanda illi. Sunt illa talenta quæ reportanda sunt Domino, cũ acquisito fructu; Hinc Amor in Christum, eius infusa Charitas, Deuotio, Patientia, Pœnitentia, dolor peccatorũ, eleemosinarũ largitio, &c. Quæ omnia sunt quidem nobis data, vt remandentur; Omnia flumina ad mare, vndè oriuntur, redire videntur: Sic omnes gratiæ, & omnia bona ad fontẽm gratiarum, & ad summum bonum.

Omnia bona ad Deũ vnde exeunt reuertuntur.

Vel possumus dicere, ut nobis iussum sit mandare, vt remandetur, sic enim oratio quã Deo offers, & ad Deum dirigis, ad te remittitur, cæteraque bona Deo mandata nobis vtiliora remandantur opera manuum nostrarum dirige super

super nos, & opera manuum nostrarum dirige expecta, reexpecta, expecta meritum, reexpecta præmium, expecta per patientiam, reexpecta per ardentius desiderium, expecta in tribulatione, reexpecta liberationem (expectans inquit Propheta) expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas.

Psal.39 *Sunt autem non* solum, qui non reexpectant, sed qui impatientes, nec expectant Dominum, cum expectentur à Domino; An benignitatis, & patientiæ eius longanimitatem contemnis? & tibi thesaurizas iram in die iræ expectandus fuit Christus ante aduentum eius in carne, reexpectandus secundò in aduentu eius in iudicio. Expectent eum mali; tanquàm vltorē facinorum, reexpectat eum boni veluti præmiatorem: Mali tantum expectant quia prius non habuerunt Christum; Boni verò reexpectant, quia hic per gratiam, & Eucharistiæ Sacramentum habuerunt Christum, expectant Apostoli, & reexpectant Christum: primo expectant post resurrectionem, secundò in glorificatorem, nam Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ; quod autem ait.

Modicum ibi, modicum ibi, apertè insinuat, quod nunc sub alijs verbis à Christo dicitur: Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me; modicum ibi, idest, eo in loco, vbi hæc Christus coràm ipsis loquebatur quum ea nocte & à Iuda traditus, & à militibus captus fuerit, & iterum modicum, ibi, quia post resurrectionem, modicum tantum ibi, & & modicum ibi. sit visus ab illis, modicum visus à Magdalena, à qua vix cognitus, se occultauit ab aspectu, modicum à Petro, modicum in Emaus, modicum vbique per quadraginta dies apparens eis in multis argumentis; nam per id, quod dicitur, Apparens eis, apertè monstratur, ad horam, & ad breue tempus, se ostendisse, videlicet, quò eos de sua resurrectione certos faceret, & de necessarijs quibusdam erudiret.

Ezec.1. *Modicum, & iam non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem.* Raptus Ezech. in visione mysteriorum diuinorum, in spiritu, sibi à Domino ostensorum, hæc specialiter vidit, discurrentia. Animalia illa, mysterijs, & arcanis diuinis vndique plena, quæ (inquit) ibant, & reuertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis, & paucis interiectis subintulit, ibant, & non reuertebantur. Quid est, ire, & reuerti, deinde ire, & non reuerti? nisi, quia Christi mysterium, de quo agimus, aperitur. *Ibat ad passionem, qui* se ab oculis suorum subducebat, reuertebatur post passionem, qui se resurrexisse à mortuis, manifestabat: inde, cum iret, non reuertebatur, qui ab incepto opere redemptionis nostræ, nullo modo retrocessit, donec totum adimpleuerit, & consummauerit; Asserente ipso, in extrema iam hora constituto, consummatum est. Aut certè,

Variæ expositiones. ibat ipse mortalis existens, nec reuertebatur vlterius moriturus, qui tamen reuersus est immortalitatem adeptus; Apostolo dicente Christus resurgens à mortuis, iā non moritur, mors

Rom.6. illi vltrà non dominabitur, vel certè ibat suis præparare locum, & reuertebatur, reducere illos ad locum. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, vobis ab origine mundi præparatum. Cæterum, quia Sathanas expetiuit, vt cribraret vos sicut triticum, quod quidem ex cribro cadit, per sibi commodiores an fractus, ita vt omnes dispergamini, & me solum relinquatis: hoc vnum vobis persuadendum, imò, & in memoriam reducēdum curaui, nunc iam mea instante hora, vos modicum me conspectu ros, quia tradar gētibus, mea præsentia ab aspectibus vestris subducta, verum iterum me visuri, & gauisuri estis, paucorum dierum interstitio. Scimus autem quomodo gauisi sint, post

A resurrectionem discipuli, viso Domino. Quod, si meus abscessus sine perturbatione fieri nequit, curate saltem, ne corda vestra turbentur, quæ tunc vtique pacata erunt, quum meis sermonibus inflexibiliter adhæserint, in me enim pacem habebitis, pacem (inquam) quæ exuperat omnem sensum, quam nulla sensuum oblectatio, nulla voluptas sensualis, nullus pauor, nullaue passio, perturbare poterit.

Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum, &c. Vos meæ huius nauis naucleri, idest ecclesiæ meæ Rectores, me, sydus vestrum per

B detis aspectu, & ideò dura naufragia, per mundi fluctus patiemini, & velut inter Scyllam & Carybdim constituti. Vndique vobis supererunt angustiæ. Mundus tunc maximè gaudebit, quum de vobis triumphabit, gaudebit de vestrorum iactura, in interitu vestro ridebit, in cladibus & ærumnis vestris maximè oblectabitur, & dum vos contristabimini, magis quoque dolebitis, magis & ille se ipso crudelior effectus gaudebit, verum iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, tristitiaque vestra vertetur in gaudium, Ego mea vos præsentia con-

C solabor, qui mea absentia territi estis, mea præsentia lætabimini. Dolor ille magnus qui de absentia Christi nascitur, sola eius præsentia subleuatur excedit absentiæ Christi dolor omnem humanum dolorem, excedit lætitia præsentiæ Christi omne humanum gaudium, primum fertur in damnatos, secundum reducitur ad beatos, nullis potest animus gaudiis subleuari, qui Dei visione cognoscit se priuati.

In visionis diuinæ carētia omne malum existit.

Cant.1.

Maria illa Magdalena, dum de Christi absentia conqueritur, nec videns Apostolos, nec inueniens Angelos temperat à lachrymis, donec

D autem vi... entem, aut mortuum saltem conspiciat sponsa illa. Noctes ducit insomnes: surgit nocte, circuit per vicos, & plateas, percunctatur & milites, nec inuenit donec inueniat requiē, imò superat tristitiam, quæ est ad tempus, æternorum gaudiū, quod est perenne, neque enim suam dilectam Matrem de suo abscessu dolere permisisset, si gaudium, mœrorem non superasset, cum Puer adhuc Iesus remansit in Hierusalem, & post triduum vulnis dolore quæsitus inuentus est in Templo, in medio Docto-

E rum disserens: O supremum inuentionis Christi gaudium, cum non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuellabitur in nobis. Dicant Christi discipuli, & obiiciant ærumnis, noctem verterunt in diem & rursum post tenebras spero lucem.

Obserua Antithesim uerborum Christi colludentium, & nunc in passionem, & nunc in resurrectionem eius, nunc in tristitiam, & nunc in gaudium suorum, nunc in parturientis mœrorem, & nunc puerperæ consolationem. Hac lucta sic nobiscum agit Christus, qua & cum Patriar

cha

chā nostro in itinere constituto Iacob luctabatur: & benedixit eum in eodem loco. Hanc
Gen.37 & nobis vicissitudinem Apostolus insinuauit, dura inquit. vsque in hanc horam & esurimus,
2.Cor.4 & sitimus, nudi sumus, & colaphis cędimur, instabiles sumus, laboramus manibus nostris, maledicimur, persecutionem patimur, blasphemamur, spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsque adhuc: Non vt confundam vos hæc
2.Cor.2 scribo, sed vt filios meos charissimos semper in Christo Iesu. Huius Methamorphosi admirabuntur impij. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos eius sors eorum est.

Quia uado ad Patrem. Ratio quare modicū sit uidendus, & modicum non, sic reddi uidetur, ire enim ad Patrem, in causa est quod per breue tempus videatur, & per breue tempus non videatur, instabat enim hora suæ passioni præsignata imminebat tempus suæ mortis, & crucifixionis, propterea inquit, quia vado ad Patrem, idest ad immortalitatis vitam transeo, ad gloriam me transfero, & in vita immortali existentem, non potestis diu me videre; oportet enim me immortalem, immortalitatis locū adire, expletis mysteriis meæ legationis, ad eū, qui me misit, reuertor, & ad patrem vado.

Maior est unio naturæ humanæ cum verbo diuino, quā animæ cū corpore.

Quia ad Patrem vado, nunquam quod semel assumpsit deposuit Christus, Dei filius, nunquā verbum, carnem quam assumpsit, dimisit, vel est dimissurum. Potuit per mortem, anima à corpore separari, sed maior est vnio naturæ humanæ cum verbo, quæ nunquam poterit separari: Illorum fit vnum tertium, quia ex anima, & corpore fit vnum compositum, quod non est anima, nec corpus, sed constans ex anima, & corpore: In verbo autem, non resultat tertium, sed vnum & idem est, in vno esse, Deus, & homo. Hic naturæ humanæ intellige dignitatem, hanc Christus, quam assumpsit, vt pateretur, & moreretur in illa, ad suæ celsitudinis maiestatem euexit, hanc ad Patris dexteram secum & traxit, vt conglorificet, vt regnet, vt præsit, vt adoretur, omneque iudicium à patre suscipiat.

Dicebant ergo ex discipulis eius ad inuicem: quid est hoc, quod dicit modicum, &c. Mysteriorum Christi incapaces, quomodo verborum eius capaces erunt? Absit enim, vt intellectio fidem præcedat, sed fides ipsa est, quæ intellectionem præcedat oportet, sicut & ipsa protestata est veritas. Nisi credideritis, non intelligetis, accedentem enim ad Deum oportet pri-
Isa.7. mum credere. Iure qui non credunt, Christum aut moriturum, aut resurrecturum, & ad patrē iterum, potius in terris, quàm cęlis, regnaturū, Christi verborum se ignaros fatentur, & inuicem percunctantur, quid præseferant audita; ecce & si non surdus, ignarus tamen sensus humanus conspicitur æternorum, & spiritualiū; minimum enim possunt carnales extendi ad spiritualia, quæ proponuntur: spiritualis uerò iudicat omnia, idest optimè percipit, spiritu reuelante, & ipse à nemine iudicatur, idest à nullo intelligitur, eundem spiritum intellige non habentem, quia animalis adhuc homo, nō percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, esto igitur, qui adhuc carnales erant Apostoli; pluries plura de obitu Christi, & de resurrectione eius audierint ab eodem; adhuc non benè capaces eius mysterii erant, unde instructorem, qui edisseret sensum uerborum Christi, perquirebant.

Dicebant ergo ex discipulis. Non communis omnibus discipulis, uidetur fuisse ignorantia, ob id, quod dicitur, ex discipulis, quorum aliqui eruditiores extitisse uidentur; nisi dicamus, ex animi turbatione, non potuisse aduertere Apostolos, & peruenire ad sensum uerborum Christi, occupatus enim animus, aut euer-
F titur, aut diuertitur, ab ipsa recta intelligentia dictorum, ita, ùt hæretici in suum trahant perfidiæ sensum pleraque scripturarum dicta, uelut araneæ, Horum dulcedinem in uenenum, pro naturæ qualitate peruertentes conuertūt, Deponat igitur oportet. suum proprium sensum, qui non suum sed Christi sensum in sermonibus scripturarum requirit. Heu quantos proprius illusit sensus. Hinc omnes ministri perfidiæ, hinc omnes errorum magistri, hinc omnium hæresum auctores.

Pia excusatio.

G *Quid est quod dicit modicum, nescimus quid loquitur*. Obnubilatur, humana mens dum passionis, & crucis sibi mysteria præponuntur, & tamen adhuc in foribus errat, illic namque deducitur, animus, ibi suum figit pedem mens humana, ubi sua ducitur carnali persuasione, qui suo sensu trahitur, quo illectus desiderio pergit, abhorret crucem, & à passionibus diuertitur, nec talia capit mortalis infirmitas; Ideò aliam uiam quærimus, qua ad patriam perducamur, à uia crucis, & passionum, & sine cruce extolli, & ad gloriam peruenire desideramus stioli. Adhuc non retro mittimus Sathanam
H qui nescimus ea quæ sunt spiritus Dei, imò nobis ipsis Sathanæ efficimur, dum nos retrahere à Christi cruce, & passionum itinere nobis ipsis persuademus, qui à voluptatibus non retrahimur, qui ieiuniis non maceramur. & sic adhuc ignorantia nostra flagellamur.

præsumptio.

Quid est quod dicit. Inuicem verborum Christi significationem quærunt Apostoli. Nos verò tantorum Christi sermonum rationem sicco pede transimus; Nec aliquando inuicem tam pulchrorum mysteriorum cōpotes effici quærimus, uel curamus; Interdum & nos audimus
I Christum, nec intelligimus, sonum uerborum aure percipimus, sed unde ueniat, aut quo uadat ignoramus; unde ps. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & alibi: Da mihi intellectum, vt discam mandata tua, oportet igitur prius quærere inter nos, & certè congruū videtur, vt Apostoli ad Petrum, & ad Ioannem se conuerterent, vt ab illis sermonum Christi dilucidationem expecteret, sicut, & in mensa aliud secretum expostulabant ab eisdem. Quid est inter nos sermonum Christi sensum quærere nisi ad Doctores, & Theologos scriptores
K iam approbatos recurrere?

Quid est quod dicit. Nouerant Apostoli aliquos sine passione, & morte assumptos ad Deum, videlicet Enoch, de quo scriptum est, quia ambulabat cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Necnon Helias, qui curru Dei vectus cum turbine, raptus est in Coelum. Ad quem modum facilè sibi ipsis persuadebant ad patrem Christum ascensurum, & sicut Helias se abducere à conspectu Helisæi, ascensurus nitebatur, dicendo sibi; Expecta

donec

donec vadam illuc, & orem, & respondente Helisæo: non dimittam te, &c. In hunc facilè sensum, verba Christi, de suo abitu ad Patrem interpretantur, & opinabantur, dum inuicem percunctabantur: quid est, quod dicit modicũ videbitis me, quia vado ad Patrem. An instar Heliæ.

Dicebant ergo, quid est, quod dicit, modicum? Nescimus quid loquitur. Bonarum mentium hæc est dispositio, & non elatorum spirituum. Mansuetudo alieni libenter subiacens sententiæ, nec de se tantum præsumere, vt verborum Christi, & scripturarum veritatis sensum valeāt attingere, & tamen adeo proprijs sensibus tumidos, nonnullos dignoscimus, vt suo sensui tantummodo fidant, nec tam multorum, quã grauissimorum Doctorum sententijs cedant, qui dum se sapientes, existimant, & tantorum antiquorum dictis non acquiescunt, in ignorantiæ pelagus se deijciunt: nullum Saluatoris, aut Apostolorum dictum si non peruiam nullum non sacræ scripturæ locum licèt difficilem planum sibi est manifestatus arbitrantur, quos nulla ambiguitas in suæ ignorantiæ simul ac temeritatis cognitionem adducit; quòd si Catholicis Doctoribus, & bene sentiētibus, non consentiunt, saltem illius Reginæ Candaces Aethiopum Eunuchæ, sententiæ adstipulentur, qui dum interrogaretur à Philippo, an quæ legeret in scriptura sacra, intelligeret; Respondit: & quomodo possum intelligere, nisi aliquis ostenderet mihi? idest, docuerit me. Nec tamen hæc Christi verba, adeo obscura erant, vtpote, quæ nullis parabolis, seu obscuris sensibus, obuoluta erant, quæ nisi tristitia, animos deprimente præpediti extitissent, Apostoli facilè ab ipsis intelligi potuissent, si tantũ, eum mox moriturum, tertia subinde die resurrecturum (vt prædixerat) meminissent, & cum intellectionis ruditas, & eruditionis nostræ necessitas, tam multiplicibus contingat casibus, quis in omni arte, magis autem in omni scientia, eruditore non indiget, cum nemo repente fit sapiens? sed esto, quamuis litterarũ studijs, ac scripturarum meditationibus, operam demus Saluatoris monitis inhærere peroptamus, ac Sanctorum Doctorum monumentis, virorumq; eruditissimorum consortio roboremur, nulla tamen suppetit, sine pietate, scripturarũ cognitio, quæ cum sint eo spiritu, & non alio meditandæ, quo etiam sunt conditæ, non est, in quibus noster suffragii, possit spiritus, & in messem alienam falcem ponit, qui pro sui spiritus libito, in sacra Diuini spiritus eloquia se extendit; scimus enim quoniam Spiritu sancto edocti, locuti sunt sancti Dei homines, & ideò, non litera, aut nudus sermo, sed declaratio sermonum tuorum, intellectum dat paruulis.

Alteri' inhærere iudicio, nec propria di sed aliorũ approbare sētentiã, manum humilis animi est indicium.

Cognouit autem Iesus, quia uolebant eum interrogare, & dixit eis, &c. Occasionem præstat interrogandi, sed quia diutius morari cum ipsis non poterat, hora instante, vt Iuda duce traderetur in manus impiorum, responsum ante interrogationem præbet. Vide Christum, aliquando interrogatum, nō respondere Pilato, aliquando antequam interrogaretur, tacitis respondet votis, & hinc agnosce, quam bonus Israel Deus, rectis corde improbis non respondet Christus, ad humilium vota respondet, & antequam proferantur postulata, in animo, cōceduntur; nam & peccatori interdum, per contritionem opitatam, veniam præbet peccatorum, haud tamen nisi ad illa proferenda cōfessori præparato, quia igitur cognouit, quod eũ interrogare vocetenus volebant, prænenit in benedictionib. dulcedinis, & præoccupat eos, qui se concupiscunt. Semper etiam Christus nostram præuenit tarditatem, nostrum præueniendo torporem, arguit nostram ignauiam adiuuet infirmitatem.

Cognouit. Poterat homo suspicari quod secũ

A quærerent de suorum verborum sensu. Cognoscere autem Deus & homo tantum potuit ipsorum voluntates, adhuc in animo latentes, secundum id quod dicitur, Homo videt quæ exterius sunt, Deus autem intuetur Cor. Maximo autem consilio in tantis suæ humanitatis instantibus argumētis, hoc suæ diuinitatis maximum exhibuit argumentum, quo animum desponderent ad altiora sentiendum ile ipso in omnique sibi deprompta veritate firmius stabillirentur.

Et dixit eis, de hoc quæritis inter uos, vestros

B animos mea verba fuisse sollicitos agnosco, imò ea potissimum ratione obscuris interdum sermonibus, de mysterijs dissero, ut uos meos discipulos im plicari, & diu ac attentius in ipsis uos versari faciam. Quandoquidem minus graues & faciles transeuntibus & facilioribus applicationibus aduertuntur. Torperent fideles in Euangelio ni circa mysteria capescenda laborare contingeret. Iure enim hoc expetit ratio ut nucleum celet arida testa bonam.

Volebant eum interrogare. Non esset locus interrogationi, nisi esset & locus difficultati;

C Nec singularis est ratio, huius habiti sermonis à Christo, cum & aliqua sint obscura, & intellectu difficilia quæ instabiles & indocti homines deprauant, ad suam ipsorum perditionem, vbi sunt igitur Strutiones isti, qui tam facilè deuorant totam sacram scripturam, & vnico haustu eam repente deglutiunt, nihil solido cibo relinquentes ruminandum; an non conquerebantur paruuli non habentes qui infractũ scripturæ panem frangeret? Quid opus esset Apostolo distinguere sapientem ab insipiente, quibus se debitorem exhibet? sed Eunuchum illũ tam diuinæ legis amatorem conspice, qui ex

D extremis mundi partibus Aethiopiæ videlicet relictis Aulis Regiis ad Templum, quod erat in Hierusalem, se contulit, Semper etiam in curru existens, in itinere scripturarum sanctarum meditator Esaiæ dicta non poterat intelligere, nisi edoctus & sensuum litteræ compos effectus. Proh inauditam temeritatem Hæreticorum qui est simplicium animos suam fraudulendam arte recipiant contentorum sensuũ, ocultorum mysteriorum in sacris litteris cogni

E tionem, non vt sciant tantum bonum & malum, sed omnem veritatem, vt non sit una cōmunis veritas omnium omnem sibi effingant & componant veritatem, Quod si scripturæ tam faciles sunt, tamque apertus eorum sensus, quomodo in varium sensum trahi possint? quo modo aberrarent, & non bene audirent Hæreticorum cateruæ, sed nonnè inter Hæreticos maxima oriuntur dissidiæ, cum quisq; scripturarum lacerat? Cum igitur omnis è medio Ecclesiæ tollatur dissidiorum recursus, ad componendam omnem controuersiam, tollatur oportet,

Hæreticorum causa oritur in sacra scriptura dissidia.

oportet & omnis dissidiorum terminus,& finis controuersiæ.

Et dixit eis : De hoc quæritis inter uos, quia dixi uobis,modicum uidebitis me,&c. Quasi dicat; An nec dum capere potestis tanti verba mysterij? sciatis quia hoc vobis magni erit mœroris atque tristitiæ, quia veniet tempus quo à vobis abscendat; sed post iterum consolabor vos præsentia mea, imò magnum erit gaudium; quia gloriosus & victor mortis euadam; tartara cōculcabo, mortem superabo; mundi & turbæ Iudæ,ac laqueos confringā, & terribilis agmina diabolica, & luculentissimos hostes deuincam, modicum ergo vobiscum sum,sed iterum modicum, me vobis ostendam; Rectè autem subdit.

Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos,mundus autem gaudebit, &c. Quid ni plorabitis vos, qui magistrum vestrum & dominum à vobis elongari conspicietis? quid ni flebitis, cum omne bonum vestrum amittetis, cum benefactorem vestrum, & omnis boni & vitæ authorem;interim audietis,cum me quasi virorum nouissimum scientes omnes infirmitates; qui sanat omnes infirmitates; crucis opprobrio despicabilem mundus habebit; Hac de causa conuenienter adiungitur.

Mundus autem gaudebit, lætabitur mundus quia de hoc mundo non sum ego; gaudebit mundus cum suam in me rabiem expleuerit; qui me semper persequitur gaudebit, qui lætatur cum malefecerit, & exultet in rebus pessimis, lætabitur perfida Synagoga suum quē perdidit aspernata Messiam.

Vos autem contristabimini. Vos qui de mundo non estis contristabimini; Vos quos sicut & me continuo liuore insectabitur, & odio perfida Synagoga, vos (inquam) contristabimini; Vos qui nihil cum mundo commune habetis; mundo gaudente de mei perditione tristabimini. Verum momentanea erit vestra mæstitia,parum durabit Hebræorū lætitia;Confidite ergo alacri corde tem. flisse;quia tanto vestro mærori succedet summa lætitia.

Vide Saluatoris clementiam, qui nullos amicos suos pressuras, & calamitates subire vult quin incomparabili semper patientiam recreet corda solamine;quamobrem conuenienter subintulit benignissimus Saluator.

Sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Quanto maior ponit vestra mœstitia tanto iucundior erit, & ipsa lætitia; sicut & eis qui semper in delitijs nutriuntur tantùm dabitur & tormentum;quantum delitiarum, & gaudiorum susceperit; horum vnicuique dicetur,recepisti bona in vita tua,recepisti mercedem tuam.

Mulier cum parit tristitiam habet, quia uenit hora eius. Tristitiam simul & tristitiæ causam ponit,quæ scilicet,venit tempus vt pariat; Dolor partus in pœnam peccat inductus est; Dum recordatur partis mulier summopere tristatur : quia non ignorat quantus sit dolor partus.

Cum aūt peperit puerum iam nō meminit pressuræ propter gaudium. Transacta partus hora quamuis adhuc aliqualem sentiat mulier ipsa dolorem, tamen tanta est lætitia quæ sub sequitur dolores partus vt omnium obliuiscatur ærumnarum quas fuit passa dum pareret: qualie autem sit hoc simul gaudij ratio & causa prodpalatur dum subditur.

Quia natus est homo. Natura particularis, semper ad perfectius tendens, intendit semper producere Marem, qua ratione, fœmina, apud naturales vocatur occasionatum animal, imperfectum, & naturæ monstrum; propterea puerperam, de maiori gaudio lætantem adducit; quæ autem perfectionē totius speciei, natura, operatur, cum nequeat manuteneri, optimo iure, & intendit producere fœminas, in illisque lætatur: Sunt autem

Femina est aial mōstruosum.

F & apud Deum æqualis meriti, eiusdem gloriæ capaces;Deus enim & eas in filios ascribit,omnes enim,tam mares, quam fœminæ, filij Dei vocabuntur, & potestatem habent, filii Dei fieri; non commutatione naturæ, sed vniformitate gratiæ.

Viri ēt mulieres sunt gloriæ æquè capaces, & gratiæ.

Quia natus. Maiori suos fœtus prosequuntur amore fœminæ, quod & certiores sint de proprio fœtu, cumque multis enixæ sint doloribus,& pluribus nutriant incommodis. Attende autem gaudium,omnem vim extinguētem dolorum,quibus amplexibus,quibus oscu

Parientis mulieris gaudiū.

G lis,quibusve blanditiis, omnibus horis, illum, quem est enixa, mater insequitur? ridet cum ridente, condolet dolenti,balbutiat cum balbutiente, & pueriliter cum infante iocatur, nec tamdiu auellitur illa à gaudio,donec suum sibi non auferatur gaudium.

Quia natus est homo. Non enim erat homo, sed bellua,comparatus iumentis insipientibus, & similis factus eisdem: dicitur enim homo,ab humanitate. Verùm si adesset Diogenes in medio hominum, nonne inter cateruas hominum,vnum quæreret hominem? si autem per-

H cunctaris,quomodo in medio hominum, vnus requiratur homo:est qui respōdeat, inquiens; erras,si hos,quos vides,homines existimes: vultus habent hominum, animos ferarum. Ante regenerationem, & enixam pœnitentiam, vix vocantur homines, qui in labore hominum nō sunt,& cum hominibus non flagellabuntur.

Cæterum, quisquis sperat, prægnans animo est,qui non sperat,nec prægnans est, Augustino dicente prægnantes. sunt qui spe intumescunt, lactantes autem sunt, qui amplexantur quod adepti sunt. Adulteræ,proprium emen-

Aug. in Psal. 39.

I titæ thorum,suscepto alieno semine, & tumescunt prægnantes, & pariunt, enixæque gaudent; Veh tamen succubis, & meretricibus. Iussit Dominus. non erit meretrix de filiabus Israel. Quid immundius scorto? Quid lupanari detestabilius? quid meretrice impudentius? huic namque soli,omnis inuerecunda Iudæorum temeritas, comparari potuit. Frons (inquit) meretricis, facta est tibi; noluisti erubescere. Non omnibus igitur prægnantibus, subsecutura sunt gaudia,Domino alibi dicente, Veh prægnantibus, & lactantibus,illis die-

Deu. 23.

Hier. 3.

K bus,ipsæ enim sunt, quarum petulantia capiūtur incauti: laqueos adolescentibus parant,iunioribus insidiantur, ad libidinem homines incendunt; Quapropter à Sapiente monemur. Fili mi,attende ad sapientiam meam; fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo gutur illius,nouissima autem illius amara sunt, quasi absynthium,talis est anima,quæ succuba fit voluptati;dum concipit dolorem,& parit iniquitatem, quia sicut illæ oneratæ suo fœtu liberari ab exterminatione non poterunt, ita istæ

Luc. 21

Prou. 5.

iniquitate

propria grauatę non subterfugient manus irati Iudicis exterminatoris.

Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis, non qualemcunque sed valde grauem, & doloribus consitam. Quasi dicat, Nunquid ęquanimiores uobis, nunquid fortiores vobis erunt mulieres? quę suis in doloribus, non despondent minimum accinguntur ad partum ut gaudeant de fructu post partum Sicut enim illę ad horam dolent, & longo tempore gaudent, ita ad horam uobis luctus paratur in gaudium perpetuum transiturus, vno præsertim discruciantur in dolore mulieres, ignorantes in dolorum angustijs quid lętitiæ eis superfit post dolorem, sed sibi-ipsis timentes uix in enixu futuri gaudij lętitia subleuantur: Iuste igitur mulieri parturienti adsimilantur passionibus dediti, veluti qui in perpetiendo, nihil aut uix aliquid futurorum seducant in mensem gaudeorum.

Attendant, qui tam sensibiliter conqueruntur de quibuscunque occurrentibus erumnis: illi enim assimilantur non quomodocunque dolorem patienti, sed (vt ita dicam,) insupportabili & grauissimo toleranti, quo scias non nisi maximis doloribus te fructum sempiterni gaudij consecuturum, Sunt autem qui in

Isa. 17 dolore deficiant nolentesque perpeti à productione fructus futuri gaudij retrahuntur, quorum vicem dolet Dominus filij uenerunt vsque ad partum, sed uires non habuit parturiens.

Et uos igitur nunc. Vide horam in nunc

Isa. 51 transisse, iuxta quod alibi dicitur: Ad punctum in momento dereliqui te, & in miserationibus magnis colligam te, quasi nulli proportioni relinquens locum totius ęrumnæ & doloris ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Vlterius insinuans, nunc aliquod in hac Vita non dari, in quo homo calamitatibus non subsit, ita etiam ut obrui possit, undè nullum perfectum gaudium expectare possimus, sed dominum hic uiuimus, vndique pe-

2. Cor. 11 riculis ob uoluimur: secundum quod dicitur periculis fluminum, periculis latronum, periculis in falsibus fratribus &c.

Et uos nunc. In triduo mortis & sepulturæ vsque ad resurrectionem Christi doluerunt Apostoli Tu autem contritionis, Confessionis, & satisfactionis triduo dolens, gaudium, ex spe Veniæ, & doloris pœnitentię, consequeris: o portet enim hoc triduo discruciari magno dolore hominē, donec rediuiuus appare-

Heb. 6 at, iterum crucifixus rursum sibimet ipsis Christum crucifigentes Vobis prius occurrerunt tenebræ, superest vt succedat lux vobis fuit comes luctus succurrit gaudium Ideo sequitur.

Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis Iterum autem uidebo vos, & gaudebit cor uestrū, Optima tristitia quæ salutem operatur in nobis, nec iniuria dolendum erat abscessu Christi cum de abscessu etiam Iustorum valdè sit nobis dolendum, Qui cum sint nobiscum, nobis exconciliare diuinam illam maiestatem possunt cui odio est Impius, & impietas eius:

Quanti sit faciē da bonorum psētia. Ipsi sunt mediatores quorum suffragio, qui nostris iuste irretitus est criminibus, pacatus efficitur, pijs eorum precibus, & cum non solum exaudiat, sed & foueat Iustis, Dominus, quomodo non inpellitur ad fouendos, custodiendosque iustos, quorum patrocinio, à futura Ira, indignati Iudicis, possumus liberari, quod si per vnum anathema, quod in medio totius populi Israelitici erat se Deus toti populo in dignatum ostendit peccauit (inquit Deus

ad Iosue) Israel, & præuaricatus est pactum Iosf. 7
meum tulitque de Anathemate, & furati sunt, atque mentiti, & absconderunt inter Vasa sua, nec poterit Israel stare aduersus hostes suos, quia pollutus est Anathemate, & ego non ero vltra vobiscum, donec conteratis eum, qui hu-

A ius sceleris reus est, & quicunque illi in hoc facinore deprehensus fuerit, comburatur igni, cum omni substantia sua.

Igitur si indignatione percitus contra unum Acham Impium, omni populo se iracundum præbuit, donec è medio tolleretur, in minora nobis beneficia conferet, pręsentia iusti nobiscum conuersatis. quam pręstiterit mala Israelitis, ob facinorosi præsentiam inter tantos existentis? Absit hoc, & oratione boni quod potentius & efficacius est malo, & à quo uincitur in bono malum, & iterum absit ab au-

B ctore boni, qui, & si non potentior pronciot tamen & facilior est ad omne bonum, qui est summum bonum, & à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum.

Nec desunt huius bonitatis exempla, cum per vnum Ioseph iustum, totam regionem Aegipti seruauerit, ne obrueretur Indigentia: per vnum Iustum Lothà subuensione & incendio

pessimarum Ciuitatum, accolas, dum commo- Gen. 19
raretur cum ipsis, & pręseruauit, & inultas reliquit, dicentibus Angelis ad Loth. Fertina, & saluare in Segor quia non potero facere

C quidquam, donec ingrediaris illuc, & in hoc ex suscepi preces tuas, ut non subuertam Segor, pro qua locutus es.

Non in consulto de abscessu Christi dolent Apostoli, & sibi ipsis timent, non ignari forsan,

quod dicitur Veheis cum recessere ab eis. Ose. 9
Quod si ipse est pax nostra, salus nostra, refugium nostrum, quæ nos non capient mala, si procul simus, ab omnium nostrum Saluatore? Cęterum, benedicendus est Deus, qui talem nobis prębuit pontificem, animatumquè nostrarum partorem, qui possit compati, infir-

D mitatibus nostris; ipse de tristitia nostra dolet, quasi aliquando expertus, quàm compatiendum sit mœrenti, qui uenit nostra erumnas depellere, ipse uenit, gaudium, pro luctu, tandem tribuere, qui enim famis, ac sitis inediam, qui corporis lassitudinem, cęterosque naturā humanam subsequentes defectus, cum ipsa natura suscipere statuit, hoc totum, sine culpa, pro sua singulari benignitate complecti voluit, vt sit ipse singularis magister quo dempto, nullum alium ulterius uocaremus in ter-

E ris;

Ipse de nostra etiam tristitia tristatur, de nostris dolet doloribus, quæ omnia, iam sibi, uelut effecta communia, declarat, ut, & nos si tamen cum ipso communicare credimus, de suis secum passionibus ac doloribus compatimur, vt con glorificemur. Præcipui hi nobis extant testes dilectionis, precipui arguuntur amoris

effectus, dolere cum dolentibus, flere cum flentibus, vtinam, tantę & nos charitatis essemus, vt cum Apostolo dicere possemus: Quis infirmatur, & ego non infirmor. Spe igitur futuro- Amoris affectus 2. Cor. 11

rum

rum & manutenetur, ne frangatur animus, & refocillatur, qui angustia prorsus, deficiens incuruatur, nam, & qui debilioribus sunt oculis, ad conspiciendam lucis claritatem, floribus & camporum viriditate refocillatur. ita & reuiuiscunt mortalium animi promissionis & gaudiorum virentium semper inspectione de quibus dicitur. Expectabant me quasi pluuiam & os suũ aperiebãt quasi ad imbrem serotinũ. (Iob. 29.)

Et nos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor uestrũ, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Iustorum tristitia, non in corde, sed in sensu consistit, non in mente reperitur, sed in laniato corpore diffunditur; hæc intus perseuerat integra, etiam si extra corpus scindatur, in frusta Gaudium autem iustorum, intus in corde collocatur, vnde nulla aut arte diuellatur. Fecerat enim Deus hominem, ut iucundaretur semperque gauderet; Rectum fecit, vt de rectitudine oblectaretur, posuitque illum in loco deliciarum, in Paradiso voluptatis: minuerat eũ paulo minus ab Angelis. Qui assiduis cantionibus, & melodiis iucundaretur ad Dominũ. Iucundabatur & prima illa mortalium Mater, quæ videns pomum quòd esset pulchrum, inclinata animo manum porrexit ad vestitum, quo actum est vt iumentorum instar nihil lætitiæ, licèt multa tripudii instar mundano homini sint oborta, dicente Domino eidem homini iam labe peccati maculato. Quia audisti vocem vxoris tuę, & comedisti de ligno de quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi, in sudore vultus tui vesceris pane tu..., donec reuertaris in terram, de qua assumptus es. (Iustorũ tristitia. Mundi gaudia. Gen. 3.)

Deus tamen qui pro summa sua bonitate, nec frustrari passus est hominem, per Christum Iesum in singulis per potiora & sublimiora restaurauit, qui cum in hac valle miseriæ consistẽtem aspiceret, suis inquit. Affeclis: vos nunc quidem iustitiam habetis, iterum tamen videbo vos, non commune sed speciali quodam pietatis oculo, & gaudebit cor uestrum, & gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis. Iam visus est Christus, & immortalis victor apparuit, ascendit, & regnat in excelsis, gauisi sunt Discipuli viso Domino: & vnde nos gaudeamus habeamus. (Apostolorũ cõsolatio.)

Fœlix ac iucunda communicatio, pro terrenis cœlestia, pro perituris æterna suscipere; Hanc tamen cogitationem quomodo hic gaudeat Mundus, tristetur verò iustus, Augustinus profundissimam vocat. Reuera (inquit) fratres mei, nullum mare tam profundũ est, quam ista cogitatio Dei vbi mali floreant, & boni laborent, nihil tam profundum, nihil tam altum ubi omnis infidelis; vis tu transire hoc profundum, ut non mergaris, à ligno Christi noli resilire, tunc non mergeris in hoc profundo, cum Christo adhæseris; Quid est quod dico, ut adhæreas Christo? audistis prophetam, futura hæc de eo prædicentem; Audistis & Euangelium, præteritum referantem, nẽ auertisse videlicet eum scapulas à flagellis, faciem à sputis, nec maxillas à palmis. Quare omnia ista pati uoluit ille, nisi ut consolaretur patientes? eo ergo fine patere nunc, ut prospicias ad illud tunc; tolera tribulationes in Mundo, (Aug. in psal. 91. Passionum finis.)

quas attendisti potiores in Christo; & perpende, si est dolor similis, sicut dolor eius; non te moueant qui florent, qui gaudent in mundo, lætanturque cum malè fecerint. Nimis profundæ factæ sunt cogitationes Dei, iudiciaque eius Abyssus multa, & inscrutabiles uiæ eius.

Tu attendis ad dies tuos paucos, & paucis tuis diebus vis videre impleri omnia, paruisq; horis suo fine consumari omnia? Curiositas est, non magnanimitas; implet ea Deus in tempore suo, quid tu tedium facis, & pateris? Vide F æternitatem Dei, dierum autem tuorum considera breuitatem; iunge cor tuum æternitati Dei, & cum illo æternus eris; nec anxiaberis, vt hic, & nũc videas, quomodo odio habeat Deus impios, & impietates eorum, & quomodo iustos diligat, & quæ illis bona conferat, cum talia sint, quæ, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, stultorum est, attendere quid hic, nunc quis patitur, qui illic agetur, cui omnia prosperè succedere dignoscitur. Hæc non mea, aut Augustini, sed Spiritus sancti sententia. Vir insipiens (inquit Propheta,) non cognoscet, & stultus non intelliget G hæc. Laborant & mœrent, qui flagellantur, vt filii exultant, & tripudiant, qui damnantur, vt impii, hoc est gaudium illud perenne, quod nemo tollet à nobis; quid nemo? quia non vulnerant latrones, non effodiunt fures, non demolitur tinea, non ab æstu, nec à pluuia, non à turbine, aut à timore nocturno; sed absterget De' omnem lachrimam ab oculis sanctorum, &c. (Hoĩum curiositas. Dei æternitas. Psal. 9. Impiorum tripudia.)

Intus semper læti sunt iusti, quibus rursus Domini aspectus repromittitur, secundũ quod scriptum est. Spe gaudentes, in tribulatione pa- H tientes. Hoc est, quod retulit Apostolus, Phil. 4. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete & iterum, Thessal. 5. semper gaudete, sine intermissione orate. (Rom. 12.)

Iterũ uidebo uos, & gaudebit cor uestrũ & gaudiũ uestrũ nemo tollet à uobis. Verè, vt Apost. inqt, non sunt condignæ passiones huius tẽporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis; Quicunque enim ad futura ferimur adipiscenda, bona spe ferimur, sciẽtes, quia non fraudamur; nam & D. Petrus, huic nos inniti debere, protestatur. Custodimini in virtute Dei, I per fidem, in salutem paratam reuelari, in tempore nouissimo, in quo exultabitis modicum, nunc, si oportet contristari in variis tentationibus. (Rom. 8. 1. Epist. cap. 1.)

Tunc gaudendum erit, sed vnde nobis tantum proueniet gaudium? an beatorum scilicet, ac Angelorum, commune erit gaudium, cũ Christum videre, eiusque frui dabitur glorificata facie? ostende (inquit Propheta) faciem tuam, & salui erimus; Tamen hic alternata vice nos gauisuros apparet, quia & videre Dominum continget, & pariter videbimur, à Domino vi- K debo (inquit) vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum perenne erit. Qui d est videri à Domino, & gaudere de visu, imò beari per eius visum, nisi quia talis eius erit visio, quę nos beatos faciet? Nouit enim Dominus qui sunt eius, nec illos videt, quibus clausa ianua pulsantibus respondet; nescio vos. (Angelorũ pariter & hoĩum commune Christus est gaudiũ. Psal. 76)

Hinc nostra emanat salus, hinc nostrum perenne oritur gaudium, si oculis suæ pietatis nos respexerit Saluator noster Iesus, à quo se respici efflagitabat, qui dicebat. Aspice in me Domine, (Gaudiũ nostrũ in quo cõsistũt)

Ps. 118. mine, & miserere mei. Nec semel tantum benignus nos respicit sed iterum, atque iterum, qui septuagies septies nobis condonari delicta constituit, gaudemus nos hic quotiescunque per poenitentiam ex contritione benignè recipimur, quibus cōgaudent, & Angeli super vno peccatore poenitentiam agente, cum autem in regnum illud adducemur, quo nihil coinquinatum ingreditur, vbi, nec erugo, nec tinea collata vobis bona demoliuntur, nec vltra fures ea effodiunt, aut furantur gaudium nostrū nemo tollet à nobis.

Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Communis est illis vna lætitia, quorū cōis de se tristitia prædicente, imo & apertè pronunciante, tristis est anima mea vsque ad mortem, Cōgaudent & Domino ipso resurgente, & ad immortalitatem transeunte. Quod & hic prædicere maluit qui & obuentura tristitia propalare voluit. Iterum (inquit) videbo vos, & gaudebit cor vestrum, tāquam diceret; Vos mecum, & propter me gausuros cerno, & vobiscum de gaudio vestro gausurus sum ego. iuxta quod scriptum est reuertetur Dominus, vt gaudeat

Deu. 30 super te in omnibus bonis. Apparuit quidem primo dominus Moysi, sed non in lætitia, magis autem in timore, non enim volebat aspice-

Exo. 3. re contra Deum. Morte moriemur, quia vi-

& Iud. dimus Dominum. Probatque populus Moy-

13. sem inquiens Loquere tu nobis & non loqua-

Exo. 20 tur nobis Dominus, ne fortè morte moriamur, postea autem homo factus, nostram humanitatem indutus, suorum corda Discipulorum, hoc maximo respersit gaudio, vnde Ange-

Mar. 16 lis qui Dominicæ resurrectionis testis ad sepulchrum descendit, mulieribus eius aspectu perterritis inquit, nolite timere vos scio enim quod

Perēne supto-rū gaudium. Iesum quæritis crucifixum, surrexit nō est hic, tanquam apertius diceret iterum videbit ipsum non cadauer eius quod quæritis, & gaudebit cor vestrum. Quod autem maioris gaudii causam subministrat illud potissimum ostēditur in eo quod sequitur: & gaudium uestrum nemo tollet á vobis. Non sic de gaudio

Iob. 30. Momētanea hipocritæ lætitia. hipocritæ, de quo dicitur. Gaudium hipocritæ ad instar puncti, siue momenti, quod uix apparet, & euanescit. Non sic gaudia stultorum, & impiorum, quorum extrema luctu occupantur; Non sic gaudium Synagogæ de qua dici-

Orat. Hier. tur. Defecit gaudium cordis nostri, uersus est in luctum chorus noster; cecidit corona capi-

Hier. 28 tis nostri, &c. Ad illos loquens Dominus ait. Ponam eos in stuporem, & in sibilum, perdamque ex eis uocem gaudii, & uocem lætitiæ.

Hoc postea occurrit Synagogæ illi Iudæorum; cum postea Dominus in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Non est læta in aduentu Principis, imo conturbata, irretita tabuit, sicut aranea anima eius, præ-

Hier. 16. dicente Domino. Auferam in oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, quia ecce, vnusquisque ambulat post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat.

Singulare hoc munus, quod militanti ecclesiæ promittitur; Hæc præcipua fidelium promissio: Iterum (inquit) videbo vos, & gaudebit cor vestrum. Hoc agit diuina virtus, & præsentia; Terret primò, postremò consolatur; tremorem incutit prius, fouet posterius; sed, dum posteriori cedit prius, propulsatur terror, succedit gaudium, & gaudium nostrum nemo tollet à nobis. Quale autem sit hoc nostrum gaudium, delineauit Dominus. Videbitis, & gau-

debit cor vestrum, ecce enim ego declinabo super Hierusalem, quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quā sugetis; ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis, quomodo, si cui mater blādiatur, ita cōsolabor vos, & in Hierusalem consolabimini. Audi matrem, audi consolantem, Hiere. 66.

A aduerte blandientem. Quia hæc locutus sum vobis tristitia impleuit cor vestrum, & rursus. Vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, sed iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Quid sibi vult ego videbo vos, & vos gaudebitis? nisi quia reciproca est amantium se, contuentium lætitia? neque (vt Peripathetici docent) in alio quam in præsentia, oblectatur vera, & laudabilis amicitia; Vel, videbo vos, idest faciam, vt vos me videatis; per quam videlicet visionem, finaliter beatificandi estis. Hoc facit Laudabilis amicitia Gul. 6.

B Christus, quod & obseruandum docuit Apostolus; Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, ne & tu tenteris; Alter alterius onera portate, & sic ad implebitis legem Christi; quam videlicet, & docuit Verbo, & confirmauit exemplo, quid est onera alterius portare, & in spiritu lenitatis errantes corrigere, nisi super genua blandire, & velut imbecillis, morem gerere?

Hoc puerperæ charitatis officiū, hoc piæ nutri- Charitatis officia.

C cis munus, hoc viscerum matris obsequium, quæ non exasperant, sed blandiuntur; exprobrat Nouerca, Mater ipsa demulcet, dum enim blanditur plorantI, mutat vocem, vt frangat plorantis vocem, amplectitur, osculatur, illatæ offensæ vltricem se exhibet, vberum copiam præbet, vt lactis dulcedine, dilectum reficiat; vtroque genu ludit cum offenso directo, imbrem lachrymarum, dum blanditur, extergit.

Hoc facit pietas, hoc postulat præsidentium charitas, & benignitas; iuxta quod scriptum est per Proph. Corripiet me iustus in miseri- Ps. 140.

D cordia, & increpabit me: & alibi superuenit Psal. 89. mansuetudo, & corripiemur: Vnde Glossa. Omnipotens Deus, tanquam misericors, & miserator Dominus. modò Aquilæ, modò Gallinæ, modò matri blandienti se comparat, vt nos saltem blanditijs alliciat; Mater enim maximū habet affectum ad filios Gallina & Aquila, ad pullos, quibus Dominus se maluit comparari. Ideo Apostolus ait obsecro vos, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportante inuicem in charitate. Matris affectus Isa. 49. & Mat. 23. & Deu. 32 Eph. 4.

E *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* Dixi vos me iterum breui visuros. propterea à tristitia subleuandos. Sed quia reciproca est Charitas, se fideliter amantium, ideo & ego, qui per triduum vos corporaliter non sum visurus, Iterum postquam rediuiuus à morte surrexero, videbo vos: & non vulgare erit, & mihi gaudium, videndi vos, qui post dispersionem ad inuicem, iterum congregabimini. Hoc autem est munus amoris peculiare, vt sola præsentia oblectetur, qui vero limites tales excedit, ab amicorum beneuolentia recedit. Hinc Reciprocus est uerè & fideliter amantium omnis affectus.

Christus se ab Apostolis videndum, & se visurum Apostolos pro amoris ratione declarat,

Iterum uidebo uos, idest mea præsentia consolabor vos: Omnem non solum ablaturus tristitiam, sed in gaudium conuersurus; Cariora namque nobis efficiuntur, quæ perdita sunt, credita, post ad inuentionem ipsorum, nam & mulier illa, quæ perditam gemmam recuperat, maiore afficitur gaudio, & pastor gaudens de perdita oue, iterum recuperata, quid non denotat gaudij in ouibus quæ suo priuatæ fuerunt pastore, imo percusso, & occiso iterum rediuiuo illis apparente, & ad caulas reducente? F Gaudet igitur Christus de reductione nostra, ex dispersione, sicut gaudet Paterfamilias, de filij sui prodigi reuersione, & inuentione gaudent, & Angeli super vno peccatore pœnitentiam agentem gaudet, & peccator, gaudet ouis, gaudet & pastor, gaudent Apostoli, gaudet & Christus: Gaudium est in cælo, gaudiũ est & in terra.

Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrũ; & gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis, &c. Videbant prius, & lætabantur, de cuius abscessu maximè tristabantur, & ideo repetita gaudia fiũt illis placidiora, qui exardescẽtes, vehementius feruntur in vetitum: nam, & auidius illa cibaria degustantur, in quibus iam illectus per obsonium esurientis defertur animus; G gaudebant quidem prius, & tamen minus gaudebant, qui suo gaudio frustrabantur, verum gloriosius sunt gauisuri, qui de gaudio redduntur securi, securi (inquam). Quia gaudium vestrũ nemo tollet à vobis, An non magis gauisuri ipsi sunt, qui denuò Christi præsentia sunt fruituri; quam sint Angeli super vno peccatore pœnitentiam agente, aut Pater ille super filio prodigo, seu muliere illa de inuenta drachma perdita, vel altera de Margarita: iam perditæ & tamen non omnino conniuentibus oculis, videtur prætereundum, non dixisse Dominum, futurum gaudium ipsum videntibus, sed qui ab ipso videndi erant. Iterum (inquit) videbo vos. Christus est, qui videt visi sunt gaudentes, & de hoc gaudentes, quod videantur a Christo.

Gaudij securitas.

Hoc autem tantum abest, vt lætari, aut gaudere possit de præsentia Christi, si prius non videatur à Christo, Gaudebat Sanctus Tobias, qui rursus lumen cæli dignus fuit contueri: Gauisuri prædicuntur à Christo dilecti, qui à Rege cęlorum, qui lumen est mundi, sunt videndi, quia in lumine suo videbimus lumen? Lucerna (inquit Proph.) pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis: & iterum. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Gaudẽt de lumine, quo videntur à Christo, per quod & ipsi visuri sunt Christũ.

Psal. 118. Isa. 9.

Hoc est illud lumen gloriæ, à Theologis adeo commendatum, per quod beatificatur omnis Beatus. Hoc est gaudium, quod nec mœrore deperditur, nec longanimitate cõsumitur nec vlla arte aut potẽtia periclitatur, & gaudiũ (inquit) vestrum nemo tollet à vobis. Gaudet & Dominus cum gaudentibus, de se (inquam) gaudentibus. Reuertetur Dominus, ut gaudeat super te, in omnibus bonis, non angusta est ista promissio, qua continetur bonorum omnium uera possessio. O perenne, & supremum gaudium. Beati occuli qui quod Sancti, uident. Regina illa Austri, cum ad Salomonem diuertisset, illumque, ac suam sapientiam experta fuisset, velut exanimis, spiritum non habebat, Cedat Christo Salomon, quoniam plus quam Salomon hic. Sunt hic insuper distinguenda tempora, mœroris videlicet, & gaudij, Vtraq; nobis necessaria, lõgè tñ discrepãtia sũt quæ enim uidentur, temporalia sunt, quæ autem non uidentur, æterna. Et tamen quum mens tantum sibi conscia est recti, nihil obliquitatis sentiens, vt de via ipsa spirituali, quodam gaudio perfusa, lætatur.

Lumeũ gloriæ beatorum. Deu. 30. Gaudiũ mentes, & spiritus.

Sed & qui tristantur ad pœnitentiam, qui laborant ad ferendum, hi simul lætantur ad salutem, gaudent ad meritum: nam qui arat in spe percipiendorum fructuum, arat, & qui flent, tanquam non flentes sunt, quorum superest indeficiens consolatio: Hoc secum deferunt, cum mœrore gaudium, cum tribulatione patientiam, cum præsentium tristitia, futurorum consolationem, quicunque ad Christum sua omnia deferunt, Nihil satius, nihilue utilius aut iucũdius nobis, quã nos, & nostra queq; in Christum dirigere, in quo omnium sunt remedia, & salutis nostrę subsidia. Hæc est (inquit Ambrosius) omnis honestæ mentis secura lætitia, cum iuxta Apostolum, Omnia quæcunque facimus, in nomine Christi facimus, quæ, quomodo nobis non erunt salutis, si facta sint nomine Saluatoris?

Verum gaudiũ, & securum.

Iterum uidebo uos, & gaudebit cor vestrum &c. Perfectum, & optimum gaudium, faciens cor hominis gaudere, in quo nil terrenũ capere potest. Tria hominum genera errasse de materia gaudiorum legimus; Epicureos, qui H oẽs delectationes suscipiẽdas existimauerũt, nullã prorsus fugiendã esse, asserentes. Sũt & Stoici, seu Socratici, qui penitus, nullã delectationem, aut bonum per sensus, seu corpus admittebant. Platonici arbitrati sunt, exeo non admittendam quamcunque delectationem, quod in ultima, supremaque perfectione, nulla consisteret delectatio. Nullus horum, de delectatione, & gaudio rectè sensit. Aduersus primos pugnat Sacræ Scripturæ machina ubi I passim interdicuntur multa hominum oblectamenta; multa ieiunia præcipiuntur, cupiditates multæ cohibentur, & singula peccata prohibentur vbi; & frequenter audimus, Veh uobis Diuitibus qui habetis consolatiões uestras. Veh vobis, qui ridetis quia lugebitis; & ideo non est nobis gaudendum in uoluptatibus nè extrema gaudij luctus occupet.

In quo cõsistat gaudiũ tripl. opinio falsa adducit.

Nec tamen æstimandę sunt mala illæ delectationes congruæ, quæ nec obsunt animo, nec contrariantur rationi? Palato sano esurientis hominis suauis est panis, potus refrigeratione uita restauratur, Quia vinum lætificat cor hominis indigentis; & gaudet sponsus de cohabitatione sponsæ sunt igitur limites gaudiorum K suscipiendorum, quæ vsque ad aras suscipi possunt, Cęterum tamen Qui gaudent, tanquam non gaudentes sint, & qui utuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, & qui nubent, tanquam non nubentes sint: Præterit enim figura huius sæculi.

Gaudiorum limes, & mẽsura.

In nullo huius sæculi bono est sistendum, in nullo est obfirmandus animus: sed his vtendum pro necessitate, non pro uoluptate permittitur dum sic transeamus per temporalia,

vt non amittamus æterna. Errauit insuper & Plato dum, eam tantum delectationem censuit, quæ per motum acquiritur. Et cum non minus quiescat animus, cum in Dei cognitionem peruenit, ad quam tanto mentis impetu ferebatur, quomodo minus oblectetur, & de aperto gaudeat bono in quo conquiescit, quam delectetur corpus sua quiete maxima lassitudine fessum. Vnde Angelus gaudium magnum nato Saluatore pastoribus, & nobis annunciat. Euangelizo, inquit uobis gaudium magnum: Quia natus est uobis Saluator mundi, & ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo IESV meo.

Quo gaudiis humanis, frui liceat. Isa.82. Abac.3.

Sicut igitur qui mente sunt capti, gaudent, cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis ita qui spiritualibus oblectantur bonis de eorum profectu lætantur, & hauriunt aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: & interna quadam irrorati lætitia, gloriantur in suis infirmitatibus, gaudent quum digni effecti sunt pro Domino Iesu contumelias pati, Qui propter hortamur per Diuum Ioannem in reuelationib. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei & alibi per Paulum gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.

Apo.19

Quod autem perpetuum, tutum, & supremum est, gaudium hoc in eo insitum est, si quod oculus non uidit, nec auris audiuit, &c. his à Deo dispositum, & præparatum, qui diligunt illum. Satiabor (inquit propheta,) cum apparuerit gloria tua; Et infra gaudebit cor vestrū, & gaudiū vestrum nemo tollet à vobis, quod & alibi omnis seruo fideli præbetur Euge serue bone & fidelis, qui in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. O quale tunc gaudium, & lętitiam obtinebunt, qui cum Domino cohabitaturi, in Cœlo erunt Delectationes in dextera eius vsque in finem. Quid est in finem pertingere ad summum? quid est in finem? nisi ultrà quod nec percipi nec desiderari poterit? quid est vsque in finem nisi in ęternum, & in sęculum sęculi?

1. Cor. 14. Ps.16. Mat.25.

Item pertingit vsque in finem, quæ pertingit vsque ad visionem Christi, qui est finis, tam legis, quàm omnium, qui sunt sub lege: & ideo per eundem proph. dicitur. Adimplebis me lętitia, cum vultu tuo, Delectationes in dextera tua vsque in finem. Dicam hic cum August. Vtinam, concessa mihi prius peccatorum venia, deposita mox hac carnis, & mortalitatis sarcina, in tua gaudia, requiem habiturus, intrarem, & cum beatissimis spiritibus, gloriæ conditoris assisterem, vt Christi vultum præsentē cernerem, & lætari sine fine possem: libet itaque libet in te, oculos cordis tollere, aciem mētis erigere, libet sanè, de te semper cogitare, de te loqui, de te audire, & de te scribere, de tua gloria sæpius legere, & meditari, & exultare sub lingua mea, dum prius, quæ ore profero, corde reuoluo, huius rei causa (inquit) amœna scripturarum prata ingredior, redolentia verba, & florentissimas sententias exarando, eligo, carpo, & quasi volumen comedo, & eius dulcedinem, velut lambendo, degusto, quoniā suauis es tu quidem vniuersis, maximè verò his, qui pendent ab vberibus domus tuæ.

Psal.15. Aug. in meditation.

Et gaudebit cor uestrum. Non tollitur tristitia, quæ est cordis oppressio nisi ea lætitia, quę ad cor refertur, & facilè mundi lætitia, ab ea quæ est Christi, per hoc vnum dictum secernitur, nullum enim gaudium à gaudio Christi, ad cor peruenit: Proprium enim Dei, est immutare cor. Qui igitur Christi gaudio perfunduntur, hi corde omnino lætantur, Qui autem non se lætari corde experiuntur, sciant se nec dolere corde de Christo; corda ea lætantur, & Christi gaudia sentiunt, quæ tristitiā pro Christo susceperunt, ea corda Christi præsentia gaudent, quæ de Christi absentia tristantur.

A *Et gaudebit cor*. Solum cor ad Christi præsentiam gaudet infallibiliter, dolet interdum caro, dolet sensus, assistente autem Christo cor gaudet omnino; Quid autem est cor gaudere, nisi hominem forti, & inuicto animo fieri? Nemo sic paruifaciat gaudium cordis, cum nullū gaudium sensus sit verè gaudium, imo tale gaudium, quod conuertatur in mœrorem, Quid si æmularemur philosophos tam egregiè de cordis constantia, seu animi fortitudine disserentes.

Nulla manent sēs' sed cordis gaudia tātum.

B *Audi Ciceronem*, hominem omnia quæ cadere in ipsum possunt, despicere & pro nihilo reputare. Si fortis sit animi. sed & Seneca animi fortitudinem timendorum contemptricē esse edocuit, Quid verò Platonici, quid Stoici, quidve Peripathetici, cum eorum affectis, de animi fortitudine sentiant nō ignoramus: Vna enim in sententia conueniunt, ex virtute animi nihil perturbationis forti euenire posse; Quo fit, vt à corde prius Christus timorem expellendum anhelet. Propterea ait: Videbo uos, & gaudebit cor vestrum, idest firmabitur & stabilietur ex meæ virtutis præsentia: sicut Sol olera reuiuiscere sua ascensione & præsentia facit, algorem comprimentem fugās & expellens, ita ut prata ridere videantur: pari ratione, me a mortuis resurgente, & uobis apparente, Gaudebit cor vestrum. Quare igitur, si non philosophamur, saltem non Theologizamus? Quare adhuc ignoramus, scire abundare, & scire penuriam pati? & si bona suscipimus de manu Domini: mala autem quare non sustineamus? Adhuc superamus Theologi à philosophis. Adhuc condemnamur fideles, ab infidelibus, & Catholici ab Hæreticis? Vix D enim tacti adhuc frangimur, & flectimur ab incepto.

Nulla uiros aio reprimit turbatio fortes.

C

Et gaudebit cor vestrum. Non facile est effari, quàm ex corde gauisi sint Discipuli viso Domino. Sed attende quod dicitur: Gaudebit cor, oculi videbunt, & aures audient, imò & manus maximè Thomæ palpabunt Christum, haud tamen gaudere sensus de Christo dicūt; sed cor, reposita est hæc spes, non in alia hominis parte quàm in sinu: omnis gloria eius ab intus, non sensibus oblectamenta præstat Christus, quos attenuatos, ieiunos, & expertes E consolationū propriarum futuros instituit, & ideo gaudent corde qui mente post resurrectionem Christum agnoscunt Deum, vnde quidam illorū dicebant: Dominus meus & Deus meus: Sed nisi vidisset oculus, non exultasset; dicente Domino: Quia uidisti me (Thoma) credidisti. Alligari corpora iubet Christus: quò enim illa magis opprimuntur, eò magis gaudendum est cordi, eò magis locus lętitiæ spiritui datur, quò sensus à gaudio proprio semouentur.

Gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo

mo tolle à nobis. Quid est gaudium cordis? Quasi in nobis duo sint gaudia? nonne diximus esse, & Mundi gaudia, a gaudiis iustorum seiuncta? iuxta id, quod supra dictum est, Mũdus gaudebit, vos autem contristabimini, sed & quod iustum est, & in corde nostro est, quomodo distinctum est? Hoc enim dictum est supra. Hæc locutus sum uobis, ut gaudium meũ in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur. quomodo igitur gaudium meum, & subinde gaudium uestrum, nisi quia quicquid Christi in nobis existit, prorsus nostrum efficit? suum F est, quia de ipso est; nostrum est, dum in nobis est; suum est, quia ab ipso est; nostrum, quia nobis datum; est suum, quia æternaliter in ipso est; nostrum, quia in tempore nobis communicatum est. Ad hoc enim, de sua in nos dilectione, & de Spiritus sanct paracliti missione locutus est, vt his capti gaudiis, eo tandem impleamur, quo nunc delibantes, accendimur. Nunc, modicum, & iterum modicum, Christum uidemus, nec plene lætari possumus, de cuius præsentia, nec securi sumus, & cum tremore, & timore salutem operamur; Iterum visuri sumus, G & gausuri, & gaudium nostrum, nemo tollet à nobis.

Psal.48 *Sed quando nobis* hæc gaudii plenitudo? Audi Propheta, Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cum acceperit me. Quid est cum acceperit me, nisi quum trãstulerit hinc me? Vbi erit hæc gaudiorum co-

Aug. in Psal. eũdem. pia? Audi Augustinum. Vbi gaudium? in spe futurorum. Hic autem quid? Tribulatio, angustia, pressura, tentatio, nihil aliud speres: quare, non primò, sed postremò seruatur illud? quia semina sunt ipsæ pressuræ. Euntes (in- H

Ps.125. quit Propheta) ibant, & flebant, venientes autem, uenient, portantes manipulos suos. prius illa, posterius illud, quia terminandæ iustorũ angustiæ, quorum gaudium perenne restat: vn

1.Cor.6 de Apostolus ait. Quasi tristes, semper autem gaudentes, quid est, quasi tristes in tribulationibus, semper tamen gaudentes? quomodo hæc duo secum in una angustia, in unomet homine conueniunt? & quia hæc rectè accommodari inuicem nequeunt; non ait Apostolus. semper tristes, aut absolutè tristes; sed quasi tristes, semper autem gaudentes. Habet iustorum tristitia, quasi, haud tamen habet, quasi ipsorum lætitia: habet impiorum lætitia, quasi, quorum tristitia caret, quasi, somnia sunt iustis, mala, quibus premuntur, somnia sunt impiis, gaudia, in quibus gloriantur. Nouit, inquit ille, charitas vestra, quia, qui somnium indicat, addit suæ visioni, quasi. Videbar, quasi volare, disputare, comedere, &c.

Totam ponit somniator sub quasi; Nam & Sanctus ille Ioseph, narrans fratribus, & pa-

Gen.37 rentibus somnium, inquit. Audite somnium meum. Putabam nos ligare manipulos in a- K gro, & quasi consurgere manipulum, &c. &

Ibidem iterum. Vidi per somnium, quasi Solem, & Lunam, & Stellas adorare me. Inquit mendicus. Putabam in somnis inuenisse quasi thesaurum.

Quod si non quasi, iam vltra mendicus non esset, sed quia quasi erat mendicus: nihilominus est. Dicat æger sitibundus, qui applicuisse ad fontem in somnis putatus est, an propter hoc ardorem suæ sitis extinguere expertus est?

Itaque (inquit ille) modo, qui ad lætitias sæculares oculos aperiunt, & à superioribus radijs corda auertunt, transit quasi, eorum & venit verum ipsorum, quasi ipsorum fœlicitas est sæculi, quorum verum ipsa est pœna.

Nostrum autem quasi tristitia est, gaudium autem non quasi est, quia verum est, nihil temporalium habebat Apostolus, omnia sua 2.Cor.6 dimiserat, diuitias nullas possidebat, & ipsum nihil habere, eius quasi, erat; Vnde dicebat. Quasi nihil habentes, & qui hæc quasi non habebat. Longe potiora possidebat. Ideò subinfertur, & omnia possidentes; Hic non adest quasi, vbi vera ratio boni, vnde & de illis ali- 1.Cor.7 bi dicitur. Hoc itaque dico fratres: Tempus breue est, reliquum est vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquã non gaudentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, præterit enim figura huius Mundi.

Hoc igitur est plenum gaudium habere, in Christo esse, & in illo omnia possidere, Apostolo 1.Cor.3 dicente. Omnia vestra sunt siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue Mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura; Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.

Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Si me videntes gaudebitis, ego vestrum effectus sum gaudium, & de meo abitu vlterius non tristabimini, quia non sum vlterius obiturus mortem, velut cęteri resurgentes: Frustra vlterius mors Christo expectanda esset. Ideo ait: Gaudium vestrum, de mea resurrectione de mea immortalitate, & de mea victoria mortis, & peccati, nemo tollet à vobis.

Erit interminabilis, ratione principij, quia ex mea immortalitate, ratione medij, siue subiecti, quia erit in corde, idest in mente, quæ nunquam mortis somno obdormiet, cum corpore, secundum quod dicitur, ego dormio, & cor meum vigilat. Nec quo ad terminum, Cant.5. siue finem, quia propensiori gaudio in patria gaudebunt iusti, dicente propheta exultabunt Isa.36. sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. & alibi dicitur lætitia sempiterna super capita eorum, vnde idem Psalmista. Adimplebis me læ Ps.148. titia cum vultu tuo.

Insuper, non per fures à vobis tolletur, non à fortuna, quia bona fortunæ sunt exposita volentibus, & nolentibus, velint enim nolint, succedunt & volentibus, & nolentibus, & ab ijs pariter secedunt.

Non à Diabolo, quia cordis penetralia ignorat, nec nouit latibula cordis. Solus autẽ Deus scrutator est cordium, idest, eorum quæ sunt in corde. Scit enim solus Deus, quid sit in homine, neque mors: quia anima à corpore separatur, nec desinit esse, nec ab alia quauis creatura huiusmodi gaudium à cordibus fidelium auferri poterit.

Agant quidquid uelint, agant quidquid possunt Mundus, caro, Dœmones, quia nulla tentatione fugabitur, nullo alio oblectamento superabitur, nullo quouis incommodo auferetur, quia nec Mors, nec vita poterit nos separare à charitate Christi, ab amore diuino, à gaudijs æternitate stabilitis.

Et gaudium uestrum nemo. Sunt cæterorum gaudio-

gaudiorum inuidi, sunt & qui demoliantur omne aliud bonum, in luctum conuertentes omne gaudium, igitur hoc vnum gaudium, ab omni gaudio distingue, hoc vnum ab omni alio elige, vt semper sit tibi gaudendum: facessant hic principes, Prælati, diuites, & Iudices; facessant agricolæ, nautæ, & cæteri, qui tandem suis frustrantur cupiditatibus, & laboribus. Vide in quo gaudeas, & de quo gaudeas. In corde gaudeas,& de Christo gaudeas oportet.

A *Nullum gaudium* mundi, intima cordis pertingit, totum versatur in sensu, & in exteriori homine, nec poteris videre pacatum cor alicui inesse, nisi Catholico, & maximè viro in gratia constituto; per solam Christi præsentiã semper nos gauisuros audiuimus. Quid est gaudium à nobis nunquam tolli, nisi nos à nullo bono extolli? & à nullo modo deiici? nunquã tolli, est semper possideri, in omni occasione firmari,& nunquam euelli.

Qui hoc nondum sunt experti gaudium, attendant quem fructum habeant, in quibus nunc erubescunt. Ad obtinendum tamen hoc B gaudium non nomine aliorum quorumcunque, sed in nomine vnigeniti filii Dei rogamus: quos autem rogamus? Sanctos, pro obtinendo perenne ac completo illo beatitudinis gaudio, eos rogamus, vt rogent.

Christo authore & medio perẽne paradisi gaudiũ obtinemus.

Rogant illi, rogamus & nos, æternum patrẽ, in nomine filii: quid enim est dulcius, quàm genitorem, in nomine vnigeniti inuocare? quid suauius, aut vtilius, quàm Patrem, in nomine dilectæ sobolis, implorare? nonne sic assolent compeditę, & uinculis mancipati, è carceribus liberari? nonne delinquentes serui, Do C minorum euadunt supplicia?

O nostrum tutissimum confugium Christe Saluator: erue tu de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo Domine, tu es propitiatio pro peccatis nostris, & totius mundi, per quem habemus accessum ad Patrem, & patefactum ad gloriam introitum sempiternam.

Nos autem, quibus pœna debetur, qua temeritate gloriam nobis dari poscimus? lacessit Iudicem, inquit Augustinus qui postposita satisfactione delicti, postulat præmiis honorari: D Insultat Regi, obnoxius supplicio, qui donari flagitat indebito brauio. filium tuum, quem semper audis, cui nihil denegas, missum facio, & aduocatum postulo, qui omnem pœnam, ex me promerui, omne gaudium per eum mihi concede.

In illo die, me non rogabitis quidquam. Habebitis enim præceptorem, qui uos docebit omnem ueritatem, Spiritum sanctum videlicet, cuius præsentia & aduentu ita dociles & erudi-ti efficiemini, ut nec te Philippum, nec te Thomam, nec te Petrum, ulterius contingat in- E terrogare me, ad uestris faciendum satis interrogationibus. Nunc inter uos quæritis, & me, iam iam interrogaturi eratis, quid nam esset, quod dixeram uobis: modicum, & iterum modicum, uisuri, & non uisuri essetis; quæ omnia, aperta intelligentia cognoscetis, me rediuiuo conspecto, me iterum ad uos reuertente; effectus enim euidentia, & euentuum notitia, in præcedentium signatorum eruditionẽ inducit, ut qui à causa, ex imbecillitate, cognitionem, non ualeamus auspicari effectuum sub sequentium, à subsecutis effectibus ad causæ cognitionem deueniamus.

In illo die me non, id est, ab illa die & deinceps, non erit ulterius uobis opus me pro quauis veritate seu parabola siue obscuritate, vel emergente difficultate interrogandi, pro e disserẽdis ac intelligendis tropis & ænigmatibus, siue parabolis, seu vmbris & figuris cæteris ve difficultatibus, ex illo die enim scripturas interrogabitis, illasque scrutabimini, & illæ omnia vobis patefacient, & de me annunciabunt omnia. In illis, capto prius per me sensu, omnia conspicua factorum, ac mysteriorum meorum claro conspicietis obtuitu, Psalmorum abyssus ingrediemini Prophetarum Caos introitis figurarum campum accedetis, mare magnum & spaciosum manibus totius legis nauigabitis, & quicquid optabitis reperietis. In illis velut plenissimis oraculis responsa ad omnia aut obiecta aut interrogata suscipietis, & quidem tam disertè & conspicuè vt vlterius me non interrogaturi sitis quidquam.

In illo die. vnus hic dies æternitatis, per diem illum vnum intelligi debere uidet in quo die nihil pro nobis rogaturi sumus, nec aliud nobis dari postulabimus, quo omne bonum possidebimus; Referendum igitur videtur, non ad diem resurrectionis Christi, sed ad illum, in quo videbimus eum, sicuti est: quæ visio, non temporalis vitæ est, sed æternæ, vbi nihil desiderandum remanebit, & nihil quærendum latebit, sed interim, dum in hac valle miseriæ peregrinamur; si quid petierimus patrem, dabit nobis. Benè melior dicitur dies illa vnica, in atrijs eius super millia, tunc satiabitur in bonis desiderium nostrum; & satiabimur cum apparuerit gloria eius.

Aeternitatis vnus est dies quo. Oĩa q̃ exoptamus habebim⁹.

Amen amen dico uobis: Si quid petieritis. Duobus obsignat Deus sua dicta irrefragabilibus argumentis, iuramẽto videlicet & promissione, vtroque in veritate fundato; Per seipsum iurat, & non per alium, Qui nullum superiorem, vel maioris excellentiæ habeat, ait igitur: Amen amen id est: Per memet ipsum iuraui, qui sum veritas increata, vel amen amen, id est, ego per Patrem & Spiritum Sanctum qui sumus vnam et & sola veritas, hoc vnum polliceor, si quid petieritis, &c.

Adducere autem ueritatem in testimonium veritatis, est fauere veritati; Laudabuntur enim omnes, qui iurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua, iurare autem prohibemur ab omni alio à veritate, cum nil certius sit veritate, vnde dicitur: Sermo vester sit est, est, non, non. Dicere autem est, est, idem est, ac si diceret: Amen, amen, cum amen nil aliud dicat, quam rei certitudinem.

Per veritatẽ iurare licet in vero.

Sic igitur erit, uel sic non erit. Prout rei veritas se habet, hoc est firmissimum, & laudabile iuramentum, tale igitur apponere voluit iuramentum, & talem adhibere certitudinem, non vulgaris aut parui momenti dicto, sed tanquam vix credibili, & momenti maximi, nobisque summoperè proficuo & necessario; sunt igitur. singula in iuramento contenta profundissimo mysterio consideranda, Attende igitur quod ait.

Si quis petieritis Patrem; Ecce reconciliationem

nem nostrã quam apud Patrem promeritus, & operatus est Christus in quo (inquit Apostolus) habemus fiduciam, & accessum in confidentia; Adeamus igitur cum fiducia ad thronum gloriæ, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus. Maximum intellige Iustorum æsilum tutissimum illis inesse confugium, sat fuisset nobis tantę rei significatio, vt sciremus, quò nos conuertere deberemus, ad quem oculos eleuare possemus, cum nil aliud agere possimus, cum nos mala nostra perturbant cum fluctibus illis agitati, procellisque fluctuamus: Sat (inquit) erat confugium ostendere, sed prom ssione, & vlterius, Iuramento, tutelam confirmare voluit, quo fidentius accedamus, quò securius confugiamus, & libentius omnem curam nostram ipsũ projiciamus.

Eph. 3

Heb. 4

Si quid (inquit) petieritis Patrem, & Iacta tu cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet: quis quis oraturus accedis, Illud vnum præ oculis sume, Indubia Christi verba, promissione & iuramento firmata, vt postules, in fide nihil hæsitans. Nostram itaque orationem, in sua promissione fundauit, & in suo iuramento stabiliuit, ac sic, ad orandum allicit, vt propensiorem eum sciamus ad nos exaudiendum, quàm nos ipsi simus ad postulandũ, qui enim propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, Incarnatus est, mortuus, & sepultus, ac inops factus, vt nos diuites essemus, agere se, quod in se est, ostendit, vt agamus quod in nobis est, vt satagentes, & cooperantes, certam nostram uocationem faciamus.

Iac. 1

Si quid petieritis &c. Sunt infidelibus peiores, qui ab Ecclesia tam necessarium omne bonum contendant auferre, vt, nedum omne bonum euertant, sed Ethnicis & Atheistis peiores, faciant quasi aut non exaudituru s sit hominum & maximè fidelium orationes, vel minus intelligat vota, quam olim intellexerit; Vide igitur quid possit oratio, quę & solē firmare, & à suo cursu retrocedere fecit, obediente (inquit,) Deo uoci hominis. Potuit claudere cœlum annis tribus, & vltrà, Ignem emittere à propria Sphera, Mare diuidere, Iordanem retrorsum abire, mortuos suscitare, &c.

Iud. 10.

Quare non poterit & nobis dona promereri, & impartiri? non sumus nos illis inferiores, non est deterior modo ecclesia Catholica Synagoga Iudæorum; non sic, Impij, non sic, sed &c. Si quid petieritis &c. Igitur, potiora, nobis, post abscensum Christi ad Patrem promittuntur, non enim frustrà Christus, nos tam enixè ad orandum inuitat, sed contingit interdũ, tam demissi animi & vecordes esse homines, qui inuocare negligant, imperfectionis vel indignitatis suæ velut Trabem in oculis, obicem ponentes. Nec audent inuocare, seu Dominum deprecando reuereri se indignos accusantes.

Absit tamen, vt peccator absolutus euadat à præcepti uinculo. Requirit à nobis Deus hunc Religionis actum hoc quę recognitionis suæ & uenerationes exigit argumentum, cui nõ sine culpa denegatur &, quod sibi iure debetur, si non impenditur, in culpam trahitur Cui quæso seruo esto etiam non fideli Domino suo, ob exibitam illi reuerentiam, & ob id quod laudet Dominum, & gratias agat illi, ac se commendet hic cultus ex probrabitur, aut uitio vertetur.

Recognitionis ac exsteriorem in Deũ debem° ostedere.

Nõ est quod nos tanq̃ peccatores retrahat cultu Diuino, & à laude Saluatoris indignitas sicut nec ab obseruationi excusamur ceterorum præceptorũ scelerum labe infecti multiplici: & licet preciosa sit laus in ore Iusti tamen, & potiores effectus consequantur orantes Deique aures magis arrectas, & patentes ijdem quam peccatores inuenient ob id desperandum venit supplicianti, importuna prece victus omnipotens cõiuncto in melius mutandi ante actam vitæ seriem proposito vobis tandem supplicum annuet pœnitentum. Vt enim Pater familiàs, imperans Seruo, & Princeps militi, vt sibi assistat, aut aliud opus faciat, non acceptabit serui nõ obtemperantis excusationem, suam indignitatem in excusationem adducentis, quin potius, sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.

F

In nomine meo In Christi nomine petere, est in virtute, & merito Christi orare: ecce nostræ imbecillitatis efficaciam ecce virtutem & meritorum fontem indificientem qui in nomine suo orat, vere orat, & exauditur orans, & exorat pariter. Quid si non auditur, promissa fuerit non in nomine eius orare credendus est quamuis non alteri per Christum certo & indubitato exauditio: Pro reuerentia enim sua, solus exauditur Christus, nos nescimus quid oportet oremus, & nullius meriti sumus si cum Christo non sumus: Applicatur igitur nobis nomen Christi, si tamen oramus, & eius participes efficimur, Iustitiæ & Sanctificationis premiorum meritorumque eius; & in Christo omnia nobis exhibentem ac proponuntur suscipienda, si quid (inquit) petieritis.

G

H

Quid si petamus regnum cœleste? æternam vitam? resurrectionem ad gloriam? gaudia Paradisi? consortia Angelorum? sedere ad eandem mensam cum Christo? omne malum procul? Si quid (inquit) iuxta quod Apostolus ait: tanquam nihil habentes & omnia possidentes. Illud autem non te prætereat, quæ sunt tibi promissa in Christi noĩe adimplenda fore, Vide aũt quæ sunt Christi, & illa suscipiẽda intellige, nõ aurũ, nõ diuitias Quia egenus factus est, non dominia, & dignitates. Quia regnum eius, non est de hoc mundo non vindictas inimicorum, quia pro se crucifigentibus orauit & oblatus est, quia ipse uoluit.

I

Ideo in nomine Christi petere, est, ea quæ placent Christo, petere, vnde postquam dixerit Apostolus omnia uestra sunt, mox subintulit, uos autem Christi, Quibus commonemur; sic esse petenda, vel optanda omnia, vt simus nos Christi, & possideamur à Christo Absit autem vt auarus, immundus, fornicator, & quisquis facinorosus in Regno Christi partem habeat, & communicet, & cum Christo.

In Christi nomine petere ẽ quę sibi placent ex poscere

K

Tantum abest, vt qui non heret Christo, temere hæc sibi polliceatur, quæ sunt Christo soli concessa, omnia illi Pater donauit in manus, Age vt hereas illi, & coniungaris non mortua sed uiuica fide, non solo intellectu, sed voluntate, & charitate Tunc enim (teste Apostolo) per Christum habemus accessum per fidem, Rom. 5

fidem, in gratiam illam, in qua stamus, & glo riamur in spe gloriæ filiorum Dei.

Si quid petieritis Patrem. In nomine meo, dabit vobis. Maxima, & iucunda pollicitatio vbi bonorum omnium fit promissio magnum nomen eius, non ad aures tantum, sed ad Dei potentiam vsque pertingens. Ergo & omnipotens nomen eius, eius (in quam) excelsum est nomen. Qui excelsus est super omnes gentes Dominus, & super coelos gloria eius: quod cum sit & sanctum nomen eius nemo poterit dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto vnde inquit idem Ioannes: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, vt quid quid petierimus, accipiamus ab eo, si mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo facimus: secus autem inexorabilem Deum reperimus, qui in nomineSanto eius ipsum non inuocamus prop. Hierē. dicente Nos inique egimus, & ad iracundiā te prouocauimus, id circo inexorabilis factus, es & prosuisti nubem tibi, ne ad te transeat oratio nostra.

Cæterum quā pronus ad exaudiendum sit Dominus, his, qui inuocant nomen eius dicitur, (Ioel. 2.) & erit (inquit Proph.) oīs quicunq; inuocauerit nomem Dñi saluus: & alibi propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri, & exaltabitur, parcens vobis, quia Deus iudicij, Dominus; beati omnes, qui expectant eum, plorans, nequaquam plorabis, miseras miserabitur tui, ad vocem clamoris tui, statim, vt audierit, respondebit tibi. (Isa. 30.) Tanquam sit Ianua cœli, & Paradisi, Turrisq; fortitudinis, nomen Saluatoris, quo non est aliud, datum hominibus, sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri.

Quid igitur est. Nomen Christi, nisi ipse Christus? Absit, ut aliud esse, à Christo, aut aliud à Iesu, cui nos ipsos fidamus, seu à quo saluari credamus. Nomen Christi, quid est, nisi meritum Christi? nisi passio, virtus, voluntas, & Bonitas Christi? Ideo per Christum imploramus, qui non nostro, sed suo merito fidimus: per hunc, qui reconciliamur Patri, omnia nos impetrare gaudemus, à Patre: cuius rei nos certiores reddit, dum promissioni iuramentum præmisit.

Ex his habes. In cuius culpam retunditur si iustum, quod exhibetur, non acquiritur si gaudium illud perenne, si Visio Dei non obtinetur: nihil est, quod aliunde quis reprehendatur, quā quod à non recte petente, negligitur; nulla hic patet diffidentia de dante, imò, & proferente, & nulla suppetit priuationis causa, quò minus omnia Dei dona in nos deriuentur, quàm, quod, aut omnino non petimus, aut segniter petimus.

(Cap. 1.) *Docet nos D. Apostolus*. Iacobus in epistola in fide omnia petenda, Si quis (inquit) indiget sapientia, postulet à Deo, postulet autem in fide, nihil hæsitans, Et Dominus, confidentiam à sanandis, nonnunquam postulabat (Rogan ti necessaria est confidentia.) sine qua, nec sanare volebat. Quid autem est confidentia, nisi fides ipsa rogantis, & postulantis? Ideo, videns fidem illorum, conferebat quid quid petebant, & ad Paraliticum. Confide fili: nec non ad mulierem, quę fimbriam vestimenti eius, vt sanaretur, tangere peroptabat: confide filia, quod ad inconcussam confidentiam spectare, conuincitur. An non tutius est confidere in Domino, quàm confidere in homine? & bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus? Teste enim Daniel. (Cap. 4.) Non est confusio, confidentibus in te, Domine.

Requiritur, & humilitas. Deprecantis, ad consequendum effectum orationis. (Humilitas in rogante requiritur.) Extat illius publicani typus, qui, nec oculos, ad cœlum leuare, audebat, sed pectus suum percutiebat. His enim dat gratiam, quibus peccatorum tribuit remissionem; absit enim, vt auertatur, humilis factus, confusus.

Duplex autem. Cum reperiatur humilitas, interna, quę est Spiritus, & externa, quę est ad corpus; vtraq; necessaria: primum quidem, oportet. In Spiritu humilitatis, & in animo contrito, suscipiamur; quandoquidem cor contritum, & humiliatum, Deus non despiciet.

Insuper. Et ea est necessaria, quę ad abiectionem corporis spectat, quę consistit in Ieiunio, eleemosina, & abiecto vestitu, Hanc veram orationem Niniuitæ obseruarunt, qui ne subuerterentur, & perirent, obtinuerunt, Ieiunantes, ne degustantes aliquid, vestiti saccis, & perfusi lacrymis. Hanc Acab, & alij, (Cap. 9.) Conueniebantq; filij Israel, in Ieiunio, & in saccis; vt per Neemiam dicitur, & confitebantur (inquit peccata sua) Qui igitur fieri potest, vt qui induti sericis, coriijs, tortis crinibus, preciosis induti vestibus orationis fructum consequantur?

Alia adhuc superest orationis conditio. Quę est vt sit frequens quandoquidem, Non qui inceperit, sed qui perseuerauit vsque in finem hic saluus erit, cuius veritatis argumentum (Matth. 15.) præbent, & Cananea perseuerans, vidua illa (Luc. 18) Amicus ille & Christi testimonium vnde Apostolus sine intermissione (inquit) orate. (Luc. 11) (1. thes.) Demum hi exaudiendi sunt, qui in veritate petunt. Quandoquidem propè sit Dominus omnibus inuocantibus eum veritate; In veritate inuocare est, mentis aciem in Deum figere oris obsequio ipsum colere, & operis Testimonio illum implorare, hoc modo omnis qui petit, accipit, & qui quærit inuenit, ac pulsanti aperietur, hoc modo securi ad Deum accedimus, accepturi quidquid iuste poscimus, Proph. affirmante, voluntatem timentium se (Ps. 144) faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & (Mar. 11) saluos faciet eos dicente Domino quidquid orantes petitis, credite quia accipietis & fiet vobis.

Propterea non ad se aut Spiritū Sanctum. Recurrendum dicit, quorum tamen vna est potentia & vna virtus, sed ad Patrem, de quo scriptum est. Quid dat omnibus affluenter mensuram bonam super effluentem, &c. A quo omne donum optimum, & omne bonum perfectum, Qui nihil ab aliquo recipit, se ipsum autem totum communicat, & Filio & Spiritui sancto ideo ad omnium bonorum largitorem nos recurrere iubet.

Dabit vobis. Tanto prosequitur amore filium suum vnigenitum Pater, vt nihil per filium concedat, & petenti per filium postulata concedat. Nam hoc aduertimus in principibus, Qui dum volunt extollere, & celebrem reddere aliquam usque adeo gratum, gratias non nisi,

nisi, ipso mediãte concedunt Ioseph enim omnia in Pharaonis domo disponebat, nec movebatur verbum, nisi ad nutum eius, & illis dabantur fruges, quibus Ioseph dari iubebat, quo facto celebre factum est nomen Ioseph in Pharaonis Regno, & apud exteros.

Nihil & nobis. Pater cœlestis suorum donorum elargitur, nisi medio Christo, vt ad mirabile fiat nomen eius in uniuersa terra. Quisquis Patrem orat per Christum, per passionem Christi, per mortem, per obedientiam, per meritum, per redemptionem, & gratiam Christi totum indubie obtinebit, per Christum. Hunc autem fuisse & esse Ecclesię morem passim audimus, & intelligimus petit enim Ecclesia omnia per Christum & quid est, quod petit? Non aliud quam quid, dicit enim quid, rem stabilem, non uanam, non apparentem, non transeuntem, sed rei substantiam denotat rem inuariabilem, incorruptibilem & sempiternæ ueritatis.

Hinc etiam colligimus aduócatum nos habere Christum, apud Patrem mediatorem, & intercessorem, sed haud tamen qui nos ad ignauiam ducat, sed potius qui nostram infirmitatem adiuuat; Dum enim in nomine eius petimus, eum nostrum mediatorem profitemur, Petimusque eum qui potens est, omnia facere, superabundanter quam petimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis. Eph.3.

Accipit igitur qui petit, quod non contra salutem petit: Accipit (inquam) sed quando debet accipere: absit autem, vt negari credantur, quæ danda congruo tempore transferuntur, tunc ergo accipiunt, quum accipienda sunt, quæ conceduntur. Pro se ipsis exaudiri promittitur sanctis, & piis salutem poscentibus, nõ pro omnibus: vnde non obiter dictum' est. Dabit vobis, sunt enim, qui suæ saluti obicem, ponunt, & dum ad suscipiendam gratiam se non disponunt, iustè sua fraudantur salute. Quicquid autem à salute æterna, petitur, nihil est; non quod res alique non sint, quæ petuntur, sed quia nihil esse dicuntur in comparatione salutis.

Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo. Dum me superstitẽ habuistis, opus nõ fuit vobis, alteri, in meo nomine, quicquam petere. Petierant plerunque Iudæi in nomine Abraham, in nomine Isaac, & Iacob; petierant, & in nomine Dauid; & Eliseus, in nomine Eliæ, in cœlum sublati, petiit, aquas diuidi, & diuisę sunt: petimus, & nos in nomine Sanctorum, quorum suffragiis, obtinere poscimus, quæ optamus: nec ignoramus, si Moyses existens coram Deo accusat legis transgressores, & si inter sectorum animæ, vindictam Tirannorum, se occidentium, vociferari audientur, Istos, cæterosque Sanctos, in pios, non esse pietatis expertes, propentioresque ad misericordiam, quam ad vindictam impetrandam, nec non pronicres ad excusandum, quam ad accusandum cum hæc sint ex ea bonitate cuius ipsi sunt effecti participes, velintque omnes esse, sic ipsi si possibile foret; nec potest carere pietate, qui est in charitate. Audi Apostolum, qui suorum, & maximè domesticorum, curam non habet, infidelis est, & infideli deterior. Siccine dicis esse Sanctus, improbe Luthere, pietatis expertes?

Sancto rum zelus, & charitas.

Vsque modo, &c. Antequam sint passi pro Christo. Apostoli, nihil petituri dicebantur, verum postquam passi fuerint pro Christo, & tristitiam pertulerint, mox, ad petendum inuitantur, in nomine Christi, quibus & petendorum promissio perhibetur.

Nullus autem potest in Christi nomine petere qui firma fide, & viuaci non gnoscit Christũ, & eum confitetur. Qui erubuerit me (inquit) coram hominibus, erubescam, & ego eum, corã Patre meo: & qui confessus fuerit me coram hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo. Confessi fuerant, Christum, filium Dei viui esse, sed nondum apertè, nec firma, & inuiolabili fide, Apostoli, adhuc infirmi, & hæsitantes, in morte eius. Nos sperabamus (inquiunt) quod redempturus esset Israel, Ideo à D. Iacobo, non obiter additur, vt non hæsitantes postulent. Luc.9. F Luc.44.

Quomodo autem hæsitare de Dei virtute aut benignitate possumus, qui quanta nobis beneficia contulerit, quanta charitate dilexerit, quãta promissa spopõderit, non ignoramus? Illud tantum omninò cõgruum est, & necessarium, vt in fide stabiles, in corde humiles, & in opere efficaces, perseueremus orantes; Superbis Deũ resistere, non ignoramus, & quem lacessimus, malè operando, quomodo placabimus voce interpellando? Ne conqueratur, & de nobis dicens Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Attendant, & qui tam facilè vagantur inter orandum, mente nec quid & quomodo orare contingat; pro consequendis donis obliuiscantur. Cap.1. G

Mentis attẽtio in orante requiritur.

Vsque modo non petistis quicquam in nomine meo. In nomine Christi petere nil aliud est; quam salutem petere, est enim Iesus, ac perinde Saluator: Igitur quæ ad salutem spectant, & nil saluti contrarium est, omnino petendum. Ante Saluatorem quis poterat sperare salutem? absque Saluatore quis poterat consequi salutem? propterea (inquit) vsque modo non petistis quidquam in nomine meo. Qui bonis temporalibus dediti erant, in lege Mosayca quibus non æterna, sed adhuc terrena concedebantur si audieritis me (inquit) bona terræ comedetis, & alibi dabo vobis terram fluentem, lac & mel. H

I *Vsque modo igitur* idest, antequam ego paterer, antequam ego, vos mea morte redimerem, antequam vobis cœlum reserarem, salutem consequi non poteratis, nunc autem per meæ meritum Passionis, eam, quam comparaui vobis salutem poscite; Salutis igitur capaces inuitantur ad eam petendam in nomine Christi, qui hærent Christo, qui obsequuntur Christo.

Vsque modo non petisti quidquam in nomine meo Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. Hoc tantum ab Apostolis quod nunquam orauerint, absit, qui enim edoceri petebant, quomodo esset orandum, propensi vtique erant ad orandum sed & quomodo non orabant Discipuli, Magistro tam frequenter orante, nec non illos adhortante, vt etiam pro inimicis, & illos calumniantibus orarent? Orabant at non satis bene orabant, petebant, sed non eque iuste petebant, Qui in nomine Iesu nondum petere didicerant, vel ideò in nomine Christi, non petebant, qui ipsum interpellabant à cuius præsentia toti pendebant, aut eo vsque ad patrem non orabant, Quia Spiritum K

rum Sanctum in quo clamamus (Alba patre) non acceperant.

Demum in nomine Iesu adhuc non petierant. Quia IESVS nec passus erat, nec Ianuas cœli reserauerat, nec nobis patrē recōciliauerat, cui reconciliati sumus per mortem filij eius, in pro passione igitur sua, & docet orare, & ad orandum hortatur, imo, & quid sit orandum describitur, cum ad plenitudinem gaudij summa oratio n is defertur, Tunc nempe impletur gaudiū quum peruenitur ad indeficiens, & perpetuū tum impletur gaudium quum satiatur animus A gaudio, Satiabor autem, quum apparuerit gloria Dei.

Tandem impletur tunc gaudium, quum ad illud refertur omne aliud gaudium, vbi fruitur summo bono, quod complectitur Omne bonum: morantibus autem adhuc nobis in hoc mari magno, uastissimoue deserto, vbi multis, & vndique circundati sumus ærumnis, vnum superest, omnium fidelium, commune gaudiū, quod Christus, nobis, in oratione Dominica significauit: Et ideo hæc petimus, quæ maximè desiderarę debemus: & quidem primum, vt san B ctificetur nomen æterni patris, admirabileque fiat in vniuersa terra, cuius diuinitas, maiestas, Potentia, Bonitas, Sanctitas, Iustitia, Benignitas, omnibus innotescat: Adueniat Regnum eius, dum, omnium gentium nationes, eius subditę fiant ditioni, & velut oues, sub eodem Pastore, in Ecclesiæ Regno collocentur, adimpleturque voluntas eiusdem, non secus, quàm vt in cœlo, & in terra iuxtaque formam sanctorum, in omnibus obtemperemus, eiusq; mandatis pareamus: ab eo annonam nostram, C quotidiani panis tàm, corporis quàm animę, ci bi, ab ipso imploremus pariformiter, debita nostra remittat, & peccata condonet vti & nos, nostris debitoribus remittimus: ne inducamur in tentationem, sed fortes efficiamur in ipsis: liberetque à malo, vt sic fruamur omni bono.

Vsque modo nō petistis quicquam, in nomine meo. Rudi populo, quæ maxime peroptabant promittebantur, & quæ promissa erant, ipse petebat; terrenis inhiantibus, terrena fuere promissa qui adducti sunt tandem in terram, lacte, & melle affluentem, bona terrę comesturi, sed, D quid hęc cum Christo, seu cum Christi Regno, quod, nec esca est, nec potus? Vsque modo (inquit) non petistis quidquam, in nomine meo, nec tamen adhuc patuerant quæ consequemur cælestia, vt perfunderemus terrestria, postquam autem peruenit quod perfectum est, iam euacuandum, quod transitorium est. Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo.

De generis animi conditio, oblatā salutem respuere: petimus quæ noxia plerumque fiunt saluti, quæ autem proficua, sacramenta Salutis, nec oblata suscipimus: in delicijs, ac diuitiis E inque commodis, ac voluptatibus, versari studemus, humanumque hunc, mortalis vitæ nostræ, diem, iucundum habere conamur, nec tamen exaudimur, ne ab æterno illo, vnoque die, super millia meliori, impediamur: dicente

Ps. 21. Proph. Clamabo per diem, & non exaudies.

Clamant per diem, qui inhiant caducis, & affecti sunt terrenis, bonisque temporalibus. Vnde non in die, sed per diem, clamare, idest, auiditate maxima, hæc transitoria appetere, & postulare. Clamant, tàm die, quàm nocte, Iusti, nunquam tamen per diem, quem nec concupiscunt: alio Proph. docente, diem hominis non concupiui, tu scis. Hinc Augustinus ait. Quoniam tu Domine suauis, & mitis omnibus inuocantibus te; sic inquit. Quid est, quòd multis in locis dicit scriptura, quia inuocabunt, & non exaudiam eos? Certe misericors omnibus inuocantibus te, nisi quia quidam inuocantes, non inuocant ipsum de quibus dicitur: Deum non inuocauerunt, inuocant, sed non Deum. Inuocas quidquid amas, inuocas quicquid in te vocas, inuocas quicquid vis vt veniat ad te. Porro si Deum propterea inuocas, vt veniat ad te pecunia, vt veniat ad te hæreditas, vt veniat ad te secularis dignitas illa inuocas, quæ vis vt veniant ad te, sed Deum tibi adiutorem ponis cupiditatum non exauditorem desiderioru m. Deus bonus si det quod vis, quid si male vis? Nonne erit tibi magis non dando misericors? porrò si non dederit iam nihil tibi Deus est, & dicis quantum rogaui, quàm sæpe rogaui, & non sum exauditus. Quid enim petebas? forte mortem inimici tui? Quid est si ille petat tuam, qui te creauit ipse, & illum, homo es, homo est ille, Deus autem iudex est; audit ambos, sed non exaudit ambos tristis es, quia non es exauditus contra illum: Gaude quia non est exauditus contra te.

Hier. 17
August. in ps. 84

Vide.

Ego (inquit) non hoc petebam, non inimici mei, petebam mortem, sed vitam petebam sibi mei, quid mali petebam? nihil mali petebas, sicut tu sentiebas. Nam quid si ille raptus est ne malitia mutaret intellectum eius? sed peccator (inquis) erat, & ideo volebam eum viuere, vt corrigeretur; Tu volebas eum viuere, vt melior esset, quid si Deus nouerat se viuere peiorem futurum? Vnde ergo nosti quid illi prodesset mori an viuere? si ergo non nosti redi ad cor tuum, Dimitte Deo consilium suum quid ergo (inquis) faciam? quid orem? quid ores? Quod te docuit Dominus, quod te docuit cœlestis magister. Inuoca Deum tanquam Deum ama Deum, tanquam Deum: illo melius nihil est, ipsum desidera, ipsum concupisce.

Vide inuocantem Deum in alio psal. Vnam petii à Domino hanc requiram: quid est quod petiit hoc vt inhabitem in domo Domini per omnes dies vitæ meæ vt quid hoc; Vt cōtēpler dilectionem Domini; Si ergo amator Dei esse vis sincerissimis medullis, castisque suspiriis ipsum dilige, ipsum ama eius amore flagra, illi inhia à quo iucundius nihil inuenis quo melius, quo lætius, quo diuturnius; quid enim tam diuturnum quam id quod est sempiternum? Non times ne aliquando à te pereat, qui facit, ne tu pereas si ergo tu inuocas Deum tāquam Deum securus esto exaudieris pertines ad istū versum, & multum misericors; Omnibus inuocantibus te. Noli ergo dicere illud mihi non dedit, redi ad cor tuum, & conscientiam tuam liberam interroga parcere illi noli si uere Deū inuocasti, certus esto, quia id forte quod volebas temporaliter ideo non dedit, quia non tibi proderat; edificetur in hoc cor vestrum fratres, cor Christianum, cor fidele, ne incipiatis tristes facti, veluti fraudati desideriis vestris in indignationem contra Deum ferri.

Ps. 26.

Non expedit aūt aduersum stimulū calcitrare recurite ad scripturas exauditur Diabolus, & non exauditur Apostolus? Quid vobis videtur;

tur? Quomodo exaudiuntur Demones? petierunt se ire in porcos, & concessum est eis, quomodo exauditus est Diabolus? petiit Iob tentandum, & accepit; quomodo non est exauditus Apostolus? In magnitudine (inquit) reuelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meę: Angelus Sathanę, qui me colaphiz, & propter quod Dominum rogaui, vt auferret eum à me, & dixit mihi sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.

Non est de ea quà in oratione rogamus negata petitione dolendum.

Exaudiuit eum, quem disponebat damnare, & non exaudiuit illum, quem volebat sanare: nam æger petit multa à medico, non dat medicus, non exaudit ad voluntatem, vt exaudiat ad sanitatem: ergò medicum tuum pone Deũ, pete ab illo salutem, & salus tua ipse erit, non quasi salutem extrinsecus, sed vt salus ipse sit, ne rursus ames aliam salutem, præter ipsum. Quid ad te, quid tibi donat, vt se tibi det? vis vt det se tibi; quid, si, quod vis habere, non ipse, vt ut habeas, vt se tibi det? impedimenta remouet, vt intret ad te.

Bona cogitate, & considerate fratres, quæ dat peccatoribus, & hinc intelligite, quid seruat, & suis seruis: peccatoribus, blasphemantibus eum quotidie, dat cœlum, & terram, dat fontes, fructus, salutem, filios, copias, vbertatem; hæc omnia non dat, nisi Deus, qui talia peccatoribus dat; quid eum putas seruare fidelibus suis? Hocne de illo sentiendum est, quia qui talia malis dat, nihil seruat bonis? immò verò non seruat, non terram, sed cœlum. Vilius forte aliquid de eo cum dico cœlum, sed se ipsum, qui fecit cœlum. Pulchrum est cœlum sed pulchrior est fabricator cœli. Sed video cœlum, & illum non video, oculos enim habes, ad videndum cœlum, cor nondum habes ad videndum fabricatorem cœli, ideo venit de cœlo, ad terram vt mundet cor, quo videatur, qui fecit cœlum & terram.

Sed plane, cum patientia, salutem expecta quibus te medicamentis curet, ille nouit, quibus sectionibus, quibus vstionibus, ille nouit tu tibi ægritudinem comparasti, peccando, ille venit, non solum fouere, sed & secare, & vrere. Non vides, quanta homines patiantur, sub medicorum manibus, spem incertam homine promittente? sanaberis, dicit medicus sanaberis si secuero, & homo dicit, & homini dicit, nec qui dicit certus est, nec qui audit, quia ille dicit homini qui non fecit hominem, & non perfectè scit, quid agatur in homine: credit homo, subdit membra, ligari se patitur aut plerunque, etiam non ligatus, secatur, et vritur, & accipit fortè salutem paucorum dierum, iam sanatus, quando moriatur, ignorans, & fortasse dum curatur moritur, & fortasse curari non poterit; cui autem promisit Deus aliquid, & fefellit?

Vsque modo non petistis quidquam in nomine meo petite &c. Quid est, non adhuc petistis quidquam? Petierat Petrus, pro se, & quibusdam alijs. Domine bonum est nos hic esse, si uis, faciamus hic tria tabernacula &c. Petierat & idem Princeps Apostolorum pro omnibus coapostolis: ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; quid ergo erit nobis? petierat cæcus ille interrogante Domino: Quid tibi vis fieri? inquiens: Domine, vt videam, & leprosus. Domine, si uis, potes me mundare. Respondet isti volo; Respondet & illi. Respice. Innumeri alij, aut fluxum sanguinis, aut vexationem ab immundis spiritibus patiente, ægritudinibusque varijs oppressi poscerunt à Christo suæ virtutis suffragia, quæ ideo non incassum petiendo quid totum sint adepti, quod poposcerunt: quomodo autem suis hæc refert Dominus. Vsque modo non petistis quicquam cum multi & poposcerunt, & quæ poposcerunt acceperunt;

F *Attendamus ad illud*, non ad illa, quæ (attestante Domino) Vsq; modo non petimus nondum edocti ab illo petebamus multa. Marta sollicita negotijs temporalibus, turbabatur circa plurima: Maria quæ tranquilla sedit non alibi quam ad pedes Iesu, vnum tantum sibi necessarium agnouit elegit.

Hanc unam peto, ad quam vnicam aspiro, scio quia Beati qui habitant in domo tua Domine, ideo dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ, & hoc peto, quod diligo, illud postulo, ad quod hanelo, qui hanc vnã petit, nihil aliud timet, nihil aliud optat, magna

G hæc securitas cordis (inquit Augustinus) vultis nihil timere? hanc vnam petite; quid ibi facturi sumus? de quo iucundabimur, quæ ibi delitiæ? quæ gaudia, illic suppetent? felicitas illa vnde succedit?

August. in psal. 26.

Felices inter homines, vocari solent, qui habent, quod amant. Veruntamen non fœlix, qui habet, quidquid amat: sed qui habet id, quod amandum est multi enim miseri sunt magis habendo quod amant, quàm carendo, Amantes enim res, noxias miseri, habendo miseriores fiunt: Sed propitius Deus cũ male ama-

H mus negat, quod amamus: Iratus autem dat amanti, quod male amat; Dedit quod amabant, sed damnando negat, quod & petimus, sed saluando. Cum autem amamus, quod vult Deus, vt amemus, proculdubio daturus est nobis.

Sũt omnes amãtes amãda non tamen omnes habentes amatabeati.

Hæc est una illa, quæ debet amari; sed quia diuersis delicijs, & voluptatibus homines oblectantur, hanc vitam petunt à Domino, excedat cor nostrum hæc omnia vsitata, excedat intentio nostra, omnes cogitationes: ex carne totum ab animo reijcite, & prauis suggestionibus ne oblectent, occurrite: quod est solum verum,

I & supremum bonum amata, & illud attendite quoniam nemo, imo nihil est bonum nisi solus Deus.

Hoc petere nondum didicerat homo, quod nobis insinuat Christus. Vsque modo non petistis quicquam; valet permanentis, omnia transeuntia postulastis, nihil stabilis aut firmi, quia nihil æterni poposcistis; Nunc autem (inquit Augustinus) quia docuisti me, qui petam. Da quod peto, non peto vlterius fœlicitatem terrenam didici ex te, & ex testamento tuo nouo

August. in psal. 137.

K sanctum petitionis desiderium, non peto terram aurum, videlicet & argentum, non salutẽ, aut prosperitatem temporalem, nullam carnalium voluptatum, vnam tantum petii à Domino hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: in cæteris quisque gaudijs terrenis miscuit Deus amara vt sentientes amaritudinem, his in bonis agnoscamus non verè bona, quibus reiectis procedamus ad id quod est verè bonum in quod nullum est mixtum malum vbi vera securitas plena iucunditas, & perpetua fœlicitas.

Vsque

Vsque modo non petistis quidquam, in nomine meo. Philippum audiuimus poposcisse, vt ostenderet Patrem: quæ, cum non in nomine Christi, poposcerint, nihil poposcisse perhibetur: Vsque modo (inquit) non petistis quicquam in nomine meo, & non accipitis, eo quod male petatis. Vt sciamus quid autem sit in nomine Christi petere, oportet, & nominis Christi virtutem aperire. Iesus, ipsum est nomen Christi à quo non est aliud nomen sub cœlo, in quo oportet nos saluos fieri.

Greg. in hom. *Audi Gregorium*. Et quia nomen filij Dei est Iesus, Iesus autem Saluator siue salutare; dicitur, Ille in nomine Saluatoris petit qui illud petit quod ad ueram salutem pertinet, Nam si illud, quod non expedit, petitur, non in nomine Iesu petitur. Qui salutem æternam quęrere, usq; modo nescistis, usq; modo quidquam etiam non petistis Patrem, in nomine meo.

Cum ergo, fratres ad ecclesiam orat uri. Conuenitis; pensate (quæso) orationes uestras, videte si in Iesu nomine petitis, i. si gaudia, & quę bona sunt, salutis æternæ, postulatis. In domo enim Iesu, Iesum non quærere, sed ad alia possidenda gaudia, anhelare, est potius, à salute recedere, quam ipsam implorare; quod quidem facius, si in æternitatis templo, importunè, pro temporalibus oratis; & quidem, cum hæc desunt, ab omnipotente Deo sunt petenda, sed meminisse continuò debemus, quod ex eiusdem omnipotentis Dei mandato, accepimus. Quærite primum, regnum Dei, & Iustitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis. [Quæ à Deo petamus præmeditari debemus.]

Nos veluti diuina. Hoc edocti oraculo, imò Apostolorum traditione, tanquã eruditi exemplo orationem omnem concludimus, in Ecclesia; Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, aut similia scimus enim, quia semper suum audit filium Pater, quem nec ignoramus, pro sua reuerentia esse exauditum.

Quid sit autem. In Christi nomine petere, seu; per Dominum nostrum Iesum Christum Deum interpellare, D. edocet Amb. Petimus ut concedas quod supplicamus, dum meritis, non nostris, sed Christi passionis, & mortis, innixi, interpellamus: sicut enim nihil nobis contulit gratiæ, aut beneficij, nisi per Christũ, ita nihil, nec quidem, verbũ accipit, aut auscultat Pater, nisi per Christum, seu nomine Christi sit oblatum, sic enim in libro de Isaac, & Animæ, (inquit Ambrosius) os nostrum, Christus est per quod loquimur Patri, oculus, noster, ipse est, per quem videre possumus Patrẽ, dextera nostra ipse est, per quam nos ipsos offerimus patri, quo non intercedente, nulla nobis, aut ipsis sanctis portio cum Deo esset, cum igitur salutem poscimus illam per Saluatorem postulemus quod & psaltes postulabat, dum inquiebat: Deus in nomine tuo saluum fac. [Ps. 53.]

Petite, & accipietis: Vt gaudium vestrum sit plenum. Igitur qui petit accipit, & qui quærit inuenit, pulsanti que aperitur, Taceant qui diuinæ solum prædestinationi fidunt: Neminem fallit diuina promissio: Alius est respectus initii & finis prædestinationis, aliud est medium quo consequimur ipsam prædestinationem. Prædestinauit nos Pater in Filio, & Gratia Dei uita æterna, sed an, sine medio peruenitur ad finem? petite igitur, & accipietis, ac si aperte dicat non accipietis: si non petieritis: Non vult ea petere, quæ nobis vult dare ut te petente compos doni efficiaris. [Mediũ quo prędestinamur ad vitam æternam est Christus.]

Petite, & Sensus per constructionem habebitur, si sic referatur petitio ad gaudii plenitudinem, petite vt gaudium vestrum sit plenum; & accipietis: gaudium autem nullibi est nisi in gloria: Tunc enim satiabimur cum apparuerit gloria eius. Nullum aliud plenum reperitur gaudium, quàm Beatitudo, quæ omnium bonorum est plena possessio. A

Radio huius gaudii illectus Petrus in gloriosa Christi transfiguratione rogabat non aliò declinare sed in montis cacumine manere. Domine (inquit) bonum est nos hic esse Benè igitur inexcogitabile dicitur, gaudium æternæ vitæ, oculus non uidit, & auris nõ audiu t, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Isa. 53.

Vita ibi omnis tristitiæ expers totius infirmitatis nescia, & ignara mortis sine labe, sine dolore, sine erumna, sine quauis perturbatione anxietate seu mutatione: Nullus ibi aduersarius impugnans, nulla illecebra, nullus timor: Sicut ceruus desiderat fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus & vt, D. Augustini verbis vtar, libet me tuę intendere claritati, quantum plus valeo, mecum considerare tantum tui amore langueo. B [Vnde quoque beatus est, & securus in florum statu sin gloria.]

Libet itaq; libet cordis in te oculos attollere, de te semper loqui, de te audire, de te scribere, de te legere, & lecta sæpius mecum conferre, & corde reuoluere tuæ dulcedinis gratia, amena sacrarum scripturarum prata aggredior, viridissimos & fragrantia iucundissimos flores carpo; exarando colligo, legendo comedo, & frequentando rumino, & quę congrego in memoriæ horreo recondo, vt sic dulcorare possim huius miserrimi status, & perituræ vitæ amaritudines, vt tuæ suauis auræ ræfrigerio ardoribus, periculis & sudoribus non succumbam donec in sinum tuum fessus receptus perpetuo quiescam. C [Assidua perẽnis vita bo ui debet esse mẽditatio. Luc. 11.]

Petite, & accipietis: Vt gaudium uestrum sit plenum, Semper uos exaudit, qui ad petendum illos inuitauit, imo ab eodem Saluatore dicitur omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit; & pulsanti aperietur. Quomodo autem omnes petita accipiunt, cum multi quæ petunt non consequantur? cur diffi ultati non temere, sed ex eiusdem Saluatoris verbis occurrimus: & quidem primo eodem loco apud Lucam non procul ab ea quam citauimus promissione, illud præponitur, per quod quæstio dissoluitur, quis vestrum (inquit) habet amicum & vadit ad illum media nocte, & dicit: Amice commoda mihi tres panes. Quibus apertè monstratur, non nisi ad amicos pollicitationem fieri. D Ibidem. E

Quis quis, se Dei amicũ, ueraciter existimat, hic, se consecuturum, quod petit credat: quis autem verè amicus Christi dici potest supra audiuimus; vbi apertè legimus? vos amici mei eritis si feceritis quæ præcipio vobis, & iterum si diligitis me mandata mea seruate, & cum sit conformis ipsa amicorum voluntas sperare ab amico, omnia, potest amicus. Cap. 15.

Adhuc & aliud, ab eodem Christo, habemus, per quod interrogationi respondeamus: sic enim alibi ait; Quærite primum regnum Dei Matt. 6.

Dei, & iustitiam eius & hæc omnia adijcientur vobis; Prius in nostra intentione, illud est optandum, quod postea est postulandum, neque enim sine primo potest quis peruenire ad secundum. sit igitur primum, ipsum Dei regnum, ac iustitia eius, neque qui deuiat à primo cogitare recte potest, vt consequatur quod sequitur ad illud.

Hinc, & illud patet quod, & Iacobus Apostolus, in epistola, nos admonet. Petitis, & non accipitis, eo quod male petatis, malè petere, & inordinatè petere; malè petere, est inuerso ordine petere; malè petere, & quæ minus sunt grata Deo, à Deo petere. In his, nos non exaudit, quæ, aut iustitiæ æquitatis eius, opponi dicantur, nec non, & nos à consecutione Regni eius impediunt: In illis igitur nos exaudiuit, quæ nobis salutaria esse cognoscit, ipse namque scit nobis opus sit.

Cap. 4. Quid sit male petere.

Petite, & accipietis. Certè, non minus congrua, quam facilis persuasio, qua ad Deum, nostris in opportunitatibus, nos conuertere iubemur, qui cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc nobis superest residuum, vt oculos nostros ad te Dominum conuertamus. Si irruerint in nos mala pestilentia, fames, gladius, iudicij, inquit Iosaphat clamabimus ad te, in tribulationibus nostris, & exaudies, saluosque facies. Hoc enim, tanquam naturali instinctu, compulsi, & edocti agimus, quod & gentes, quæ legem non habent, faciunt, nam & gentilitas ipsa, licèt superstitionibus plena, multorumque Deorum cultui dedita, in naturalibus compulsa rudimentis, primos animi motus, non in Deos, aut falsos tutores, sed in Deum statim conuertit, & dirigit, protinusque illum inuocat, à quo suffragia, in singulis præstulari poterat.

2. Paral. 2.

Natura instinctu Deũ inuocare impellimur.

Ecce, quomodo etiam ab inuitis pectoribus, natura cogente, pulsis superstitionibus, abdicatis cacodęmonum blanditijs, ad Deum vnũ, vtrumque omnium moderatorem, quasi ignari, ab intelligentia non errante, conuertimur, quod, si, sublata perurgente necessitate, in meliorem sortem redacta calamitate tranquillis se cunctisque rebus, vlterius non fluctuare periculis, videantur; veri Dei cultũ prætermittentes, ad Deorum suorum templa recurrunt: his libant, illos coronant, extollunt, adorant, nec veri, omnipotentisque Dei, aut numen, aut nomen adorant; ad quos illa sunt Apostolica verba, qui, cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.

Rom. 1.

Ad illum nos natura compulit, ad quem non frustra recurrendum agnouit, ad authorem naturæ, natura nos impulit, quem omnis præsidij tutorem dignouit; repulit falsos, & inualidos, ad illumque conuertitur: à quo omne donum optimum & omne bonum perfectum, descendit. Petite accipietis. Nescio quid vtilius, quidve iucundius audire valeant egeni, bonorumve omnium suffragio destituti, quã ab eo commoneri vt à se petant: Qui dat omnibus abundanter, qui replet in bonis desiderium tuum, qui dat escam omni carni: etiam pullis coruos inuocantibus eum.

Vsque adeo reseratus nobis est ad petendum aditus, vt quæcunque petamus, quibus indigemus, tantum abest vt tanto credamus vti suffragio, ad voluptatem, eodem Domino assentente petitis, & non accipitis eo quòd male petatis: Plerumq; enim contingit & nobis vt dũ obnixè aliquid petimus: nescire quid petamus; Neque enim prudẽtiores filiis Zebedei sumus. Ideo non nunquam minimè exaudimur, pro voluntate, vt exaudiamur pro salute, nam vt oremus: sicut oportet nescimus.

Non imprudens, aut voluptuosa, debet esse petitio, quæ tanta meditatione præueniri debet, cum enim terrenus affectibus mens nostra, sit vehementer obnoxia, & continuis suggestionibus à sensuum delectu propulsata, non postulanda, sed detestanda sunt sęculi oblectamẽta, parui enim atq; deiecti animi est indicium, aut carnalium aut terrenorum illecebris, propẽ siorem fieri, nec dum sæculi amatores efficimur Deo inimici constituamur.

F

Prudentis est aia voluptuosa non petere.

Petite & accipietis. Quid ni, si vult dare Dominus indigenti? Pronior est tamen tribuere postulanti: Postula à me, inquit, & dabo tibi; Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, & alia multa quę non tam ad commouendum dantis animum, quam ad disponendum recipientis sinum requiruntur, cum sciat largitor omnium bonorum quoniam his pluribus indigemus nos postulatores respicit, quos postulando dignos obsequio efficit, dum enim postulantis animus incalescit, ad recipienda dona, seipsum pro singulari, quo fertur in datorem affectu disponit.

Psal. 2. Psal. 9.

G

Pater ipse est misericordiarum, & Deus totius consolationis. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, totus infidelium suorum beneficentiam intentus, clientulos suos ad se cõuertendos pia miseratione adhortatur: quo procliuiores ad præstanda suffragia eorum con fratribus reddat. Sicut his lucidioribus verbis transfertatur: Estote (inquit) misericordes sicut Pater vester misericors est, quibus D. Ambrosius addit. Bona misericordia quæ perfectos facit, dum perfectum imitatur Patrem nihil enim tam commendat Christianam animam, quam misericordia Primum inquit ille, in pauperes, vt eis communes iudices partus naturæ, quæ omnibus ad vsum generat fructus terrarum, vt quod habes largiaris pauperi, & indigentiæ consortem in egestate constitutum adiuues. Tu nummum largiaris, ille suffragium vitæ accipit, tu pecuniam tribuis; ille substantiam suam recipit; tu à crumena æs tuum extrahis, ille intus vitæ in subsidium traiicit, & tamen ille plus tibi confert, in cuius sinum posita eleemosina ad salutem tuam proficit, teste enim Angelo Raphaelle ipsa est quæ à morte liberat, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam & vitam æternam.

H

Luc. 6. Ambr. ibidem.

I

Tob. 12

K

Nam si nudum palio tuo inducis te ipsum charitate vestis si peregrinum sub tectum tuum conducis, & reficis in domo patris tui, mansionem tibi construis, & de mammona iniquitatis supernorum ciuium tibi concilias, animos, recipiendus ab illis in æterna tabernacula.

Non mediocris hæc gratia, pro perituris, æterna, proq; temporalibus, cœlestia adipisci, miraris de S. Iob iudicium Domini, cuius animã, à diaboli potestate liberam voluit? Mirare,

&

& patientis virtutem Pater (inquit) eram pauperum, oculus fui cæco, & pes claudo: ostium meũ patuit uenienti, foris non habitabat peregrinus, & de uelleribus ouium mearum, calefacti sunt humeri eorum. Iob 31.

Audiant qui petentibus egenis, clausis misericordiæ visceribus, nihil tribuunt, quod accipiant, & pro eorum impietate, Deum quasi pones se ipsos mendacem faciunt: dum enim indigentes petunt, & non accipiunt, ab his, qui suffragia illis in necessitate constitutis denegant, ex torres cœlestium tabernaculorum, se constituunt, & prorsus indignos reddunt.

Impietas egenis non subuenientiũ

Verum superest, & alia iniqua, quorundam iniquitas, qui, nedum spontaneas negant egenis eleemosinas, verùm mercedes, debitas suis creditoribus denegant, qui ex horum indigentia, aut notabiliter deteriorantur, aut crudeliter egestate cruciantur: quod quidem facinus Dominus detestatur. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, sed eadem die reddes precium laboris sui, ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam, ne clamet contra te ad Dominum, & imputetur tibi in peccatum. Deu. 24

Sunt qui conuitijs & clamoribus insultant, quos nec petere patiuntur, quæ iure illis debentur. Non sic à Patre iusto eruditur Thobias quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statum ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui, apud te omnino non remaneat. Qui fieri potest, vt suorum quis bonorum, sit distributor, qui aliorum bonorum est raptor, aut occupator? Quomodo distribuet propria, qui rapere, aut occupare non timet aliena? & tamen nulla sunt bona propria, vbi vrgens necessitas, facit omnia communia. Thob. c. 4.

Vt gaudium vestrum sit plenum. Quomodo plenum? audi eundem Saluatorem. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Erit plenum gaudium, quia nullum bonum, irremuneratum remanebit. Et centuplum accipient, ac æternam vitam possidebunt. Ratio enim locantis, est, totum occupare locatum: Intrare enim in gaudium, est, occupari vndique gaudio; vndique occupari, est, totum hominem possidere hominem totum possidere, est, cor, mentem, intellectum, voluntatem, rationem sensus omnies intrinsecos, & extrinsecos absorbere; quibu s, accipe quid intersit inter desideria gaudiorum Christi, & gaudiorum mundi, gaudiorũ spiritualiũ, à gaudijs corporalib. &c. Luc. 6.

Vt gaudium uestrum sit plenum. Impleri incipit Iustorum gaudium, in obsequio Christi, in tranquillitate conscientiæ, in ademptione gratiæ, in promissione concepta, & in spe habita. Debet .n. qui arat, in spe arare, & qui triturat, in spe percipiendi fructus laborare. Spe. n. gaudẽtes (inquit Apostolus) in tribulatione patientes, rationi instantes: perficitur autem in Patria, sed, & in patria impleri gaudium dicitur, cum accidentale essentiali adiungitur, & amicorum consortium. consequuntur, ea enim ratione summum bonum dicitur quod omnem boni totius rationem complectatur, cui & deest nihil, aut addi potest aliquid eorum, quæ ad perfectionem spectant beatorum, in quibus comprehendi intelliguntur, quæ ad accidentale præmium pertinent, corporum nostrorum videlicet, restauratio, animæ ad vnumquodq; suum proprium reunitio, quibus gaudebunt sancti ex restauratione naturæ gaudio, vt theologice loquamur quia sine eo adhuc beati existunt essentiali beatitudine, quæ in fruitione maiestatis diuinæ cõsistit, quæ pficitur p intellectũ, vt inferius à Christo dicetur. 1. Co. 9. Ro. 13.

Gaudiũ accidentale animæ beatæ accrescit cum sibi corpus associet, & reunit.

Gaudent insuper, & alio gaudio, dũ nõ solũ propria corpora sibi uniri promeriti fuerũt ad glorificãda in gloria, & impassibilia, ac incorruptibilia fiẽda; verũ dũ agnatos suos consanguinitate
A cõiunctos, amicitiæ uinculis ex charitate obstrictos, in suum vident euehi ęternum consortiũ.

Sciendum etiam est extra rationem rectam esse, vt illud petatur quod congruenter nequit concedi: Neque ab amico aliud quã quod iustum est, expetendum est: ideò multa non conceduntur, quæ male petuntur, petitis (inquit) & non accipitis: eo quòd male petatis. Igitur semper exaudimur, in nomine eius, & plenum consequimur gaudium cum iusta petimus.

Semper exaudiuntur orantes quũ eis plura rogata negentur.

Hæc in prouerbijs locutus sum uobis. Prouerbia dicuntur quæ res serias sub velamine tegunt;
B sed & Prouerbium dicitur, quasi probatum verbum. Christus igitur vtroque modo in Prouerbiis est locutus, vt multa reddantur obscura, nè vilipendantur vulgaria. Cedant hic, & facessant, qui vulgari Idiomate, quæ in prouerbiis obscurari voluit Christus sacram conantur, & contendunt redigere scripturam, vtinã hac fraude ab Eua degeneres essent præuaricationis auctores.

Cæterum omnia Christi dicta adeo plena, & respersa sunt mysteriis vt quodcunque dictum possit haberi in prouerbium, vnde Ioannes
C thesaurum absconditum in agro ostendit. Euãgelium, & Christi Doctrinam, dum prouerbia vocat quæ hucusque est locutus. Hinc & Apostolus ait mysterium absconditum à seculis, vocat Euangelium quod nemo Principum huius sæculi agnouit, quibus (rogo) in verbis Euangelij non delitescunt incognita archana, & mundanis adhuc oculis inuisa mysteria. 1. Co. 2.

Hæc in prouerbijs. Apud Apostolos obscura adeoq; abrupta erant verba Christi, vt vix aliquid illorum aperte intelligerent: Ideo addit vobis adhuc videlicet carnalibus, adhuc igna-
D ris, & imbecillibus in prouerbiis sum locutus: idest taliter, vt non ab omnibus vulgariter sim intellectus, vt abscõdãtur hæc à prudentibus, & sapientibus, & reuelentur paruulis, & cũ fatetur se locutum in prouerbiis aperte denotat necessarium nobis veritatis magistrum paraclytum supradictum sine quo interprete prouerbiorum caligne obuoluimur. Quis Sansonis ænigmatã dissoluere poterit nisi Sanson edisserat ipse. Beatus homo, quem tu erudieris Domino: & de lege tua docueris eum.

Cum aũt hæc dixerit ad oĩa precedentia re-
E ferri videntur, vt ante aduentum præceptoris oĩs veritatis oĩa in figura contigisse, & nuclei instar celata intelligantur. Venit hora cum iã in prouerbiis, non loquar vobis. Adest tempus terminandi figuras, vmbras fugandi, & prouerbia differendi, Rei euentus oĩa probabit, & ænigmata dissoluet, est .n. eius, quẽ Deus misit spirituale expositum argumentũ, quod si tacita (inquit) cogitatione responderis, qũo possum intelligere verbũ, quod locutus non est Dñs. Hoc habebis signũ, qđ in noĩe Dñi, proph. ille

Hh præ-

prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est locutus.

Euentura igitur, quæ videntur à Christo prædicta, dum, cedente caligine, in lucem prodeũt, in fidei nos firmitate corroborant. Hæc, post suam passionem, Christus, aperta reddit, & obscura patefacit; Hæc spiritus adueniens reuelat, & manifestat. Cæterum hæc Christi locutio, ad eam visionem spectare videtur, in qua, reuelata facie, speculatores maiestatis effecti, videbimus eum sicuti est. Ibi enim habetur, vbi summum bonum possidetur; omnis enim cognitio, quæ de Deo habetur in hac vita, siue per naturalẽ rationem, siue per fidem, ęnigmatica est, & imperfecta. videmus enim per speculum in ęnigmate, tunc verò facie ad faciem: sic namque definitur fides: quod argumentum; siue methodus sit, non apparentium. iuxta quod, ad Moysen dicitur. non videbit me homo, & viuet; posteriora mea videbis, promissio Christi, cum sit absoluta, se locuturum vniuersaliter, nõ in Prouerbijs, sed clarè de Patre annunciaturum, in sola illa visione, in qua omnia videntur in verbo, intelligenda videtur, cum nullibi rectè nisi ibi verificari omnino dignoscatur, & gaudium huius visionis, præmiũ essentiale dicitur apud Theologos.

Oĩs cognitio quã de Deo habemus in via ænigmatica est & obscura.

Exo. 33

Hæc in prouerbijs. Accipitur interdum sensus dicendi prouerbium, quum res non vera in se, sed ad aliam significandam veritatem adducitur; velut Christus locutus aliquando videtur; dum enim Nicodemo dixit: Oportet vos nasci denuo: dum ad Pharisæos ait, Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud; dum Simoni, rationem eorum duorum, qui debebant, alter denarios quingentos, alter quinquaginta, &c.

Erant apud ignaros, velut prouerbia pari ratione, quæ apud Hæreticos, cæterosve infideles, producuntur, adhuc velut prouerbia, tanquam somnia, & imaginata, magis, quàm vera, & realia existimantur. Insuper, cum carnali, & stolido nil sapiat ista seges, voluit ex his inferre Christus, suos de carnalibus, & animalibus, spirituales esse, post mortem carnis suæ, in aduentu Spiritus sancti facturos. Quæcunque enim animalis homo, de Christi maiestate, sanctitate, & diuinitate, audit, quicquid de æterna vita, de spirituali delectatione, de bonis animæ, de ieiunijs, de cælibatu, &cæt. Percipit, non intelligit, nec mente capit, quæ Dei sunt; nequit enim adhuc animali existens homo ea, quæ Dei sunt, capere; spiritualis autem ipse est, qui iudicat omnia; qui percipit, qui intelligit, & licet ex parte intelligat, aut per speculum in enigmate, mentis tamen certissima intelligentia, & fidei luminis, perspicacissimis obtutibus, omnia videt, omnium veritatum compos effectus.

In illo die, in nomine meo petetis. Quia meam virtutem plenius intelligetis, quantove amore, me prosequatur pater, qui ad solius mei nominis inuocationem promptum se vobis, ad obsequendum exhibebit. Sed, cum his, qui cum Christo in gloria existunt, nihil desit, quid petendum vlterius restabit? certè, vt nostrum intercessores sint. Qui adhuc viatores sumus.

Sciendum igitur, inter Christum, & ecclesiam eam interesse rationem, quæ congruè sponsi, & sponsæ, ascribitur; Communia enim vtrorumque sunt, quæ de ipsis dicuntur maiori autem vinciuntur nexu in triumphante, quam in militante ecclesia; De quibus dicitur: & sequuntur agnum: quocumque ierit; Quomodo autem vocatur caput ecclesiæ Christus inquantum Deus, an inquantum homo? si inquantum Deus, nullo modo potius filio, quàm Patri &, Spiritu sancto nomen capitis ascribi posset, cum nil in Deitatis ratione possit vni per- F sonæ attribui (quod relationes non dicant internas, quod totum, & eodem modo alteri personæ pariformiter attribuatur.

Igitur Christus ne alterius generis, sit caput à suis membris, quod monstruolum esset, erit caput ecclesiæ, inquantum homo: Dicente Apostolo. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius & proposuit in eo instaurare omnia, quæ in cœlis, & quæ in terri sunt in ipso in quo etiã nos sorte vocati sumus. Hinc ipsi capiti nostro attribuitur, quod aduocatus sit noster apud Patrem: nam aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum G Dominum nostrum.

Eph. 1.

Homini Christo non vt Deus, sed vt homo interpellare congruit. Absit & hoc aliud absurdum ne credant aliqui Christo inquantum Deus interpellare contingat igitur non contra sed iuxta conuenientiam humanitatis seu hominis in patria existentis est Patrem interpellare, & aduocatum agere, apud illum, petent Sancti, viua Christi membra in patria, & cum capite nobis dona obtinebunt: & obtenta impertientur, Hinc audiuimus Deum hanc catho- H licam veritatem confirmantem; Si fuerint (inquit) hi duo viri Moyses & Samuel, qui iam per multos annos dies suos clauserant coram me, non est anima mea, ad populum istum, &c.

Quõ Christ. pro nobis interpellare dicat.

Hier. 15

In illo die in nomine meo petetis. Aduerte locutionem, non esse aut dubiosam, aut conditionatam, sed affirmatiuam, & absolutam, superius non absolutè, sed sub conditione est locutus, de petitionibus à nobis fiendis, si quid petieritis, vel adhortando, petite & accipietis, hic autem nec ad petendum adhortatur, nec sub conditione loquitur; In illo die in no- I mine meo petetis, Nec iniuria; cum in hac mortalitatis valle, nihil certi sperare possint homines in illa autem immortalitatis patria stabili, & firmo, ac indissolubili nexu vinciamur charitate, ita vt omnino rogaturi scimus pro salute viatorum, & saluandorum.

Nec parui facimus, aut Christum, aut meritum Christi aduocatos etiam sanctos confiteri: imò & extollimus, & magnificamus, quo enim melior res, esse dicitur, eo magis teste K omnium Peripatheticorum Principe sui boni est diffusiua: Decuit enim, ab vno Sole omnes Stellas illustrari: Quid si Sol sibi soli lucem retineret? Laudabilius & excellentius illi, vt suam impertiatur astris præeminentiam, & virtutem, Nec derogat, imò maximè congruit dignitati, & excellentiæ Christi, vt sua bona, & dona impertiatur sanctis, quos sua membra effecit, & sibi copulauit; Non enim seiungimus à Christo sanctos, vt isti hęc, ille illa operetur, nec virtutem aliam sanctis inesse dicimus, quã quæ ipsius Christi, ipsis ipsam parti-

participanti, & communicanti, quapropter non aliter, quam in nomine Christi, rogaturos prædixit sanctos, in nomine meo petetis inquit.

Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis. Ne causetur aliquis, dicens; quomodo in tuo nomine nos petituros omnia, & tui nominis virtute, reuerentia, & potestate, à Patre concedenda nobis fore asseris, si tu ipse, petiturus es à Patre, & imploraturus ab ipso, sicut supra dixisti: quia rogabis Patrem, vt dona elargiatur nobis, Paraclitumque demittat, vt erudiamur ab illo? Hac ratione, vt mihi videtur Christus, hæc subintulit verba, ad suam præcationem spectantia, quibus intelligamus, quomodo ipse Patrem postulet, & orare dicatur. Habemus igitur, non sic rogaturum Christum, Patrem, quasi aliquid à Patre, quod non habeat, ipse expostulet; Nunquam enim dicimus nos Christo; Christe, ora pro nobis, cui tantum dicimus Fili Redemptor mundi Deus miserere nobis; vel Iesu Christe, Fili Dei viui, miserere nobis: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi parce nobis Domine: exaudi nos Domine, & huiusmodi: quapropter inquit.

Ego non dico vobis, quia rogabo Patrem. Cum mea sint omnia, quæ sunt Patris, nec aliquid possit, quod non possim ego, impertiri, Pater quorum vna est virtus, potentia, essentia, & maiestatis: Ideo quam, aut me rogaturum pro vobis dixi, vel me aduocatum esse intelligitis, nihil diminutionis in me, suspicemini, sed totum ad meæ passionis meritum, & totum in mea virtute, qua promerui pro vobis, vt bonorum omnium participes efficiamini, & dona omnia ad vestram vtilitatem consequamini: Hoc est meum rogare, pro vobis, hoc est me pro vobis aduocatum agere, & non dico vobis, quia sicut vos rogaturi estis.

Ego rogabo, Patrem: Sed vos meis meritis efficaces, in orando, & obtinendo faciam vsque adeo, vt quæcunque in nomine meo petieritis, illud accipiatis, qui enim promerui omne gaudium omne bonum: idest ipsam beatitudinem, Vobis impertiendam, hæc omnia consequamini mei nominis merito, & efficacia, sed non prætereundum cum Patrem petiturum dixit: & eum obsequuturũ hominibus indicauit: Christi nomine poscentibus, duo intelligenda esse, alterum non ibi personaliter accipiatur Nomen Patris, sed essentialiter eo modo, quo edocti ad orandum iussi sumus dicere Pater Noster, qui es in cœlis, à quo non excluduntur, nec Filij, nec Spiritus Sancti personæ: sed necessario includuntur, & subintelliguntur. Igitur cum orare, aut interpellare dicitur Christus, totum ad humanitatem refertur cum autem vnus idemque sit Deus, & homo Christus; nulla alia ratione, aut orare, aut aduocatum agere, seu quouis modo implorare dici potest, nisi vt ad vitæ actionum mortis, & passionum eius merita recurramus; quibus impetrabilia, & facilè impetrabilia omnia bona effecerit.

Pulcherrima doctrina hæc est, & scitu dignissima.

Alterum obseruandum occurrit, quod efficaciter, pro omnibus Christus promeruit omne bonum, gratiam, gloriam, ac æternam beatitudinem, haud tamen efficienter nisi nostro interueniente assensu nostro rogatu, oratione, Sacramentis, & operibus: igitur si vis ad vitam ingredi, serua mandata; Neque enim potest quisquis in nomine Christi petere, nisi sit meritorum Christi particeps effectus. Is vero qui coniunctus est Christo, qui membrum est Christi omnia potest in Christo, Omnia possum (inquit Apostolus) in eo, qui me confortat Christus; Quomodo cum Christo non donantur nobis omnia? Phil. 4.

Et non dico vobis. Poterit ex his Ironice dictum accipi quod expressiuum maximè dilectionis, & benignitatis Christi sit in Apostolos. Non dico: quia pro comperto re-
A linquo: Non dico, quod iam pluries, & dixi, & iuramento firmaui: Non dico, quia maiori ego afficior gaudio, meis meritis suffragaturum vobis, quam vos adipiscentes parata, & exhibita vobis bona, Vel non dico, sed vestro cogitatui relinquo: si meo possum vos fraudare subsidio.

Ipse enim Pater amat vos: Quia vos me amastis. Non est vobis timendum, ob id quod dixi me non rogaturum Patrem de vobis, quandoquidem adeo vos reconciliaui Patri, & Patrem reddi vobis pacatum, vt iam amemini ab ipso, Cum igitur facilè audiantur a-
B mici, & amicorum sint omnia communia, ea propter animæ quiores ad petendum effici debetis, & spe euehi ad obediendum omnia in nomine Christi.

Pater amat uos. Initium ibi Christi Passionis fructus, maximum totius redemptionis nostræ fundamentum, Nusquam enim, ante diem hunc, passionis Christi, tam salutiferum, & gaudiosum verbum audiuimus: Deum quidem, adeo Mundum dilexisse audiuimus, vt filium suum vnigenitum daret: Audiuimus
C insuper, Deum priorem in dilectione extitisse, non quasi nos prius dilexerimus ipsum; Verùm adhuc non audiuimus, Patrem nobis reconciliatum, nisi passione filij sui imminente; diligebat quidem, sed non diligebat in filio, qui nondum incorporati eramus in filio, nondum sibi Ecclesiam desponsauerat Christus, in sponsam; cum autem duo facti sumus in vno corpore, Pater amans filium, diligens (inquam) sponsum amat simul, ac diligens sponsam.

Cæterum, qui fit, vt amans sponsum, non
D amet, & sponsam? Optimè dilectionis rationem exprimit Christus, dum ait: quia vos me amastis. Nihil carius Patri, quam filius, qui amat, etiam amantes filium; nil gratius, & carius habens, quam eius amari filium: si enim ad Abraham loquens, quem in seruum elegit, protestatus est: Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Et iterum amicus ero amicis tuis, & inimicus inimicis tuis, nihil est, vt melius Dei amicitia aut inimicitia persuaderi possit, quam ex filii eius di-
E lectione, sed & dum protestatur Deus de suis fidelibus: Qui vos audit, me audit: qui vos recipit, me recipit; qui vos tãgit, tangit pupillam oculi mei. Optimè deduci potest, quanto prosequatur amore æternus Pater eos, qui vnicum suum, & quidem consubstantialem diligit filiũ eum (inquam) quem dilectum suum nominat, in quo semper bene complacuit.

Gen. 12. Ibidem.

Pater amat vos, quia uos me amastis. Diligebat quidem prius vel Pater, nunc autem maiori vos amore prosequitur, quod mecũ libẽter conuersati estis, me libenter audiuistis, me vbi-

que vltrò: secuti estis; de meo insuper abscessu doletis, congauisi meum estis, & condoletis: propterea conregnabitis, & mecum, dono patris, vos amore singulari prosequentis; amastis me, inter uos conuersantem, amatis, & ad mortem accedentem; amastis me, gloriosè miracula facientem, mortuos suscitantem, in medio pharisęorum vitæ arguentem amatis, & me, morti subiacentem, ludibriis expositum, & ceu blasphemum, & seductorem, reum mortis adiudicandum.

Apostolorum amor in Christū.

Ipse enim Pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis. Quomodo amare potuistis, quod non agnouissetis? & quomodo agnouissetis, si non credidissetis? Sed quomodo amat nos, quia nos amamus, qui ab ipso hoc etiam habemus, vt illum diligamus? In epistola enim sua Ioannes, ideo illum nos diligere ostendit, quoniam ipse prior dilexit nos. Dicit August. Hinc factum est, vt diligeremus, quoniam dilecti sumus, prorsus donum Dei ipsum diligere Deum, quoniam ipse, vt diligeretur dedit, qui non dilectus, dilexit; displicentes amati sumus, vt esset in nobis vnde placeremus non enim amaremus filium, nisi amaremus, & patrem. Amat nos pater, Quia nos amamus filium, cum a patre filio accepermus, vt & patrem amemus, & filium diffundit enim charitatem in nobis amborum Spiritus, per quem Spiritum amamus, & filio amorem igitur nostrum pium, quo colimus Deum fecit Deus; & vidit, Quia bonum est.

1. cap. 4 August. tract. 102.

Ideo quippe amauit, quod fecit qui cuncta bona fecit, sed in nobis non faceret, Quod amaret nisi antequam id faceret nos amaret, Hæc sibi retribui à nobis vult Deus Non quod nostrum sed quod suum est, Quid nostrum? Quid habes, quod non accepisti? quod si nostrum, quid præter peccatum? Omnia per ipsum facta sunt e sine ipso factum est nihil idest peccatum, Qui peccatum non fecit, Quia peccatum est nihil est. Vidit autem Deus cunctaque fecerat, & erant valde bona dat vitam, dat amore ad uitam vt diligamus, non alio quam eodem amore auctorem vitæ, Nouit (inquit August.) quemdamodum reformet quod ipse formauit Agricola est non vult quos ex se terra germinat sed quos ipse in terra seminat, hæc enim ex se terra germinat spinas, & tribulos igni tantumodo aptos, Non igitur de tuo, sed de suo vult, qui bonos fructus vult.

Peccatum nihil est.

Ecce semen bonum quod in agro tuo seminauit amorem sui, imò & amorem suum, si tribulos illi producis si lambruscas, si spinas, si zizania, hæc de tuo, quomodo de tuo? De fide li seruo? non sed de inimico homine, Qui hæc super seminauerit, & de seruo nequam, Qui malè sibi credita custodierit; mentieris igitur si triticum si vuas, si bonos fructus ad vitam, de tuo agro si proficuum tibi gratumue illi amorem perferre credideris.

Ipse enim Pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis &c. Qui antequam essetis, & antequam me, vos amaretis, ipse uos amabat, magis vos nunc me diligentes, & in me credentes, amat. Mandatum nouum, me vobis dilectionis dedisse audistis, vt in uobis, à vetustate purgatis nouum fieret, quod iam in antiquitate transierat. Absit & hoc à vobis, ut diuina illa Charitas, quæ ab æterno, sine nobis, erat

Supra c. 12.

in patre, nunc existentibus nobis augetur in patre, in quo nihil prorsus, aut augeri, aut minui post sed tota variatio, siue mutatio in nobis melius minusue dispositis, repleatur, & quod nouum mandatum, nuncupaui supra, quia vobis, in nouitate vitæ ambulantibus perficiendum mandaui. Ita amantibus vobis Patrem vos amare nunc dixi.

Vestra autem in me dilectio, non vulgaris, vt hominis ad hominem, non communis in tempore, aut ad tempus, non labiorum, sed F cordium, & operum, sicut ego dilexi vos, neque enim à Patre amaremur, si Christum filium eius, alia quam qua ipse dilectione, amauit, amaremus, vt eadem sit utrinque dilectio, Apostolo, & Euangelista nostro in epistola dicente. Quoniam ille pro nobis animam 1. ca. 3. posuit, & nos debemus pro fratribus, animas nostras ponere nimirum inquit Augustinus August. tractat. hoc est, quod legitur in prouerbijs Salomonis. 81. Si dederis cænare ad mensam potentis, considerans, intellige quæ apponuntur tibi, & sic mitte manum tuam sciens, quia te alia oportet Cap. 23 G præparare. Quæ mensa quæ cena? qui potens? Quæ fercula, quæ apponuntur? Ian Ibidem. non est hæc illa vltima cæna, in cuius mensæ medio, Christus corporis sanguinisque sui Sacramentum, constituit?

Hæc est (inquit ille) mensa potentis, vbi sumitur corpus Christi; quæ ideo potentis dicitur, quia sola Diuini verbi virtute, conficitur qui & omnia potest, & omnia portat verbo virtutis suę. Quid sedendo considerare, nisi humiliter te disponere, vt dignè valeas de ipsa sumere? Quid hic est considerando intelli- H gere, nisi non quæ sensu, sed quæ fide intelliguntur accepturus accedis? iuxta id quod canit ecclesia, Quod non capis, quod non vides sola tibi ostendit fides; vbi præstat fides supplementum sensuum deffectui, consultoque ibi Christus, nomine potentis, est vocatus, vbi memoriam fecit mirabilium suorum, escam donans timentibus se.

Is hanc mensam posuit, præparauit, & in dulcedine sua, pauperi dedit, qui de cætero dat Ibidem escam omni Carni, qui dat iumentis escam ipsorum &c. Insuper (inquit Augustinus) quid I per considerare, & intelligere, quæ in hac diuitis mensa apponuntur, tibi denotatur, nisi, ad tantam gratiam animum eleuando, cogitare; Et quid est (inquit) sic mittere manum, vt scias, quia talia te oportet præparare, nisi quod iam dixi, quia sicut Christus, animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Hoc beati martires ardenti dilectione fecerunt. Quorum si non inaniter memorias celebramus, atque in conuiuio in quo, & ipsi saturati sunt, ad mensam Domini accedimus, K oportet vt & nos quemadmodum ipsi talia preparemus. Ideò quippe ad ipsam non sic eos commemoramus, quemadmodum alios, qui in pace requiescant vt etiam pro eis oremus, sed magis vt orent ipsi, pro nobis, & eorum vestigiis adhereamus, Quia impleuerunt ipsi charitatem, qua Dominus dixit non esse maiorem talia enim suis fratribus exhibuerunt, qualia de mensa Domini ipsi acceperunt; Neque hoc ita dictum est quasi Domino Iesu Christo pares esse possimus, sed quatenus martires

tires

tires pro fratribus, se ipsos dederunt, taliaque exhibuerunt, qualia de mensa Domini ipsi acceperunt à Christo, tamen hæc dixi, non quasi martyrem Christi, parem faciam Christo, sed ut imitatorem ostendam Christi.

Quod si quisquam, se, non dico potentiæ Christi, sed innocentiæ, comparabit; Non dico, & alienum se putando sanare, peccatum, sed suum saltem nullum habere peccatum, etiam, sic auidior est quam suæ salutis ratio exposcat, quod ipsa iam adducta sententia commemorat, quæ continuo subiungit. Quod si auidior es, noli concupiscere cibos eius, satius est enim, vt nihil inde sumas quàm vt tibi, plus quam opus sit, sumas, Dicendo enim se Iustum esse & sine peccato esse, iustum se non potest exhibere, sed fingere, ideo subditur. Hæc enim habent vitam fallacem, cum sit solus, qui carnem hominis potuit habere, & peccatum potuit non habere; ideo merito subinfertur: noli extendere te, cum sis pauper, contra diuitem, diues est enim, qui nec hæreditario, nec proprio vnquam debito obnoxius, sed qui iustus est aliosq; iustificat Christus. Hæc ex Aug.

Carnē ita suscepit Christus ut ab oi labe peccati oīnò immunis existeret.

Quia uos me amastis & credidistis. Nihil in causam adducitur diuinæ voluntatis. Præuenti sumus ab illo, in benedictionibus dulcedinis. Quapropter non efficienter, sed consequenter sumendum est quod dicitur. Quia vos vt ratio non à priori, sed à posteriori sumatur; amare enim Christum, & in Christum credere effectus sunt eius Diuinæ in nos dilectionis, fides enim donum Dei est, & ipse prior dilexit nos: & quomodo non prior qui amat, nos ab æterno? Quod igitur & amemus Christum, & in illum credamus: totum diuinæ dilectionis est effectus, ne quis frustra de aliquo glorietur: quod accepit, quasi non acceperit.

Et credidistis. Quia à Deo exiui, totius fidei negotium, & veritatis, & amoris diuini fundamentum, Christi diuinitatem confiteri, quo inspecto cauillationes Hæreticorum è medio tolluntur, qui adeo nuda se fide vestiunt, & nudi gloriantur, in illa. Vide, quomodo fidei copulet amorem, siue charitatem, quia me amastis & credidistis, Hæc est illa fides, qua Deo grati efficimur, qua iustificamur, & à summo illo Patre diligimur. Credere igitur, & non amare est non tantum imperfectum Christianis opus, sed mortuum, & ab illa Patris gratitudine remotum.

Qui autem sic credunt, vt simul credentes diligant, si certò ab æterno Patre diliguntur, & in omnibus ad salutem concurrentibus exaudiuntur.

Exiui à Patre, & veni in mundum; iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Omne verbum ab intelligente procedit, sed sicut procedere, ita & exire dicitur: processio enim verbi, non est extra intellectum, sed remanet in intellectu, quæ apud Theologos, processio ad intra nominatur: Qui igitur exit à Patre æternaliter, is in mundum venit, temporaliter; nescit mundus æternitatem, sed temporis opportunitatem; exit per generationem æternam, venit per incarnationem temporalem; longè distant ista duo, quæ commemorantur exire scilicet à Patre, & in mundum venire, exiuit eiusdem substantiæ cum Patre, venit, aliam assumens sibi

Verbi pcessio manet ad intra

substantiæ naturam; exiuit eiusdem maiestatis, venit formam serui accipiens. Valdè ponderanda sunt hæc duo Christi verba, quibus duo dãtur cõsideranda, exitus Christi, à quo exeat, & accessus eius, quò veniat.

Exiui à Patre (inquit) *& veni in mundum*. Exiuit à patre, tanquam sponsus de thalamo suo, & venit in mundum formam serui accipiens: à Patre gloriosus, in mundo despectus; velut virorum nouissimus: à Patre dilectus, in mundo, odio habitus: à patre, vitam habens;
A in mundo mortem suscipiens &c. & quidem, benè dicitur à Patre exisse, quia Pater, non potest, non generare filium, qui non potest se intelligendo, non producere verbum. Venit autem in mundo, spontaneus, accessit ad nos, & oblatus est, quia ipse voluit.

Exiui à Patre. Velut torrens, oriens ex alto, sterilitatem mundi fœcundaturus, terræ ariditatem inebriaturus. Exiui a patre, tanquam radius à Sole, mundum illuminaturus, vt populus, qui ambulabat in tenebris, luce magna perfunderetur, & habitantibus in regione vmbræ
B mortis, lux orriretur. Exiuit à Patre quia à summo cœlo egressio eius, & venit in mundum, cuius delitiæ esse cum filus hominum. Exiuit inuisibilis, & venit visibilis; post hæc enim, in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est; exiuit immortalis, & venit mortalis, vt sua morte vitam nobis compararet; exiit nobilis, ille homo, veniens in regionem longinquam, acquirere sibi regnum, & reuerti: vnde bene subditur.

Qualis sit exitus Christi à patre ad nos.

Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem:
C Attende differentiam; exiens à patre, inuisibiliter, venit in mundum visibiliter, relinquens mundum visibiliter, ad patrem accedit, & non, nisi inuisibiliter, in mundo remanens; sic enim exiit à patre, vt non recederet à patre, sed semper esset cum patre, filius qui est in sinu patris, ipse enarrabit: pari ratione relinquere mundũ dicitur, ex subtracta à mundo visibili præsentia non quod & spiritualiter per gratiam, & sacramentaliter per corporis sui assistentiam Nobiscum non sit ipso affirmante, vsque ad consummationem sęculi uenit & inuisibiliter per
D gratiam de quo dicitur, si venerit ad me non videbo eum: & si abierit non intelligam: Vnde supra dictum est ab eodem; & veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Ioan. 5.

Iob 19.

Iterum relinquo mundum, &c. Veh mundo: idest mundanis colentibus mundum: aut igitur eligeris de mundo; aut relinqueris à Christo. in obitu & passione Christi, diuiditur Christus à mundo, vt relinquat Christus eum, qui se abiecit, expulit, proiecit, interemit, pluries, reliquit mundum, se insequentem, aufugiens, abscondens, & aliò se transferens, tandem vt
E omnino relinquat obstinatos, & perfidos, iterum idest vltimate relinquo mundum, me à mundo abscondo, me subtraho; Quasi dicat; nisi mundum relinquerem, non possem ad patrem accedere; propterea, vt ad Patrem accedam, ut perueniam ad cœlum, relinquo mundum.

Ibidem

Melius nobis, & longè satius, mundum cum Christo relinquere, & ad patrem ire, quã amplecti mundũ, & detineri à mundo. Sequamur cũ, quocunq; ierit, nõ ultra post cõcupiscentias ambulemus, mũdanis nullis illecti oblectationib.

ab incepto itinere diuertamus: Vide quam tibi bonum sperare in Domino, sperare in Principibus, confidere in Domino quam confidere in homine.

Vado ad Patrem. Non in Patre; Quia vbi est per Diuinitatem, vadit per humanitatem, quã secum inseparabiliter assumptam semper habet, ad Patris contubernium euehit omnis gloriæ, & maiestatis paternæ participem.

Dicunt ei Discipuli: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis: erumpentis in gaudium dictum istud agnoscitur, non solum quod tam multa de sua Diuinitate disertis sermonibus Christus edisserit, quibus, & subleuari tristitia, & roborari animo, poterant. Verum quia adimpleri sibi iam, iam videbantur promissa, dixerat enim aduenisse horam cum iam non in prouerbiis esset locuturus, ad illos ideò inquiunt: Ecce nunc promissa tua adimpleri cognoscimus, quia palam loqueris.

Sicut autem nihil adeò dejicere solet dolentes animos quam anxii sermones, quibus torquentur, ita nihil ad instaurandos animos, commodius reperitur, quam aperta certaque pronunciatio boni; cæpit igitur Christus palam illa prouerbia aperire, de quibus torquebantur videlicet, quo iturus esset, quid esset quod dixerat modicum, & iterum modicum, & tristaturi essent, & inde gauisuri, &c.

Ecce nunc palam loqueris, &c. Attende humani animi inconstantiam, hinc quomodo frangantur facile in aduersis, inde quomodo extollantur temere in secundis, aut omnia, aut nihil sibi persuasum habet ignorare, si vnum in dictis scripturarum nõ intelligere conuincuntur, aut sibi videntur despondent animum, & euertunt, quicquid rectè intelligere poterant: si autem aperte de aliquo, aut intelligunt, aut intelligere, se gloriantur, temeritate ducuntur, ad iactandum, quod omnia intelligant. Vtinam Origenes, Theophylactus, Eusebius, & alii, qui optimè de multis differuerunt, suos vlterius ausus non extendissent. Vnum prouerbiũ exerauit Christus inquiunt; Prouerbium nullum dicis; superius dixerant Nescimus, quid loquitur hic, omnia, se, aperto sensu, iactant, capere; sic, sibi gratulatur, se ipso audacior, animus, vt vno haustu omnem, sibi suadeat, ebibisse veritatem.

Vnde tã tã oriatur damnũ quo celeberrimi q̃uam olim Ecclesiæ viri tã facili præcipitio corruere.

Ecce nunc palam. Iam fatebantur, palam intellexisse Christi sermonum rationem, Apostoli, antequam scriptum esset: Aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas: antequam manifestus aduenisset spiritus ille veritatis; ante tantorum testimonia virorum; Sanctorum expositorum; Nos autem adhuc volumus, quod palam est toti mundo iam effectum, in dubium, & in controuersiam trahere, & quæ palam prædicantur, edocentur, & ostenduntur, aut celare, aut abscondere, aut à luce catholicæ fidei auertere, inque inauditos sensus, trahere. Putant, palam loqui, nihil aliud esse, quàm, plana verba dicere, quam claro sermone, verba proferre, qua claritate, contendunt Ethnici, & Publicani, heretici que, & infideles, omnia palam, quæ continentur intelligere, in tota Scriptura Sacra. Absit autem, vt palam, Christi verba intelligi credantur, nisi interprete ipso Christo, & Spiritu sancto.

Ecce nunc palam. Hoc maximè eos respirare fecit, quod se amari à Patre audierunt, ideo, se cognoscere dicunt, quod palam loquitur, & sciat omnia. Videbatur Apostolis Christus palam locutus fuisse, & exactè, dicta, se, eius intellexisse, qui prius omninò, quid significarent ea verba, prorsus ignorabant, sed hallucinantur, longique aberrant: quid enim sit, Christũ adire Patrem, exisse à Patre, non ire in Patrem, sed ad Patrem, relinquere mundum, & adhuc esse in mundo, &c. vsque adeò, non intelligebant palam igitur, non sic palam, vt non remaneant mysteria, quæ postulent aliud palam.

F *Nondum spiritus ille*, omnis veritatis scrutator, & doctor aduenerat, quo omnem possent dignoscere veritatem, vt vt autem attingerent veritatem, totum sibi apertum arbitrabantur negocium. Quid vlterius palam quærimus, qui in palam non palam contineri non ignoramus? qui enim aliquod palam suscipimus, quomodo temere, omne palam habere, gloriamur? Palam litteræ, commune est grammaticis, palam historiæ, in littera continetur, Adhuc palam non existunt, quicunque continentur in littera, mystici, anagogici, moralesue sensus.

G *Et prouerbium nullum dicis.* Nihil non seriosum, nihil non veracissimum, dixit veritas, nescit quodcunque vaniloquium, aut inane effari aliquid Saluator, nihil obiter pretermittendum, nihil purum, aut simplex prouerbium, in littera in cortice, ad aures, & apud animales, spiritum non habentes, prouerbia reperiuntur, in sensu, in medulla, in spiritu, veritas vbique perpenditur, & continetur.

Nunc scimus, quia scis omnia, & non est opus tibi, vt quis te interroget. Qui cordis secreta penetras, qui mentis arcana scrutaris, omnia etiam alia, facile agnoscis. Prophetæ est, aut futura prædicere, aut recensere præterita, quę vero corde occultantur, quæ in homine continentur prospicere, & intueri hoc non humanum, sed Diuinum opus esse confitemur; Nostras cordis imagines perspexisti cordis nostri penetralia penetrasti, & nostras cogitationes præuenisti quapropter ad tibi interna manifestanda non est opus, vt quis te interroget, vt quis illa significet, & depromat.

H

I *Sed attende, quomodo* caute loquantur non est opus tibi: quasi dicat: quia Deum te esse ex hoc vno cognoscimus, quod scrutator sis cordium, secundum quod scriptum est. Homines vident quæ exterius sunt Dominus autem intuetur cor. Ideo tibi non est opus. Cæterum valde opus esse nobis, vt nostras necessitudines exponamus, ex supradictis liquide habemus, ad hoc enim, vt non frigido, aut segni animo, orationi insistamus, labiorum, & oris adminicula, adhibemus, & quasi limites apponuntur ne euagari tam facilè mens humanæ possit quasi cursum impedientia, exteriora verba apponuntur orationi, cum tamen perfectio, & principalis ratio, eius in animo cõsistat, est enim oratio, eleuatio mentis in Deum. 1. Reg. 16.

K Oratio nis attẽtionem turbantes icursus tollit externa prolatio.

Sed & vlterius opus est, nobis, & hæc ad orandum sumere veluti instrumenta orationis, quibus congruit, vt in obsequium Christi, in opus suum exeant ab his enim, velut ab agentibus fructus repetendus non ambigitur, vt benedicant omnia opera Domini Domino quare ait Dominus. Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est, & pacem ei, qui Isa. 59.

prope

prope est, & sanaui eum, vnde & alibi ecce labia mea non perhibebo Domine scisti, iustitiā tuam non abscondi in corde meo.

Ps. 39.

Nunc scimus quia scis omnia, ac si dicerent: compertum modo habemus te sapientiam Dei æternum esse, & in hoc credimus, quia à Deo existi vapor enim est virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis. Ipsa scit præterita, & de futuris extimat, scit versutias, sermonum, & dissolutiones argumentorum, scit omnia antequam fiant, & euentus temporum & sæculorum: Hæ de Christo nacti Apostoli cum esse Dei sapientiam argumentantur, quæ sola attingens à fine vsque ad finem, omnia nouit de omnibus differit quia omnia nuda, & aperta sunt oculis eius.

Sap. 7. & 8.

A

In hoc credimus idest ad hoc credendum conuincimur, qui à Patre existi, tali namque voluisti argumento seu probatione, quod dixisti te à Deo exisse, confirmare, vt ulterius locus non adsit dubitationi; Multa habuimus alia, argumenta, quibus te Deum esse demonstrasti, Hoc vno irrefragabili tandem conuincimur, quod inspector sis cordium, quod scrutator arcanorum, & ponderator sis spirituum, & quod nulla te lateat cogitatio, scias autem, & ad intime vsque perscrutaris eorum quæ sunt in homine per id enim quod dicitur.

B

Quia à Deo existi: & Christum Dei filium, ac Patri consubstantialem esse nouisse fatentur, Attende quomodo in aduersis constituti facile despondeat animos seq; dedant totos occurrenti, tot Christi miracula non potuerunt Apostolorum animos euehere ad Diuinitatem Christi explorandam, Quin hesitarent facile, & titubarent, Nunc autem firmiores illi ad herent, & illi se totos dedunt; sed nec firmiter adeò adhærent, & credunt, quin à fide iam concepta, aliqualiter non recedant; nec iniuria, cum suis tantum viribus fidant, cum auxilio Spiritus sancti, non innitantur, & veluti, qui de se ipsis magna sentiant, sic ut sequitur, obiurgantur.

C

Respondit eis Iesus modo creditis? Magnum aliquid, de vobis sentire videmini, si de mea Diuinitate, nunc vera credatis; sed quid est, quod de vestra usque nunc protracta fide gloriemini, qui iam pridem credidisse debuissetis? An non perpenditis tarditatem uestram, vestramque ignauiam, ex raditate vestra emananatem, qua cæcutietes, offendebatis in lumine? Attendite, an hæc vestra credulitas, ex lumine supra naturali eueniat, seu ex quadam extimatione oriatur: nolite omni Spiritui credere, sed probate, an ex Deo sint.

D

Attendite ne quid delitescat arrogantiæ in intellectu, ne quid temeritatis suboriatur in pectore, Quid gloriamini de vestra credulitate, nec tam altum sapere timetis? Vos, exemplo futuri iam iam euentus, vobis ipsis certiores efficiemini, qui vobis ipsis nimium fiditis, nullis auxilijs gratiæ innixi, nullis præsidijs Spiritus Sancti roborati quæ fides vestra fit, mox innotescet, quandoquidem venit hora vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis.

E

Virtus fine cōtrario marcescit

In aduersis probatur virtus, quæ sine contrario marcescit, quæ fides hęc sit vestra, de qua apud vos met ipsos præsumitis in foribus est, vt ostendatis: Ideo qui modo creditis, satagite vt credatis. Circuit Iredas non vos quærens, quos deuoret sed me osculans, vt tradat, quo viso, fugam capietis, vobis met ipsis timentes vbi non erat timor, nec in fide stabiles permanebitis. Quid si obuius fiat vobis, leo ille, rugiens, quærens, quem ex vobis deuoret? Quo modo resistere illi poteritis, fortes in fide?

fit, & P ditur.

Si hæc est victoria, quæ vincit Mundum, fides vestra, quomodo primo congressu, tam facile caditis animo? ecce quam fidem habetis, charitatis expertem, nam charitas ea est, quæ non quęrit, quæ sua sunt sed quæ Iesu Christi. Veritatem autem vnusquisque in propria dispergetur, & me solum relinquetis. Ego vos in vnum collegi, vos ex vobis dispergemini, quia expetiuit Sathanas vt cribraret vos, sicut triticum.

Et me solū relinquetis. Bone Deus. Veh Christo, si nostra indiguisset ope sunt qui dicunt: Non discedimus à te, & nomen tuum inuocabimus, & etiam si occiderit me, non recedam ab eo, tamen suarum virium ignari tempore tentationis, recedunt fontem aquæ viuæ relinquimus, & veteres, dissipata sue fodimus nobis cisternas quæ continere nequeunt aquas; qui non sequimur Christum, sed retrocedimus à Christo, quomodo solum non relinquimus Christum: solum relinquimus iustum qui peccatores sumus, & iam omnes declinauimus, nec est qui faciat bonum, non est usque ad vnum.

Christum solum relinquimus euntem ad crucem, ad flagella, ad spinas ad tormenta, & ad mortem, qui accedimus, ad delicias, ad oblectamenta ad populares fastus, ad mortem si fieri posset nec nominandam in nobis, sed attende, vnumquemque, qui reliquit Christum solum, non Christum, sed se ipsum relinquere solum, Imò prius relinquit peccator se ipsum solum quam Christum prius enim in propria dispergi dicuntur, de inde Christum solum reliquisse, ipsi a Christo recedentes, se ipsos solos constituunt; vnusquisque enim ad propria dispersus efficitur cum Christus relinquitur.

Veh autem soli non enim est bonū hominem esse solum exules à Christo, exules sunt à bono, Nec sibi inuicem hærent Apostoli, Nec in unum se transferunt locum, nec inuicem conuenerunt, qui diuisi sunt ab vnitate capitis. Hinc inter Hęreticos, tot sententias audimus quot capita extare dignoscimus, Veh igitur soli, melius enim est non esse quam sine Iesu esse; melius est non viuere quam viuere sine vita si fuerint duo fouebunt se mutuo si autem solus ceciderit non habebit subleuantem vnde de se ipso inquit Christus.

Solitudo periculosissima est & multorum causa malorū

Et non sum solus, quia Pater mecum est. Dicebat aliquis; Nunquam minus solus quam cum solus: Vbi enim videt deesse humanum consortium, ibi commodius possidetur. Diuinum & spirituale tunc experimur auxilium, nobis non abesse Diuinum, quum carere videmur humano. Qui iuxta me erant, de longe steterunt. Ne derelinquas me Domine, & alibi quoniam Pater meus, & Mater mea dereliquerunt me. Dominus autem assumpsit me. Mundo videbor derelictus, dicentibus Impiis Deus dereliquit eum persequimini, & comprehendite eum quoniam non est qui liberet cū ideo Deus ne elongeris à me Deus meus in au xilium

culum (inquam) non exterius non corporum sed animorum.

Ephes.4 *Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis*. His verbis Christus huius sui tam prolixi quasi ex profluuio sermonis causam assignat tanquam diceret, non est quod miremini, qui me prius sermone parcissimum; conuersatione nouistis si tanta recessurus vno sermone congessi. Hæc non obiter, non leui occasione motus, non tenui ratione compulsus. Verum diserto, & compendioso sermone in vestrum beneficentiam narraui. Hæc in auribus vestris in suaui in vestrum omnium consolationem.

Hæc (inquam) locutus sum uobis vt in me pacem habeatis, ego qui vestræ quieti consulo, qui vestræ saluti aspiro, qui supra petram edifico, qui firmos esse desidero, & stabiles in aduersis efficio hæc omnia vestris in auribus meo proprio ore patefici ut in me pacem habeatis nullibi in mundo pacem estis habituri vbi omnia malorum genera undique expositi procellis estis experituri, qui in mundo pressuram habebitis in me solo pacem, & tranquilitatem inuenietis.

Ad hunc scopum meum hunc sermonem direxi, Vt in me pacem habeatis, Ad hunc finem hæc mea dicta referenda ego ipse vobis ostendo, vt iactati turbinibus, persecutionibus reiecti, passionibus oppressi, ludibrijs expositi à mundo odio habiti in me pacem habeatis. Hanc namque pacem nec auferre, nec dare potest mundus quam, nec agnoscit, nec attingere potest.

Dominici huius sermonis scopus est pax.

Hæc pax est quę in tranquillitate collocatur, non temporis vicissitudine mutatur, aut annorum curriculis frustratur nulla tempestate demolitur aut quauis persecutione deperditur.

Hanc igitur tamquam finem nostrum Christus proponit ut in illo pacem habeamus qua æternis gaudiis cum ipso perfruamur, vnde Augustinus de ipsa sic loquitur, propter hanc per quam in illo pacem habeamus Sacramentis imbuimur propter hanc mirabilibus eius operibus & sermonibus erudimur propter hanc spiritus eius pignus accipimus; propter hanc in eum credimus & speramus, & eius amore quantum donat accedimur hac pace à pressuris liberamur, & in tribulationibus consolamur, imò in infirmitatibus nostris gloriamur.

In pace bona oia sunt recondita.

In ipso igitur solo pacem habemus, qui est pax nostra in quo fundati non dat in commoueri pedes nostros, quæ autem sit pax Christi, ostendit his uerbis Augustinus, pax Christi est consortium charitatis tranquillitas mentis, serenitas animi uinculum dilectionis, nec poterit inconsortium Domini peruenire, qui testamentum pacis noluit obseruare; quomodo autem concordiam habebit cum Christo qui discordiam seruat cum Christiano?

Ad hanc quam nec à nobis ipsius habere, nec humanis viribus acquirere possumus, sic nos adhortatur Psal.33. diuertite à malo, & fac bonum inquire pacem, & prosequere eam tanquã aperte dicat. Hanc veram pacem quam in solo Christo possidere valemus non alio modo adipisci possumus quam declinando àmalo, idest à peccato, & operando bonum quibus sic se gerentibus datum est delectari in multitudine pacis studiat peccator, audiat qui se tanto beneficio expoliatum agnoscit. Non habes pacem? Inquire pacem; Times non possidere pacem? perquire eam; nescis vbi inuenias pacem ignoras in quo consistant veræ pacis iura? locum vbi pax vera inhabitat nondum exploratum habes?

Psal.33.

Quomodo uera pax acquirat.

Attende. Christum in pace quia factus est in pace locus eius, & in Christo pacem consistere, vt in me inquit pacem habeatis.

A *In mundo pressuram habebitis*. Totum quod præstare potest mundus quod ab ipso expectare possumus ad pressuram, & tristitiam ordinatur non solum à mundo pressuram habebimus, sed in mundo dum existimus plurimis pressuris vrgemur nam homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miserijs sedulo enim opprimur ab impijs impellente Sathana; sed illud attente obseruandum quod dicitur in mundo velut contenti in continente.

B *Sunt* pij in mundo dum continentur in mũdo non tamen in ipsis est mundus ideo exterior est omnis pressura Iustorum à mundo illata, & in mundo habita, & hæc est illa tam debilis iactura quam non timere iubemur. nolite, inquit Dominus timere eos, qui occidunt corpus, & inde non habent, vlterius quod faciant.

In mundo pressuram habebitis. Ne contingat eam pacem quam in me vos suadeo pacem cum mundo pacem carnalem credatis affuturam, & caueminí subinde experituri ingruentia mundi infortunia Iterum quod prædixi in mẽtem reuoco pressuras idest oppressiones vobis in mundo superesse non enim veni pacem mittere, sed gladium.

C *Optime* ita duo conueniunt pacem in Christo, & pressuram in mundo habere, Isti sunt duo Domini quibus inseruire non est simul possibile; qui voluerit esse amicus huius seculi, inimicus Dei constituitur quia dum vnũ diligit alium odiat oportet o seculum nequam quod suos sic beare solet amicos vt Dei faciat inimicos.

D *In mundo pressuram habebitis*. Vineę fructum Domino suo rediturae torcular in medio constituitur, quo pes se vuæ Vinum inde haustum in cella vinaria reponatur Domini nunquam enim si non comprimantur, vuæ suum optimum præbebunt liquorem in area tunduntur spicæ vt depositis aristis, & contusis Paleis granum colligatur ad deportandum in horreum Domini Pari, ac æquali ratione oportet in mundo nos pressuram pati si ad Christum mundi accessuri sumus cum nihil immundum aut coinquinatum illuc introire possit.

Tribulationis in hac uita nobis necessaria sunt.

E *In mundo*. Igitur fugiendus mundus sed qui in mũdo sumus quomodo à mundo fugiemus? quomodo in mundo non erimus, qui adhuc in mundo sumus? mundana qui relinquimus, extra mundum sumus, mundum relinquere, primo est mundanas opes rescindere, diuitias non affectare; difficile enim est diuitem intrare in regnum coelorum.

Hoc est Domini consilium. Si uis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes, & sequere me: facilius enim Christum pauperem pauperes audimus & eo, subleuati à mundo quo mundanis sarsinis leuiores efficimur affectus nos ligat, & in mundo detinet qua propter diuitię si affluãt nolite cor apponere, si enim diuitiarum pressuris Mat. 19

ris non offenderemur Dominus spinas esse mũdi diuitias non manifestaret.

In mundo existimus qui curis mundanis, adhuc inuoluimur qui sollicitudinibus opprimimur temporalium, donec iactemus cogitatum nostrum in Domino, & ipse enutriat nihil solliciti existentes, quid comedamus, aut induamus anxiam de crastino repellentes. Insuper & mortuos dimittentes suos sepelire mortuos sunt, & quæ nos retineant in mundo affinitatis, & consanguinitatis, quidam non bene regulati affectus naturales vxoris parentum, & amicorum carnalis dilectio, qua facile fraudamur.

Retrahit nos à cælestib. irregulatus & carnalis mundi affectus.

Absit tamen, vt qui & inimicos nos diligere iubet nolit nos amare, quos honorare præcipit. In eo quod nobis obsistunt, ad diligendum, & adeundum Christum non sunt, nec amandi, nec audiendi, equidem diuertebant spiritualium mentes affectus, & tunc relinquẽdi ex mortuis conuertimur ad mortuos.

Aliam adhuc pressuram in mundo patimur, dũ corpus, hoc quod corrumpitur aggrauat animam. In fame, & siti, in frigore, & nuditate, in labore, & lassitudine, in somno, & vigiliarum difficultate, in infirmitate, & senectute, quæ quo vlterius protrahitur, eo amplius noster labor, & dolor fit corpus hoc nostrum, quod corrumpitur seipso grauatur, vt non tantum impediat, sed deprimat sensum multa bona cogitantem, nunquam in eodem statu permanet.

Grauis adhuc nobis restat pressura carnis illecebrarum, quibus assiduis homo vexatur sentibus. Ita vt non bonum illud, quod volumus faciamus, sed malum illud, quod odimus illud agamus, quia nedum familiaris, sed & connaturalis effectus est, nobis libidinis fomes velut lex in membris legi mentis repugnans, si igitur hęc in mundo patimur igitur fugiendum nobis ab istis, secundum fugite à fornicatione, quasi protestetur nisi ab illa fugieritis ab ipsa obuoluemini fratres quæcunque sunt pudica, quęcunque sunt vera, quæcunque sunt casta, cogitate. Hinc à consortio mulieris multiuolæ, & comptæ declinare iubemur, propter speciem mulieris inquit multi perierunt.

Carnis fomes cõtinua nos punctione per urgens & stimulans magna est nostri pressura.

Tandem in mundo, qui pressuris expositi sumus. In nobis ipsis dum existimus omnia mala perpetrando patimur; est enim homo mundus à quo exeat oportet, quid est, quod fideliũ Patri iubetur, vt de terra sua, & de cognatione sua egrediatur à Deo vocatus in meliorem sortem, nisi quia fideles, vt seipsos relinquãt oportere intelligant? vnde dicitur, si quis vult post me venire abneget semetipsum, nec iniuria cũ de ratione amoris sit amantem in amatum trãsferre, vt ibi sit cor suum, vbi est thesaurus suus talis est Christiana professio, vt qui viuunt, non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, qui de seipso fatetur inquiens viuo, ego iam nõ ego viuit vero in me Christus.

Mat. 16. Qualis sit Christiana pfessio. 2. Cor. 9 Gal. 12.

In mundo pressuram habebitis, sed confidite quoniam ego uici mundum. Si dixisset à mundo nos molestandos; forsan nobis alicuius confugij species præberetur, quo à persecutione liberari possemus, verum spes omnis adimitur, vbi in mũdo nos passuros tormenta prædicitur, quid enim aliud est dicere. In mundo, quàm aperte insinuare, nullum nobis in mundo locum, nullum in mundo angulum, nullum in ipso mundo relictum confugium, in quod, aut securitatis, aut pacis locus reperiatur, nec prætereundum nomine pressuræ, & non afflictionis doloris, aut alterius angustiæ mala quibus præmimur significata iri maluisse cum pressuris, hinc inde præmamur, ita vt vndique omnique ex latere angustiati reddamur.

Nihil est nobis i toto terra rũ orbe securũ.

Hoc à mundo Christi discipulis, & affeclis reseruatur ad quæ animus recte dispositus præparatur iuxta id quod scriptum est fili accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem, & Apostolus ait, omnes qui piæ viuere volunt in Christo Iesu persecutionem patiẽ-
F
tur. Hæc incommoda quisque fidelium patitur qui à mundo adhuc detentus in mundanis conuersatur.

Eccl. 2. 2. Thi. 3

Hic à propria conscientia, præmitur dum legi sibi præscriptæ contrariatur, & passionibus ex amore seculi angustiatur, quod si quis non in mundo, sed supra mundum in cœlis conuersatur, hic lætus ad superna gradies oblectatus eleuatur, & tanquam aductus de carcere iucundatur hoc sanctus ille innocensque Ioseph ostendit ex typo, qui iniectus in carcerem à fratribus, & alienigenis, vndique pressus calamitatibus
G
post exitum è carcere ad Regis Imperium tonsis prius crinibus, vesteque sordida, in decoram mutata nusquam non gloriosus, nusquam non victoriosus apparuit, quod & si tuo tu vellere, & opulentia mundanorum, quibus in sæculo detineris si mutatis veteri peccatorum exuuij nouam vestem induxeris, Dominumque Iesum Christum indueris, simul de mundo triumphabis.

Mũdi incommoda.

Sic didicimus mundum deuincere, deque nostris hostibus triumphare, sic (inquam) Agni lupos superare potuerunt, mansuetudo feritatem, humilitas superbiam, patiẽtia crudelitatẽ,
H
nouum hunc bellandi, simul atque superandi modum Christus edocuit, quem penitus mundus ignorauit. Ac perinde mundus deuincitur omnisque hostis superatur cum incognitis armis inexpertus aggreditur.

Facillimũ est patientibus mũdi superare sæuitias.

Quomodo vinci possunt, & non magis victores existunt, qui ab hoste, nec vinci possunt, nec terreris? qui nullis terrentur minis, nullis abduci possunt blanditijs militant, non occisuri, sed occidendi vulneribus sauciari, non recusant ictus, & impetus hostiles, non formidant,
I
& mortem, ac vitam pariter contemnunt, in silentio, & spe suam collocant fortitudinem, donec expoliati mortalitate victoriosi ad propositum brauium recurrant, quid miratur mundus de tam inaudita militia? non est hæc illa quam mundus exaltat in curribus, & in equis, sed militia Christi qua sic vos glorificat Christus.

Confidite (inquit) quia ego uici mundum, Gedeon nullis armis superauit inimicos, qui & suis militibus imperauit, quod me facere videritis, & vos idem facite, ingrediar primus, &
K
quod fecere sectemini. O strenui milites quorum belli ductor est Christus, confidite confidite dicite pusillanimes confortamini manus lassas roborate genua debilia consolidate ipse docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum, quæ gloriosior victoria, quam qua à paucis uincuntur multi? cedat Gedeon qui in trecentis militibus castra superauit Madianitarum gloriosior profecto militia Christi, qui per vnum militem, imò per vnam puellam uirginẽ mũdi potentiã Diabolisq; sęuitiã superauit.

Iudic. 7.

Gloriosa victoria.

Hinc

Beatissima Dei mater virgo Maria potētissima, & Diaboli victrix, & mundi.

Hinc constituere Stephanum, illinc Agnetē. Hinc Ignatium, illinc Agatham, hinc Laurentium, illinc Praxedem, cæteros militiæ Christi a thletas, qui se victores non antè, sed post tormenta, & gloriosi visi sunt æterna insigniti laurea celebris victoria illius qui communis hominum expectatione vincere credebatur, & qui extimabatur victurus victor euadat ex quo gloriosa facta est victoria Dauid adolescentes contra Goliad Gigantem, sed quæ contra mundū habetur victoria longè illustrior, & gloriosior visi enim sunt oculis insipientium mori, & afflictio exitus illorum, ille autem sunt in pace.

Sed confidite, ego vici mundum. Iam expoliaui, & inermen feci mundum ad vos superandos confugium paraui vobis, vt in me pacem habeatis meis, & quidem fortissimis munui clypeis, loricis, thoracibus, galeis, quibus accincti nihil est quod mundum timeatis; arma quibus mundum deuici, & superaui vobis exhibeo, vt victores illis mediantibus efficiamini mundi, & euadatis inuicti ab ipso propterea confidite.

Aggressuri quidem estis procerissimum Gigantem teterrimum hostem fortissimum inimicū. Sed qui iisdē telis illum aggredimur, & iisdem lanceis congredimur eum quibus est confossus prostratus, & deuictus, non in virtute nostra, sed in victoris Ducis nomine repellendum hostem, & deuincendum confidamus.

Confidite ego vici. Vide quàm facilis nobis lucta remaneat ad vincendum victum ad debellandum compeditum, ad pessundandū prostratum. Hæc Christi nobilioris ratio triumphi sicut enim Iosue non statim voluit occidi quinque Reges, quos superauit ascendens de Galgala, sed & suos voluit strenuos milites triumphare de victis inquiens, ita ponite pedes vestros super colla Regum istorum, nolite timere, ne paueatis confortamini, & estote robusti, sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicatis. Et ecce plusquā Iosue hic. Iud. 10.

Triumphauit quidem Christus de Sathana de peccato, de Inferno, de Morte, & de mundo quinq; Regibus hostibus nostris quos noluit mox occidere, donec de illis triumphemus con A fortentur igitur corda nostra roborentur, & manus viriliter agite, & confidite, inquit quia.

Nobilis de quinque truculentissimis hostibus fuit, & illustris Christi victoria.

Ego vici mundum. Quomodo autem deuincatur ab Apostolo erudimur, omnis qui in agone contendit (inquit) ab omnibus se abstinet, vnde Dominus. Nolite dediti esse crapulæ ne grauentur corda vestra, per hoc quòd ait corda aperte per crapulam, non materialis cibi, aut potus superfluitatem intelligimus, sed omnium superfluitatem temporaneorum, vltra necessitatem requisitorum habentes, inquit Apostolus victum, & vestitum his contenti sumus, sobrietas in locutione eius, qui refrenat linguā B suam cohærens illam à malo, & labia eius ne loquantur dolum; sobrietas in cogitatione auferendo malas, quæ separant nos à Deo, in anima non sapiendo, plus quam oporteat sapere, sed ad sobrietatem, &c. Horum omnium sobrij sint athletæ, qui cum mundo congressum habemus ab omnibus abstineamus, & victus est mundus.


1. Thi. 6. Mundū & Ioēs alios hostes quarumcūque potentissimos vna cōi corporis, & aīa sobrietate deuincimus.

TESTA-

TESTAMENTVM
IESV CHRISTI SALVATORIS
QVOD
SERMO DOMINICVS NVNCVPATVR.
REGISTRATVM
IN D. IOANNIS EVANGELII
CAPVT XVII.

A SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE R. P. F. Io. Maria Capalla, Salutiensi, Ordinis Prædicatorum,

Doctissimis Commentarijs, ad varios Sacræ Scripturæ sensus, Reseratum.



HAEC locutus est Iesus. Ad vestrum profectum, atque eruditionem sunt, quæ hucusq; loquente me audiuistis, vestrisque in auribus sum effatus .i Totum hunc sermonem euangelicæ legis Deuteronomium, ecclesiæ totius, meæ methodum, non exterioribus caracteribus in tabulis lapideis, non calamo, aliove extrinseco instrumento, non in membranis hæc plebis meæ monumenta conscripsi, sed congessi, hæc omnia vestris inferenda pectoribus lingua mea, vt calamo scribente, & quidem velociter scribentis, vt quæ viuificam pando legem, viuifico illam imprimam instrumento, in viuis cordium vestrum membranis, vt vitam operentur in vobis. non atramento rememorat. His igitur verbis Christus optimè, & legis euangelicæ præstantiam, eiusque conditionem insinuat primū quidē ex auctoritate legislatoris. Voluit enim Diuina maiestas hominem Christianum, adeò in lege euangelica confirmare, vt ad alteri adhibendam fidem inclinari, aut peruerti possit, aut aliter, quàm docet, qui Deus est credendus. Hęc igitur nouissimè diebus istis locutus est nobis æternus pater in filio.

Hæc locutus est Iesus. Hac vna præcipua conditione euangelica à scripta lege secernitur. De
Deut.4. lege enim illa sic loquitur Moyses, ostendit vobis Dominus pactum suum, quod præcepit, vt faceretis, & decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis, quæ enim est alia gens sic inclita, quæ habeat ceremonias iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego propono vobis hodie ante oculos vestros.

Illa præ oculis ponebatur. Ista in cordibus figebatur. Hæc (inquit) locutus sum, quia fides est per auditum, auditus autem per verbū Dei.

Deut.4. &12. *Hæc* Moyses post promulgatam legem dixit populo Iudæorum. Quod præcipio tibi hoc tātum facito Domino, nec addas quidquam, nec minus, non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: Christus verò tantum inquit, Hæc locutus sum vobis. Diem suum vltimum clausurus erat Moyses, quando illa dixit, diem suum clausurus erat Christus quando hæc dixit. Tamen lex illa quæ terminanda erat illis figuris, ceremonijs, sacrificijs, nec augeri poterat, nec verbotenus minui.

Illa quæ rudi populo, & diuinorum ignaro, inhibetur, ne aliqd, aut apponat, aut diminuat illi populo; qui spiritu suggestore veritatis carebat, & in sola litera oblectabatur, iubetur nil
F ad lineam mutare. Cæterum non ita arctis limitibus, angustauit euangelicam legem Christus, quam nec vni populo, nec quibus vis caracteribus angustari voluit, ea præcipua ratione quod spiritum paraclytum magistrum veritatis ad omnem nos edocendum veritatem, sit pollicitus, multa (supra retulit) habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, quum autem venerit spiritus ille veritatis, quem mittam vobis à Patre, ille docebit vos omnem ve-
G ritatem.

Taceant scurræ, qui legibus, & terminis antiquæ & scriptæ legis Mosaycæ, Christi ecclesiam, & legem euangelicam angustare contendunt, si autem ad illa dicta in Deut. sic conuertimur, vt non liceat ab illis recedere, rogo, quomodo nos aliam profitebimur legem? sistentibus illis verbis dicamus, si nihil aut addi, aut minui potest ab illa lege, quomodo baptismum addimus, imò & euangelium, cum neutrum reperiatur in illa? quomodo circuncisionem, &
H boum, ac hircorum sacrificia: præterimus, & non minuimus ab illa. Supra.

Hæc locutus. Nihil prorsus, aut addendum, aut minuendum à lege Domini, tam legali, & Mosayca, quàm Catholica, & Euangelica, quod veritati opponatur vtriusque legis, cogitauit Dauid templum Domino in terris constituere, cogitauit Elisæus principem Syriæ, vltra legis instituta, vt a lepra mundaretur septies descendere in Iordane.

Nihil est malè ablatū à lege Mosayca in euangelica lege.

Cogitauit Iudas ille Machabæus, præliari in sabba-

sabbatho, &c. Neuter tamen, Domini præcepto certum est contrauenisse, nihil enim aut addiderunt, aut minuerunt à lege Domini, à mandato legis omnino non recesserunt, nec violatores fuisse legis crediti sunt. Quomodo igitur quæ legis euangelicæ maiestatem concernunt, quæ ad Sacramentorum optimam dispositionem spectant, quæ sponsam Christi ecclesiam ornant tam graues ceremoniæ, tam pij ritus auferri contendunt, quum accidentia magnam partem conferant ad essentialia demonstranda? oportet enim & obtutibus exterioribus præferre conuenientia, vt nobiliora nobilioribus copulentur in obsequium Christi, sic enim decet assistentem Reginam, aut sponsam Christi ecclesiam, aut matrem Christi Mariam, & cœlicolas omnes circundari varietatibus in vestitu etiam deaurato.

Rectè igitur Moyses, dum Iudæis illa prohiberet, noluit dicere, Nolite aliquid, aut addere, aut diminuere eorum, quæ dixit Dominus, ne videretur, & euangelicam comprehendere legem, sed eorum inquit, quæ loquor vobis, vt specialiter dictum intelligeretur illi populo, tam ex parte legis, quam ex parte legislatoris.

Hæc locutus. Idest nihil horum vos prætereat, quæ vobis omnia serio sunt dicta, nullus ibi apex nullum iota prætereundum obiter, omnia sunt æternæ sapientię monimenta. Hæc quæcunque sint illa, ego sum locutus, summo sunt studio perpendenda, summa sunt diligentia cōsideranda, qui ethnicorum dicta multis mendacijs interdum referta; parum aut nihil ad rem nobis facientia obseruamus, distinguimus, comentamur, & in scholis atque cathedris, in auribus populi, & coram quouis nobili Panegirio obstrepere facimus.

Hæc, quæ nobis summa locutus est veritas, vel nec aduertimus, vel nec audire patimur, quæ spiritus, & vita sunt quæ omni nos salutari erudiunt veritate, veluti qui a veritate auditum auertimus, ad fabulas autem conuertimur, & veluti Gentilitatem redolentes, potius quam Christianismum profitentes.

Hæc locutus est Iesus. Tam grauia tantæque considerationis verba à Christo prolata, quæ cordibus nostris velut obfirmatæ silici sunt sculpenda, non inani, aut superflua, verum consultissima ac necessaria ratione iterata affirmatione deprompta sunt. Hæc (inquam) omnia, hæc singula, hæc veluti codicillo suæ vltimæ voluntatis, nostris in auribus, nobis veluti irrefragabilibus testibus, non per præconem, non per interpretem, non per scribam, non per quemcunque ministrum, sed suo proprio ore protulit, ac immutabiliter obseruanda decreuit, quibus euangelij dignitas, nouique testamenti ac legis præstantia, super illud vetus apertè conijcitur, cuius fuit Angelus mediator & Moyses legislator. Teste enim Apostolo. Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introductio uero melioris spei quam propius ad Deum accedimus, & iterum, ipse enim noui testamenti mediator est, & cæt. & eodem, talis enim (inquit) decebat, vt nobis esset Pontifex, Sanctus, Innocens, Impollutus, Segregatus à peccatoribus, & excelsior coelis factus.

Euāgelij et legis dignitas ostēditur & præstantia.

Heb. 7. Cap. 9. Cap. 7.

Hæc locutus est Iesus, vt credamus veritati, vt attendamus, & obsequamur, magistros, vt obediamus Domino Redemptori. Hely, puerum Samuelem sermonis Domini adhuc ignarum erudiuit, vt voce Domini ex pergefactus responderet, loquere Domine, quia audit seruus tuus, qui agnitis Dei sermonibus, à Domino sibi depromptis, nihil vnquam instructionis seu eruditionis eius præterijt, quin totum compleuit.

O singulare totius salutis nostræ subsidium Dominum Deum nostrum habere eruditorem. Ni Psal. 93.
A fallor inuidebat ecclesiæ rustica Synagoga, dū ex illa, ex præcipuis aliquis aiebat, Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, & ideo iureiurando subdit, iuraui & statui custodire legem tuam, non inquit, hæc locutus est Dominus, iuxta veteris illius scripturæ formam, sed hæc locutus Iesus. Ipse qui omnium est Saluator, ipse qui Dei & hominum vnus est mediator. Ipse (inquam) qui legis est conditor, totiusque nostræ salutis est author. Hæc obseruanda tradidit, & proprio suo ore protulit, ne & tu quandoque falsa opinione detentus, in sola eius fide nimium, quàm par sit confisus, nil tibi ad salutem consequendam superesse operandum arbitreris. Ps. 118.
B

Et subleuatis in cœlum oculis ait. Mutua est eorum qui sunt in cœlo, cum his qui adhuc existunt in terra conspectio. Inuicem namque se sæpius contuentur, qui inuicem charitate ac dilecti ne se prosequuntur, oculi enim Domini super fideles terræ, ut sedeant mecum, fidelium vero oculi semper ad Dominum. Ad patrem filij & ad Dominum serui oculos dirigunt, à quibus beneficia consequantur. Vt sciamus in quē confidamus, ad quem confugiamus, & implorare debeamus, illuc Christus suæ humanitatis oculos dirigit, ubi nostros semper directos cupit, quos ideo uocat subleuatos, quid enim est subleuare, nisi sursum leuare?
C

Hanc nobis normam corporale gestu ostendit Christus, quam intus oculis mentis obseruare iubemur, ne eorum numero ascribamur, qui oculos suos statuerunt declinare in terram, facile, namque oculos corporis in cœlum subleuat, quisquis mentis suæ oculos ad cœlestia anhelādo leuat. Demissus nempè oculus, & ad terram conuersus mortis speciem præseferre dicitur, qui aūt ad superos cœlestia contemplando dirigitur, dum maximè aperitur, amplioris vitæ extat argumentum, quia n s dum terrenorū oblectamur obtutibus, mortis penè imaginē iam in nobis delineatam gerimus, quod si ad cœlestia subleuamus iam ad æternitatis uitam progredi uidemur.
D

Et sicut oculos claudere dicimus, & experimur, qui in ianuis ad mortem properant, consultò ante mortem suam, ad quam properabat Christus, nostrām operatus æternam vitam oculos subleuasse Euangelista dicit, tanquam eadē nos eruditione commoneat, qua & ab Apostolo, subinde admoniti sumus. Id. n. quod in præsenti momentaneum est & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quæ non videntur, quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna.
E

Oculorū subleuatio.

2. Cor. 4

Ii Et

Debent senio cõfecti ad cœlũ oculos frequẽter attollere.

Et sublevatis oculis in cœlum dixit. Completo sermone ad discipulos, conuertit se ad Patrem, quo approximat termino, vt à terra recederet, eo se conuerti ad cœlum videtur. Addiscant senes qui suorum dierum termino quotidie magis viciniores fiunt. Tunc suspiciendi cœlum expostulat opportunitas, quum à terra recedendi hora appropinquat, discant vel infirmi & qui expositos se agnoscunt, vt dies suos claudant.

Vix autem, vel senes, vel infirmi, aut audire volunt, aut audire permittuntur cœlestia, & spiritualia, vt quo tendant non contemplentur, & quod optent, non intelligant, quid est oculos subleuare, nisi mentẽ erigere? In cœlum oculos subleuare, est ad Deum corda dirigere, est à terrenis ad cœlestia anhelare. Oculi igitur mei semper ad Dominum, quia ipse euellet de laqueo pedes meos.

Orationis circunstãtiæ.

Sublevatis oculis. Attende orationis circunstantias Publicanus ille orans, non audet oculos in cœlum leuare, sed timens intueri vltorem scelerum suum, percutit pectus, vindictam in seipso, & per seipsum præueniens. Salomon genua flectit, Moyses manus leuat. Dauid lachrymis suum stratum rigat, Anna Samuelis mater orando tacet vix labia mouens, nostrum autem summum orationis modum eum esse intelligimus qui procidendo agitur. Ibi enim corpore toto prostrati decem millium talentorũ dimissionem consequimur, Coram illo (inquit Propheta) procident Aethyopes, & inimici eius terram lingent, & licet, nec dum terram lingimus sicut Aethyopes, quorum super carbones est denigrata facies, saltem procidamus ante Deũ ploremusq; coram Domino, qui fecit nos.

Psal. 71

Sublevatis oculis. In cœlo existens suos ad nos conuertit oculos Deus, qui in terris agens, oculos in cœlum leuare videtur, oculi eius super gentes respiciunt, & alibi. Imperfectum meum viderunt oculi tui, qui cum Christo in terra existentes, oculos ad Deum quem diligimus in cœlum subleuamus. Ita & qui in cœlo existunt cum Christo in terram ad proximum quem amant ex charitate dirigunt.

Psal. 68 Ps. 138.

Angebatur Thobias non quod lumine oculorum, ad quæque videnda priuatus esset, sed quod contueri cœlum omnino non posset, quale gaudium erit mihi (inquit) qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Illa enim est iactura, in qua oblectatur prudens, sedes enim Dei est, vt locus maiestatem præseferat habitantis.

Tob. 5.

Girum cœli solus circuit, in quo & omnipotentiam suam, & suam sapientiam, ac maiestatem sculpsit, laudant astra matutina perpetuis concentibus factorem suum, sint, uel non sint animata anima dante esse, vel anima dante motum, nos dum in admirationem pertrahunt ad Dei maiestatem contemplandam sollicitant, nos ad despicienda hæc vilia, & terrena bona hortantur. Hinc oculi sapientis in capite consistere dicuntur, stultorum autem oculi in calcaneo, eius qui terrena concupiscunt, hi in calcaneo, qui hæret terræ dicuntur esse, qui autem cœlestibus inhiant, hi habentur in capite.

Sublevatis oculis in cœlum. Mox inito pacto Deus cum Abraham, iussit illi ut stellas erectis luminibus si posset numeraret. Instar arenæ maris, & stellarum cœli promiserat Deus Abrahæ suæ generationis multiplicaturum semen. Sed quid est quod non arenam, sed stellas dinumerari indixerit, quorum par est impossibilitas, aut difficultas mortalibus; certè qui fecit hominem rectum, eundem speculatorem cœli uoluit efficere, & à terrenorum conspectione subleuari; oportebat enim curuari hominem ad terrena si arenam metiri vellet.

F *Qui cœlorum* spectantes permanentium, incorruptorum, nec non sempiternorum effecti sumus, oculos subleuemus, oportet. Hinc dum patrem qui est in cœlis imploramus, illò tendant mentium oculi quò & orantis voces diriguntur. Diuus ille Martinus, hoc unum rogabat totus in cœlum intentus, finite me cœlum videre, vt Spiritus dirigatur ad Dominum, nihil in me terrenum inueniat inimicus, sed sinus Abrahæ me suscipiat.

G *Sublevatis*. Attende quàm crebrò ad auxilium orationis conuerti oporteat, in periculis constitutum, & expositum angustiis mortique propinquum, nec iniuria cum ipsa oratione, Dei nobis auxilium comparemus, vt fortes reddat, vt animæquiores faciat, vt protegat, ne pereamus, vt eruat à malis, ut saluet, & victores efficiat.

Attende insuper non tantum orandum esse in rebus dubiis. Certissimus erat Christus omnium de quibus orabat, neque enim poterat Christus non glorificari, non obrui morte, non poterat, non victor existere, quia omnia iam illi sunt à Patre tradita, vt triumpharet de omnibus. Tamen orat Christus, non suæ salutis dubius, &cæt. Sed vt suam humanæ voluntatis formam, diuinæ illius voluntatis, & beneplaciti conformem, & faciat omnino, & ostendat. Videant qui sine oratione, sibi ipsis tantum fidunt, vt se saluandos, aut obtinendos sine oratione iactent, quæcunque obuenienda præstolentur.

Orationis necessitas.

H

I *Sublevatis Iesus oculis in cœlum dixit*. Sæpe legimus Christum oculos in cœlum subleuasse, & defixisse, nec iniuria, fidus enim animi nostri nuncius est nostrorum oculorum intuitus, quod si (vt Augustinus docet) impudicus oculus est cordis impudici nuncius, quò fertur oculus, non obiter sed vltro directus, animus vbi feratur ostenditur. oportet enim, ea in intellectu transferri, quæ oculorum obtutibus effigiari contingit, cum enim aliorum sensuum obiecta non semper ex aduerso, sed obliqua extent, odoratui, auditui, aut conuinctiora potentiæ, vt gustui, & tactui, sola directè & ex diametro potentia visiua, in suum fertur, quod etiam procul extat obiectum. Vnde Propheta, hoc vnũ præcipuè rogabat, quod maximè sibi perniciosum sciebat, Auerte (inquit) oculos meos, ne videant vanitatem, & qui propensiori animo in Deum ferebatur, hoc ipsum de seipso fatebatur, oculi mei (inquit) semper ad Dominum. Tali namque connexione, oculorum aspectus cum affectu animi copulantur, vt uix alterum, sine altero perfici uideatur.

Obiectum visus.

K Ps. 118.

Hinc sublimes oculos, sublimia sæculi concupiscentes detestatur Dominus, Pharisæus toruo oculo publicanum conspiciens, illumq; despiciens

Oculus animi intētionē annunciat, & declarat. ſpiciēs reprobatur, qui autem, nec oculos ſuos præ confuſione facinorum leuare audebat, in cœlum, iuſtificatus, in domum ſuam ab illo deſcendit. quid enim per oculum niſi intentio aperitur, & deſcribitur, ſi oculus tuus fuerit ſimplex totum corpus tuum lucidum erit, ſi autem nequam etiam corpus tuum tenebroſum erit.

Oculos in cœlum leuare eſt noſtram mentem, noſtramq; intentionem, & deſiderium ad Deū dirigere, cum enim polliceretur Deus Abrahæ maximam ſuæ progeniei generationem, licet prius dixiſſet multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris, non tamen iuſſit, vt arenam dinumeraret, ſi poſſet, ſed eduĉto eo ſubintulit, numera ſtellas ſi potes, qui enim oculos non ad terrena, ſed ad cœleſtia dirigendos inſinuabat, illos non ad arenam, ſed ad cœlum eleuandos iubebat.

Verum ſunt plerique, qui vno tantum oculo cœlum, & alio vero ſimul terrena conſpiciunt, dum neutrum bonum perdere concupiſcunt. Vterque tamen ſubleuandus omnino eſt oculus. Dexter oculus eſt contemplationis, qua totus homo in Deum ſubleuatus erigitur, cuius radijs accenſus, adeo extollitur, vt quaſi diuinitate fruatur, & in meditatione mea, tunc exardeſcet ignis, cuius talis eſt proprietas, vt ſemper ad ſublimiora aſcendere cupiat, nec quieſcit donec, aut perficiat, aut deficiat; ſiniſter oculus eſto actiuæ ſit aſcriptus vitæ. Ipſe tamen ſimul in cœlum ſubleuatur, & dirigitur, dum in his quæ inferius agimus, non noſtram, ſed gloriam Chriſti quærimus, non mundi, aut hominum ſtipendia pro labore ſuſcipimus, ſed a Chriſto pro charitate mercedē optamus.

Dixit; Pater uenit hora, clarifica filium tuum. Prius oculos eleuantem, antequam diceret, & oraret, Chriſtū audiuimus. Oportet enim opus ab intentione præueniri, vt ipſa dirigente, rationem ſumat à fine, quiſquis oraturus, mentis oculos non eleuat, vt dirigatur oratio ſua ſicut incenſum in conſpectu Domini Dei ſui, hic totum ſuorum labiorum opus inane reddit, quis enim ante lapſum ſagittæ, prius illam illuc non dirigit, quo eam tendere concupiſcit? eſt igitur omnino neceſſaria quædam actualis mentis eleuatio, in omnis orationis exordio, quæ & ſi per totum orationis decurſum, actualis non perſeueret, habitualis tamen vt perſeueret oportet, ideſt, vt numquam ab inſtituto per actum contrarium diuertat à fine.

In omni orationis exordia neceſſaria eſt mentis eleuatis actualis.

Dixit, quod prius cogitauit, vt ſint voces earum, quæ in anima ſunt paſſionum notæ, dixit labijs proferendo, quod conceperat mente; velox ad audiendum, ſed tardus ad loquendum, debet ea ratione eſſe homo, vt nil prius non digeſtum nil prius non ruminatum depromat.

Ad pauca reſpicientes, hi ſunt qui facile annunciant. Hinc verbum bonum eructari dicitur, quod præ conceptum mente tantum proferatur, neque minima virtutum ea eſt compeſcere linguam, vnde Pſalm. Dixi vt cuſtodiam vias meas, & non delinquam in lingua mea.

Pſal. 38.

Pater uenit hora. O Pater qui tempus ab æuo ire iubes, qui omnem in tempore horam diſtinxiſti, & diſtinguendo, præſignaſti. Illa hora venit in qua me paſſurum ab æterno conſtituiſti.

Non cœli hanc mihi horam præpararunt, nō aſtra hanc horam ſtatuerunt. Non Sol hanc mihi horam diſtinxit, ſed tu Pater cœlorum conditor, Solis & aſtrorum creator, hanc mihi horā, in qua paterer ordinaſti. Hanc horā à Sole exemiſti, & tenebrarum fieri voluiſti.

Magna mihi inſtat ecclypſis, qua obtenebrabitur in me diuina maieſtas, & niſi clarificaueris caligines ingruentes, & meum obnubilantes ſplendorem videbor extrinſecus. Tu igitur clarifica filium tuum, ideſt oſtende clarè, & manifeſte in tenebrarum mearum medio, me filiū tuum eſſe, vt etiam me moriente fateri poſſint, quia verè filius Dei eſſem, & ſi inglorius, & opprobriis obſcurari videar, ita vt opprobrium hominum, & abiectio plebis efficiar, tu tamen lapidem quem reprobauerint ædificantes, in caput anguli conſtitue.

Pater uenit hora. Non dicit adeſt hora, inſtat hora, aut accedit, ſed venit hora, quia vocata venit, ordinata & deſiderata venit, & hæc eſt Chriſti hora. Nos autem non horam præſtolamur, ſed ab hora patiendi quo poſſumus aufugimus, & in horam inuiti ducimur. Velimus enim nolimus, in horam incidimus, Chriſto ſolo venit hora, quam elegit ipſe, quam reijcere, & præterire poteſt, qui volens ſe morti exhibet, quum tamen horam aduenire Patrem implorando fatemur, nullis temerarijs motibus vitam noſtram agitari dignoſcimus, ſed omnia ipſo ordinante, quæ in omnem horam occurrunt ſic euenire, vt ab ipſo horarum auctore ſunt ordinata. Vnde omnia euentura, non ſunt fidenda horis, non conſtellationibus, aut influxibus, non fortunæ, aut caſui, ſed patris æterni nutui, a quo ſolo auſpicari licet quicquid obuenturum ſit nobis omni hora.

Nullis cōſtellationib. nec i fluxibus fidere debemus, aut credere.

Clarifica filium tuum. Ego tibi obediens exinanibo me ipſum, & vſque ad mortem obediens efficiar, ob idque ne differas me mundo oſtendere meam gloriam, & me tuum eſſe filium apertiſſimis euidentiis manifeſtare, nulla enim maior clarificatio effici poteſt de Chriſto, quàm eum verum Dei filium oſtendere, & manifeſtis argumentis declarare, ſunt quidem adoptione, denominatione, & creatione multi filii Dei, dedit enim poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, ſed natiuitate, ſed generatione vnus tantum eſt filius patris Chriſtus Ieſus.

Non ſatis fuit Chriſto dicere, pater clarifica me, vel clarifica filium, ſed his omnibus addit tuum, quaſi diſcriminans ſuam filiationem ab aliis. Ideo ne apud imperitos honor patris gloriam filii minuat, reputeturque inferior, qui à patre clarificationem expoſcit, vicem ipſe clarificationis patri redditurum ſe exhibet, dum ſubdit, ut filius tuus clarificet te. eadem oſtenditur virtus diuinitatis in vtroque per ipſam expoſtulatam; viciſſimque reddendam amborum clarificationem.

Clarifica filium tuum. Nimium ſanè viluiſſet, coram oculis hominum affixus cruci, pendens in patibulo, deriſus, & deluſus, ac tandem recluſus in ſepulchro, & ni per reſurrectionem ſui corporis rediuiuus appareat inanis erit prædicatio noſtra.

Gloriosior effectus est Christus resurgens è mortuis, adeo vt celebre factum sit nomẽ eius, in toto mundo, ad cuius inuocationem pelluntur Demones, ægroti sanantur, mortui resurgunt, & aliud non sit in quo oporteat nos saluos fieri, supremæ potestatis, ineffabilis sanctitatis, indicibilis dulcedinis, & suauitatis, admirabile iam effectum in vniuersa terra.

Clarifica filium tuum, Christi clarificatio, fuit in morte Solis obscuratio, terræ concussio, veli discissio, Templi patis destructio, petrarum scissio, mortuorum resuscitatio. Insuper & omnia iam cesserunt, in gloriam Christi, quod inter sicarios damnatus esset, quod spinis coronatus, quod affixus cruci, vt iam absit nobis in alio gloriari. Totus iam extat glorificatus Christus, in ortu, in vita, in miraculis, in doctrina, in Discipulis, in matre, in Sacramentis, in imagine, &c. sic enim decuit, sic (inquã) oportuit Dei filium clarificaturum iri, in toto mundo, in oculis, & in omnium auribus.

In oib. clarificatus est Christus.

Clarifica filium tuum. In camino ignis probatur aurum, & in fornace probatur argentum. In tribulatione, & in aduersitatibus clarificantur iusti, in humilitate clarificatur maiestas, in infirmitate comprobatur perfectio virtutis, in patientia experitur constantia, ecce quomodo clarificatur Christus, clarior in morte, & clarior post mortem, quando antea uisso, & viso Christo reuersi sunt aliqui sua pectora percutientes, sicuti viso ipso mortuo? quando confessus est aliquis, tum Iudæorum, quum Gentilium, Christum, dum viueret mortalis inter mortales, filium Dei verè esse, nisi obeunte illo?

Increbuit & clarior est effecta gloria Dauid, post pugnam cum Philisteo, quem suis propriis trucidauit armis, cui obuius occurrit canorus populus, quod Saul mille tantum percusserit, Dauid autem decem millia, in millibus suis. Sanson celebrior fertur post extirpationem Philystinorum, & Cæsares, ac cæteri ductores bellorum, triumphis laureantur, commendantur præconiis, & encomiis potissimis extolluntur post inimicorum partam victoriam. Igitur clarior Christus efficitur in morte, vbi confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum, & vbi resurgendo triumphauit victoriosus, vnde aiebat in Ps. Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam.

Pater uenit hora clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. pater cum tu mecum, & ego tecum non duo Soles, nec duo lumina, sed vnum lumen substantialiter simus, quorum vna gloria, & vnus est splendor, tu habitans lucem inaccessibilem, tu Pater luminum, Ego lux mundi, & Sol illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. In hac mei ecclypsis hora, in hac (inquam) hora, quæ potestas est tenebrarum, in hac hora, in qua opacissimis tenebris, densissimæ, ac teterrimę nebulæ turbinesque Scribarum, & Pharisæorum pontificum, & Principum astiterunt, aduersus Dominũ & aduersus Christum eius, tu qui solus tandem omnem caliginem repellere, huiusq; teterrimæ noctis tenebras propulsare, & spiritus procellarũ fugare vales, clarifica filium tuum, vt & ipse clarificet te. Scio, quia alias aduersus pharaonem signis, ac portentis præcipuis glorificari voluisti ne in tuos alumnos, & quos in seruos elegeras seuiret, & sub tyrannica sua seruitute, iam oppressos retinet,

Me filium tuum, & quidem vnigenitum, & per dilectum clarifica in hac hora, in qua armatus pharao, i. Diabolus suis copiis Pharisęorũ, & Iudæorum quibus præest, totoque valet conatu me insequitur, & eripe me tandem de manu peccatoris, de potestate tenebrarum, de faucibus Diaboli, & de manu contra legem agẽtis, & iniqui, non me demergat, sed illos, tempestas aquæ, nec me sed illos absorbeat profundum.

His in angustijs versabatur Moyses cum imminentes sibi prospiceret exercitum armatorum, qui omnes furijs inuecti ad trucidandos illos festinarent, cui Dominus respondit, quid clamas ad me? loquere filijs Israel, vt proficiscãtur. Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud, vt gradiãtur filii Israel in medio mari per siccum, ego autem indurabo cor Aegyptiorũ, vt persequantur vos, & glorificabor in Faraone, & in omni exercitu eius, & scient Aegyptii, quod ego sum Dominus, cum glorificatus fuero in pharaone, in curribus, & in equitibus eius. Exo. 14

Quid autem est, quod Dominus iussit eleuare virgam, quam Moyses manutenebat? An non satis erat iussisse illa mare percutere? nec obiter iubetur virga eleuari ad saluandos filios Israel, per quam intelligeremus crucem erigẽdam ad saluandos filios Israel, non ex propagatione carnali, sed fidei hæreditate, qui verè Israelitæ sunt, nisi enim hæc virga erigeretur, populus à morte non saluaretur. Iubetur & Moyses manum suam extendere cum virga super mare rubrum, quia nisi Iesus in cruce manus extendisset, nec mare recessisset, nec Pharaonem demersisset, nec populum liberasset.

Ad huius tam præclari facinoris considerationem philosophos inuitat. Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad fines terræ, arcum conteret, & confringet arma, & scuta cõburet igni. Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, exaltabo in gentibus, & exaltabor in terra, & ideo qui per virgæ erectionem, & per manus Moysi extensionem glorificatus fuit in pharaone, & in mari rubro in quo inimicos demersit, longè lucidius, atque sublimius glorificatur per crucem, per sanguinem, & passionem vnigeniti, iam inseruientis in inimicum iam totius mundi principatum possidẽtem expellentis, nunc inquit princeps huius mundi eiicitur foras. Psal. 45

Venit hora clarifica filium tuum, vt quisquis constructor ædificii peritissimus, quisquis miles, & strenuissimus, quisquis medicus prudentissimus, quisquis magister, ac Doctor sapientissimus, adueniente tempore, quo suam peritiam fortitudinem, prudentiam, sapientiã, & virtutem cunctis conspicuam facturus est, tunc maximè clarificatur, & illustratur, cum opus tale, ita perfecerit, vt nullus alius, peritorum, fortiorum, strenuorum, sapientum, ad tantam præstantiam peruenisse dignoscatur.

Christus hic super Mosem illustratur, qui Synagogæ constructor, illam nec sic fundare potuit, quæ non corrueret, nec sic circundare menijs

mijs quæ depradari nequiret, nec sic ex tollere, quæ ad cęlum vsque pertingere posset, nihil enim ad perfectum adducebat, Iesus autem in constituendo ecclesiam, clarificatur, illustratur, extollitur, quā supra firmam inconcussamque fundauit petram, petra autem erat Christus, nec fundamentum aliud tanti ædificii nemo poterat ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, quam nemo expugnare poterit, quia nec portæ Inferi præualebunt aduersus eam, quæ etiam vsque ad ianuas cœli extenditur, tibi dabo claues Regni cęlorum, & quodcunque solueris super terram erit solutum, & in cęlis, cuius præclari facinoris meminit Apostolus. Christus dilexit ecclesiam, & tradidit seipsum pro ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, vt esset sancta, & tota immaculata, videlicet, dum residet in cęlestibus, quæ triumphans appellatur: Ibi enim tota pulchra est, sponsa hæc Christi, amica Saluatoris, dilecta Redemptoris, & macula non est in ea.

Inexpugnabile ecclesiæ fundamentū.

Eph.6.

Cæterum adhuc militans, semper inconcussa est fide, quæ vna tantum est charitate, & sanctitate, non ex omni, sed ex aliqua parte sancta, & immaculata dicitur, in qua multi immunes, per Sacramentorum susceptionem semper reperiuntur, quia sicut homo dicitur recte, & vere, videre, audire, loqui, &cæt. qui tamen, non per omnem, sed per aliquam corporis partem, videt, audit, loquitur, Ita ecclesia quæ corpus misticum est Christi, sancta dicitur, munda, immaculata, sine ruga, idest sine peccato, non quo ad omnes eius partes, sed in aliqua semper eius parte, quod solius ecclesiæ est munus, cum nullus, nisi sit in corpore ecclesiæ possit, aut sanctus, aut mundus, aut immunis esse à peccato, & sicut dicimus, ecclesiam offerre sacrificium, & ecclesiam habere potestatem, non quod omnes offerant, & potestatē habeant, sed aliqui, ita de cęteris ecclesiæ dignitatibus, ac præeminentiis est intelligendum.

Ecclesia sanctitas & mundicia.

Matutinam uel intellexisset, vel intelligere uoluisset Caluinus, cęterique cæci, qui in isto offendunt lapide.

Clarificatur insuper Christus, sua maxima supra cæteros fortitudine, non solum insuperando mundum, confidite, quia ego vici mundum, non in expoliando, & eijciendo tantum sathanam, ac omnium phalanges Dœmonum, sibi subiiciendo, vt omne genuflectatur sibi, cœlestium, terrestrium, ac Infernorum, expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Verum etiam, in hoc precipuè, suam manifestauit fortitudinem, sublevando v3 maximum illud pondus peccati, quod nullus alius leuare poterat. Huius tam inauditi facinoris Io: Baptista meminit, mox vt Iesum vidit, quem tantæ fortitudinis esse docuit, cum illum ostendendo insinuauit, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vnde Iudæi meritò admirabantur dicentes, Quis est hic qui etiam peccata dimittit? & quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? scitis inquit, quia ipse apparuit, vt peccata nostra tolleret.

Colos.

Ioan. 1.

Luc.7.

1.Ioā.3.

Instante itaque tam inaudito, & supremæ virtutis pręclaro opere clarificabitur Christus, qui tantum pondus subleuare potuit, quod cœlū retinere nequit, nam Sathanas commisso peccato inde statim corruit. Vidi Sathanam, vt fulgur, è cœlo cadentem, quæ maximi sunt ponderis à terra sustentari possunt, vt montes.

Peccati grauitas Luc.10.

Peccatum autem sub terra, & in centro terræ transit, quæ vtique terra cedit, ad inferiora ruētibus Datan, & Abiron, Christus ad tollendū peccatum, totam suam fortitudinem opportuit
A vt poneret, nam si sanat ægrotos, solo verbo sanat, volo, mundare, surge tolle grabatum tuū, & ambula, aliquando sola manuum impositione, singulis manus imponens, ad vitam mortuos reuocando, & fętidos solo iussu rediuiuos faciendo Lazare veni foras, adolescens, tibi dico surge.

Dum eijcit Dæmones, solo digito velut festucas deijcit, si in digito Dei eiicio Dæmonia. Verum tanti ponderis est peccatum, vt non solo verbo, nec solo digito, nec solis manibus, sed toto corporis conatu, & omni sua infinita virtu-
B te, opus fuerit, Hic flagellatus toto corpore, spinis coronatus capite, clauis confossus, & parumper eleuatus in cruce, quasi ad commodius infixum, & grauissimum peccatum sustulendum, omnia sua membra, omnemq; suam exercuit potestatem. Vnde inquiebat, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me, omne in me ipso eleuabo peccatum, vt illud in me ipso interficiam. Sed quia vulneratus est propter peccata mea, attritus est propter scelera nostra.

Luc.10

Ioan.12

Clarificatur tandem, velut omnium sapientissimus. magister, tempore quo crucis cathedrā ascē-
C surus erat, de quo mysticè scriptū est. Dauid sedens in cathedra sapientissimus intertres. Idest Christus in cruce nos docens, omnē virtutē, oēs Diaboli versutias dissoluens, carnis suasiones confundens, mundi fallacias repellens, ac detegens, ibi omne chyrographum delens, quod aduersum nos, & contrarium nobis erat Coloss.c.2.

Pater uenit hora clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Claritas claritatem postulat, quum dies diei verbum eructat, vicissim vno se
D splendore clarificant, quia una lux amborum, & vnum commune lumen. Ipse enim filius splendor est gloriæ, & figura substantiæ patris, non alius est splendor patris à splendore filii, sed ipse filius est splendor Patris, vt uno splendore fit vespere, & mane dies vnus, non dixit primus, sicut successiue nominat sequentem pro secundo, alium pro tertio, &c. Sed nominat vnum, ex mysterio vnionis eodem die primo fiendæ, in quo tam ad mortalitatis vitam verbum caro factum est, & habitauit in nobis,
E quàm ad immortalitatem rediuiuus per resurrectionem apparuit.

2. Reg. 23.

In hac die cælum, & terram fecit, lucemque creauit, dum illum qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, super cęlestem suum ac vnigenitum filium in Virginis intemerato vtero, incarnari constituit, & sic cęlum & terram fecisse dicitur, quia Deus homo factus prædicatur, & creditur, sola autem terra erat circumuallatæ, & cooperta aquis, ideo videbatur inanis, & vacua, quia Christi caro, virgineis adhuc conclusa erat visceribus, spiri-

tus tamen Domini ferebatur super aquas, illasque sua virtute fouebat, secundum quod scriptum est. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. (Luc. 1.)

Et ex tũc diuisit Deus lucem à tenebris, idest figurarum vmbras, & oracula prophetarum, ad lucem veritatis adimplendo perduxit. In mysterio natiuitatis firmamentum describitur factum, & cum firmamentum sit ipsum cœlum, & prima die cœlum factum legatur, non ibi accipitur firmamentum, pro omni cœlo, aut pro substantia cœli, vt Angelicus Doctor, qui benè omnia scripsit docet, sed accipitur pro cœlo sydereo, ad perfectionem formam visibiliter redactum, quo aquas ab aquis separauit, diem enixa est uirgo filium suum, natum ex muliere factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. (D. Tho. 2. par. q. 68. art. 1)

In die tertio. Apparere fecit Deus, aridam, cõgregauitque aquas in locum unum, & cũ aquæ multæ teste Proph. Sunt populi multi, apparẽte in carne Domino, ecce Magi ab Oriente congregati sunt, & concurrerunt ad uisendum puerum, & pastores loquebantur ad inuicem, eamus, & uideamus, quod fecit Dominus, & ostendit nobis, & cœpit germinare terra herbam uirentem in populo Iudæorum, idest pastores credentes, & Gentilium Reges, ligna pomifera, Christiani gregis semina, & totius ecclesiæ primordia, facientia fructus iuxta genus suum alios ad fidem producendo, atque propemodũ iterum quasi filios parturiendo. (Rerũ distinctio.)

Subinde die quarta, fecit Deus duo luminaria magna, non quidem, quo ad substantiam, quia iam producta erant, sed quo ad splendorẽ, idest Christum, luminare maius, qui præesset diei, illuminaretque his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis, ipse enim est lux mundi, qui est Sol iustitiæ, peccatorum tenebras resoluens, ignorantiam repellens, dæmones fugans.

Hinc inter Doctores à teneris unguiculis disputans uelut Sol irradiat, Pharisæorum uersutias detegit, abdita mysteria pandit, archana diuina manifestat, legem illustrat; animos populorum succendit, nec est qui se abscondat à calore eius. Luminare minus suam perfecit matrem, quæ summũ ab hoc Sole sua germana sobole est assecuta splendorem, quasi Luna plena in diebus suis, mediatrix facta inter nos & Christum, ut sit in signum in annos & tempora, quasi nobis omnia bona promittens. Signum magnum, quod Ioannes in cœlo uidit mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, Stellas autem cõstituit primò, in Zodiaco duodecim signa, idest duodecim Apostolos subinde, & errantes, ac circumeuntes discipulos, quos binos ante faciem suam misit irradiantes, & fœcundantes apud singulos, quibus iussum est, ite prædicate Euangelium omni creaturæ, qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Cæteras vero Stellas quas fixas fecit in firmamento, cæteri sunt fideles, qui constantissima perseuerantia, nullis cladibus, nullis verberibus, aut persecutionibus tyrannorum cesserunt, & hi nobis, quasi Stellæ in firmamento existentes, proponuntur in die, & annos, omnium virtutum exemplaria. (Beatissima Dei mater Virgo Maria pulcherrimũ & radiãtissimũ est ecclesiæ luminare. Mar. 16)

K

Die quinta fecit Deus volatilia cœli, & pisces maris animalia, viuentia quibus iussit, vt multiplicarentur, & crescerent. Hi sunt quibus vitam spiritualiter viuendi præstitit. De qua ipse ait, ego veni, vt vitam habeant, & vt abundantius habeant volucres cœli tunc fecit, cum homines ad optanda cœlestia euexit, cum illos de cœlestibus edocuit, columbos puritate constituit Aquilas ad volandum edocuit, Turtures ad castitatem hortatus est, apes ad colligendum in floribus scripturarum mel erudiit, &c. (Sup. c. 10.)

F *Pisces fecit, quos sic* in hoc mari magno sine sumersione natare instruxit, vt de cœlestibus cœlestes, de contemplatiuis contemplatiuos, de patientibus in fluctibus, patientes, per exẽplum velut hæredes constituerent, & bene viuendo normam præberent.

Die sexta Deus produxit e terra iumẽta, oues, & boues, vniuersaque pecora campi. Hæc sunt perfecta animalia mansueta. Iugo apta, & hominum obsequio accommodata, quæ eodem die cum homine fuere producta, sine quibus vix homo vitam in terra commode ducere posset, quibus optimè dispositis hominem Deus de limo terræ formauit, & ad sui similitudinẽ,

G quasi quodam penicillo delineauit, & tunc similem Deo fecit, cum immortalis gloriæ, & æternæ vitæ compotem fecit, tunc Deo similem fecit, cum eum Sanctum, & Iustum, per gratiam instituit, tunc Deo similem fecit, cum Deleto Chirographo, quod erat contrarium nobis, Deo reconciliauit, nos in nouum hominem, qui secundum Deum formatus est, ablatis vetustatis erroribus transformauit. (Quo Deo similis factus sit homo.)

Hæc omnia in cruce Christus perfecit, qui suę passionis meritum, in nouam nos creaturam, melioremque formam redegit.

H *Diem autem septimo* requieuit Deus noster, Refugium, & Virtus ab omni opere quod patrarat, quia dum cessit operi in monumento positus, die Sabbathi totaliter requieuit, qui Ecclesiam ex latere, quasi euam ex costa formauit, Sacramenta instituit, legem, ac testamentum per mortem confirmauit, & omnia consumauit, dicente eodem consumatum, est.

His omnibus in dies Pater suum vnigenitum clarificauit, Angelorum testimonio, Annuncio vobis gaudium magnum, quia natus est vobis hodie Saluator, Stellæ discurrentis indicio;

I Hoc signum Magni Regis est, eamus, & offeramus illi aurum, thus, & myrrham. Aurum tanquam Regi magno, thus tanquam Deo vero, & myrrham sepulturæ eius.

In scientia atque doctrina eius, cuius (in medio Doctorum disserens) mirabantur omnes. In potestate, dic nobis, in qua potestate hæc facis? Quis est, quia venti, & mare obediunt ei? In miraculis à seculo non est auditum, quòd quis aperuerit oculos ceci nati. In eruditione, scimus quia à Deo venisti Magister, & nemo potest facere signa, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. In transfiguratione, vbi gloriosus apparuit, & testificatus est. Hic est filius meus dilectus in quo &c. Quid dicam vsque dum vltimam clauderet mortis horam Deus filium suum clarificauit, cum enim diuina virtute roboratus, plena, & sonora voce moribundus clamasset, statim quidam ad eius diuinitatis cognitionem peruenerunt. Voce (inquiunt) filius Dei erat iste, postremò.

In resurrectione, & demum in eiusdem ascensione, suum semper filium clarificauit Pater,

Quod

Quod & promiserat, cum velut tonitruo, clara voce affirmando intonuerat, & clarificaui, &
Cap. 12. iterum clarificabo supra. Quotiens enim Christi gloria ab hæreticis obnubilari contigerit, totiens Pater eundem se clarificaturum promisit.

Per filium autem exaltatur Pater, & ab ipso clarificatur in gentibus, secundum quod scriptum est, per Prophetam exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra, & alibi, & exaltabitur
Psal. 45. Isa. 2. Dominus solus in die illa, idest in aduentu Christi, quia totum quod agebat, & docebat, in Patrem referebat. Neque enim minus patrē suum amat filius, quam suum filium vnigenitum amet Pater, qui se vno amore diligunt, qui se Spiritui sancto amant, singula itaque sua refert in Patrem, qui non suam, sed Patris gloriā
In oībus a patre clarificatus est filius. quærit. *De virtute*, & potentia eius in faciendo miracula, Pater in me manens ipse facit opera. De doctrina, & sapientia (inquit) mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me Patris. Canunt Angeli Christo in crepundiis, in gloriam, in excelsis referunt Deo, dum magi procidentes adorant Christum, dum non alia ratione illum adorant, quam ut filium Patris similiter, & Patrem in adoratione glorificant. Adolescens Iesus ascendebat in Templum adorare Patrem secundum consuetudinem diei festi, de gloria ego gloriam meam non quæro, qui à semetipso loquitur hic propriam gloriam quærit, qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est.

Eiecit è templo ementes, & vendētes, eo quod domum patris eius, domum negotiationis, & speluncam latronum fecissent, communem orationem ad Patrem dirigendam insinuauit, cum oratis dicite, Pater, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum &c. Tu autem cum oraueris intra cubiculum, & clauso ostio ora Patrem tuum, &c.

In cruce Patrem clarificat, qui patrē pro persecutoribus orat, Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt, & in extrema suæ consummationis hora Patrem clarificat, cui suum spiritum commendat, Pater in manus tuas commēdo spiritum meum, post resurrectionem semper Patrem clarificat, Ascendo ad Patrem meū, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum, etiam cum soli mulieri loqueretur, Patrē clarificat, mulier noli me tangere, nōdum enim ascendi ad Patrem meum.

Quid sit Deū Patrē clarificare. *Nil aliud* est clarificare Patrem, quàm ipsius maiestatem, voluntatem, & proprietates, nobis manifestas facere, quæ omnia vno verbo concludit, dum inferius inquit Pater manifestaui nomen tuum hominibus.

Sit primus dies Christi, manifestatio diuinitatis, omnia quæcunque audiui à Patre meo nota feci vobis.

Secundus sit explanatio eius voluntatis, si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet doctrina mea.

Tertius est futuræ gloriæ fruitio, Domine bonum est nos hic esse, si uis faciamus hic tria tabernacula, &c.

Mystica & pulcherrima dierū distinctio & explanatio. *Quartus dies* est dilucidatio incognitæ veritatis, magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.

Quintus est restitutæ nostræ libertatis, à iugo peccati, si filius vos liberauerit verè liberi eritis.

Sextus exhibitæ nobis exemplaritatis, exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & uos faciatis.

Septimus, aperuit ostium æternæ felicitatis, ego sum ostium per me si quis introierit saluabitur, & pascua inueniet, &c.

Præcipue autem in eius morte in his omnibus apparuit clarificatio, vbi innotuit diuinitas, refloruit humanitas, manifestata fuit veritas, remota calamitas, concessa bonorum facultas, diabolica sublata potestas, æterni Patris reconciliata voluntas.

A *Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te.* Tu Pater qui potes omnia, tu qui noscis omnia, & quomodo opprobria, exprobrantium tibi, in hac hora mihi supersunt, vt super me cadant, meam hanc, quam passurus accedo obscuritatem clarifica, meam ignominiam in gloriā, probra exprobrantium in ora laudes canentiū commuta, crucis scandalum in vexillum triumphantis, tua virtute conuerte, patibulum quod subeo vsque extolle, vt meis fidelibus absit nisi in illo gloriari, flagellis & spinarum aculeis talem maiestatem impende, vt gloriosa efficiantur in cœlis, in terris veneranda, ab inferis tremebunda, ludibria in posterum cessent ab ignominia, persecutiones non terminentur in depressiones, passiones vlterius ad mortem non perducant, sed magis ad potiorem vitæ statum homines adducant.

Tandem Pater quidquid dedecoris pro salute hominum perpetior, quidquid inglorium aggredior.

Tu Pater luminum clarifica, tu totum illustra, tuo tu splendore corrusca; & quo magis me ipsum pro salute hominum abiicio, tu qui me misisti, tu cui obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis efficior. Tu qui deponis potentes de sede, & exaltas humiles, extolle me ad gloriam laudis, & maiestatis donans mihi nomen, quod sit super omne nomē, vt in hoc meo nomine IESV, omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & Infernorum omnisque lingua confiteatur, quod in dextera sim Dei Patris.

Igitur Pater me pendente in cruce, me clauis confixo, me fragris dilaniato, me ludibriis exposito, & spinis coronato, cœlum reseratur, & socio latroni concedatur, me pallente in cruce, Sol obscuratur, me moriente Templum illud in quo gloriantur Iudæi præceps corruit, lapides collidentur, & scindantur, Reuertantur à cede uociferantes, vere filius Dei erat iste, tundentes pectora sua.

Insuper maximè à te clarificabor, si me moriēte, rediuiuos ex sepulchris eduxeris multos ex mortuis sanctos, sic enim decet ad ingressum magni Principis, solui detentos in carcere, sic mea me morte, mortem occidisse, & uitam protulisse apparebit.

Et hæ sunt septem mulieres virum unum, in die illa dicentes, Panem nostrum comedemus, & uestimentis nostris operiemini, tantum modo inuocetur nomen tuum, super nos, aufer opprobrium nostrum. septem mulieres quæ in die illa (vt aduentus Domini) apprehensuræ erant virum unum, idest Christum Regem Redemptorem omnium, ad eorum auferendum opprobrium sum mors, Crux persecutio, afflictio seu tribulatio, paupertas, patientia, humilitas. Hæ omnes opprobriosæ sine Christo, & præ- Isa. 4.

2. Cor. 15. præter Christum, quorum opprobrium sublatum est, per Christum.

Gal. 2. cap. 6. *De prima* (inquit) Apostolus. Vbi est mors victoria tua? vbi est stimulus tuus? Absorpta est victoria tua, & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabũtur.

De secunda dicitur euacuatum est scandalum crucis propterea (inquit) mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

2. Co. 4. *De tertia persecutionem* patimur, sed non derelinquimur. Aporiamur, sed non destituimur, deiicimur, sed non perimus.

Ibidẽ. Rom. 5. *De quarta*, Tribulationem patimur, sed non angustiamur, & alibi Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit.

Matt. 5. cap. 5. *De quinta* (inquit) ipse Christus. Beati pauperes, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ. *De sexta D. Iacobus* in sua epistola. Patientia opus bonum operatur, siue opus perfectum habet, vt sitis perfecti, & integri, in nullo deficientes.

Luc. 18. 1. Pe. 5. *De septima* dicitur omnis qui se humiliat, exaltabitur, & alibi Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, nam tunc ab his ante velut opprobriosis mulieribus; per Christum aufertur opprobrium, cum Christo copulatæ, & spiritu eius fœcundæ, salutis spiritum parturiunt, ac producunt.

Erãt hæ mulieres ante Christi aduẽtu Adulteræ. *Adulteræ erant ante Christum*, & quemcunque spiritum cui se supponerent, haberent, non erat suus vir, quo solo aduenente, seque illis copulante, pariunt sobolem salutis. Audi Apostolum.

Rom. 7. Gal. 5. Mulier si viuente viro, fuerit cum alio viro, Adultera est. Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi, per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo, & alibi si spiritu ducimini, non estis sub lege prima, non patimini, vt a lege comprimaminis sic discoli homicidæ, fratricidæ, & cæteri impij, quibus sunt oneri leges, estis tamen in lege, qui legem venerantes obseruatis.

Et sicut leges carnis sequuntur, qui in carnalibus oblectantur, manifesta sunt enim opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, Gula, Luxuria, &c. Fructus autem spiritus, est charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Mansuetudo, Castitas, &c.

Si igitur spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis, idest omne opprobrium auferetis. Vel

Mulieris nuditas est eius opprobriũ. istæ septem mulieres opprobriose, videbantur, quæ nudæ reperiebantur. Hoc enim maximè indecens mulieribus videtur, & est, vt nudæ se videri permittant, quæ non ab alio, quam à suo viro, ad quem se conuertunt superuestiri patiuntur. Tu inquiunt aufer opprobrium nostrum, quod & Apostolus asserit, insinuat, dum

2. Co. 5. inquit, in hoc ingemiscimus habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, & non nudi inueniamur,

Col. 3. & alibi induite vos, sicut electi Dei sancti, & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, &c.

Pater venit hora clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Hora quam tu statuisti, quam designasti, quam ordinasti, quia ordinatione tua perseuerant dies, quam pro meæ peregrinationis termino præfixisti venit, non cœlorum cursu compulsa, nec solis iteratis vicissitudinibus adducta, non hominum impietate agitata, nec odio Iudæorum constricta, sed tua solum voluntate præfixa, & prædestinata; Venit, & iam in mundo adest. In qua me mundus in glorium reddere conabitur. In qua me opprobrium hominum, & abiectionem plebis efficere pro posse tentabit, in qua obscurum, & opacum me statuere sataget, adeo vt tu solus Pater me clarificare possis. Hora Christi nominè in tempore.

F *Ego non meam, sed tuam gloriam* in mundo quærens te clarificaui, ac nomen tuum hominibus manifestaui, dixi in me debaccantibus, & si ego non quæro gloriam meam, sed eius qui misit me, est tamen, qui quærat, & iudicet, idest tu Pater, cum quò communis est gloria.

Ideo clarifica filium tuum, quem si clarificaueris, ab ipso simul clarificaberis; sicut enim nos vestes, quas ad nos calefaciendos induimus, prius nos illas nostro calore calefacimus, quæ nos suo postea calore calidiores efficiunt. Ita ego si tua claritate me clarificaueris, ac mundo me tuum vnigenitum manifestaueris, à me postea maiori claritate clarificaberis, quandoquidem, longe melius mihi mundus præbebit fidem, meisque mandatis parebit, si tu me illis tuo dono fidei, ac sequentibus signis clarificaueris, propter quod tu in me, & per me longe melius clarificandus eris, ac si diceret, mundus me morientem in crucis patibulo cernes, tanquam extinctum carbonem respuens, cum impiis impium facilè credet condemnatum, nisi tu tua claritate, igitum carbonem efficias, cuius splendore, & tu ipse corruscas, quamuis enim, non adhuc pœnitus extinguendum infidelitas proterua cogitauit, quorum aliqui mittamus (inquiunt) lignum in panem eius, & eradamus illum de terra viuentium. Clarificatiòis ordo reciproc. G H Sap. 1.

Aliqui expedit vnum hominem mori pro populo, ne tota gens pereat.

Alij tolle, tolle crucifige eum, &c. Ostende tu me non extinguendum morte, sed quasi cineribus carnis, mortalitate obuolutum, & obtectũ, ipsa mortalitate depulsa clarum, & à te clarificatum prodiisse. Verum quomodo clarificaturus esset filius Patrem, cuius claritas sempiterna, nec forma serui potuit existimari minor, nec in ipsa possit excogitari amplior.

I *Audi Augustinum filium glorificatum* esse à Patre secundum formam serui in qua se ipsum exinaniuit, quam Pater suscitauit à mortuis, idest virtus diuina, quæ à Patre velut à fonte in filium emanat, non enim mundo adhuc notus erat qui notus in Iudea erat, oportebat enim, gentibus, populis, & linguis, Christi gloriam prædicari, cum & ipse expectatio gentium sit, & in quem gentes ipsæ sperabunt, ac per quẽ benedicerentur. August. in Ioan. Prædicada est omnib. Christi gloria.

K *Amplior est illius* glorificatio, & clarificatio copiosior, vbi à solis ortu vsque ad occasum laudabile sit nomen Domini. Adhuc, & hoc implendum restat, quod per Prophetam expressum est à te; Ab ortu solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco. Sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus dicit Dominus exercituũ. Mala. 1.

Hanc clarificationem petit Christus, per quam eius clarificatur, & Pater. Hoc per resurrectionem competit Christo, qui in resurrectione clarificatus

ficatus est à Patre, & post resurrectionem clarificauit ipse Patrem. Hic enim est scopus euangelij, hæc summa Christianæ nostræ professionis, nihil enim aliud est dicere (inquit) Augustinus, pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, nisi dicere pater resuscita me, vt innotescas toti mundo per me, prædicatores mittentur à me, qui præconia loquentur de te.

August. sniç expositio.

Cæterum & si innumera sint maiestatis diuinæ præconia, quibus perpetuò à nobis, & à spiritibus Angelicis extolli, & collaudari possit, Hoc tamen vnum specialiter nobis assiduis encomijs restat collaudandum; quod & super omnia opera eius se nobis præbet totis præcordijs admirandum, Ad mirabile est nomen eius in vniuersa terra, super potentia eius, super sapientia, super bonitate, super iudicia eius, super prouidentia, super magnitudine, æternitate, maiestate, & gloria eius.

Restat illud vnum declarandum gentibus, & manifestandum seculis, quoniam vniuersalem miserationes eius, super omnia opera eius. Inter cætera, quæ in cęlis, necnon in terris Deo nostro efferuntur laudum encomia, vnum de sanctitate; alterum de bonitate, seu de misericordia eius, primum ab Angelis in cœlis decantatum, secundum inter homines acclamatum legimus, primum ad triumphantem spectare ecclesiam intelligimus, secundum ad militantem pertinere, non ignoramus.

Duo pcipua Deo attribuuntur laudum encomia.

De primo dicitur Angelorum agmina in cęlis ante thronum Dei, acclamantia Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. & licet plures sint accumulatissimęque laudes, quibus Deus laudari, & exaltari possit, sicuti & ab ecclesia, quandoque concinitur, Tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus, sola tamen sanctitas in cęlis decantari videtur; non quod aliæ non concinentur Dei omnipotentis laudes, sed vt erudiamur, per solam sanctitatem, nos quoque posse cœlestia petere regna, iuxta quod scriptum est sancti estote, quoniam ego Sanctus sum, Dominus Deus vester.

Isa.6. & Apo. 4.

Leui.20

Militans ecclesia in hac præsertim laude versatur, vt de misericordia Domini glorietur, secundum quòd scriptum est, laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi, quoniam confirmata est super nos misericordia eius. Hac itaque sua bonitate, hac sua inexcogitabili misericordia passionis, & mortis pro nobis assumptæ, clarificari Pater per filium debebat, post resurrectionis gloriam, qua Pater clarificare filium, & diuinitas humanitatem, primò oportebat, iuxta id quod scriptum est, mirifica misericordias tuas, qui saluos facis spetantes in te.

Ps.116.

Psal.16

In hac præcipuè nos versari, & occupari maximè conuenit ad hanc.n. tantis, repetitis ac geminatis vocibus inuitamur dicente Propheta, confitemini Domino quoniam bonus, quoniã in seculum misericordia eius, confitemini, &c. quoniam, &c. semper huiusmodi decantanda misericordia creatoris nouis laudibus efferenda in aduentu Saluatoris, maximis subinde ac potissimis est extollenda in passione eiusdem nostri Redemptoris, prius & omissa fuit humano generi hæc inexcogitata misericordia, nunc confirmata, & consumata, nunc adimpleta, exaltata, & clarificata, est apud omnes, quæ communis facta est omnibus, ab omnibus excogitata, & prædicata. Hoc plane superest nobis faciendum, quod à Patre Christus petit perficiendũ.

Ps. 135.

Et filius tuus clarificet te. Per crucem Christi agnitus est Pater, mysterium Trinitatis, nec Iudæi, nec Gentiles perscrutari optime poterant. Equidem nomina plura apud Iudæos Deitatẽ, & maiestatem significantia reperiebantur, in quibus omnes Trinitatis personæ vniformiter conueniunt, siue enim Adonai, siue Iehoha, siue quodcunque aliud, tam vni, quam alteri, idest, tam filio & Spiritui sancto, quam Patri conueniunt, sola autem nomina sunt incommunicabilia, quæ relationum distinctionem denotant. Igitur qui filium Dei in passione agnoscimus, & Patrem correlatiuum infallibiliter agnoscimus.

Noĩa Deitatẽ significantia.

Sic Pater vt refertur ad filium dignoscitur, ut intelligatur illa æterna in mente Patris generatio, qua verbum à dicente producitur, nec potest essentialiter accipi nomen Patris, sed personaliter, pro ut ad filium refertur. Ibi igitur vbi de vtroque fit mentio idest, de Patre & filio, personalitatum rationes ante occultè manifestius clarificantur.

Hoc nomen Pater in diuinis psonaliter, nõ pôt accipi.

Tali modo Israel Patrem non cognouit, qui filium filium, Patris verbum nõ intellexit. Christus autem omnem fidem aperuit, & quæcunque audiuit à Patre nota facit nobis, potissimũ autem, & totius fidei cardinem, seu omnis ecclesiæ structuræ basem, hoc est Trinitatis mysterium. Curauit itaque Christus, omnem fidem in ecclesia adducere, quæ esset omnis veritatis archiuium, quod autem adhuc plerique, siue Gentiles, siue Iudæi, siue Arriani, hoc non intelligant, non docentis, sed non attendentis, & non credentis culpa est. veluti qui à veritate auditum auertant ad fabulas uero conuertantus.

Cap.12.

Vt filius tuus clarificet te. Attende ad quid gloriam seu clarificationem sibi ipsi expostulet Christus, non ut in ipso terminetur, non vt consistat in seipso, sed vt reflectatur, & retrò commeat in Patrem, gloriam (inquit) meam non quæro, sed eius qui misit me, quæsiuit Christus Patri obedire, quæsiuit Pater Christum exaudire, quæsiuit Christus, seipsum exinanire, quæsiuit Pater Christum sublimare, Christus in omnibus est humiliatus, & à Patre super omnia est exaltatur.

Humilitas Christi exaltauit Patrem, Patris sublimitas exaltauit filium. Passio Christi, ludibria, opprobria, & tormenta Christi, Patris bonitatem claram effecerunt, tradidit enim filium, ut seruum liberaret, mors Christi, & crux Christi, flagella, & spina, Patris iustitiam clarificarunt, qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ecce Patris, & filii vicissatam clarificationẽ, qua iam nihil clarius, nihil apertius, nihilque euidentius.

Reciproca clarificatio.

Vt filius tuus clarificet te. Suam tibi reseruat gloriam Deus, nec alteri nemini tribuit ipsam, hanc exigit, & quærit. Quisquis sibi ascribit gloriam, quisquis affectat gloriam suam, & in se ipso gloriatur, hic sibi quod suum non est vsurpat, & tam damnabiliter vsurpat, quod Domini est furatur, quid habes, enim quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis?

Hinc audisti Angelos in Christi natiuitate, Christi omnem gloriam in cœlis retulisse, gloria

Luc.1.

ria (inquiunt) in excelsis Deo, mox natus Christus gloria in cœlis canitur gloria ad Deum effertur, soli Deo honor, & gloria in sæcula sæculorum.

In morte Patris gloriam quærit. Vide quanta patiatur Christus, ad Patris gloriam consequendam, ad glorificandam Patris inter homines maiestatem, nos autem, nec patri, nec Christi gloriam quærimus, nec est, qui cum Apostolo dicat, magnificabitur Christus in corpore meo, siue per mortem, siue per vitam, nec iniuria, ô Doctor gentium, quandoquidem, siue viuimus, siue morimur Domini sumus.

Vt filius tuus. Audisti me natiuitate, & in hora mortis Patris gloriam magnifecisse Christū. Attende, & in vitæ eius toto decursu, ac in omni opere Patris gloriam expetiisse intueberis, dum miracula operatur, demonia ab obsessis expellit Sathanam in omni trino congressu cōuincit. Hæc omnia ad diuinitatem, & ad Patrē retulit. In digito Dei se operari miracula, fatetur, vt omnis honos ad Deum in cœlis referatur. Dum laudatur quod bonus esset, & hoc ad Deum referri voluit, quid (inquit) me dicis bonum, qui non me agnoscis Deum? Nemo bonus nisi solus Deus. Docendo Christus, ac in admirationem trahendo animos, quomodo talia didicisset, ad Patrem doctrinam refert; mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. Ego honorifico Patrem meum, &c.

Quærit in omni opere gloriam Patris, qui de omni suo opere est protestatus de Patre, Pater in me manens ipse facit opera.

Vt filius tuus. Attende, ac ex his facilè perpende, an iuste, aut perperam, numero te filiorum Dei ascriptum reputas. Videant hæretici, quàm temere, & inaniter se Dei filiorum numero ascribere audeant. Dei filius non adoptiuus, sed naturalis, & consubstantialis, ac vnigenitus, in passionibus, in ieiuniis, inter flagella Dei tandem, & gloriam hanc vnam quærit.

Tu Luthere, quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? siccine vestris spurcitiis Deus glorificatur, & non potius Deus est, qui glorificatur in medio sanctorum? Attendant, & blasphemi, qui tot impetunt opprobriis, & maledictis Regnum cœleste, certè, nec vos filii, nec ille pater, cuius gloriam ne dum clarificatis, sed obscuratis.

Nè pertranseas (obsecro) hęc quæ tā pio plenus Zelo Author hæreticis improperat, & blasphemis, Mirabilemque Authoris sanctū mirare. Feruorem, & sane mirum est quomodo tam patienti misericordiæ suæ manu sustineat Deus eos qui

Siccine improbi, nomen Dei sanctificatis? Hoc tamen non obiter à Christo in prima postulatione ponitur, illius Dominicæ orationis, vt sanctificetur nomen Patris æterni, quod hodie iugiter, & impune in auribus omnium blasphematur, nec Moysi pepercit Deus, sed eum morte puniuit, non quod blasphemum aliquid protulerit, sed quod Deum coram populo (pro vt debebat) non glorificauerit, & magnificauerit. Quid de blasphemis, quorum sepulchrum patēs est guttur eorum, linguis suis dolose agunt? Iudica tu illos Deus, secundum multitudinem impietatum eorum, expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.

Sicut dedisti ei potestatē omnis carnis. Ingruente passionum turbine, qua optime suam nobis assumptam humanitatem manifestat, suæ pariter insinuat Diuinitatis misteria, vt depulsa omni ambiguitate ab Apostolorum peccatoribus, firmius stabilirentur, in præposita fide, ne vltra quam par, esset, suum desponderent, animum in passione eius.

sæpè sepius ore sacrilego blasphemātes Dei nomen audent impete-

Debuit autem prius in humilitate descendere, postea verò ad eius glorificationem, per exaltationem ascendere, nunquam tamen vnum sine altero, qui semper vnus extat Dei, & hominum mediator. Respondet tamen in passione humanitas, obscuratur in morte diuinitas.

Mox autem in resurrectione cępit resplendere diuinitas, & fugare mortalitas. In operibus humilitatis exaltatur diuinitas, ex operibus diuinitatis ex tollitur humanitas. In infirmitate F comprobatur diuina maiestas, & in diuinitate illustratur humana fragilitas. Dedisti (inquit) ei potestatem omnis carnis, quia omnia subiecisti sub pedibus eius oues, & boues vniuersa insuper, & pecora campi.

Dedisti ei potestatem omnis carnis. Christo potestas omnis carnis est elargita diuinitus à patre, vt vbi abundauit delictum superabundaret, & gratia. Vbi superabundauit? in omnem carnem. Adam non potuit suo peccato omnem carnem inficere, non enim Euam ipse infecit, nec inficere potuit, quæ nec per propagationē G ab ipso influxit, cum nec filia Adę vocari possit, nec post, sed ante peccatum ex eius latere desumpta fuit.

Ideo non omnis carnis homo potestatem habuit ad condemnandum. Christum autem omnis carnis potestatem habet, qui & Euam, & Adam, & omnes antecedentes, ac subsequentes iustificare potuit.

Insuper solum peccatum orginale Adam. Genus humanum inficere potuit. Actuali autem suo quo peccauit peccato mortali, nec infecit, nec inficere potuit. Christi autem omnis actualis gratia communicatur fidelibus, & participes H efficiuntur, velut hæredes omnium bonorum eius, nec non superabundauit gratia Christi in hominibus post peccatū ab ea gratia, quæ fuisset huiusmodi ante peccatum concessa, non tantum quod natura humana in Christo ad talem euecta sit maiestatis gradum, vt ad esse diuinū fuerit sublimata, idemque sit, & Deus, & homo simulque in vnum diues, & pauper verum, & Deiparæ sanctæque Dei genetricis Thronus sit exaltatus super choros Angelorum, & Regina Angelorum vocari digna est.

I *Insuper, & Apostolorum Throni in subselijs* supremorum sunt eleuati: An nescitis, quia & Angelos iudicabimus? Iudicare autem superioris est, vt qui natura sunt inferiores, gratia sint excellentiores, non enim fuissent martyres, si Adæ peccatum non interfuisset. Abundauit igitur multò magis in iustificationem sanctorum gratia Christi, quam in condemnationem peccatum Adæ, propter quod canit Ecclesia, o fœlix culpa, quæ talem & tantum meruit Redemptorem.

Dedisti ei potestatem omnis carnis. Quia propter peccatum, multiplicati sunt mulieris fœ- K tus, & nati sunt in mundo plures quam non fuissent nati, omnes qui tunc fuissent nati stante innocentiæ statu salui fuissent, & nascentiū ordo diuinis legibus præscriptus erat, qui autē ex falso concubitu sunt pro geniti nullo modo extitissent, quia remota causa remouetur effectus, & impossibile est, eundem effectum numero posse ab alia causa produci, imo ab alio, quam ab eodem actu, & ab eisdem numero agētibus produci.

Non

Non igitur fuissent ex fornicatione nati, quorum tamen plures beatorum cathalogo, & martyrum etiam numero, ascripti reperiũtur. Nec eosdem habuisset filios Iacob, qui non plures, sed vnam tantum habuisset vxorem, diuersitas enim agentium diuersitatem actionum, & effectuum omnino expostulat.

Sed & illo in statu, integerrimæ, innocentiæ, nullus homo plures vnquam vxores habuisset, sed vnusquisque vnam tantum, post peccatum vero, multi sanctorum ex speciali dispensatione diuina plures habuerunt vxores, à quibus plures susceperũt filios, quos nequaquàm eosdem numero habuissent, sine illis vxoribus, quandoquidem, nec eadem agentis actio, nec eadē materia, & dispositio interfuisset.

Si igitur ex Ismaele multi profluxerunt, qui fidem susceperunt, & salui facti sunt, ipse non existente, nec cæteri extitissent.

Christus extendit ad omnes beneficium salutis, qui enim de eodem venire dicitur tinctis vestibus de Botra, qui in Idumea suum calceamentum extendere dicitur, ipse suæ incarnationis virtutem omnibus impertitus est hoc enim per calceamentum intelligitur, quandoquidē nullum aliud ab assumpta in Incarnatione humanitate Deum accepisse intelligimus, nec tinctas de Bozra, idest de ciuitate Regia vbi Rex Edom habitabat, vt dicitur, vestes rubras habuisse diceretur, si ibi passionis fructum non communicasset. (Gen. 3.)

Sed, & absit, ut aut spurijs, aut quibuscunque illegitime natis participationem Sacramentorum, & meritorum Christi, aut negare præsumamus, aut inaniter illos participes esse dicamus, omnis enim carnis potestatem habuisse Christum audiuimus æternam, & hanc, missurus Discipulos in vniuersum mundum ad baptizandas omnes gentes, in eorum auribus Patris voluntatem esse aperire voluit.

(Gratia fortitudo.) *Gratia insuper superabundauit*, vbi abundauit peccatum, quia non sicut delictum, ita & donum, per peccatum enim mortificantur opera facta in gratia, sed per superuenientem gratiam, denuo quæ per peccatum mortificata fuerant reuiuiscunt, quæ autem per gratiam peccata remissa erant, per superueniens peccatum non renouantur, sed dimissa, & abolita permanent, quod fortitudini gratiæ ascribitur.

Sicut dedisti, &c. proscribenda esse potestas super omnem carnem primo homini fuit exhibita, Domino dicente. Replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volucribus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram, sed tamen ad subiicienda terrena impertitu sibi auctoritas erat. Christus autem longè eccellentiorem adeptus potestatem ad subleuanda vl; terrena, & ad immortalitatem euehenda. Vt omne (inquit) quod dedisti ei det eis vitam æternam, sed nonne omnia illi dedit cui omnia subiecit? vbi Augustinus ait nihil excludit cum omnia dicit, sic Apostolus credi iubet cum ad hebræos ait excepto eo qui subiecit sibi omnia. (Gen. 1.) (August. in ps. 8. cap. 2.)

Verum cum omnia sibi subiecta dixerit, ad quid iterum quædam seorsum nominauit, oues v., & boues vniuersa insuper, & pecora campi & cætera. Ad Christi aperiendum mysterium, profectò ista requiruntur, quandoquidem, omnia quidem sub pedibus Christi statuit, quem præesse omnibus voluit, sub pedibus tamen tandem solos inimicos, quos conculcaret confirmauit, & amicos ad dexteram secum in cœlis sublimauit.

Dedisti ei potestatem omnis carnis. Non solum ad viuificandum, & saluandum, sed & ad occidendum; Ego enim occidam, & ego viuere faciam, percutiam, ego sanabo, & c. præest bonis, præest, & malis vnicuique secundum rationes meritorum tribuendo. Hoc dicto, maximè gaudere debent boni, maximè lætari debent in tribulationibus, in persecutionibus, & in ærum-
A nis constituti. Iisdem verbis deterreri maximè, & expauescere debent improbi, vltorem suorum scelerum non ignorantes Iesum.

Hunc timeamus, qui potestatem omnis carnis habet, qui & corpus, & animam in gehennam mittere potest.

Omnis carnis. Igitur & suæ, vt possit se ipsum rediuiuum facere, & à mortuis suscitare, velut potestatem adeptus ponendi animam suam, & iterum sumendi eam, nec non & cætera possit viuificare corpora, omnesque à mortuis reuocare. Vnde Apostolus ait sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuifica-
B buntur.

In super suorum inimicorum dominabitur, de quo scriptum est; Manus eius in ceruicibus inimicorum suorum. Igitur non tantum cadere retrorsum velle potuit irruentes milites, sed & omnes uno ictu exterminare, omnia .n. quæcunque voluit ipse fecit in cœlo, in terra, in mari, & in omnibus abissis.

Dedisti ei potestatem, &c. in quantum homo, vel quia idem est, & Deus, & homo, qui dedisti tuam substantiam, vnam, & communem esse fi-
C lio, eidem & tuam omnipotentiam contulisti, vt non sit alia virtus, aut potentia Patris, à virtute, & potentia filii. Omnis carnis idest, vt nō Iudæorum tantum, sed & gentium sit Saluator, & Redemptor, qui & Iudæorum, & gentium est creator, & Dominus, positus in caput gentium, vt sit salus eius vsque ad extremum terræ. Hinc ab Oriēte, & ab Occidente veniēt multi, & recumbent in sinu Abrahę nostris adhuc fœlicissimis temporibus, nouas insulas, nouam terram, nouum populum, imò nouum
D mundum accersiri ad salutem audiuimus, vt & eis detur vita æterna per Christum. (Manus Deo tēporibus nostris acquisitus mūdus apparuit)

Est igitur sensus verborum Rogo te Pater, vt sicut dedisti mihi filio tuo omnium hominum vniuersale dominium, sic omne, quòd dedisti mihi habeat, & consequeatur vitam æternā, nihil si possibile est pereat ex his, qui vis omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, à qua veritate si liberati fuerint, verè liberi erunt, pro mihi cōmisso grege rogo, ne ex eis quisquam pereat: ò summi pastoris officiū,
E ò pastorum omnium exemplar, ò nostrum strenuum, & piissimum aduocatum.

Dedisti ei potestatem omnis carnis, ne videatur iactari, de sibi tradita super omnes homines auctoritate, sub carnis nomine illos appellat, humilis ad humilia se conuertit, loquitur humilia, & humilia sapit, sed quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit? Cōgruebat, vt omnis carnis potestatem, se habere ostenderet verbum, quod pro nobis caro factum est, in qua salutem nobis promereri posset.

Vt

Vt omne quod dedisti ei,det eis uitam æternam. Ergo donum Dei est vita æterna, ergo nullus propriis meritis, aut promereri, aut consequi potest, gratia enim Dei, vita æterna ergo poscenda à largitore, & votis omnibus conquirenda,& efflagitanda. Hoc est donum Christi Redemptionis fructus, vt nil aliud expetendū sit ab ipso,quod aut non sit illud,aut non sit ordinatum ad illud.

Aspice quam potēter Author sic contra eos qui de sola nudaq; fide gloriantur in furgas.

Dat mundus vana quædam, & inania gaudia corruptibilia, & transitoria bona,Christus dat æterna, nunquam defectibilia, sed perennia. Hoc postulabat Christus, hoc præcabatur,hoc illi concessit, & dedit Pater vt possit saluare fideles suos,& sectatores suos,de quibus dicitur postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, possessionem tuam, terminos terræ.

ps.2. ps.1. Non est igitur, vt esuriletur de sua damnatione aliquis cum Christus,quantum ad quod ad se attinet,vitam omnibus promeruerit æternam. Vnde supra dicebatur quotquot autem receperunt cum dedit eis potestatem filios Dei fieri.

Det eis uitam æternam. Replicat aliud suæ diuinitatis argumentum nemo quippe dandi vitam æternam potestatem habet à solo Deo. Nec enim inquit se impetraturum, sed se daturum, quia sic promeruit illam nobis,vt illam ipse donet, & nobis promeruit per assumptam humanitatem, largitur per coeternam diuinitatem ad hoc nos vocat, vt hanc nobis æternam vitam elargiatur. Venit enim,vt vitam habeāt, & vt abundantius habeant. Venit quærere, & saluum facere quod perierat.

Sed quibus daturus sit vitam æternam, ostendit dum ait, omne quod dedisti mihi ecce iustorum æternam prædestinationem haud tamen talem, quod aliquis actus præcesserit, vt præterita dici possit,prout distinguitur à partibus temporis, siue præsentis, siue futuri, velut quæ totum compleatur tempus, & in illa vnicus tantum ascribatur actus intellectus, & voluntatis, cui respondent omnes, & æternorum, & temporalium actiones.

Nullus itaque propriè,& effectualiter potest dici prędestinatus si sumatur, vt differentia temporis,quæ designet præteritum, nisi quum adeptus est; vel ipsā adipiscitur prædestinationē, & vitam æternam. Cum nec æternitas,præteritum habeat, nec tempus adhuc futurum aduenerit, quo quis dici possit prædestinatus, ratio præteriti à pectoribus mortalium, aut temeritas male operandi, aut desperatio modo sperandi salutem aufertur.

Æternitas est tota simul.

Perfectio autem actus diuini intellectus, & voluntatis nobis commodius per modum actus præteriti, quàm per modum actus futuri, vel præsentis denotatur, cum quod est futurum non sit, quod agitur nondum perfectum sit, quod autem completum est, sub finita,& præterita actione designatur.

Hinc & præteritum,& futurum, quæ potiores temporis rationes sunt, in litera reperiuntur, dedisti ei, det eis. De præsentis autem non habemus, nisi nunc vel instans quæ potius diuisiones sunt temporis præteriti, à futuro, quā tempus, cum sit omogeneum. Propter quod nec instans,nec nunc, sunt partes tēporis, quia essent tempus, sic enim, & Apostolus sub ratione præteriti loquens, de prædestinatione Iustorum,non solum nominat actum prædestinationis,sed & vocationis, & glorificationis in præterito, non ratione præteriti, cum multi nondum sint,nec vocati,nec adhuc glorificati, sed ratione perfectionis,& infallibilitatis, quos inquit Rom.8. prædestinauit, hos & vocauit, quos autem vocauit, hos & iustif. & quos iustif. hos & glorificauit,&c.

Instans non est pars tēporis.

Det ei, &c. Omne quod datur nobis, adhoc datur,vt det nobis vitam æternam, vt ipsis mediantibus illam consequamur. Diuitię,egestas, persecutio, gladius, angustiæ, omnia bona, & prospera,omnia mala, & aduersa. Nihil nobis obuenit, nihil occurrit, nec capillus de capite cadit, quin conferat nobis ad æternam vitam consequendam. Frustra igitur frangimur,frustra conquerimur, qui omnia in salutem æternam conuerterem possumus.

F

Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum,&c. Hic omnium Impiorum contunditur supercilium, non gloriatur fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitiis suis, nec potens in potentia sua, sed glorientur scire, & noscere me,hæc beatitudinis ratio,& essentia.

G Fuerunt quidem ex præcipuis philosophorū; qui in substantiarum separatarum cognitione fœlicitatem hominis indixerunt, sed quid cognitio Angelorum ad uisionem Dei, inquem Angeli prospicere desiderant, & prospicientes beatificantur? sed esto, nonne instar nictitoracis oculus ad Solis radios, se habet intellectus noster ad supernaturalia suspicienda? quanto magis, si quis inspectator effici voluerit maiestatis,opprimetur à gloria. Insuper, quæ vita æterna; in mortali vita poterit expectari, vel adipisci?

Error atq; quorum philosophorum.

H

Hæc est uita æterna. Attende,esto in beatitudine sit omnium bonorum aggregatio,Imò ipsa beatitudo sit omnium perfectionum cumulus. Hic Christus solam vitam æternam commemorat, nec iniuria, quandoquidem omnia alia propulsantur mundana bona per hanc solam,si enim dixisset; Hęc est summa delectatio, sunt carnales, qui à carnalibus voluptatibus nihil delectabilius exoptarent, si gaudium protulisset, sunt qui nullis oblectari videntur, nisi mundanis gaudiis, si rerum abundantiam diuitias,& huiusmodi proposuisset, sunt auari,sunt & diuites,qui satis sibi esse credunt,auri, & argenti possessio.

Quid sit beatitudo.

I

Tandem si honores, & dignitates exposuisset, sunt ambitiosi indignitatibus constituti,qui ab illarum luxuriante nexu nullatenus separarēt. Optimo igitur diuinoque consilio, Christus solam vitam proponit æternam. Hanc nullo modo,nulla arte, aut ingenio potest consequi homo,sine Christo,est tamen talis hæc vita,vt nedum mortis, sed omnis imperfectionis sit expers, omne gaudium continens,omne bonum complectens, nulli vicissitudini exposita,omni iucunditate copiosa.

K

Hæc est uita æterna. Sicut nil detestabilius morte, ita nihil optatius vita, & sicut nil morte tristius, ita nil vita iucundius. Sed nunquid hoc, quod viuimus in hoc mundo, vitam dicere possumus? quomodo erit vita, quæ nos ducit ad mortem? vbi humores itumescunt, dolores extenuant, ardores exsiccant, esca inflat, potus hæbetat, eindia macetat, ieiunium debilitat,tristitia gracilescit, gaudia exuperant, iuuētus

tus exagitat, senectus incuruat, infirmitas aggrauat, caro impugnat, oculus caligat, cutis arescit, artus comprimuntur, Reumata suffocant, & his omnibus mors improba succedit.

Quot & quantis sit malis sit obnoxia humana conditio.

Vue quatis homo natus de muliere, breui viuens tempore, miseriis repleatur, & licet ita sit falsa, & amara, tantisq; periculis exposita, adhuc tamen illecti reperiuntur, qui velut ebrij illa adhuc sitiant, & plurimos falsis suis oblectationibus, & promissionibus decipit, & passim multos suis irretiat illecebris.

Hæc est vita æterna. Quid est vita æterna, nisi vita beata, vita secura, vita pulchra, vita trāquilla, vita mortis ignara, nescia tristitiæ, sine dolore, sine periculis, sine anxietate, sine perturbatione, & sine omni corruptione. Ad quam exclamat Augustinus inquiens: ò vere Beatū Regnum, ò vita fœlicissima, carens morte, vacans fine, vbi continuus sine nocte dies, quæ vna solum meliori est in atriis illis super millia. Vtinā concessa mihi peccatorū venia, mox carnis sarcina deposita, in tua gaudia, coronam vitæ accepturus ingrederer, Christi vultum omnia iucūdantem cernerē, illud summū, & ineffabile lumen semper aspicerem, cum beatis spiritibus gloriæ conditori assisterem, sicque nullo metu mortis affici, sed de incorruptionis munere, & de immortalitatis dono, sine fine lætari possē.

Augus. in lib. medit.

Hæc est vita æterna. Igitur vna tantum vita æterna, & omniū est vna hæc vita communis, cæteræ verò vitæ sic sunt dispositæ, vt vnusquisque sua singulari viuat vita. Has dat anima dū corpori vnita remanet, est.n.ipsa principiū, quo viuimus, mouemur, & intelligimus, sed non omnibus est cōis terminus vitę, sed vnicuique præscriptus, quem transgredi non possumus. Illa autem equaliter ab omnibus possidetur, quantum spectat ad æternitatem, quia omnium est una communis vita, æterna vita.

Anima est principium quo uiuimus mouemur, & intelligimus.

Potuisset quidem sub nomine Regni cœlestis domus Patris gloriæ sempiternæ perennis gaudii æternæ beatitudinis, &c. nuncupare statū illum fœlicissimum, maluit tamen prætermissis cæteris nominibus, & proprietatibus, sub vitæ æternæ, eū vocitatum iri, ꝙ primū sit cōcupitū, quod auidius, & cōis ab oib. est exoptatū.

Hoc est. Nondum habetur vita æterna, tamen non inquit, hæc erit, sed hæc est vita æterna, qūo tam dicitur esse vita, quæ nondum adest vita? futura est illa vita, & adesse dicitur talis vita? An non audiuimus, & plurimos etiam hac in vita beatos esse? Qui igitur, & beatos in hac vita esse dixit, ipse & vitam æternā adesse dixit, nil enim aliud à beatitudine est vita æterna; quo igitur modo beati dicuntur pauperes spiritu, quorum ipsorum est Regnū cœlorum, eodem modo & æternam vitam habere dicuntur, qui.n. infelicem dicimus eum, qui plectendus est patibulo ob patrata flagitia, aut morbo, seu epidimia laborantem iam mortuum putamus eū & ex aduerso fœlicē dicimus, diuitēq; vocamus, cui superest ditissima hæreditas, vel eū qui apud principē adeptus est gratiam, non rōne tā possessæ, aut obtentæ, sed ex certitudine promissæ hæreditatis: est igitur hæc vita æterna nobis, cognoscere Patrē & filiū in Deitate vnum. Cæterū cum hāc cognitionem principiari per affectum, & per intellectū possimus in ecclesia existentes, in illa perseuerantes. Beati sumus, ac æternā vitā inchoatiuè possidemus.

Curiosa, & pulcherrima dubitatio. 1. Cor. 15.

Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deū, & quem misisti Iesum Christum. Quid Philippe, imò omnes astantes cū Philippo quid postulabatis Domino ostende nobis Patrem, & sufficit nobis? mortalis in mortalitate, non expoliatus illa, superinduuis immortalitatem à qūo prius erit animale, posterius verò quod spirituale, vt docuit Apostolus. Nesciebas quid petebas, qui immortalitatem in mortalitate quærebas, summum præmium expostulabas, & Zebedei filiis præponi cupiebas qui ad Diuinitatis aspectum anhelabas, ostende inquis nobis Patrem, & sufficit nobis. A

Attende quid hic dicat Christus, vt ītelligas, quid illi respōderit Christus. Hæc est vita æterna (ait) vt cognoscant te solum verum Deū, & quem misisti Iesum Christū; Dixerat illic, qui videt me videt, & Patrem meū. Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? quasi aperte dicat quorū vna est natura, vna essentia, vna Diuinitas, & vna virtus, eorū vna est cognitio, & intellectio, vt supradictum est. Hic aūt, in quo consistat æternæ vitæ possessio, insinuat manifestè. Hæc inquit est vita æterna, vt &c.

B *Hæc est* summa hic est finis, vltimusq; oīs Iustitiæ terminus, ꝙ & alibi dicitur, Nosse.n. te, consumata iustitia est, & scire Iustitiā, & virtutē tuā, radix est immortalitatis. Cum.n. dicitur nosse Deum, consumatam iustitiam esse, manifeste ostenditur. Cap. 15

Hanc vltimam esse iustorū omniū mercedem, hanc esse æternā illam beatitudinē, qua beati efficiuntur quicunq; beantur, hanc esse (inq̄) illam claram Diuinæ essentiæ visionem, quam Theologi fruitionē dicunt, & sicut visio illa nō per speculum, nec in enigmate, seu per aliquam similitudinem, sed facie ad faciē, sicuti est, aperta clara, ab omniq; vmbraculo nuda, beatū facit videntē, ita quodammodo participes beatitudinis dicimus, quibus datū est diuina speculari, & de diuinis mysteriis specialiter intelligere, & quicunq; amator, & operator est iustitiæ, is veluti beatus prædicatur, dicente Domino. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniā ipsorum est Regnum cœlorum, Qūo scire de Deo talia possumus, qui de Deo prædicata specialia ignoramus, sed q̄ naturali lumine intelligere non valemus, nec seruari non nisi cōmunia possumus. Hæc fidei nostræ lumine perscrutari facilè discimus, cū fides ipsa sit, & cognitionis, & immortalitatis radix, cognitionis (inq̄) oib. credentibus, quia sperandarum rerū argumentū non apparentiū est. Immortalitatis per charitatē operantibus, Apostolo dicente. In charitate radicati, & fundati, vt possitis compræhendere, cum omnibus sanctis, quæ sit Latitudo, & Lōgitudo, & sublimitas, & ꝓfundū, &c.

C — Nuda & aperta est visio ī patria. Math. 5

D — Fide est cognitionis & immortalitatis radix & flebile fundamentū. Eph. 3

In radice Beati prædicantur velut in seminario, à quo profluit, qui pauperes sūt spiritu, qui lugent qui persecutiones patiuntur; &c. Iuxta ꝙ & alibi scriptū est; Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent, euntes ibant, & flebant, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. E — Ps. 125

Sunt qui duas constituunt disiunctas Beatitudines veras, atq; reales. Vnam quę est in via, alteram quæ est in Patria. Primam constituunt in lachrymis, eruminis, & calamitatibus, quæ potius, in spe dicitur Beatitudo, quàm in Re cū procul à ratione Beatitudinis omnia extēt mala, ex aggregatione omnium bonorum. Eternę igitur illius beatitudinis hartabones, hæc mala

KK &

Qui futuri sint Beati in patria facilè conijcere possumus ex illa quæ habetur ĩ via ubi beatitudinis pignora simul, & media tribulationes sũt, & ærũnæ.

& erumnæ dicuntur, veluti media, & semitæ, quibus cõsequamur, ad quam suspiramus, qui sola hic spe beati dicimur esse; sola charitate, homines hic posse vocari beatus arguere possumus, quia particeps est Diuitatis, cum Deus caritas sit, & hæc sola nunquam excidit, per quã qui ab illa non deflectitur, iam beatus efficitur quum in patria augeatur, & confirmatur.

In via est totius meriti proxima causa, æternitatis initium, vinculum diuinitatis, & forma virtutum in patria, vbi perficitur, consumatur; & per hanc quasi per formam homo beatificatur. F Non plures, sed vna est Iustorum omnium beatitudo, solis distincta gradibus, quod supra seriosius diximus, de qua & hic Dominus (inquit) Hæc est vita æterna vt cognoscant te, &c.

Nec adeo distinguenda est beatitudo viæ, a beatitudine patriæ, quasi duæ constitutæ sint beatudines, imo per id quod dicitur (in spe) vna tãtum arguitur, quæ in patria possidetur, ad quã quę in spe haberi dicitur refertur. Verum mirari hic non desinet aliquis, quomodo tot uiri alioquin eruditissimi, magnifaciant hanc Christi sniam imò potius suã hac Christi sentẽtia vt G per illam probent Beatitudinem patriæ consistere in actu intellectus, cum non loquatur ibi Christus de beatitudine patriæ. Hoc enim dicere, est idem q̃ dicere, in Patria esse paupertatem fletum, & reliqua in quibus viæ beatitudo cõsistit. Sed ad mirabilius admiratione videtur, sua quemq; admiratione, sñiam omnium & lõge præstantiorum Theologorum ob nubilare uelle. Neq; enim facile videri potest, quo alio sensu uerba Christi interpretari possint, quam de beatitudine Patriæ, vbi expressa habetur H mẽtio ipsius æternæ vitæ, & posito q̃ de Beatitudine vię qs ĩterpretetur, de ea oportet loquatur, pro vt principiũ illius, quæ in patria possidetur, quæ hic à Christo æternæ vitæ vocabulo nuncupatur. Quæ.n. hic à mortalibus sic possidentur, vt ab immortalibus habeantur, non aliter, dum transferuntur, mutantur, q̃ de imperfecto ad pfectũ à mutabili ad æternũ statũ.

Charitas viæ augetĩ ĩ patria. Cap. 14 Beatitudo qua sola spe habemus in via est omnino eadem cũ ea, quæ sola caritate habẽt patria. D. Tho. 1. 2. q. 4 art. 3. & q. 3. a. 3. & 4.

Quapropter alia rõne, hic pauperes, flentes, sitientes, &c. Beati nuncupantur, & alia rõne participes charitatis, & diuinæ cognitionis beati appellantur, primi dicuntur beati, extrinseca ratione, preuenientiũ meritorũ ex perpessis ærũnis, voluntariè susceptis, secundi verò sic sunt beati, quasi principium Beatitudinis adepti, quia nec desinit charitas, nec cessat cognitio illa Diuina, sed vtraque augetur.

Difficillimam quorundã theologorũ quæstionem miro, quo polluit author ingenio hic dilucidè explanat, & soluit.

Illud tamen sciendum, quod Calamus Crucifixi scripsit, ad Beatitudinem tuã etiam requiri, visio Dei, idest perfecta cognitio ipsius, comprehẽsio, idest presentia finis, seu inamissibilis possessio, & delectatio, idest quietatio rei amantis in amato. Itidem ad ipsam aliquid tripliciter ptinere dicitur v3 antecedenter essentialiter, & cõsequẽter. K Essentialiter, vt operatio ĩtellectus, per q̃ cõiungitur bono increato, Beatitudinis in Dei visione consistit, illã summa cum delectatione cõprehendẽda, non prout comprehensio dicit inclusionẽ comprehensi in comprehendẽte sic. n. omne, quod comprehenditur à finito est finitũ, vnde hoc modo non põt comprehendi Deus ab intellectu creato, sed quatenus dicit tentionẽ alicuius rei, quæ iã præsentialiter habetur, sicut aliquis sequens aliũ, dicitur eum comprehendere qñ tenet eũ. Antecedenter verò, & consequenter, sicut operatio sensuũ, & rectitudo voluntatis. Requiritur .n. operatio sẽsuũ scdum beatitudinẽ imperfectã quæ habetur in præsenti vita, nam operatio intellectus præexigit operationẽ sensus, & ẽt sm perfectã beatitudinẽ in cœlo, quia post resurrectionem, ex ipsa beatitud. animæ, vt Aug. habet in Epist. ad Moscorũ, fiet quædã refluentia in sensus cõpertos, vt in suis operationibus perficiantur. Sed & strenuus ille peripateticorũ Princeps 6. & 10. lib. Ethicorũ, multis rõnib. tueri conatur, vltimã hoĩs fœlicitatem consistere in speculatione, & cognitione rerũ diuinarũ, & Sapientẽ iudicat solũ esse fœlicẽ. Talis aũt visio, v3 q̃ cõpræhensiue in Patria per fruitionẽ possidetur teste Calamo crucifixi, quædã vita nuncupatur, cũ actio intellectus, sit q̃dam vita intelligentis, & ideo per illam visionem intellectus creatus, æternæ vitæ particeps perhibetur.

D. Tho. 3. contra Gẽt. cap. 61.

Hæc est (inquit) uita æterna, vt conoscant te &c. Præterea neq; illud est ignorandum, quod omnibus est perspicuum, v3 in illo consistere ratione beatitudinis in beatis, in cuius opposito consistit ratio damnationis in damnatis. Quod, si in damnatis, priuatio visionis diuinæ dicitur, & est essentialis ratio damnationis esto multa alia tristia comitentur illam, pari ratione concluditur, sicut oppositum in opposito, ita propositum in proposito, in actu ũ3 intellectionis quid est intelligere, consistere essentialiter beatitudinem, licet multa alia bona delectabilia talem actum comitentur.

Cæterum cum inuisione Beatitudo consistat, quod tritissimum apud omnes Theologos habetur Augustino .n. teste, in eo libro, qui de videndo Deum, ad Paulinum iscribitur, videre pro intelligere communi assensu suscipitur, sic enim, & se ipsum Deum videre dicimus, dum se ipsum perfectè per intellectionem contemplari significamus, & spiritus illos beatos, alium alio perfectius videre decernimus, quos perfectiores in intelligendo declaramus. Sed & nos communi locutione passim vtimur cum videre quod ad omnes sensus extendimus ad intelligere accomodamus sed sufficiãt hic non .n. est in locus ut scolastica scripturalia misceamus.

Vt cognoscat te solum uerum Deum. Per solum intellectum, totaliter a Brutis discriminantur I homines. Ista sola potẽtia carent beluæ quibus inest aliqua voluntas, ad appetenda sibi proficua, & ad uitanda nocua. Hac rõne est immortalitati data anima nostra, quòd sit intellectiua intellectiuum enim immortale existere oportet quod à potentia materiæ nequeat educi, sed à uirtute diuina tantũ procreari, nam si brutis inesset intellectus, si boui, & asino inesset ratio, Animæ bouis asini, & Iumentorum immortalitate gauderẽt. Hinc hi assimilantur Iumentis in quibus rationis siue intellectus præstantia non præest. Nolite, inquit proph. fieri K sicut equus, e mulus, ĩ quib. nõ est intellectus.

Ps. 31. Naturali gaudẽt bruta appetitu.

Gaudent quidem bestiæ appetitũ naturali quo ducuntur, moueantur autem sola apprehensione sensus, non Intellectus lumine. Qui igitur homo per Intellectum est immortalitatem consecutus, illi æterna ẽt vita per operationẽ notificatur. Absit tñ, vt sit nuda, & in circũ scripta talis cognitio. Ducit enim cognitio in affectum rei cognitę quia esto inuisa diligi possint, incognita tamen nequaquam.

Vt cognoscant te. Quantũ laboris expenderũt hominũ ingenia ad cognoscẽdũ Deum, eũ autem

tem omninò videre non potuerunt nisi per effectus (quod per posteriora dicitur) dũ aliquando vt est primus motor aliquãdo ut primũ ens, aliquãdo vt causa efficiens omniũ, &c. Quæ omnia uix radiũ eius inexcogitabilis maiestatis ostẽdunt. Vnde Euripedes respõdit. Quãto magis cõsidero Deũ, tãtò mihi obscurior uidetur. Is autem uerè Deũ agnoscit, qui per Christum Deum agnoscit. Vnigenitus (inquit super) ipse enarrabit nobis, ipse enim est figura substantiæ eius, et species decoris eius ipse imago est pater-næ maiestatis, & splendor Diuinitatis eius.

Turip.

cap. 1.

In Christo consignata est Patris cognitio, quia nemo nouit Patrẽ, nisi filius & cui voluerit filius reuelare. Est autẽ hæc cognitio per fidẽ nõ inanem sed viuam, quia in Christũ credimus Christo autem tantum credere, non est fidelẽ esse, nam & Demones credũt ac cõtremiscunt.

Mat. 10

1cor. 13

Hæc autem viua cognitio incipit in hac vita, velut in speculo, terminatur autem: in alia facie ad faciem, sub certa spe hic innotescit, perficitur verò in patria in qua reuelata facie videbimus eum sicuti est. Tunc (inquit Apostolus) cognoscam, sicuti cognitus sum. Per lumen gratiæ in nos resplendentis ex parte cognoscimus, per lumen gloriæ nos irradiantis, tunc speculatores maiestatis erimus.

Ex intellectu, & intellecto fit propriè unum.

Vt cognoscant te. Hic scopus totius catholicę fidei. Innata, & cogenita est sciendi voluptas humanis pectoribus fecit. Deus humanã creaturam, vt summum bonum intelligeret, & vt vlterius progrediens intelligendo amaret amando possideret, possidendo verò frueretur. Igitur hæc est vita æterna vt eũ cognoscamus, & illo fruamur. Nã c iniuria, quãdoquidem, sic vniatur res cognita cognoscenti, vt ex intellectu, & re intellecta fiat vnum, & idem, in eodẽ esse, pro ut super copiosius monstratum est.

Se solum uerum Deum. Impegit in istis verbis & offendit hæreticus, confingens sibi petram scandali, positam non in ressurrectionem tantum, sed & in ruinam multorum cæcutientium in fide, velut qui omnis theologię, ac catholicæ veritatis sint ignari. Nunquam enim Arrius, aut potuit, aut voluit intelligere, quomodo filius sit ipse Deus, aut verè Deus, ob id quod dicitur ad Patrẽ quod solus sit verus Deus, et ex uerbis Christi, vult arguere fidem Christi, cuius & ignorãtia & proteruia satis per pcipuos doctores, maximè Hilariũ, Athanasiũ, Ambrosiũ, & August. nec nõ & in cõcilijs plurimis cohibita, & damnata fuit. Sed qa in hoc cardine, totius ecclesiæ catholicæ veritas est fũdata, pauca ex multis decepta adducenda cẽsui, quò tãta temeritas compescatur, & catholica fides conspicua uideatur.

Se solum uerum Deum. Cũ tãtũ vnus sit apud omnes fideles Deus, imò & apud naturales rectè sentientes, ac apud omnes ex præcipuis philosophis, nunquã Deorũ uerorũ pluralitas fit ad missa, quodcunq; de Deo isto dicitur, oportet ut de eo solo, & vero dicatur, secus si auferrerẽtur termini isti, solus, & verus, nũquã .n. de eo Deo itelligi possẽt quæ dicẽtur, quisẽper, & omninò solus est, & verus Deus, sed de alio itelligi oporteret, qui nõ solus, e verus Deus esset.

Hanc in insaniam deuenerat ille impius, ut si filium diceret Deũ Pater nõ, esset Deus solus, et verus. Et in Deitate, distinguens perperã filiũ à Patre, voluit vnũ idest patrẽ, esse solũ, & verũ Deũ, christũ autẽ Dei filiũ nõ verũ Deũ esse sed

Hæresis Arrij de Deo Dei filio.

nebulanim, & significatũ ignorabat terminorũ essentiã, e naturã conotãtiũ, & significãtiũ, ignorabat pariter terminorũ relatiuorũ oppositionẽ denotãtiũ significata virtutẽ. Ideo cõfudit se ipsũ, i significationẽ quã ignorauit terminorũ.

Sicut autem nos vnũ tãtũ omnipotentẽ, vnũ tantum sapientem vnam tantum bonitatem, & maiestatem confitemur, vnam tantum Deitatem profitemur, optimè etiam de singulis personis diuinis asserimus, quod Pater est solus, A omnipotens solus sapiens &c. Idemq; de spiritu sancto, quod vnus sint tres personę Deus quod Pater in Deitate, in essentia, & in maiestate nihil à filio distet, nec Pater & filius simul, à Spiritu sancto.

Quorum communia sunt hæc communia sũt & Idiomata, communes voces. Secus autẽ est de oppositis relationibus, cum enim Pater à filio sola innascibilitate differat, non potest Pater dici genitus, sed genitor, quia opponuntur, & oppositione distinguntur per generare, & generari. Nec filius, se ipsum potest dici quod B generet, & idem de processione Spiritus sancti confitemur, qui sola spiratione à Patre distinguitur, & à filio, Cæteris etiam ad intra tamen non oppositis terminis, & denominationibus quibus nulla inest relatio oppositionis ad inuicem, quibus personæ distinguuntur, nunquã terminus solus ad personam aliquam sic referri poterit, vt in personis denotet, aut distinctionem aliquam, aut aliquam differentiam personarum ad inuicem.

Pater a filio sola innascibilitate distinguitur.

Se solum uerum Deum. Qui Patrem omninò cognoscit, solum verum Deum, & filium, & Spiritum sanctum, unum, verum, & solũ Deũ cognoscit, quia conoscendo Patrem in Deitate, C cognoscit Patrem cum filio, & Spiritus sancto esse vnum solum Deum. Cognoscit (inquam) & vt distinguitur personaliter, & ut est idem essentialiter cum filio, & spiritu sancto. Secus Patrem non cognoscere, qui quæ sibi propria sunt, & ei conueniunt ignoraret.

Nota.

Cognitio autem personarum cum sint eędem relatiuorũ rationes quibus alterutrum cognoscuntur, Pater .n. non poterit cognosci, quin & cognoscatur, & filius, pariterq; Spiritus Sanctus, & quidem vna eademq; cognitione, cognoscitur Pater, & filius, ac Spiritus sanctus; tã- D tum ab est, ut qui alterũ esse sine altero nequit alterum sine altero dignosci non possit, ibiq; sit diuersa cognitio ubi vnum est esse. Quandoquidem ad aures sapientium, sicut se habet res ad esse, ita se habeat ad cognosci. Vlterius, dicendo Christus, Patrem solum verum Deum esse, excluditur, ne is, qui in sinu est Patris? an separatur, qui est in Patre? An ad huc ignorabat, quod supra retulit Christus Philippo, se esse in Patre, & Patrem in se ipso? Item ego, E & Pater vnum sumus? Nullo igitur iudicio prescribi potest à Patre filius, aut à filio Pater solus igitur verus, & vnus Deus, ipsa Trinitas, in qua nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus, sed totæ tres personæ co eternæ sunt, & coæquales.

Admirasse Trinitatis et sublime materium.

Se solum verum Deum. Qui Patrem vocat verum Deum, illum Euangelista vocat veram lucem. Ergo qui à filio remouet Deitatis veritatem, remoueat, & à Patre, oportet lucis veritatem, vt non sit lux vera Pater, sed tantum filius. Hoc autem absurdum, illud etiam absurdum esse denotat. Insuper dum ait,

Hereticorum commēta pueriles esse agnoscuntur ieptiæ.

Nemo nouit patrem nisi filius, ergo Pater non cognoscit se ipsum, nec Spiritus sanctus patrem cognoscet, aut si pater se ipsum cognoscit, ac si Spiritus sanctus patrem agnoscit, non nisi agnoscent, & reuelante, & volente filio, ob id quod sequitur, & cui voluerit filius reuelare. Quibus ineptijs quanti valeant emeritia hæreticorum commenta, facilè apparet. Igitur aut hinc facescant, aut suam fateantur ruditatem, qui offendunt in tam clara luce, est itaque sensus verborum iste.

Se solum uerum Deum patrem agnoscant, idest, nil aliud à te, nil aliud præter te, nullus alius essentialiter distinctus à te sit verus Deus. F Erat autem Idolatriæ maximæ addictus mundus, ante Christi præsentem orationem. Pari lance de filio verificatur, quòd sit solus, verus Deus, vera lux, veritas, & vita, idest nihil aliud à filio est verus Deus, vera lux, veritas, & vita quasi forma Spiritus sanctus solus est verus Deus, vera charitas, vera bonitas, idest nil quod sit aliud à Spiritu sancto, est Deus, charitas, bonitas. Ergo cum nec filius sit aliud, à Patre, sed alius, nec Spiritus sanctus sit aliud, sed alius à Patre, & filio, non excluditur, imò necessariò infertur, & deducitur, quòd per supradicta verba relata ad patrem, non rescindetur filius à Diuinitate patris, sed quod vnus sit Deus cum patre.

Vnum cum Patre Deū filiū esse osten ditur.

G

Se solum uerum Deum. Si autem rogas, quare non de se ipso, aut de Spiritu sancto, potius de patre affirmauit, & expressit eam veritatem, quæ communis est toti Trinitati, facilis est occursus. Decuit. n. filium clarificare Patrem, & ad Patrem spectat clarificare filium. protestatus est Christus totius Christianæ vitæ norma, propriam se non quærere gloriam, sed patris, qui misit illum.

H

Pater est Trinitatis principium.

Insuper cum principium totius Trinitatis sit Pater, à quo & filius, & Spiritus sanctus emanant, quibus suam communicat diuinitatem, naturam, substantiam, & totam essentiam, omnipotentiam, bonitatem, sapientiam, & absoluta omnia decuit effari talia de Patre sine exclusione earum personarum, quæ sunt vnum cum essentia patris. Hinc personare in Ecclesiis audimus interdum de Patre, interdum de filio. Tu solus Sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus.

I

Se solum uerum Deum. Sunt omnea Dij gentium Demonia, sunt & manufacta, lignea, lapidea, ęrea, & metallica sculptilia opera manuum hominum, os habentia, & non loquentia, nares, & non odorātia, manus, & non palpātia, oculos, & non videntia; sed similes illis fiēt, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis.

Psal. 81.

Se solum uerum Deum. Teste Dauid, & paulo sunt Dij multi, & Domini multi. Ego (inquit Regius vates) dixi Dij estis, & filij excelsi omnes. Multi participatione super cœlestium donorum, gratiarum, & gloriæ. Vnus autem per essentiam. propter quod, non obiter dictum est. Te solum verum Deum. Moysi dictum est, Ecce constitui te Deum Pharaonis, Minime tamen verus Deus fuit Moyses, siue quisquis alius, cum nec creabilis, nec factibilis sit Deus. Quod enim, aut fit, aut creatur, potest & destrui, & anichilari, quod proprietati diuinæ contrarium est eiusque rationi ex aduerso opponitur. Vnus igitur, & verus tantum est Deus.

Exo. 7.

K

Et quem misisti Iesum Christum. Ecce sensum verborum Christi. Est enim is sensus, & germana verborum constructio. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum, verum Deum esse, idest te, & ipsum, vnum esse Deum, ne tergiuersationi locus relinquatur proteruientibus. Esto nullo modo excludantur ad omnium communem participationem ad inuicem personæ per additam singularitatem expressius tamen voluit certos nos vltro, citroque reddere suæ diuinitatis, licet disertissimis sermonibus, & irrefragabilibus argumentis eandem plures obfirmauerit veritatem. Quasi dicat. Quum audistis me dicentem Patrem meum, solum Deum esse, non sic intelligatis, quasi me ipsum à Deitate excludere velim, sed me non alium, sed eundem, & Deum esse, qui est Pater vt non plures, sed vnum Deum esse discatis patrem, & Filium, & Spritum sanctum.

Euchentissima ratio.

Hæc autem necessaria fuit omnino dilucidatio, ne rudior fieret humani ingenij ruditas, ad personarum distinctionem, distinguere etiā Deitatem.

Et quem misisti. Esto quò ad Diuinitatem non possit cognosci pater, quin cognoscatur filius, quorum vna, & eadem est Deitas, nec vna persona incognita alia dignosci possit, quarum vna est essentia, nec non respectu personarum talis est nexus ad inuicem, vt cum sint relatiua, posita se ponant, & perempta se perimant, cognito Patre, necessariò cognoscatur, & filius, & ignorato filio ignoraretur & Pater.

Imperfecta imo, & falsa est illa Patris cognitio, qua Pater sine filio esse creditur. Hinc Iudęorum cognitio exprobatur; qui sine filij cognitione, patrem cognoscere arbitrabantur supra est verus qui me misit, quem vos nescitis. Ego autem scio eum, quia ab ipso sum, & ille me misit, & cap. 8. est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est, sed non cognouistis eum. Qui enim ignorat filium, ignorat, & Patrem, & qui negat filium, negat, & patrem, & idem Io. in prima sua Epistola ait omnis qui negat filiū, nec patrem habet. Qui confitetur filium, habet & Patrem. Omnis igitur spiritus, qui soluit Iesū, ex Deo non est, & talis est Antichistus.

Cap. 7.

Cap. 2.

Et quem misisti Iesum Christum. Attende maximam Christi humilitatem, quomodo in auribus, & in oculis nostris semper resplendeat suam recensendo maiestatem, & suam testificando Diuinitatem. Quasi non de se ipso, sed de tertio loquitur, & quem misisti Iesum Christum. Potuisset quidem, tam breuius, quam explicatius dicere, ut cognoscant te & me uerum Deū; Consultissimè tñ inquit, & quē, &c.

Primò, vt qui exemplar est nostrum, formam præbeat propulsandi, aut iactantiam, aut inanem illam, uanamque gloriam, qua non ipse se nos in bonis sæpe nostris abducimur, & ad exitium nostrum extollimur. Hinc ad diuertendum ab illa, Sanctos conspicimus, Christiani hominis formam non preteriisse. Diuus namque Paulus potitus illo singulari priuilegio diuini raptus usque ad tertium cœlum, scio hominem inquit. Et D. Io. priuilegio amoris à Christo dilectus ait Discipulus autem illem, quem diligebat Iesus, &c. Hæc est humilitatis uia post Christum.

1. Co. 12.

Manifesta humilitatis indicia.

Secundo, ob id exprimere uoluit nomen Iesu Christi

Christi, quod nomen sit Messyę, & Saluatoris, insinuans messiam non purum hominem fore, sed & Deum, de quo dicitur sedes tua Deus in seculi, virga directionis, virga Regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, præ cõsortibus tuis. Nam Christus dicitur, & ibidem speciosus forma præ filijs hominum prędicatur Vngit diuinitas humanitatem, cui vngi tantũ conuenit, & perfrui gaudijs diuinitatis.

Psal. 44

Et quem misisti Iesum Christum. Ad æternam vitam consequendam, non solum cognitio eorum mysteriorum est necessaria, quæ ad diuinitatem pertinent, sed & quæ ad humanitatem Christi spectant. Hæc enim omnia firma, & viua fide cognoscere omnino necessarium est cõcludente Athanasio post hæc enarrata mysteria. Hæc est fides catholica, quam nisi quisq; fideliter, firmiterque crediderit, saluus esse non poterit. Vtraque enim saluti necessaria est, nec præscindi ab inuicem poterunt, Dei enim cognitio, sine cognitione Christi, aut nulla est, aut falsa: & Christi si qua est cognitio, sine Deitate & falsa, & impia erit. Audi Io: epistola 1. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, & omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum, in carne venisse ex Deo est.

Athanasius in symbolo.

Cap. 4.

Multi confessi sunt Iesum, quem tamen non confitebantur cum Christum, nam Iesum Nazarenum occidi procurauerunt Iudæi, quem negabant Christum, & Pilatus inscripsit titulũ, & eum confitebatur Iesum, quem ignorabat Christum. Iesum confiteri Christum, & Iesum confiteri Deum esse, dicente Ioan: in eadem epistola, quis est, qui vincit mundum, nisi qui confitetur, quod Iesus est filius Dei? Ipse enim est, qui venit in aqua, & sanguine.

Cap. 5.

Et quem misisti. Qui sic Deum agnoscit, vt patrem eum etiam agnoscat, eiusque filium sic agnoscit, vt eum & Deum, & hominem nõ ignoret, & illum spiritum, qui amborum nexus dicitur, confiteatur. Is vitam habere æternam prædicatur. Viua cognitio viuam fidem prætendit. Fides autem viua non est sine charitate, & gratia, charitas aũt est à Spiritu sancto inhabitãte, gratia est à filio illam infundẽte. Igitur qui habet viuam fidem, habet Christũ inhabitantem, & consequenter vitam æternam, quia & Deum habet, & in Deo est, dicente Io: supra cap. 4. quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.

Vera fides non est sine charitate, nec sine gratia.

Hoc nostrum est cognoscere, quod nostrum est credere, quod nostra est fides, quod Christiana est intelligentia; quicquid recte sentiendum est de Patre, quicquid recte sentiendum est de filio, necnon, & de Spiritu sancto, de mysterijs Incarnationis Christi, & redemptionis factæ per Christum, nihil in vtroque, nihil de vtroque, aut temere, aut perperam sentiendo, cognitis assentiendo operibus, & credita comprobando: Hæc vera est cognitio, cui fides innititur, cui animus copulatur, cui æterna vita tribuitur.

Hanc extollunt fidem Catholici, hanc sacræ commendant litteræ, hanc beatificant sancti, & hanc prædicat ecclesia, hanc Christus beatificat.

Fidei nostra gloria.

Hæc est (inquit) vita æterna, vt cognoscant. Maxima danda est opera, vt probè, & perfectè dignoscamus Christum, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra. Hæc est sapientia Christiana, Christum missum confiteri, confessum recipere, receptum tenere, obtentum possidere. Nihil arbitretur scire inter nos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Hoc enim est Iesum Christum missum cognoscere, cognitum adorare, & nostris prosequi votis. In ipso æternæ vitæ initium sumimus, vsque dum ad visionem illam patriæ deueniamus, in qua facie ad faciẽ Dei Maiestas contemplatur. Cuius vitæ initiũ,
A nos ad immortalitatem adducit, asserente eodem Auctore vitę. Omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.

Ego te clarificaui super terram. Adest thronus diuinæ maiestatis, in quo fulgentissimè refulget amplitudo diuinitatis. Cœlum (inquit) mihi sedes est. Ibi clarissimis conspicietur obtutibus, vbique enim clarum sese offert intuentibus. Superest tantum, vt qui conspicuus resplendet in cœlestibus, fiat & manifestus super terram.

Aperta Deũ nostrũ facie i patria contemplabimur.

Esa. 66

Dum nobiscum in humanis ageret Christus,
B hoc vnum egit, hoc vnum operatus est, huic vni operam dedit, vt æternum clarificaret Patrem. Cuius sanctitatis, charitatis, patientiæ, iustitiæ, misericordiæ, cuius maiestatis, & glorię sit, quali nos prosequatur dilectione, quantis donis ditauit, quid pollicitus sit iustis, quid retribuat impijs, quę Patri sint grata, quibus ob lectetur, quibusve offendatur, quę sunt illi placita; quod sit desiderium, & voluntas illius, sanctificatio vniuersalem nostra, & salus nostra.

Nil aliud hęc inferunt verba; nisi quod Chri-
C stus inter nos conuersatus, nihil aliud molitus est, quam illustrare, & magnifacere Patrem, ponamus illum in auribus, & cordibus omnium, disseminando euangelium, omnium factorem, creatorem cœli, & terrę, visibilium omnium, & inuisibilium, ostendendo finem, ad quem omnia tendunt, bonum, quod omnes appetunt, remuneratorem, quem omnes expectant, protectorem, quem omnes inuocant, sanctificatorẽ, quo omnes indigent, vltorem quem omnes timent predicando.

Ego te. Attende eam, quę reperitur differen-
D tiam, inter spirituales, & carnales. Clarificatur Deus super terram, idest super terrenos; non autem dicitur clarificari super cœlos, sed in cœlis, idest in spiritualibus, quandoquidem non illos inhabitat, sed istos. Valde igitur dissimilis est horum clarificatio, quorũ vna, est ab intrinseco, ab extrinseco altera.

Sunt qui extrinseco sonitu, ad aures perueniente, multa de Deo sentiunt, sed non assentiunt. Domine (inquit propheta) quis credit auditui nostro?

Esa. 53.

Sunt & qui verbum Christi aure corporis au-
E diunt, & leui interdum speculantur intellectus discursu. Haud tamen cordis penetralia scindunt, ita vt super terram adhuc res maneat disseminatum verbum, quod conculcatur; quod suffocatur, quod arescit, quod à cœli volucribus deuoratur.

Clarificat Christus, super terram, dum adhuc stat ad hostium terrenos pulsans, vt ingrediatur. Nostrum est aperire, vt intus operetur, omnia clarificet, tenebras omnium peccatorum depellat. Exiuit quidem in omnem terram sonus eorum, sed animalis homo non percipit ea quæ

Psal. 18
1. Cor. 2

Dei sunt. Hinc exclamat Ela. terra, terra, terra, audi verbum Domini. Terra ante adeptam vitam, quia formauit Deus hominem de de limo terræ, terra cum viuis, & post mortem terra, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Gen. 3.

Ego te clarificaui super terram. Obserua singularem totius scripturæ, diuinique sermonis Tropum, quo tam frequenter in præcipuis vtitur salutis humanæ mysteriis. futuro plerunque pro præterito vtitur? mox supra rogabat, Pater clarifica filiū tuū, vt filius tuus clarificet te. Vt aūt ab omni dubitatione repellatur, quod statutum est, in æterni Patris ac filij eius glorificationem, de ea quasi de præterita actione loquitur. Clarificaui te super terram. Ibi enim principaliter agitur de sequenda glorificatione post passionem, & mortem Christi.

Equidem prædicando, docendo, arguendo, obsecrando, miracula faciendo Christus patrem in omnibus glorificauit, haud tamen adhuc super terram, sed post resurrectionem eius, quando binos ante faciem suam misit prędicare Euāgelium omni creaturę, in vniuersum mundum. Hinc adhuc edocemur orare, vt sanctificetur nomen tuum, adueniatque Regnum suum, ac fiat voluntas sua, sicut in cœlo, ita & in terra.

Ego te. Quantum glorificetur; & gloriosus sit Deus in sanctis suis, quantum à piis sit magnificatus, siue per mortem, siue per vitam, siue per infamiam, siue per bonam famam, satis exploratum habemus, quum quicquid faciūt omnia, in Dei gloriam faciunt. Nil cogitant, nil loquuntur, nil operantur, quam non possit glorificari Deus.

Consensus piorum omniū unus est cōis & finis.

Hic unus iustorum finis communis, hic omnium ipsorum est consensus, sic lucet lux ipsorum coram hominibus, vt videant opera sua bona, & glorificent Patrem eorum, qui in cęlis est. Eum continuis laudibus efferunt, nouis encomiis extollunt, assiduis orationibus implorant, piis operibus emulantur, sanctis conuersationibus prædicant. Hoc piis est Deum, & Iesum filium eius glorificare, quod impiis est obscurare, improbis obtenebrare, facinorosis denigrare.

Cæterum si attēdamus Christum Iesum, propriam, germanamque esse imaginem Dei, tūc, exemplo eorum qui solent imagines pingere, videbimus in Christo patrē maximè clarificari.

Sed & alia est imago imaginis Dei, anima hominis, de qua dictum est, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Quando igitur magnificamus animam nostram fide, charitate, virtutibus sermone, opere, & sanctitate, tunc magnificatur, glorificatur, & extollitur Deus, ad cuius imaginem facta est homo, magnificatur Christus exemplar nostrum, quē imitari tenemur, dicente Apostolo. Sicut portauimus imaginem terreni, ita nunc portemus imaginem cœlestis. Oportet enim sicut Christus ambulauit, & nos ambulare, habemus nāque exemplar datum in monte, idest Christum in cruce, ad quem respicientes exemplariter operemur.

Gen. 1.

1. Cor. 5

Ego te clarificaui super terram. Sunt qui occasionem hinc desumunt, superiorem sententiam sic interpretādi, vt ea sola cognitio Patris, & filii sit vita æterna, prout sumus adhuc viatores super terram, hanc subsequentem sententiam taliter anteriori aptantes, vt sic ferè prorsus eadem. Hoc autem tantum voluntariè videtur dictum, quantum procul extat ab interpretatio celeberrimorum Doctorum, quorū doctrina .. get ecclesia.

Falsa quorundā expositio.

Videntur autem non alio tendere suis assertis, nisi vt irrefragabile illud obterfugiant argumentum, perfectionem, & essentiam beatitudinis consistere in actu intellectus, sequaces effecti illius opinionis, quæ in actu volūtatis essentialiter cōsistere rationem beatitudinis, opinatur cui sententiæ D. Augustinus contrariatur, super Ioan: ibi, vbi ait. porrò, si cognitio Dei est vita æterna, tantò magis in vita æterna, quāto magis in hac vita proficimus, neque enim in vita æterna morimur, sed tunc hæc cognitio perfecta erit, quando nulla mors erit.

F Aug. super Ioā nem.

In patria erit plena laudatio, quia plena cognitio, vt plena glorificatio, sicut scriptum est. Beati qui habitant in domo tua Domine in sæcula sæculorum laudabunt te. Oportet æternam vitam intelligere, non eam quæ habetur in terra tantum, sed quæ sic initiatur in terris, vt consumetur, & perficiatur in cœlis. Ps. 83.

G *Errant tamen* qui nos initi isti soli sententiæ existimant ad constituendam beatitudinis essentiam in actu intellectus, nec desunt rationes, & auctoritates huic Christi sententiæ valdè consentaneę, nec præsentis est negotii, in medium singula proferre. Loquimur autem de beatitudine, secundum illud optimum, quod consistit in illa. Ponimus enim ex peripateticis dogmatibus, actum intellectus (in nobis intellige) & natura, & tempore, & perfectione præsupponi & præueni omnem actum alterius potentiæ, & voluntatis, cum non feratur voluntas, nisi in bonum cognitum.

H

Et esto summum bonum dicatur obiectum beatitudinis, ipsum tamen non assequitur voluntas in actu perfecto, sed intellectus, & ideo voluntas suum exercet actum in obiectum absens, intellectus autem in obiectū præsens. Ideo immediatius, actus intellectus fertur in Deum, & vnitur illi, quam actus volūtatis, & est prior ordine, & causalitate, quasi præsuppositus ab aliis actibus, vt regula, & mensura aliarum conjunctionum. Quò enim quis intensius uidet, eò intensius diligit, & fruitur Deo. Aliud igitur est dicere obiectum beatitudinis, aliud actū in quo consistit beatitudo. Est quidem beatitudo obiectum voluntatis, sed actus intellectus, quo actu mediante, suum consequitur, & adimplet desiderium voluntas, magis enim appetit voluntas visionem Dei, quam omnem & quemcunque aliū actum. Ostendā tibi (inquit Deus) omne bonum. Ostendere non ad voluntatem, sed ad intellectum refertur, & per eum ad voluntatem, quandoquidem visio est tota merces. in beatitudine etiam attenditur maior perfectio animæ, quam ipsa consequitur cum maiori profusa lumine plurium etiam in Deo, indagatio capatior fit. Capatior est autem intellectus, quam voluntas, quia ipse recipit in se per modum formæ intelligibilis ipsam diuinam essentiam. Voluntatis autem actus, non est recipere, sed mouere, nec ipsa est capax luminis gloriæ, sed intellectus.

Pulcherrimā hic & fortissimā rónem author adducit qua felici mira sui subtilitate probat ingeni summū beatitudinis nostra gaudium in actu intellectus essentialiter & principaliter non aūt in uolūtatis actione consistere.

I

K

Ego te clarificaui super terram, &c.

Opus consumaui, quod dedisti mihi, vt faciā. Propheta magnus, qui surrexit in nobis, iuxta morem prophetarum loquitur de venturis, veluti

luti de peractis. Dei quidem omnia perfecta sunt opera, haud tamen consumata, donec omnis consumationis finem, videamus maximum Dei opus, quo nullum aliud maius, impiorum non viuificatio, Generis humani redemptio, peccatorum abolitio. Hoc opus perficiendum, & consumandum dedit Pater filio.

Incepit opus istud Pater, perfecit illud filius, & consumauit. Pater elegit populum quo nasceretur filius, instituit legem quæ ordinaretur ad filium, ordinauit sacrificia, quæ protestarentur filium, iussit ceremonias, quibus describeretur filius, præscripsit figuras, quibus præconizaretur filius, sed consumauit Christus omnia, testificante ipso in cruce, quod consumatum esset opus istud intellige ad quod consumandum, de cœlo descendit, & in cruce moriturus ascendit.

Opus cõsumaui. Cõsumatur Christi opus, & iustorum opera consumantur singula, consumitur, & impiorum opus. Verum longe aliter consumantur illa, & ista. Consumitur vestimentũ, quod à tinea corroditur, & oleum quod absorbitur ab igne, & hæ sunt consumationes, quæ tendunt ad nihil, ad exterminium, ad perditionem, sed alia est iustorum operatio, quæ velut edificium dum perficitur consumatur, dumq; perfectum est, consumatum est, cum peruenerit ad finem, cum pertingerit terminum, tunc consumatum dicetur. Sic suum consummat opus Christus, omnia ad perfectum reducens, quum venerit quod perfectum (inquit Apostolus) euacuabitur quod ex parte est. Nam reprobatio fit veteris mandati, propter infirmitatem eius. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, introductio verò melioris spei, per quam approximamus ad Deum.

Christus autem eo, quòd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium, vnde, & salua (Heb. 7.) re potest in perpetuum. Hoc est autem opus Dei, vt credamus in eum, & vt credentes vitam habeamus. Igitur operatus est nostram salutẽ, quantum in se est. Quid est quod vlterius debuit facere, & non fecit? Ecclesiam instituit, Vicarium, & pastorem reliquit, sacramenta cõfecit, Patrem reconciliauit, legem, & præcepta ordinauit, formam viuendi præscripsit, & cæt. Hoc est quod consumauit opus, sibi à Patre cõmissum. Hoc est quod perfecit. Perfecisti (inquit psalmus) eos qui sperant in te Domine. Ipse (Psal. 8.) igitur est, qui perficit in nos opus bonum, vsque in finem. Quia opus bonum perficere (Rom. 7.) nec ualemus, nec inuenimus sine Christo.

Opus consumaui. Sola perseuerantia omne bonum opus consumit, non est magnum inchoare bonum, maximum autem perficere, & consumare omne inceptum, & initiatum bonum. (Ecc. 31.) Quis est hic, & laudabimus eum? Non dicit qui sunt isti, sed quis est hic, quia vnus est, qui dicere potest. Opus consumaui, quod &c. Cæterum multi aggrediuntur magna, sed grauantur in communia; multi humeros supponunt oneri colla submittunt Iugo, & fastidientes excutient in impatientiam prorumpentes dirrumpamus vincula eorum & proijciamus à nobis iugum ipsorum, & ab incepto opere desistunt, retroceduntque ab ea quam ingressi erant via.

Pulsant quidem plerique ad ianuam paradisi sed quia non perseuerant pulsantes quod perunt donum non suscipiunt, quem poscunt panem non accipiunt sola perseuerantia consequitur brauium peruenit ad portum salutem consequitur Domino dicente non qui incepit, sed qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus.

(Aggredientes magnũ aliquod opus, & imperfectum relinquentes, turpe sibi damnũ acquirunt, & dedecus.)

Hæc illa est talaris tunica qua indutus est Ioseph in finem vsque per cingens vitæ: Hęc Barbæ Aaron fragrans vnguentum vsque in oram perueniens vestimenti eius. Hic calcaneus noster caput Draconis conterens hæc est illa hostiæ cauda quam offerre Deo iubemur.

A

Hæc tunica est sacerdotalis usque ad pedes eius ex tensa tintinnabulis undiq; plena: hæc vestis in consutulis Christi de super contexta per (Leu. 3.) totum. Hæc laureantur martyres premiantur, confessores coronantur virgines fructusque totius boni operis perseuerantia est murus est inexpugnabilis, hortus conclusus, fons signatus fluuius indeficiens ista deficiente deficit omne bonum, acquisita menta deperduntur, lucrata recedunt gaudia doloribus, & erumnis omnia sunt plena per ipsam assimilamur Angelis Astris, & Diis immortalibus sine ipsa efficimur similes harundini vento agitatę ad omnem ventum flecti, comparamur fœno quod hodie floridum est bene olens, & viuens postea mox arescens decidens putrescens, ac pessime olens.

(Perseuerantiæ harum.)

B

Sine ista homo assimilatur vmbræ fugienti nũquam in eodem statu permanenti, & pulueri vndique exposito ventis qui recedit ab ista, recedit à vita: melius enim esset vitam non agnoscere quam post agnitam retrorsum, arguitur ille (Luc. 14.) qui ædificare incepit, sed suum non valuit edificium cõsumare monstruosum enim est bonũ incipere, & malum interponere sunt, qui bonum principium instituunt, sed malo fine concludunt, sed nemo mittens manum ad aratrum & respiciens retro aptus est Regno Dei, quid gloriaris de incepto opere bono, & non potius timens de non consummato fine operis? quis Iuda incepit melius, & terminauit peius? quis Salomone? quis Samsone? Saule? & plerisque aliis? sed quia quod inceperant non consumauerunt opus aut reprobati, aut expulsi sunt, nec potuerunt stare.

C

Vt nunc clarifica me Pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te certius nihil, nihilve securius exaltationis, & clarificationis assumptæ à Christo hũmanitatis quam concedere oportebat in cœlestibus vel Patris dexteram, vt cuius vnum esse erat, & vna esset maiestas, gloria, & celsitudo quæ enim ad vnum, & idem esse personale verbi incarnati erat assumpta omnino, & assumpta ad thronum eiusdem gloriæ, & maiestatis erat, quibus tamen nõ obstantibus rogat Christus patrem, vt se hominem clarificet, & exaltet apud se ipsum eadem claritate quam ab æterno vt Deus habuit.

D

E

Nunc (inquit) clarifica me, quod supra ait venit hora hic ait. Nunc in Ianuis enim erat, erat in foribus terminus eius mortalis inicium eius immortalitatis, & ascensionis post resurrectionem.

Si autem roget quis quare Christus antequã moreretur rogauit pro obeundo immortalitatis, & glorificationis munere, & non potius transtulit orandum pro adipiscenda gloria, & maiestate post resurrectionem eius? ea occurrat tibi

Datur pulchre & curiosæ dubitatiunculæ pulcherrima, & notanda solutio.

tibi ratio viatori tantum homini superesse rationem meriti. Dum adhuc viuimus, & promereri, & acquirere, & augere nostra merita possumus in viæ huius termino vbi ceciderit lignum siue ad Austrum, idest ad salutem, siue ad Aquilonem, idest ad damnationem ibi erit.

Hinc monemur dum lucem habemus, bonum operari, ne tenebræ, & nox nos comprehendat de qua nocte dicitur, venit nox, in qua nemo potest operari. Diuus autem Apostolus protestatur: dum tempus habemus nos operari bonum. Christus igitur legifer, & Magister noster, & orat pro ea glorificatione, quam indubitatam, & certissimam, imò in suam potestatem habet, & antequam diem suæ mortalitatis claudat, orat pro eadem infallibiliter omnino adepturam, vt nos, nec salutem, aut quodcunque bonum tam certo obuenturum credamus, aut quæ futura sunt tã indubie præstolemur quin orationis suffragio ea poscere, & impetrare non debeamus ne forte arbitretur aliquis rapinam ex tollere se super cœlos, & solium suum extendere super altitudinem nubium, & fieri æqualem Deo.

Præ destinatus quidem erat Christus ab æterno, nec suæ ignarus erat prædestinationis pro qua tamen rogat velut à Patre recognoscens, & ad Patrem omnia bona referens, vt suam cum Patre communem faciat voluntatem. Ad eam autem gloriæ celsitudinem euexit quem in eodem supposito assumpsit hominem, vt nihil diuinitatis in ipso deficiat, & eius gloriæ compotem efflagitat suam fieri humanitatem, qua ab æterno potiebatur: dum nondum extra per incarnationem, sed intus tantum in sinum Patris.

Claritate quam habui priusquam, quid erat ante creaturam nisi creator? nihil poterat ante creaturam esse nisi quod increatum erat, & quod increatum erat, ipsum creator erat, propter quod non ait priusquam creatura esset, sed priusquam mundus esset omnia concludens creata (ab ipso) esse; partes enim mundi sunt creaturæ omnes, mundusque ipsum ipsæ sunt creaturæ omnes mundusque ipsum ipsæ sunt creaturæ omnes.

Arrianorũ perfidia.

Attende quibus occludatur sepibus Arrianorum uia omniumue eorum qui Christi Diuinitatem aut momorderunt aut carpere non timuerunt dum igitur inquit clarifica me Deinde addit claritate quam habui geminam in se ipso nostram ostendit diuinam scilicet & humanam primam qua æternaliter apud Patrem gloriosus cum Patre existibat secundam qua temporaliter glorificaturus erat, & quidem vtraque apud Patrem dicitur ut eadem esse cognoscantur qua Christus, & vt Dei filius, & vt filius hominis glorificatus existeret communiceturq; filio hominis totum quod communicatum ab æterno fuit filio Dei, vt nihilominus adoretur ab Angelis, & ab hominibus recens forma serui qua adorabatur ab Angelis antiqua forma Dei de qua ait Apostolus, & cum iterũ introducit primogenitum in orbem terrarum dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei Ad quem autem Angelorum dixit aliquando filius meus es tu ego hodie genui te? & rursum ego ero illi in Patrem & ipse erit mihi in filium? & cui dixit aliquando sede a dextris meis, &c. Heb. 1.

Claritate quam habui: Legis antiquæ legislator Moyses post acceptam Decalogi vtranque digito Dei conscriptam tabulam descendens à monte Synai vt eam populo promulget, & apparuit gloriosus in facie secundum quod dicitur quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria. Ita vt non possent filii Israel intendere in faciem Moysis propter gloriam vultus eius quæ euacuatur; quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloriæ. 2. Co. 3.

F *Potiorem itaque* Christus claritatem habuisse quã Moyses vno hoc dicto satis aperuit quum inquit. Quam habui priusquam mundus esset, arbitror, & ego cum hebraicis, & catholicis scriptoribus splendores illos Moysi faciem diuinitus irradiantes solum caput, & faciem eius occupasse ita ut sursum protendentes instar duorum cornuum eleuari viderentur propter quod in litera dicitur videntes autem Aaron, & filii Israel cornutam Moysi faciem timuerunt prope accedere, & infra, videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam sed operiebat ille rursus velamine faciem suam si quã

Moysi splẽdor. Exo. 34. Vnde oriatur, qđ Moysis faciẽ fuisse cornutã credantur quidam imo pro certo sic cornutã teneantur simul, & pingãt.

G do loquebatur ad eos quibus verbis in animis vulgarium suborta est opinio quod Moysi facies effecta sit cornuta ob consortium diuinæ contemplationis ita ut hanc sibi vendicauerint licentiam pictores, & sculptores cornutam eius faciem effingere quod non nisi sic intelligendum est vt in utroque frontis latere radii quidam prominentiores viderentur cui consonat quod apertius à septuaginta interpretibus, & ab Apostolo sub nomine glorificationis splendoris siue clarificationis dictum est Origene, &

H Isidoro inter cæteros sic litteram intelligentibus, & interpretantibus, Christi autem claritas non hebetat aut offendit intuentium oculos sed irradiat, & corroborat.

Pater manifestaui nomen tuum. Duo igitur habet Pater habet verbum habet nomen sed dum verbo non apponitur nomen quæ significatio nobis innotescit? Terminus namque incomplexus nihil perfectum significat cum autẽ per alterius termini appositionem fit complexus constituitur oratio, & sensus agnoscitur terminorum dicente me Petrus, nihil intellectui

Terminus incomplexus, imperfectus est.

I significans adhuc represento. Dicente me scribit ex copulatione terminorum perfectus mihi patefit sensus sermonis.

Ad explicationem & notitiam, tum verbi, tum nominis oportuit verbum copulari nomini quum enim verbum Dei caro factum est quum assumpsit humanitatem tunc apertus innotuit sensus manifestatus est Deus qui prius Deus absconditus appellatus fuit Tale nomen rei totam complectitur diffinitionem; nomem namque est quo propriè res significatur & eam denotat proprietatem qua quisquis ab alio discernitur, & se orsum à cæteris distinguitur, & hoc unum Moysi petiisse videtur cupiens aliquid de Deo specialiter cognoscere pro ut à cæteris spiritualibus spiritibus distinguitur quod est nomen tuũ (inquit) cui Deus

K non nomen sed rem nominis non deffinitionẽ sed deffinitum obtulit ego sum qui sum vnde in quiebat.

Pater manifestaui. Quod coniungitur verbo ad demonstrandum uerbum, & innotescendam rationem verbi nomen appellatur, & ad omnium

omnium aures comprobatur ea igitur ratione homo Christus nomen dicitur propter humanitatem quæ fuit unita verbo qua, & nobis innotescit verbum, & vis verbi demonstratur. Post hæc in terris visus est & cum hominibus conuersatus est, & hoc nomen illud est quod tam obnixe à Patriarchis colebatur, à Prophetis prenunciabatur in lege magnificabatur.

Primus Dei nominis inuocator fuit Enoch.

Quid est quod Enoch primus recensetur nomen Domini inuocasse? Nonne quia Christi aduentum suis sacrificiis, & oratione protestabatur? Absit enim ut plerisque prioribus Abel Seth, Enoch, Iubal, Cain, & ceteris quorum memoria recensetur in prioribus generationibus quas quidem, & certum, & compertum est Deum, & inuocasse, & implorasse.

Solus autem. Enos post illos mysterium incarnationis apertius deseruisse videtur qui nō Deum vt alii, sed nomen Domini, quod adhuc ceterorum nullus implorasse dicitur. Hoc enim in nomine fideles omnes vtriusque testamenti saluari postulabant. Hoc in nomine solum fidebant. Hoc solum nomen venerabantur, adorabant, protestabantur.

Quanta autem veneratione in sacris literis, & apud Iudaicum illum populum esset habitus, non est qui non videat, non est qui non intelligat; vix enim incognitum illud quatuor literarum siue Tetragrammaton nomen soli summi sacerdotes digni reputabantur pro eius sanctitate, & maiestate proferre; nec iniuria quandoquidem longe alia est huius nominis ratio proprietas siue conditio ab aliis nominibus de quibus apud Grammaticos, Rethoricos, Logicos, siue Philosophos cætera namque omnia nomina realiter differunt cum sit acidētia ab his quorum sunt nomina quę suis in suppositis substantiæ sunt.

Tremendū Dei nomen.

Siue mentalia, siue vocalia, siue scripta nomina (ab isto) quæcunque exteriora sunt diuersa sunt quæ quod denotant non sunt, & ad significandum sunt, & non idem sunt quandoquidem, hoc nomen lapis, lignum ignis, leo. nō est ipse realiter lapis, lignum, &c. sed significat, & ad significanda ponitur pro singulorum proprietatibus; prius enim creatę erant, prius in esse consistebant animalia, antequam adducerentur ante Adam vt videret, quid vocaret ea.

Omnium itaque viuentium nomina non pro generibus singulorum ab Adam sunt posita iam in esse existentibus rebus solum à Deo non ab homine Christi nomen imponitur cui vnū tantum, & hoc diuinissimum competit nomen. Ideo factum est, vt præmoneretur ab Angelo Ioseph quo nomine vocaretur Saluator vocabis (inquit) nomen eius Iesum quasi dicat. Hoc est illud nomen quod nō ab homine sed à Deo imponitur illi; vt ab eo sit nomen à quo est & verbum, & idem sit per assumptam carnem Dei nomen quod æternaliter est Dei verbum.

Oībus singulorū genterib. non tū omnibus omnium generū singulis Adam nōmen imposuit. Luc. 1.

Manifestaui. Quando in sacris eloquiis Dei nomen memoratur, quando nomen Domini inuocatur. Non aliud memoratur, inuocatur, aut colitur quam ipsemet Deus; quam ipsummet verbum, quam ipsemet Christus, cæterorū autem non inuocamus nomen, quia res siue suppositum, aut persona differt à suo nomine non enim nomen Mariæ inuocamus, sed Mariam, non nomen Petri sed Petrum; quia aliud est à Maria nomen ipsius Mariæ, aliud à Petro nomen ipsius Petri.

Verum cum nomen Domini, sit idem qui Dominus, nomē Dei sit ipse Deus; iubemur nomē Dei sanctificare, colere, laudare, inuocare, &c. quod nomen non aliud est à Deo, non aliud à Domino, sed ipse Iesus qui est Dei nomē Deus sit, & Dominus quod quidem nomen non syllabis, aut literis, sed duarum naturarum proprietatibus copulatur cui inest diuinitas, & humanitas mortalitas, & immortalitas humilitas, & maiestas, simul in vnum diues, & pauper

Dei nomen est ipse Deus.

A spū est sublime nomen, quo sub cœlo non est sublimius potentius in vniuersaq; terra admirabilius.

Huic nomini ea ratione Abraham altare construxit sacrificia obtulit, quod Deum esse agnouit, & se sacrificaturum per mortem carnis non ignorauit vni nomini, tam sancto, tam sublimi, tamque glorioso tot laudes Dauid in Psalmis, tam frequenter decantat, & decātandas laudes pueros etiam inuitat. Illud tantis vocibus, encomiis honoribus, laudibusque prosequitur veluti cui soli fidamus, cui soli innitamur, & à

B quo nostram salutem expectemus, Deus (inquit) in nomine tuo saluum me fac nōn per nomen inquit, sed in nomine, quia qui Christo, qui sunt saluantur, & non per Christum nisi vt sunt in Christo quum nemo ascendat in cęlum nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo, in te eripiar à tentatione, in Deo meo transgrediar murum. Psal. 53.

Errant qui quocunque alio nomine Deum colunt quicunque alio nomine Deum implorant Saluatorem. Non enim sufficit communibus nominibus Deum colere, aut implorare,

C vel sub attributis tantum, sed in eo proprio nomine, in quo & attributa omnia, & communia omnia cōtinentur, facessant igitur nomen Dei ignorantes Iudæi, & Gentiles, & quicunque Iesum non confitentur, procul ii à protectione diuina, & à salute dicente Propheta. Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum clamauit ad me, & exaudiam eum, &c. Nec iniuria procul sunt à salute, qui procul sunt à Saluatore, nec laudant Deum, qui non laudant Christū iugiter vero blasphemant Deum, qui blasphemant Christum, conculcant, reiiciunt, & resi- Psal 90.

D stunt Deo, qui &c.

Hinc de Iudæis. Christum non recipientibus, sed blasphemantibus scriptum est. Blasphemauerunt Sāctum Israel abierunt retrorsum quotidie nomen meum blasphemauerunt de Gentilibus vero Deum recipientibus è contrario scriptum est. A Solis ortu, vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur, & sacrificatur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus. Isa. 1. Malac. 1

E *Manifestaui nomen tuum*. A notitia nomen denominationem suscipit nominibus enim significamus eum rerum conceptum quem format intellectus super veritate propositionis, qua rei natura, & conditio notificatur sic enim Peripathetici nomen vocant rei deffinitionem. Nois ethymologia.

Hac ratione per verbum incarnatum notificatus fuit æternus Pater ego ex Deo processi, ecce verbum, & in mundum ueni, ecce nomen ex ore altissimi prodii, & delitię meæ esse cum filiis hominum, qua ratione Christus veritas dicitur veritas autem non incomplexorum, est terminorum Veritas est terminus complexus.

norum, quandoquidem nec verum, nec falsum terminari dicant incomplexi.

Nulli manifestum fuit nomen dei, cui non fuerit, & manifesta verbi dei incarnatio, & quia in nube, & in vmbris adhuc ambulabant Patriarchæ illi, & prophetæ; quibus nec aperta erat ratio verbi; nec satis adhuc reseratum Trinitatis mysterium, ideo nulli dicitur indicatum fuisse quod esset nomen Dei nomen meum (inquit) non idicaui eis uidelicet Patriarchis illis præcipuis Abrahæ, Isaac, & Iacob; Moysi autẽ nomen Adonay indicatur, tamen Adonay nõ illud nomen magnum germanum propriumque Dei, quod solus sacerdos summus in benedictionibus dandis, & in habitu pontificio prosternatis Hebræis nominare solebat, nullis alijs concessum, & ideo in illius loco nominis apposuerunt Hebræi quoddam aliud nomen quod nominare possent, & illud insinuarent dixerunt autem Adonay, quod vniuersale Dominium significat.

Adonay Dei est nomen.

Viderant quidem aliqua signa omnipotentiæ Dei priores Moyse, Patriarchæ, & prophetæ, pauca tamẽ ad comparationem; in manu enim potente, & brachio extento ostendit suam virtutem Deus super omnem creaturam extendi, & ferri, in hominibus, in iumentis, in serpentibus, in tenebris, in mari, in petris, & sylicibus volucribus; ideo (inquit) non reuelaui eis.

Promiserat se liberaturum fore populum à seruitute, & eum in terra vberrimam introducturum; Verum quia facilius est promittere, quam promissis attendere meliusque in attendendo, quàm in promittendo rei veritas comprobatur innotuisse Moysi magis, quam cæteris Dei nomen dicitur adueniente autem Christo adueniente Iesu.

Adueniente nomine vero proprio vnico complete in eo repositum Tetagrammaton in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ dei ipse omnia nobis reserauit, aperuit, manifestauit, & quæcunque audiuit à Patre suo, nota nobis fecit non enim tantum Dei potentiam, & vniuersale Dominium ostendit, sed bonitatem, iustitiam, misericordiam, charitatem, patientiã, quæ sit voluntas eius qui misit illum mysteria Trinitatis processionis verbi quæ dicitur generatio filij processionis Spiritus sancti per actum voluntatis velut amoris nexus, qui inuicem est Patris, & filii, qui sint actus immanentes; quibus rationibus, & conueniant, & differant ad inuicem personæ, & quæ futura sunt in punitione malorum, & glorificatione Sanctorum quibus medijs, quibus modis, quo progressu coram deo ambulare debeamus, & ad salutis portum tendere debeamus, vt consequi illud valeamus.

Igitur si Iesus non dicit Saluatorem, sed est Saluator, nullus autem Saluator alius est à Christo sequitur nomen aliud non esse ab ipso Christo; quibus igitur manifestus est Christus ipsis manifestum est nomen æterni Patris ac totius sempiternæ Deitatis, in vno enim nomine saluamur, quod est Iesus, quod est Tetagrammaton, quia non tenemur magis filio incarnato, nec maiores illi gratias referre debemus quam patri, & Spirituisancto quorum vna virtus, vna, potentia, & a quibus eadem emanat salus continet enim Christus eam diuinitatem licet in persona filii, quæ communis est patri, & Spiritui sancto, & in filio operatus est omnia Pater secundum, quod supra dictum est; omnia per ipsum facta sunt, &c. & Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.

F

Manifestaui nomen tuum hominibus. Tanquã diceret; homines per meam prædicationem, per meam doctrinam, nominis tui cognitionem habuerunt; Antea ignorabatur, quod tu Pater esses, & qui alios generare facis; generares, quod proles tibi diuina esset, & filium consubstantialem produceres, Ioan. 1.

Ignorabatur & filius cum ignoraretur, Pater quis autem & qualis esset eius filius, nemo nõ uerat nisi Pater; generationem enim eius quis enarrare poterat? Adueniente autem Christo quod notum est Dei manifestum est hominibus reuelatum non à carne, & sanguine, sed à celesti illo, & æterno Patre hominibus (inquit) non tãtum Iudæis velut olim notus in Iudęa, & in Israel magnum nomen eius.

Et hæc est illa clarificatio seu glorificatio paternæ maiestatis super terram, de qua prædixeratdum per Apostolos portitores nominis Dei coram Regibus, & Gentibus, & filiis Israel, in omnem terram exire fecit sonum eorum, & in fines orbis terræ, verba eorum; qua illustratæ tenebrosæ mentes gentilium in lumine suo videremus lumen ad reuelationem gentium exhibitum, vt diuino agnito consilio paterna charitate manifesta totus qui vocabitur ad veritatem conuerteretur ad salutem relictis erroribus, & abdicatis illecebris.

G

Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi, quia manifestaui nisi vmbracula remoui nubem, fugaui literam, aperui, velũ tẽpli dirupi, & scissi. Hoc solus Christus effecit, qui oracula omnia adimpleuit prophetias ad lucem adduxit, & omnium scripturarum mysteria reserauit. Hoc nullus efficere potuit, q̃d solus ipse promisit.

H

Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Maxima gratiæ commendatio ipsa est secretorum reuelatio Solis, & non communibus amicis est arcanorum communicatio in suo pectore Christus inauditum sæculo nomẽ recondebat, quod postea dilectis electis manifestabat vsque adeo secretum in seipso reserauabat, quod præter se ab hac cognitione cæteros excludebat. Nemo (inquit) nouit Patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, nondũ enim tales amicos habuerat Christus quos etiã sodales haberet, & si maximus ille Patriarcha, quos tres vidit, & vnum adorauit ad mensam refocillandos acceperit ipsorum, tamen non sodalis extitit, qui nec ad mensam cum ipsis sedit quibus tantum ministrare curauit, & ideo nec illi, nec alijs patriarchis nomen suum manifestauit, vnde inquit Dominus Moysi, ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonay, non indicaui eis, quod si amici erant quomodo eum amicis secretum, non communicabat, sed adhuc inquiebat secretum meum mihi secretũ meum mihi? Audi dicentem in Prouerbiis, gloria Dei est celare verbum; quomodo celare verbum, aut ante temporis opportunitatem, aut propter audientium incapacitatem, aut certè propter mentis alienationem.

I

Luc. 10.

Exo. 6.

K

Cap. 25

De primo dicitur omni negotio tempus est, & opportunitas, & iterum omnia tempus habent

Eccl. 8.

Cap. 3.

bent tempus nascendi, & tempus moriendi, tẽpus flendi, & tempus ridendi, tempus tacendi, & tempus loquendi.

Matt. 7. *De secundo* dicitur nolite sanctum dare canibus.

Eccl. 32 *De tertio*. Non effundas ser. vbi non est auditus. Iam habes quod prius intellige, quod & posterius, hæc præcessisse opportebat, hæc autem subsequi vt omni negotio detur tempus opportunitati.

Tunc opportunius Patris nomen manifestabatur cũ patris verbum reuelabatur; vix enim sine nomine, & verbo diuino consonantiam de Deo habere valemus; quibus adeptis de quibusque diuinis discutere possumus.

Amat insuper Deus quos in suos asciuit seruos, magis amat quos suos effecit sodales, ad
Cap. 15 quos supra ait. Iam non dicam vos seruos, sed amicos, & ideo hæc potiora suæ dilectionis significa fidelibus exhibuit, dum cœnæ Dominicæ commensales fecit Euangelista dicente supra, cum dilexisset suos in finem dilexit eos.

Cap. 13 *Hac insuper* ratione per solum Dei, verbum Dei nomen hominibus innotuit, quia (vt scripsit calamus Crucifixi.) Vnumquodque nos
D. Th. 1. par. q. 13 art. 1. nominamus, secundum quod illud cognoscimus; & pluribus nominibus, aliquid nominamus, in quo proprietates diuersas agnoscimus, & quia in vna Patris Deitate, omnium perfectiones contineri, Trinitatemque personarum in vnitate illius essentię Christo reuelante didicimus, propterea omnia in vno complectens inquit Pater manifestaui nomen tuum hominibus; nomen (inquit) tuum, quia omnia in te sunt vnum, & ipsa quæque creatura in Deo (teste Areopagita) est creatrix essentia.

Aliam adhuc superaddimus huius sententiæ Christi congruentiam, quandoquidem eos ex nomine singillatim vocare solemus quos familiares habere gaudemus; tunc enim conuersando inuicem quos amamus proprio nomine nũcupamus cum grati inuicem sumus, & quia ante Christi aduentum, nec grati, nec familiares Deo eramus, cui per solum Christum reconciliati sumus, propterea conueniens erat, vt & Dei nomen nobis notificaret, vbi & nomina electorum eius ab eodem conscribuntur, dum nominantur, vnde nec ille epulo nominatur vbi Lazarus proprio nomine nuncupatur; quapropter non absolutè dicitur manifestaui nomen tuum hominibus, sed addit quos dedisti mihi, idest familiaribus amicis consodalibus, dilectis, & electis; quorum conuersatio est in cęlis, cum Deo mente versando, & cum quibus Deus in pectore conuersatur in mundo, secun-
Cap. 14 dum quod supra dictum est veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

Et si igitur ex diuersis proprietatibus diuersa nomina ascribantur, & rebus vnum tamen vnius perfectum, & proprium est nomen omnem perfectionem complectens. Ideo nomen illud antiquum Moysi reuelatum vlȝ Adonay cum sit plurale, quod interpretatur Domini mei sicuti, & aliud nomen Elohim, quod & pluralitatem significat nisi singulari fit additum verbo. Ideo licet Moyses statim cum de Deo mentionem fecit, in Deitate pluralitatem personarum denotauit, quod vt faceret Deum vocauit, non el sed Elochim; quod tamen verbo singulari copulauit, vnde dicitur, in principio

Vnius rei unũ propriũ tantum est nomen.

creauit Deus, &c. quia & si pater & filius simul ac Spiritus sanctus ad opera exteriora concur- Gen. 1.
rant, cum tamen vna sit omnium virtus & potentia non Dii, sed Deus creasse describitur.

Hoc tantum abest, vt Dei mutata sint nomina quasi aut mutationem, aut augmentum ille susceperit, veluti de quibusdam scriptura sacra meminit non talis est variatio nominis Domini sicut illa Abrahæ aliorumve Patriarcharum quorum mysteria pro illorum prerogatiua addita, & aucta denotantur cum nec Deitati Pa-
A tris, nec humanitate Christi, vel addita, vel aucta sit aliqua virtus, aut dignitas licet nobis nouiter conspicua.

In nomine Abrahæ, hæc vna facta est immutatio, vt illi additum illud sit elementum he quod detractum fuit ab vxoris nomine Sarræ est enim apud Hebræos eadem litera he quæ detracta fuit à nomine Sarræ & apposita nomi Abrahæ.

Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Quid est diuinum nomen hominibus manifestare nisi sanctissimæ illius Triadis
B mysteria reuelare? Hæc solus ille cæteris reserare valuit qui diuina omnia archana dignouit filius, qui est in sinu Patris (inquit) idem Ioannes. Ipse nobis enarrauit.

Eo tempore quo incarnationis mysterium inceperat pertractari, tũc quæ cœlestibus occlusa erant archanis, peruia hominibus apparuere, tamen nõ oĩbus, sed illi soli patuerunt, qui fidelis erat & fidelium pater constituebatur erat in hostio, ibique sedebat, quia ecclesia in stabilitate est posita à fide nunquam deuiatura. Cap. 1.

C *Hoc itaq; mysterium patefactum* fuit seni, quia senescenti mundo, & in vltima ætate existenti Dei filius incarnatus aduenit, qui nomen Patris suis manifestauit, & quia adhuc in ostio tantũ sedebat, ideo nec ipse exactè cuncta lustrabat, nobis autem & nomen Patris apertis Christus patefecit oraculis; & quæcunque audiuit à Patre nota fecit nobis, pluries post Abraham à Sanctis viris Patriarchis, atque prophetis de ineffabili hoc Trinitatis mysterio sub diuersis velaminibus habitus est sermo, & velut sub sygillo acceptum secretum rudi populo abscondebatur.
D Nam & apud Ezechielem, dum supremi illi Seraphin de illo loquerentur submissa uoce alterius tantum ad alterum pronunciabant eius Sãctissimæ Trinitatis mysterium, velut adhuc inauditum, & archanum, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus Sabaoth. Ideo .n. alter tantum ad alterum Seraphin inuicem de tam ineffabile loquebantur mysterio, ne hominibus antequam Deus esset homo, sed per ipsum Deum, & hominem pateficret, & ideo post eruditionem fidei, quæ à Deo, & non per Angelum debebat
E fieri plena uoce audita sunt, animalia clamantia Sanctus, Sanctus, Sanctus, quod tunc Angeli submissa uoce inuicem tantum referebant, hoc animalia illa quatuor die ac nocte, sonora, & plena uoce propalabant Euangelistæ illi alta uoce intonabant, quod à tanto magistro, ipsaque ueritate accertante, didicerant, clamabãt, & quidem die, nocteque clamabant, quia cunctis fidem prædicabant, prædicate (inquit) Euãgelium omni creaturæ baptizantes eos in nomine Patris, & filii, & Spiritus sancti, clamabant, quia & his qui procul sunt annunciabant Saluatoris vlȝ aduentum vt salutis consequerentur

Apoc. 4

rentur præmium iam enim antequam hæc apertè clamarent ostium apertum in cœlo fuisse describitur per quod D. noster Ioannes prospiciens intus scrutari diuina promeruit. Vide (inquit) cap. 4. & ecce ostium apertum erat in cœlo, & vox quam audiui velut Tubæ loquentis mecum, &c.

Terruit Iesus paulum, maximoque tremore illum consternatum deiecit, vbi non voce, sed facto vrgente se Dominum ostendit, & ideo Dominus vocem obticuit, cui velut indignans respondit, ego sum Iesus, quem tu persequeris F durum est tibi contra stimulum calcitrare, Hoc primum Paulo manifestatur, qui prouidentia diuina Christo tradebatur. Hunc subinde Christus protexit postquam nomen suum illi patefecit huius nominis præstantiam patefecit ille qui inquit vocabitur tibi nomē nouum quod os Domini nominauit, nouum vocat quod nouiter nobis aperte manifestatur.

Olim Gigantes ut sibi in terris gloriosum nomē acquirerent multo labore, & impensis turrem immensæ altitudinis, quæ intus centum miliaribus mensuraretur per circuitum construere G excogitauerunt, quod tamen nec perficere potuerunt, qui non in suo, sed in diuino nomine gloriari posse excogitari debuissent. Nos aut Christo gratias didicimus gloriosius, sublimius præstantiusq; nomen pro turri fortissima assumere in illo tota mente confidere, semperq; extollere, & altare, simulq; dicere, non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Ex huius nominis præstantia inoleuit in ecclesia neminem hoc nomine personaliter insigniri, non enim communicandum est puro homini, quod conuenit illi soli homini, qui Deus H est, & homo, non enim ab homine, quis debet illo nomine temere nuncupari, quod os Domini nominauit. Nec hanc sibi vēdicare debet homo auctoritatem cuius mysterium (vt innotescat esse diuinum Angelo patet fuisse commissum, sic enim D. Lucas describere voluit vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo antequam in vtero conciperetur, hoc enim tantum abest a nobis, purissimum, sanctissimumq; Christi nomen pollutis imponere in iniquitatibus cōceptis, illisq; peccatoribus qui si dixerimus, quia peccatum non habemus nos I ipsos seducimus, nouoq; peccato condēnamus, nobis quidem congrue nomina sanctorū imponimus iusteq; illa suscipimus, qui inuicem alter alterius membra sumus, & æquiparari, in gradibus nominumq; possumus, absit autem vt dignitatem capitis vsurpare sibi membra videantur, nullumque alium præter Redemptorem admittere Christum & Iesum, non enim diuisus est Christus, qui vt vsque adeo vnius prædicetur, & agnoscatur nulli vnquam fas est hominum, vt tanto nomine insigniatur.

Hoc nomen Iesus nulli dēt imponi.

Luc. 1.

Vide q̄ temere quidam sanctissimū Iesu nomen societatis cuiusdā nouo prætextu sibi vsurpāt.

Pater manifestaui nomen tuū hominibus. Non nisi sanctis, sanctū nomen manifestandum erat, imò sanctificandis quo oīa sanctificantur prodēdum erat, vndē reuelatum sanctis, vt sanctificetur aperuit Pater manifestauit (inquit) nomen tuum hoibus quos dedisti mihi, cęteris in tene- K bris remanentibus his reuelaui quos & mihi in fide copulasti a quibus, velamen ignorantię abstulisti, quos sub cortice literę penetrare fecisti, & ab umbraculis ad lucē perduxisti, ac à peccatorū caligine me lauante, & abstergente præparasti secretiorumq; mysteriorum tuorum capaces effecisti, in maleuolam hæc aīam, tam sublimis, & inaudita sapientia intrare nequibat, nec se intromittere in corpore subdito peccatis.

Hæc est oīs sapientiæ diuinæ initium quid noīs eius habere, accedētem. n. ad Deum, oportet primum credere, quia est, & inquirētibus se remunerator sit inquit Apostolus. Nunc manifestatur, quia quęrentib. promittitur, qui mane vigilauerint ad me, inuenient ad me, nec prius manifestari poterat, quia hominibus adhuc inuisa sapientia diuina erat quę adueniente manifestaui (inquit) nomen tuum hominibus.

Heb. 11

Sap. 7.

Ad Christum proinde spectabat archanū istud hoībus reserare ad quē pertinebat beatitudinis ianuam aperire, paulo. n. superius inquit. Hæc est uita æterna, vt cognoscant te solū verū Deū, & vt hāc non nisi ab ipso hoīes consequuturos ostenderet paucis interiectis, hoc addidit Pater manifestaui nomen tuū hoibus, quasi se beatitudinis ostiū demonstrans iuxta id qđ supra expressè retulerat, ego sum ostiū per me si quis ingredietur saluabitur, & pascua inueniet, & hoc quidē speciale est noīs Dei, noīs (inquā) Iesu qđ iubente Angelo impositū est Christo, vocabis inquit, nomen eius Iesum cuius ēt noīs rationē assignans subintulit. Ipse, n. saluum faciet populum suum à peccatis eorū tanq̄ aperte diceret.

Cap. 11

Luc. 1.

Ideo uocabitur Iesus, quia Saluator per quem saluati, & liberati sumus. A proprietate impositū est nomen & ab effectu manifestatum est nomen, Iesus erat, quia Saluator erat, & ideo Saluator ostenditur cū in passione oīum Saluator efficitur; speramus (inquit) Apostolus, in Deū viuum, qui est Saluator omnium hominum maxime fidelium, & supra, non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

i. Thi. 4.

Cap. 3.

Eo tēpore Dei nomen manifestari dr̄ cū Iesus in medio terræ salutē nostrā operatur hinc magnū, hinc admirabile, hinc terribile, hinc excelsum prædicatur qđ unico illo versiculo proph. cōprehendere voluit, propter nomen tuū Dn̄e propitiaberis peccato meo multum est. n. q̄uo propitiare posset multum si non esset multum, & ideo multum, quia ad oēs, & in omnes, ita vt vbi abundauit peccatum superabundauerit, & gratia homines, & iumenta saluare potens iumenta, (inquam) nō rationis expertia, sed non secundum rationem viuentia.

Psal. 24.

Hominibus quos dedisti mihi. Vult quidem oēs Deus hoīes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis deuenire, sed multi qui fuerunt vocati non fuerunt digni quandoquidem non oēs obediūt Euang. iam fideles ab infidelibus seorsum disiungi videntur, agni ab hœdis, ecclesia Christi à Synagogis Sathanæ separari dixerat superius, ego elegi vos de mundo, & vt eadem vnaq; esse intelligatur electio Patris & filij inquit, quos dedit mihi Pater de mundo, ecce igitur, quod supra dixerat neminē uenire ad se nisi Pater traxerit illum, hoc idē sub aliis verbis repetit quos dedisti mihi, ut eandē usquequaq; voluntatē in utroq; perpēdamus neminemve diligi à Patre, aut esse Patris, qui nō diligatur à filio, & sit filii.

Tui erant. Per generale dn̄ium de quo dicitur Dn̄i est terra, & plenitudo eius orbis terrarū, & uniuersi qui habitant in eo, ex quibus suis aliquos saluandos tradit Saluatori eligens illos à perditorum massa, & instar figuli vasa aliqua in

Psal. 23.

hono-

honorē alia in contumeliam facit, contumelio sa respuens,& honorabiliora seorsum reponēs, filio ea credita faciēs ad ornatū superioris tēpli.

Hi qui me audiunt, qui ad me veniunt, quos tu meos esse facis non amplius ad mundum pertinent mundanis vlterius non appellantur, nesciunt amplius mundana,sed mei sunt,expul sa tyrannide Sathanæ,excussa seruitute peccati, carnis abdicatis illecebris,mei(inqt)sunt:quos ego redemi,quos ego magno precio emi,quos ego vocaui, iustificaui, sanctificaui, sic igitur

2.Cor.5 eius sumus dicente Apostolo, Christus pro oibus mortuus est, vt qui viuunt iam non sibi viuant; sed ei qui pro ipsis mortuus est;si qua ergo in Christo noua creatura est, vetera transierunt,ecce facta sunt omnia noua, oīa autem ex Deo,qui nos reconciliauit sibi per Christum quoniam Deus erat in Christo mundum recōcilians sibi non reputans illis delicta ipsorum.

Tui tandem erant, quia nec eos mihi dedisses nisi tui ipsi fuissent, quomodo autem erant Patris,& non filij nisi quia Patrē ignorabant habere filium,nunc autem & mihi eos dedisti, qa me tuum esse filium illis reuelasti. Namq; caro aut sanguis hoc reuelare non potuit, sed tu pater hanc veritatem mundo propalasti.

Tui erant & mihi eos dedisti,& sermonem tuū seruauerunt. An patris erāt qui de mundo erāt? nonne electi sunt de mundo, qui ascripti sunt Deo?Aut quomodo Patris erant, qui nondum in Christum credebant, quomodo hos dat filio Pater, qui sine dilectione filii nequeunt diligi à Patre? supra enim dicitur qui diligit me diligetur à Patre meo, & iterum, qui me odit, &

Cap.15 patrem meum odit. Quomodo igitur dicitur tui erant,& mihi eos dedisti si per Christum, vt Apostolus inquit Epist. 2. accessum habemus ad Patrem? sed & huic accessit, quod alibi Dominus dicit supra, Nemo venit ad me nisi pater

Cap. 6. meus traxerit eum.

Verum quomodo trahit pater nos ad filium si nos per filium ascendimus ad patrem? Dicat

Aug tra ctat.26. Augustinus, aliquid per quod respondeamus his,trahit, inquit, pater eos ad filium qui propterea credunt in filium, quia eum cogitant patrem habere Deum, & qui in Deo non ignorāt Patrem hunc Dei filiū non ignorant;& quia Deus Pater æqualem sibi generat filium,cui se totum communicat, & qui hæc cogitat,atque in sua fide ruminat, & sentit æqualem scilicet esse patri eum in quem credit Dei filium hic à patre trahitur ad filium.

Quisquis igitur aliud sentit de patre, & patris proprietatem in talem generando filium, qui eius naturæ, & essentiæ cum patre is nequit peruenire ad ipsum filiū, quia omnis qui ignorat patrem oportet, vt ignoret,& filium, vnde cōfitenti ipsi,tu es Christus filius Dei viui mox subinfertur, Beatus es Simon Bariona,quia caro,& sanguis non reuelauit tibi,sed pater meus qui in cœlis est.

Ipsa reuelatio patris est attractio,quia veritate trahitur animus qua veluti, edulio proprio oblectatur; proinde itaque cum patre loquens diceret Christus, tui erant, & mihi eos dedisti, non ideo separauit se filius sine quo nunquam aliquid habuit pater, sed solet sibi oē quod pōt ipse tribuere à quo n.hēt vt sit ab eo hēt,& totū quod pōt,& simul vtrumq; semper habuit qa qui nunquam non fuit,nec vnquam nō potuit.

Totum igitur quod semper fuit,& semper potuit pater semper cum illo, & fuit,& potuit filius; sed si semper, & filius habuit, quæ pater habuit, quomodo dicitur, & mihi eos dedisti? Nonne & paucis interiectis apertè inquit patri omnia tua mea sunt,& mea tua sunt?quo circa non prætereundum, quod sæpius est recolendum Christus Deus,& homo, nonnunquā sic loquitur vt eum quem similem nobis foris agnoscimus Deum, quem non videmus etiam

A intelligamus, & vt eundem verè humanatum sciamus, iuxta naturæ humanæ iura loquentē audiamus omnia quæ patris sunt, sunt, & filii, quia pater dum omnia dedit filio, æqualem sibi in æternitate generauit filium, & cum in tēpore, aliquid accepisse dicitur à patre, hoc totū ex assumpta natura completur, & intelligendum pro fidei eruditione profertur, nam & qui paulo ante de seipso loquens ait, dedisti ei potestatem omnis carnis, potestas intelligitur super omnem carnem, idest, super omnem hominem,

B vt verbum quod factum fuit caro i. homo super omnem hominem exaltatus dignosceretur de quibus,& dicitur tui erant,& mihi eos dedisti,idest, mihi homini omnes subiecisti, vel tui erant ex prædestinatione, & mihi Redemptori dedisti cum per fidem,& charitatem mihi capiti membra disposuisti, illaq; eorum saluti coaptasti,vel tui erant,quia Ezechielle teste c.58. omnes animæ tuæ sunt,sed ex prædestinatione ab æterno tuæ erant, quia iustorum animæ in manu Dei sunt.

Nihil accepit à patre Christ' in tpe p̄ter quā quæ ad naturā humanā spectant assumptā

Sap. 3.

At quomodo in manu Dei esse dicuntur nisi ex speciali illarum prouidentia, de qua meminit qui inquit, custodit Dominus aīas sanctorū suorum de manu peccatoris liberabit eas. Psal.89.

C *Hos tu mihi dedisti quos tu sic custodisti*, de mūdo iam erant, quia omnes mali erant filii iræ erant in tenebris erant Apostolo dicente. Eramus natura filii iræ, & ideo traditi Christo, vt salui simus ab ira per ipsum Apostolo asserente. Nunc viuificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum, & non in tenebris tantum, sed & tenebræ erant dicente Apostolo, fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Eph. 2.

Rom. 5.

Eph. 5.

D *Tui erant, & mihi eos dedisti*. Hoc sciebat Christus, quia non solum omnia dedit illi pater in manus, sed ēt oīa subiecerat sub pedibus eius sciebat(inquam)quia omnia illi tradita erant à patre specialiter tamen horū gratias agit quos non tantum sub eius potestate verum sub quodam peculiari tyrocinio, vt eius essent accepit, sic enim illos pater exhibuit Christo, vt comites vt asseclæ, vt comparticipes, imò vt membra essent Christi.

Duorum filiorum, idest, populorum pater est Deus bonorum vl3, & malorum quorum, vtrū

E que genus in duobus illis præcipuis Patriarchis Abraham,& Isaac designatur, duos namque filios habuit Abraham, Isaac,& Ismael duos habuit,& Isaac Iacob,& Esaū pater fuit Abraham bonorū in Isaac,inquit,vocabitur tibi semen,pater fuit malorū per Ismael infestū iusto sibi fratri, ideo vtrorumque demonstrata est longęua, multigenaq, progressio dum de iustis ait, multiplicabo semen tuū,vt stellas cœli, & dum sub intulit de malis,& sicut arenam, quæ est in litore maris,per stellas(inquam) boni intelligūtur qui cœlestibus sunt ascripti sedibus.

Duos & per Isaac Deus filios colluctantes seu populos disceptantes habere docemur, qui inuicē et in vtero collidebantur dilectum scilicet Iacob, & odio habitum vt3 Esau quorum alter idest, minor surrepta diuino iudicio paterna benedictione primogenitali sibi maiorē ad seruiendum subegit, siue hoc dicamus bonos à malis tandem seiungentes, & ab ouibus hædos pisces bonos à piscibus malis, siue hæc intelligas, de primo homine terreno, & de secundo homi-
1. Cor. 15. ne cœlesti, de quibus, & Apostolus testatur, quorum vices adeo sunt disiunctæ, vt passim inuicē colludant, dum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem in sortem Christi asserti, non omnes dicuntur, sed hi qui speciali sunt ditati munere, à patreque æterno bonorum omnium largitori ad fruenda sempiterna bona fuerunt electi.

Luc. 1. *Hinc cœlestis ille Angelicus* Dei nuncius, hoc de Christo etiam perhibuit testimonium quoniam vocabitur altissimi filius, & regnabit in domo Iacob in æternum, quare autem non in domo Abraham, vel saltem in domo Iacob regnare dicatur iam facile patet, quia non ad tēpus, vt iusti, cum impijs, hædi cum ouibus, pisces boni, cum malis, triticum cum paleis, frumentum cum zizania mixti inuicem nutriantur, & viuant ab illo omnium communi patre, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos pluens super iustos, & iniustos.

Verum in æternum regnare in domo Iacob, prædicatur, quorum filii omnes adepti sunt sedilia in cœlis æterna, non enim quo ad præsentem iustitiam aliquando boni fuerunt, & à pessimo etiam crimine expiati, sed quo ad æternā illam, atque perennem, vbi resideant cum Christo domum, secundum quod ostensum est, sus-
Apo. 21 tulit me Angelus in spiritu, in montē magnū, & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo à Deo, & habebat murum magnum, & altum habentem portas duodecim, & nomina inscripta, quæ sūt nomina duodecim tribuum Israel.

Hinc facile deprehendimus non solum quare Christus regnare in domo Iacob, & non Abraham, & Isaac, non Abrahamitæ, seu Isaachitæ, sed tantum ab Israel Israelitæ, denominationem sunt sortiti, & esto, aliqui à Sarra vxore Abrami Sarraceni nomen sint sibi licet perperā vindicati; ab Abraham tamen & si pater multarum sit diuino dictus oraculo gentium, nunquam Abrahamitæ, sunt nuncupati, nec ab Isaac Isaachitæ, licet in Isaac vocari semen prænunciaretur. Hoc enim soli Iacob qui, & Israel à Deo est vocatus velut peculiare munus est reseruatum ex maiori conuenientia per quam typum gerebat ipsius Christi, à quo Christiani nūcupati sumus.

Tui erant & mihi eos dedisti. Mihi (inquit) non alteri, quia vnus tantum est mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus tui erant, nam omnes animæ tuæ sunt, verum iratus illis eras vehementer irretitus, & indignatione percitus flagitiorum hominum; ideo eos mihi dedisti, vt ablatis flagitiis, ac abolito peccato te pacatum illis faciam reddam benignum, & patrem institutum, his enim verbis, quod simus Patris, & quod crediderit filio Pater omnis antiqua maledictio expulsio, & indignatio sublata, ostēditur per Christum. Quid enim iucundius audire, aut intelligere, possunt peccatorum hominum aures? quid vtilius excogitari potest, quā nos deditos esse Christo? & patrocinio Christi stipatos? quid præstantius, & libentius audire possimus, qui extorres sumus cœlestis patriæ, qui exules à paradiso, in hoc ergastulo fluctuamus, in hacque valle miseriæ peregrinamur à Domino, quam quod Dei sumus, & ad Deum spectamus, dummodo nos in Christo esse reperiamur? quid si protegimur a Christo si consolamur à Christo.

F *Istæ consolationes sunt tuæ (bone Iesu)* quæ lætificauerunt animam meam, neq; enim respuis quos tuus tibi tradit Pater, alioqui alios haberet Pater qui neminem habet quem non tradat tibi quin per te saluentur, & ad ipsum vadant, nos enim populus eius, & oues pascuæ eius de quibus ad Petrum pasce oues meas, & agnos meos, & quia peccatores sumus, ideo nos tradit filio Pater, vt ab illo mundemur ipse enim propitiatio est pro peccatis nostris, qui nos emundat ab omni inquinamento, qui lauat nos à peccatis nostris in sanguine suo.

G *Hoc est quod* rogabat Augustinus Patrem sicut peccaui emenda me, & prius flagello emendatum trade me filio tuo, nunquam enim desineret ab ira, aut derelinqueret furore Pater cui odio est impius, & impietas eius nisi traderet nos filio in quo abscondamur, donec pertranseat furor eius Petra, hæc illa est in refugium ericiis posita, de qua etiam per Prophetam dicitur, ingredere in petra, & abscondere in fossa Isa. 2.
humo à facie timoris Domini.

H *Et sermonem tuum seruauerunt*, eum vt3 sermonem quem nouissime diebus istis locutus es nobis in filio; non enim tantum eum audierūt, sed auditum receperunt, receptum vero seruauerunt, & quidem per aures audierunt, sed cordi affixerunt, & ibi absconderunt perenniter seruaturum, ne à superuenientibus volucribus, aut inundantibus hæresibus, vel auferatur, vel obruatur, quod autem per fidem intellectum perfecerunt, hoc per voluntatem opere compleuerunt; Tunc enim Dei sermo seruatur cum quod intus in mente reponitur, exterius opere adimpletur, sunt enim hæc velut dicentis verba ipsi quos dedisti mihi, quia

I tui erant, sermonem tuum seruauerunt, neque enim tui fuissent si sermonem tuum seruaturi non essent, non cassum fecerunt meæ prædicationis sermonem non fuit vana mea cum ipsis conuersatio Auditores frugi ipsi fuerunt, qui sermonem tuum seruauerunt, non est reuersum ad me vacuum verbum, quod missum est ad illos. Sed fecit omnia ad quæ fuit missum opera.

K *Et sermonem tuum serua*, obserua non dixisse meum, sed tuum sermonem, vt non aliud sed eundem esse intelligas sermonem Patris, & Christi omnemque prauam suspitionem tollat Christis doctrinam legem præcepta, & Euangelium diuinum, non existere, opus tuum (inquit) vt gratiores reddat Patri quos habuit traditos à Patre, quasi apertè inferat sic tu eos mihi tradidisti Pater, vt ego illos totaliter tibi deditos faciam, illos instruam, & tuorum mandatorum obseruatores efficiam, vel tuum sermonem seruauerunt, idest, me tuum verbum receperunt me secuti sunt, & permanserunt mecum in tentationibus meis.

Item

Item tuum inquit, quia quem meum audierunt tuum crediderunt quandoquidem.

Nunc cognouerunt quia omnia quæcunque dedisti mihi abs te sunt. Illud vnũ cognouerunt, non hominum commentũ esse, quod docui euangelicam doctrinam non humanum, sed diuinum negotium existere, ea quæ me proferente acceperunt tua esse cognouerũt, & velut abs te per me receperunt. Hoc ipsi crediderunt, & credentes intellexerunt, quia nisi credidissent non intellexissent; quæcunque (inquit) crediderunt, quæ sum locutus, quæ operatus sum, quod in mundo gessi, & cætera quæ tu es mihi largitus abs te esse in tua virtute egisse à te emanasse, & velut à uastissimo pelago profluisse. Te totius boni originem fatentur patrem misericordiarũ, & Deum totius consolationis à quo omne donum optimum, & omne bonum perfectum descendit. Te radiante Sole illustratæ sunt eorum mentes, ignorantiæ caligines sunt fugatę cæteris vsque in hodiernum diẽ velamen super cordibus habentibus, vt videntes, non videant, & audientes, non intelligant.

Nunc cognouerunt, quia oĩa quæ dedisti mihi abs te sunt, quia uerba quæ dedisti mihi dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Nunc qui mihi adhæserant, qui sermonem meum non tantum audierunt, sed acceperunt, illudq; seruandum custodierunt hi cognouerunt, & quidem constanter ac inconcusse, & verè cognouerunt per fidei lumen intellexerunt, tam meam ex te generationẽ, & me ex te procedere, quam omnia abs te etiam procedere, quæ in me sunt etiã verba, quæ ego dedi eis abs te esse, vt qui me genuisti totum, quod in me est simul produxisti, quod vtique non cognouissent nisi verba, quæ dedisti mihi, illis dedissem. Hinc Petrus cũ respondisset pro toto Apostolorum cętu sciscitanti Domino quem cum dicerent seu esse crederent, respondit tu es Christus filius Dei viui,
Matt.16 cui mox, respondit Christus, beatus es Simon Bariona, quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.

Attende hic Christum, illic Patrem insuper, & Spiritum sanctum, nos Doctorem veritatis habere, vt facile perpendas quorum vna est veritas vnus est, & sermo veritatis nihil enim habet Pater, quod non communicet filio, nec aliquid habent Pater & filius, quod non communicent Spirituisancto, quicquid igitur edocet filius, totum edocet Pater & Spiritusanctus, & verba Christi, verba sunt toti Triadi, illi communia quorum omnia sunt in vnitate naturæ communia, & hæc omnia per Christum nobis facta sunt peruia per quem habemus accessum ad diuina omnia mysteria conspiciẽda, qui nisi ad nos venisset, & locutus nobis fuisset, adhuc mens nostra, in tenebris cęcutiendo offendisset.

Quia verba quæ dedisti mihi dedi eis. Attende rationem donorum acceptorum à Christo nihil quod filio suo in maiestatis throno existẽti tribuit Pater in ipsius filii beneficentiam, aut commodum, aut obsequium est elargitus, sed qui nobis dedit ipsum cum ipso nobis omnia donauit, totus nobis datus est, qui pro nobis totus expensus est, nihil sibi ipsi promeruit beatitudinis, aut gratiæ Christus, cui omnia in manus dederat Pater per vnionis gratiam cum factum est humanæ, & diuinæ naturæ, suppositum omnia nobis dedit verbi verba, qui verbum suum in obsequium nostrum tradidit, dedit verba verbo, qui vnum producit verbum continens omnia verba, qui portat, & omnia verbo virtutis suæ.

Hinc Euangelij auctoritatem, & præstantiam facile qui aduertit intelligit, quod quidem prodijt ab ore altissimi, quod à Patre simul ac filio emanauit vt omnis tollatur de eo ambiguitas, totosque se illi dedant homines æquanimiter
A suscipiant illud Græci, ac Barbari sapientes, & insipientes quibus fit creditum, virtus enim Dei est omni credenti Iudæi, adhuc tantam Euangelii præstantiam, nec intuentur, nec aduertunt, & velut qui ex Deo non sunt verba Dei non audiunt. Adhuc pereuntibus illis verbum crucis scandalum est, gentibus vero stultitia cæterum nullus erubescit Euangelium eorum qui salui fiunt, qui potius maximè in illo lætantur, & salutem per ipsum consequuntur iustitia enim Dei est ex fide in fidem.

Verba quæ dedisti mihi, dedi eis, quasi dicat. Ad
B hoc mihi verba dedit pater, vt illa non retinerem penes me, sed impertirem cæteris, ita vt vobis eadem verba Euangelium, & sapientiã tribuo, non vt penes vos absconsa, hæc teneatis, sed vt cæteris ac toti mundo verbi Dei dispensatores sitis, euntes in mũdum vniuersum, omni creaturæ Euangelium prędicantes. Hanc namque catholicam sapientiam, quam sine fictione didicimus etiam sine inuidia communicare debemus, est enim infinitus thesaurus non tuus, sed hominibus, quo qui vsi sunt participes facti sunt amicitiæ Dei.

Cõicare debemus bona quæ possidemus & alijs.

C *Vide* igitur quõ nil in abscondito docet Christus, sed palam locutus est mundo in latibulis Synagogarum non est à suspitione veritatis libera quæcunque doctrina. Attende hanc unã esse rationem qua differt ecclesię catholicæ veritas à Synagogis hæreticorum, vbi non ecclesiasticum, sed aut humanum, aut certè diabolicum reperitur commentum.

Verba quæ sunt suauia, quædam verba promissionum quæ dedit filio Pater quæ, & nobis à filio dantur, vt ipsdem illecti promissionibus iucundius euangelicam suscipiamus veritatem
D sunt, & comminatoria, & duriora verba, quæ interdum Christus habuit. Hæc sunt quæ nobis tradita non ignoramus quibus interdum, qui spirituales sunt in spiritu lenitatis instruant ignaros, & debiles corroborent, interdum autem sæuiant in procaces, cohibeant impios, & coerceant flagitiosos durioribus enim verbis vsi sunt Apostoli, vtuntur, & Dei prędicatores, arguunt enim obsecrant, & increpant irascuntur exasperãt insequentes vitia, & condemnantes hæreses, & Sathanę traduntur interdum aliqui vt resipiscant.

E *Et ipsi acceperunt, & cognouerunt, & c.* ex pluribus, qui audiunt pauci sunt, qui acceptãt, quid denotat accipere verba Christi, nisi acceptare doctrinam Christi, parere mandatis Christi, euãgelicam hominem profiteri? Prędicatur omnibus euangelium, vocantur oẽs ad ouile Christi, inuitantur plurimi ad conuiuium, & via oĩbus præbetur ad salutẽ, haud tamen omnes suscipimus verbum paremus euangelio, & uiam mandatorũ eius currimus, ipse (inquit) acceperũt, qui adheserũt uerbo, qui satagerũt, ut certã bonis ope

ribus suam vocationem facerent, tamquam de cæteris diceret ipse vero non cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam, nec intelligere volentes vt bene agerent.

Et ipsi acceperunt, & cognouerunt. Attende sermonis seriem, prius accipiendum est verbũ postea cognoscendum, qñquidem non ex cognitione fides, sed post fidem cognitio aliqui nõ intelligit quicunq; prius intelligendum non credit, sed quia non oĩum est fides vl3 vera de corde perfecto, & conscientia pura, ideo nõ oẽs credunt, qui se fideles iactant. Attende igitur dătis duo dona alterum est credentium hoĩum alterum credendorũ verborum, dedit Deus credentes Christo dat, & verba credenda Christo, consequens.n.erat vt qui dati erant credendi credẽdis crederent, & datis tui erãt dixit & mihi eos dedisti, & verba quæ dedisti mihi dedi eis, quæ ipsi acceperunt, & cognouerunt.

Nõ prait sed se quit fidẽ ipsa cognitio.

Cognouerunt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia me misisti humanæ cognitionis conditio ea est quamet Principes Peripateticorum à cõtioribus, & minus certis ad certiora, & manifestissima naturæ progredimur sunt, & in cognitione, quæ habetur per fidem gradus illi quos concedunt naturales, sed ignorant hæretici quibus ad augendam in nobis fidẽ subleuamur, ita ut q̃ interdum minus gnaro difficilia videntur, & obscuriora perspicaciori sint facillima, & melius dispofito ac erudito, initio.n. miraculorum Christi in eũ discipulos tuos credidisse superius audiuimus viso, namq; signo cõuerfionis aquæ in merũ crediderunt quidẽ, sed in cõi, sed imperfectè in Christum discipuli, progressu aũt temporis eruditiores effecti, & signis grauissimis vrgentibus maiorem nacti sunt de eo fidem.

Humana cognitio.

Tandem visa eius resurrectione ascensione, & cæteris fidẽ augentibus, ac confirmantibus verè cognouisse dicuntur, hinc Apostolum instar nutricis pabulum præbentem audiuimus, hæc.n.initio dulcedinem iactis instillat, deinde polentam adhibet ipsa solida propinat eduliorum obsonia, donec firmata imbecillis infantia, per seipsum possit in uirum perfectũ puer euadere, & solidioribus enutriri cibis exhibitis.

Cognouerunt uerè, quia à te exiui. Multi suspicati sunt Christum Deum esse dicentibus quibusdã cum Sathana si tu es Christus dic nobis palã adiuro te, vt dicas mihi si tu es Christus filius Dei uiui, aliquibus aũt affirmãtibus nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis nisi fuerit Deus cũ eo, quis est hic, qui et peccata dimittit? quis põt peccata dimittere, nisi solus Deus, nũquid cũ uenerit Christus plura signa faciet, &c. Nullus tamen ipsorum uerè cognouerunt non certo, non firmiter, & indubitato à Patre exisse Christum, & missum Saluatorem mundi.

Duo illic aduerte quæ dicuntur, & exijsse, & missum fuisse Christum à patre, esto.n. mittere Patrem filium nil aliud sit quam generare ipsum filium, & exire filium à patre nihil actionis importet, vel denotet Patris in filium præter generationis actũ, distinguit tamen exire à mittere, non velut actum ab actu siue operationẽ ab operatione, sed ut distinguat rationem à ratione operationis, absq; enim incarnatione sempet exierat filius à Patre quem semper generauit pater, at promittere. Temporalis tantum filii incarnatio designatur solus enim qui ab alio procedit ab illo mitti dici potest, vnde Pater nunquam missus legitur, qui nec mitti potest nec dici dum à nullo procedat, solum igitur mittere potest Pater Spiritus uero sanctus mitti solum perhibetur à quo procedit, filius, interdum, & mittere, & mitti dicitur qui & à Patre procedit, & producit cum Patre Spiritũ sanctum, de quo supra si autem abiero mittam eum ad uos.

Pater in diuinis mittit, sed non mittit, filius mittit, & mittit Spũs sãctus nõ mittit sed tñ mittit.

Et crediderunt, quia tu me misisti, nõ solum te meum genitorem indubitata fide cognouerũt F meq; Dei viui filium apertissimis oraculis sunt confessi, verum & incarnationis meæ mysteriũ meq; à te missum plena fide crediderunt. Hic vnum illud obserua inter duo illa catholicæ fidei mysteria præcipua Trinitatis, s. personarũ, & incarnationis Christi illud esse discrimen vt de mysterio incarnationis nihil prorsus humana cognitio ad suadendum habeat quo vel suspicari, vel polliceri sibi illud naturaliter possit in mysterio autem Trinitatis esto nullis rationibus euidenter aut probari, aut cognosci possit illius Triadis sanctissima ratio, multi tamen G quasi lambendo extra putei huius oras, aliquid de Trinitatis mysterio balbutiendo circumuoluti sunt, Plato enim (teste August.) Deum producere verbum aperte est cõfessus, quod Ar st. negaret minimè qui intelligentem omnem intelligendo producere conceptum, non solum posuit, verum & pro necessario edocuit Mercurius insuper Trimegistus talia de Deo retulisse legimus Monas, genuit Monadem, & suum in se reflectit ardorem.

Aug. 2. de Ciuitate Dei.

Insuper & sapientiores naturales Deum sub ternario colebant numero, quem perfectissimũ H & congruum diuinitati, non iniuria arbitrabantur, videtur autem Plotinus explorator fuisse cuiusdam Trinitatis in diuinis qui licet infectis & cęcutientibus oculis velut per transenam suspiciens tria dixit super omne tempus æterna mundi animam intellectum, & bonum mundi animum visus est primam personam dariñẽ esse rebus, & conseruari innuere, intellectum autem filium quasi significantem quum intellectui soli insit verbum bonum, quod obiectum est voluntatis videtur Spiritum sanctum attingere velle. Nam & nos eruditiores effecti per I fidem Patri & potentiam, filio sapientiam, Spirituisancto bonitatem attribuimus, sed absit istis nos attributis arbitremur deueniri posse ad rationem profundissimi, & inscrutabilis mysterij Diuinissimæ illius Trinitatis capessendam.

Nulla nos ratio nulla perspicacitas humani intellectus satis persuadere potest huius mysterii celsitudinem, ad quam clamemus omnes oportet, ô altitudo diuitiarum sapientiæ, & sciẽtiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt, & cæt. Habitant enim lucem inaccessibilem, & qui in K spector esse voluerit maiestatis, opprimetur à gloria potuerunt quidem huius sæculi sapientes, aliquid olfacere, de productione verbi, de productione amoris, de actu intellectus simul ac voluntatis, accommodationem autem personarum, & rationes proprietatum personalium nullus aut potuit, aut sciuit perscrutari, aliqui quorum Sabellius est alter distinctionem non realem, sed rationis tantum intelligere potuerunt inter personas diuinas, alii quorum alteri fuit Arrius sic distinxerunt personas,

Nullus humanæ rõnis ingenio sanctissimę Trinitatis mysterium cognoscere possumus.

vt distinguerent etiam essentias cum personis sola fides differit, & differendo tradit rationes diuinarum personarum, quomodo cum vnitate essentiæ, & substantię distinctis differat realiter suppositis ipsę personæ ad inuicem.

Quod autem ad incarnationis mysterium spectat, hoc nulla suadere, aut attingere humana ratio poterat. Imò nec Angelica, quod totaliter ad fidem pertinet, vnde esto Angelici spiritus mysterium Trinitatis naturali sua cognitione cognoscere potuerint, minimè tamen mysteriū Incarnationis, vnde dubitāte Sathana, an Christus Deus esset, sed an filius Dei esset; quod utique non dixisset si Trinitatis mysterij ignarus fuisset, cæterorum nec Sathanas, nec Angelorū aliquis potuit suis naturalibus uiribus in cognitionem mysterij Incarnationis Christi deuenire. Hinc omnino sub fide reclusit Christus huius mysterii Sacramentum supra omnem rationem, ultra omne cogitatum, & præter omnem creaturarum capacitatem, hic Deus suam optime patefecit bonitatem, charitatem, & inauditam, ac inexcogitabilem pietatem quanti nostram salutem facit quo suam prosequatur amore creaturam, perdit hic sapientia sapientū, & prudentia prudentum reprobatur absconduntur hæc à sapientibus, & prudentibus, reuelantur autem paruulis, & humilibus Christi fidelibus, & affeclis de quibus sequitur.

Nec Angelus, nec Diabolus potuit incarnationis mysteriū propria natura, vir tute capescere.

Ego pro eis rogo. Hactenus verbis vsus est præteritis velut iam quæ pronunciabat contigissēt quæ inchoata erant, & tempore missionis Spiritus sancti implenda, & perficienda; seu quia tā certa erant, ut quod iam præfinitum futurum erat, factum esse dicatur; nam & scriptura & cōmunis est loquendi modus, vt quæ benè incepta, & disposita videntur pro habitis habeantur tendens aliquis ruri antequam illo perueniat egresso è domo profectus ruri, & dicitur & confirmatur.

Optimè concepta & disposita pro habitis teneatur & factis

Rogat igitur Patrem, vt quod sua pro bonitate bene ceptum est, & bene dispositum sua etiā pro munificentia fœliciter, & perenniter consequatur, & succedat, pro eis rogat, quos suos habet ut ad portum reducantur qui se præcinxerunt ad iter, horum sibi inest cura qui se sibi dederunt, iamq; crucem suam tulerunt, ut sequantur ipsum pro eis inquit, qui suæ saluti intendunt, qui abdicati sunt à mundo, qui partem cum mundo non habent qui pressuris comprimuntur mundanis.

Ego pro eis. Ipsi pro se ipsis quidem rogāt, sed ut ad tuas eorum preces perueniat aures, vt tu qui me semper audis, illos exaudias, illisque faueas, ego pro eis rogo quasi dicat suum rogatū meo copulo, meo corroboro, & tanquā meum exhibeo, mea uirtute extollo, & uelut meis indutum meritis ego pro ipsis tibi offero.

O firmam omnium Christi spem in Deum ò strenuum pastorem nostrum, ò securum nostrum, & totius ecclesiæ propugnaculum, ò benignū nostrarum animarum Pontificē, qui potest cōpati infirmitatibus nostris, qui pōt incrementa augere uirtutis nostræ, qui perficere potest usque in finem opus bonum nostrum exauditū hunc pro sua reuerentia non ignoramus. Nihil non concedit filio Pater ecce aduocatum nostrum apud Patrem, ecce interpellantem pro nobis, ecce sua nobis impertientem merita sua nobis applicantē suffragia sua bona nobis communicantem, ego inquit, pro eis caro enim & frater noster est cum nos rogamus in Christo, rogat pro nobis in nobis Christus.

Interpellātē semper pro nobis i cęlis Christum ad uocatū habemus.

Ego pro eis rogo. Attende Magistri normam, prius rogauit Christus pro seipso, pro sua clarificatione, & pro clarificatione Patris, quo edocemur anteponendā esse, & Christi, & æterni Patris gloriā oībus nostris cōmodis, nec iniuria, qñquidem summum bonum summe, & super oīa bona est expetendū, nullū aūt bonū gloriæ

A Christi, & Dei (quæ vna est) cōparabile est, imò nec proportionabile, cū illa sit infinita, oīum autē creaturarum capacitas finita sit, & limitata.

Hinc primum quod petendū edocemur est gloriatio diuinæ Maiestatis, vt nomen eius sanctificetur. Hoc. n. siue per mortē, siue per vitā uotis oībus est procurandum, ita vt si oporteret pro gloria maiestatis diuinæ oīa tormenta perferre & æternam gehennam irreuocabiliter tolerare nihil est, qꝫ æquo aīo sufferre nō deberetur, sed esto incendio infernali traditi quū rebelles sint

B diuinæ voluntatis Deumq; odio prosequātur, tanquam vltorem, quisquis tamen suam dānationem futuram agnosceret, quam pro diuinæ maiestatis gloria fore suscipiendam agnosceret sub nouo peccato mortali teneretur illi diffinitiuæ sententiæ suam substernere voluntatem, nam & in ordine charitatis seu dilectionis Deus nobis omnino est præferendus.

Perspice mirificā hāc Authoris doctrinā.

Ego pro eis rogo. Pro nobis insuper prius rogandus est Pater prius nostra à nobis poscēda est salus, q̄ cæterorum qui iubemur sicut nos ipsos proximum diligere; quid est sicut nos ipsos nisi quia prius nos & subinde ad formā nostrā cæteros? secus qūo sicut nos ipsos si nos prius non diligimus nos ipsos? & hoc illud est vulga-

C tū elogium charitas incipit à seipso; qđ non absolutè est de oī charitate intelligendum, sed de charitate in hoīes, cum Deum super nos ipsos diligere teneamur, vt supra est refertū, pro seipso prius rogasse Christū audiuimus, prius suam poposcit à mortuis resurrectionem, suā, postulauit glorificationē deinde pro salute aliorum rogat quasi nihil à nobis sit agendū qđ contrariū sit quod offendiculum ponat, qđ impediat nostrā salutem, & glorificationē cū Christo, hoc nobis summum est bonū omni anteponendū bono.

Quō intelligendum sit tritū illud eloquium charitas incipit à seipso

D *Ego pro eis rogo.* Abiturus Christus, & suā corporalē uisibilē præsentiam ab oculis suorū subducturus, pro affectu quo suos prosequitur illos Patri cōmēdatos facit, ut foueat; vt protegat, vt custodiat, ne ab incepto desistāt, ne obruantur, ne incidatur in laqueos Diaboli, ne in tentationē inducātur, ne qui iā posuerunt manū ad aratrū, dum retro respiciunt apti nō sint ad regnū Dei consequendū; rogat vt corregnemus, & cōglorificemur, ac consortes simus cęlestiū æternorumq; bonorū, qui secū permanemus in suis

E tētationib. q̄ cōpatimur q̄ uestigia pedū suorū sequimur, qui nostrā post ipsū crucē sumimus.

Sed quid est qđ rogat Christus qui eadē nobis & pollicitus est, & promeruit ipse Christus, rogat, qui factus est homo, ut nobis detur qđ dat ipsemet Deus, volo (inqt) post pauca, ut vbi sum ego & ipsi sint mecū, rogat in medio nostrum, uelut qui ministrat tanquam doctor & præceptor noster & velut pia nutrix morem gerit nobis balbutit nobiscum, & sua nobis auferens ablactationis vbera à lacte suæ dulcissimę præsentiæ remouendo Patri nos commendat, &c.

Ego pro eis rogo non pro mundo rogo sed pro his quos dedisti mihi. Multæ considerationis imo & terroris verba quandoquidem expertes ibi meritorum Christi declarantur qui in huius mundi sortem reperiuntur, sed quomodo non
cap.3. pro Mundo patrem rogat qui se ab eo missum fatetur vt salu et? Non enim inquit super misit Deus filiūsuū in Mundū ut iudicet Mundū sed vt saluetur Mundus per ipsum An saluari poterit pro quo Christus non rogauerit, id est
Salubri & pulchra dubitatio. passionis & meritorum suorum participem nō fecerit? sed certe pro Mundo illo non rogat de quo paulo superius, si Mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit, sed qui fieri hoc potest cum infra pro crucifixoribus suis rogauerit, Pater(inquit)ignosce illis quia nesciunt quid faciūt nonne & aliqui ex suis crucifixoribus suæ orationis præsidio salutis suffragia sunt consecuti. Quid longinus qui lancea in mortuum sæuiens inflicto vulnere in pectore latus eius aperuit, quid Centurio qui custos cadaueris ad sepulcrum exitit & postea testis resurrectionis veritatis prædicatur, euasit? sic enim exauditus pro sui reuerentia sempre fuit cuius nec oratio nec sermo in cassum fuit Magis enim tam cœlum quam terra transibunt sed verba sua non præteribuntur.

Ps. 58 *Hæc autem peruia* intellectioni erunt si ea de quibus alias differuimus rememorentur, & quæ habentur & leguntur aduertantur, Inten-
August. ibidem de (inquit) ad visitandas omnes gentes & nō miserearis omnibus qui operantur iniquitatē vbi Augustinus; Quis ad suam conscientiam rediens hic non contremiscat? qui sunt quos hæc non terreant? Duo sunt horum verborū sensus quorum vterq; peccatori molestus, sic enim intelligi potest primo quia Deus qui vindex est peccatorum, nulla alicui impunita peccata transire permittit, siue alio modo vt quædam sint peccata, siue aliqua quædam iniquitas quā
ibidem qui operantur omnino eorum Deus non misereatur iniquitas (inquit) parua magnaue sit puniatur necesse est, sed aut ab homine pœnitēte aut à Deo Iudice vindicante; nā & quisquis pœnitet punit se ipsum; & dum de commisso scelere dolet ad abdicandum à se peccatum ipsa detestatio vrget Ergo (inquit ille) puniamus nos nostram peccata, quæ punienda prorsus non ignoramus, quia dum sic agimus ad Dei misericordiam nos præparamus, vis misericordiam? quæris remissionem. Iam stratum habes iter nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis, vis non puniri à Iudice? præueni Iu-
Rom. dicem, pune te ipsum An ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem thesaurizas tibi iram in die iræ iusti iudicij Dei: Alius sensus est vt quędam ibi specialis intelligatur Iniquitas de qua verificatur autoritas Nō miserearis omnibus qui operantur ipsam per quam sic impeditur salus operantiū ut semper consistant in lege pereuntium defensio, & obstinatio peccati in mente peccatoris ipsa est iniquitas prorsus indelebilis, & irremissibilis.

Retorquent peccata sua in Deum, accusant fatum impingunt stellis qui male agunt, & excusatur reus vt accusetur iudex nec dolent de delicto quod se volente comissum negant, de qua iniquitate loquitur qui tale facinus detestatur si vidi solem cum fulgeret & lunam incedentem clare, & lętatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo quę est iniquitas maxima & negatio contra Deum altissimum de quo peccato meminit ipse Ioannes est peccatum ad mortē pro quo non dico vt roget quis, & Apostolus quomodo conuertimini iterum ad egena elementa dies obseruatis & menses & tempora timeo ne forte sine causa laborauerint inter vos.

Excusantes peccata sua ea indelebilia faciunt & irremissibilia. Tob.3 1.epist. cap.ultimo. Gal.4.

F *Probis* non rogat Christus qui sic sunt infixi mundo vt prorsus diuelli nolint à Mundo qui adeo terrena sapiunt, & tenebras diligunt, vt nullo lumine cœlestia conspiciant, hi sunt qui nunquam dolent qui nunquam se accusant, nunquam detestantur, semper peccant, & inquinatę sunt viæ illorum in omni tempore.

Igitur non talis est mundus, quem vt saluaret missus est Christus. Imo ille est per quem non rogat Christus, & saluatus est Centurio Longinus, Paulus, qui prius persecuti sunt Christum, quia à mundo tunc recesserunt, quum dolentes de scelere ad Christum accesserunt. Non mundana non terrena sed cœlestia, & ęterna concupierunt; vnde Paulo superius de suis hęc
G dixit Non rogo vt tollas eos de mundo sed vt serues eos à malo, de mūdo enim nō sunt sicut & ego non sum de mundo. Hoc autem rogat Christus à Patre quod, & ipse daturus est ex diuinitate sed quoniam una, & eadem persona Deus est, & homo Hominem intelligimus in eo quid rogat intelligimus Deum cum dat id de quo rogat.

Non pro mundo rogo sed pro his quos dedisti mihi. Tam copiosa est peruersorum caterua in mundo tam numerosa est perditorum homi-
H num massa, ut nullo aptiori vocari possit titulo aut nomine significari quam sub nomine mundi: nam Totus mundus in maligno positus est Nolite ergo diligere mundum neq; ea quæ in mundo sunt. Hæc est igitur tam cōmunis tam vniuersalis, & vbiq; respersa iniquitas in mundo vt recte mundus esse dicatur: cæterū quæ de mundo melioribus encomijs prędicantur, pro ea intelliguntur meliori parte cui ascribuntur pij, & recti, ac fideles Christi qui non mundi amatores sed Christi imitatores existunt
I qui abdicant à se mundi voluptates Christo vero se toti dedicant.

Hinc mundi excidium, & mundanorum exitium auspicari l; pro quibus dedignatus est orare Christus imo (quod pessimum est) a sua excludere oratione voluit; quid salutis aut spei est mundo donec resipiscat mundus? Hinc Christi nullam conueptionem esse cum mundo facile conspicimus vt qui voluerit esse amicus huius sæculi inimicus Dei constituatur.

Sceletorum & impiorum hominū iam grādis est massa, & numerosa caterua

K *Sunt autem si qui* nunquam se à mundo separant, qui voluptatibus laxatis habenis se dedunt qui ad pœnitentiā nunquam conuertuntur, qui Christum Saluatorem non adeunt, sed confractis timoris & charitatis repagulis indulgent voluptatibus, nec Deum timent nec homines reuerentur.

Horum desperata est salus donec resipiscant, & conuertantur, & ad pœnitentiam conuertantur: est enim peccatum istud ad mortem pro quo ne quis roget indicitur peccatum (inquā) in Spiritum sanctum peccatum finalis in pœnitentiæ

tentiæ, peccatum in hoc, & in alio sæculo irremissibile.

Non pro mundo rogo, sed pro his &c. Attendāt qui suffragia meritorum Christi adeo extendunt, & qui in his adeo gloriantur contundun tur hic ceruices omnium agentium perperam, & eorum qui præfracti vitam in voluptatibus ducunt; effrenata temeritas contabescat oportet: Apertis hic manifestissimisque verbis osten ditur quibus, & passionis, & orationum merita Christi sint suffragio, pro omnibus quidem sufficientissime pro omnibus fecit satis. Absit tamen vt aut indifferenter, aut indiscrete datam sit gaudere omnibus mundanis illecebris adhuc intentis non pro mundo, idest non pro mū danis rogo, sed pro his quos dedisti mihi discipulos fideles asseclas, & charitatis vinculis copulatos, qui mundo sunt dissimiles, qui abdica tus faciunt carnis voluptates, qui terrena non sapiunt, qui thesauros suos in cœlis collocant, qui diuitiis non fruuntur, quibus viuere Christus est, & mori lucrum, duæ hic turmæ bonorum vi; & multorum, duæ Ciuitates, duo Regna hic constituta manifestantur cœlestis Hierusalem, & damnatæ Babyloniæ quibus præsit Christus iam audiuimus; & quos extraneos habeat vlterius non ignoramus.

Hæretici super flua opinatur omnia opera nostra.

Non pro mundo rogo, sed pro his &c. Nescio quid damnabilius à mundo audiri potest, quid horrendum magis, & detestabilius mundus hinc in peiora declinare conspicitur, & in eo peiora passim succrescere vndique mala videntur quę flagitia, qui doli, qui mores, quæ vita, quæ fraudes, quæ blasphemiæ, quæ hæreses, quæ impie tates non reperiuntur in hoc perdito?

Remanet in suæ ignorantiæ pelago mundus in suæ damnationis præcipitio in suo volutabro immundus in suarum iniquitatū compedibus obstrictus mancipium factus Diaboli ghennarum internalium iustissimus hæres, & possessor totius æternæ damnationis, sed nonne pro improbis, & facinorosis rogauit Christus suis crucifixoribus, & Stephanus pro se lapidantibus sacerdotes, ac leuitæ inter vestibulum, & altare &c. Sed aliud longe est rogare pro salute mundi, qui damnatus est, qui expers est salutis, incapax beatitudinis. aliud rogare pro eo, vt resipiscat, vt conuertatur, & vitia, impietates ignorātiam, & illecebras detestetur, ac se conuertendo ad Dominum Deum suum reuertatur secūdum quod scriptum est derelinquat impius viam suam & vir iniquus cogitationes suas. Non enim voluntatis Domini est, vt moriatur impius, sed vt conuertatur, & viuat quandoquidem impossibile est mundum in sua perfidia existentem saluari, mundus incapax est gloriæ, qui incapax est gratiæ in sensu composito intellige secus autem in sensu diuiso vbi ab impietate, ab infidelitate, & ab iniquitate conuertitur ad fidem, ad iustitiam, & charitatem vt capax prius sit gratiæ quo efficiatur capax æternæ gloriæ.

Mundi obstinatio.

Isa. 55.

Vtilis est, & non asp nanda plutio.

Non pro mundo rogo, sed &c. Attende quomodo iubemur nos pro inimicis, & persecutoribus rogare Christo asserente se non pro mundo rogare, sed absit vt ab oratione illos excludamus, quibus bona præcari iubemur, quos & amare, ac diligere tenemur, nullam personam excludit ab illo vniuersali, ac sufficiē ti suæ virtutis suffragio Christus, qui acceptator non est personarum, sed in omni gente, & in omni populo sua infundit charismata salutaria, sufficienter enim pro omnibus passus est Christus, & omnes eum vocat salutis auctorem.

Non contra personas hæc est instituta oratio verum contra potius impiorum impietates, & nebulonum nefarios mores contra versutias, machinas technas, & tyrannorum improbitates ne prosperentur in salutem eorum sed terminentur, & excludantur ab ecclesia, & piorum
A probitas stabiliatur conseruetur, & confirmetur, nec relinquet Dominus virgam peccatorū super ne forte extendant iusti ad iniquitatem manus suas.

Quæcunque itaque legimus coniecta maledicta in improbos, & scelestos ea non in personis sed in vitiis intellige congesta donec resipiscant, qua ratione vasa iniquitatis, & vasa iræ nuncupantur velut si in pulchro vase virus pessimum contineretur quod quidem vas esto in suo esse acceptum esset quod extaret præciosum ob veneni tamen detestationem abhominaretur, &
B proiiceretur vel si quis vestem perpulcram induisset quā sordibus deturpari contigisset eam eo vsque repuleret donec contaminata esset turpitudine superuenientium sordium ita qui diligit omnia quæ sunt & nihil odit eorū quæ fecit hominem coinquinatum sordibus scelerū eo vsque detestatur exprobrat, maledicit repel lit, & exulem facit, ac odio habet donec ab iniquitate recedat conuertatur, & peccatum quo maculatur deponat secus odio est Deo impius & impietas eius.

Vnde hæc sedulo, & diligenter attēde.

Non pro mundo, &c. Reproborum caterua
C à Christi oratione excluditur quorum pars aut hæreditas nulla cum Christo esse prohibetur. Hi sunt filij Belial, idest absque iugo quorum cum Christo Apostolo teste, nulla est conuentio mundus itaque pro quo non orauit Christus ille est cuius Princeps Diabolus prædicatur, hi sunt qui à Deo apostare volunt, & ab eius se obedientia subtrahere conantur in Diaboli membra se componunt inquinateque sūt vię illorum in omni tempore quorum finis interitus, qui terrene tantum sapiunt, & à diuinis velut à perniciosis se ipsos dum refugiunt pro
D cul etiam repellunt multiplex igitur cum mundi ratio in sacris literis sit comperta ibi Christus non de mundo loquitur qui mundialis machina dicitur de quo dicitur euntes in mundū vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, nec pro mundo, idest pro homine vt sup. sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, nec pro mundo idest pro adhuc carnalibus, & terrenis deditis hominibus vt est illud infra regnum meum non est de hoc mundo, & sup. Mundus eum non cognouit, nec pro
E mundo, idest peccato in quo totus versatur mundus vt sup. totus mundus in maligno positus est, sed pro mundo ille non rogare contestatur à quibus prorsus alienus est Christus, & qui de Christo nihil sentire patiuntur, imo à Christo se diuulsos esse profitentur, dum in peccatis viuere, & quasi mancipia Sathanæ in finem vsque perseuerantes oblectantur tandē pro his non rogat Christus de quibus Apostolus noster, & Euangelista: est peccatū ad mortem non pro illo dico vt roget quis, cæterum pro his rogare se dicit quos Pater in suos vt

Mar. 16

Cap. 3.

Cap. 18

Cap. 1.

Cap. 5.

1. Io. 15

acceptet

acceptet, tribuit ergo non volentis nec currentis nostræ salutis effectus (ut docet Apostolus)
Rom. 9 sed Dei miserentis est opus quid est rogare nisi participes suę passionis efficere quid est rogare nisi merita propria communicare? quid rogare nisi opus nostræ salutis perficere.

Tandem Christum rogare nil aliud noui in Christo denotat nisi quod nos ad rogandum adaptat quisquis igitur ad suæ salutis munus aspirat ais se rogaturum vt acquirat agnoscat non enim datur quod prius non optatur, optatur autem omne ad quod anellatur quod & orationis suffragio obtinetur: non rogat mundus vt ad cœlestia perueniat, qui solis his terrenis voluptatibus inihat.

Rogat fidelis Christianus quem oportet semper orare & nunquam defficere, dum bonis sēper operibus ad promissum brauium contendit pertingere: Hinc Salomon promissam sibi à
Sap. 7. Deo sapientiam vt consequeretur orauit, optaui & datus est mihi sensus, & innocaui, & venit in me Spiritus sapientiæ, Rogabant & Apostoli vt sibi à Christo promissum Spiritum sanctum accipere mœrerentur. Hi omnes erant vnanimiter perseuerantes in oratione cum Maria mater Iesu, hoc Christi qui sunt membra faciunt quod caput ipsum in cęlis facere per ipsa dignoscitur.

Non pro mundo rogo. Vide suæ libidini mundum relictum, vide quomodo iusto Dei iudicio in reprobum sensū sit datus, cui deest supernæ charitatis participem fieri, nec aura suaui ad fugandum aquilonem reparatur; Ante faciem igitur frigoris eius quis sustinebitur? non solum mundus Christum non recipit, Christū non audit, Christum non diligit; sed (quod improbissimum est, ac damnabilius) Christum odit, insequitur, lacerat, & omni tyrannide sæuit in asseclas eius, nihil prætermittens quod non in eius moliatur dedecus, & exitium.

Nihil habent cum Christo sed auersi sunt a Christo & qui non est secum contra ipsum est ad quid rogaturus esset Christus pro mundo si cum Christo non habet partem mundus? si suas habet & possidet oblectationes mundus indulgens voluptati, parens sensui, & non fit pratum quod non transeat luxuria eius, quid restat vt pro ipso roget Christus. Habet enim quod possideat quo oblectetur & quibus fruatur, obstat peruersa mens peccatorum in sua pertinacia perseuerantium ne exaudiri possint suę pro ipsis orationes quod in causam vertitur ne participes sint obsequii orationum.

Non pro mundo rogo ac si diceret inualidas relinquo mundi orationes ad consequendā salutem quæ procul sunt ac expertes extant meritorum Saluatoris. Tunc enim rogare Christus dicitur cum nos orantes facit & suis nostras instaurat orationes qui enim dicitur non posse ob populi sui incredulitatem nisi pauca miracula facere, ipse pro mundo non rogare: dici-
Hier. 5. tur quod sit incredulus & incapax dicente propheta, peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis, quæ igitur nunquam frustranea, nūquā inutilis, aut uacua esse potest oratio Christi, nō communicatur impijs, non extenditur ad maledicos, non participatur mundo quandoquidem anathema est mundus exclusus à Christi merito, eiectus ab Ecclesia Diaboli mancipium effectus &c.

Sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt. Quo presslius hæc animis nostris insigantur præcordiisq; nostris ad hæreant; repetit quæ tam iucunde semel audiuimus; eos scil. Christi esse qui sūt Dei: & quos suos habet Deus, eos effici & Christi: quasi dicat: rogo pro his quos tua electione vocas ad salutis æternitatem: Rogo vt finaliter in sua vocatione permaneant, utq; certam suam vocationem faciant vt oculatius qui stant videant ne cadant & ne cadentes frangantur, & conterantur, sed resurgant. Tu mi-
F hi illos tradidisti ego tibi seruandos eosdem commendo quorum vna est protectio, vna charitas, vna prouidentia, non enim tuti esse possunt ab insidiis Sathanæ a dolis & technis improborum spirituum nisi tua tu illos protectio ne gubernes.

Non rogo promiscue pro omni populo aut pro quolibet homine qui mundana sapit qui cœlestibus aduersatur qui terga verterunt Christum, qui obturant aures tanquam aspides surdine audiant vocem sapienter incantan-
G tis, &c. Sed pro his rogo, quos dedisti mihi; qui tamē hic audis, dedisti mihi, noli causari ut existimes aliquid habuisse prius Patrem, quod non ipse habuerit filius neq; enim nuper aliquid dedit Pater filio qui nihil habet quod nō sit filij, nulla noua potestas, nulla recens auctoritas collata est Christo Dei filio, sed quādo fuerunt Patris fuerunt, & filii, sed Patris per electionem, & vocationem esse dicuntur, filii per redemptionem & restauratio nem spiritus sancti per santificationem, & illuminationem.

Quia tui sunt. Omnia Creatoris sunt quæ creata sunt, in ditione enim eius cuncta sunt
H posita; verum alia superest ratio qua Dei esse dicuntur pro quibus rogat Christus secundum quod dicitur ad Tim. 2. c. 2. Nouit Dominus qui sunt eius sunt eius per electionem per cultum per affectum per fidem & dilectionem, qui ipsum agnoscunt, audiunt, colunt, & sequuntur Agnum quocunque ierit. Hoc est quod de suis ouibus distinguebat ipse Christus. Quid est nouit Dominus, nisi amat Dominus custodit, ac protegit quos elegit præsciuitq; conformes fieri imaginis filii eius (de quorum numero aliqui adhuc carnaliter suos profectus
I instanter operantur, aliqui caligine uel infidelitatis, uel hereticæ prauitatis obteguntur, adhuc aliqui lacte eloquiorum diuinorum demulcentur aliqui spirituali cibo velut cœlestia sapientes nutriuntur, ad quos Apostolus vos mortificati estis legi per corpus Christi vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit & fructificetis Deo cum enim essemus in carne passiones peccatorum quæ per legem erant operabantur in membris nostris ut fructificarent morti.

Supra cap. 2.

Quia tui sunt. Attende nullam aliam subesse Christo rationem ut roget pro quocunque ni- Rom. 7.
K si quam intulit quia Dei sunt; cęterum qui sunt Sathanæ expertes sunt orationis suffragio Christi Saluatoris nihil in nobis sufficiens reperitur quo gratificemur Christo quod non sit donatum à Deo, ipse qui nos gratis gratos facit qui nos cum adhuc inimici essemus pro sua benignitate dilexit dedit nos & Christo ad iustificandum ad sanctificandum, & ad saluandum vt omnis sufficientia nostra non ex nobis sed ex Deo sit; in his enim omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.

Et

Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Potissimum subministratur, & apponitur indicium quo agnoscere possimus, qui sint Dei, & Christo donati, qui ex animo Dei verbum excipit, & illud seruat, qui viua fide amplexatur Christum, is natus est ex Deo, filius Dei est, cohæres cum Christo, bonorum Patris æternorum nihil igitur curandum est nobis vlterius quàm vt suscipiamus Christum, vt habeamus, & possideamus Christum, nihilque arbitremur scire nisi Iesum, omnia arbitremur, vt stercora, vt lucrifaciamus Christum: sunt enim communia omnia Patris, & filij ita vt non tantum possidere non possit, quis filium quin possideat, & Patrē ipso nec videre possit filium nisi, & videatur & Pater sic enim dictum est Philippo supra qui videt me videt & Patrem.

Verbū Dei libenter audire, dat audienti ipsi futuræ eius saluationis indicium.

Sunt autem hæc dicta secundum eum respectum quo Deus ad creaturas refertur omnia enim quæ sunt Patris, ea omnia sunt filij, vt nihil desit filio eorum quæ sunt Patris nullus namq; potest esse iustus coram Patre aut dilectus Patris quin sit, & filio dilectus, & iustificatus per filium.

Vlterius autem nihil absolutum habet Pater quin & non habeat illud, & filius: non tantum eandem naturam substantiam essentiam habet filius quam habet Pater, sed eandem omnipotentiam, voluntatem, virtutem, Iustitiam, Sapientiam, Prudentiam omnia in ipso, & per ipsum efficit Pater, qui portat omnia verbo virtutis suæ.

Igitur omnia quæ Dei sunt, & quæ à Deo poscimus nobis in Christum, & per Christum tantum elargiuntur; qui autem vel sine Christo, vel præter Christum à Deo aliquid expectat, suo se intelligat frustraturum desiderio, ipse sola spes nostra, vnicum totius boni Gazophilatium, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ Dei absconditi.

Omnia mea Attende non satis dixisse videretur Christus si dixisset omnes mei tui sunt, & tui mei sunt; sed omnia absolutius loquens (inquit) mea tua sunt; quandoquidem non tantum personarum salus est ibi intelligenda, sed ratio salutis inuestiganda: nam & iustificatio, & redemptio non sunt sic Christo attribuenda quasi operatus sit Christus nostram salutem sine Patre cum nos non possit filius iustificare sine Patre, sed vna, ipsaque iustificatio, & redemptio ab vno est omnium iustificatore filio, & Patre; quæcunque enim ad extra sunt diuina opera, hec nihilfitiũa sunt à tota Trinitate. Passus quidem est Christus in assumpta humanitate, verum cum virtus verbi non sit alia à virtute Patris, quorum vna est virtus, vna est efficientia, vnde supra edisserat Christus Pater in me manens ipse facit opera, optime itaque non omnes mei, sed omnia mea tua sunt inquit.

Omnia mea tua sunt, &c. Adhuc quod obstructum est os loquentium iniqua nouo hoc comprimitur veritatis calculo, qui fieri potest filiū minorem Patre quoquomodo cogitare; qui communia omnia cum Patre habere dignoscitur, qui æqualem se ostendit Patri quomodo minor Patre excogitari poterit? nec satis fuit Christo dicere Patri audientibus nobis quod omnia eius essent, & communia Patri: verum ne cauilaretur hæreticus retorsit dictum, & tua mea sunt.

Hæc naturalis est filij consequens conditio vt omnia Patris sint, & filii qui autem non potest esse naturæ Patris vel substantiæ Patris particeps quod sit impartibilis, & omnino indiuisibilis vel certè totam eius possidebit substantiā, vel nihil habebit quomodo vero aut nihil, aut partem si omnia dicit inuicem communia? vnde igitur Deum habere possimus, vnde bona omnia quærere debeamus satis didicimus, sed & si nos nostra facere vt Dei sint satagerimus hoc vnum subsequi conspicimus vt & quæ Dei sunt nostra faciamus; oportet autem nos prius nostra Dei facere vt quæ Dei nostra esse intelligamus, facimus autem Dei ea nostra esse quæ Deo damus, quæ ad Deū dirigimus, quæ iuste, quæ rectè, & sanctæ operamur istis ea, quæ Dei sunt subsequuntur succedunt æterna bona bonis nostris temporaliter actis Apostolo dicente. Id enim quod in præsenti momentaneum est, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur sicut enim omnia quæ sunt Christi, sunt, & Dei, ita & congruum extat, vt omnia filiorum opera sint opera Dei, nihil enim damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei, hi omnia sua Dei esse ostendunt, hi tandem & à Patre suscipiuntur, vt omnium bonorum eius participes fiant.

Naturalis cōditio ē, vt quæcunque habet Pater habeat, & filius

A

2. Co 4.

B

Attende quam lætanter hoc audire liceat iustis quam iucundum sit piis, qui sua sic bona eueheunt vt accepta à Deo sint Dei omnia opera nostra operatus es in nobis Domine, nihil frustra operantur, nihil inaniter sustinent nec capillus cadit de capite eorum Christo omnia suscipiente, fouente, nutriente reseruante.

C

Quàm libenter omnem adimpleamus iustitiam quàm prompte omne operemur bonum, quam hilariter sic in cœlo thesauros recondimus Domino retribuente, & custodiente vbi nec ærugo, nec tinea demoliuntur, nec fures effodiunt, aut furantur, vbi mensuram confertam coagitatam, & superfluentem suscipimus, & bonis potimur æternis.

D

Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Iam supra cum de aduentu Spiritus sancti loqueretur hæc (inquit) omnia quæ habet Pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet: In quibus eam quæ ad Patris pertinent Diuinitatem, cui est æqualis in Diuinitatem omnia habendo, quæ habet Pater insinuat, neque enim quasi successiuè postea hæreditat filius, quæ erant Patris, sed simul eadem est hęreditas vnaque possessio quorum vna est Deitas totiusque Diuinitatis communicatio dicant Patribus cæteri filij omnia mea tua fuerunt, quia & ipsi Patres aut fuerunt, aut depauperati sunt dicat solus Christus æternus filius, æterno Patri, omnia tua mea sunt, idest omnia quæ tua sunt hæc, & mea sunt.

E

Hoc etiam tunc respondit cum rogaretur supra Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis, non credis inquit Philippo, quia ego in Patre, & Pater in me est? quid est ego in Patre, Pater in me est nisi, quod & hic sub aliis dicitur verbis omnia mea tua sunt, & tua mea sūt? Ideo vtrinque sui cum Patre consubstantialitatem

tem

tem insinuat, & consulto omnia sua patris esse dixit, quia totum quod habet illum generando Pater sibi donauit, non autem omnia Patris sua esse dixit ne pariter crederetur patrem à filio suum habere esse, qui cum sit principiũ non de principio, filius autem principium de principio certe congruentior ipsa locutio præterea non omnia Patris sua esse apertis vocibus ex reuerentia nobis loquendo depromere hic voluit, sed sua omnia patris esse exprimere maluit; sic enim filius patrem semper honorare decreuit.

Sed & tertio lз eiusdem virtutis, nec non eiusdem sint potentię Pater, & filius qui etiam non duo principia, sed vnum tantum sint principium Spiritus sancti, tamen quia solus Pater generat filium, nec hoc habet filius, vt generet filiũ, maluit dicere omnia mea tua sunt, & tua mea sunt licet vna sit potentia qua pater generat, & qua filius generatur. Recte in super etiam dici potest, vt dum dicitur in primo notato omnia intelligatur, & omnia in annexo eo notato, quod ponitur, vt sit sensus Inuicem omnia habemus communia quandoquidẽ omnia mea tua sunt, & tua etiam omnia mea sunt, tandem, & sic facilè conciliantur si hoc sensu intelligantur, quæ sunt Christi, idest amata a Christo hæc esse, & patris, id est amata à patre; hæc dulci quadam ratione nostra esse dicimus, quæ affectu cordis amplectimur, quę sic intellecta his, quæ subsequuntur consonare cernuntur, vbi dicitur tui erant, & eos mihi dedisti; consonant, & superioribus, ac eiusdem sententię verbis cum dicitur; non pro mũdo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt, & omnia mea tua sunt; vbi Augustinus ait, nec fas est, vt sancti de quibus hęc locutus est, cuius quam sint, nisi eius à quo creati, & sanctificati sunt, ergo (inquit) eorum æqualiter sunt à quibus æqualiter sunt.

Et clarificatus sum in eis. Attende quomodo in scripturis, nec non in eloquiis diuinis, quod preuisum est, atq; præscitum siue pro ordinatũ ponitur, vt factum, siue completum ob diuinę certitudinem præordinationis, ac præscientiæ mundo adhuc obscurus, & tenebrosus erat Christus estq; adhuc oculis carnalibus, & obtenebratis mentibus caliginosus eum quippe, nec volunt, nec valent intueri nisi contemptũ hominem erumnosum, ac miserum, & velut maledictum abiect: In eis vero clarificatus sum idest certo clarificaturus prædicatione ipsorũ & testimonio usque ad vltimum terræ clarificabor per ipsos, qui mea opprobria ad gloriam sublevabunt, & ignominiosa omnia, ac turpissimam mortem, & crucem in diuinæ maiestatis, & maximæ charitatis præstantiam manifestabunt iustitiam meam, & bonitatem gentibus reuelabunt virtutem meam, & maiestatem populis annuncibunt; & sicut meo te ego sermone clarificaui, qui tuam gloriam non meam quæsiui, qui nomen tuum gloriosum feci, ita & ipsi non suam, sed meam quæsituri sunt gloriam, meum nomen exaltaturi, & sermonem meum seruaturi, ac non suam seu mundi, sed meam doctrinam docturi, iam iam functus sum ego in terris officio meæ prædicationis vices meas ipsis discipulis, & electis tuis cõmutto, ut tuam atq; meam gloriam claris concinant oraculis, apertis annuncient sermonibus fidissimis, & inconcussis animis protestentur intrepidi palam nostrum encomia referabunt, & nihil in abscondito gloriæ nostræ latitare patientur, siue per mortem, siue per vitam, me in suo corpore magnificabunt, & hoc compertum habeo, quod clarificatus sum in eis, & quo magis obscuror à mundo, obnubilor à perfidis, denigror ab impijs, eo magis clarificor à pijs, extollor à bonis, clarificor à iustis illi me in gloriam conabuntur reddere plebi velut filium fabri, isti me glorificabunt Christum filium Dei viui.

F *Illi me morte peremptum*, isti me à mortis nexibus solutum. illi quod litteras nesciam cum non didicerim isti eum me esse in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi dicent, illi me nõ esse hominem a Deo qui sabbatum nõ custodi eo dicent isti Christũ esse filium hominis, idest incarnatum etiam in die Sabbati ad sanandum totum hominem dicent illi in Beelzebub me eiicere Demonia, dicent isti, in digito Dei me illa expellere.

G *Clarificatus sum in eis*: Attende per multos clarificari Christum, sed hoc non est de quo gloriatur Christus, de quo laudantur Apostoli: Aliud nempe est Christum clarificari, per fideles, longe aliud Christum in nobis clarificari, tanquam per causam extrinsecam insinuat in vero intrinsecam causam denotet glorificabatur Christus per illos qui in nomine suo demonia eiecerant, & virtutes multas fecerant sed parum hoc illis cum per illos non in illis glorificantur Christus.

Sunt & inter prædicatores per quos glorificatur, & clarificatur Christus, in quibus ta- Cõcionatores criminosi suarum cõcionũ, clarificant Christũ elaquis sed factis obscurant.
H men obscuratur, & obtenebratur Christus, quorum mores, & acta longe distant à prolatione verborum, verbis quidem fatentur se nosse Deum factis autem negant, & quod uerbo elucidant, facinore obscurant, quod sermone clarificant, factis contaminant, quod autem, & Christo in gloriam, & nobis in salutem obuenit illud vnum audiamus, vt clarificetur Christus in nobis, vt sic luceant opera nostra coram hominibus, vt glorificent patrem, qui in cœlis est.

I *Clarificatus sum in eis*: ceperant clare de Christo multa cognoscere Apost. dum palam eis uisus esset loqui, & nullum prouerbium dicere; Iam confessi de eo fuerant, quod cordis arcanorum scrutator esset sciretq; omnia, nec opus esset illi, ut quis illum interrogaret ad propalandum intus conceptum verbum in animo, adhuc tamen longeq; gloriosius, ac sublimius clarificaturi erant Christum in se ipsis Euangelium eius multo concinnaturi moribus, & vita Christum protestaturi, vt cæteros suos imitatores facerent sicut ipsi Christi imitatores mei estote, & obseruate eos, qui ita ambulant sic habetis formam nostram. 1. Cor. 4. & Philip. 3.

Reuera maxima hinc diuinæ maiestatis dignatio est intelligenda, qua se nedum per nos, sed in nobis gaudeat, eligatq; glorificaturum iri, & quo maior eius est in nobis humilis, & lau- Diuina maiestatis admiranda dignatio pho mines Deũ & altationis, &
K dabilis dignatio eo maior est nostræ imbecillitatis, ac mortalitatis exaltatio secundum quod apud Lucam scriptum, qui honorificat me coram hominibus honorificabitur à Patre meo coram Angelis Dei mundus clarificat se, auro argento, monilibus palacijs, caterua con comitan-

mitantium, & subsequentium vestiu purpura, & byssum primas cathedras possidere militibus imperare præesse cæteris, &c. Piorum autem animus, mens, vita, & mores solæ clarificationi Christi incumbunt, & oēm conatū, ac studiū illo tendit, vt glorificetur Christus in ipsis.

A bōis nempe illis in alio gloriari, quam in cruce domini nostri Iesu Christi clarificatus sum in eis, artifex, & fabricator per operum suorum magnificentiam glorificantur, & vt communiter dicitur laudat opus magistrum.

A *Cum itaque quidquid* boni, quidquid virtutis, & excellentiæ conspiciendum, & admirandum erat in Apostolis totum in Christi excellentiam redundaret eorum magistro, & auctore sequitur glorificatum in Christum per ipsos, & in ipsis.

Attende Paulum Apostolum Christum magnificantem, siue per mortem, siue per vitam obserua, & Iob in tribulationum turbine in medio pictorum suorum amicorum Dominum glorificantem; si bona inquit suscepimus de manu Domini, mala autem quære non sustineamus? sicut Domino placuit, ita factum est B sit nomen domini benedictum conspice Martyres, & peripsema mundi in quibus tam pulchre, tamque fortiter clarificatus est Christus gloria hæc est omnibus sanctis tuis.

Et iam non sum in mundo, & ij in mundo sunt, & ego ad te venio de abitu Christi, & de abcessu supra valde conquerebantur, & dolebant Apostoli quo autem minus de subtracta ab oculis ipsorum præsentia minus dolerent, vt sciant se potissimo non esse destitutos præsidio paternæ maiestati illos comendatos facit veluti, quibus sit compertum eius se protectione C munitos, qui omnia potest cui omnia subsunt cui omnia parent; Iam inquit ego subtraho meam ab oculis ipsorum præsentiam, & separor à mundo, nec me vlterius habituri sunt in socium, quia ad te venio, & ipsi adhuc remanent superstites, & in mundo sunt mundi præssuris, adhuc expositi mundanis procellis, adhuc agitati dolis Sathanæ, vt triticum, adhuc cribrandi luporum impietati, ceu Agni traditi.

Quo fit, vt illorum tu Pater salutis intendas, vt creditos tu illos habeas, vt tu illis succurras, D vt sub vmbra alarum tuarum protegas.

Attende autem sermonis Christi seriem non alio tendere, quam ad hoc præcipuè, vt pluribus rationibus ostendat suos fore curæ, & protectionis Patris creditos summeque eius potentiæ, & bonitati commendatos esse profidentius in illum omne nostrum cogitatum iactemus velut, qui nos enutriat, protegat, custodiatque quasi pupillam oculis sui; primum est argumentum, quia sui sumus, idest quos ipse elegit in suos, vt suis nos donaret bonis, est enim omni naturæ commune, vt quod suum est E seruet vnusquisque, & custodiat, ac suam iurisdictionem tueatur.

Rectè dixerat primo, quia tui sunt; secundo, quia eos creditos esse Christo voluit; per hoc enim maxima, & non vulgaris eius cura de ipsis ostenditur, quod sibi vnico, & dilecto filio velut charissimos commendatos fecerit, & mihi eos dedisti.

Tertio, quia ipsi sermonem Christi, & acceperunt, & seruauerunt, libenter enim qui ex Deo est verba Dei audit, qui autem habet verbum Dei in se hic protectionis diuinæ præsidium promeretur sic supra dicitur. Qui verbum meū audit, & credit ei, qui me misit habet vitam æternam, & in iudicium non venit. Cap. 5.

Quarto protectionis diuinæ ratio est diuinæ maiestatis, omnipotentiæ, & charitatis cognitio; iuxta quod scriptum est; protegam eum quoniam cognouit nomen meum clamauit ad me, & exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum: exprimitur autem hæc causa cum dicitur, verba quæ dedisti mihi dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt. Ps. 90.

Quinta opponitur commendationis causa quod Christus glorificatur in illis, & clarificatus sum in eis velut templum Dei ipsi sint, de quibus Apostolus, an ignoratis, quia templum Dei estis vos, siue tabernaculum eius in quo inhabitet de quo; ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, &c. 1. Co. 3. Apo. 21

Eæ sunt adductæ rationes quibus quare pro his, & non pro mundo Christus se rogantem ostendent nullam harum rationum mundo cōgruit, quapropter protestatus est se non pro illo rogaturum.

Alia autem quæ superest ratio quare pro suis roget Patrē Christus adducitur, cū dī & iā non sum in mundo, & ij in mundo sunt, idest visibilem, ac corporalem meam pœnitentiam qua adeo oblectantur cui sic fidunt à qua protegūtur, erudiuntur, obfirmantur, & roborantur illis, subduco ab ipsorum medio, sustollo, quia visibilis illis vlterius non appareo: Ideo congruū est tibi, & necessarium ipsis, vt peculiari cura illos custodias æqualis quidem tibi cura est de omnibus præsertim autem de seruis tuis, de fidelibus tuis de dilectis tuis ideo.

Pater sancte serua eos in nomine tuo. Attende quænam sit voluntas Dei sanctificatio scilicet nostra neque obiter patrem hic sanctum vocat; quandoquidem protectio potius ad potentiā, quam ad sanctitatem spectare videatur; sed quia qui potens est, & sanctus est, & nos non potentes secum, sed secum sanctos effici cupit, ideo protectionem Patris nobis pro sanctitate poscit secundum quod alibi dicitur sancti estote, quia ego sanctus sum: est enim Sanctus Dominus secundum quod incessabili voce laudatur ab Angelis sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth: est enim sanctus in essentia, sanctus in personis, sanctus in creaturis, sanctus in suæ maiestatis throno, sanctus in cœlestium spirituum choro, sanctus in iustorum hominū numero, rogat sanctum, qui sanctus est sanctorum, qui sanctificator est omnium, & custos dicitur animarum rogat sanctum, qui nostram amat sanctitatem, qui nos sanctos diligit, qui solus nos sanctos efficit Pater inquit sancte serua eos in nomine tuo intellige quanta beneuolentia suis bona expostulet, quasi adepturus Patris beneuolentiam pùs his verbis ipsum alloquitur; Pater sancte serua eos. Leu. 11. Dei sanctitas.

Cum itaque audis sanctificari nos rogare nomen Domini nihil cogitare debemus eius nos sanctificationi addere posse, verum vt quod in se sanctum est in nos, & per nos sanctum resplendeat, & sancte custodiatur, ac obseruetur sic autem sanctus est Deus, vt ea omnia, quæ ipsius sunt, quæ ad ipsum ordinantur, quæ cultui, aut ministerio eius reseruantur sancta vocari,

cari, & esse velit quid est, quod non de hominibus tantum, sed & de iumentis irrationabilibus dicitur Leu.c. omne masculinum ad aperiens vuluam sanctum Domino vocabitur nisi primogenita sibi delegerat Dominus aut in ministerium seruari aut in sacrificium offerri aut per internum, & externum sacrificium vna illa oblatio sacrificij vnigeniti & primogeniti eius acceptissima indicaretur, & protestaretur erant & vasa sanctuarij sancta, panes propositionis sancti, vestes sacerdotales sanctæq; ad Dei obsequium ordinata erant, nulli vsui populari, & cõmuni aptanda, solis sacerdotibus resseruata.

Sed et terra ac montes lapidesque sancti dicebantur vbi diuinum aliquid aut apparebat aut continebatur quæ nec contingere licebat vulgaribus. Sic sanctus est Deus sancta sua omnia constituat quę attingat, omniaq; sanctificet quæ eligit suaq; esse velit hinc quos in suos fideles per sacri Baptismatis fontem eligit simul, & sanctificat Dominus de quibus Petrus Apostolus vas genus electum Regale Sacerdotium Gens sancta: Populus acquisitionis, & alibi si quis emundauerit se ab istis erit uas in honorē sanctificatum, & vtile Domino ad omne opus bonum paratum est autem uas istud totus homo propter quod dicitur ad omne opus bonum paratum ergo non solum quæ ad interiorem, sed quæ ad exteriorem spectant totius hominis rationem vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi in sanctitatem &c.

1. Cor. 4.
2. Tim. 2.

Pater sancte serua eos quos dedisti mihi in nomine tuo ut sint unum sicut, & nos unum sumus. Patrem hic sanctum vocat, vt eum nos in sanctitate seruare insinuāt ipse enim in inquit sancti estote quia ego sanctus sum ipse sic sanctus ibi potius quam alibi nominatur, à quo sanctitas nostra de qua agitur deriuatur iuxta quod, & alibi dicitur. Hęc dicit Dominus Redemptor Israel sanctificator eius ad sanctum, itaq; sanctorum sermonem conuertit, ut ab ipso nostram sanctitatem imploret.

Leuit. 20.

Isa. 49.

Hic est ille sanctus sanctorum cui Salomon domum ædificauit 2. Paral. In qua domo posuit Dominus nomen suum vt esset ibi, sanctificaui (inquit) domum hanc quam ædificasti vt ponerem nomen meum ibi in sempiternum quo circa non nisi in loco sancto nomen Dei quod est sanctum collocatur, & quisquis in nomine Domini protegitur pro sanctitate protegitur qua propter hic sanctus vocatus est Pater cuius nominis sanctitas, & robur ad custodiendum adducitur Iuxta quod dicitur sanctum, & terribile nomen eius, ad quod quicunque sanctificaturus confugerit saluabitur, sic enim nos. Pater noster sanctus custodit cuius voluntas est, & secum sanctissimus Apostolus dicente. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra verum, quod est, quod dico custodire cum ibi dicatur seruare.

Reg. 9.

Ps. 110.

1. Thim. 4.

Pater inquit sancte serua eos, &c. Quid est seruatan non idem quos custodire vera omnis, qui seruatur custoditur; hanc tamen omne quod custoditur seruatur quare altioris intelligentiæ propositum expetit iuxta ea, quæ qui sic dixit dederit saluandorum, nāque seu prædestinatorum duo sunt genera peccatorum per resipiscentiam, & innocentiam, & cum paulo superius de custodia loqueretur

Duo sunt cõmunia genera saluandorum.

ad peccatores sermo conuertitur, qui ideo custodiri debent ne, præcipitio absorbeantur vno peccatore dicente, Nisi quia Dominus adiuuit me paulo minus habuisset in inferno anima mea. Per peccatum enim in Diaboli potestatem peccator trahitur à quo nullus nisi per Christū liberatur, qui enim facit peccatum inquit supra seruus est peccati.

Ps. 93.
Cap. 8.

Ab hoc itaque immanissimo hoste velut per ius acquisitum liberamur quicunque à peccato ad gratiam reuocamur hi vero qui nunquā mortifero vulnere sauciantur, & mortali culpę nunquam consentiunt hi sunt, qui seruari dicuntur. Perinde vtroque vsus est termino vt dicamus ab vno nos vtramque gratiam suscipere Domino, quod & insinuare volui, qui alibi dicit Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc, & vsque in seculū.

F

Ps. 120.

Tunc seruamur cum ingruente tentatione peccato non assentimur, seruantur, qui superata tentatione propulsato criminis congressu illesi euadimus de quibus Ps. 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium laqueus contritus est, & nos liberati sumus, & vnde? à quo? cuius subsidio? Adiutorium (inquit) nostrum in nomine Domini, qui fecit cęlum, & terram. In nomine (inquit) Domini, ad quem sermo noster de quo discutimus Pater sancte serua eos in nomine tuo.

G

An non seruat cum non permittit nos tentari supra id quod possumus, sed vt faciat cum tentatione prouentum; Tu (inquit propheta) seruabis nos, & custodies nos. Non seruauit corpus Iob, quod Sathanæ libitum concessit non familiam, non armenta, non omnia bona eius, quæ omnia perditioni Sathanæ concessit. Animam tantum seruauit. Ecce omnia, quæ habet in manu tua sunt, ecce in manu tua est verum tamen animam eius serua seruauit, introitum ne committeret peccatum seruauit introitum ne consentiret fallæ suggestioni, & ne audiet impie vxori ad maledicendum persuadenti, sed & exitum suorum ipse custodit, quos in finem maximè diligit secundum quod supra dictum est c. 13. cum dilexisset suos, qui erant in mundo in finem dilexit eos: In finem diligit non ad finem siue terminum suos diligit, sed sēper, & æternaliter diligit: ideo in fine diligit.

Ps. 11.

H

Iob. 2.

I

Tandem in templo Dei, quod est Ecclesia adhuc alij gradus, & media quibus saluemur sūt disposita, & quidem sanctissima sunt illa septē Sacramenta, quæ ad salutem sunt ordinata Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum quomodo inotritum nisi per Baptismū ipsum dicitur introitum, per quod salutis aperitur aditus; qui crediderit inquit, & baptizatus fuerit saluus erit.

Hoc in introitu velut in salutis Ianua à Domino media sacri huius vnda custodimur vt salui simus exitus custoditur cum infirmus sacri olei sacramento dum inungitur munitur vt omnis peccati reliquię poenitus aboleantur & ualidius contra hostiles incursus congressurus roboretur dicente Apostolo Iacobo in Epist. In firmatur quis in vobis? inducat presbiteros Ecclesiæ, & oret super eum vngentes eum oleo in nomine Domini, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis fit remittentur ei. Attende igitur quomodo eos qui sunt Christi Pater sanctus custodit munit.

Mar. 16.

K

Cap. vltimo.

Serua

Serua eos in nomine tuo. Meliori spe roborantur dum patri se comendari intelligunt quam si se eos seruaturus dixisset Christus, qui mox recessurus ab ipsorum aspectibus erat dixit quidem idem Dominus ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi dixerat ei consolatorẽ missurũ Spiritus sanctum, nec satis pro sua benignitate, & ipsorũ imbecillitate visus est fecisse donec, & nos Patri cõmendatos ostẽderit esse vt eorum oĩum recenseatur cura quorum vna est prouidentia, & virtus, & omnipotẽtia.

Serua illos in nomine tuo. tutissimum hoc vnũ nostrũ propugnaculum quo aduersus quecunque occurrentia incommoda muniti protegimur præter quod non est aliud sub cœlo nomẽ in quo nos saluos fieri oporteat, nihil illud impetunt Sathanæ doli, nihil Tirannorum improbitas, hæreticorum peruersitas, carnificum crudelitas, persequentium immanitas, est.n. Domini ipsa virtus Domini ipsa potentiæ eius immẽsitas for titudinis eius sublimitas nunquam sub tui nominis tutela cuius succumbẽt cruci for tes erunt, & animæquiores ad quæuis subeunda tela nequissimi serui per anfractus ambulabunt, nec corruent, quia Dominus supponit manum suam, seruabis tu eos in salutem cum Christo tuo in fide tua stabiles, & in opere efficaces nomen autem Dei ipse est Iesus, qui Emanuel est dictus diuinitatem cum humanitate protestans ipsum namque Dei verbum, dũ suscepit humanitatem nomen Dei vocatum est explicans Dei proprietates, quod est noĩs propriũ imo pp quod rebus imponuntur nomina.

Dei proprietas est misericordia.

Est illa per incarnationem notificata Dei proprietas quõ miserationes eius super omnia opera eius, cuius proprium est misereri semper, & parcere, in isto igitur seruari possunt ab omni labe peccati, in fidei sinceritate, in cordis puritate qui donis fidei, & iustitiæ sunt participes effecti. Restat quatenus sicut verbum seorsum nostro intellectui nihil significat veritatis, sed cũ nomen coniungitur verbo tunc innotescit Dei cõtẽta veritas ita per cõiũctionẽ naturæ humanæ cum filio Dei velut per vnionem noĩs cum verbo fit cognitio veritatis cõtẽtę i pso verbo.

Est ipsum verbum summa Dei sapientia per nomen aũt acceptum, idest per humanam naturã assumptam innotuit absconsa veritas, sicut supradictũ est; Oia quæcunq; didici à Patre meo nota feci vobis, & ad patrem; Pater manifestaui nomẽ tuum hoĩbus. per Christi aduentum in carne notum factum est nomen Dei, idest Dei cognitio nobis innotuit, quõ sit vnus quõ sit Trinus cuius sit omnipotentiæ, virtutis, iustitiæ, patientiæ, charitatis, bonitatis, sanctitatis, quid expectat à nobis, quid sibi gratũ, quæ voluntas eius, quibus cum nos encomiis, & ritibus sacrificiisve implorare debeamus: In quem sperare debeamus, & cuius præsidio seruari ab instantibus periculis nos valeamus; serua (inquit) eos in nomine tuo; cui vl; omni genuflectitur cœlestium, terrestrium, & infernorũ, nec aliud est sub cœlo in quo oporteat nos saluos fieri adeo, vt nec Baptisma in quo saluamur omnes in quo emundamur ab omne inquinamento spiritus, & corporis, esset hominibus suffragio si in nomine isto non nobis impertiretur non .n. inquit Christus, eũtes baptizate omnes gentes tantum, sed addit quod necessarium est omnino in quo salutis virtus consistit nomen scilicet vnde mox apposuit. In noĩe patris, &c.

Nomini Christi virtus omnibus operibus piis vim omnem tribuit, & virtutẽ.

Frustra aut per baptismum emundari, aut per pœnitentiam saluari, seu per orationem exaudiri nostra imbecillitas cogeretur si in virtute nominis Christi, quidquid agitur, quidquid petitur, quicquid intẽditur non perficeretur. Hinc auspicamur omne nostrũar actionũ initiũ quo suum optimum sortiantur effectum à Christi nomine dessumendum fore.

Serua eos in nomine tuo. Hoc est illud nomen protegens Dauid à Goliad, seruans inermẽ ad-
A uersus armatum, corroborans puerum contra Gigantem, quãdoquidem accesserat accinctus armis, & clipeo accessit iste in nomine Domini inexpugnabili, accesserunt militum copiæ plerumque ad dimicandos fideles nominis Domini propugnaculo munitos aduersum quos illud vnum alacriter continebant. Hi in curribus, & hi in equis nos autem in nomine Domini inuocabimus, deinde sequitur ipsi obligati sunt, & ceciderunt; nos autem surreximus, & erecti sumus.

Audi autem quendam, & certe Doctorẽ gen-
B tium quomodo seruatus fuerit in nomine Domini, in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in pelagis supra modum, in mortibus frequenter, ter virgis cesus à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi semel lapidatus sum, ter naufragium feci nocte, & die in profundum maris fui, in itineribus sæpè, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore, & ærumna vigiliis multis in fame, & siti, in ieiuniis multis,
C in frigore, & nuditate Damasci præpositus gentis Aretę Regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet, & per fenestrã in sporta dimissus sum, per murum, & sic effugi manus eius in nomine Domini.

Ad hac conie Etis oculis prospicientes memen tote quoniam excelsum est nomen eius cuius nos præsidio Christi omnino comendatos facit Turris est fortitudinis in qua seruantur fideles; iuxta quod dr Turris fortissima nomẽ Dñi.

Prouer, 18.

Ad hanc, qui confugiunt ab hostium iaculis ab insidiis insequentium saluantur, proteguntur,
D & muniti custodiuntur nullis dolis irretiuntur, nullis telis offenduntur, nullis offensionibus opprimuntur, serua (inquit) eos in nomine tuo, eos (inquam) quos tuos esse cupis, quos in tuos elegisti, quos & mihi donasti timeo ego illis à sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & Demonio meridiano: timeo, ego illis à rugientibus preparatis ad escam, à leone quærente quem deuoret, à luporum rapacitate, ab ira furoris Domini, à vindicatore à percussore Angelo, & erit tabernaculum, in vmbraculum diei ab æstu, & in secu-
E ritatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia; sibi absconderis, & ibi seruaberis sub vmbra alarum suarum protectus, & securus.

Salua eos in nomine tuo. Seruat in sua pietate pios, in sanctitate sanctos, in humilitate humiles, in castitate castos, in deuotione deuotos, & in bonitate perseuerantes facit; saluat autem peccatores à peccatis emundando ab inquinamentis purificando a flammis æternis redimendo, vnde potius Christi Saluatorem dicimus, rectiusque vocamus, quàm seruatorem, quan-

doquidem omnium Saluator, & redemptor est Christus; quia in multis offendimus omnes; Pauci autem seruantur in innocentiæ integritate, quia si dixerimus, quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas non est in nobis, qui autem hominem saluari per solam fidem contendunt hi seruatorē Christum vocant, quasi non imputentur facinora quæcunque impie gesserint pseudochristiani rogandus est potius Deus, vt nos seruet, vt constantes faciat, & ab iniquitate custodiat.

Paucissimi pro innocētiæ integritate saluari.

F *Serua eos in nomine tuo* verbi proprietatem seruandam iubet, nam seruari ij propriè dicuntur, qui iure belli captiui ducuntur, & occidendi essent velut hostes, sed victoris benignitate donantur vita, damnandi quidem erant omnes homines perditionis filij, & mancipium Sathanæ effecti, per peccatum rebelles, & inimici Dei; verum cum adhuc inimici eius essemus manus ipsius in ceruicibus inimicorum eius extensa seruauit quosdam ad vitam, ad veniam, & ad salutem de quibus loquitur Christus vtque seruentur rogat hunc seruitutis nomen in bello sumptum comprobatur, quod qui seruabantur, ne occiderentur serui, seu seruati dicebantur, quod communiori vsu postea extensum est ad obsequentes, & mercenarios.

G *Serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi*, quasi dicat, adhoc serua illos, vt sanctificetur nomen tuum per ipsos; vt portetur per illos nomen tuum coram Regibus, & gentibus, & filiis Israel, vt exaltetur, manifestetur, ac innotescat nomen tuum in mundo fiatque palam virtus tua, bonitas tua Iustitia, & miseratio tua, Euangelium tuum, & catholica fides tua, ne heresibus obtenebrescat omnino mundus ne totius generis humani massa damnationi tradatur ne opprimatur veritas, ne inundet iniquitas qua submergatur hominis.

H *Serua tu eos quandoquidem nisi tu Pater* relinquas hominibus semen quasi Sodoma erunt, & velut Gomorræ similes existent eos tu serua quos & mihi saluandos tribuisti, vt te seruante custodiantur, & me redimente saluentur, maneamus sub protectione diuina, recurramus ad protectionem superni omnipotentisque Dei, quia potens est, & sanctum nomen eius potens inquit; & sanctum, quia potens in sanctos sic eos seruans, vt nec capillus de capite eorum deperdatur; omnes enim numerati sunt quid est numerati sunt, nisi custoditi sunt, nisi seruati sunt, protecti sunt? Hoc est de eorum capite, sed quid de pedibus ipsorum? Audi Prophetā pedes sanctorum suorum seruabit; igitur à plāta pedis vsque ad verticem seruabuntur iusti; Animæ autem eorum in manu Dei sunt, & nō tanget illos tormentum mortis; Recte inquit: Serua eos non animam solum, non pedes, non manus solas, sed totos, ita vt nihil ipsorum, aut obliuioni tradatur, aut vilipendio habeatur.

1.Reg.2

I *Vt sint vnū sicut nos vnū sumus*. Auctorē naturæ, qui naturam ordinauit ad vnum, qui omnia pendere voluit ab vno quique omnia tendentia fecit in vnum; omne quod per participationem descendit ab vno tēdere etiam statuit omnia ad vnum; est autem hoc postulatum velut methodus omnium postulationum tanquam summa totius orationis, & propositi Christi, sed vniendum concisa, imo & extrema oportuit per aliquod medium copulari, unus est autem mediator Dei, & hominū homo, & Deus Christus Iesus, ipse est lapis angularis faciens vtraque vnum, non vnum in natura; quia nec Deitatem in humanitatem conuertis; nec humanitatem in Deitatem transire fecit, nec vnū compone, quasi natura quædam tertia resultās ex duabus sicut vnum ex materia, & forma cōpositum resultat.

K *Sunt autem in Christo* distinctæ naturæ diuina, & humana eisq; duarum naturarum vna in Christo persona; sed hanc fidelium vnitatem fieri non orat Christus; insuper & illam quæ est inter personas diuinas non postulat fieri vnitatem quorum vna est essentia, vnum esse, vnum posse propterea non inquit, vt ipsi & nos vnū simus, sicut & nos vnum sumus, sed quod dicitur, sicut proportionem proportionabilitatis, non proportionem proportionis denotat scilicet non sic formaliter, sed sic comparatiue, quasi dicat sicut nos in nullo discrepamus nisi in eo, quod ad distinctionem personalem spectat commune est nobis vnum velle, vnum sapere, vnum intelligere, ita proportionabiliter in ipsis sit, vnum intelligere, non diuersum, vt idipsum dicant, & credant omnes, nec sint in illis schismata, idipsum omnes velint, sitque illis cor vnum, & anima vna in Domino, careant dissidiis, & glutinentur charitate nobiscum omnes.

Ex duabus in Christo naturis omninò distinctis vna persona resultat

Vt sint vnum sicut nos vnum sumus est, & alia vnitas, quæ immutabilitatem insinuat, nullam itaque mutabilitatem patitur Deus, siue in personis, siue in essentia, siue in intellectu, siue in voluntate, &c. Ego sum (inquit) qui sum ego Deus, & non mutor. Absit aūt vt velut harundo vento agitata circumferatur mens hominis in fide constituti, & in charitate firmati, homo iustus alius est a seipso impio, mutatur quisq; in virum alterum, qui & vitam, & mores mutasse videtur, est enim illi alia ratio, alia intelligentia, alia voluntas, aliud cor, ita vt totaliter transformatus censeatur.

Hinc multos quos optime nouerat Dominus iustos eosdem impios non cognoscere protestatur, Amen, amen (inquit) nescio vos, recedite à me operarij iniquitatis: interdum autem populum non suum, vocat populum suum. Ad obfirmandam hominis stabilitatem, ne aut flectatur, aut frangatur ne (inquā) mane sicut herba transeat vespere decidat, induret, & arescat humana incōstantia, quæ nec sibi ipsi aliquid certi polliceri potest maximè indiget auxilij diuini suffragio, vt vni, & indiuisi in nobis ipsis perpetuo perseueremus.

Humana mubilitas.

Vt sint vnum sicut, & nos. Vnum quid? sicut & nos quomodo vel in quo? certè vt sint vnū, idest vt omnes tendant in vnum hoc est, quod sequitur, sicut & nos; nulla enim res vere dicite vna ab ipso Deo solo. Audi Israel Dominus Deus tuus vnus est; in omnibus creaturis, & in quibuscunque rebus citra Deum aliqua inest cōpositio, nullibi simplicitas vnitatis, nisi in ista summa vnitate diuinitatis, quandoquidem; in Angelis inest cōpositio naturæ, & suppositi esse, & essentiæ, substantiæ, & accidentis actionis, & agentis, in cęlestibus corporibus eā ab ipsa vnitatis simplicitate conspicimus, quæ est compositio materiæ, & formæ mouentis, & moti qualitatis, & quantitatis, &c. sublunares autem, res siue elementa sint, siue elementata,

Solus Deus nullam compositionē admittit.

tata, procul sunt à simplicitate completa; plura enim oportet in vno quoque reperiri; est enim ignis in sua sphera purus idest expers materialis compositionis cæterorum elementorū sed nec ipse ignis nec aliud elementum potest censeri purum in quo accidentia multa consistunt est enim oē elementum compositum ex sua materia, & sua forma habet, & qualitates simplices, & simbolicas, &c. Dicimus theologicæ philosophando Deum solum vnum omninò esse vnum (inquā) omninò numero natura proprietate conditione æternitate immutabilitate, &c.

Vnum sint sicut nos secundum quod immutabilitatem denotat, & imperfectionis statu perseuerent quandoquidē suæ naturæ conditione homo natus de muliere nunquam in eodem statu permanet, vt quod naturæ imbecillitate consequi non potest Dei pro Christi benignitate auxilio cōsequatur, qui enim vnus Deus est vnā fidē, & vnum baptisma statuit, qua vnitate nos illi vnitos esse concedat est enim hoc vnum res quędam fore innominata, est quædam peculiaris gratia à gratia quoddam speciale donum paritatis, vel fructus, vel effectus quia gratia non est ipsa vnio, sed qua vnimur nec charitas, est ipsa vnio, sed vnionis vinculum, sed ipsa vnio, est illa communio qua cum Deo homo cōiunctus efficitur secundum quod alibi ab ipso Saluatore dicitur. Qui ad heret Deo vnus spiritus fit cum eo: Et sicut membra omnia cum capite vnum corpus sunt, & vocantur: ita cum Christo omnes Christiani vnum corpus censentur, & misticè efficiuntur quamdiu autem in corpore vnita reperiuntur corporis membra tamdiu vnum corpus esse dicuntur? Quod si à copore membrum abscindi contingeret amplius non membrum dicitur sed cadauer, ita & in corpore Christi mistico, & spirituali quod autem fit corpus Christi optime norunt qui suum, quod sit caput non ignorant.

Quomodo Deus sit vnus.

1. Cor. 6.

Qui abscisi sunt ab ecclesia minime Christi mēbra, aut esse, aut dici possunt, hæc est enim corpus Christi non naturale sed misticum non corporale sed spirituale non loci alicuius terminis obsignatum sed toto mundo protensum multitudinis iuste enim omnes qui eodem spiritu glutinamur vnum sumus in eodem spiritu omnes qui eamdem escam sumimus, & eumdē potum haurimus idem esse per communionē credimur, & iubemur licet enim multi simus numero velut vnius speciei indiuidua plures tamen homines vnus homo in specie, & eo excelentius in Christo vnum sumus compactum corpus, & alter alterius membra, & ad huc modum sibi inuicem mutuo inseruiunt, vt ad etiā leuissimum vnius membri damnum, mox accurrentibus ad obsequendum, & opitulandum cæteris membris velut de proprio damno mœreant, & conquerantur; quod si acerbius uexari contingat digitum illico totum corpus corripitur, facies decoloratur, calor contrahitur nasus plicatur, oculi hebetantur, ora languescunt, manus ad fouendum approperant nec est aliquod quod non condoleat læso; caput autem nostrū Christus, & si forte aliquantis per se non condolere dissimulet minime tamen sustinere patitur longius quam par sit læsiones vel minimi pedum suorum digiti.

Omnes haretici et qui cunque ab ecclesia nostra catholica presici mortua sunt, & putrida mēbra.

Vt sit unum sicut, & nos unum sumus. Erasmus hic partes Arrij suscipiens debacchari non est veritus inquiens, ex his quæ habentur in Euangelio, quod ob id Christi diuinitas non concludatur nec sufficienter consubstantialitas Patris, & filij comprobetur propter quod dicitur nos vnum sumus, ego, & pater vnum sumus sicut, & nos vnum sumus, & similia. Ait enim cum vnum non semper vnitatem essentię, aut substantiæ dicat, sed animorum seu affectuum conuenientiam, ideo per hoc, quod

A dicitur vt sint vnum sicut nos vnum sumus potius animorum quam substantiæ vnitatem significari, cui occurritur quod *sicut*, & animorū vice voluntatum, & substantiæ interdum conformitatem, & vnitatem voluntatis, & affectus perscrutamur Ad hæc autem intelligenda illud omninò, est perscrutandum ad quod Christi verba diriguntur, & quis sit sermonis eius eo loco finis, & scopus illic autem ubi, ait Christus supra ego, & Pater vnum sumus quis sit sermonis, & dictorum ab ipso ratio, & scopus facile habetur si dictis dicta, verbis verba, & Cap. 10

B ratio rationi conferantur, ad ostendendum eni ibi oues suas tutas esse inquit, nō rapiet eas quis quam de manu mea, & nemo potest rapere eas de manu Patris mei pater meus quod dedit mihi maius est omnibus, ego, & pater vnum sumus.

Per manum autem nō est qui potestatem nō intelligat, ideo eamdem omnipotentiā sibi inesse ostendit quæ est patris ergo Deus æqualis patri ibi enim non potest ad consensum nec ad animi affectum haberi recursus, sed ad omnipotentiā, sed quia, & omninò eiusdem etiā est cōsensus, et voluntatis cū patre per quæ uniri nos

Heresis quadā erasmi e Arrii.

C isto modo possumus; [illegible] nō de alia, sed de ista unitate affectus, & an[illegible] cū ad nos comparabiliter hic est locutus [illegible] autē sensū uerba illa suscipiunt. Qui autem vel Arrius vel Erasmus siue Chemnitius alio illa extorquere verba nituntur intelligant aut se rudiores, aut se proteruiores Iudæis, sic illa ut diximus intelligētes quib. velut aptissimis de eius diuinitate sermonibus indignati one conciti illum lapidibus obruere tentauerūt quod se Deū facere ausus esset, quasi rapinā, & ipse Deo æqualē arbitraret.

D *Cum essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo*. Ipsi me certā existente mea sola præsentia muniti aduersus omnia in contrariū obuenientia firmabantur, velut qui nullis possent, aut irā gi aduersis, aut cōcuti malis, qua subtracta ne se præsidio priuatos arbitrentur, & cedant terroribus, loco mei sciant tua se virtute munitos, & qui mea se virtute stipatos experti sunt dū agerē secū in humanis ipsi eamdē experiantur virtutē tuā, & meā, quā com[illegible] possidemus indiuisimā, & quod ego seruabā eos, cū mortalis uersabar inter ipsos in nominis tui virtute

E erat quia nō aliter seruari poterāt quod in nomine tuo idest in virtute tua, ī fortitudine tua, & in merito nominis tui id est Christi tui, ut sit nouū hoc diuinitatis n[illegible] argumētū, quod eadem illos seruauerim virtute qua, & tu seruaturus es illos, seruabat quidē, & seruat suos absens Christus, sed Diuinæ uirtutis assistētia nō corporali, & uisibili præsētia, q̄ ad Patrē refertur vt diuinitatē pertinere dignoscatur est Dei virtus Christus dicēte Apostolo Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.

quam, donec egrediaris, quia nunquam trahendus est iustus cum impijs magis autem saluandi ab interitu impij cum iusto dicente ibidē eodem Angelo ad ipsum Loth ecce etiam in hoc suscepi preces tuas vt non subuertam vrbem pro qua locutus es vt ingredereris ul; ibi ideo nec Iudas perijsset, si à consortio Apostolorum non apostatasset, & Christum cum cæteris sequutus fuisset.

Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Absit vt hæc tam rudi capacitate intelligantur quasi vicissim nos seruent Pater, & filius tanquam si alius alio succederet alternando custodiam. Hoc enim dicitur (vt docet Augustinus) vt personas distingueret, non vt naturas separaret, simul enim nos custodiunt Pater, & filius, & Spiritus sanctus, qui vnus est solus verus omnipotensq; Deus, cum enim paulo superius inquit, Pater sancte serua eos in nomine tuo, virtutem diuinitatis quæ communis est omnibus personis, insinuat cum autem subditur, cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo subsidium præsentiæ corporalis, & eruditionis ostendit, & quod Christus corporaliter faciebat custodiendo illos, hoc spiritualiter faciebat Pater, & filius in conseruando ipsos, & quando abstulit ab eis filius præsentiam suam corporalem tenuit cum Patre custodiam spiritualem neq; enim quando custodiendos homo filius accepit a paterna custodia illos exemit sed ipsorum vna est custodia quorum vna est in diuinitate natura, sed ideo in filio distingui videtur custodia, quia in ipso reperitur humana assumpta natura vterq; tamen in vno nomine seruare dicitur quia à diuinitate omnis virtus exoritur.

Serua eos in nomine tuo, ego seruabā eos in nomine tuo tāquam apertè dicat, una erat nostra custodia solo modo per præsentiam mei corporalem distinctam custodit Dominus suos operi manuum suarum porrigens dexteram custodit ne corruant quia supponit manum suam. Tunc custodit cum nos dirigit, & perdeuia errantes quærit custodit consilio, custodit præcepto si hęc scitis ait supra Beati eritis si feceritis ea.

Quos autem Dominus conseruat illos sibi; conseruat quos ipse custodit eos finaliter ab se conducit sic enim istos custodit, vt instar pupillæ oculi illos custodiat, custodi nos Domine, vt pupillam oculi sub umbra alarum tuarum protege nos, o tutum nostræ salutis præsidium in nomine Christi seruari nō inquit à nomine aut propter ipsum nomen, sed in nomine fore saluandos quia eos tantum, saluat quos in se tanquam membra coaptat, ne quis frustra cogitando crederet saluandum quemquam fore, quē in se Dominus non reciperet quid est in nomine Domini nisi in virtute Domini? quę autē sit virtus Domini ex Apostolo didicimus Christum vocante Dei virtutem, & Dei sapientiam Hæc est turris illa. fortissima ad quam omnes saluandi confugiunt de qua Salomon ait. Turris fortissima nomen Domini, quam, & inuocat Dauid fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.

1. Cor. 1

Prou. 18.

Ps. 119.

Ipse nos protegit qui nos tentari, supera id quod possumus non permittit Ipse nos protegit qui à sagitta volante in die a negocio perambulante in tenebris ab incursu, & Demonio meridiano diuertit ipse nos custodit qui erit in vmbraculum dici ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia & ipse tādē nos protegit qui nostras lacrymas finaliter abstergit: ab sterget enim Deus omnem lacrymā ab oculis sanctorum, & vltra non erit illis nec luctus nec clamor quę prima abierunt, circundederunt .n. me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me tribulationem, & dolorē inueni, & nomen Domini inuocaui, qui eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos a lapsu.

1. Cor. 10.

Isa. 4.

A *Christus nos custodit* qui nos de agendis erudit. Beatus .n. ille quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum dum Sathanæ dolos ostendit, tunc nos maxime à potentissimo inimico protegit, & quidem per gratiam contra spiritalia nequitiæ nos custodit iuxta quod Apostolus inquit Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ qui me colaphizet ter rogaui Dominum, vt aufereretur à me, & dixit mihi sufficit tibi gratia mea. 2. Cor.

Quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex eis perijt nisi filius preditio nis, &c. O fidum strenuB umque ouium suarum custodem, è cuius manu non est qui rapiat aut furetur, neque enim ignarus est, cui possint suis thenis fallentes fures furari nec segnis, qui fugientem persequi ac comphendere nequeat nec certè impotens qui de ore lonis se ablatam non valeat, extrahere ouem, oculatissimum hunc custodem qui non dormitabit neq; dormiet, Diuina nos benignitas habere decreuit cuius patrocinio nostræ saluti consuleret, ipse vnus ac bonus pastor cui creditas fecit, quasq; elegit oues consignauit, C qui se normam prælatorum omnium dum designauit præscripsit ego (inquit) sum pastor bonus aduertant primum igitur cæteri pastores huius summi pastoris se esse oues, & ab ipso maiori discat, & regere minor Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis agnoscit, & agnoscitur ab ouibus ita, vt etiam nominatim sciat uocare eas ante eas uadit. Ioan. 10

Hæc sunt præcipua ueri pastoris munia quæ procul à mercenario absunt, qui tale munus desiderat bonum opus desiderat quia oīa bona suo muneri sunt inclusa oportet enim episcopū D irreprehensibilem esse, sobrium prudentem, pudicum, &c. Vt docet Apostolus oportet Episcopum sine crimine esse, non superbum, non iracundum non turpis lucri cupidum sicut Dei dispensatorem, benignum, sobrium, iustum sāctū qui potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere nec iniuria quandoquidē nō nisi, maximis conatib⁹ sūmaq; prudentia potest populus per abrupta incedens, recto itineri reuocari quippe vt ars sit artium regimen animarum cęterum totum hoc urgentissimum regiminis ouium suarum negotium E velut accommodatissimo si tularum virgarum penicillo delineare voluit dum supra de pastore legitimo ouium de mercenario pseudo pastore, de lupo, de cane, de fure, & de latrone mentionem inseruit, summoq; artificio copulauit boni pastoris conditiones breuibus dessignauit & his paucis multa complectētibus declarauit pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis, ego sum pastor bonus, & pono animam meam pro ouibus meis, &c. de mercenario inquit, mercenarius autē fugit quia mercenarius est idest sibi soli, & suę tantum commoditati,

Veri pastoris officia.

1. Tim. 3.

Cap. 10

Ibidē.

·tilitati studet, quidquid sit de ouibus sibi so
adet fur, & latro, sunt qui ad malum, & ad
catum homines inducunt, & ita per furem,
d clā insidiatur ipse Diabolus, qui nec uide-
nec auditur à nobis latro, sunt impij, qui ad
tora trahunt ipsos insontos lupus ipse est
ticus, qui vtique aptissimè comparatur
um conditio optime coaptatur: nam lu-
st animal apud omnes infame odiosum,
ecrabile, vafre, fraudulectum, amans noctē
n, inconstans gradu cauda, dum insidia-
i verenda tegens, quam quoad potest vi-
que ad ventris medium protrahit nuncius mor
talitatis ascribitur oblectatur summe cadaueri-
bus humanis, ò lupi, ò lupi de quibus dicitur se
pulchrum patens est guttur eorum, ò lupi insi-
diantes, vt rapiant pauperem, rapere pauperem
dum attrahant eum duo potissimum mala lupi
istis quos homines vultu extimamus, primo
rapit, deinde dispergit, attrahit suis lenociniis
pauperem, idest ignarum litteraturæ, qui non
habet, vnde dissoluat, & obiectis satisfaciat sa-
gittas educit è pharetra, idest aliquas obtrunca-
tas scripturæ sententias ementitis alis euolare
feriente ferro sic enim illas parauerunt, vt sa-
gittent in obscuro rectos corde, quis vnquam
hæretico homini fidem præbere poterit? Hinc
ab Apostolo hæreticum hominem euitare iu-
bemur cum veritatis ore duo esse eius officia
aperiantur nempe rapere, & dispergere, idest
perdere, & mactare, obruere, & à Christo sepa-
rare totusque nostro sit intentus exitio profe-
cto maximè est euitandus, & detestandus, lon-
ge tamen hæc inuicem distant recipere, & audi-
re lupos, qui veniunt ad nos in vestimentis o-
uium, aliud adire illos lupus vilissimus est ani-
mo quem si in stricto loco congesseris statim
vecordem videbis.

A Valerio in libro de Signis. Ps. 5.

Tit. 3. Hæreticorum comerfio omninò debemus emugere.

Timet à fumibus, & igne quorum sola obla-
tione terretur: Ideo Christus suos agnos, & in-
ter lupos mittit, qui missi acquirere possint il-
los, ipsosque conuertere in agnos, quod si ad
nos ille se cōtulerit hinc damna, hinc exitia no-
stra quorum conatus illo tendit, vt rapiat, di-
spergat, mactet, & perdat proh dolor, quia nos
ad lupos non accessimus ad nos se conferunt ip
si; sed si longe melius nobis erat in medio nos
luporum transferre quare tam sero distulimus
donec ad nos ipsi turmatim descenderet? nulla
melior ad respondendum suggerit ratio, nisi
quia Agni non sumus, dum nos, & nostra ni-
mis amamus, quis pastorum venientibus lupis
poterit hilariter confiteri quos dedisti mihi Pa
ter custodiui, & nō perdidi ex eis quemquam?
si accessissent etiam, si occubuissent non tamen
perditi fuissent illis venientibus etiam, qui su-
perstites fuerint multi perdentur, vt illud Chri
sti protestatum verificetur eloquium, qui amat
animam suam in hoc sæculo, idest vitam per-
det eam, qui autem odit animam suam in hoc
mundo in vitam æternam custodit eam.

Nota pulcherrimam hanc doctrinā.

*Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo periit ex
eis nisi filius perditionis.* Ex meo ouili neminem
mea culpa ex ouibus mihi à te traditis perire
permisi præter eum qui se ipsum sponte sua
perditioni se tradidit ipse, qui noluit in voca-
tione, qua vocatus fuit permanere, noluit bene
dictionem, & elongata est ab eo, induit autem
maledictionem sicut vestimentum, ipse se ipsū
auulsit, ipse est, qui recessit, & retrorsum abiit
perditio eius ex ipso fuit, ipse inquam est, qui in
veritate non stetit; abiit autem in via peccato-
rum, & in ea stetit, & in cathedra pestilentiæ se-
dit, is enim licet mecum viueret, & sodalis in
mensa sederet dulcesque mecum cibos caperet,
& mecum cum consensu ambularet.

Esto aute exteriori verba mea auscultaret e-
sto inquam labiis hic me honoraret cor autem
rectum non erat cum eo, sed cor eius longe e-
rat à me. Ideo ad me non pertinebat, nec meus
erat; pertinebat antem ad perditionem quam
F sua sibi proteruia ipse delegit, tantum lucri cau
sa deditus pecuniis me sequebatur, nunquam
ex animo mihi adhesit, sed fucato animo, &
ementita fronte, simulata pietate, suam nequi-
tiam occultabat obseruabat me, & insidiabatur
mihi plenus murmure, & odium pro dilectione
retribuebat. Hinc eius perditionem Pater non
alia quam sui ipsius culpa euenisse tu nosti,
quia non salutis, & Saluatoris, sed Sathanæ, &
perditionis filium fecit.

Sed quid est, quod filius perditionis potius
quam perditus dicitur, vt sciant, qui à Christo
G recedunt, qui Diabolo adherent velut hæredi-
tario iure non partem damnationis, sed totam
damnationem se consecuturos, quæ parata est
Diabolo, & Angeli eius: Audi partem hæredi-
tatis, & intellige totam hæreditatem pluet (in-
quit Proph.) super peccatores laqueos ignis,
& sulfur, & spiritus procellarum pars calicis
eorum.

Ps. 10.

Nemo periit ex eis nisi filius perditionis. Hoc di
xit de perdito Iuda, quod de perditis cæteris
intelligendum reliquit, vt vnde nostra perditio
proueniat dignoscamus; eum enim, qui ad se
H venit Christus non eiicere foras ostendit, nec
voluntatis suæ esse mortem impij est protesta-
tus. Igitur non aliunde quā à nobis nostra per
ditio; excusat itaque se ipsum filius apud Patrē
ne quis causetur de damnatione perditorum in
eumque retorqueant cuiusuis damnationis
causam nisi enim quis se ipso exeat, aut retroce
dat nisi quis vltraneus ad peccatum conuerta-
tur; nunquam sua salute frustrabitur, nunquā
exulabit à Patria, nunquam priuabitur gratia
maxime autem conqueritur Christus, quod
quisquis auertatur ab ipso, quid inuenerunt in
I me Patres vestri quia recesserunt à me. Dereli-
querunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt si-
bi cisternas dissipatas, &c.

Aquum est, vt damnatus quisquis perditionis suæ causam in suū caput intorqat. Hiere. 2

Nisi filius perditionis, idest in quo est occasio,
siue illud propter quod incurritur perditio,
quasi effectus ipsius perditionis, siue mancipiū
dānationis velut filius mortis dicitur, qui reus
est mortis, in quo mortis occasio reperitur: hac
enim ratione pessimus ille Antichristus filius
perditionis est dictus, quod in eo sint omnes
perditionis occasiones veluti filii sponsi, & nu-
ptiarum dicuntur, qui ad gaudium asciti sunt
K in contubernium sponsi, filius enim hic dici-
tur his cui iure hoc vel illud conuenit cui hoc,
idest perditio vel illud, idest salus iure meritare
debetur. Adhuc enim Iudas, & viuebat, & in
perditionem non inciderat nondum disperaue-
rat, nondum se suspenderat propterea, adhuc fi-
lius cui possessio tuta non erat à qua diuertere
poterat dicitur, vel filius perditionis erat qui si-
ne gratia existebat propter quam homo à per-
ditione saluatur, qui enim gratiam amisit is per
ditionē mox incurrit perire enim ouis dicitur
quum

quum peccator gratiam amisit.

Nemo perijt nisi. Prædestinatum hominem (apud Theologos omnes) non est perire possibile, oportet enim eam Dei sententiam deffinitiuã impleri, qua nihil securius, & certius. Hic igitur potius de munere, & dignitate Apostolatus locus est intelligendus veluti de Saulle alius videtur interpretandus locus, quod abiectus fuerit, & pœnitentiæ locum non inuenerit; si enim Saul cathalogo prædestinatorum inscriptus erat videtur locus ille per literæ textum, intelligendus non de prædestinatione ad æternam salutem, sed de assumptione ad Dominij Regnum abiecit eum, inquit, ne sit Rex verum Iudæ perditio, non tantum ad Apostolatus dignitatem spectat, quam ad damnationẽ eius æternam, quod se ipsum suspenderit in cuius testimonium psalmi auctoritas, ab eodem Christo adducitur.

Quõ esset prædestinatus traditor ille Iudas Apostolus.

Vt scriptura (inquit) impleatur vi3, vbi de ipso Iuda teste etiam D. Petro dicitur, & persecutus est hominem inopem, & mendicum, & cũ punctum corde mortificare dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo, induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius fiat ei sicut vestimentum quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur quæ omnia ad æternã eius damnationem spectare videntur aperte; perijt igitur non quasi stylo Dei scriptus, & finaliter prædestinatus, sed quia stylo hominis, & quo ad præsentem iustitiam numero Sanctorũ Apostolorum ascriptus erat, ab eo decidit, & perijt ab illo in quo ad tempus ascriptus erat, qui in veritate non stetit, nec sic sategit, vt certam suam vocationem faceret, ageretque quantum in se esset, is enim qui Iudæ damnationem præuidebat in foribus esse, & certam existere ipse illum iam periisse, qui adhuc viuebat prædixit velut qui vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt cui omnia præsentia sunt.

Ps. 108.

Vt scriptura impleatur, cõsequutiue intellige non causaliter, culpa namque Iudæ non est causata ad scripturæ impletionem, sed potius sic est in scriptura conscriptum, quia in re sic erat futurum præuisum ordinata sunt hæc vt nõ causam, sed rerum consequutionem ostẽdant, Deus autem qui mala etiam ad bonum ordinat culpam Iudæ ad scripturæ veritatem reducit omnem autem scripturam implendam esse Christus est plusquam scilicet protestatus, ita vt nec apex vnus, nec vnum iota præteriri possit, donec omnia fiant.

Attẽde subtilissimam hanc responsionẽ qua multos de pdestinatione, & sacrarum scripturarũ oraculis eradicabis errores.

Nunc autem ad te uenio, quasi cum præsente loquitur, quia vbi est per diuinitatem cum patre illo iturus sit per humanitatem ad patrem venio (inquit) sic supra dixerat, vado ad patrẽ, quasi suo termino factus vicinior tãquam iuxta patrem venio ad te, in ianuis sum, vt exeam à mundo mox abscondor à mundo, instat mei abscessus hora nunc prope finem mei decursus versor, & quasi mortalitate exutus ad immortalitatis gloriam propero.

Maxima me in angustiarum turbine constitutum, hæc spes certa subleuat, quod ad te veniã nunc venio ad te, quum subducor à mundo, cũ separor à mundo, cum eleuor à terrenis, talis.n. est accessus nõster ad Deum, quum à mundo subtrahimur, cum mundanis nõ detinemur illecebris, cum angustiis, & malis grauamur; Hęc enim verba non obiter repetenda censuit Christus quibus in mentibus firmius impressis animo robustiori, & promptiori spiritu ad sustinendam præparemur obuenientia mala, & incommoda per id enim quod dicitur, venio, insinuatur expectantem Deum, & nos præstolantem, imò & vocantem & expectantem sua expectatione frustramur.

Saltem nunc ad eum eamus qui paratus est, nũc idest, omni hora, omni ætate, & omni tempore, recipere ad salutem, in quacunque enim hora peccator ingemuerit omnium iniquitatũ eius non recordaturus Ezech. 18.

A

Et nemo ex eis perijt nisi filius perditionis, vnus ex duodenario numero, tantummodo perijt, qui ex illis solus perditionis fuit, plures à maiori numero pereunt, qui filij perditionis fiunt absit, hoc tantum à discipulo Christi, vt ideo perire credatur, quasi à matre perditionem accipiat, sed vt per Ezechiellem dicitur anima quæ peccauerit ipse morietur, nec filius portabit iniquitatem patris, sed in iniquitate, quam operatur homo morietur, perditio tua ex te Israel pro impio suffectus est iustus, & fortitus est locũ ministerij eius nulla enim est perditio, quæ cogat perditos, sic procreare filios quos liberare seu saluare, non valeat Christus. Cap. 18 Ose. 13.

B

Quid est igitur quod ab ipso dicitur quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex eis periit nisi perditionis filius? quæ est tam impia mater quę tales producat filios, aut qui sunt adeo perditi filii, qui salutis prorsus sunt exules, & incapaces? quod si aliquis dicat, nonne hæc est illa mater nostra Eua, quę nos in filios iræ deiecit? verum quidem est (Apostolo teste) quoniam eramus, natura filii iræ, sed audi eundem Apostolũ Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos cum mortui essemus peccatis conuiuificauit Christo. Eph. 2.

C

Quod si adueniente Christo dedit nobis potestatem filios Dei fieri, quomodo talis perditionis, non potuit non perire filius? Nec dicat alius Mater nostra, quæ genuit, & peperit nos ipsa est perditionis mater secundum quod scriptum est, ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea cum ibi occurrat Dominus vbi nobis noua indicitur generatio, oportet vos nasci de nouo, nisi qui renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, nõ potest introire in Regnum Dei. Psal. 50

D

Quærendum ergo vlterius quæ sit tam impia, mater cuius filius expers salutis efficitur, an ipsa dici potest impiorum Mater reprobatio qua sola damnantur quicunque damnantur? quæ tamen cum nequeat, vllo modo vocari Mater cum non ideo simus damnati, & impii, quia per reprobationem mali, magis autem ideo reprobati, & damnati, quia mali, non video quomodo Iudas in alium suam retorquere damnationem, quam in suam perfidiam possit, ad quæ inuestiganda, si vlterius procedamus, dum alium perditionis filium intueor ad inuestigandam, hanc impiam matrem moueor, est enim ille nondum reuelatus, non tamen procul à tempore quo erit reuelãdus filius perditionis multo ante mundo præconizatus scelestissimus vi3 Antichristus, idest, qui ad hoc venit, vt contrarietur, & se opponat Christo: qui se maiorem osten-

E

Soluit euidens ambiguitas.

ostendere Christo in signis, & portentis diabolica familiaritate conabitur, de quo testatur Apostolus, veniet discessio primum, & reuelabitur homo peccati filius perditionis, qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus ostendens se tanquam sit Deus huius fra ter eo cernitur Iudas, quod filius vterque perditionis vocatur, apertius tamen nobis explanat Apostolus non prius nuncupans impium illum perditionis filium, quam alio nomine vocauerit eundem reuelabitur enim homo peccati, & filius perditionis, vt ex inde insinuet, ideo illum esse perditionis filium, quia homo peccati erat, quod si homo peccati non fuisset, nec filius perditionis extitisset. 2.Thes.2

Attende perditionem matrem, imò impiam nouercam non suos, alienos autem sibi ascribens filios omnes animæ (inquit Dominus) meæ sunt; & Apostolus Deus vult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis deuenire. Non quis filius perditionis dicitur nisi qui prius homo peccati efficitur, nulla igitur talis est mater, quæ perditos à Christo efficiat filios, sed hi hanc sibi confingunt nouercam cui se cõstituunt filios impietatis vbere semper illecti, neque enim homo peccator, sed homo peccati filius dicitur perditionis, quid est homo peccati nisi præda, & mancipium peccati? quid est homo peccati nisi vas plenum peccatis? Quid homo peccati nisi homo implicitus semper peccatis, quis homo peccati nisi obstinatus in peccato, hic vtique perditionis filius infernalis ignis pabulum æternę mortis mancipium hic est qui perit in quo nihil Christianæ pietatis Diabolus reliquit. Ezec.18 1.Thi.2. Qui sit homo peccati.

Qui autem tam impiam matrem, se ex obstinatione habere cognoscant impiissimum, & patrẽ habere se intelligant cuius vxor est perditio nisi eius cuius inseparabilis est damnatio Diabolus ipse perditionis factus maritus cui consignata est damnatio cum qua inseparabiliter, & copulate conuersarentur, ita vt sine duo in perditione vna, nã & obstinatos in infidelitate Christus Diaboli filios nuncupauit, vos inquit, ex patre Diabolo estis, & patris vestri desideria perficere vultis, quem autem hic Dominus vocat perditionis filiũ, olim Propheta in Psal. 88. vocauit iniquitatis filium, filius, inquit iniquitatis non apponet vltra nocere ei vtrique enim de impio Iuda, fit mentio, qui adeo dicitur filius iniquitatis, quia totus iniquus fuit, sicut enim filij tenebrarum dicuntur, qui quasi, vndique obuoluti tenebris velut clausi ventre iniquitatis nihil lucis suscipiunt, & sicut filii diffidentiæ ab Apostolo nuncupãtur quibus nullius spei virtus inhæserat, ita & iniquitatis filii, simul ac perditionis vocantur, qui solius peccati caligine obtecti baratrum, iam perditionis ingressi filii, perditionis dicuntur, hinc Iudas, qui detrahendo, murmurando, vendendo, consiliãdo, se opposuerat Christo, iniquitatis filius rectè est prædictus, neque enim perditionis filius diceretur si prius filius iniquitatis reperiretur. Sup.c.8

Et hæc loquor in mundo, vt gaudium meum in ipsis sit. Idcirco hæc & loquor, & rogo, imò & totum ago, quicquid ago, vt gaudii mei participes efficiantur. Hic est vberrimus passionis meę fructus vt solutis inferni, doloribus ad gaudia mea per fruenda perducantur. Attende autem quod nam gaudiũ præparet suis Christus; gaudium meum (inquit) idest gaudium tale quale meum est, gaudium eorum quorũ, & ipse ego gaudeo, nunquam autem gauisus est Christus, de honoribus mundanis, de aura populari, de fastu sæculi, de laudibus apud homines, non de muneribus, auri, turis, & mirrhæ oblatis a Magis, non quòd inter doctores sapientiam loqueretur: qua capti admiratione percunctarentur: Quomodo hic litteras sciret cum non didicisset; non ob id quod se magistrum audierit vocitari, qui viam Dei in veritate doceret, vel quod nunquam sic locutus homo esset, &c. potius autem cum Rex acclamaretur abscondit se, & inter populares applausus lachrymatus est. Hęc enim sæculi gaudia externa sunt, non in ipsis existentia pro quibus fiunt; facile enim, & diuelluntur, & deficiunt, potius autem occupantur funere, & dolore dicente Salomone. Extrema gaudii luctus occupat, gaudium Christi intrinsecum est, intus consistit gaudium spiritus est, quia spirituale gaudium est, non popularibus auris limitatum, gaudium perfectum gaudium indeficiens, & completum. F Sæculi gaudia. Prou.14

Vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis, quasi dicat, propter quietem animorum suorum, hæc sum locutus in ipsorum auribus: vt qui eorum te protectorem non ignorant, in tua fiducia respirent, timorem excutiant, sollicitudinem deponant, alacriores vero fiant ad subeunda pro Christi nomine tormenta, volui ego hæc meo ore proferre, & hęc illos à me audire, quo certiores nihil in turbine pressurarum pertremiscant, vt de mea cura, & sollicitudine in ipsos nihil dubitent, vt libentius onera subeant Euangelicæ prædicationis virtute ex alto confirmati veluti qui non suum, sed Dei negotium sint peracturi. G H

Quanta autem fidelium pectoribus, insit lætitia, qui se Dei protectione munitos agnoscunt ibi facile conspicimus, vbi pueros in camino ignis psallentes videmus, vbi roges contensos iucundos perspecimus, vbi super carbones ambulantes, quasi super roseos flores ambulare intuemur, vbi satellitum feritatem, & tarditatem animare sentimus, talem Christus suis parauit tutellam, sub tanta eos innotuit protectione consistere, qua nihil securius, nihil firmius, nihilve iucundius. I

Vt habeant gaudium meum, idest, ut in me gaudeant, vt lætentur me habere in Redemptorem in socium, in Deum, in Dominum, in magistrum, vt non glorietur quis fortis in fortitudine sua, nec quisquis diues in diuitiis suis, nec quisquis sapiens in sapientia sua, sed si quis gloriatur in Domino glorietur scire, & nosce Dominum glorietur, absit in alio gloriari, præterquam in cruce Domini, hoc est gaudium Christi, quod & efficitur nostrum gaudet insuper Christus de ouis perdite, acquisitione, quã gaudens super humeros portat ad ouile suum gaudium, & hoc nostrum cum ipso, & cum Angelis eius super vno peccatore pœnitentiam agẽte congaudentibus. K

Dum igitur ieiunijs incumbimus, non efficiamur sicut hypochritæ tristes, sed sicut discipuli Christi gaudentes, hoc est vnum commune gaudium Christi, & nostrum, quia libenter patimur, imò quod digni sumus pro nomine eius contumelias pati (gaudium Christi sanctum

ctum est plum est æternum, & perpetuum est, hoc optandum nobis, quod optat Christus nobis hoc perfectum est, quod diuinum est totum hominem diuturnis, & perpetuis fructibus beatificantes.

Ego dedi eis sermonem tuum, ecce fideliũ propugnaculum scutum veritatis. Ad hoc sermo Dei datus est nobis, vt per Dei sermonem protegamur, vbique oratione superamus aduersa Dei verbo hostes prosternimus est autem hoc dictũ velut persuasio quædam; quare certi reddi possint de pollicito sibi præsidio diuino, qua si graues ppessuri sint tribulationes ob id quod Dei sermonem quem à Christo receperunt cæteris annunciẽt: tãquam diceret; vobis eo maximè præsidio erit pater quod Euangelij veritatem mundique falsitatem annunciaturi estis illud autem attendẽdum est non dixisse, quod sermonem suis dixerit, sed quod eis sermonem dederit, dare enim sermonem est sermonis virtutem tribuere, insuper est retinendi etiam efficaciam concedere. Ad insinuandum reconditum fecisse Apostolos Dei sermonem in animo, à quo non deciderat: dedi eis (inquit) quod communius supradixerat, verba quę dedisti mihi, dedi eis, & ad hoc dedi eis, vt & ipsi non solis sibi seruent, sed & alus euangelizent, & doctes tribuant.

Et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mũdo, dum loquitur illis quibus futura erant ista loquitur in futuro odio eritis omnibus hominibus, propter nomen meum, in mundo pressurã habebitis. si me persequuti sunt, & vos persequentur, quum autem ad patrem loquitur, non in futuro loquitur cui nihil est futurum, sed velut de præterito, quasi vt factum conspicuũ omnia nuda.n. & aperta sunt oculis eius. Ideo à te seruandi sunt sancte Pater, quia à mũdo odio habentur, recipis enim libenter quos oppressos intueris à mundo, tu eorum efficeris confugium quorum persecutor est mundus. Hos enim quos mundus exasperat, nec eis blanditur, à mundo elongantur; & quo ab illo elongantur eo Christo approximant: quia ab impietate ad charitatem ab infidelitate ad veritatem a tenebris ad lumen, & à peccato ad gratiam accedunt, consonũ namque idque iustissimum est sancte Pater, vt qui propter nominis tui gloriam à mundo crudeliter molestantur piæ à te protegantur, & recipiantur; dum enim toti se dedunt tibi sub tuæ protectionis auxilio custodiantur, vt sciant gentes potioribus præsidiis tuos quam mundi homines esse munitos, hæc illis obueniunt, quod mundum arguant quam detestentur eius gloriam, quod paruipendant bona ipsius.

Hoc autem propter verbum tuum, quod traditum est illis eueniunt, quandoquidem sunt mundus, & sæuit in eos, qui ipsum depopulantur, qui impediunt eius cursum, & se opponũt voluptatibus eius. Hoc est quod fecerunt, per quod persecutiones, tam graues patiuntur nihil in ipsis facinorosum, nihil enorme, nihil scelestum non occidunt insequentes, sed orant pro persequentibus, non malum pro malo reddũt non maledicunt maledicentibus, sedè contrario benedicunt, & benefaciunt se odientibus, nihil aliorum furantur, sed omnia sua indigentibus tribuunt neminem fraudibus circumueniunt, gratuito obsequuntur omnibus, non occidunt; sed viuere faciunt, non percutiunt, sed percussos sanant, infirmos sanitati restituunt, gratiam prædicant, æternam vitam annunciãt, salutem æternam prædicant, & tamen odio habentur: occiduntur, & velut crudelissimi hostes insequuntur.

Hoc habent mercedis, hoc suscipiunt [illegible]atitudinis ab his quibus talia administrant mundus illis, hæc impendit obsequia, hęc à mundo condonantur in retributionem ipsorum quæ tanto labore, tantis lachrymis talibus incommo-

A dis administrarunt nullis periculis parcentes, in frigore, & nuditate, in egestate, & in ieiuniis multis, in speluncis, & cauernis, terræ degentes omnia propter electos perpetiẽtes, vt & ipsi salutem consequerẽtur, ipse tam vecors est mũdus, tam improbus, tam cæcus, & ignarus gratitudinis, vt eos maximè odio habeat, nec sustinere valeat, quos, maximè diligere, & recipere debeat, nusquam enim tenebræ, adeo luci contrariantur, graue leui, cœlesti terrestri, calidum

B frigido, velut contrariatur mundus Christo impius iusto, &c. nam & sic illum Deus detestatur, vt qui voluerit amicus esse huius sæculi inimicus Dei constituatur, cæterum non ad fideles tantum, hæc dicta, sed credamus, sed ad huius nostræ tempestatis hæreticos, qui eos qui non sunt de mundo, qui paupertatem vouent, qui cœlibatum profitentur, qui ieiuniis incumbunt, &c. tam grauiter, tamque crudeliter persequuntur, vt nihil exosum excogitari posse videantur magis & intueri.

Sicut ego non sum de mundo, Discipulorum hic non vulgaris præstantia videtur qua tales esse ostendit qualis est magister eius. Hoc satis est illis, quod maximè necessarium est ipsis, vt si- Discipuli excellentia ostẽdit eum suo se magis conformem ostendi- & similem,

C cut Christus ambulauit, & ipsi ambulent, tamquam diceret, hoc illis contingit, quia Discipuli mei, sunt quia me imitatores existunt, hoc planè occurrit, quod meum quem illis sermonem annunciant, & meam quam tribui doctrinam prædicant sicut ego obtestor mundi facinora eius crimina detestor, operaque eius male esse ostendo. Ita & ipsi mei asseclæ doctrinæ meæ sectatores eadem detestantur, & prædicãtur, & commune nihil cum mundo possident, nihil prophanum, nihil turpe, nihil coinquina-

D tum habent.

Hic autem illud obseruandum, quod & tactum fuit superius, vbi discipulum vnum esse sicut & diuinæ personæ, vnum erant dicebatur; vl3 hoc quod comparatiue dicitur, sicut non omnimodam, sed proportionatam dicere proportionem naturæ hominum congruam, & consonam ipsis de quibus dicitur. quandoquidem Christus sic non de mundo esse dicitur, vt numquam de mundo fuisse dicatur, nunquamque cum mundo partem habuerit; quisquis hominum autem

E sic est de mundo, vt assumptus fuerit à mundo segregatus, & electus, de mundo quum saltem peccato originali omnes pro aliquo saltem instanti subiecti fuerint Christo solo de Spiritu sancto concepto, qui propterea non esse de mũdo, omnino dicitur cæteri, vero per sanctificationem à mundo selecti, & desumpti fuerunt secundum quod scriptum, non est, qui faciat bonum non est vsq; ad vnum omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei.

Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo, non saluti istorum tantum attendẽdo.

do. Sed & saluti aliorum prouideo, qua propter non rogo, vt modo istos de mundo tollas, & ad te suscipias, quibus incumbit prædicationis munus, in omnes gentes, qui mundo verbum tuum, sunt annunciaturi, esto exosos eos habeat mundus, coneturque illos repellere: donec tamen ministerium impleant, & quæ peragenda sunt compleat; sine illos in mundo, multa enim oportet eos pro nomine meo pati: errantes & dispersas oues oportet me per eos adducere.

Rogo te pater ne adhuc illos adhuc vacuos ad te venire iubeas: sed cum captapreda fidelium veniant cum exultatione, portantes manipulos suos, omnes enim à me in ministerium mittendi sunt propter eos, qui hæreditatem capient salutis ipsi designati sunt lapides sanctuarij, & ecclesiæ fundamenta, doctores gentium euangelii prædicatores, testes resurrectionis meæ, & factorum meorum, in omni Iudæa, & vsque ad vltimum terræ ipsi sunt tubæ, & præcones fidei quorum sonus in omnem terram exire debet, & in fines orbis terræ audiri verba eorum, ideo non rogo, vt tollas eos de mundo, si iusti tollerentur omnino ab illo, dum enim ij reperiuntur in mundo seruatur ab incendio, & à ruina mundus, erant ii pro mundo, stant coram Deo, ne confodiatur mundus.

Hoc edocuit, nos Moyses, Loth. Ioseph, Noe, & cæteri iusti, ideo misericors Christus proponitur nolle se tolli à nobis iustos, quorum beneficiis totus potitur mundus, mauult autem eos remanere in mundo velut animam mundi, sine quibus nec viueret, nec sentiret, nec audire, seu videre posset mundus sunt enim spiritus, mundi, qui dant lumē mundo iuxta quod scriptum est vos estis lux mundi, nisi enim isti essent in mundo, qui se opponeret mundo qui rudes edocerent, qui ignaros instruerent, qui compescerent improbos, quæ spes salutis inesset mundo? satius est igitur Pater, vt hos adhuc me ascendente relinquas in mundo, non ad fruendum mundo non ad mūdanas sectandas cupiditates, nō ad honores mundanos hauriendos non ad thesaurizandum in terris: sed ad promerēdum in cœlis, ad construendum, & ædificandum, ad plantandum salutis semina ad euellendum destruendum, & dispergendū peccata, & vitia, quibus irretitus est mundus, vnde Manere nos in carne propter vos necessarium est; & B. Martinus Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua. Ephe. 1.

Sed vt serues eos à malo. Hæc est dominicæ orationis cōclusio, huc tendūt Christi bonitas, & pietas, vt nos à malo, aut seruemur, aut liberemur vnum autem malum inter tot mala, qui bus succumbit nostra mortalitas recenseri videtur, à quo seruari nos rogat Christus tanquam per quod nostra à nobis remouetur salus, malum hic anthonomastice oportet sumi, quod est omni malo peius, quod omnis mali causa existit, quod nullam boni rationem complectitur, quod penitus à summo bono auertitur, quod bono supremo opponitur, quod nec dependet nec participat aliquid cum auctore rerum, quod tandem remouet omne bonum, & offendit summum bonum, hoc vnum est malū, quod est peccatum, quod causa est omnis mali, quod priuat omne bonum, quod se opponit summo bono hoc est illud summum malum culpæ vls, & peccati, quod procul omnino à suis Christus rogat existat de malo autem pœnæ, non sic rogat; vt à quocunque seruemur, quandoquidem multis his malis, aut à peccato purgamur per assumptam pœnitentiam, aut certè interdum à malis culpæ cohibemur, & ad peccandum auertimur, est tamen annexum malo culpæ suum malum pœnæ scilicet æternæ damnationis à quo simul auertimur quotiens à culpa recedimus.

Christi intētio.

F *Quæso autem quis ipsos seruare poterit ab hoc malo?* in quo nati sumus in quo concepti, quo hincinde velut in Syrtibus nauigantes obuoluimur; ita vt septies in die cadant iusti? quis potest ab hoc nos eripere malo? quis potest facere mundum, de immundo? nonne ipse qui solus est, qui omnipotens est? quis autem potest peccata dimittere nisi solus Deus? ipse nos liberat, & nos à malo seruat, qui nos sanctificat, qui solus impios iustificat, & suæ nos gratiæ virtute munitos corroborat.

G *Serua igitur* tu nos ò bone Deus à tanto malo nobis peccatum est virus animæ est gladius in corde est serpens in sinu est venenum in stomaco est latro in domo est cæcitas mentis, onus grauissimum mare profundissimum, & tandem assimilatur morti, stipendia enim peccati mors nihil æterna vita dignum operari potest peccator existens in peccato, donec reuiuiscat per gratiam. Hinc & apud sapientes omnis peccans malus dicit; malum enim est, quod deordinatū est, quod regulis debitis non succedit; nam & peccatum illud dicitur quod aut factum, aut concupitum est contra diuinæ voluntatis regulam, & præscriptum.

H *Et quidem duos* terminos actio peccati habet vnum auertendo se à summo, & incommutabili bono alium conuertendo se ad bonum commutabile hi duo termini in hoc malo, quod peccatum dicitur, duo enim mala fecit populus meus me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Quid sit mundum.

O maximum malum derelinquere summum bonum, ò maximum malum recedere à summo bono, ò maximum malum offendere summam bonitatem se opponere diuinę voluntati infinitum illud est malum, quod in offensam vertitur summi boni, hinc pœna non alia quam infinita iure debetur peccato, quod malum fit infinitum à sola virtute, infinita remissibile, non est qui aut satisfacere, aut soluere, aut remittere, hoc tantum malum possit nisi qui est infinitus qui est virtutis, & potentiæ infinitæ, neq; herba, neque malagma sanauit eos, sed sermo tuus Domine, qui sanat omnia tu es qui vitæ, & mortis habes potestatem deducis ad portas mortis, & reducis libera nos igitur in mirabilibus tuis, si tecum erimus, liberi erimus non. n. accedit ad te malum. Summū est malum sūmum relinquere bonum. Sap. 16.

I

K *De mundo non sunt sicut ego non sum de mundo.* Necesse est, vt quisquis Dominus, & Rex suos à cæteris secernat asseclas, nec hoc loco molē mundi ex materia visibili, seu ex elementis cōstantem suscipias. Verum iuxta alias designatam rationem, cui morem gerere prohibemur eodem Euangelista, & Apostolo in epistola sua admonente. Fratres nolite diligere mundum omne enim quod est in mundo, aut est cōcupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorū, 1. Io. 2.

aut

aut superbia vitæ profecto; igitur de mundo non erit, nec partem cum mundo habere censendus erit, quisquis carnis concupiscentiam oculorum, iactantiam, idest spiritualem peruicatiam intellectus, & voluntatis, nec non & vitæ superbiam, quo ad fastus, & vestitus, &c. spectant ad merit.

Hic ille est mundus quem transire testatur Apostolus noster, & Euangelista; non enim transit terra; Terra enim in æternum stat; sed transit cuiusque concupiscentia ruit ipsa voluptas, & nihil superest male agenti, & optanti perperam, nisi scelerum vindicta. Bene non de mundo esse dicuntur iusti, qui cum mundo non sunt contaminati, qui illecebris eius non sunt irretiti, qui illius contagio non sunt polluti, nec eius immunditia contaminat, sic sua membra Christus vult munda esse, vult sana esse, vult pulchra, & sancta esse sicut ipse non est de mundo, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.

Duæ mundanorum classes. *Duæ* sunt classis mundanorum, & non mundanorum impiorum, & perfectorum male agentium, & iustorum, vt vnusquisque militum suum recognoscat Ducem, Christus separat suos à cæteris, illosque Patri suo commendat, qui non sunt de mundo, qui alio tendunt, quo mũdus tendit aliud quærunt, quam quærat mundus, imo qui e contrario incedunt, quam incedat mundus illi temporalia abdicant, & spernunt, spiritualia autem concupiscunt, & quærunt isti ea, quæ mei sunt, nec percipiunt, & terrenis tantum inhiantisti quærunt tantum quę sua sunt illi, quæ Iesu Christi, illis viuere Christus est, & mori lucrum, istis dicunt animæ suæ anima mea habes multa bona in horreis, in cellis vinariis, in Gazotilaciis reposita comede, bibe, inebriare.

Illi per multas tribulationes intrare contendunt per angustam portam, quæ ducit ad vitã isti ducunt in bonis dies suos, & impuncto ad interna descendunt, illi subiecti sunt, omni creaturæ propter Deum, isti, nec Deum timent, nec homines reuerentur, illi dant quæ sua sunt, isti, quæ aliena sunt, rapiunt, illi in captiuitatem suum redigũt intellectum in obsequium Christi, isti super se sapere temere non verentur plus quam oporteat sapere, illi pietati, & sanctitati incumbunt, vt fint milites Christi, & filii patris eorum, qui in cœlis est, isti ex patre Diabolo opera patris eorum volunt perficere.

Tandem isti de mundo sunt, idest totũ quod optant, quod concupiscunt est mundo nullum aliud bonum præter mundanum affectant nullum aliud gaudium agnoscunt, nisi quod sumunt in mundo, solliciti sunt quid edant, & bibant, quid possideant, in quo honorentur: quomodo præsint cæteris, quomodo ditẽtur, quomodo diu in mundo viuant, vt mundanis fruantur, illi cupiunt dissolui, & esse cum Christo, quibus viuere Christus est, & mori lucrum ideo hoc vsus est argumento Christus quasi ad persuadendum æterno Patri, quod istorum curam specialiter habeat ad seruandum eos à malo secundum quod & sequitur.

Mundanorum sollicitudo & vigilantia.

Santifica eos in veritate ac si diceret rogaui, vt immunes eos, tu serues à peccato sed quia soli qui à te sanctificati sunt preseruari possunt ab illo ideo tu santifica eos, aliquando autem santificari dicitur, quod diuino cultui applicatum custoditur sicut supra de vestibus, de vasibus de locis, & de primogenitis dictum est; aliquãdo, de emundatione sacerdotis vel popoli intelligitur secundum quod iussum erat Moisi, & Aaron. Demum sanctificari dicitur proprie, quod est iustificare idest sanctum, & iustum facere his modis omnibus suos Christus poscit sanctificari, quos sacrorum misteriorum, & diuinorum sacramentorum ministros efficit vellut incontaminata, & idonea Dei instrumenta iuxta, quod scribitur. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Exo. 19 1. Cor. 14.

Christiani autem sacerdotis, & populi non exterior tantum per sanguinis aspersionem vel aquæ effusionem, vt olim in lege veteris sed, per internam baptismi, & sanguinis Christi spiritualem diuinamque aspersionem secundum quod ad Hebreos est scriptum si autem sanguis hircorum, & cinis vitulæ conspersus mundificat inquinatos ad sanctificationem quanto magis sanguis Christi? Cap. 9.

Tertia iustorum santificatio est per abundãtiorem effusionem spiritus sancti sanctificantẽ totius interioris, & exterioris hominis compagem omnia eius opera, & actiones sua assistentia in nobis sanctificans viuificans mortalia corpora nostra propter inhabitantem spiritum sãctum ad seruiendum Deo viuenti. Rom. 8.

Hoc est autem quod non santificari tantum suos rogat Christus, sed addit in veritate, idest omninò totaliter, & usquequaq; vt nihil damnationis sit his qui sunt in Christo Iesu fideliter in omnibus se gerant sincere ad veritatẽ euangelicam omnia pertractent & inflexibiliter pro veritate decertent aduersus omne mendacium sermonis, & operis sic enim in veritate sanctificari debebant qui congressum cum Patre mendacij habere debebant qui, & doctrinæ, & vitæ per uertere veritatem assiduis thecnis non desistit ecce Christi desiderium, ecce Patris voluntatem: ecce nostram necessitatem: liberos à peccato esse, & compotes diuinæ gratiæ effici.

Hanc unam cæteris præponebat beneficẽtiis Apostolus quam in suarum omnium epistolarum exordio fidelibus præcabatur, nulla vsus alia salutatione cæteris prætermissis, quę vel communiter, vel specialiter uti solent qui per epistolas saluant ad solam gratiam recurrit inquiens; gratia vobis, & pax gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobis cum, &c.

Sanctifica eos in veritate vnius, et eiusdẽ gratię duo isti producuntur effectus seruari à peccato & in gratia sanctificari quid est autem in ueritate sanctificari nisi muniri inuincibili fortitudine ne in quouis persecutionum turbine desponde ant animum hoc agere debebat mundus, vt medijs afflictionibus, & tormentis flectere conarentur fideles ad ab negandam ueritatem id est Christum, & Euangelium. Hoc omnes fere Christiani martures sunt perpessi, qui nullis verberibus nullis passionibus à Christi confessione, & à veritate Euangelica diuelli non potuerunt Domino eos in veritate sanctificante etiam in sexu fragili uictoriam martyrii conferente est, & inimicus homo zizaniæ disseminator idest, inimicus hominis Diabolus, qui veritatis verbum omnibus, dolis satagit surripere à filiis Adæ, & Euæ sanã doctrinam conspergens hæresum dogmatibus, quan-

quandam præseferens imaginem veritatis qua stulti irretiant ignari.

Tanto autem interdum vtitur fuco tanta artem tali eloquentia, vt diceres non Sathanam, sed Angelum lucis proh dolor quis nouit dolos Sathanæ? sic notus vlisses? Hæc colubris via ambulantis super petram, & duros ac terrenos latens homines si autem super puluerem, idest contritum ambulauerit vtique non latebit, sed palam via proditoris contra legem agentis, & iniqui, iterque ex terminis facile contuebitur demum sanctificari in veritate est fidem sanctã quam profitemur sanctis operibus comprobare, vt factores simus verbi prout decet sanctos Dei.

Sanctifica eos in veritate sermo tuus virtus est.

Cap.14. Quod supra dixerat se veritatem esse nunc ostendit quare se dixerat veritatem quo probato omnis prorsus ab ipso ambiguitas falsitatis, aut erroris procul propellitur omnia sua dicta doctrinam Euangelium singulaq; verba hac vna probatione confirmat; sermo tuus (inquit) veritas est quid est sermo tuus, nisi verbum tuũ? namque phrasis illa græcorum sermonem personar, vbi apud nos latina eruditio verbum vocat logos enim apud illos, imò & apud nos sermonem, quod & verbum dicitur nuncupatur, sermo Dei verbum Dei, ideo veritas est, quia Dei est, & quia Dei est non nisi sanctum est cunctaque sanctificans quapropter dicitur sanctifica eos in veritate sermo tuus veritas est, sed quomodo iam de mundo non erant si sanctificati in veritate nondum erant? aut quomodo liberi à peccato erant si à veritate nondum erãt liberati? secundum quod supra scriptum veritas liberabit vos & si filius liberauerit vos vere

Cap.8. liberi eritis iugo peccati, adeo vincti tenebamur vt nullo prorsus subsidio excutere illud à nobis possemus.

Ille nos liberat, qui nos dum à peccato liberat sanctificat, quod igitur supra de libertate promiserat, nunc de sanctificatione declarat sanctifica eos in veritate inquit, & ne causetur quis quæ nam seu qualis esset veritas Patris aperte subiungit; sermo tuus veritas est quomodo nõ veritas vbi nulla subesse põt falsitas? & ideo maluit dicere, quod congruentius uoluit innotescere Dei verbum opportunis, quã verum nuncupandum veritatem: multa enim sunt & dicuntur vera, sed una tantum est veritas. Hæc est quæ complectitur omne uerum, quia nihil est uerum nisi participata ueritate, & omne uerum ueritate est uerum.

Vna tã-tum est veritas *Dicendo* se veritatem nihil verius aut firmius aut securius Dei verbo ostendere voluit, cum nil veritate verius autem esse, aut intelligi potest ad id autem quod quærebatur, quomodo vt sanctificentur rogatur, qui iam de mundo non erant, sed electi de mundo de quibus esse ante dictum est & vos, quidem mundi estis, &cæt.

Quæ igitur noua ista sanctificatio in veritate? An non etiam ibidem dixerat, & vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis, aut sanctificari sine veritate poterant, dum à sola veritate pendebant? sed nonne adhuc sanctificari esto, & iam sancti essent? qui sanctus est autem, sanctificetur adhuc passim enim sanctificatur quisquis ad perfectiora progreditur.

Vel vt August. placet sanctificari petit suos in veritate, idest, in se ipso, quid est in se ipso? nonne in nobis ipse sanctificatur, quare gratus fuit Dominus Moysi vbi ad aquas contradictionis exarcebauerunt spiritum eius, qui insultauerunt sibi quasi perituri siti? quia inquit Num.cap.20. non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel non introducetis eos in terram, quam daturus sum eis, sed nonne nos in Deo, & Deus in nobis sanctificari dicimur, si tamen Christi membra sumus? quod & in his ostenditur vbi subiungitur ego pro eis sanctifico me ipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Aug.ex positio

F

Quomodo se ipsum Christus sanctificat, nisi cum sua membra sanctificat, sibique dum adaptat, copulat? vt sint sanctificati (ait) in veritate. Inde est (inquit Augustinus) quod Apostolus, ait gaudio in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum christi in carne mea, non dixit passionum mearum, sed Christi, quia membrum erat Christi, & tamen Christus sanctificat etiam se in se, idest se hominem in se verbum, & nos in se, qui verbum, & homo vnus est Christus. Aug.in Io.Co lof.1.

G *Nos tunc à* Domino sanctificamur cum sancti ab ipso efficimur, nos autẽ ipsos exinde sanctificamus cum ad hoc vt sancti simus præparamur, Pet. 3. Dominum autem christum sanctificate in cordibus vestris, & tunc Dominum ipsi sanctificamus cum eũ sanctum protestando prædicamus vtraque sanctificatio in veritate consistit, quia in Christo diuina & humana virtus insistit dicente Apostolo. Ipse factus est nobis à Deo sapientia iustitiã, & sanctificatio huius sanctificationis Christi fidelium in Christo mentionem facit Augustinus super illis verbis, Custodi Animam meam, quoniam sanctus sum nescio (inquit) an alius hoc possit dicere præter illum solum, qui non est peccati commissor, sed dimissor, cum hoc audio vocem eius agnosco. 1.Co.1. H Aug. in Psal.89

Sermo tuus veritas est, quid est, quod superius ad Apostolos dictum est mundi estis propter sermonem meum; an quia illic de grauioribus, & mortalibus hic de leuioribus etiam & de venialibus intelligitur, quid est mundum esse, nisi sanctificatum esse? An quia moris est scripturæ quod pius dictũ est, pro rei certitudine, quod facturum est recenseri plerumque præsenti vel præterito? an quia qui sanctus est vlterius adhuc nouo sanctificationis gradu sanctificari potest secundum quod scriptum est, qui iustus est iustificetur adhuc, & qui sanctus est sanctificetur adhuc? An quia munditia saltem ordine naturæ præsupponitur uelut præuia sanctificationi, secundum quod dicitur, Auferte malum cogitationum uestrarũ, ab oculis meis quiescite agere peruerse discite benefacere? I Apoc. 22. K

An quia nunc de munditia, & sanctificatione quæ in ueritate fit est sermo qua nedum copiosa, sed & firma constantissima est in sanctitate adhæsio? Hac ratione Apostolus ecclesiam sanctificatam, inquit in uerbo mundans eam lauacro aquæ in uerbo ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, nec rugam. Isa.1. Eph.5.

Sermo tuus ueritas est. Qui semel locutus est Deus unum sermonem tantum habet non enim plures habet sermones, qui unum tantum

uerbum

Vnus Dei patris est sermo. verbum habet, non enim alius est sermo Dei à verbo Dei, sed idem est Dei verbum, & Dei sermo vnigenitus filius eius, malent autem catholici Dei verbum vocitatum iri verbum, quam sermonem, esto incapax adhuc rationis existat græcus cui satius videtur Dei filium vocare sermonem, quam verbum, cuius rei dissolutionem satis credimus explicatam in exordio huius lucubrationis nostræ.

Hoc solum, quod modo occurrit addentes verbum in sacris eloquiis perfectam semper præferre significationem, & ad bonum semper flectere sensum videtur sermo autem plerumque etiam in malam trahi partem videtur; nam etiam Maria non de verbo, sed de sermone per Angelum sibi dicto dubitasse dicitur quæ turbata fuit in sermone eius, cum autem Angelus recurrerit ad verbum inquiens
Luc. 1. quia non est impossibile apud Deum omne verbum, mox cessit illa, & se ancillam præbuit de verbo autem Domini hæc scripta sunt, quia rectum est verbum Domini, in æternum Domine permanet verbum tuum, eructauit cor meum verbum bonum, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei, fons sapientiæ verbum Dei, & pleraque alia, quæ ad verbi illius diuinis vnigeniti filii Dei celsitudinem protestandam referuntur, ipsum verbum sermo est æterni patris ipsum est eadem veritas increata, quæ veritas suæ veritatis certitudinem propalauit, dum inquit; ego sum via, veritas, & vita, omnem enim
Supra. probationem veritatis à veritate procedere oportet ideo iterum quasi veritatem, veritate comprobans ait sermo tuus, idest verbum tuum, veritas est non inquit sermo tuus verus est, sed veritas est, quia nulla alia veritate, quam se ipsa vera est summa veritas essentialiter vera.

Sermo tuus veritas est, est Dei sermo, quod nouissime diebus istis locutus est nobis in filio sermo Dei euangelium est, hoc sic verum est, vt ipsa veritas dicatur, idest totum verū, nihil aut falsum aut anceps ad veritatem; Quid igitur, vel de cœlestibus vel de occultis, vel de necessariis, vel de præteritis, vel de futuris in euangelio accipis, omnia certissima tene illis indubie inhære assentire singulis velut ipsissimæ veritati; Audis malorum pœnas, bonorum remunerationes, audis terrores, & comminationes, impiorum promissiones, & blandimenta iustorum omnia certissima, & indubia suscipe, nihil
Comparatio. Dei sermone verius, nihil certius, nihil firmius, cęlum, & terram potius transitura ab ipso.

Est & Euangelii, ad vetus testamentum necessaria hic aduertenda proportio, & comparatio, vt vmbraticam ac figuris consitam scripturam ab alia conspicua secernatur, quid est autem sermonem Dei, & Christi veritatem esse nisi euangelium è Mosaica lege secernere, & distinguere velut verum ab vmbratico, & figuratum à figuris propterea nō inquit, sermo tuus verus est, quandoquidem & sermones antiquæ legis ac figuræ veri erant haud tamen veritas erant, sed isti sunt veritas, ad quos referunt omnia illa, quæ nec vera erant nisi quia hæc omnia veritas erant vt præludia siue tentacula veritatis Christi & euangelii.

Regula topica. *Sanctum restat illa regula topica*, qua Christus Deique sermonem vocet veritatem insinuatur quandoquidem omne, quod est à veritate est veritas, quia à veritate non nisi veritas velut à vero non nisi verum progreditur, cum sit itaque Christus veritas euangelium autem sit à Christo, sequitur euangelium non solum verum, sed veritatem esse, cæterum mundi sapientia, quantum falsitatis habeat, quantumve erroris cōtineat, satis compertum est se ipso cum igitur audis sanctifica eos in veritate sermo tuus veritas est. intellige nos in Christo sancti-
A ficandos fore: ipse est nostra redemptio, & sanctificatio nostra per quem saluati, & liberati sumus.

Intellige, & sanctificationem per sermonem eam esse, quæ fit mediantibus sacramentis cum Dei sermone ipsa instituantur, & virtutem sanctificandi suscipiant, dum enim accedit verbum Dei ad elementum conficitur sacramentum, & dum audis ego te baptizo, ego te absoluo, &c. scias in veritate te, & baptizatum & absolutum fore, quia sermo eius veritas est, illud vere ex se
B ipsis efficiunt, quod præseferre videntur.

Hanc autem veritatem, vel realitatem non veteris, sed noui testamenti munus existit; illa nempe ostendebant non efficiebant, quod ostendebant, foris aliquid operabantur, intus nō attingebant, ex suo opere operato inualida erant. Hæc autem ex opere operato gratiam conferunt, & peccatorum sanctificant in veritate per sermonem Dei, qui veritas est, nam per verbum sanguinis Christi, qui in cęlum subuectus est, aspergitur peccatrix anima, & emundatur, concessa verbo virtute. Renati estis non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui in æternum permanentis. *Noui Testamenti dignitas.* *1. Pe. 1*

Obserua sanctificationem, ibi referri ad ser-
C monem Dei, vt sanctificatos ostendat esse oportere verbi Dei prædicatores ne decidant à veritate missurus Apostolos ad prędicandum fidei veritatem, & Dei verbum eos sanctificari iubet propter veritatem, quandoquidem in animam maleuolam nec in corde subdito peccatis sapientia inhabitare possit donec suboriatur hæresis, quæ est pœna peccati. *Heresis est pœna peccati.*

Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum, non leue est onus, quod tu mihi imposuisti Pater, & me exeunte, hoc
D idem onus illis impono ego: Tu me misisti in mundum velut Agnum, in ferarum medio: ego mitto, & illos velut oues inter lupos: Tuo maxime digni sunt præsidio tua maxime protectione indigent congruum est optime pater, vt quibus munus implendum imponitur, illis, & auxilium non denegetur ad perficiendum subministra tu vires, da illis auxilium, de sancto, quia tunc bene patientes erunt, vt annuncient.

Hoc vsus est argumento, Christus ad insinuan-
E dam auxilii Diuini necessitatem, quo & à malo liberari, & in bono confirmari ac sanctificari debeant. Per hoc enim quod eos missuros dicitur in mundum, (ponitur enim ibi pręsens pro futuro) satis ostendit ad quæ mala, ad quæ in commoda subeunda, mitti deberent, nempe sicut ipse missus fuit sine pera sine sacculo, &c. ita vt vbi caput suum reclinaret non haberet.

Vnum & idem officium, peragere mittūtur qđ me peragendum misisti. Ad annunciandum populis virtutem tuam, & prædicandam gentibus

Nn gloriam

ad ea quæ misit me pater, & ego mitto vos, quia ipse missus ad crucem, & opprobriosissimum passionis genus, nos tamen non omnes ad ea subeunda mittere voluit, sed sicut inquit misit me humilissimum, ita vt exemplar effectus sim perfectæ humilitatis; discite à me quia mitis sum, & humilis corde sicut misit me obedientissimum factus obediens vsque ad mortẽ crucis sicut misit me nullis humanis fauoribus stipatum nullis terrenis, subsidiis locupletatũ, quia vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet, sicut ego missus à patre ad soluẽda opera Diaboli, ad detestandas illecebras mũdi, ad voluptuosas carnis concupiscentias cohibendas, ita ego mitto vos, sicut missus sum, vt in omni humilitate, in omni patientia, & doctrina, in omni sinceritate, & simplicitate, in omnique charitate euangelicæ munus prædicationis impositum perficiendo adimpleatis, & adimplendo perficiatis; quia quod suum est nõ quærit charitas, sed quæ Iesu Christi.

His moniti sint qui se verbi Dei prædicatores existimant, qui se autem tales esse qui dono Christi gaudent vtinam tamen non in sublimitate sermonis, sed in simplicitate intentionis, aut certe sic de se bene sentiunt, vt tanquam quouis suggesto dignos sibi ipsis arrideant. His facile perpendant, qui tam facile se ingerunt munus illud exequendum, quod nulla alia ratione habere peroptant, quam vt sua non quæ Iesu Christi expertes charitatis, tanto hastu cõcupiscunt.

Concionatorũ partes laudabiles, & necessaria.

O perniciosissimum ecclesiæ detrimentum, ab indignis præcipuum, hoc prędicationis munus perficiendum suscipitur quorum inscitia gloriæ, aut annonæ auiditate labefactari, non sine dolore cordis videtur prædicant non furandũ, & furantur, non mechandum, & mechantur; eloquia Domini eloquia casta, impollutaque ab impuris pertractanda sumuntur verba vitæ sine vita prædicant sine spiritu, quæ spiritus sunt annunciant; non arguunt in omni patientia, & doctrina, quos erudiendos præsumunt, sed ad populares auras audientium aures demulceãt, hoc ipsum concupiscunt canes muti, non valentes latrare, quia permittuntur, qui se mittunt, nec mittuntur: qui non se mittunt.

Concionatorũ tumor & fast⁹.

E contra uero plerique alij sunt, qui nimia, & immoderata humilitate animum ad perficiendum munus prædicationis despondent, & adeo seipsos deiciunt, vt iussi ad illud obeundum refugiunt illius diuini immemores eloqui nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa quid loquamini non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

O strenuum cõcionatorum Magistrum à quo os ipsum, & sapientia subministratur, qui & infantium linguas disertas sic efficit, vt ex ore infantium, & lactentium laudem perficiat, veh nobis si tacueritis.

Vt igitur timore timorem repellant audiant quid veh illud in ipsos indignationis inferat, an non sentẽtiam damnationis audiuimus eius qui talẽtum sibi creditum inane reliquit, quod & cum indignatione Domini in ratiocinatione amisit? Hoc est inquit Gregorius Diuus Apostolus contestabitur contestor vos inquit

Videant hic qui concionãdi munus à

hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium non enim subterfugi, quo minus annunciarem vobis omne consilium Dei ex reprehensione arguendo, obsecrando, increpando, aduersum vitia ferebatur immunem se à peccatorum sanguine protestabatur, & ideo alius Propheta inquiebat; ecce labia mea non prohibebam Domine ea sciuisti, & iterum, in medio ecclesiæ laudabo te, hoc igitur debet timidus concionator orare Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam iube,
A quod uis, quia quibus aliquid iubes dum iubes, & virtutem perficiendi præbes, qui igitur de sua diffidit ignauia in Dei confidat gratia sacrarum scripturarum studio incumbat, & quid prædicandum, iuxta audientium rationem à Domino per gratiam internæ eruditionis quærat.

Dño for riti omni eloquentiæ genere isigniti tam sanctum & laudabile opus oino recusant. Ps. 39. Ps. 21. Concionator ẽ confidẽtia necessaria.

Et pro eis ego sanctifico me ipsum. Qui fons est omnis gratiæ auctor omnis sanctificationis à nullo alio sanctificari, quam à seipso potest non sic se sanctificat Christus quasi aliquid sibi sanctificationis addat, sed sanctificat seipsum ostendens se sanctum sanctorum esse opera sua omnia sancta manifestans, hoc autem est, quod pro eis inquit, ipse autem antequam nasceretur sanctus erat teste Gab. Archangelo, qui ait: Quod enim nascetur ex te sanctum, &c. sic enim viuificauit Dominus sanctum suum, & locutus est in sancto suo, pro eis ergo mereri est meritoria opera pro nobis operari, Ad hoc se omnia agere, & perpeti, vt gratiam nobis, & gloriam promereatur, in hoc ipsos in fide mea corroboro, quod me sanctum iustum pium, & rectum in omnibus præbeo, vt in me nihil non sanctum conspiciant nihil non rectum intueantur, nihil non iustum inueniant meque sanctum sanctorum agnoscant de quo dicitur septuaginta Ebdomadæ sunt abbreuiatæ super populum tuum, ut consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & vngatur sanctus sanctorum.

B (beside "sum ostendens")

Luc. 1.

C (beside "beo, vt in me")

Dan. 9.

Pro eis sanctifico me ipsum, quid est seipsum pro nobis sanctificare nisi seipsum pro nobis sacrificare? Vado inquit immolari pro vobis, nam & agnus ille anniculus immaculatus, & vituli, & arietes, & passeres, & alia animalia Christi sacrificium protestantia non pro seipsis efferebantur expertibus peccati, sed pro peccatoribus ad expiationem, Dominus enim posuit super eum iniquitates omnium nostrũ, dicitur enim vulneratus est propter peccata nostra, attritus est propter scelera nostra; animalia, cæteraque sacrificia ab aliis offerebantur, & nullus seipsum in sacrificium obtulit, non Isaac non Iephte filia, &c.

D (beside "vituli, & arietes")

Isa. 53.

Solus Christus ipse hostia, & sacerdos ipse seipsum obtulit, & quidem non pro seipso, sed pro nobis. Nos autem pro nobis non ipsos offerimus hostiam viuentem Deo placentem sacrificium Deo spiritu contribulato, idest, in spiritu humilitatis, & in animo contrito.

E (beside "sed pro nobis")

Christ hostia ẽ & sacerdos.

Quia uero sacrificia sancta dicuntur sanctificare seipsum dixit Christus, qui sacrificare seipsum accedebat quisquis igitur participes sanctificationis Christi efficitur sanctificari, in veritate prohibetur, nam oues illæ, & iumenta licet sacrificarentur, haud tamen

sanctificabantur in veritate tantum sanctificata habebantur in figura, nulla enim sanctificatio præter sanctificationes, à sanctificatione Christi sanctificatæ.

Pro eis (inquit) Ego sanctifico me ipsum. Hinc quidquid sanctificationis est in Christo totum nobis polliceri possumus, omne eius meritum non rapinam nostrum facere pro eis sanctificatio me ipsum (inquit) quasi dicat totum mededo fidelibus totum me pro omnibus offero

2.Co.5. pro omnibus ad crucē pergo Christus pro omnibus mortuus est. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.

1.Io.2.

Ecce quā sit præstantior sanctitas Christiani, populi à sanctitate Iudaici, illi exterius emundabantur, lauabantur, sanctificabantur, nostra autem sanctificatio interna est realis, & vera est quia in veritate sanctificamur, lex quidem per Moysem data est, gratia autem, & veritas per Iesum Christum, facta est. Hoc autem factum est cum Christus pro nobis sanctificatus est, dum suæ nobis sanctificationis munus est impertitus. Hinc Apostolus, Dicebat (inquit) enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eorum per passionem consumare, qui enim sanctificat, & qui sanctificatur ex vno omnes propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens narrabo nomen tuum, fratribus meis.

Heb. 2.

Vt & ipsi sanctificati sint in veritate, pertingere huc non poterat nec baptismus Ioannis. His enim verbis colligimus sacrificij Christi finē eum esse, vt sanctificemur, quid est verè sanctificari, nisi verè remissionem peccatorum consequi? Hic perpendimus fructum eius oblationis Christi, quæ se Patri in cruce obtulit non alium esse, quam sanctificationem nostram non aparentem, non hipocraticam non fucatam, sed sed realem, sed in veritate, & sinceritate. Hæc est n. voluntas Dei sanctificatio nostra. Quicūq; igitur relictis exuuijs antiquitatis nostræ, quicunq; exuto veteri hoīe Christum induit is in Christo est sāctificatus is, iustus & sanctus is custodiri poscat à Domino in sanctitate iuxta, quod scriptum est, custodi me Domine, quoniam sanctus sum vbi Augustinus, inquit. Nescio, an alius ab eo hoc possit dicere, qui solus sine peccato est, qui peccatum non fecit nec dolus in ore eius inuentus est, ipse non peccatorum commissor, sed peccatorum dimissor est, sed certe inseparabiliter à suo corpore loquitur cum sic loquitur: propter quod audebo, & ego dicere quoniam sanctus sum, si autem sanctus quasi me ipsum sanctificans, vel nullo sanctificante indigens superbus, & mendax sum, cum nihil habeam, quod non acceperim; si aūt sanctus sanctificatus, secūdum quod scriptum est sancti esset, quia ego sanctus sum, Audeat cum suo capite corpus Christi audeant eius corporis membra dicere sanctus sum. Accepit enim gratiam sanctitatis gratiam baptismi, & remissionis peccatorum sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam barbam Aaron, & in oram vestimenti eius, & hæc aliquando fuistis inquit Apostolus post enumerata facinora, sed abluti estis, sed sanctificati estis sanctificatus igitur quisquis fidelium audiat, & audeat dicere, quoniam sanctus sum, non est hęc superbia elati, sed confessio non ingrati.

Baptismus Io. non sanctificabat.

Psal. 85. Aug. in psal. eādem.

Quō nos sanctos nūcupare possumus.

Agnosce, quid habeas, & vnde habeas agnosce te nihil habere ex te totū te accepisse, quod habes; vt nec ex vno superbus, ex aliove ingratus censearis si membra se esse non sancta dixerint iniuria est capite.

Si autem ex proprijs se meritis sancta esse crediderint superbia est mentientis. Dicant omnia membra Christi confiteantur omnes gratiæ, Christi participes sancti sumus, quia sanctus es. Hoc tu fecisti nobis sicut sanctificati sumus in veritate, quod si in veritate nonne æternaliter, quia veritas Domini manet in æternum.

F

Vt & ipsi sanctificati sint in veritate. Hæc illa Ecclesiæ Christi præcipua dignitas, & impar excellentia, non enim est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi sicut adest nobis Deus noster, suum nobis propriam sanctificationem, sua propria merita suam propriam passionem impertitur nobis, vt eisdem sanctificati vnum efficiamur cum ipso sic enim suam velut sponsam dilexit Deus Ecclesiam dicente Apostolo Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans eam lauacro vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata. Hanc namque fouet, & nutrit, quia os de ossibus eius, & caro de carne eius vnum corpus, & vnus spiritus sicut vocati sumus in vna spe vocationis eius.

Ephe. 5.

G

Quō sāctificauerit suā Christus Ecclesiam

Non pro his tantum rogo, sed pro eis, qui credituri sunt in me per verbum eorum. Hæc ad nostram consolationem dicere voluit ne causaretur quisquam expertem se tanti beneficij esse, potens enim est Deus in omnes, qui inuocant illum vnde dicitur omnis, qui credit in illum non confundetur, non enim est distinctio Iudæi, & Græci. Nam idem Dominus omnium Diues in omne, qui inuocant illum, & erit omnis, quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit, Audiant hoc omnes gentes, & collaudent eum omnes populi.

H

Do. 10.

An Iudæorum, ipse tantum est Dominus? nonne, & Gentium? quid vltra gloriaris, & non potius pertimescis Iudæe, an non in foribus, qui tuam surripiat benedictionem non intelligis adesse? hæc illis panditur Ianua, quibus abscondita, panduntur misteria pro eis inquit, qui in me credituri sunt per verbum eorum, quia ego missus sum non vt gentibus, sed vt Iudæis prædicarem, quia salus est Iudæis, ideo non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel ipsi autem ituri sunt in mundum vniuersum prædicaturi omni populo Euangelium, & salutem audi Apostolum. Cum autem placuit ei, qui segregauit me ex vtero Matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret in me filium suum, vt Euangelizarem illum in gentibus continuo non acquieui carni, & sanguini; vnde, Esa. ambulabunt gentes in lumine tuo, & in ipso gentes sperabunt. Audite hæc omnes gentes auribus percipite, qui habitatis orbem.

I

Gal. 1.

K

Nunc illa attenditur Abrahæ facta promissio in semine tuo benedicentur omnes gentes Patrem multarum gētium vocaui te, ecce effusam benedictionem. Non pro eis tātum sed pro his

qui

Ioel 2. qui credituri sunt, vnde dicitur effundā de spiritum eo, super omnem carnem ecce in promissionibus veracem, qui enim dixerat memor ero Raab, & Babilonis scientium me, vt in suis sermonibus iustificetur, vincatque quum iudicatur, suæ promissionis non est oblitus dictum propheticum adimplens: nam Raab est dicta latitudo Babilon confusio Raab erat meretrix Babilon Idolatra, quibus ipsa apprimè gentilitas denotatur, quod se extendant à termino vsque ad terminum orbis terrarum confusionis, vndique plena sub ligno frondoso prosternata, & ad Idolatriam, vndique conuersa.

Sed quid est Raab? non ipsa ex populo Iudæorum, nec Babilonem Iudæi, sed Gentiles inhabitabant, memor igitur erit Raab, quare? nonne, quia ipse recepit exploratores ex Iudæis acceptauit, occultauit, pauit, saluauit, quisquis ex gentibus missos acceptat Apostolos Dei nuncios prædicatores verbi euangelici exploratores Regni cœlestis is est de quo dicitur Memor ero Raab, & Babilonis non omnis, sed scientium me. quid est scientium me, nisi acceptantium verbum meum, præconem verbi mei, qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit. Vide.

Tunc & Babilon desinit esse sine Babilone, & incipit esse Hierusalem, quando abdicatis illecebris propulsata Idolatria ad vnitatem fidei Gentilitas est conuersa. Hæc gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei vbi alienigenæ, qui Deū nec adorabant nec sciebant vbi Tirus, idest, persecutor factus est receptor, & populus ethiopum illic idest, peccatores omni scelere denigrati lauantur, & super niuem dealbabuntur. De hac meretrice, & de his publicanis sic gloriosa dixit Christus ad Iudæos. Quia meretrices, & publicani præcedent vos in Regnū Dei idest, auferent vobis locum vestrum, qui prioribus intrantibus datur, & tardioribus denegatur vnde dicitur multi venient ab oriente, & occidente, & recumbent cum Abrahā, &c. filii autem Regni eicientur foras, & alibi, qui fuerunt inuitati non fuerunt digni, ite igitur ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate. Matt. 8. Luc. 14.

Sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me. Attende non dicere Christum, & pro eis, qui credituri sunt eis, nec per eos, sed qui creditur sunt per verbum eorum. Absit autem vt citra mysterium, quidquā à Domino dictū credatur, nihil enim non bene digestū summa essari potest sapientia, quæ attingit à fine vsq; ad finem, & omnia suauiter disponit. Quid hic per verbum Apostolorū? in quo consistit ratio verbi? vbi sunt, qui se dedūt scriptis, quod nec verbum admittunt, nisi sit scriptum, An quod tantum scriptum est verbum est? Non ne potius, quod ore profertur verbum dicitur? Ideo fundanda iubebatur ecclesia in verbo, & per verbū edocendæ erant gentes, quis autem aut Apostolorum, aut discipulorum Christi suas conciones scripto dedit aut mandauit prolę sed quare Petrus, Paulus, Andræas, cæterisque Apostolorum nusquam conciones suas scripto mandarunt aut fieri aut seruari? sed non ne fortius, nobilius, indebilius, & efficacius pectoribus, & animis verba imprimuntur, quā incartulis materialib. propterea Apostolus ait epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur, Hæreticorū insania. 2. Co. 3.

& legitur ab omnibus hominibus manifeste, quod epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui non in tabulis lapideis, sed in cordis tabulis, &c.

A *Illis opus fuit* tantum scriptura, qui ex absentia Apostolorum in accepta iam fide corroborabantur, ne per pseudo Christianos à vera accepta de auerterentur, ita vt antiquior sit verbi traditio sine scriptura quā cum scriptura quum omnis scriptura post iam acceptam fidem missa sit fidelibus illis in quibus vrgebat opportunitas, sic enim Diuus ait Apostolus Itaque state, & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonē, siue per epistolam, quibus verbis clare licet auspicari, imò, & apertè intelligere, quomodo pari currant passu, quæ per sermonem habentur traditiones, & quæ per epistolas nec est, quod separemus ab inuicem, quæ coniuncta dixit Apostolus, qui non abducit à scriptura traditiones cum & scripturas per traditiones habeamus, quis autem potest scripturas certas nobiscus facere, quod vel eæ sint quas Apostoli, & Euangelistæ conscriserunt, vel ab illis aut demptum vel auctum siue variatum nil sit nisi ipsa traditio. Scripturæ sacræ padino. 1. Thesal. 2. Hæreticorū obstinatio ille esse euidenter dignoscit dum Doctorum Ecclesiæ sermonib. nullā fidem ad hibent. B

Vide quid roboris à traditionibus sumat scriptura, & quid lucis ac certitudinis à scripturis traditiones hauriant sicut enim scripturæ traditionibus ita & traditiones scripturis roborantur, illustrantur, confirmantur, nec iniuria ea enim firmiora, & diuturniora esse cōspiciuntur, quæ inuicem sibi obsequuntur, & morem gerunt. Hoc ipsa naturalia elementa sibi præstant beneficium, vt conuertantur, & copulentur vbi coniunguntur.

C *Hæc autem Christiana* elementa sunt traditio, & scriptura, quæ non in qualitatibus, symbolicis, sed in verbo Dei, & in spiritu veritatis connexa sunt, quid autem cum legem suam, in cordibus inscribitur potius, quam per scripturam, in corde meo inquit abscondi eloquia tua ecce vtilitatem, vt non peccem tibi, & alibi, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei, Tenacius enim ethereut menti, & habentur memoriæ infixa, quæ cordi imprimuntur, quam quæ calamo, aut prælo tybis cartarum mandantur, quod cum legislatori licurgo visum esset satius suas iussit leges non aliter quam mentibus fore imprimendas quas literis mandari prohibuit. Ps. 118. Psal. 39. D

Hoc sibi non inconsulto persuasum habens si ex animis in animos transfusè haberentur firmius, & fidelius obseruarentur. Ad hoc autem additæ sunt scripturæ, vt si qua essent, aut ex ignauia obliuioni tradita, aut ex proteruia quo quo modo contaminata ad scripturarum monimenta confugeremus verum versutia Sathanæ hoc in ecclesia exitium tendunt hæretici, qui ab ecclesia traditiones se mouere contendunt labefactato fundamento corruat totum ædificium ecclesiasticum, & hac base auulsa trepidet omnis fidei nostræ veritas nilque in ea aut firmum, aut stabile reparari possit. Cur sacrarum scripturarū volumina nobis legēda proponantur. E

Vt omnes unum sint. Hoc non fidei tantū munus dum nobis non plures, sed vnum magistrū vocamus cuius oīs discipuli sumus dum idem oēs dicimus, nec sunt ī nobis schismata, q̄ vnitas est intellectus verum & præcipuè est charitas, Vnitas intellectus.

N 3 qua

qua vnum efficimur qua filij Dei vocamur, & sumus quod si vnum solum vocare nobis patrẽ qui in cœlis est iubemur tanquam fratres vnũ esse tenemur quibus cor vnũ, & anima vna sit n Domino; sic dum multæ animæ, idem colũt vna est anima dum plura corda, idem diligunt vnum sunt cor, multi intellectus, dum idem sapiunt est vnus sunt intellectus, & voluntates quæ idem volunt vna voluntas dicitur sicut vna est charitas in qua vincimur vnus spiritus diuidens singulis, pro vt vult in spiritu, & charitate vnum corpus sumus in Christo sic nempe scriptum est, quod qui adhæret Deo vnus spiritus fit cum eo, vbi sunt, qui dispergunt populum? qui lacerant fidem? qui denegant sacramenta? qui non colligunt cum Christo, sed di spergunt à Christo.

Vt omnes unum sint. Ab vnitate genus humanum inchoauit cætera animalia rationis expertia bina creauit, quia masculum, & fœminam creauit eos hominem Deus vnum solumq; creauit quem unum esse uoluit, & ab uno unam fecit, ut ab uno omnes unum essemus, ut sicut qui nos amauit unus est Deus, qui nos redemit unus est Christus, & qui nos sanctificat unus est Spiritus sanctus, ita & nos ab unitate non decedamus in qua plantati, & regenerati sumus, secundum quod scriptum est unus Deus una fides, unum baptisma, & quibus unum est principium, & unus finis unitas existat, & charitatis, ut diuidentibus Christum, aut uestem eius inconsutilem scindentibus crucifixoribus Christi longe peioribus.

Moium unitas.

Vnitas sui ipsius est regula, imò omnium aliorum est regula ipsa non potest diuidi, sed diuisa coniungit, non enim est numerus tamen est principium numeri regulans omnem numerum dans omni numero speciem, & perfectionem constituens à qua deuians à perfectione recedit.

Audi Deum ad perfectionem dirigentem parentem omnium nostrum de omni ligno, quod in paradiso est aptum ad æsum comedes, de ligno autem scientiæ boni, & mali, non comedes ne forte moriaris, serpens autem aliter loquitur inquiens cur præcepit uobis Deus ne comederetis de omni ligno paradisi? Attende diuersitatem sermonem Dei, & Diaboli, & ex his auctorem unitatis à destructore ueritatis intelliges separari Deus, qui & ueritatem loquebatur, & euitandam præuaricationem adhortabatur, in adunitate cõclusit, quod protestabatur, & iubebat non enim in plurali, sed in singulari protestando, & præcipiendo comedes, ne comedas, qui autem ad malum adhortari uolebat esto solus cum sola Eua loqueretur serpens oportuit illum ab unitate ad pluralitatem diuertere, & illo transire, ubi fallere posset incautam quare uobis præceperit Deus ne comederetis, &c. nisi enim prius ab unitate diuertisset eam à ueritate ad falsitatem persuadere ex descensu non potuisset, qui etiam unitatem nesciebant Pharisæi, in plurali interrogantes; Quid facimus? Christus in singulari nesciens diuisionem respõdit hoc est opus Dei ut &c.

Bonũ in unitate malum auté in pluralitate cõsistit.

sup.c.6

Vt omnes unum sint: Hæc est illa sanctorum communio, quam sic celebrat ecclesia qua sic gaudet, & in sanctorum festiuitatibus exultat cuius uicissitudine, sic impinguatur nostra imbecillitas, ergo participes sumus omnium timẽtium Deum, & custodientium mandata eius, ergo nobis eorum suffragantur merita quorũ vnitas est spiritus, & charitatis ergo & suis nobis suffragiũ præstat orationibus. Absit enim vt ab vnitate resipiscant, qui in charitate facti sunt stabiles, & indissolubiles; nec enim vnum erunt, qui nec flent, cum flentibus, nec gaudẽt, cum gaudentibus; qui nec indigentibus subueniunt, nec opem ferunt miseris vnum es cum famescente, qui quasi eius patiens indigentiam pascis famescentem potas sitientem foues algentem subleuas cadentem, & sub venerris infirmo,

San&orũ unitas & cõio.

F

Audi membrum membro compatientem, quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? sic enim vicissim auxiliantur, protegunt, subueniunt, & morem gerunt, qui huius vnitatis se consortes agnoscunt, vt qui diligunt proximum sicut seipsos obsequantur, & ipsis non tanquam sanguine coniunctis, aut affinibus siue eiusdem agnitionis siue patriç, aut carnalis vteri fratres vterini. Verum qui Deum in patrem, ecclesiam in matrem se habere, non ignorent eiusdem fidei, spei, charitatis sacramentorum vnanimes in domo consistere, quibus nil sit proprium, quin sit, & aliorum comite charitate, & vnitatis spiritu nobis oĩa in meliorem sortẽ comutant.

2. Cor. 11.

Vera fidelium unitas.

G

Vt omnes unum sint. Arbitror nil vtilius nilve iucundius contingere posse homini tanto esse ascriptum collegio, quod si tanquam inexplicabilis quasi indicibilis esse bonitas, & iucunditas fratrum simul habitantium ad eam considerandam potius, quam effandam inuitamur, ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in vnum quibus, aut uerbis, proprietatibus iucunditas, & utilitas explicari poterit, non in unum tantum habitantium sed qui unum sunt inuicem, imò non cum fratribus, sed cum beatis cum Christo, & cum ipso Deo uniti reperiuntur?

H

Tanta est huius corporis unitas, tam digna, tam grandis, tam excellens ut à fine usque ad finem mundi uinctum omnem iustum, & consortem omnem sanctum habeat, hic omnis Patriarchæ, & Prophetæ omnes Apostoli, & Doctores omnes martyres, & confessores omnes utriusque sexus uirgines. Hic omnes amici Dei omnes ciues Sanctorum, & domestici Dei omnes electi, & sancti uno charitatis uinciuntur uinculo cum Deo unus omnium est spiritus quo uita uiuunt uelut cœlestes, & spirituales efficiuntur, omnium unus patris quo in uita nutrimur spiritali ut unus panis, ut unum corpus, idem simus omnes qui de uno eodemq; singulari pane participamus.

Corporis unitas.

I

Nos hic in terris, adhuc agentes uelut membra membris unita, non tantum pro capite nostro nos opponimus ne hæresibus, blasphemiis, illecebrisue offendatur ab impiis, sed & loquimur sermonem Dei, & Dei rationes quo possumus nixu tuemur sanctorũ autem contumelias nec sufferre, nec audire sustinemus, & uix possunt alterutrum membra aliquid sufferre doloris siue dedecoris, quin tanquam de se ipsis non conquerantur & doleant.

Dei est sanctorũ hõnoré & gloriã tueri debemus.

K

Quæso autem si unum sumus cum cœlestibus spiritibus, quõ non protegentur, & ab ipsis sua membra? quo fit ut omnes in ministerium mittantur propter eos qui hæreditatem capiunt salutis

salutis quibus coniuncti sunt eodem spiritu eodemque charitatis nexu Beati autem quorum vna etiam nobiscum est natura quorum communis fuit mensa, Baptismus, fides, sacramenta cultus, & religio, semita ac professio quos imitamur, honoramus laudamus, extollimus quomodo nobis non erunt suffragio? neque enim vnū essemus si vicissim nō obsequerētur.

Sanctorum suffragia.

Vt omnes vnum sint sicut tu Pater in me, & ego in te vt, & ipsi in nobis vnum sint. Huius vnitatis nexum inculeat velut in quo cardo totius firmitatis vtilitatis, & dignitatis Ecclesię reuoluatur quæ autem sit vnitas ecclesię quam preclara quam celebris, & prestabilis isto solo, & suaderi, & probari potest adamussim quod illi vnitati diuinæ comparata fuerit, vbi dicitur; sic tu Pater in me, & ego in te, quid opportunius pro exemplo nobis proponi potuit quam sui ipsius, & Patris rationem? quę quidem similitudo attendi debet non quo ad naturæ, & substantiæ, siue essentię vnitatem, sed ad proportionem conuenientiæ nobis congruam, & possibilem iuxta aliud alibi dictum est estote misericordes sicut, & pater uidetur misericors est vel pro vt supra; sicut misit me Pater & ego mitto uos, siue etiam ego mitto vos sicut oues inter lupos, & huiusmodi in quibus non omnimoda, sed proportionata proportio aperte conspicitur.

Ecclesia unitas eius est dignitas.

Luc. 6

In hoc igitur quod filius, est in Pater in filio quibus nulla inest voluntatis differentia quorum vna est charitas, & perfecta dilectio Idem sapere; idem velle, & intelligere nihil non sanctum non æquum non rectum, ita secundū hanc formam nec à nobis ipsis dissentiamus nec ab ea vnitate diuellamur, quę cum Patre, & filio coniuncti sumus audi, & attende orantem Christum non solum pro his quia superstites erant Apostoli sed pro eis etiam, qui nondum erant velut si alicui deficeret digitus siue aliud membrum pro corporis integritate, vt corpori copularetur sicq; ex Iudaico, & gentile populo vna fiat Ecclesia ex pluribus nationibus vnus populus, & ex multis hominibus vna fidelium congregatio.

Ecce Magistrum charitatis, & doctorem vnitatis, quam finaliter suis poscat beneficentiam qua vl; nulla præstantior nulla iucundior nulla sublimior? Quid est sint vnum sicut ego in te & tu in me itaipsi in nobis? certe sicut nulla maior vnitas quam vnitas Trinitatis, & sicut maiorem charitatem nemo habet à charitate Christi ita nulla maior sit charitas, & vnitas fidelium à qua, nec mors, nec vita, nec gladius, nec creatura alia separare valeat ecce colligatio nē nostrā cū Deo vbi fuerint duo vel tres cōgregati in nomine meo ibi in medio eorūsū, & hic est sāctificationis ī veritate resultās nexus.

Trinitatis unitas.

Vt omnes unum sint sicut tu Pater in me, & ego in te ut, & ipsi in nobis unum sint ut credat mundus quia tu me misisti. Rogat Christus pro credituris, vt sint unum vl; in credendo, nā ex fidelibus constituatur vnum corpus misticū totius ecclesię cuius corporis caput est Christus qui in hac vna fide consentit hic corpori Ecclesiæ vnitur quamquam tamen iam per fidem sint vnum fides qui omnes vnū dicunt, & in vnum consentiunt, haud tamen hanc solam in nobis optat, vnitatem se ad aliam ipse in Patre & Pater in ipso vnum dignoscuntur Absit enim

Fidei unitas.

vt quod dicitur sicut equalitatem attingere credatur illius vnitatis diuinæ in qua Pater, & filius simul ac Spiritus sanctus in naturæ, & substantiæ vnitate conueniunt non naturæ hic nec substantiæ vnitas nobis cōmendatur, quæ nec in ipsis supremis spiritibus reperitur neque ad rem facit hæc naturæ vnitas siue disparitas nulla hic attendenda naturæ proportio verum illa quæ alterutrum communis potest fieri communicatio quæ utiquæ illa sanctorum communicatio quæ inter articulos fidei cōputatur.

Angelorum unitas.

A *Illud opportune* se offert obseruandum sic de hac sua Republica Dominum disposuisse statuisseq; in ampliorem omnium, qui in ecclesia sunt beneficentiam in qua maior esset communio ubi maius vinculum, & præstantior efficeretur vnio qua vnione cuncta ciuium fortiuntur bona vbi igitur potiora bona ibi maior, & præstantior vnio reperiatur oportet non parū igitur ab omni politica vnitate quæ inter ciues singulisque rebus publicis ecclesiæ vnitas præstare videbitur si ratio vtrinque perpendatur habent hanc Respublicæ omnes vnitatem, ut

B iisdem statutis subiisdem legibus, sub eodē Principe in eodem emporio in quo inuicem se sequantur foueantur ac opportunitatibus occurrant; potissima enim hac ratione fit ciuium coadunatio aut quæuis hominum cohabitatio vt cum nullus sibi ipsi sufficiat ab altero alter obsequia suscipiat vbi, e quilibet por communi salute, & pugnare pro patria, & pro communi vtilitate sed exponere etiam usq; ad vitæ propriæ dispendium tenetur Adde in totius ecclesię vtilitatem vnum ad esse spiritum qui omni-

Regnorum, & prouinciarum unitas.

C bus sit communis ac anima in naturali corpore qua, & totum regitur corpus, & singulæ eius partes seu membra regulantur, sicut enim in corpore multa membra habemus, omnia autem non eumdem actum seu operationem exercent, ita omnia in nobis operatur; vnus atque idem spiritus diuidens singulis vt vult; qui quidem spiritus omnibus prouidet omnia recte disponit, & quasi diffusus in membra vitam, & virtutem administrat.

Conciliorum vnitas.

Est & una omnium fides vt sit una doctrina omnium vnus communis est baptismus vt una

D sit omnium generatio vna communis Mater ecclesia, nulli nouerca sed quæ nos æqualiter diligat, foueat, & recipiat communis omnium pater vt vna sit omnium hæreditas vnum Regnum una cōis patria in qua ad vnū Regis cultū conueniremus, vna domus, & mēsa oīum vna in qua vno cōi cibo vnoque pane uesceremur, & potu pane in quam vitæ, & potu salutis æternæ quæ omnia clarioris etiam intelligentiæ erunt, si tam doctrinæ veritatem ab ipsa communionis voce auspicati fuerimus, &

E de eadem paulo locupletius differuerimus.

Spiritus unitas.

Hereticorum una cōmunis hæreditas.

Cum itaque communio non aliunde quam ab ea communi participatio bonorum dicatur quæ ab expositione particularium bonorum in aliorum commodum erogatur hic inde generalis afficitur tam ad spiritualia quam ad temporalia, quæ participanda exhibentur, & quidem quo ad corporalia seu temporalia attinet teste plusquam semel Apostolo Paulo hac ratio ne ordinabantur collectæ quæ per ecclesias ad subueniendum egenis statuebantur vbi de proprio quisque qui possideret proferebat probauerunt inquit Macedonia, & Achaia communionem

Viæ nostræ, & patriæ unitas.

Ro. 15.

nionem facere in sanctorum pauperes qui sunt in Hier. quas ad modum comendat iterum est ad Cor. c. 8. quod locupletem communionē miserint pro indigentibus in Hieronymum cō municant, & Doctores minus eruditis qua pol lent sapientia, quam inquit sapiens sine fictio ne didici, & sine inuidia communico prima ex terior, hæc secunda interior est communicatio quibus facile intelligas de illa tam ardua apud multos de communione sanctorum intelligen tia, & cum vtraque supradictarum voluntaria sit communio vt toei communitati ea sint com munia quæ solis, & singularibus personis erant propria.

2.Co.8.

Doctorum catholicę Ecclesiæ vnitas.

Hanc necessariam in totius Reipublicæ commodum, & vtilitatem nec negare, nec occultare possumus veritatem, cuius Reipublicæ cum sit caput Christus in ipso prius capite, & talis attendenda bonitas, qui cum sit summum bonum summi etiam sui ipsius est diffusiuum, ac communicatiuum, & ideo omnes suæ bonitatis diuitias, omnes suorum meritorum thesauros in medium ad communem omnium vtilitatem produxit, & communem ad singulorū beneficentiam exposuit, & cum ea bona, quæ in nobis sunt, ac merita potius sint capitis, & Christi à quo cuncta bona procedunt, quæ nostra nō est, ꝙ sic intumescat aliquis, & sic quasi de sibi proprio extollatur, vt suadeat sic potiri acceptis bonis, vt totum ad se ipsum conuertat quod temere sibi vsurparet, quid est, quod habes, & non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi nō acceperis Audi Apostolū. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi; quid alter alterius onera portate, & sic Christi legē adimplere nisi indigentibus succurrere, & nostris bonis subuenire? & quæ pro sua liberalitate communia fecit ipse nos eadē benignitate communia nostra bona faciamus.

Gal.6.

Hinc vtique perurgentur, & excitantur piorū animi vt sua omnia quæ à Christo suscepisse bona, ac dona non ignorant illa non minus prompte, quam propense in medium conferre, & veluti in errario communi quātum in nobis fuerit eadem consignare quod & Apostolus se obseruasse protestatur cū de se ipso fatetur. Adimpleo his quæ desunt passionum Christi in corpore meo pro corpore eius, quod est Ecclesia, & alibi si quid patimur propter vestram salutem patimur, hic enim ardor charitatis perurget, quæ dum non quæ sua sunt quærit, omnia sustinet propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, & vsque adeo perurget, ac stimulat, vt cupiat anathema fieri pro fratribus, gaudent plane, qui sese in Ecclesia participes fieri communionibus sanctorum non ignorant vnde cū proph. rogant assidue participem me fac Deus omnium timentium te, & custodientium mandata tua, quòd si occurras, qua ratione in communem vsum vertuntur etiam ea, quæ singulariter bona operamur cum multi sint, qui nec cogitent, & ex multis pauci, qui hanc Ecclesiæ communionem intelligant dicimus omnem hæc, si non explicite tamen implicite hanc vnionem intendere, qui illud intendit agere, quod mater Ecclesia intendit, & agit.

Col. 1.

2.Co.1.

Rom. 9.

Ps. 118.

Debemus omnia in communi vtilitate relinquere.

Quisquis igitur se membrum Ecclesiæ, & sub Christo capite contineri se creditus hoc intendit quod ipsum caput intendit multa iustorū extant bona, quæ aliorum sunt suffragia, quæ indigentibus tunc dispensantur cum per indulgētias pastorum nobis applicantur quæ etiam per modum suffragii, & satisfactionis indigentibus mortuis in ægestate purgatorii constitutis non habētibus ill s, vnde reddant quod debent, aut sua debita soluant, pro quibus adhuc manent intrusi, & acerrimis pœnis addicti: cū enim, & hi membra sint Christi, & quidem in vnitate mystici corporis eius coniuncta, non est nisi impiorum stulta crudelitas ea membra à communi suffragio aliorum subtrahere, quæ ab egestate possumus subleuare; F sicut enim ex meritis aliorum fidei salus præstatur paralitico, ita & ex aliis, alia acquiruntur beneficia.

Indulgentiarum suffragia.

Cæterum quod ait sicut Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis, vnum sint expresse demonstrat Patrem, omnia dedisse filio, & omnia in Patrem filium referre, nosque similiter, & qui omnia à Patre per filium recipimus, omnia ad patrem, per filium reddu camus, neque enim per id quod dicitur sicut, æqualitas vnionis intelligitur, sed exemplaris quædam similitu- G do, sicut, & cum amare iubemur proximum, sicut te ipsum cum plus nos, quam proximum, & nostram prius, ac supra prox. salutem amare debemus, non dixit diliges proximum tuū, quantum te ipsum, idest sumas ab amore tui ipsius normam amandi proximum, vt quod tibi non vis fieri, nec alteri tu facias, & quod vis tibi fieri, alteri, & facias, & infra dilexisti eos, sicut me dilexisti, & supra, sicut misit me viuens Pater, & ego mitto vos.

Nota.

Accipe ab vnitate diuinarum personarum ab eorum communicatione, & quo excellentius H illam imitari potes cogita, & perfice, quod potissimum erit toti mundo argumentum, quandoquidem ex vnitate vnitas dignoscatur: nam cum Deus maximè sit vnus ex sola vnitate hinc inde diuisus, & confusus vndique mundus ad Deum cognoscendum perducitur.

Diuinitas.

In summa nos optat Christus omnes vnius voluntatis homines simus, qui quasi vno ore, vna mente, vno eodemque spiritu, sicut tu pater in me, & ego in te, vno eodemque spiritu diligentes, vnanimiter conuenimus, quod si eodem glutino per eumdem spiritū vnanimes I extiterint mundus à cæcitate purgabitur, & fide corruscatione illustrabitur.

Mentiū vnitas.

Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Inter magnas, & multas hominibus impertitas dignitates summam hanc velut sermonum omnium suorum compendium resonat dignitatis excellentiam, vt nostram cum ipso vlȝ constituat vnitatem, duarum quidem meminit vnitatum qua si alteram, sine altera consistere, nequeat, prima cuius meminit, est illa nostrum vnitas non corporum in vno loco, sed animorum, in charita- K tis vinculo, o quam bonum nobis, & quam iucundum omnibus habitatio fratrum in vnum, bonum inquam, sed non, vt cætera alterius generibus, vt sunt ieiunia, eleemosinæ, persecutiones, pœnitentiarum, lacrymę, & martyrium in quibus non præsens, sed futurum nobis pollicetur gaudium, nec tale gaudium, quod in luctum, postea commutetur, quinimo, nec bonum indeficiens, nec gaudium fallax, sed perpetuum, & perfectum existit.

Bonorū operū vnitas.

Vnitas vnitatem diligit, & in vnum sua quæ-

Diligit unitas vnitatē

que

Mat. 18 que constituit suas oues in vno ouili recondi- tas amat quibus vnus pastor præstat, vbi fuerint duo, vel tres (inquit) congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum, ecce quomodo omnes vnum sumus, sicut Pater in ipso, & ipse in Patre vnum sunt neuter est in alio, vnũ per personarum vnitatem quibus ad inuicem alterutrum distinguntur, nec capit hic locus male sentientium de vnitate diuina, de qua supra sic testatus est Christus; ego & Pater vnum sumus, quod de essentiali vnitate, ac consubstantialitate intelligi opportuit at vbi proportio nobiscum depromitur, qui vniri in substantia omnino nequimus, iam est prorsus excludenda, quæ non est verificanda, nec illa est vnitas intelligenda, quæ nequit esse exponenda. Rogat igitur, vt simus inuicem, vnum sicut ipse, vnum est cum Patre, & cum ipso, vnum est Pater, tam voluntas conformitate, qua filius, sunt placita Patri semper adimplet, & Pater sẽper audit, & exaudit filium, qui affectu dilectionis æternæ, quo Pater fertur ad filium eodem e cœlis attestante. Hic est filius meus dilectus, &c.

Christi cũ Deo vnitas.

Et filius fertur in Patrem, qui diligit Patrem, & sicut mandatũ dedit sibi Pater, sic facit semper honorificans Patrem, quibus modis sic Patri coniungimur, vt idem simus, dum idem volumus, & vnum simus, qui vnice illum diligimus Apostolo asserẽte; qui adheret Deo vnus spiritus fit cum eo, ecce charitatis vinculo, quã intime, & fortiter vnimur Deo, vt qui manet in charitate in Deo maneat, & Deus in eo, a qua non gladius, nec persecutio imo, nec mors, nec vita nos separare valebunt equidem omni viuenti à fonte vitæ sibi prouenit vita, apud illũ est fons vitæ, qui est auctor omnis vitæ, & verbum (inquit) erat apud Deum, & Deus erat verbum in ipso vita erat tantum Deus nuncupatur per naturalem vitam homo sibi viuit per gratiæ vitam viuit in homine Christus, sed per gloriæ vitam viuit in Deo homo, de prima dicitur inspirauit in eum spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem, de secunda Apostolus. Viuo ego iam non ego viuit vero, in me Christus, nec terra alibi. Vita vestra absconditã est cum Christo in Deo, cum Christo inquit in Deo, vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnum sint corpus viuificatur anima, anima viuificatur gratia, beati viuificatur gloria quorum omnium vnus fons vitæ Christus.

2. Cor. 6. Homum cũ Deo vnitas.
Ioan. 1.
Gen. 1. Vitæ hominũ cũ vita Dei vnitas. Gal. 2. Col. 3. Corporis, & animæ vnitas.

O beatam hominum vitam, o singularem vnionem viuentis in Deo, sicut enim solari splendore vitrum illustratur, & sicut ferrum ignitum, ignis efficitur, vt candescat totus, ita suo lumine gloriæ, beati vniuntur, & implentur diuinitate, quasi, qui non sua, sed Dei vita viuant, hãc suis omnibus pollicitus est vitam Christus; ego, inquit, vitam æternam do eis, quid est vitam æternam dare, nisi nostram vitam vitæ Dei vnire, & copulare? fiunt Dij naturæ diuinæ consortes, ego dixi Dij estis, sunt Dij multi, & Domini multi, quod si ad hanc vnionem communemque & æternam vitam peruenire desideras iam habes, vnde accedas, & quomodo peruenias, si vis ad vitam ingredi serua mandata. Ad vitam (inquit) velut ad vnam illam communem qua cum Deo perenniter viuitur, de qua, & alibi Christus loquitur, ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Beatitudinis Dei, & sanctorum vnitas.
Mat. 19.

Vt omnes vnum sint, sicut & tu Pater in me, & ego in te, vt, & ipsi in nobis vnum sint, vt mundus credat, quia tu me misisti. Facessat hic Arrianorum perfidia necesse est facessat, & Sabellianorum blasphemia opere precium est, si enim omnes, qui Christi sunt vnum futuri prædicuntur, sicut Pater vnum esse cum filio prædicatur, certè cum homines in vna humana natura conueniant, quorum inuicem seorsum distincta est persona, nec maioritas, sit hominis ad hominem, in participatione naturæ, quæ tota in
A quolibet reperitur, nec magis sit, homo generans hominem, quam sit ingenito ab homine, ita in illa diuinitatis natura æquales sunt in Deitate personæ, nec vltra consistere possunt, quæ Sabbellius finxit non esse personarum distinctionem in diuinis, cum vnum sint, quandoquidem si per hoc, quod dicitur vnum sint, non tollitur imo connectitur personarum distinctio in humana natura, dum subsequitur, sicut, & tu Pater in me, & ego in te, non arguitur, imo concluditur personarum distinctio in
B diuina natura hac dempta reali personarum distinctione, omnia in diuinis sunt communia, quorum distinctio à sola relatione dependet.

Naturæ humanæ vnitas.
Arriarũ perfidia hæresis, & blasphemia.

Cæterum si ad aliam vnitatis rationem recurrimus cum Augustino dicimus omnes, qui vnum credimus, vnum sumus iuxta illud Apostoli omnes enim vos, vnum estis in Christo Iesu, sic etiam non vt credamus, sed quia credidimus, vnum sumus, per hanc enim fidem mũdus reconciliatur Deo, cũ credit in Christum, qui est missus à Deo, multi enim Christiani, & vnus Christus ipsi Christiani cum capite suo,
C quod ascendit in cœlum ipse est Christus, non multi Christi, licet multi Christiani, sed vnus Christus, vnum caput multa membra in corpore continens, & nos multi in illo, vnum sumus, quia vnus homo, Christus caput et corpus, quod est corpus eius? Ecclesia eius Apostolo dicet, omnia in ipso constant, qui est caput corporis Ecclesiæ de qua sic dicitur. Multitudinis autem credentium, erat cor vnum, & anima vna, & erant illis omnia communia, sed vbi erant tot homines vnus homo, & tot animæ vna anima? Respondeat Augustinus. In Deo
D nunquid erro in verbo, quando dico duos homines, aut duas animas? tres homines, aut tres animas, seu multos homines, & multas animas.

August. tra. 11. Gal. 3.
Mẽbrorum, & capitis vnitas. Col. 1. Cap. 4. Credentiũ vnitas.
August. trac. 39. in c. Io. 8.

Re Ille vtique dico accedãt omnes ad Deum, & vna erit anima omnium quod si accedentes ad Deum multæ animæ per charitatem vna est anima, & vnum cor, multa sunt corda, quid agit fons charitatis in Patre, & filio? nam & ipsi diligunt se Spiritu sancto, & Apostolo teste. Ipsa charitas Dei diffusa est in corbibus nostris
E per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, ergo (inquit ille) si charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, multas animas vnam animam facit, & multa corda vnum cor facit, imo vt Ioannes in Epistola prima testatur, qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, & supra. Saluator ipse dicebat manete in dilectione mea non ait in dilectione mei, sed in dilectione mea qua ipsum, & nos ex charitate diligere iubemur, & in charitate persistere docemur, quo indissolubiliter æternaliterq; cũ Patre, & filio oẽs vniamur.

Charitatis vnitas. Ro. 5. Animarum vnitas. Cap. 4. Cap. 15.
Dilectionis vnitas.

Sed

Ibidem *Sed quia anima* participando fit bona si muta ta cæperit esse mala bonitas manet cuius effe-cta fuerat particeps bona, bonitatis enim cuiusdam (ait idem Augustinus) particeps facta est cum bona esset & mutata impeius integra per manet ipsa bonitas, & si recedat anima & mala fiat non minuitur bonitas si reuertatur, & bona fiat non augetur bonitas Deus ipse vnus est incommutabilis est nullis varietatibus aut uicissitudinibus angustatus ipse sibi tale præscripsit nomen, ego sum qui sum, ego Deus & nō mutor omnis anima mutabilis est flatibus ventorum ex posita. Ideo quoniam Deus immutabilis est anima autem mutabilis, quando capit anima ex Deo quod bona sit hoc habet, & vt sibi vnita sit, nam sicut oculus lumine obcecatus non videt corruscus autem videt, uideat tamen aut non uideat tota mutatio visionis ex oculo est, & in ipso est quia factus participes luminis est, si aperis oculos vides, quod si Claudis iam non vides, & tamen nihil minus aut pluris in lumine est quapropter si bona est anima, si pia si charitate conspicua, si uerax, si Iusta hoc totum à Christo est à quo habet quod bonum est quia solus Deus bonus est secundū quod scriptum est nemo bonus nisi solus Deus solus Deus verax est omnis autem homo mendax solus Deus Iustus, est sanctus, est perfectus, est manens immobilis dans cuncta moueri.

Bonitatis unitas.

Exod. 3

Animæ cum Deo unitas.

Matt. 19 *Vt omnes unum sint sicut tu Pater in me, & ego in te, & ipsi nobis unum sint.* Illud esse vnum necessarium in quod omnes tendant, & ex sapientioribus hauriuimus, & ab ore veritatis accepimus longe tamen alterum ab altero sua ratione distant aliud enim ad vnum tendere, & vnum appetere, aliud est effici unum de primo non plures tantum sed fere omnes vnanimi sententia conueniunt; De secundo nec ille (ut aiunt) diuinus Plato nec eximius Socrates nec profundus scrutator Pitagoras, nec ipsius naturæ monstrum Aristoteles seu alter Philosophantium usquā est adeptus sed summæ veritatis oraculo est resseruatum.

Parum erat homini iusti inquam, & à Deo super cæteros dilecto si communi tantum illo potiretur munere quod commune est singulis, quasi in vniuersitate deiectus hęc specialis dilectorum à Christo dignitas, & portio in solius diuinæ maiestatis arcanis recondita quæ non licet homini loqui imo quod non est datum illi nec percipi secundum quod scriptum est. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei; loquimur enim (inquit) sapientiam non huius sæculi nec principium huius seculi sed Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est, sed sicut scriptum est quod oculus non vidit nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.

1. Cor. 2.

Nobis autem reuelatur per spiritū sanctum spiritus enim ipse scrutatur omnia etiam profunda Dei, quæ autem hæc sint eximia, quænam sint hæc sublimia nobis adeo proficua seculo autem non minus ignota, quam inscrutabilia his paucis nobis aperuit summa ipsa diuinaque sapientia Christus nos ul3 omnes unum simus, & ipsi in nobis vnum (inquit) sint sicut tu pater in me, & ego in te iam enim cum mox rogasset Patrem pro vnione nostra secum habitura inquiebat Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi vt sint vnum sicut, & nos liquido aperuit, & vnionem, & unionis eius modum.

Absit vt desistant homines esse quod sunt velut autem in humanam diuina aut in diuinā humana mutanda sit natura procul hæc absunt ab omni tam naturali quam supra naturali lumine vigentium igitur ad elucidationem tanti non minus altissimi quam profundissimi mysterij quod autem prius obseruandum præponitur est illud siue quo frustra quisque conseequi conaretur ante vnionem enim ad Deum nos oportet accedere ad eum hoc vnum nos oportet diligere ad illud nos oportet tendere ipsumque concupiscere adeoque pertingere vt illi mereamur vniri (vt docet Augustinus) dum ait quid vagaris homuncio circa plurimas que re vnum bonum in quo omnia bona & sufficit tibi turbatur Martha conquiescit Maria, erga plurima conturbatur illa in ipso vno conquiescit ista cuius pars, & optima, & indefficiens comprobatur, et qui est illud vnum tam optimum, & indefficiens nisi illud in quo collecta habentur omnia bona. F G

Frustra quæritur bonum quod non quæritur vbi sunt omnia bona vagatur omnis bonū quærentis animus, & circa multa turbatur dū in hoc uno adhuc uacillans non firmatur, nulla in hoc uno contigit nobis animi distractio, nulla perplexio, uacillatio mentis nulla, summa ibi quies animi; tranquillitas mentis, summa collectio spiritus, & summa his additur, & illud quod in sui ratione complectitur vnum est enim vnum nullam ad se ipsum differentiam habens nullam diuisionem patiens nullam partitionis multitudinem continens quicunque igitur ad hanc aspirat vnitatem quicunq; Deo & huic summe vno coniungi, & inesse desiderat, hic habet quommodo summum ipsum possideat, & sibi quomodo in hæreat declinet à multitudine in vno consistat bono depellat ille cebras a voluptatibus recedat vnum solum amet, & tantum in illo omnia amet oculos be nefigat in ipso mentem à sæculo auertat, & ad ipsum vnum conuertat: sic enim potentia cum obiecto suo non solum coniungitur sed vnitur videns enim intus habet quod videt non quidem vnitum quasi tantum in herens, sed intus in potentia visiua formaliter inhærens sed ne ratio nec mens ipsa nec intellectus quod concipit quod diligit, quod diligit, & quod intelligit nihil ad esse suo seiungit, sed mirabiliter vnit ita ut ex horum vnione non aliqua composita seu tertia vnitas resultat, sed eadem une, & simplex perseuerat vnde amans à perhipathicis proprius in amato quam in amante dicitur esse, & intellectus rei intellectæ adeo intimius vnitur vt idem prorsus dicantur in intellectione esse nam & (Augustinus inquit) anima magis est ubi amat quam ubi habitat; quibus iam patescit aditus vnionis nostræ cum Deo futuræ & nobis pollicitæ constat namque nostræ beatitudinis ratio teste omnium Theologorum schola in illa beata, iucundissimaque diuina visione in illa (inquam), summa Dei uisioneper quam etiam summe cum Deo velut cum obieto inseparabiliter unimur quando quidem hoc tantum à Beatis illis diuinamessentiam fruentibus, ab est vt ab adepta decidant beatitudine aut illam vlterius deper- H I K

Vnitatis contio.

Proportio potentia ad obiectum.

Amantis, & amatiunitas.

quam

Summa & perfectaho minis cũ Deo vnitas.

dant quam semel sunt assecuti de his (habes sensus à diuo illo Dionysio, omnium Theologorum magistro, & à Diuo Augustino, omnium diuinorum, arcanorum perspicuo scrutatore his maxime locis, vbi de cœlesti hyerarchia, & de ciuitate Dei perscrutando tractatur, & tractando concluditur, quod spectat ad hominẽ in hoc, adhuc mortalitatis exilio constitutum, nec valet Deo vniri perfecte, quem non potest summe illum ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima diligere, vnde hæc iubendo nobis non dixit dilige, sed diliges Dominum Deũ tuum ex toto, &c. quid est diliges nisi futura prolatio? tanquam diceret (vt Augustinus docet) in dilectione proficies, donec illo peruenies, vbi abdicatis, quibuscunque etiam nostrę necessitudinis affectibus, toto corde mente, & anima Deo adherentes vnus spiritus simus cum eo.

A

Virtus amoris.

Hæc est amoris virtus vnire amantem ipsi rei amatę hæc peculiaris intelligentiæ proprietas, totum transferre hominem in raptum, donec perueniat in quo totum vniat, hinc Christus nos plerunque velut ad bibendũm, & edendũ super mensam suam in Regno suo inuitat, quia & si cibus, ac potus, quid exterius ab homine in suis naturis existant in cibum tamen, & in potum sumpta vniuntur simul in ipso, & cum ipso homine solo, differentia interposita, nulla in homine beato mutationem admittentes, sique alteram naturarum variantes sic supra dictum est inebriatur homo ab vbertate domus Dei, satiatur quum apparuerit sibi gloria Dei, quia totus euehitur, & impletur gloria Dei, & dum efficitur templum Dei, vnitur cum ipso Deo; quod si adhuc mortali viuere Christus est, & viuat ipse, iam non ipse, sed per solam vnionem gratiæ, viuat totus in Christo, quanto sublimius, & intimius Deo vnitur, quisquis in gratiæ consumatione vnitur, & illi per gloriam, quæ totum absorbet hominem copulatur?

B

Gratiæ, & gloriæ vnitas.

C

Intima vnitas.

Hæc sunt illa præcipua, & maxima dona nobis promissa quorũ, & ipse Princeps Apostolorũ meminit. Omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam, & pietatem donata sunt per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute per quem maxima nobis, & preciosa promissa donauit, vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ fugientes eius, quæ in mund est concupiscentiæ corruptionem, ex quibus sic innuit Augustinus. Hæc nempe mihi tota est spes omnisque fiducia cum in ipso Iesu Christo Domino nostro sit vniuscuiusque nostrum portio, caro, & sanguis, & vbi mea portio regnat ibi me regnare credo, vbi caro mea glorificatur; ibi gloriosum me esse agnosco, vbi sanguis meus dominatur, ibi me dominari sentio, quamuis peccator sum de huius communione gratiæ non diffido, & si delicta mea me excludunt, naturæ communio non excludit, nec repellit; caro nostra nos diligit, quia hanc prærogatiuam habemus in Christo, qui pro nobis illam suscepit sumus autem membra eius ipse denique est caput nostrum ex quo totum corpus confectum est, nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea, & erunt duo in carne vna; grande vtique mysterium de quo ipse Apostolus, inquit Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia, &c.

2.Pet.1.

D

E

Eph.5.

Vt mundus credat, quia tu me misisti duobus illustratur mundus, & quidem ad fidem Christi suscipiendam necessariis Sacramentis fidelium vnione comperta, alterum quod inquit mundum ob hanc vnionem credere Christum à Patre missum, & per consequens Christi fidẽ dogmata, & rudimenta nedum vera, sed & sancta esse quibus fidentes Ecclesiæ incorporentur, & ipsi sicque suæ consulant saluti, alterum quod summæ etiam prohibetur mundo necessarium, illud est, vt nos Christi discipulos, & asseclas agnoscant, vnde supra dicebatur, in hoc cognoscent omnes quod discipuli mei eritis si ad inuicem dilectionem habueritis.

Nostræ vnitatis intuere, qualis eueniat fructus, audisti quem tibi pariat fructum pacatissimum, audi & in Christi gloriam, ac mundi totius beneficentiam, vt mundus inquit credat, quia tu me misisti, idest vt me tuum verbum, & vnigenitum credat filium, & mihi fidem exhibeat, meamque suscipiat legem, & Doctrinã ad eruditionem ipsorum hæc est Christi, & Patris clarificatio, quam supra poposcit Christus.

Vnitatis nostræ fructus.

Vt mundus credat, quia tu me misisti credit mũdus factis, & operib. magis, quã verbis, qui magis mouetur exemplis quam verbis, ex quibus aperte dignoscimus fidem non tantum verbis, sed potius firmiusque innixam esse operibus, & factis; hãc catholicam fidem non sonus tantum verborum predicat, sed operum expressio confirmat, hinc qui dicunt se nosse Deũ & factis eumdem negant, quomodo fideles, aut esse, aut rectè dici poterunt, duobus itaque columnis firma consistit, vt vera sit fides, vt viua, vt salutaris censeatur, hanc extollunt oracula scripturarum, huic innitimur non inaniter est enim ipsa, quæ per dilectionem operatur.

Quam autem ab operibus separant hæretici hanc vix mediam amplectuntur à qua opera seiugunt, ideo velut mancam, & deficientem inconstantem, & defectibilem habent non firmã, & stabilem, aut longo temporis ductu consistentem, quid est fidem habere nisi certa cognitione rem agnoscere? hæc est fidei veritas, quæ non tanquam chimerica, sed realis, non velut phantastica, sed sincera ostenditur, dum quod verbis confitemur, operibus comprobamus vtraque fidei circunstantia hominibus necessaria, vna tamen prior alia, quia fides est ex auditu: nam accedentem ad Deum oportet primũ credere, ecce quod necessario est primũ, quod autem sequitur illud est secundum quia & ipse operum retributor est, si vis ad vitam ingredi serua mandata hoc de Doctoribus malè viuentibus Dominus ait qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic; minimus vocabitur in Regno cœlorum; soluit, & docet mandatum, quis quod prædicat, voce opere non implet, hic ad Regnũ beatitudinis nõ pertingit, quia minimus in Regno cœlorum, idest Ecclesia ad consortium sanctorum in cœlis non peruenit.

Heretici nudã quandã phantasticam, & chimericã fidẽ effingũt, & omni pene bonorũ genere spoliatam.

Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur, quia ad alta conscendet, & in cœlis collocabitur habent, & suas regulas fidei circũstantiæ, quæ ad credulitatem spectant simbolo regulantur quæ ad operationem regulantur præceptis vtraque sacra regulantur scriptura ad quam, & in credendis, & in agendis ne in altero offendamus confugimus hæc est vnitas, quam

quam nobis comendat Christus fidei, & charitatis, credulitatis, & operis.

Fidei & operũ unitas.

Hæc est vnitas in veritate qua res intellectui adequatur ecce finem præcepti charitatem de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta equidem existentis exint fidem nulla opera suffragari possunt ad salutẽ nec ex operibus illis apud Deum iustificari quisquam potest gratia accedentem ad Deum oporteat primo credere; existentibus autem in fide formata, & viua opera in vitam tẽdentia suffragantur quæ concomitantur sic ipsam fidem vt qui adulti sunt, & bene operari dedignãtur eminus à sua properent salutem à qua male operando elongantur.

Si qua est gloriatio operum ad fidem ipsa inanis est apud Deum quam reprehendit Apostolus quandoquidem nec Abraham ex operibus sine fide iustificari potuisset corã Deo quæ autem operibus bonis gloriatio in est fidem concomitantibus, & subsequentibus ea est ex uirtute fidei, & sacramentorum in fide contentorum quibus nobis suscipientibus gratiæ impertiuntur, & vnitati Christi, & sanctorum comũ & Diuinitatis participes efficimur ut non auditores sed factores uerbi iustificẽtur, cæterum ex his patet quanta in Christiano homine maxime autem in Religioso uiro reprehendere debeat coram hominibus vitæ integritas quam mundus adeo contemplatur vt nullo alio offẽdiculo moueatur uel exemplo excitetur quod Petrus obseruauit dicens fratres conuersationẽ vestram inter gentes habentes bonam ut ex bonis operibus vos considerantes glorificent Deum.

Religiosus omnis; suis omnes ędificare debet exẽplis.

1.Pet.2.

Et ego claritatẽ quã dedisti mihi dedi eis. Attẽde solem nostrum suos expadentem radicos in obsequium nostrum suæ non immemorem prouisionis dabo in Syon salute, & in Isiael gloriam meam sed esto in lumine eius videamus lumen, cum ipse sit qui illuminat omnẽ venientem in hunc mundum, nec sit qui se abscondat à calore eius: hic tamen aliam potiorẽ longeq; prestantiorem innuere videtur claritatem; eam autem præsertim claritatem suis Christus dedit quam ipse à Patre habuit immortalitatis, & æternitatis de qua idem ait in Epistola Carissimi nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus; scimus autem quod cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti.

Isa. 46.

1.Io. 3.

Est hæc (inquam) illa est quam Apostolo teste expectatio creaturæ expectat reuelationem scilicet gloriæ filiorum Dei, fulgebunt enim iusti sicut sol, insuper dedi eis claritatem quam mihi dedisti idest sermonem tuum, & doctrinam scilicet Euangelium tuum quibus quidem mundi tenebras ac ignorantiam fugare possint, & illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent; illuminareq; omnes quæ sit dispensatio sacramenti, est enim hęc claritas de qua dicitur lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis; vnde ad eosdem verbi Dei præcones dictum est. Vos estis lux mundi &c. *Ipsa* etiam miraculorum gratia claritas dicitur qua clarificantur, & certificantur populi veritatis doctrinæ eius quæ per Apostolos, & successores eorum ... mulgata est mundo: his enim adeo Paulus, & Barnabas Illustres uisi sunt vt sedare vix populos possent ne sacrificijs illos velut deos extollerent, & tamquam

Rom.8.

Beatorum claritas.

Ps. 118.

Math.5.

dijs sacrificarent.

Cæterum Salomonis, & Ezechiæ gloriam in potentia diuitijs Regno sapientia &c. consistere non ignoramus quam tamen gloriam, & uolucres cœli, & alia campi seu olera agri longe excedere ab ipsa veritatis voce audiuimus; ea autem clarificatio, qua Christianus illustratur animus, imo qua totus glorificatur homo, non oleribus nec passeribus minoratur, aut æquiparatur minoratur autem paulominus ab Angelis quia gloria, & honore coronatur.

F *Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis.* Alia quidem est claritas solis, alia est claritas stellarum, quia stellæ solis lumen pro captu participantes suscipiunt Attende, & quam claritatem & à quo eam suscipere debeant non aliam quã eam à Patre Christo donatam hanc, & à Christo sumamus oportet inanis igitur, & longe à Christiani clarificatione est quam aut nos nobis confingimus aut construimus siue à mundo quærimus, & de mundanis extollimur, audi ad quam gloriationem nos Apostolus ad hortetur omnia facite sine murmurationibus, &

Stellæ a sole suum mutuant lumen. Philip.

G hæsitationibus, vt sitis sine quærela, & simplices filij Dei sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersam, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi quia non in vacuum cucurri nec in uacuum laboraui triumphabat mundum, & Cæsares coronabantur qui captiuos hostes expoliatos occisos ducebant triumphis coronantur qui a Christo in mundum mittuntur, qui à vinculis absolutos à seruitute liberos à morte reuiuiscos ad ducunt omnem autem claritatem à Patre luminũ

H descendere, & ad eumdem Patrem referendã esse edocet Christus, qui eius compotes efficimur claritatis quam ipse à Patre suscipit, & sicut ipse in Patrem omnem retorquet suam claritatem vt per filium clarificetur Pater sicut supradictum est, ita & hanc eamdem non nisi rapinam nobis ascribere vsurpamus quæ tamen nisi cum Christo, & Patre consistat omnino extinguatur oportet velut si abstrahas carbonem ignitum à fornace mox extinguitur, & sua claritate, & splendore priuatur; non secus si Christianum virum doctorem vel præconem verbi aut quo quomodo Christi discipulum agentẽ si eius splendorem aut claritatem seorsum constituas, mox in carbonum opacitatem, & nigredinem se ipsa conuerti cõspicitur quod apprime in quibuscunque hæreticis facile est contueri, qui dum se ab ecclesia separantes celebres usurpata claritate effici opinati sunt obscuri, & tetri mox sunt conspecti omnis autem est emẽtita claritas quæ non est à Christo, & quæ non tendit ad Christum omnis gloria eorum tamquam flos agri quod hodie viret, & cras in clibanum mittitur vnde. &c. vidi Impium super ex

Omnis nostra claritas a summo sole Christo promanat.

K altatum; quęsiui eum, & non inueni transiui, & ecce non erat Reddamus igitur Deo Patri eius que soli filio cum spiritu paraclyto gloriã & honorem illũ rogantes non nobis Domine non nobis sed nomini tuo da gloriam.

Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis vt sint unum sicut, & nos unum sumus non aliam his meis tuisque dilectis gloriam quam eamdem æternam in corruptibilem eius denique luminis, quam tu dedisti mihi, dedi eis; Augustinus claritatem vocat immortalitatem quam natura

tura humana acceptura erat, vterq; igitur Christus ul3, & Apostoli habuerunt in natura humana acceptura erat Christus & Apostoli habuerunt in natura humana mortali donum immortalitatis, licet nondum induerint ipsam immortalitatem, sicut cum dicitur beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est Regnum cœlorū beati qui lugent, qui persecutionē patiuntur propter Iustitiam non quod iam adepti sint beatitudinem, sed ex infallibili illa promissione diuina, quæ nec falli, nec fallere potest, quæ autem ad prædestinationem spectant ex infallibili, inflexibili rati, ne certitudinis verbis præteritis potiori emphasi describuntur, quam prę sentibus, seu futuris cum enim sit immutabilis diuini dispositione iudicij æquiori animo per præterita, quam per futura, aut præsentia denotantur, & vt firma suscipiuntur.

Mat. 5.

Prædestinationis certitudo.

Vel Christus suam claritatem quam à Patre habuit suis impertiuit Apostolis, qui eam quā à Diuinitate habet potestatem peccata remittendi, demonia propulsandi, miracula faciendi, &cæ. Eamdem suis impertitus est facultatem quorum remiseritis peccata, remissa sunt. In nomine eius demonia eiicient, super egros manus imponent, & bene habebunt; qui præclaris facinoribus æquè, ac Chr. illustrantur, qui in virtute Christi præclaræ gesta'dū efficiunt, qui mundo obscuri habebantur illustrabantur.

Eam claritatem non aliam dat suis Christus, vt sint vnum in gloria, qui sunt in vna natura assumpta, & sicut vna est illi in Deitate cum Patre Maiestas, & gloria, seu claritas antequam mundus fieret, ita & post mundi finem vna cōis sit immortalitas, & gloria, licet eiusdē gloriæ diuersi sint gradus, seu mansiones, prima mansio est Christi ad Patris dextram existentis, cui enim Angelorum dixit vnquam Deus filius meus es tu, sede à dextris meis ? hic Stephanus Christum est intuitus, ecce video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei hunc locum iure adeptus est Christus, qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo hanc suam gloriam nemo suscipit à Christo, gloriam meam (inquit) alteri non dabo iuxta Christum Virgo Mater astitit quæ maioris glorię digna est fulsit, de qua dicitur Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato.

Eiusdē gloriæ diuersi sunt gradus in Patria.

Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum sicut, & nos vnum sumus Deus vnus omnino simplex inuariabilis incompositus prorsus immutabilis tanquam summe vnus summa etiam gaudet vnitate hanc itaque adeo nobis in hoc vltimæ suæ voluntatis codicillo commendat, prædicat, ac præcipit; commendat, dum illam nobis pro stemmate atque vexillo designat in hoc cognoscent omnes quod discipuli mei eritis si dilectionem habueritis ad inuicem, præcipit autem, dum ait hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem; illam suadet, & prædicat, dum nos ad sui similitudinem vt vnum simus exoptare videtur, qui vnum tantum hominem omnium Patrem voluit esse ipse nos iure naturali ad vnitatem creasse ostendit hinc pecudibus feris, & volucribus arma dedit, quibus inuicem ab insultibus tuerentur, hominem autem prorsus inermem, & nudum statuit quo agnosceret se nullis fore molestum, omnibus autem se præbere pacatum.

Pacis triplex genus.

Triplex quippe genus pacis à Christo cognoscitur vna qua nos ipsos componimus, qui à nobis ipsis non scindimur, propter quam illecebras abhorremus voluptates, reiicimus, & cor nostrum indiuisum custodimus magis, namque tunc agitamur insultibus quum intus locum criminibus damus, non enim est pax impiis inquit Dominus: veh qui claudicant duplici pede ad dexteram vl3, & ad sinistram declinantes huius meminit cum ait in me pacem habebitis, id est meæ auxilio gratiæ ab omni peccato liberi eritis; ideoque tranquilli.

Isa. 49.

Alia est, quæ ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei protenditur. Ad omnes (inquam) homines, quia iam pridem nulla poterat cum Cananeis, cum Iebuseis Medianitis, cæterisque Gentilibus cum populo Iudæorum pax iniri, imo nec coutebantur Iudæi Samaritanis inter hos omnes lapis ipse angularis Christus, dum ad vnam fidem, & vnum ouile voluit adducere cum omnibus nos pacem habere & ad vnitatem copulari iussit, qui crediderit enim, & baptizatus fuerit, saluus erit hanc solus, & ipse Christus potuit statuere cum omnibus gentibus pacem, qui ideo Rex pacificus prædicatur, quia ipse est pacificans, quæ in cœlis sunt, atque in terris, vt inquit Apostolus.

Est alia pax qua Deo coniungimur, qua illi sic copulamur, vt nulla virtute ab eodem diuelli possimus, sic enim Magdalena etiam reclamante Martha sorore à Christi pedibus vbi audiebat verbum illius, nec remoueri poterat, quæ à monumento Domini etiam recedentibus cæteris, non recedebat, sic alius etiam aiebat, etiam si occiderit me non recedam ab eo, siue adhuc sperabo in eum observa quo nexu per Christum vinciamur Deo, vt sint vnū sicut, & nos vnum sumus non quidem per naturam, sed per claritatem, quam do eis id est per gratiam, quam ipsis infundo, qua quidem omnis obscuritas peccatorum depellitur, & omnis ignorantiæ caligo profligatur per hoc enim quod ex claritate in nos vnio constituitur illa essentialis vnio verbi, & Patris excluditur. vt intelligatur non cum hæretico illo, qui cepuit medius velut proportio rōnis, sed (vt fatetur catholicus) proportio proportionabilitatis, id est vbi sufficit non omnimodam, sed aliqualem eam maxime, quæ deseruit proposito proportionē hauriri, quis aūt tā rudis, aut hebes ingenio talem inter Deum, & creaturas proportionem assignabit, quæ iisdē legib. & regulis gubernari possint? Hoc tantū ab est ab his, & non ignaris literature apud quos habetur pro cantatissimo finiti ad infinitū non esse veram aliquam proportionem, sed talem tantum, & imperfectum quam proportionabilitatem uocāt.

Col. 1.

Iob. 13.

Vt sint vnū sicut, & nos vnum sumus vnitate essentiæ nō vnitate personæ vnū sunt Pater, & filius esto tres sint substantiæ, vt vna quæque persona suā substantiā propriā habeat oportet .n. personā sua substantia subsistere vna tamen est tantum oīum substantiam in qua subsistunt Trinitatis singulæ personæ, & hoc cōis est tribus ipsis personis, vnaque omnibus cōis secundum quam rōnem in Conc. Nic. statutum fuit aduersus Arrianorū perfidiā homusion vocatā in

Tres sūt subsistētiæ tres diuinæ illæ per sona in vnitate essentię

in Trinitatem quo nomine Trinitas personarũ in vna sub stantia dessignatur vt docet Augustinus subsistere enim proprie suppositorum dicitur hæc namique de intentione nominis existit vt dicitur Doctor ille cælestis.

Augusti nus contra maximum, lib. 1. Cap. 14 D. Tho. 1. p. quest. 29 & 39.

Nos igitur, & si suppositis distincti simus haud tamen sic vnum in natura sumus vt idem omnino in essentia simus, mistice potius hæc est intelligẽda vnitas qua in eodem spiritu uniti sumus inuicem, & cum Christo capite qui enim separabiles, & distantes sumus loco tempore terminis proprietatibus accidentibus, &c.

Multum ab illa Trinitatis vnitate differimus cuius vnitas, & simplicissima, & inexcogitabilis existit qua potior nec esse nec excogitari potest; vnitas spiritus est qua, & vniti sumus, & uniti nuncupamur distinctæ lꝫ sint operationes distincta membra vnus tamen, & idem spiritus singula diuidens pro vt vult ad singulos cuius vnitatis Proph. meminit inquiens Hierusalem quæ ædificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipsum illic enim vnitas cuius participatio eius in idipsum de quo Apostolus ait. Accessum habemus ad Deum in eodem spiritu hinc velut indiuisus spiritualis homo à nemine iudicatur sed ipse est qui iudicat omnia quia scrutatorem omnium spiritum sanctum habet per quem omnia scrutabilia sunt nam ipse solus Dei spiritus scit quæ sunt Dei, & ij quibus voluerit reuelare hinc Patriarcham nostrũ Abraham in contemplatione misteriorum soporatum propter vnitatem spiritus, & diuisiones gratiarum eius in sacrificio animalia terrestria diuisit, volatilia autem nequaquam diuisit.

Ps. 121.

Ephes. 2

Sed & spiritum ne dum simplicem verum, & multiplicem sacrafatetur scriptura simplicem, in se ipso multiplicem in suis effectibus quos vnus, & idem operatur in interiori homine vnus est fide & charitate in exteriori multiplex dispensatione quid autem interior simplicitas præsefert nisi bonitatem puritatem; nitorem, & sanctitatem estote simplices inquit saluator sicut columbæ Iob autẽ laudabatur à Deo quod maxime simplex esset velut, à qua cætera bona, & iustitię eius deduci facile possent; quid autẽ duplicitas nisi à sinceritate à veritate a sanctitate decliuitas? Ve duplici corde uix enim sine dolo duplicitas ecce hipocritam in se ipso diuisum dum aliud ab extrinseco intus abscondit nolite (inquit Dominus) fieri sicut hipocritæ tristes.

Sacræ scripturæ sensuum vnitas.

Math. 6

Nostræ vnitati hoc tantum officit, & præiudicat vt non nostrarum sed voluntatum discrepantia ex istat stant pluralitates vocum in vno choro canentium, & multiplicitas instrumentorum vnius consonantiæ musicam perficientium dummodo alternatis, & congruis inuicem conueniant metris, & regulis sic, & multitudinis credentium cor vnum, & anima vna esse dicit ea autem vnitas quæ est consubstantialitatis non est affectus, & voluntatis conformitas, & animorum assensus tantum modo sed virtutis potestatis sapientiæ bonitatis, & gloriæ siue maiestatis quæ passim vniformiter de Patre, & filio prædicant scripturæ nec non ab ecclesia simul adorantur, & con glorificantur, cæteris ad optiuis de participatione sola gaudentibus.

Voluntatum & animorum unitas.

Ego in eis, & tu in me ne existimes alio te ne xu Deo vniri possum se nexum huius vnionis esse ostendit Christus, qui enim prius, nam ipse mediatorem Dei, & hominum se fecit ego (inquit) in eis, & tu in me, id est in eis minime, nisi per me: tu pater ex istes quisquis te habere optat, quisquis tibi copulari desiderat, per me huius nexum vnionis copuletur oportet; ego vt homo hominibus vt Deus Deo nexum unionis prebeo; nobis vt homo corporaliter vnitur qui corpus nostrum, & carnem assumpsit cui mistice omnes unimur nam ipso circonciso omnes circuncisi dicimur ipso moriente omnes consepulti sumus ipso resurgente omnes resurreximus dicente Apostolo si consurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite, & alibi si vnus pro omnibus mortuus est ergo omnes mortui sunt ut qui uiuunt iam non sibi viuant ecce igitur Deum, & hominem ecce qui nobis corporaliter vnitus est ipse nos spiritualiter vnit sibi vt vniti Christo homini qui homines sumus ei etiam vniti qui, & Deus est per ipsum Deo vniri possimus, & hic est spiritus nobis nouam vitam impertiens, vt si spiritu viuimus, spiritu, & ambulemus; neque enim alio fieri posset ut quę mortalis, & corruptibilis est natura, ad incurrptibilitatem, & immortalitatem transiret nisi per eum qui non gratia, sed natura immortalis, & incorruptibilis esset huius ad hesionis non ignarus Proph. inquit? mihi autem ad herere Deo bonum est sed quomodo bonum non est quod adeptio summi boni est? quanta autem adhæsio est quæ vna cum adeto est? qui ad hęret Deo vnus spiritus est cum eo quia vnum, & eumdem spiritum habemus qui spiritus Dei, & spiritus Deus est nam, & Deus charitas est, & qui manenr in charitate in Deo manent, & Deus in eo sed per Christum hæc nobis contingunt.

Collos. 3.

2. Cor. 5.

Ps. 72.

Adhesionis spiritus cum Deo unitas.

Ipse est pax nostra qui facit utraque vnum & ipse est ostium nec ad Patrem qui uadit quis nisi per filium nec ascendit quis in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo: Ergo ad hærtamus Deo, suscipiemus Christum vt suscipiamus Deum qui est cum Christo, vnus Deus Deus enim erat in Christo mundum reconcilians sibi ad hanc conseruandam vnitatem nos obsecrando rogat Apostolus solliciti inquit seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis cum omni humilitate, & mansuetudine supportantes inuicem quid est solicitos esse nisi vigilens, attentos, cautos, studiosos, & solicitudine non pigros ad eam nostram cum Christo conseruandam vnitatem, qua per gratiam uiuificamur in ipso? hanc in nobis, & in ecclesia spiritus facit vnitatem in uinculo pacis Abscindantur vtinam qui nos conturbant, qui vnitatem diuidunt, qui pacem euertunt, qui scismata suscitant, qui hereses edocent qui dissidia construunt qui insidias struunt qui corrumpunt moribus, qui Deum irretant qui proximum insequuntur, & qui vt bene agant intelligere nolũt, vt vnitate spiritus vni Deo seruiamus.

Eph. 4.

Destructores unitatis hæretici.

Ego

Ego in eis, & tu in me, vt sint consumati in vnũ. Paulo ante cum dixerit ego in te, & tu in me, & ipsi in nobis vnum sint: paucis, & tamen misteriosissimis periodis non procul ab eodem sensu ruminanda proponit ego inquit in eis, & tu in me, vt sint consumati in vnum quid est, quod ante dixit tu in me, & ego in te, nunc vero preposteroo ordine ego in eis, & tu in me? nisi se apertè mediatorem ostendere quo vl3 mediante, & nobis Deus, & nos Deo vniri debemus? ideo enim dicitur, & est Christus mediator inter Deum, & hominem, quia Deus cum Deo Patre, & homo cum homine reperitur non mediator, homo præter diuinitatem (inquit Augustinus) nec mediator Deus præter humanitatem, diuinitas, fine humanitate non est mediatrix humanitas, sine diuinitate non est mediatrix, sed inter diuinitatem solam, & solam humanitatem mediatrix est humana diuinitas, & diuina humanitas Christi hoc enim, & superius innuit cum se esse viam dixit per quem accessum habemus ad Deum, neque enim inter Deum, & Deum mediator esse potest, quia vnus est Deus mediator autem (inquit Apostolus) vnius non est, quia inter aliquos medius est.

Augu∫t. in hom. de eru-dibus.

Gal.3.

A

B

Ecce per Christum immo in Christo nos vniendos Deo, ego inquit in eis, & tu in me, & ego in te, & tu in me, & ipsi in nobis vnum sint, & ita vnum sint, vt in vnum consumati sint cæterum, adhuc mediator inter homines venit in mundo Christus velut lapis ille angularis vtrunque connectens parietem gentiles vl3, & iudaici populi, qui inuicem adeo repugnabant, vt nullo alio medio conuenire, aut copulari possent cuius D. Gregorius meminit dicens cum enim duo populi inuicem aduersus alterutrum dimicarent semper dissentientes, & inimici diuersitate cultus, & Doctrinæ Saluator horum arbiter venit amputans vtrisque populis per quod discordabant, vt possent vniri inuicem, & esse pacifici abstulit ergo à gentibus numerũ Deorum, & famulatum elementorum, quod scandalum erat Hæbreis abstulit, & à Iudeis ceremonialia opera legis neomenias, curam illam Sabbathi circuncisionem, escarum discretionem, & cætera quæ abhominabantur Gentiles adeo, vt Apostolo teste in Christo, nec circuncisio, nec præputium aliquid valeant, sed fides illa catholica toti mundo communicanda per Christum, vt vnum simus cum ipso abstulendo insuper, & à fidelibus odia se mediatorem inter quoscuuque inimicos constituit, dum dilectionem inimicorum, & omnium tam enixe præcepit, & comendauit, vt supra prolixius apparuit. Adhoc enim inimicitias in se ipso interfecit, quia mediator noster, & arbiter de cœlo descendit, in quo reconciliati, omnes simul vniremur Apostolo dicente ipse est Pax nostra, qui facit vtraque vnum.

Grego. super Epist. ad Gal.3.

C

Gal.5.

D

Eph.2.

E

Ego (inquit) in te, & tu in me, & ipsi in nobis ego in eis & tu in me, vt sint consumati in vnum quid est consumati sint in vnum? non enim (inquit) vt simus consumati in vnum, sed vt sint consumati in vnum quid est vnitas consumata nisi vnitas completa, & perfecta? neque enim opus erat dicere, vt simus quasi vt nos nondum perfectus esset Christus non plenè, seu perfecte adhuc vnus, quasi aut in se ipso, aut à Patris dilectione diuisus hinc velut se ipsum cum Patre à futura aliqua perfectione eximens, vt sint (inquit) & consumati in vnum.

Quæ est hæc consumata vnitas, nisi consumata fœlicitas? est enim vtique consumatio rerum, quæ est destructio ipsarum, sed alia est consumatia, quæ est rerum perfectio dum consumatur panis destruitur, & quod bibitur vinum, dum totum consumatur pœnitus ab esse remouetur, quæ autem perfecta est consumptio illa prorsus perfecta censetur, dum consumata vocatur domus enim, tunc consumata dicitur cum suis ædificijs, & compagibus stabilita conspicitur, quæ enim consumit Christus ad perfectiorem finem perducit.

Consumatio.

Non sic mundus qui consumendo sibi subiecta non perficit, sed destruit, & nihil sua vastitate ad perfectum perducit, vel ideo dicitur hic vt sint consumati in vnum propter quod dicitur alibi, ecce ego vobiscum sum vsque ad consumationem sæculi Matth. 28. quibus intelligimus Deum ad nos per gratiam descendere vsque ad consumationem seculi, siue mortalitatis nostræ subinde consumamur in fine quum absorbetur quod mortale est, & induamur illa immortalitate in qua per gloriam, quæ consumata gratia est, accedemus; ad cœlestia euacuantes, quod ex parte est, & assumentes, quod perfectum est.

Ego in eis, & tu in me, vt sint consumati in vnum, Ex Augustino dessumunt Theologi vnitatem Patri æqualitatem filio, & nexum Spiritui sancto quorum ratio assignatur, quia vnitas in substantia, sic consistit in Patre, vt non nisi per Patrem illam communicantem competat, aut filio, aut Spiritui sancto, & sicut vnitas est totius numeri principium, ita pater totius Trinitatis Principium dicitur; & quia nihil ante se præsupponit vnitas personæ ascribitur Patris, quæ sola nullam aliam, nec per originem præsupponit propter quod principium non de principio nuncupatur, & quia ab vno non nisi vnum procedit (vt docent Academici) multiplicato vno non producitur nisi vnum, & ideo non nisi vnum per generationem Pater producit filium, & per spirationem non nisi vnum cum filio producit Spiritum Sanctum, qui vterque in vnitate essentiæ cum Patre conueniunt.

Patri ascribit vnitas.

Vnum nõ nisi ab uno procedit.

Quid autem est æqualitas, quæ appropriatur filio nisi vnitas virtutis, quæ communicata est filio? sicut enim vnitas omnis numeri dicitur principium, ita æqualitas est omnis proportionis principium, & omnis inæqualitas per æqualitatem reducitur ad vnitatem. Hinc per filium creatura rationalis reducitur ad Patrem per quem filium omnis culparum nostrarum inæqualitas, & offensionem commissarum defectus per Christum Dei filium restaurari dolebat ipse Redemptor omnium vbi omnes peccauerunt, & egent gratia Dei non est, qui peruenire possit ad Patrem vbi vnitas omnis consumari dicitur, idest ad summam perfectionem redigi. Attende igitur. Tropũ Christi sermonis ego (inquit) in eis

Numeri vnitas.

& tu in me ut sint consumati in vnum quia per me in te eorum vnitas nobiscum completa efficietur, & perficietur, oportet enim vt to pica lege e rudimur, quæ sunt vnum in tertio, ea esse vnu m inter se secundum illam qua sunt vnum vn itatem.

Ego in eis, & tu in me ut sint. Ego in eis vt caput, tu in me vt caput, quia caput viri Christus caput uero Christi Deus, ego in eis per unitatem humanæ naturæ, tu in me per vnitatem naturæ diuinæ, ego in eis vnum, qui in eis omnia bona operor, quia sine me nihil possunt facere, tu in me quia Pater in me manens ipse facit opera, ego in eis eorū uicem gerens Saule, Saule quid me persequeris? quod uni ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis, & tu in me quia quisquis audit me, diligit me, suscipit me, audit, diligit, suscipit me, & Patrem meum.

Obserua sic quanti suos faciat Deus qui omnes in vno corpore cuius esset caput ipse Deus statuit, & conglutinauit hoc summe eius benignitatis singulare priuilegium, hoc immensę eius clementiæ beneficium, ipsæ in nobis operatur velle, & perficere pro bona voluntate loquitur ipse pro membris, non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis imo orat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, dolet, lætatur, & nobis cum omnia operatur, qui nobis cum usque ad consumationem sæculi semper commoratur omnium autem tam fidei quam spei, & charitatis ad Deum, in Deo, & cum Deo, vnio per gloriam tandem consumabitur ubi nostrum plane desiderium tanquam ad omnium bonorum fontem saturabitur proph. asserente satiabor

Ps. 16. cum apparuerit gloria tua. Nunc inquit Apostolus cognosco ex parte, tunc autem cogno-

1.Cor. 13. scam sicut, & cognitus sum; nunc per speculum in enigmate, tunc autem reuelata facie ad faciem contemplabimur, & euacuabitur quod imperfectum est, & quasi omnis consumationis finem videntes ad id quod perfectum est deueniemus.

Principii, & finis unitas. *Vt sint consumati in vnum* quorum vnus est omnium finis ad perficiēdam vnitatem necessaria est eius finis adoptio hoc autem ob id cōsumatio dicitur quod ex parte quidem erat ex parte vero ad huc non erat; sed nec dum apparuit quid erimus euacuabitur quod ex parte

2. Cor. 3. est, & implebitur quod perfectum est, sic nim impleres nos omnem iustitiam oportet vt esse cti viri euacuemur quæ erant paruuli, nam, & nunc quidem videmus per speculum in enigmate, tūc autem facie ad faciem, est enim fides argumentum non apparentium; sed ideo euacuabitur quia perficietur quomodo perficietur? quia videbimus eum sicuti est, ecce consumationem, nos vero inquit reuelata facie gloriam Domini speculantes in eamdem imaginē transformamur à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu; opus suum Christus se supra consumasse ostendit, nobis autem superest, & operis nostris consumationem facere, quid est consumare opus, nisi usque in finem opus perficere? non enim qui incepit, nec consumat perficit opus, sed qui incepit, & perseuerauit usq, in finem hic saluus erit, qui ædificat paulatim ædificat qui thæsaurizat paulatim thæsaurizat, qui autem hic ciuitatem per

manentem non habemus sed futuram inquirimus, qui nobis in cœlis thæsauros thesaurizamus, opus nostrum non facile consumamus quādoquidem, & Regnū cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud.

Hoc est consumatos in vnum ut in eum ad quē directi sumus finem omnes perueniamus hoc insuper illud est brauium quod vnus intercur sores suscipit quandoquidem nec diuisi fide, nec diuersi fine, nec discordes opere, sed quib. vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, vnus finis (Spiritus animæ unitas.)

F vna charitas copulat vnum inest cor vna anima in vno spiritu ij omnes sunt ille vnus qui accipit brauium, qui consumantum in vnum, qui opus suum perficiunt, absit vt vnus singulariter inter omnes currentes brauium exhibitum suscipiat; sed qui omnes vnum sunt, velut vnus suscipit quidem suscipit qui eodem fine fruuntur. Quis quis magis vnitur Deo qui passim magis adheret Deo is ut passim perficitur passim consumari, & dicitur, veritatem autem facientes crescamus in illo per omnia qui est caput Christus ex quo totum corpus compactum

G & connexum est. (Ephe. 4.)

vt sint consumati in unum quia ex nobis ipsis vnum esse non possumus qui etiam in nobis ipsis dissecati multis cupiditatibus, & voluptatibus sumus prorsus ab inuicem dissentiamus in vno copulati vnum efficiamur vnus autem tantum est Deus vnus Dei, & hominum mediator Christus Iesus Audi Israel Dominus Deus tuus vnus est; quid est consumari in vnū nisi consumari omnia dissecantia ab vno, & effici vnum? vt igitur consumet preuaricatio finemque omne peccatum habeat vni Deo copu (Integritatis, & innocētiæ unitas.)

H lemur oportet. Perfecta autem in vnum consumatio tunc effecta est cum nullum peccatum vel macula nec quidem venialis ab vnitate diuertat; quando hæc erit vnitas nisi quum nullum dominabitur peccatum in mortali corpore? sit autem nunc dixerimus quod peccatum non habemus veraces non sumus igitur tunc erit vnitas, & ibi erit consumatio quum extinctum erit omne peccatum, & ablatus omnis peccati fomes, oportet enim ad eam nos puritatem reduci in Patriam ingressuri ad quam uel in qua per baptismum constituti fueramus, ni- (Consumata, et perfecta unitas.)

I hil enim coinquinatum intrare in regnum potest ita vt de omni etiam verboocioso rationē reddere accepta vltione teneamur, & quia per vnum mediatotem mundanum ideo in illo vnum sumus. (Doctrinarum unitas.)

Et ut cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut me dilexisti. Attende per quod inducatur mundus ad hæc sublimia sacramenta cognoscenda; per vnitatem vl3 qua nos vnum esse cum Christo conspiciunt quasi ab vnitate ad vnitatem, & à veritate ad veritatem deueniant; nec iniuria quandoquidem omne simi-

K le per suum simile persuadetur, non enim alio quam suo simili simile cognosci perhipathetica schola docet; quod si dissentiant discipuli si in uicem, altercantur pe præceptoris doctrina quis ingressurus scholas de veritate securus erit hinc omnes hæreticos ab ecclesia velut ab unitate separatos extollit anathemate ipse met ecclesia, nihil enim ita scandalizat omnes vt ab inuicem diuidi nihil autem tam edificat quam vnum fieri vnum sapere vnum velle.

Hanc mundus non nouit pacem hāc non habet nec

Imperfecta mundi. nec patitur vnionem, qui suis in anfractibus, vndique est diuisus, & inconstans hoc ad perfectionem spectat, vt sitis perfecti in eodem sensu,& in eadem scientia; qua quidem perfectione ducitur mundus in cognitionem Christum à Patre missum.

Missionis, & generationis vnitas. *Quid est cognoscere Christum à Patre missum*, nisi Christum filium Dei viui cognoscere; mittere filium,non aliud est,quam generare filiū, solus.n. mittere potest; qui solus generare potest, quia nulla alia est missio, nisi ipsa generatio processio eius est cuius dicitur missio;vnde qui à Patre solo procedit, à patre solo mittitur filius,qui autem à Patre,& filio procedit Spiritus sanctus ipse à patre, & filio etiam mitte dicitur: Igitur,qui filiū à Patre mitti cognoscit ipse ,& patrem generare filium cognoscit, &hanc sobolem, qui agnoscit patri consubstantialem,& cognoscat oportet,hic est potissimum nostræ vnitatis fructus, quem mundus admiratur,& admirando laudat laudando, cōcupiscit concupiscendo, petit petendo, consequitur consequendo, amplectitur amplectendo,retinet retinendo,possidet possidendo, fruitur,& fruendo, beatificatur, delectabuntur eum in multitudine pacis,quia posuit Deus fines tuos pacem.

Vnitatis fruitos.

Et cognoscat mundus quia tu me misisti. De Christo nihil cognoscit mundus, quia nihil cum mundo commune habet Christus, stultam fecit deus sapientiam huius mundi perdidit sapientiam sapientum, & prudentiam, prudentum reprobauit, quo igitur conuersurus est mundus, vt tantæ veritatis cognitionē perueniat? Ad fidei vnitatem, hæc est victoria, quæ vincit mundum fides nostra ipsa Philosophorum disceptatio in quolibet scientia, & in scientiarum rudimentis ipsa dissonantia opinionum varietas,& contrarietas conclusionum;arguit illos ignorantiæ, arguit illos falsitatis; fidelium autem caterua vnum sentientium,vnum dicentium,& in vnum conuenientium ostendit mundo fidei veritatem Euangelii certitudinem,& Ecclesiæ firmitatem.

Veritatis, & fidei euāgelicæ vnitas. *Hoc est, quod nunc cognoscere* inquit mundum Christum à Deo missum; supra autem credere dicebat, quia ex cognitione vnionis ad fidei notitiam inducuntur, quod credenda sit vera fides, in qua tot sapientes, tot intelligentes tot capacissimi,& tantus concursus hominum in vnum credentes concurrant, quo perspecto, & à mundo confirmato relictis erroribus ab Idolatria, ad fidem conuertentur à pluralitate falsorum Deorum, ad vnitatem, & cultum vnius verique Dei concurrant, & Christum à Deo in salutem mundi ipsius missum confitentes suscipiant, velut Legatum, & Legislatorem, tanquam vnigenitum, & dilectum æterni Patris filium, Adhereatque Euangelio,& vniatur Ecclesiæ,velut non humanis, sed diuinis inter humanos institutis, & sublatis veræ, & plenioris vnitatis impedimentis flagitiorum, & errorum ad consumationem vnitatis perueniant quum anima vna, & cor vnum esset credentium in deo, tunc propagabitur fides nunc autē fides non augetur, sed diminuitur ,quod charitas refrigescat multorū.

Christi & ecclesiæ vnitas.

Et quia vniti non sumus Christo, & patri, ideo scinditur fides; & quæ aliorum consonantia aucta, & distenta toto orbi fuerat nostra dissonantia in hæreses, & scismata passim, & vndique dissoluitur, quod collegit vnitas charitatis,hoc dispergit culpa prauitatis, quod vinuit vinculum sanctitatis, hoc dissoluit virus prauitatis, quod reduxit pietas dilectionis hoc destruxit æmulatio ambitionis non est, quod conqueramur nisi de nobis, propter nos quippe orta est tempestas hæc; vniamur Christo, & credet mundus in Christum, quia ex vnitate cognoscetur Christus,& qui misit Christum Pater.

Cognitionis Dei mediū est vnitas.

A *Vt cognoscant, quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut, & me dilexisti*. Quomodo cognoscenda sunt Christi diuina mysteria ab homine mundano,nisi per fidem perfecta cognitio, quæ à summa veritate procedit certa cognitio, quæ à prima rerum causa prouenit, irrefragabilis cognitio, quæ nullis ambagibus obuoluta mortalibus, tam facile mentibus infunditur clara inquam, & inconcussa cognitio, quæ à supremo lumine illapsa participatur. Declaratio (inquit Propheta) sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, vt cognoscant,inquit quia tu me misisti hanc nemo scrutari potuit veritatem,quam qui confessus fuerat beatus ideo prædicatur,quia non aliunde, quam à Patre susceperat; dixit Petrus: Tu es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum venisti. Respondit Dominus Beatus es Simon Bariona,quia caro, & sanguis non reuelauit tibi,sed Pater meus, qui in cœlis est; dixerat, & mulierimo, & Diabolus, idem de ipso fassus est scimus,quia sanctus Dei es, vt quid Iesu fili dei venisti ante tempus torquere nos? sed nō sinebat Christus ea loqui, quoniam sciebant ipsum esse Christum. Ps. 118. B

C *Attende quod probat* in Petro damnat in Cacodemone; quod laudat,& premiat in Discipulo,cohibet, & repellit in Diabolo; Idem vterque dicit,sed non ab vno vterque didicit. Rogat pro confessione fidei in Petro confitente reprimit Diaboli dictum,quia tantam veritatem in Patre mendacij exhorruit esse in Diabolo erat suspicio non fides, sed opinio. In Petro erat plena, & vera fides quæ donum dei est non alterius; Credunt quidem Demoniorum phalangæ, & contremiscunt, sed non illo fidei argumento de quo Apostolus ait fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium; credunt eum deum in quo diuinam potestatem passim experiuntur cui nomen super omne nomen est à Patre datum, vt in nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, verum fidelium Christi cognitio ab eo auctore dimanat,qui obiectum est fidei, & ad quod dirigun tur, qui fideles esse cernuntur, sed dum ad vlteriora progredi conamur ea nobis præsceferunt obseruanda, quæ ab Augustino alio sensu sunt exposita. Non sic (inquit) accipiendum puto tamquam iterum dixerit, vt credat mundus, sed hic talis est intelligenda cognitio,qualis erit per speciem non qualis nunc est per fidem: nam videtur ordo esse seruatus in eo quod paulo ante dixerat,vt credat mundus,hoc autem vt cognoscat mundus, quia visio per speciem posterior est visione per fidem deinde cum subdit. D Heb.11. E

Et dilexisti eos sicut, & me dilexisti tantum nobis per ipsum gratiæ dignitatem communi-

ostendit, vt his potiremur paternæ dilectionis insignijs, quibus & ipse qui naturalis est filius extollerentur, qui enim eorum quæ fecit, nihil prorsus odit; quis effari poterit quanta dilectione vnigeniti sui membra persequatur? membra quippe vnigeniti sui inquit August. ad Angelorum suorum æqualitatem gratiæ suæ largitate producit in filio, quippe nos Pater diligit in quo ante mundi constitutionem elegit, & ideo membra in filio diligit, quæ per adoptionem sibi copulauit, nec tamen ideo pares vnigenito sumus, per quem reconciliati, & regenerati sumus propter id quod dictum est dilexisti eos sicut me dilexisti, quia non semper cum dicitur sicut æqualitatem denotat quasi tantum nos diligat quam vnigenitum diligit, sed eius proportionis similitudinē, qua vnum per aliud, haud tamen tantum vt alius, nam & supra hæc dixerat; sicut misit me Pater, & ego mitto vos; cum tamen missus fuit, vt fieret homo, qui prius non erat homo, vt saluaretur mūdus per ipsum, per quem saluati, & liberati sumus; minimè autem per homines, qui aut non erant, cum homines non essent, aut cum fuerunt non nisi homines fuerunt.

Aug. tract. 110

Hoc igitur insinuat, & sicut dilexisti eos sicut & me dilexisti, idest ab æterno siue ante mundi constitutionem me, & eos dilexisti, quid est dilexisti eos sicut & me, nisi aperte dicere nos non ad tempus, sed æternaliter & sine fine dilecturum ostendere? quid sicut nisi vna nos homines cum Christo homine dilectione diligere? qui enim conformes imaginis filij eius eiusdem sumus, & condilectionis participes, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus; tandem quid est dilexisti eos sicut & me dilexisti nisi communia nobis cum Christo omnia bona facere collocaturi benedicti Patris ad dexterā ad mensam eiusdem in eodem Regno sessuri? sed ille, sicut ille; nos autem, sicut nos.

Et dilexisti eos sicut, & me dilexisti, sæpius pro sua benignitate Christus repetit, quod non dedignatur seipsum nobis, & Patrem nobiscum conferendo assimilari, quod suæ maximæ est dignationis, & Apostolorum, ac cæterorum in tribulatione constitutorum fidelium est consolationis, quid auditu iucundius, quid cogitatu affeclis Christi suauius, quam æquè ac Christus nos à Patre dilectos? quid autem dilectionis ista præfefert consolatio nisi quod potituri sumus bonis illis quibus potitur Christus, vt edatis, & bibatis, super mensam meam in Regno meo.

Ea autem qualia esse dicantur quæ oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in hominis cor ascenderunt? Attende autem non dixisse Christum dilexisti eos quantum me dilexisti, sed (inquit) dilexisti eos sicut me dilexisti, non enim quantum Pater suum vnigenitum diligit, nos diligit, quandoquidem sic eum diligit, ut in ipso complaceat sibi, hic (ait) est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, sic (inquam) cum diligit, vt sit ipsa dilectio, sic cum diligit, ut omnem suam omnipotentiam substantiam, essentiam, & naturam communem faciat sic eum diligit, vt Pater omne iudicium det filio, exaltauerit autem eum supra omnia manuum suarum opera cuncta subiiciens pedibus eius nomen illi tribuēs quod est super omne nomē cui omne genuflectitur auctorem omnis salutis illum constituens.

Signa dilectionis Dei patris i filium.

Minimè igitur tantum pater cæteros diligit, verumtamen diligit eos sicut & eundem suum dilexit, & quidem hoc quia nos in Christo diligit dicente Apostolo, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus, in Christo sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, &c. qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum secundum propositum uoluntatis suæ. Hoc.n. cōsentaneum est rationi, & naturæ, vt qui totum diligit diligat, & partes, qui corpus diligit, & F mēbra corporis diligat; haud tñ tantum homo diligit sui corporis pedem, vel brachiū quantū diligit caput vel cor, qui pro defensione capitis, vel cordis, & brachium exponit periculo, & pedē, est o sicut diligit unum diligat, & reliquum qui mēbra diligat in corpore sic Deus qui nos in suo eligit filio propter Christum nos diligit in quo sumus uiuimus, & mouemur. Qui igitur diligit omnia quæ sunt quibus suaderi poterit quantū diligat eos qui sunt in Christo quanto amore prosequatur dilecti membra filii.

Eph. 1.

Sicut & me dilexisti amore charitatis amore G ad salutem tendente amore perenni, secundum in charitate perpetua dilexi te, &c. Attende igitur quomodo Christum dilexit pater vt & tu diligaris à patre, qui sic te dilexit sicut Christum dilexit Christus, vt placeret patri exinaniuit seipsum formam serui accipiens, ut placeret patri displicere mundo maluit, si enim quis amicus huius sęculi esse voluerit inimicus Dei efficitur, Christus dilectus à patre, gloriam tantum patris quærebat, suam flocipendebat, Christus patris instituta obseruabat, & sicut mandatum dedit illi pater, sic faciebat Christus incommodis omH nibus subiacebat, vt salutis sterneret iter errantibus, Christus cum esset filius eius patris, qui Solem suum oriri facit super bonos, & malos pluens, necnon super iustos, & iniustos, pro inimicis, & crucifixoribus exorabat quæ omnia Christiano homini sunt necessaria, ad eum consequendum amorem, & possidendam eam æterni patris dilectionem qua suum semper prosequutus est filium.

Dilexit pater Christum sedulis tribulationibus lacessitum vsque ad mortem, mortem aūt crucis suos sic uidetur diligere in persequutionum I turbine constitutos; salus namque iustorum in tempore tribulationis, uix enim uisus est diligere, nisi pressos tribulationibus; quomodo nō illas libenter suscipimus, quomodo Christo conformari non cogimur, vt cum Christo, sicut Christus à patre diligamur?

Pater quos dedisti mihi uolo, ut ubi sum ego, & illi sint mecum, qui nobis promeruit veniam peccatorum, qui nos ad cœlestia Regna reuocauit, qui nostra patri persoluit debita, qui satisfecit paternæ iustitiæ, non rogat, ut quod sibi iure debetur, tribuatur sed cum iustissimo negotium haK bens æternoque patre, inquit, pater quos dedisti mihi, redimendos, & saluandos uolo ex merito meæ passionis volo non citra, uel ultra, siue contra tuum velle, sed uolo vt eiusdem potentiæ, & auctoritatis sicut tu, volo quia & ego nō tm gratiā, sed & gloriā tribuo, ut ubi sum ego, & ipsi mecū sint, per id enim quod ait, ubi sum ego clare patet suæ hic diuinitatis habere rationē; neque enim secundum humanitatem erat adhuc in beatitudinis solio, nisi forte intelligas, secundum superiorem partem rationis scilicet,

secun-

secundum quam fruebatur, & beatus erat, quia tamen totus homo beatificandus est, cui toto, idest animæ, & corpori beatitudinem promeruit Christus, ideo videtur satius intelligendũ de diuinitatis ratione, sed quid est, quod dicit vbi sum ego quoad diuinitatem? nonne cœlum, & terram ipse implet.

In cœlis esse dicitur vbi sua maiestatis splendor effulget illic velut accommodato, & proportionato loco, Angeli, & Beati faciem contemplantur æterni Patris dicente Domino. Dico vobis, quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est, sed illud occurrit ad notandum non dixisse Christũ volo, vt vbi sum ego, & ipsi sint, sed addit sint mecum magnum quidem bonum est esse cum Christo possunt vtiq; & mali esse, vbi est Christus, sed qui diuisi sunt à Christo, quomodo erunt cum Christo? peccata vestra diuiserunt inter me, & vos.

Soli sancti vniti sunt cum Christo, soli beati cum beato, soli iusti cum iusto, & cum sancto sanctus eris. Vide latronem mox cum Christo existentem nedum sanctum, sed & beatum effectum hodie (inquit) mecum eris in paradiso; hoc cupit, & quælibet anima iusti dissolui scilicet, & esse cum Christo eo enim maius bonum est cum Christo esse, quod perpetuum bonum est, quod æternaliter inseparabile à summo bono est.

Volo, ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum Christum in sinum Patris existere teste ipsa veritate didicimus, ecce igitur vbi semper cum Domino erimus, sic enim sponsam decet in sinum sponsi recumbere: Ipse igitur, qui sponsam habet sponsus eius est, quod continui (inquit) in sinu meo multarũ gentium, quarum non omnium, sed illarũ multarum, de quibus dicitur, In brachio suo congregabit Agnos, & in sinu suo leuabit, ouis enim, quæ perierat suo pondere peccatorum grauata humeris imponitur donec in agnum per innocentiam, & expiationem peccatorum demisso onere conuertatur cui sinus debetur. Hæc enim mutatio dexteræ excelsi, vt à sinu Abrahæ, vbi Patres in Limbo deportabantur: In sinum Christi in cœlis collocentur, quæ enim animæ adhuc expertes beatitudinis erant, nec beatificari poterant, in Abrahæ sinum ab Angelis portabantur, quæ autem ad Beatitudinem, & fruitionem essentiæ diuinæ suscipiuntur in sinum Dei per Christum inducuntur consortes vbi fiant archanorum omnium diuinorum in visione illa beatifica.

(Supra c. 1.) (Isa. 40.)

Volo, &c. præcipui petiti, imo omnium petitorum, & petibilium summæ se largitorem in tam præcipuo bono ostendere voluit supra enim multis sermonibus suam humanitatem cõcernentibus precatorem apud Patrem se exhibuit, & præbuit, congruum erat, vt aliquid suæ interponeret diuinitatis, & humanitatis, ne ab eius diuinitate euerteretur legentis, siue audientis animus: Nec non vt nobis illud arcanũ adaperiat, quod ipsemet donet idem, quod ipsemet poscit, quasi aperte insinuans non ideo poscere, quod præstare ipse non possit, sed vt nobis poscenda multisque precibus obtinenda bona illa spiritualia, & æterna fore denunciet iuxta quod scriptum est petite, & accipietis pulsate, & aperietur vobis omnis enim qui petit accipit &c. hanc enim vim Regnum cœlorum patitur.

Pater quos dedisti mihi uolo vt ubi sum ego & illi sint mecum. Rogat, & vult, quia non rogat, vt aliquid quod non habet accipiat siue aliquid suæ virtuti deficiat, magis autem approbat quod, & supra dixerat, quia dedisti ei potestatem omnis carnis, id est omnis hominis seu super omnes homines; sed quia Christo collata potestas alia non est à potestate Patris, sed ea prorsus quam sibi communicat Pater, ideo vt A eamdem suam cum ea quæ est Patris ostendat inquit volo; quod si non posset dicere uolo; quomodo eadem potentia esset cum eo qui dicere volo potest.

Aeque igitur omnipotens est Pater, & filius, simulque, & Spiritus sanctus quorum omnium simplicissima, est vna virtus si autem obijcias quod instante sibi passione in horto idem rogauerit Dominus vt calix trãsferetur ab ipso qui mox subintulit; non quod ego uolo, sed quod tu uis, & iterum non mea sed tua voluntas fiat cum Augustino respondemus vocem quidem B hanc capitis, sed loquentem esse pro membris, & ideo cum Petrus à passione retrahere videretur ipsum caput omnium saluandorum exprobratus velut hostis, & reiectus instar Sathanæ fuit. (Notãda solutio.)

Sonus nostræ infirmitatis illa precatio fuit quã in se caput transfigurauit quando formam serui accepit, & peccata nostra in cruce delenda portauit, subinde, & sic rogando maluit dicere volo, vt vbi agitur de æterno pollicito præmio certiores fiant qui in Christi vinea asciti laborant, nihil enim operandum ardua suauius C inuitat, nihil uehementius mortalium animos impellit quam præmiorum certa acquisitio Audiant quicunque laborant qui humana despiciunt terrena pessundant, carnalia detestantur, qui persecutionibus comprimuntur molestias pro Christo patiuntur volo inquit vt ubi ego sum, & ipsi mecum sint audite inquit Augustinus & quo spes vestra eleuetur attendite qui sunt qui dati sunt filio; ipsi qui conformes facti sunt imaginis filii audiant isti audiant, & lætentur Christus Iesus dicit filius Dei dicitur vnigenitus, & æqualis Patri dicit, dicit veritas, D dicit via; dicit, & ipsa vita qui ostendit tibi vt peruenias ad vitam. (Præmii est mercedis expectatione iucũdus omnis labor efficitur.) (Ephe. 2)

Volo (inquit) quia, & idem te uelle scio, vt ubi ego sum, & ipsi mecum sint sic enim disposui illis Regnum vt conregnare illos faciam, & conscendere ad mensam meam in Regno meo cuius beneficentiæ recolit Apostolus propter nimiam inquit charitatem suam qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos Christo, & conresurrexit, & consedere fecit in cœlistibus ut ostenderet in sæcu- E lis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate supra nos.

Cum autem dicitur, vt ubi ego sum si ad internam animæ eius gloriam siue pro ratione Diuinitatis intelligas planior nobis redditur sensus ipse verborum, qui semper ad Pátris dexteram sedit, si autem ad glorificationem humanitatis sensum referamus eundem sensum pro capite, & membris intelligimus, scilicet, vt pro futuro præteritum accipiamus, vt vbi ego sum, idest, infallibiliter iturus ascensurus, & sessurus sum, & ipsi ibi mecum sint, velut & Apostolis dictum,

dictum, qui consedere nos fecit in cœlestibus non quod iam sedeamus, sed infallibiliter, & certius certo sessuri simus si eius erimus, vel secum nos iam consedere dicimur vbi non per gloriam cum nondum apparuerit quales illi erimus neque per speciem, quia adhuc caligine enigmatis detinemur, sed per fidem, & spem si tamen non frustra spe salui facti sumus.

Demum nunc sic in cęlestibus, sibi consedemus quomodo & cęlestia mente capimus, quid nisi nostra conuersatio in cælis est. An & non sedere possumus, vbi iugiter conuersamur: Verum cum Patri diceret, quos dedisti mihi volo, vt vbi ego sum, & ipsi sint mecū, de ea cohabitatione proculdubio loquebatur, quæ stabilis firma, & æterna in Regno illo est, vbi videbimus eū sicuti est: pp quod sequitur, vt videant claritatē meā, quā dedisti mihi nō ait vt credant, sed vt videāt, quæ visio nō fides, si merces fidei est.

Visio Dei est fidei nostræ merces.

Pater quos dedisti mihi uolo, ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum: An non satis erat dicere volo, vt vbi ego sum, & ipsi sint; prætermisso eo quod apponitur, vt mecum sint? quippe si simul erāt nonne secum erant? & si secum essent, quomodo additur mecum sint? An quia vt supra dictum est, in domo Patris mei mansiones multę sunt? quæ tamen mansiones nullis alijs, quam meritorum, & præmiorum limitibus, seu gradibus distinguātur nihil officit vt omnes simul cum Christo sint.

Cap.14

Quæramus si quomodo Domino suggerente aliquid & in hoc vno verbo scrutari pro ædificatione possimus, agnum imo & summū hoc bonum (inquit Augustinus) esse cum Christo propterea nimirum nō satis illi fuit hoc dicere, vt sint vbi ego sum, sed apposite addidit, & ipsi sint mecum, nam & miseri illi, qui à sinistris eius in die Iudicij stabunt, & ipsi erunt, vbi Christus erit, & tamen non cum Christo erunt, sed ethari lei, & qui illudebant Christo ipsique crucifixores Christi, sed nonne ad inferos descendente Christo ibi erat Christus vbi erant Dæmones cum Christo, quod si damnati cum saluatore essent, quomodo sine salute essent? vis scire aliquem, qui in inferno erat & tamen saluus erat, quia cum Christo erat? vide latronem Christum confitentem, & salutem à Saluatore poscentem memento mei Domine, cum veneris in Regnum tuum audisti salutem à Saluatore, scilicet in cruce moribundum poscentem audi pollicentem, & exaudientem, hodie mecum eris in Paradiso, quomodo hodie in paradiso? nonne in inferno? Absit vt infernus sit infernus illi cum quo est Christus, nullus infernus his, qui sunt cum Christo propterea non ait latrone Dominus hodie eris in Paradiso, sed mecum (inquit) eris in paradiso, quandoquidem si non mecum ieris nec in paradiso eris, sed non in inferno est ille de quo scriptum est, si ascendero in cælum tu illic es si descendero ad infernum ades? & hoc quidem

Ps.138. Christo non secundum quod homo erat, sed secundum quod Deus erat; verum nulla ex hac parte, reperitur gratia iustorum, quoniam communis est, & impiorum

In hoc specialis gratia insinuatur per id quod mecum apponitur, volo (inquit) vt quos dedisti mihi, vbi ego sum, & ipsi sint mecum, ideo Apostolus postquam omnia arbitratus est velut stercora, vt Christum lucrifaceret hoc vnum cupiebat dissolui, & esse cū Christo vis, & eundem hic videre cum Christo mihi viuere inquit Christus est, & mori lucrum, viuo ego iam non ego viuit vero in me Christus dicente propheta si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Ipse Deus noster refugium nostrum, & virtus adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis propterea non timebimus dum turbabitur terra, vbi Augustinus ait, multæ hic sunt tribulationes, & in omnibus ad Deum confugiendum esse, siue (inquit) sit tribulatio in re familiari, siue sit in salute corporis, siue de periculo carissimorum siue de aliqua re ad huius vitæ sustentaculum necessaria omnino aliud refugium non debet esse homini Christiano, quam Saluator eius, quam Deus eius, quo cum fugerit fortis est, & quomodo fortis? ad quæ fortis? ad omnia sustinenda, ad omnia superanda audi Apostolum omnia (inquit) possum in eo, qui me confortat, non ego, sed gratia Dei mecum, mecū ait vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum, vt simul simus qui nihil ex nobis possumus, & cum ipso omnia possumus propterea enim legem, & mandata sua, iugum vocauit, & suum esse dixit quasi tracturus, & portaturus nobiscum.

Phili.1.

Gal.2.

Psal.22.

Aug. in Psal.45.

F

Phili.4.

G

Hic adhuc vmbraculo mortalitatis induti cū Christo sumus per fidē per quā inhabitare in nostris dicitur strictius autem per gratiam, & charitatem, à qua nec per mortem, nec per vitam deiuelle possunt, qui in illa radicat inueniuntur, quid est hic esse cum Christo, nisi animo, & pari sensu esse cum ipso? quod autem formidolosum est illud est, quod a Domino alibi dictum est, qui non est mecum inquit contra me est nullus locus tepidis, qui non est mecum contra me est.

Ephe.3.

H

Matt.12

Duæ sunt, ciuitates, & duo principes bonorum, & malorum, qui non est mecum contra me est Christus caput ductorque bonorum: Diabolus ductor, & caput factus malorum, qui non est mecum contra me est, Babilon habitatio damnatorum, Hierusalem habitatio saluandorum vide dicti veritatem, qui non est mecum contra me est, nemo potest duobus Dominis seruire, aut vnum odio habebit, & cæt. qui non est mecum contra me est, quorum enim contrarij sunt fine eorum, & contraria sunt officia, incompatibiliaque media eamus igitur cum Christo, vt perueniamus ad Christum perenniterque viuamus cum Christo non alia, quā eius claritate beandi.

Luc.16.

I

Pater quos dedisti mihi volo, ut ubi ipsum ego, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meā, etc. Iam prædixerat Christus quosdam confessionis in Regno suo affectantes gloriam bibituros suum passionis vltra calicem, quos tamen adhuc ad Patris voluntatem reuocat, Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, & ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo, volo (inquit) vt sint mecum, tanquam diceret, hoc volo, quod tibi placitum agnosco, ad hoc enim tu mihi illos dedisti non, vt ad tempus aut pro tempore mecum conuersentur in terris, sed æternaliter perfruantur in cęlis certus sum inquit Apostolus, quoniam potens est depositum meum seruare in illum diem petit à Patre, quod ipse donare potest, vt Patris, & filij

2.Thi.1.

K

vna

vna videatur potestas, quorũ & vna in diuinitate tantum est voluntas, quod si ad humanitatis assumptæ iura conspicimus, non est meum dare vobis, uobis (inquam) qui ex sanguinibus, & ex voluntate carnis propter affinitatem sublimari cõtenditis, ideo a mea nihil dona potestate, sed meritis ac diuinæ uoluntati iudicium negotium glorificationis remitto, quod ex humanitate suscipio, in qua vos fidere video, hoc vobis relinquo calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram, & sinistram meam nõ est meũ dare vobis, dono ex humanitate, quod ex humanitate suscipere potestis, nolo dare ex humanitate, quod dandum est à diuinitate?

Vel aliter ex Ambrosio, quid est quod inquit, non est meum? quia inquit veni humilitatem docere, veni affectum carnalis gloriæ cohibere, ideo non est meum dare vobis non negat se posse, aut velle dare, sed dicit non esse meum dare uobis, cuius iudicium euehit ad superiora, quam ipsi prætenderent, qui ignorabant, quid peterent non est meum, quia iustitiæ hoc munus non misericordiæ, meritorũ potius, quam gratiæ.

Ambr. expositio.

Ad patrem autem remittit, vt ostenderet patrẽ quoque non solis petitionibus differre solere, sed meritis quorumcunque consulere, ideo reprehenditur mulier quæ imprudenter dandum postulauit duobus quod debebatur pluribus, de quibus Dominus sedebitis, & vos super sedes duodecim quæ si legisset Seraphin coram Domino, stare Angelos assistere, & velut administratorii astare, quomodo postulare potuisset homines cum Domino sedere? quod si Dominus super Cherubin sedet (ut Propheta docet) quis hic hominum locus? & ideo (inquit Ambrosius) in posterioribus Apostolos suos commendans Dominus ait, pater quos dedisti mihi volo, vt ubi sum ego & illi sint mecum, vt uideant claritatem meam, &c. Vtique si iudicasset, quia diuinam sedẽ pater hominibus daret, dixisset uolo, vt ubi ego sedeo sedeant, & illi mecum, sed uolo (inquit) ut sint mecum non ut sedeant mecum, & ubi ego non quomodo ego, deinde subdit, ut uideant claritatem meam, nec hic dixit, ut habeant claritatem meam, sed ut uideant claritatem meam, seruus enim uidet; Domminus possidet; hæc uidendo quisquis beatus efficitur quum aperte à Domino dicatur, Beati mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt, & alibi ostende faciem tuam, & salui erimus, & alibi sic inquit in sancta apparui tibi, ut uiderem uirtutem tuam, & gloriam tuam.

Ps. 70.

Matt. 5.

Ps. 79.

Ps. 62.

Pater uolo ut ubi ego sum, & illi quos dedisti mihi sint mecum. His à Christo præparatur locus in cœlis qui sibi præparant locum in terris, conquerebatur enim aliquando; vulpes foueas habere, & volucres cœli nidos, filium autem hominis non habere vbi caput suum reclinet; habiturus ad cœlestia alterius loci etiam in domo Patris meminit, non sibi sed aliis suis vl; cum quibus hic est conuersatus, sibi non præparat locum, qui suum habet locum, quis autem locus sit filii supra audiuimus sinum esse patris, filius inquit, qui est in sinu patris ipse enarrauit filius vt uerbum intus est in patre, quia in principio erat verbum filius, vt homo est ad dexteram patris; ibi eum Stephanus est intuitus, ecce video cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei, hoc primo martyri ostẽsum est patenter, quod à cæteris credendum est fideliter, igitur non sibi præparat locum, qui nunquam declinauit à loco Passer (inquit Propheta) inuenit sibi domum, & turtur nidũ, vbi reponat pullos suos Passer Christus inuenit sibi non præparauit magis, aut præparatum inuenit, quia ibi est Christus homo; vbi habitat verbum velut in domo Turtur, idest ecclesia, hæc militans in gemitibus vitam ducens nidũ est consequuta per Christum, vbi pullos suos catholicos, & iustos reclinet, & collocet, quem nidum non ipsa, sed Christus præparauit, & fecit cum enim ascenderet Christus in cœlum velut Passer solitarius in tecto, tunc mœstissima gemere cœpit ecclesia, sui sponsi, & Domini præsentia orbata, quæ tunc gemere, & tristitiam habere incœpit, cum de suo abitu sponsus sermonem fecit. Ps. 83.

Vt ubi ego sum, & ipsi sint mecum, ecce Agnũ quem sequuntur omnes animæ iustæ sequuntur (inquit) ipsum quocunque ierit, sed esto, haud tamen inquit, ut ubicunque ego sum, quãdoquidem Christus homo sit ubicunque, non tamen ut homo est ubicunque, sed ut Deus & si hic & ibi sit Dei filius Deus, & homo, minime tamen est uel hic uel ibi, ut homo, illa enim quæ infinitæ est essentiæ persona, imò quæ infinita est persona est, & indiuisibilis, ac impartibilis, ideo ubique totus quo ad diuinitatem, secus autem quo ad humanitatem, quæ limitibus naturalibus terminatur est namque finita in sua naturali dispositione sub quantitate cõstituta, secundum esse naturale.

Secus autem si secundum aliud esse accipiatur in eucharistia enim vbi sacramẽtaliter Christus reperitur nemine, ibidem secum sunt sancti, neque enim oculi sanctorum, vel ipsorum Angelorum obtutus Christum in eucharistia existentem videre possunt scire, quidem possunt quod ibi existat videre autem non possunt, quomodo ibi existat, quandoquidem citra omnem eius mutationem Christus in omni eucharistia per solam conuersionem substantiæ panis in substãtiam corporis eius existat. In solo Regno cœlesti, in sola patria, vbi fruuntur Christo sancti sunt cum Christo, nunquam ab eius diuulsi præsentia, in qua perpetuo beatificantur, secundum quod subditur.

Nec Angeli, nec sancti Deũ uident vel uidere pñt i eucharistia latẽtem, nec modum quo ibi existit agnoscunt.

Vt uideant claritatem meam quam dedisti mihi, quid autem est Christi claritatem videre nisi illã possidere, hoc non reproborum, sed electorum est munus, Christum gloriosum intueri, non concitum indignatione, vt seuerum, & vltorem iudicem prout impii ad terrorem, in iudicio, in maiestate, & potestate magna videbunt, sed tanquam præmiatorem, & beatorem omnium iustorum in æterno suo consedentem solio, hæc claritatis visio ipsa est beatitudinis nostræ possessio in visione illa existente dicente eodem Euang. & Apostolo nostro in prima sua epistola scimus quia similes ei erimus quoniam videbimus eum sicuti est, ecce igitur vnionis fructũ, ecce pacis mercedem de qua apud Matthæum dicitur, Beati pacifici quoniam filii Dei vocabuntur; Beati mundo corde quoniam ipsi Deũ videbunt, tunc enim speculator maiestatis effectus oculus non opprimetur, sed roborabitur, & consolabitur, ac beatificabitur à gloria ipse enim est splendor gloriæ, & figura substantiæ eius candor lucis æternæ Sol iustitiæ, & agnus ipse est lucerna.

Claritatis visio

Cap. 1.

Cap. 3.

Vt

Vt videant claritatem meam, idest gloriam meam non enim ait vt habeant eam, quam ipse habet claritatem, & gloriam, gloriam enim meam alteri non dabo, quia Beatitudo in visione consistit, quæ visio non sensus, & oculorum sed intellectus, & cognotionis est, qua res intellecta cum intellectu sic vnitur, vt vnum fiant cuius vnionis supra ratio tacta fuit, hæc autem est illa præcipua atque maxima consolatio cui nulla alia, vel vt breuius ac melius dicam omnes aliæ æquiparari nequeunt, quā quis affectus fuerit, vel qui ipse tantum delibauerit omnem aurum in comparationem eius lutum reputabit, & argentum velut arenam existimabit diuitias omnes nihil esse dicet.

Nullus ibi oprimitur à gloria, quia nullus sibi vsurpat gloriam, nullus rapinam arbitratur se esse æqualem Deo ea vero suauis est gloria; quę est in vera gloria, quæ non aliunde quam de ipsius suauitatis contemplatione procedit totis viribus in hanc intendamus donec reuelata facie speculantes in eandem imaginem transformemur à claritate in claritatem tanquam à Domini spiritu ad quam inuitamur. Accedite ad Deum, & illuminamini, & facies vestræ nō confundentur.

Accede non scrutaturus maiestatem, sed voluntatem non auida curiositate, sed deuota pietate, non temeraria elatione, sed supplici humiliatione, quandoquidem nullus est dignus videre, qui non est dignus videri, nemo videre potest Dominum, qui non sit dignus, quem videat Dominus, nullum opacum corpus capax est in se ipso lucis, & nisi sit Diaphanum, & depuratum ipsa dissimiludine velut verberatum fulgore alio radios emitteret in sua opacitate consistens.

Quæ maculis peccatorum, obtenebrata est facies super carbones denigrata abscondi, potius iubetur in fossa humo ne videatur, & videat, decor autem faciei, quid aliud est annitor animę, & puritas conscientiæ: vix enim resplendere vllo modo potest, quod nō est politum, quod non est nitidum dum autem refulget sol in clypeos aureos resplenderunt montes ab eis, hæc est facies ad faciem visura claritatem inquit cupidus videre claritatem Maiestatis ostende, desiderat ostende mihi faciem tuam, sonet vox petitionis tuæ in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tuas decora, decet decorū copulari decoro pulchrum pulchro, formosum formoso, superbo oculo, & insatiabili corde cū hoc non edebam occultatur superbo oculo visio maiestatis, sincero autem & humili reuelatur, & ostenditur humilia enim respicit, & alta a longe cognoscit verum multi puritate neglecta claritatem Christi sua tenebrositate requirunt, & antequam à tenebris ad claritatem, idest, à peccato ad gratiam conuertuntur in suis adinuentionibus properant, & duces cecorum effecti à veritatis tramite deuiant ac in hæresum pelagus probabuntur. Ad quos illud dirigitur vanum (inquit) est vobis ante lucem surgere surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, cum dederit dilectis suis somnum ecce hæreditas Domini filii merces, &c.

Quæris, qui ante lucem surgit? nonne lucifer, qui mane oritur, & ante solem se exhibet? ecce Satanam, quæ Dei sunt nescientem, qui vult præire lucem, qui non vult lucem sequi. Audi quid Christus dicat cuidam se luci antiponentem dixerat Christus se morti traditurum, & crucifixurum, Respondit Petrus Absit hoc à te Domine, qui enim filius es Dei viui, vt ignominiosæ succumbas morti, vide euntem ante solum luciferum, quæ Dei sunt non prospicientem, vide quam vanum sibi ante lucem surgere ideo respondet Christus vade retro me Sathana noli præire lucem, sed sequere lucem: nam, & qui ante lucem præeunt sibi lucem impediunt, nec quo gressus dirigant recte perspiciunt, qui autem sequūtur lucem, optimè quo gradiantur aduertunt. F

Non tantum uanum, sed periculorum, & dāno sum ante lucē surgere, i. luce, & claritate christi nolle irradiari surgebant, & ante lucē filii Zebedei, qui se collocare ad dexteram, & ad sinistram contendebant ante ascensum lucis siue resurrectionem Christi ideo vanum, & ipsis quibus respondetur ne scitis, quid petatis; vultis ante lucem surgere, qui nondum nec comedistis panem doloris, nec calicem meum bibistis, sed an bibere potestis calicem, quem ego bibiturus sum? idest me in afflictionibus sequi? G

Omnis itaque, qui laudes quærit, humanas, qui gloriam popularem affectat iste, & ante lucem surgit, & in vanum surgit, qui non edunt panem doloris non surgentes à peccato postquā sederit in tenebris, & in vmbra mortis pœnitentiam agentes isti ante lucem surgunt, & in vanum surgunt, nisi. n. pœnitentiā egeritis omnes simul peribitis, quicunque dogmatizat, seu doctorizat siue etiam euangelizat Ecclesiæ catholicæ, lumine non præhabito hic & ante lucem surgit & adhuc lucifer vult præire solē in vanum autem surgit, quia omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, meus eradicabitur, & in igne mittetur nonne omnis, qui ante lucem surgit in tenebris, surgit & se supra lucem erigit nolens sequi lucem: ad quos dicitur quiiquam Deum cognouissent non sicut Deum glorificauerunt, &c. H

Hæc communis est, Hæreticorum damnata cecitas, & inexcusabilis elatio cæterum omnes, qui hoc volunt excelsi esse se præponunt Christo, & surgere volunt ante Christum, qui ibi humilis fuit inops perseuerauit in glorius apparere voluit abdicatus à se deliciis & sæculi voluntatibus simus igitur humiles oportet vbi Christus fuit humilis simus pauperes saltem spiritusimus inglorii nihil in propriam gloriam pertrahentes, sed omnia in Christi gloriam perficientes, vt simus, & gloriosi, vbi Christus est gloriosus, plenus diuitiis, iucunditate, & maiestate, Dominus ipse noster humiliatus est, vt exaltetur egenus, vt ditaretur sobrius, vt satiaretur, obediens, vt præmiaretur, quæ nobis velut hæreditario iure obseruanda reliquit, vt si compatimur, scilicet, & cū ipso glorificemur compotesque eius claritatis efficiamur de qua loquitur. K

Vt uideant claritatē meam, quam dedisti mihi, non quo ad diuinitatem solum qua æqualem me tibi in omnibus genuisti omnem mihi tuā maiestatem communicasti, verum & quoad humanitatem qua me speciosum, præ filijs hominum fecisti, & paulominus ab Angelis minorasti gloria, & honore me coronasti, & ad dexteram tuæ maiestatis consedere fecisti, omnium crea-

Faciei decor ē aīa nitor.

Aurea exposi tio.

Video ego quā salutarē cūdāq; tibi afferat hic author doctrinā, & in auditā expositionis seriem. Dom. I.

Hæretici, & super oēs ante lucē nitūtur exurgere.

creaturarum Dominium mihi dedisti, dum sub pedibus meis omnia subiecisti iudicium omnium iudicandorum mihi tribuisti, & omnes saluandos pro hæreditate mihi concessit; vt mecum sint, & mecum habitent, & à visione beatifica nunquam decidant.

Quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Aliud est quod datur natura aliud quod datur dilectione; quò ad diuinitatem pater omnia dedit filio naturali consequutione, quē sibi æqualem natura non dilectione generauit, non enim volūtate pater filium generauit si voluntas pro potentia ad vtrumlibet accipiatur; secus si pro complacentia sumatur voluntas, ipse enim filius ipse est in quem semper bene complacuit.

Quō æqualē sibi filiū Deus pater genuerit.

Quod autem ad humanitatem spectat claritatem eximiam ex dilectione est assecutus, quia (inquit) dilexisti me nulla fit mentio quāti diligat pater filium etiam quo ad humanitatem, quam vnitam uoluit filio, vt esset Deus, & homo; idem ipse filius satis fuit explicare dilectionem absolutam cum in absoluto omnia respectiua contineantur, & ut denotetur tota dilectione eum fore dilectum, nam teste Peripatheticorum Principe nil melius bono nil rectius recto, nil iustius iusto in uera pater dilectione est omnes congrua dilectio, hæc in auribus Apostolorum subintulit Christus ad altiora eorum animos euehens, qui eum uiderunt, non nisi abiectum non nisi despectum, & nouissimum virorum, mox illudendum, conspuendū, & cruci affigendum, ne frangerentur animis ad altiora, per hæc pertractis, quod & nos dum adhuc in glorium Christum pendentem in ligno conspicimus interdum, & ad eius gloriæ, & maiestatis celsitudinem mentis oculos subleuemus, velut ad viæ terminum tanquam exploratores læti aspiciamus quo tēdimus, & quę supersint dilectis, & compatientibus cum Christo obiter non pertranseamus.

Pater iuste mundus te non cognouit, quū prius patrem rogauerit, vt suos quos sibi crediderat sanctificaret, sanctum eum vocauit, quia sancti est sanctificatio, nunc autem retributionem eorum poscens iustum eum appellat; quod ad iustitiam pertineat unicuique secundum rationem reddere hanc autem iustitiam non nobis, nostris (inquam) meritis, sed suis ascribit iustificati enim sumus gratis per gratiam ipsius hæredes simus secundum spem uitæ æternæ, tanquam igitur dicat, pater iuste, ideo quia iustus es, & iustitias diligis; hanc meis retributionem posco, ut qui te agnoscunt, & de mundo ulterius non sunt adhuc cæco, hoc illis præstes, ut accessum ad gloriam habeant, ut qui te per fidem cognouerunt per speciem contemplentur.

Ad verā iustitiā tria concurrūt.

Pater iusti. Ad iustitiam alicuius cognoscendam, & comprobandam tria potissimum requirūtur alterum, quod nil sibi vsurpet non suum Deus autem cum sit Dominus omniū cui omnia subiiciuntur, & ab eo auctore omnium cūcta proueniunt, ideo nihil non suum usurpare sibi potest de quo scriptum est Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarū, & vniuersi, qui habitant in eo. Ps. 23.

Alterum, ut unicuique quod sibi congruit tribuat, & hæc est illa iustitia, quæ æquitas nuncupatur ad iustitiam distributiuam spectans, cū igitur Deus vnicuique tribuat reddens vnicuique, secundum opera sua iustus distributor, & optimus retributor, ita vt nullum bonum sit irremuneratum, & nullum malum remaneat impunitum iustus vocitatur. Iustitia distributiua.

Tertium autem quo quis iustus dicitur est in quo nulla obliquitas, vel decliuitas, siue defectus inuenitur; sic enim lineam iustam dicimus quæ nulla obliquitate deflectitur istis rationibus Deus vere, proprie, & essentialiter iustus appellatur cæteri autem ad normam ad similitudinem ad imitationem iusti coram Domino vocari poterunt, qui nihil aliorum, aut dolo, aut vi, aut arte contra rationem possident; qui iuxta rationes meritorum æqualiter munera, & officia distribuunt personas potentum in iudiciis non agnoscunt, causas pupillorum egenorum viduarum, & idiotarum, pro veritate tuentur, qui nullis facinoribus à rectitudine auertuntur secundum quod de Zacharia, & vxore eius scriptum est, vl 3, quod iusti ambo essent incedentes coram Domino sine querela quid est querela nisi sine defectu auersionis à rectitudine mandatorum? Hæ sunt querelæ de quibus passim accusantur transgressores coram Domino ab accusatore fratrum de quo scriptum est proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum die, ac nocte. Apo. 12

Iustitiæ effectus & opera.

Pater iuste, oportet enim ibi summam iustitiam esse vbi est summa sapiētia, nam rectores, & iudices oportet sapientes esse administrandam iustitiam quo discernere possint bonum à malo, verum à falso, rectum ab obliquo, reale ab apparenti, & alchimico, siue fucato omnis itaq; iustitiæ nostræ radius à summo illo Sole iustitiæ emanat, quæ est summa iustitia, & origo omnis iustitiæ, ab illo enim qui summe iustus est omne quod qualitercunque iustum est emanat, est enim iustitia Dei, quæ nostra fit quum nobis datur Dei enim gratia Dei iustitia dicitur, non qua ipse iustus est; sed qua nos iustos efficit sic enim & Domini est salus, non qua Dominus saluus est, sed qua nos saluos effecit.

Iustitia ē soror sapiētia

Iustitia ergo est Dei, qua non se sed alios saluos facit qua ex impiis iustos facit, sic enim scriptum est; quia cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, & iustitias eius non repuli à me, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde; lętentur qui volunt iustitiam tuam Deus ad quos sermo ille diuinus, Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur vis autem scire qui exuriant, & sitiant iustitiam saturaturi? Incipis esurire iustitiam quum incipis abhorrere peccatum, sic enim ait Augustinus. Cępisti peccatum tuum non defendere? Iam inchoasti iustitiam confessio peccatorum, & pœnitentia assumpta pro commissis, quæ in te ipso punis hæc est iustitia qua nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in Regnum cœlorum.

Dei iustitia. Ps. 4. Matth. 5 August. lib. de perfectione iustitiæ hois Tom. 7.

Nos autem esurire, & sitire iustitiam iubemur qui non foris, vt illi qui quod foris est emundāt sed intus iustificari præcipimur, quod enim aut esurimus, aut sitimus, hoc intus trahicimus cū igitur iustitiam esurimus, & sitimus abundamus plusquam Scribarum, & Pharisæorū; quia intus iusti efficimur, secundum quod scriptum est, audistis quia dictum est antiquis non occides, ego autem dico vobis; si quis irascitur fratri suo reus erit iudicio, Audistis quia dictum est antiquis non mæchaberis, ego autem dico vobis

Iustitiæ eluties. Matt. 5

bis qui viderit mulierem ad concupiscendam eam iam mœchatus est in corde suo ecce interiorem iustitiam, ecce esurire, & sitire iustitiam,

Psal. 18. de qua dicitur iustitiæ Domini rectæ letificantes corda, insuper quomodo in nobis iustitiam seruare debemus ex Augustino, attende te iusti-

Iustitiæ ethymologia. tia (inquit) videtur mihi quod inde nomen acceperit, quia inter duas partes diuisas, & dissidentes iuste sibi iudicare consueuit, & quidem in nobis duo quædam sunt contraria ad inuicem pugnantia, & rixantia, nam caro ipsa est quæ concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem habemus Dominam, habemus, & ancillam insurgit Agar aduersus Sarram ancilla aduersus Dominam, nec deest, qui iudicet inter ipsas constituatq; ancillam sub manu Dominæ.

Tribue tu animæ quod iustum est serua carni, quod suum est, & iustus eris tu, & iustum erit

Inferior iustitia. iudicium tuũ, humilietur ancilla, erigatur Domina, ecce ancillam abs te, castiga corpus tuũ, & in seruitutem redige carnis concupiscentias reprime, & quod iustum est exequeris qui plus indulges carni quam animæ, qui plus sensum quam rationem sequeris, iniuste agis, iudicium rectum peruertis; alteri minus alteri plus quam par sit tribuis; & iniustus efficeris, quo magis ab æquitate recedis conscende tribunal conscientiæ, & ibi iudica iudicium, inter nouercã, & matrem. Ibi enim decet te conscendere, vbi iudices tenentur pro tribunali sedentes iudicium proferre, noli blanditiis, aut promissionibus molliri, vt peruertas iudicium, iam factum est iudicium exequere, in iudicium subter te erit apetitus tuus, & tu dominaberis illius, & sic facto iudicio aduersarius obstrepere desinit, & non vlterius garrit, in sui exaltationem, sed confusus retrocedit, ita & si in fauorem rationis, & virtutis iustum iudicium protuleris videbunt recte, & lętabuntur, & omnis iniquitas oppillabit os suum.

Pater iuste, qui audis Deum vocatum iri Patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis, audi & eundem non tantum misericordem, vt æque non existat iustus ne audeas, aut temere vltra quam par sit eius misericordiæ in-

Præsumptio. niti, nec adeo eius iustitiæ tuos obtutus defigere, quin vicissim vtraque eius tibi occurrat proprietas, hoc vnum præponas, dum intendis in ipsum vt misericordia, & veritas faciem eius præueniant, hæc age, vt obuiant sibi, ne offendas in altero, quoniam vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, hinc iustus etiam peccator, vnde refocillentur exhauriunt, hinc qui stat videt ne cadat, qui autem lapsus est, vnde resurgere possit, nunquam desperat, inquit, enim quoniam misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur, neque enim esset aliqua virtus si cum virtute non esset virtus, Deus autem Dominus virtutum dicitur, in quo est omnis virtus, & à quo pendent omnes virtutes, non enim Salomon, aut Daniel ob misericordiam in iudicio iusti iudices sunt vocati, nec ob iustitiam, hic nouercam ementita sobo-

Vera iustitia in Dei cognitione consistit. le priuantem ille in falsarios testes sententiã proferendo, sed vterque est in vtroque iustus dictus, quod vnum sine altero perficere non poterant, quid autem tam iustum inter iusta, quã Deum cognoscere in quo sunt omnia, & pendent ab eo omnia propterea subditur.

Pater iuste. Hic nobis aduertendum, vt qui filii Dei nominamur, & sumus oporteat tales esse filios qualis est Pater audiuimus Patrem iustum, & sanctum esse, ideo dicente sancti estote, quia ego sanctus sum iustus enim Dominus, & iustitias dilexit; insuper qui Patrem iustum habemus, omnem contumeliam nostram, omnia dissidia, & omnem vindictam ad ipsum remittamus ipso dicente mihi vindictã, & ego retribuam, qui autem de aduersis conquerimur, quomodo causamur, aut diffidimus

F de bonis, & de malis ac facinoribus non timemus, qui iustum non ignoramus habet Patrem & Dominum.

Mundus te non cognoscit. A prima hæc iustitia deficit quæ in cognitione tui consistit, qui autem suum, nec agnoscit creatorem quantum deficit à iustitia? Ab hac Gentiles declinabant qui à ueri Dei cognitione deuiabant de quibus dicitur, Non in passione desiderii sicut gentes 1.Thes.4

quæ ignorant Deum, alia consistit iustitia in cognitione Saluatoris Iesu Christi, qui factus est nobis iustitia, & sanctificatio, & redem-

G ptio. Primum iustitiam Iudæorum Scribæ, & Pharisæi habebant secunda carebant, ideo de illis dicitur nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum, &c. 1.Cor.1

Sed est & tertia iustitia, quæ non fidei tantum, & cognitionis verum est operationis, hæc est iustitia non vocalis, sed realis, dum factores sumus verbi, & non auditores tantum. Dum igitur propria elargiris offensas remittis, & cæt. maiore iustitia adornaris, quam si aliena tantũ furaris, aut nulli iniuriam irrogas, hæc terrena, vel saltem Pharisaica. Aliud iustitiæ genus.

H *Est illa autem* cœlestis, & Christiana, si dentem pro dente, & oculum, pro oculo, vel bouem, pro boue, ac pro oue ouem poscis, adhuc terrenam, & Pharisaicam oles iustitiam si autem tollenti palium das, & tunicam, & his benefacis, qui te oderunt Christianam iustitiam es amplexatus, eiusque compos effectus si nulli malum pro malo reddis, sed econtrario benedicis maiore iustitia potiris. Hanc mundus non agnoscit. Qui diuitias Dei bonitatis ignorat. Hic Deum nescit. Quia quæ Deo conueniunt non intelligit, quid est aliquid agno- Cœlestis iustitia.

I scere nisi quæ propria, & conuenientia sunt illi intelligere? quapropter mundus qui de diuina iustitia de bonitate de eius omnipotentia titubat, & cęcutiendo disputat Deum non cognoscit.

Mundus te non cognoscit. In causa est ipsa mundi malitia qua obceruatur de qua dicitur excecauit eos malitia eorum quæ vero malitia nisi ipsum peccatum ambulabunt, ut cæci quia Domino peccauerunt, quid autem est peccatum nisi tenebra, & caligo? Ipse autem qui in peccato ambulat in tenebris ambulat, & quo per- Sap. 2. Soph. 1.

K gat ignorat. De quo Apostolus ait, quod si etiam opertum est Euangelium nostrum. In his qui pereunt est opertum, in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio Euãgelii gloriæ Christi, qui est imago Dei; quis est Deus huius sæculi nisi illuuies ventris quorum Deus uenter est, mundus vix alium sibi Deum persuadere potest, quam corpus suum, cui indulgent: & quem adorant obsequentes in omnibus, ecce concupiscentiã carnis, & concupiscentiam oculorum, 2.Cor.4

lorum idest, voluptatem carnalium, & corporalium, necnon & ambitionis mundum excecantem superest tantum superbia vitæ, & Deũ huius sæculi excæcatorem intelliges, quandoquidem omne, quod est in mundo, aut vnum, aut alterum est ipsorum.

Excæcat superbia, excęcat, & cupiditas, idest causa sunt excæcationis mundi, idest hominis; secundum ipsas concupiscentias viuentis, & ad illas solum respicientis, vt non fulgeat, idest appareat in mentibus eius lux Euangelij gloriæ Christi, idest Christi diuinitas in quo pater velut in vera imagine cõspicitur, quia ipse est imago Patris, qui supra dixit, Qui videt me, videt, & Patrem meum; est enim talis imago similitudinis, & æqualitatis, & perfectè repræsentans, vt vno viso videatur alius non per vnum aliud, Ad quos Psal. non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illorum in omni tempore, & alibi non proposuerunt Deum ante conspectuum suum, vis scire, an mundus
Rom. 1. potuit Deum agnoscere? Audi Apostolum, inuisibilia enim ipsius à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles (.i. de eorum malitia) quia quum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cógitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.

Mundus te non cognouit, idest cognoscere noluit: æquè enim & Deus ad mundum sicut mũdus ad Deum, & sicut eos non cognscere dicitur Deus, quos non approbat sua cognitione ad modum non cognoscentis se habens, Amen dico vobis nescio vos, ita mundus qui Dei sciẽtiam Euangelium, mandata, & voluntatem nõ attendit, nec vult acceptare, vt obseruet Deũ nescire dicitur cum nolunt intelligere, vt bene agant cum à veritate auditum auertunt cum ad egena elementa conuertuntur, cum exprobrant dicentes, recede à nobis, scientiam viarũ tuarum nolumus, &c. qui dicunt bonum malum, & malum bonum, qui ambulant viam non bonam, sed post peccata sua, qui dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & fodiunt sibi cisternas dissipatas, qui inspirationibus obturant aures, & desideria carnis nolunt perficere, &c.

Mundus te non cognouit, quasi dicat: Pater iuste iusto hoc tuo iudicio occurrit mundo, vt te non cognoscat, Auertisti enim tu faciem tuam ab eo ut te non agnoscat, Abscondisti a sapientibus, & prudentibus virtutem tuam, & gloriã tuam, & reuelasti ea paruulis; hoc mundus pro digna scelerum suorum retributione suscepit, vt non videntes videant, & qui vident cæci fiant iuste actum est à te Pater mi, vt qui mundus recipere noluit, eius perdant cognitionem cuius non receperunt dilectionem eius amittãt auxilium, cuius spreuerunt consilium, & qui oculos luci clauserunt, ne illam susciperent: obcæcẽtur dilexerunt enim homines magis tenebras, quam lucem, ecce quid respondeas habes illi interrogationi, & dubio. Quare Domi-
Isa. 64. ne fecisti nos errare de viis tuis? & quare cor
Cap. 6. nostrum indurasti ne timeremus te? insuper & quid est quod dicitur, Audite audientes, & nolite intelligere, & videre visionem, & nolite cognoscere.

Excæca Domine cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum iuxta quod dicitur; Obscurentur oculi eorum ne vi- Ps. 108.
deant, & dorsum eorum semper incurua excæcantur vtique & obscurantur eorum oculi siue mentes, qui credere nolunt, qui à veritate auditum auertunt, & fidem non suscipiunt, Abscondunt à sapientibus, & prudentibus, qui in propriis oculis sibi ipsis sapientes sunt; fiunt cæci,
A & mali, non immissa malitia, sed definente gratia, hoc est cor Pharaonis indurare infidelium mentes obcæcare, oculos prauorum claudere, aures aggrauare dicitur obscurentur corũ oculi, qui illuminari nolunt, & in curua dorsum nolentium erigi, & à peccato resurgere.

Ego autem te cognoui, ego qui terrena non sapio, ego qui non de deorsum sum, ego qui quũ in honorem essem à uera cognitione, non decidi, sed in veritate steti, nunquam similis iumentis insipientibus effectus; nunquam liuore, aut
B passione obxcæcatus, nunquam ira, vel ambitione caliginosus, nunquam passione desiderii illectus, &c. ego te cognoui, qui te præ oculis habui ad quem oculos meos leuaui, in quem cogitatum meum semper iactaui. Ad quem gressus meos dirigendo sine iniquitate cucurri, & direxi, quem ex toto corde, ex tota anima, & totis viribus meis semper dilexi cuius voluntatem in omnibus adimpleui, qui tuis semper mandatis obtemperaui, qui semper tibi coniunctus fui, qui nullis tenebris obuolutus fui, qui peccatũ non feci, nec dolum habui, qui à mundanis affectibus immunem me custodiui, qui partem cũ mundo habere recusaui, ego inquam te cogno-
C ui non vt Deus consubstantialis tibi, sed ut homo ex gratia coniunctus tibi, de me enim verbo tuo, vt consubstantiali filio supra dixi, quod nemo cognoscit Patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.

Ego te cognoui, quia te dilexi non enim omnibus, sed se diligentibus, ostendit Deus, facile videtur ab his qui diligunt eum, & præoccu- Sap. 6.
pat eos qui se concupiscunt, vt illis se prior ostẽdat audi diligentem, imò amore languentem adiuro vos inquit, sponsa filiæ Hierusalem si Cant. 5.
D inueneritis dilectum meum, ut nũtietis ei, quia amore langueo, quærebat quem diligebat, nec requiescere poterat donec quem diligebat, inueniret oculi Ionatham aperti mox, quod mellis dulcedinem degustauerit recensentur.

Ego te cognoui, idest, ego te esse Patrem mundo declaraui te iustum, & sanctum esse prædicaui me tuum esse verbum ostendi, tuæ voluntatis archana aperui, quanta sit tua bonitas, tua charitas, & longanimitas, quomodo affectus sis erga homines, misericors in misericordes, terribilis in improbos, ego te cognoui,
E quomodo cogites, tu cogitationes pacis, & totus sis saluti hominum intentus, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, eorum quæ te diligentibus præparasti.

Ego in omnibus te agnoui, quia tuorum scrutator sum archanorum absconditorum à sæculis quæ nemo Principũ huius sæculi cognouit, quæ ab oculis viuentium abscondita sunt, & uolucres cęli latent, .i. Angelici spiritus non capiunt quis videlicet sit locus intelligentiæ, & vnde sapientia veniat, & vbi inhabitet, ego agnoui, quam

posuisti pluuiis legem, & viam procellis sonantibus, quis sit Pater pluuiæ, & quis stellas roris genuerit.

Ingressus sum thesauros, niuis, & thesauros grādinis aspexi in qua via lux habitet, & quia sit tenebrarum locus sciebam ego quando nasciturus eram, & numerum meorum noueră. De cuius vtero egressa est glacies, & quis gelu de cęlo genuit, noui tempus partus ibi cum in Petris, & parturientes ceruas obseruaui, quis præparet coruis cibum, quando clamant ad Deum, eo quod non habeant cibos, quis calefaciat oua struthionis in puluere, & quis custodit illa ne conculcentur à bestia, & conterantur, quis extrahere possit leuiatum hamo, & fune ligare linguam eius feriens secum pactum, & accipiens eum seruum sempiternum, quis capiat hamo behemot in oculis eius, & in ludibus proferet nares eius, ego (inquit noster Iesus) sapientia Patris, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei, ego te Patrem meum, agnoui tuam virtutem scrutatus sum attingens à fine vsque ad finem fortiter omnia tecum suauiter disposui.

Et hi cognouerunt, quia tu me misisti. Hi quos habui doctrinæ, & mysteriorum tuorum, ac verbi Euangelici fides auditores hoc sunt adepti muneris, quod hoc vnum pręstantissimum abditissimum, & alias inscrutabile secretum cognouerunt, quod tu me misisti, Attende in cognitione Christi, Patris consistere cognitionē, qui enim fieri potest, vt cognoscatur missus sine mittente? ideo rectè complexus est, vtrumque inquiens, tunc & me, vide ex aduerso mundum non agnoscentem nec mittentē, nec missum, esto enim Farao, Moysem, in crepundiis agnouisset, haud tamen eum missum vnquam agnoscere voluit, qui mittentem se nescire fatebatur multis conatus est Moyses signis, & portentis Faraonem in sui cognitionem euehere, quod Dei nuncius esset, quod missus esset ab eo quibus emolire cordis non potuit duritiem siue ab oculis caliginem expellere donec vexatio, qualitercunque pręberet intellectum. Non sic fideles Christi auditores.

Et notum feci eis nomen tuum, quod potest exponi, quia tu me misisti hi cognouerunt te Patrem meum esse, qui me Dei viui filiū sunt confessi, & hoc nō humana ratione ducto nec à carne, & sanguine hoc reuelante instructi, sed a te Patre cælesti edocti, & quia notum feci eis nomen tuum, ego eis tradidi verbum per quod excelsum, & admirabile nomen tuum illis innotuit; hac enim ratione sum profectus in mundum, vt notam facerem virtutem tuam, & gloriam tuam, qui te tantum creatorem cæli, & terræ nuncupabant, hi nomen tuum, adhuc ignorabāt, qui te gubernatorē vocabāt, adhuc noīs tui rōnē perfectā non hēbant, qui te sapiētem, potentē, iustū, piū, cognoscebāt, ex parte tantū agnoscebant, quia verbum tuum adhuc ignorabant, & Redemptorem mundi nullo modo cręde bant, ideo ego nomen tuum notum feci eis: quia te & creatorem, & gubernatorem, & omnipotentem, & iustum, & pium, & præmiatorem, & vltorem, & trinum in personis, & vnum inessentia, & sanctificatorem, & Redēptorem per me verbum tuum, in humānā à me assumpta natura aperui, & notificaui, quādoquidem per alterum non potest tui nc nimis maiestas, & celsitudo innotescere, quum omnia tua, tuum complectatur nomen, cum omnia tibi conuenientia in vno tuo contineantur nomine.

Et notum faciam, qui notum feci per fidē notum faciam per speciem, expectatio enim creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat, & quod his me audientibus coram notum feci idem cæteris eorum posteris, & fidelibus notū faciam adeo vt vnum & idem reuelatum omnibus sit, & vnus omnium sit Magister, quorum vna est doctrina, & veritas reuelata, nō satis hoc mihi principio aut parti tuū tam sanctum, & ce- F lebre manifestasse nomen, sed a tam proficua mundo notitia nō desistam indesinenter illud nouis passim manifestari satagam prædicātium doctorum, & eruditorum numerum multiplicabo quo vndique innotescat, & celebrius habeatur iuxta proph. vaticinium. A solis ortū vsque ad occasum magnum est nomen meum, in gentibus, & offertur nomini meo oblatio mun da, quia magnum est in gentibus nomen meū. Mat. 1.

Hac prius uates prædixit, quod dono Christi, futurum erat, duplici autem modo hoc nos occupat studio Christus, quo tenacius pectoribus nostris Patris sui nomen infingat. Aliquādo eo- G tum verborum lectione, & auditione, quæ vocetenus effatus est Christus, & tunc sic illis audientibus ea dicta esse cogitare, & accipere debemus quasi, & nobis ipsis audientibus dicta credamus, quandoqnidem ipse, qui dixit notū feci idem est, qui inquit & notum faciā, quod namque vni dicit omnibus dicit, scilicet loquitur Deus, & secundo idem non repetit, Hic tam obnixe iubemur Dei verbum, & Euangelium, quod auribus audimus mente retineamus. Duplex dicendi modi.

Secundus dicendi modus, est per interiorē verbi H Dei ruminationē, vt dū illabitur menti doctor ille veritatis promissus spūs sanctus eo suggerente, quam dulcia sint eloquia Dei degustemus in vnius fidei veritatem omnes coucurramus omnem falsam doctrinam ab ecclesiæ confinibus expellamus, & vnum magistrū omnium inconcussa stabilitate sequeretur.

Et notum faciam. Audiant, & audiendo percipiant, qui Christum sic abesse ab ecclesia arbitrantur, vt nil in ipsa succurrendo producat, vel tanquam oblitus post ad Patris ascensum ac im- I memor nostri, nil aliud præter quod scriptum est, in ecclesia esse velit ipse, qui notum fecit, quæ legimus in scripturis ipse se notum facturum adhuc promittit, sed quæ? qualia? quomodo? vbi? quibus mediantibus? An suos non habet doctores ecclesia? Alios dedit Doctos alios pastores? An experimentum quærimus eorum, quæ per ipsos loquitur Christus credimus enim, quod & ipsi spiritum Dei habeant quorū doctrina fulget ecclesia, vt sol & luna.

Docet Christus gubernat, protegit, emundat adhuc, & deinceps suam ecclesiam, quid est dictu notum faciam, nisi promissio, & aperta pro- K testatio suæ gerendæ curæ? Tanquam aperte diceret curabo, & sollicitus ero, vt eademmet cognitio in posteris perseueret, quæ iacta est in his meis præsentibus, & audientibus eadem fides in tota ecclesia perseueret, quæ in fundamentis est obsignata me in vtroque auctore procurante absit, vt diuisus sit Christus ipse enim est hodie, & heri, & in perpetuum.

Et notum faciam. Attende quanti sit momēti

ista

ista promissio illud referaturum iri arcanũ quo in terris, in celisque nihil optatius nihil utilius nihil iucundius, in quo saluamur, in quo beamur, eripimur per quod ab omni malo, & induimur in omne bonum Hinc auspicari licet quanto nos obsequio deceat Christum prosequi, Rex ille Aegipti quanti fecit Ioseph quod notum fecerit sibi somnium, & paucorum annorum fertilitatem, & inde sterilitatem obuenturam predixerit? Nonne annulum de manu sua tulit Pharao, & dedit illud in manu Ioseph non ne torquem auream collo eius imposuit? Nonne super currum suum ascendere eum fecit iussitq; vt omnes ante ipsum genu flecterẽt? nonne nomen eius vertit, & vocauit eum lingua ægiptiaca Saluatorem mundi? quod autem potissimum fuit in omnibus illud edictum extitit, quo neminem mouere manum aut pedem sine eius iperio instituit, uide & attẽde alienigenam in Principem cui obtemperaret, ægiptios acceptasse, imo & asciuisse quod arcana, & quidem leuiora quam Christus qui longe nobis grauiora, & edisserit, & adhuc edisserere promiserit gens illa inculta legibus, fera animis, & Barbara placitis, nec manum nec pedem sine imperio Ioseph mouere ausa erat; qui autem Christianismum profitemur, qui sine Christo nihil facere perfecte bonum valemus, quem Redemptorem agnoscimus, & scientem omnia non ignoramus, iudicemque sæculi futurum expectamus, temere ei contradicimus, & præceptis eius recalcitramus;

Regina promissio.

Gen. 31.

Est, & alter cui Reges, & populi ignari disciplinæ laudabilis obtemperabant, ob id quod secreta edisserere uirus fuit Daniel; qui quum tres tantum caracteres interpretari potuisset, vl; mane Thecel, phares, a Balthasar Rege Babilonis sublimatur preconizatur, & præponitur populo; Nabucodonosor, & Darius Reges quibus encomiis quibus laudibus, & honoribus Danielem somniorum interprete non sunt prosequuti.

Vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit. Ergo vna tantum dilectio, cuius non nisi participes efficimur, si membra Christi sumus vna itaque dilectio, plures dilectionis gradus continens. vnde autem graduum diuersitas dignoscitur, nisi à dilectionis magnitudine? Remittuntur (inquit Saluator Simoni de peccatrice) illi peccata multa quoniam dilexit multum talis igitur est dilectionis gradus, qualis est diligentis effectus nundum toto corde amas nõ tota anima non tota mente? ergo ab illo grado deficis perfectionis ad quem velut per gradus ascendis, hæc est scala ád coelum usque prouecta cui innititur Dominus haud tamen vno gradu, sed pluribus constans gradibus paulatim ascende nec tibi crede; se interdum ascendisse videris ad supremum siue altum gradum, non per trãsito inferiori gradu.

Dilectionis gradus.

Iactas forsan animum quod paratus sis, & in carcerem, & in mortem ire pro Christo; attende ne tibi occurrat muliercula, & vilis ancilla, quæ te ad negandum Christum producat sibi ipsi suades quia diligis Deum? quomodo ascendisti ad sublimem gradum? An diligis æquo animo proximum? si autem quem uides proximum non ascendendo diligis, quomodo Deũ quem non uidens potes diligere? an ignoras eũ mendacem esse qui se Deum diligere dicit, qui fratrem suum odit?

Sed & qui Dei mandata non obseruas quomodo ad gradum dilectionis ascendisse asserere audis q̃ enim dicis, quia diligis Deum, & mandata eius non custodis mendax esse conuinceris, Ascendamus ergo ad dilectionis gradum, vt patris dilectio sit in nobis, quæ est in filio, ea (inquam) dilectione diligantur membra, A qua caput diligitur vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit; nulla alia est in Deo dilectio nisi ipse Deus, Deus enim charitas est Amor enim Patris quo diligit filium, is est quo filius amat Patrem Pater autem, & filius diligunt se spiritu sancto spiritus enim sanctus Amor est.

Pater et filius diligunt se spiritu sancto.

Vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis, Cum supra non procul ab hac sententia dixerit, dilexisti eos sic, & me dilexisti, merito hic quæri primum oportet, quomodo hæc dicta concordet vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, analia nos dilectioni dilexerat quam qua Christum amauerat? sed quomodo sicut ipsum B ita, & ilios dilexerat si non eadem sed alia dilectione dilexerat? quod si liam illos dilexerat quomodo procul ab ipsis, & non in ipsis dilectio erat? cui inde facile occorrimus si dilectionem charitatem intelligamus, teste namque eodem Apostolo, & Euangelista nostro Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.

In hac suam terminat sermonem Christus quia finis legis, & præcepti ipsa charitas est Apostolo teste Amabat igitur suos, & ex charita C te amabat in charitate perpetua dilexi; te ideo attraxi te miserans, in nobis hæc charitas erat quę nos diligere Deum faciebat imo & ad diligendũ proximum urgebat: perfecte tamen & totaliter hanc possidere homo non poterat, qui pręceptum de dilectione Dei adimplere non valebat, nec tamen sic iubebat Dominus tota anima, tota mente, totisue viribus ipsum hic amari; cum hoc non vissit vt diligamus, sed vt diligeremus: non enim dixit dilige, sed diliges, idest diligendo perficies donec tota anima tota mente totisque viribus perficies Tunc igitur dilectio qua Pater dilexit filium erit in nobis cum D perfecte, & nos possidebimus claritatem per quam amans Pater Amor spiritus sanctus, & qui spiritu sancto amatur à Patre filius sit, & in nobis.

Epist. 1. Cap. 4.

1. Tim. 1

Hiere. 31.

Per illud itaque pręceptũ hoc intendit Deus vt sibi homo perfecte vniatur quid tantum in Patria ad impletur ubi Deus sit omnia in ombus ibi enim præceptum charitatis perficitur, ubi charitas Ipsa perficitur nunc quidem manent tria hæc fides, spes charitas: quarum nulla remanet in patria, nisi sola charitas charitas nũ E quam excidit inquit Apostolus fides ad visionem pertingere spes ad passionem, illic abolita est fides, ubi quod creditur videtur, ibi ablata est spes ubi possessa est à sperante res charitas ipsa quæ possidetur non deperditur, sed augetur, & per summam unionem perficitur vnum Augustinus inquit præceptum illud dilectionis, quo Deum iubemur ex toto corde, & extotis viribus diligere licet in uia non possit ex toto impleri in cœlesti tamen beatitudine perfecte implebitur ubi charitas non cessat sed perficitur.

Sola manet charitas in patria.

Attendet huius dominici sermonis initium Attende etiam finem obserua promissionem obserua,

obserua, & conclusionem; cum dilexisset suos qui erant in mundo in finem dilexit eos, in quem finem? non ne in se ipsum qui principiũ est, & finis? & nos cum ipso, & ipse in nobis æternaliter existat sed cum non satis sit nobis habere principium nisi habeamus, & medium, per quod consequimur finem, ideo Christus cũ principio, & fine interserit medium, quod est diuina illa dilectio qua mediante adipiscimur finem beatitudinis nostræ, & vnionis cum ipso, quod enim alibi dicit nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum quodomo Pater nos trahit quo medio quohamo nisi suę dilectionis vinculo? non quæcunque dilectio hec facit, nec communis illa qua diligit ea quæ sunt & odit nihil eorũ quę fecit ad hæc summa nos euehit, sed singularis illa quæ suos diligit ad beatitudinem nos perducit;' vide quam prestans sit ipsa dilectio quæ est vna cum dilectione filii, vt dilectio (inquit) quia dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis vna namque dilectione, & caput, & membra diliguntur l3 in ipsa dilectione gradus diuersi assignentur.

August. in lib. de uera hominis iustitia.

Et ego in illi per gratiam in habitat Christus corda suorum sed noluit Christus restringere suam assistentiam ad cor, quandoquidem veniens Christus totum occupat hominem, & totum sanctificat hominem qui totum sanat hominem; tanquam vita uiuificans; & in eis corda purificans, animam sanctificans, illuminans intellectũ, dirigens voluntatẽ mẽtẽ eleuãs, carnis illecebras cohibens, & desiderium ad superna euehens, Attende in quam concludat sentẽtiam totius sui sermonis decursum Saluator, nẽpe vt in nobis existat; velut quod huic termino concludatur Redemptionis negocium, & huic fini tendant quæcunque antecesserint, velut propter quod totum edifferit, & perfecerit, uelut quod tibi iucundissimum, & optatissimum.

Ps. 131.

Exod. 28.

Ipse est, qui ea dilectione concitus, amore languet stat ad ianuam pulsans si quis aperiat illi, & intrans inibi mansionem faciat hæc est dilectionis illius conclusio in qua tota lex pendet & prophetæ hic finis omnis legis & præcepti charitas de conscientia bona, & corde perfecto vtinam vel dissolui cupiamus, et esse cum Christo illiq; conemur habitaculum præparare omni cura, & solicitudine secundũ quod scriptum est si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem; donec inueniam locum Domino, & Tabernaculum Deo Iacob, ne conquerendo obiiciat vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet.

Hæc summus Pontifex noster Propitiator, & propitiatorium pro peccatis nostris Sacerdos, & sacrificium pro populo antequam hostiam se offeret orare voluit, hac ipsa oratione declarans quanta ei sit cura de nobis, quanta nos dilectione prosequatur quod ardenter, & obnixe nostræ saluti operam nauet, Attende autem ipsum pontificem nostrum sancta sanctorum ingressurum iuxta præscriptam formam. Hæc erunt (inquit) vestimẽta eius sancta, quæ faciẽt Aaron vt sacerdotio fungatur mihi Rationale iudicij opere polimito super humerale de auro & hyacintho, & purpura coccoq; bis tincto, & bisso retorta pones q; in rationale iudicij doctrinam, & veritatem quæ erunt in peccatore Aaron quando ingredietur coram domino; facies

F & tunicam super humerali totam hyacintinam deorsum autem ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum quasi mala punica, mistis in medio tintinabulis; & vestietur ea Aaron in officio ministerij ut audiatur sonitus quãdo ingredietur & egredietur sanctuarium domini; non enim tam disertis descriptionibus ritus illius sacerdotis, & sacrificij Deus omnia reserrasset, nisi mistice hæc omnia summum æternumque sacerdotẽ hostiamque simul premõstrassent recessit Synagoga soli innixa literæ velut occisa a littera & accellit qui uiuificat spiritus singula longe

G eccellentius sublimius, & vtilius referens.

Rationale iudicij innixum pectori doctrinam, & veritatem in Christo existentem facile percipimus fulgebat eius pectoris doctrina, sermonibus, veritas doctrinæ operibus resplendebat, & quidem hæc pectori per rationale erant innixa quia nihil non ex corde locutus, & operatus est Iesus super humerale de auro hyacintho, & purpura: quia ad sustinendas Apostolorum imperfectiones, ad erudiendos ignaros homines, & ad sustinenda opprobria, ac tot generũ mala patientiss. extitit, tunica hyacintina, linea

H stricta, omnia preciosa, siue aurea, siue lapidibus preciosis contexta, & multi coloria quibus denotatur summa habentis excellentia deorsũ ad fines Tunicæ idest in fine sermonum, & vitæ Christi, mala punica valde rubentia quibus charitas in fine maxime demonstraretur quia desiderio desiderauit hoc pasca idest hunc trãsitum facere, & ad crucem properare quũ enim dilexisset suos qui erant in mundum, in finem dilexit eos.

Ea autem congesta miro ordine tintinabula ut audiatur in ingressu eius voces sunt nostri summi sacerdotis quibus, & ingressum eius ad crucem, & ad sacrificium agnoscimus, & exitum eius per resurrectionem apertis vocibus instãtem conspicimus dulcis est hæc tintinabulorũ harmonia qua illectæ sermonis Christi in auribus fidelium personantis cum proph. exclamamus quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo sonet igitur bonæ Iesus uox tua uox tintinabulorum tuorum consonantiam sermonum quę ad sacrificium iturus deprompsisti uox enim tua dulcis, & facies tua

Summi sacerdotis insigni, & ornatus

Dulcis harmoniæ tuę & concentus.

K decora.



COEL

COELESTIS THESAVRVS
S I V E
In Paſsionem Domini aurei Commentarij In D. Ioan. Euangelium.
Cap. 18.

Sacræ Theologiæ profeſsore doctiſsimo Frater Joan. Maria Capalla Salutienſi ordinis Prædicatorum.



GRESSVS eſt Ieſus trans torrentem Cedron. Poſt pedum ablutionem egreditur Ieſus cũ diſcipulis a Synagoga, à Iudaiſmo, à Hieruſalẽ, vt nihil anathematis deferãt, nihil damnationis habeant, qui ſecum ſunt, excuſſo iã puluere à pedibus eorum. Extraxit quidem Moyſes calciamenta e pedibus, vt terrã ſanctam illam nudis prẹmeret plantis, ſordes tamẽ pedum nequit abluere, quod opus erat Chriſti (vt diximus ſupra) Hoc vetus illa lex nequibat operari, quæ nihil ad perfectum poterat perducere. Terminatis igitur legalibus eccleſiæ fundamenta quæ iacienda erant diſponens, vt ex politi lapides ſuis coaptẽtur locis. Iam ad opus ſuũ exiens ipſa angularis petra, totius ſalutis noſtræ eccleſiaſticiq; ẹdificij ſtructor Chriſtus accedit.

Egreſſus (inquam) eſt. Torrentẽ ingreſſurus, ſed trãſiturus nulla patriẹ dulcedine illectus nullo parẽtũ obſtrictus affectu, carnis, & ſanguinis, abdicatis rationibus, reiectis illecebris humanis cõmodis deſpectis à ſuis recedit amicis conſanguineis à patria totus inhians ad ſuperna aliorũ ſaluti totus intentus Dei beneplacito totus ſuccenſus vrgente cum charitate, qua præuia nihil faciens cætera, ex inaniẽs ſe ipſum, quæ ſua ſunt non quærens Ciuitatem egreditur, Torrentem ingreditur gnarus omnium ſibi imminentium malorum, imperterritus ad opprobria, fortis ad aduerſa, nulla ſæuientium formidine exterritus mortem non formidans, crucem non horreſcẽs Tenebroſos in tenebris relinquens imo & cecos in cecitate derelinquens egreditur, veluti quibus illud extinguatur lumen in cuius lumine videmus lumen, ac inſuper illis ſol occidat, cuius abſceſſu teterrimus Turbo terram occupat. Quid igitur facies o miſerrima Ciuitatum. Quid cẹca tunc lumine? Quo vltra es progreſſura, quæ ductrix cæcorum es effecta, Nonnè in foueam cum ſequacibus prẹcipitatura? Auolare fecit à te ſuperbia tua, & incredulitas Saluatorem tuum. Fruſtra vigilat deinceps, qui

A te cuſtodit.

Poſtquàm à cuſtodia tua ſubmouit ſe Dominus, quomodo non citò corrues, denudaberis, dilapidaberis, & abhominabilis eris? Heu ſi cognouiſſes & tu. Exiit à te Dux tuus acquirere ſibi Regnum, cui dedit Pater gentes hæreditatem ſuam. Quæ tibi ſors erit in gentibus, o repudiata? Denudata eſt ignominia tua hic finis Synagogæ, initium vero Eccleſiæ; Nunc repu-

B diatur primogenitus Cain, Eſau, Iſmael, Manaſſe, Saul; Eligitur Abel, Iſaac, Iacob, Dauid. Ad Eccleſiã, Synagoga reprobata, Chriſtus cõuertitur, vt huic dilectæ Racheli ſpirituali Connubio copuletur, tanquam ſponſus Dominus procedens de thalamo ſuo exultans vt Gigas ad currendam viam.

Hic Synagogæ Iudæorum finis datur & terminus vbi ſuum Eccleſia ſumit initium.

Egreſſus eſt Ieſus. Ieſum nominat, vt procul

Pſ. 118.

C ab infideli, & ab improbo omnem ſalutem intelligas. Iuxta quod ſcriptum eſt. Longè à peccatoribus ſalus. Egreditur igitur modo tãquam indignans, inſalutato (vt aiunt) hoſpite, vel certè velut vltimum vale inquiens, tanquam ad ipſos non vlterius reuerſurus; cuius egreſſionis meminit ſẹpius, quærulus ille prop. Hierem. Igitur recedendo, ſecũ tulit omnem ornatum, & omnẽ

D Decorem Ciuitatis, & populi. Sicut enim noluit populum ſuum ex Egypto exire vacuum, ſed omnem precioſam ſubſtantiam Aegyptiorum ſuſceptam deferre, auri videlicet argenti, gemmarum, veſtium, &c. Ita exeundo Ieſus, ſecum tulit omnem ſubſtantiam Iſraelis, omnem medullam ſubtraxit, legem, ſacrificia, Sacerdotium (prophetiam) Templum Domini, relictis ſolis poſt ſe lapidibus, corticibus, cæremoniis, Vmbraculis, ac nudis literis, talem Chri-

E ſtus ſuam reliquit domum, talem ſuam dimittit hæreditatem Iucunditatis ſuæ omnem expoliãs Veſtem, tamquã ignominioſam reiiciens, & deteſtans adulteram.

Egreſſus eſt Ieſus. Egreſſus eſt & Abraham de Terra ſua, & de cognatione ſua, vt Pater multarũ gẽtium diceretur & eſſet; egreſſus eſt velut alter Ioſue ad pugnam, non Amalechitas de-

bellaturus, ſed pernicioſiſſimũ hominibus peccatũ deſtructurus, nã & ſacerdos Dei iuſſu egrediebatur ad leproſos ſanctificandos extra caſtra. Cæterum hoc tãtum abſit vt paruifaciamus abſceſſum Chriſti hoc enim iã dudũ pertinacia Iudæorum meruerat, vt ab eò relinqueretur, à quo adeò diſſentiebat. Hunc ab eo populo receſſum iterum atq; iterum Dominus cõminabatur; Iam enim Impij vociferati ſunt aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius, Recede à nobis, ſcientiã viarum tuarum volumus, cõtrarius eſt operib⁹ noſtris &c. Ad quos ipſe. Adhuc modicum vobiſcum ſum, quod tamẽ quantum exitiale vobis extat tunc experiemini cùm quęretis me, & non inuenietis. Plerunq;.n. quod poſſidetur bonum, non extimatur, imò paruipenditur quod amiſſum deſideratur, nec tamẽ vlterius acquiritur, ſeù poſſidetur.

Genit. 14

Quærendus eſt Ieſus dum inueniri pôt, inuocandus dum prope eſt, Hunc inuentum ſponſa nõ dimittit, ſed amplectitur, à quo nec deceſſura recedit Indica tu nobis (obone Ieſu) quò pergas, vbi hac nocte cubes cum diſcipulis tuis, quia ſequemur te quocunq; ieris. Huius receſſus damna commemorat propheta. Ciuitas ſancti tui facta eſt deſerta Sion deſerta facta eſt, Hier. deſolata eſt, domus ſanctificationis noſtræ, & glorię noſtræ. Sub quatuor titulis hanc egreſſionem deplorat Ciuitatis Sion Hier. & domus de pri. Hierem. etiam cõquerebatur. Quomodò ſed, & ſola Ciuitas plena populo. De Sion (inquit) ibi) Viæ Sion lugẽt &c. de 3. Hierem. Quaſi accruus lapidum. De 4. meminito Euãgeliſta. Relinquetur domus veſtra deſerta. Per primũ Sceptrum, per ſecundum auxilium Diuinum, per tertium lex, & per quartum pax auferenda deſcribitur.

Iſa. 61.

Thren. 1.

Miche. 3.

Luc. 13.

Egreſſus Ieſus, &c. Vltimę huius à Iudeis, & à Ciuitate eorum metropolitana egreſſionis, ſuarum lamẽtationũ libro Sanctus ille propheta totus perfuſus lacrymis cõquerebatur. Egreſſus (inquit) eſt à filia Siõ i. à Hieruſalem omnis decor eius. Et hic eſt fluuius ille tàm fęcundus egrediens è paradiſo, qui irrigare, & fœcundare totam terram poſſet, ſine quo vtiq; hæc noſtra mortalis ſterilitas tota eſſet inanis, & vacua fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam totam Terram, Hæc Ciuitas locus Voluptatis Iudæorum velut voluptatis cõceſſa erat nã ipſi voluptate potius quã voluntate ferebantur, qui terrenis, ac tranſitorijs tantum bonis ſatiabãtur. Si volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis. Dabo.n. vobis terrã fluẽtẽ lac et mel.

Thren. 1.

Gen. 2.

Egreditur ad irrigandam ſuperficiem vniuerſæ terræ ad illuminandum hos, qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent, vt & nos dirigamus pedes noſtros in viam pacis, vt ambulent gẽtes in lumine ſuo, & Reges in ſplendore ortus ſui. Egreditur foras, ad omnem illam expiandam miſeriã, in qua reſtituti fuimus ab omnium noſtrum Prothoparente, tranſgreſſore præcepti. Oritur & nobis ſol Iuſtitiæ, quo tenebris ignorantiæ obuoluta gentilitas, irradiata corruſcat, expulſum à Paradiſo illo terreſtri quæſiturus egreditur, profugum illum, & ſuper faciẽ terræ reuocaturus, errantem auem illam perdeuia periclitantem ſaluaturus accingitur.

Saluberim⁹ Chriſti egreſſus.

F

Egreditur ad gentes, vt vincula peccatorum noſtrorum diſrumpat, ut vinctos diſſoluat, vt captiuos redimat, vt omnium ſordes diluat, & proprio cruore abluat. Veh tibi voluptoſę Ciuitati, quę à cuſtode relinquęris, Nõnè vaſtaberis quæ modò prędaris? Niſi.n. Dominus cuſtodierit Ciuitatem, fruſtra nonnè vigilat qui cuſtodit eam? Quæ oues à lupis non rapiuntur, quę ſinè paſtore per abrupta gradiuntur?

G

Egreditur vniuerſalis medicus ad infirmos alios, vt languores noſtros tollat, & dolores ſecum in cruce deferat, cuius liuore ſanati ſumus. Egreditur foras, vt non illis tãtum, ſed & nobis ſit ſapientia Iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, vt Apoſtolis, inquit. Foras egreditur imolaturus non ſub tecto nec in templo illo Iudęorum, nè cauſarentur tumeſcentes Iudęi, ſolis ipſis profuturam redemptionem eius, aſſerere qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ſingulos in vno ouili ſub vno paſtore reducere. 1. Cor. 1.

H

Nè igitur ſibi ipſi hoc beneficium quiſquis vendicet, Chriſtus in aperto, & extolli in cruce, & in monte mori voluit, & omni populo, omni loco, omniq; nationi, liceat prædicare, vnde ait ſtatuiſti in loco ſpacioſo pedes, vt vbiq; coli, adorari, & implorari poſſit, iuxta Apoſtoli eruditionem. Volo vos orare in omni loco, leuantes puras manus; & ad Samaritanam Dominus ſupra. Mulier crede mihi, quia venit tempus, et iã eſt vt nec in monte hoc, nec Hieroſolimis adorabiẽ Dominus, ſed veri adoratores adorabũt in ſpiritu q̃a ſpiritus nullis locorũ legibus anguſtatur. Pſal. 30. 1. Thim. 2. Cap. 4.

I

Trans torrentem Cedron. Moyſes ab aquis diuino ſublatus iudicio, liberaturus eligitur populum à dura illa Egyptiaca ſeruitute, Typus ſaluatoris omnium, de quo dicitur, quòd ipſe nõ caſu nec alterius quam ſui ipſius voluntate in torrentem deſcendit, inde vlterius ad noſtrę ſalutis opus tranſiturus, nam et ſpiritus ille Domini ante rerum diſtinctionẽ, ac totius creaturæ ornatum, quòd ferebatur ſuper aquas audiuimus. Hinc.n. inde teterrimum chaos inerat omni confuſione, ac tenebris deformatum, quę vt perſpicua fierent ante omnem ornatum, ad aquas ſe transfert inſtaurator omnrum, cuius virtute vna, eademque cum ſancto ſpiritu cuncta in meliorem ſortem cederent.

K

Trans torrentem. Tunc intrauit Torrentem cum cœpit triſtari, & mœſtus eſſe, tamen tranſtorrentem ſeceſſit, qui orauit Patrem, non mea, ſed tua voluntas fiat. Teſte enim Platone non eſt hoc exigendum à viro probo, vt in aduerſis non doleat, ſed vt naſcentem dolorem rationibus leniat, occurratque virtute Ideò intrauit torrentem, vt quo magis ima peteret, eò ſublimius ad ſuperna tranſiret, ſic enim & humili-

miliantem edocuit eò magis exaltaturum, quò magis humiliaret se ipsum, sic enim oportuit Christum pati, & omnem pertransire torrentē, ac ita intrare in gloriam suam, qui super omnes homines exaltandus erat, infra omnes homines se humiliare debebat qui gloriā adepturus erat omnē ignominiam vltroneus sustinere, suscipereque debebat. Qui præesse omnibus debebat, ab omnibus iniuriam pati congruebat. A Dæmone tentatur, à summo sacerdote iudicatur, à præside sententiatur, à Phariseis accusatur, à Iuribus reprobatur à mulieribus improperatur, à militibus flagellatur, à carnificibus crucifigitur, Qui iudex omnium fieri iure debebat cuiusque nomini omne genuflecteretur cœlestium, terrestrium, & infernorum omnes in Christum insurgunt, omnes se opponunt Christo, secundum quod scriptum est. Non est qui inuocet nomen tuum, non est qui consurgat, & teneat te. Et alius propheta conqueritur. Omnes videntes deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Et alibi Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.

Nascentem probus ē qui scit læni re dolorem.

Isa. 64. Ps. 21. Ps. 68.

Trans torrentē Cedron. Nec funibus vinciri, nec clauis adeò configi potuit, aut tumulo graui lapide trudi, siue custodia militum præpediri, quin trans omnem torrentem Christus non abiret & intrepidus euaderet, singulaque superaret Totus in torrentem se iniecit, totus intrauit, qui omnibus se malis exhibuit, vt succūberet, haud tamen vt occumberet, sed vt gloriosior trās hæc omnia secedens appareret, confusione contempta, crucē, & hæc omnia in torrentis alueo ingrediens sponte sustinuit. Nā illusionum torrentē sustinuit Christus, nullis vnquam fractus cōtumelijs, cum derrisus ab Hærode, & ab eius caterua, nec verbum respondit, tradendus enim erat gentibus ad illudendum, ad conspuendum, ad flagellandum, ac demum ad crucifigendum.

Hos omnes sustinuit torrētes Iesus, militum se capientiū, trahentium, insultantiū, copias funium, & genera armorū, Phariseorū, scribarum, turbarū, voces, quibus rapidissimo impetu, impetentibus vt trāsiret nō auulsus aut fractus, humilitate deflexus, inconcussus sustinuit, donec trāsirent omnia, Torrentē falsorum testiū se accusantiū, cum multi accessissent, torrentem sputorū, alaparum, flagellorū, spinarū, & tribulationū ingressus superauit, & trans omne impietatis genus pertransiuit illesus De torrente quidem in via bibit, qui omnem amaritudinem degustauit, capite autem nunquā submersus, quia mēte semper perfectus. Propterea (inquit) exaltauit caput, vt fieret omnium caput, & subijceret sibi omnia, siue, quę in cœlis, siue, quę in terris.

Omnium pęnarum atq; dolorū torrentem transiuit Christus.

Ps. 109.

Trans torrentem. Non perficit sui itineris cursum donec ad terminū quò pergit perueniat Vtinam & nos nullis aduersitatibus etiam torrentis turbidissimi, ac rapidissimi expositi ab itinere iam cepto desisteremus, aut certè pedem ab incepto nō retraheremus, qui tam facile, aut frangimur, aut deterremur ad subeunda quæcunq; obueniētia mala, & mundana pericula, iā habemus fidum Achatem, imò Ductorē intrepidum, qui Iordanem transit, vlteriusq; nos conducit. Cū ipso sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum. Non attendamus Torrentes transeamus potius per ignem, & aquam, ut in refrigeriū ducamur, & in charitate diuina firmati, nullis tentationibus ab illa euellamur.

Trans torrentem Cedron. Hoc congruū erat Christo qui ad fugandum Dæmonem serpētem antiquū accingebatur, vt ad Cedrorū multitudinē se transferret quorū frangrantiam nequeunt sufferre serpentes; sed & Cedrus Arbor est gratissimi, perpetuiq; viroris, fragrātiæ, hominibus desiderabilis, odorisq; iucundissimi, vt vnde serpentes fugat, hinc homines inuitat Putredine nō corrūpitur, & à tineis non læditur, gummā hēt, qua peruncta corpora defunctorum à Vermibus, & putredine reseruantur.

Cedrus Iucundissima gratissima est & odorifera.

Consulto trāsire per cedros voluit Christus, Dæmones expulsurus, homines inuitaturus, gratiam elargiturus, qua à putredine peccati, homo foret præseruādus & vt semper vires agnosceretur, cuius foliū nunquā defluit, sed omnia quæcunque facit semper prosperentur. His se munit Christus aduersus armatos Gladiatores satellites, derisores, percussores impostores, accusatores Falsorū testificatores, Criminatores, Crucifixores, Charitate, Humilitate, Paciētia. Hæc.n. sunt arma salutis, quę sunt fructus spiritus, de quibus ait Apostolus Fructus aūt spiritus sunt Charitas, Gaudiū, Pax, Patiētia, Benignitas, Bonitas, Longanimitas, Mansuetudo &c. Hæc est armatura Dei, quam iubemur accipere, ut victores simus Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli, &c.

Gal. 5. Ephes. 6.

Vbi erat hortus. Quorsum tēderet, qui pascitur inter lilia, nisi vt ad hortum perueniret. A torrēte ad hortū, à tribulatione ad gaudiū, sicut supra dixit. Tristitia vestra couertetur ī gaudium, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Minimè tamē hortum ingreditur, nisi transito prius torrente, nisi superatis cōstanti animo aduersis, nisi per Cedros trāsieris, nisi prius te humiliaueris. Hinc.n. non solus torrentē ingressus, est saluator, nec solus processit ad hortum, sed quos ad hortum secum adducere proposuit, hos secū in torrentē intrare voluit, vt conregnemus, qui compatimur, sicut, & ipso orāte nos secum orare iubebat, nē detur locus Hæreticis, quod soli Christo contigerit, perpeti nobis in deliciis, & illecebris versantibus.

Vbi erat hortus in quē &c. Iusto Dei Iudicio ibi exordium nr̄æ salutis adesse cōgruebat, vbi nostra dānatio habuit initium, in horto qui paradisus voluptatis dictus est. Exitium nostrum texuit calliditas Diaboli, vbi initium nostræ salutis Charitas Christi ordinauit, Ad arborem Vitæ vetita manus se extendit, & Impius factus est homo, qui erat Iustus. Nunc, se exhibēte au-

A 2 ctore

Abhorto dânationis noſtræ manauit ue nenû & noſtræ ſalutis exordium.

ctore Vitæ in Impiorum manibus, ex Impijs multos vt iuſtos faceret, excogitauit; vt in ibi gratia ad tollendum peccatum oſtenderentur, vbi peccatū ſuum virus effuderat; decebat enim, Vt inde ſatisfactio fieret vnde offenſa emanauerat, & per ea torqueretur iſte, per quæ peccaue rat ille. Ad radicem peccati, & ad originem eius conuerſus primò, peccati deſtructor, in hortum ſeceſſit, vt eradicet, vt euellat, ac deſtruat, & poſtea ædificet & plantet.

Vbi erat hortus in quem. Poſt deſcenſum in alueo Torrentis, per Vallem Ioſaphat decurrétis, in hortum cum diſcipulis ingreditur, quia poſt diſceptationem in Iudicio faciendam, poſt tribulationem illam diſtrictæ diſcuſſionis, in die illa tremenda, quando cœli mouendi ſunt & terra, ſolus ipſe cum ſuis ouibus aſſeclis delitiarum hortum eſt ingreſſurus quibus communé facit menſam commune Regnum cómune gaudium Venite benedicti percipite Regnum &c. Euge ſerue bone, & fidelis intra in gaudium Domini tui, & ad ſponſam Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa Iam enim hiems tranſijt, imber abiit, & receſſit.

Hortorū arbores medicinales herbas gignût & fruct' vberrimos. Sap. 16.

Vbi erat hortus. Cùm in hortis arbores ſint, & omnium generum oleraquibus pharmaca ad ægritudines, & infirmitates ſanandas conficiuntur, noſtras ſanaturus infirmitates ex plagas hortum velut farmacopola prius intrare voluit ad omne genus infirmitatis, & peccati ſanandū, ad quem dicam. ſana me Domine & ſanabor, ſaluum me fac & ſaluus ero, ſana Domine animá meá quia peccaui tibi, Sanat quidé conuerſos ſecundum quod ſcriptum eſt. Qui enim conuerſus eſt non per hoc quod videbat ſanabatur ſed per te omnium ſaluatorem & in hoc oſtendiſti inimicis noſtris, quia tu es, qui liberas ab omni malo Illos autum locu ſtarum, & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ eorum, filios autem tuos nec Draconum Venenatorū dentes vicerunt ſed miſericordia tua adueniens ſanabat illos ſecundum quod & in Pſal. ſcriptum eſt Miſit verbum ſuum & ſanauit eos.

Sacra ſcriptura hortus é pulcherimus & amenus.

Vbi erat hortus in quem. Nam ſi hortum pro ſcriptura ſacra ſumamus, tunc Chriſtus in hortum intrauit dum omnem vocem, & omne Vaticinium prophetarum adimplere diſpoſuit, & diſcipulos illic ſecum adduxit cum aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas Hortus hic concluſus erat, fonſq; ſignatus ſolo agno tenéte librum ſignaculis obſignatum cui ſoli ineſt Virtus, & illum aperire, & eius ſignacula ſoluere quod ſi Aper de ſilua, aut ſingularis ferus ex aduerſo non per ſotium ſed aliunde cum Iuda ingrediatur hic vt perdat, vt mactet, vt liget Chriſtum, & vt occidat de quibus nos ante ſuum abſceſſum Apoſtolus Dominici gregis cuſtos & paſtor admonitos facere curauit.

1. Pet. 3.

Vltimo ſunt quædamdifficilia ad intelligendum quę indocti, & inſtabiles deprauāt ſicut &

F cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum perditioné vos autem fratres præſcientes cuſtodite nè inſipiétium errore traducti excidatis à propria firmitate.

Cum Chriſto ingreſſuri accedamus ad hortū vt colligamus totius boni odoris flores, fructuſque honoris, & honeſtatis, ut canantium auiū concentus audiamus ideſt doctorum, & interpretantium ſermonem hinc indeq; in quatuor ſenſus dilucidantium, & differentium aures porrigamus, Non deſunt fructeta; copioſa ſunt olera, quæ iucundis ſunt referſa liquoribus, edulio G rum pinguedinem ſano guſtui exhibentia, quia nō in ſolo pane viuitur, ſed in omni verbo quod Dei ore profertur. Nam & ſi hortus ab ortu dicatur, velut in quo oriantur paſſim multa neceſſitudini humanæ congruentia Iam ſapientes ſæculi ortu carere ex eorum conceſſu facile videmus, ſi illos audimus Sol intelligentiæ nón eſt ortus nobis. Errauimus à via Veritatis, laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis. Hoc in horto omnium Virtutum ſeminarium; florum omnium Varietas quibus ornatur Eccleſia: Lilium côualium, Thus, Myrrha, Aloes &c. Ibi fructus, H vbi ſuos groſſos protulit ficus, vbi ad palmam aſcenditur, vbi dilectus comedit fructus pomorum ſuorum. Ipſa autem eccleſia horti huius claues ſola poſſidet, quia Ipſa idē eſt hortus in quo dilectus paſcitur, & nutritur, &c. & ſponſa aduocatur Cant. 5. Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, & verſa vice dilectus aſcitur ab ipſa, Veniat dilectus meus in hortum ſuum.

Sap. 5.

Florū iucunda uarietas hoc reperitur in horto.

Vbi erat hortus in quem. Eſt hortus proficientium qui ſequuntur Chriſtum etiam per ſemitas conſiliorum eius, & in hortum Religionis ſe tráſferunt & hi torrentem ideſt mundum I inquietum, turbidum lutorum, & ſubmerſionis Auctorem retro relinquunt, eligentes abiectos magis eſſe in domo Domini quam habitare in Tabernaculis peccatorum. Nec inconſulto comparatur horto religioſorum ſtatus, quandoquidem ſicut hortus aut muro, aut ſepibus munitur, ne hinc inde pro libito, quiſquis aut ingrediatur aut exeat ingreſſus, ità nec adeò facilis patere debet aditus ad Religionem & eam profitendi, oculatius ſiquidem agendum eſt, & probandi ſpiritus an ex Deo ſint, quod & in maioré cedat Religionis decorem, ac utilitatem, ſi Religioſis connumerarentur tantum qui bono ducti ſpiritu, ad ſequendum Chriſtū acceptarétur, K nec tam facile omni ſpiritui crederetur.

Religionis hortus.

In horto cuncta ſunt conguis rationibus accômodata; & pulchro ordine diſpoſita, quod facile in ſingulis Religionibus aïaduertere eſt ſi ad regulas eorū, & ſtatuta ac côſtitutiones proſpicimus, ita vt nil iucundius nilue ſanctius intelligere liceat. Vnde ſicut oblectari videntur homines ingreſſu in hortos, ita olym oblectari maxime videbantur conuerſatione, & confabulatione Religioſorū. Quia ſicut in hortis undique fragrabat odor diuerſorum florū, & aſpectu gratiſ-

Probâdi ſunt qui ad Religionū ad mitti cupiunt.

gratissimorum, ita ex conuersatione Religiosorũ nihil suauius, nihil redolentius, à quibus plurima rum virtutũ colligere ex doctrina, & moribus in omnem poterat ædificationem flores, & fructus.

Religiosorũ flores & fructus.

In horto continuus est terræ labor, quam nunquam quiescere permittunt. Incipiunt enim patiterq; in laboribus exercentur assiduis, qui status sui feliciter munus obeunt, quia nil religioso perniciosius quàm se contemplatiuæ aut actiuę vitæ opere sine labore subtrahere: quem totum Diuino cultui indefessum inherere semperq; deditum esse oporteret, saltem autem orationibus insistere, & pro sua, ac populi salute Deum deprecari, secundum quod de aliquibus scriptum est. Inter vestibulum & altare plorabant sacerdotes, dicẽtes: Parce Domine, parce populo tuo &c.

Veri Religiosi officia.

Ioel. 2.

In horto tandem herbę mali succi, seù mali chimi cętera olera, aut plantas molestantes, imò etiã inutiles & frustra terram occupantes, radicitus euelluntur, & proiiciuntur, quomodo interdum aliqui, qui nolunt fructificare in claustris Religiosorum, aut apostatantur, aut foras mittũtur, quia ad nihilum valent vltra, nisi, vt foras demissi ab hominibus conculcentur. Econtra autem Christus, non solum passionem suam incepit in horto, sed in horto finiuit vbi sepultus fuit & suæ immortalitatis initiũ resurgẽdo habuit, Nõ.n.q incępit sed qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit.

Religiosi inutiles & infructiferi ꝓcul arcendi sunt & secandi.

Vbi erat hortus. Attende primum locum quẽ habere voluit nascens in Mundo Christus Attende, vt vltimum in quem se transtulit moriturus primum locum sibi elegit stabulum, vltimum locum elegit hortum, nec arbitreris aliquid obiter diuinam sapientiam operatam fuisse, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter.

Veniens elegit stabulum, qui ad iumenta quęrenda venerat, ob id enim quod homo cùm in honore esset non intellexit, comparatus fuit iumentis insipientibus, & similis factus est illis, In obitu autem suo per nos ad vberrima, & semper virentia pascua inuitabat; adduxit in hortum per prophetiæ vaticinium, eodem pollicente. In pascuis vberrimis pascam eos; ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur, cùm iuxta cæteros Euangelistas locus iste, ad quem se transtulit Christus sit ad villam, quæ dicitur Gethsemani, quod interpretatum est vallis pinguis siue vallis pinguedinis.

Eph. 24.

Quid autem in stabulo non horridum aut detestabile? Et quid in horto non gratum, & delectabile. Ideo nascendo Christus detestaturus mundum, & oblectamenta eius nascitur in stabulo, a mundo migraturus se transtulit in hortum, vt eius tunc delitiæ incipere agnoscantur, cui delectabilis fuit Mundus, & concupiscẽtię eius, vt vbi sibi finit Mundus, ibi sibi incipiat paradisus. Nam prout amatoribus Mundi, pro suaui odore datus est fœtor pro delitiis tormenta, & luctus pro risu, pari modo contemptoribus. Mundi virentia fructeta, & suauia olera ꝓ fęno gratissimus odor pro fœtore, hortus datus pro stabulo, vt versam

...exmũ ...orũ ...ctus.

A vicem intelligamus recipientium bona in vita sua, & in eadem mala sustinentium.

Cum igitur nullum sit in stabulo solatium in horto vero nihil non suaue, & gratum, quomodo non homines, sed iumenta sumus in stercore nostro putrescentia, si oblectamur stabulo huius immundissimi mundi? Longè igitur satius nobis à stabulo ad hortum properare post Christũ. O felicissimum hortũ, in quem tam frequenter tamq; libenter ingreditur Christus, etiam intempestæ noctis silentio, cuius delitiæ essent cũ filiis hominum. Ad hunc stat, & pulsat, vt ingrediatur, sub
B de perseuerat, cuius caput rore cęlesti perfusum cernitur Donec fluat vt roseloquium suum.

In quẽ introiuit ipse, & discipuli eius. Hic sunt nouellæ plantationes, in iuuentute sua, in horto Christi, idest Ecclesia, velut cedros libani quos plantauit, vt prima totius Ecclesiastici ędificii fundamenta. Ex quibus alii producantur qui succedant dicente de ipsis propheta. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii constitues eos &c. *Psal. 44.*

Hæ sunt pulcherrimę pinus in hortis, quæ superant sua altitudine cęteras arbores, sua rectitudine, ac lignorum omnium fragrantiam, pingue-
C dine humoris, maximè abundans, ignem approximatum etiam sui virore suscipiens, & longo tempore conseruans, in montibus, & desertis locis vberius succrescẽs. Et quidẽ ritè significat sanctos Apostolos totius gratię cęlestis copiosissimos, cõtemplationum altitudine procerrimos. Habet & pinus lachrymam sudore virtutis manantem, generatq; picem, quę ad compunctionem hoĩes inducunt, & sua virtute dispersos, ac diuisos glutinant, & componunt, auesq; & vagantes retinent, & colligunt, consolidant, restaurant, & vniunt, confracta, concisa, dispersa, & errantia.

D *Et Discipuli eius.* Hos tanquã testes, secũ adduxit dicente eodẽ. Qm necesse fuit impleri oĩa, quæ scripta sunt in lege Moysi, & in Psalmis, & in Prophetis de me, & vos testes estis horũ. Ideo ante suũ abscessum inquit ad illos, & eritis mihi testes in oĩ Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ, vt his testibus à Deo pręordinatis horũ quæ viderũt, quæ audierũt, quę propriis manibꝰ cõtrectauerũt de verbo Vitę adhibeãt fidesirrefragabilis, & incõcussa. Hoc.n. oportet, vt qui videt testimoniũ perhibeat veritati. Quo argumento vsus est Petrus de mysteriis Christi coram Iudęis disserens, Cuius rei (inquit) nos omnes testes sumus. *Luc. vlt.* *Act. 1.* *Act. 2.*

Et Discipuli eius. Quia si nos docturus nõ fuis-
E set Christus, Cathedram crucis ascendendo, ad quid secũ adduceret discipulos? Cũ igitur, & Discipulos secum adduxerit ergo vt magister & pręceptor edocturus eos erat. Quam aũt sciam suos edocuerit per Proph. audiuimus. Ad dandam. s. sciam salutis plebi eius in remissionẽ peccatorũ eorũ, vt imitatores eius simus, vt iuxtã pręscriptã formã operemur, vt sicut exemplum dedit nobis, ita & nos faciamus, vt & conregnemus; si tamen compatimur. Hæc Christus in crucis Cathedrã edocuit de quo dr̃ Dauid sedens in Cathedra *2. Re. 23*

sapientissimus inter tres, Tres erant in cruce pendentes, sed inter eos id est in medio erat Christus sapientior illo, qui furabatur terrena tãtùm, nec non sapientior altero qui post surrepta terrena rapuit & cęlestia, cui dictum est Hodie mecum eris in Paradiso, quia Christus, qui hæres est Paradisi, scientiã salutis edocuit, & iter fidelibus strauit.

Et Discipuli eius. Obserua nouum hominem à veteri illo Adam eo differre, vt nullum ille ex posteris suis in Paradisum adduxerit, solus enim Adam ingressus est delitiarum hortum, qui Paradisus dicitur: Cęteris in valle miseriæ, in cœno, in torrente, & turbine angustiarum demissis Non sic Christus non sic qui nos secum in hortum cõduxit, qui nos à Torrente liberauit, & trans torrentem perduxit, qui nos à valle miseriæ eduxit, & in tuto loco ac deliciarum omnium vberimo collocauit.

Hoc potuit Christus non sibi soli, sed & nobis acquirere, ac promereri. Accedat Discipulus suus, dilectus suus, in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Est namque hortus, eius paradisus omnis optimæ voluptatis malorũ punicorum cum pomorum fructibus.

Et Discipuli eius. Ad explorandam terram
Nu.13. promissionis Moyses duodecim elegit strenuos bellatores omni prudentia præditos. Ipse tamen gratiam non est adeptus vt illam ingrederetur, aut populum ad illam perduceret, quod solius munus Christi fore ostenderetur; qui & ingrederetur, & suos secum adduceret. Istæ sunt duodecim horæ diei cursum solis prosequentes donec declinet dies & inclinentur vmbrę. Et ideo donec abscondatur Sol cum Sole pergunt.

3.Reg.18 Aufugiunt autem absconso Sole, & eo in occiduo existente. Sed & Elias ea ratione duodecim elegisse lapides ad construendum altare, vt sacrificaret Domino sacrificium acceptabilissimum legimus sacrificium illud præseferendo quod solum Deo acceptabile fuit, & per ipsum cætera omnia sacrificia significantia illud. Hos igitur duodecim lapides velut Ecclesiæ, quam construxit, siue altaris quod erexit secum eligere voluit; Vt omnis Ecclesia, ciuesque Sanctorum Domestici Dei his velut inixi basibus superedificati sint super fundamentum Apostolorum & pro-

(Occidēte sole f. Christo aufugiunt duodecim horę diei f. Apostoli.)

Ephe. 2. phetarũ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum Sanctum in Domino.

Et Discipuli eius. Sunt qui ab accessu retrahuntur, & ab incepto opere orationis desistunt, cum ibi affuturum Iudam agnoscunt, qui verentur cum Simone illo assistere peccatoribus; Iesus autem cum Publicanis, & peccatoribus conuersatur, qui omnes vult saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis peruenire.

Sunt insuper qui nè derideri videantur, orationibus vacare desistunt, Sacrosancta confessionis & Eucharistiæ sacramenta prætermittunt, ęculi aura repulsi, magis quàm Diuini numinis ardore compulsi. Non sic Iesus.

F *Sciebat autem Iudas, qui tradebat eum, locum quia &c.* Orationis locum dedicerat Traditor, qui prius, vt orator suum frequens secutus magistrum fuerat Iudas discipulus, Christi, hortum cum Christo ad orandum petijt, Iudas qui tradebat eum non est ingressus cum Christo, qui non erat inter Christi Discipulos vlterius connumerãdus. A Christi Discipulatu iste se exemerat ideo à sequela Christi cessando, se subtraxerat, & (quod deterius est,) qui sectator erat Christi, insectator factus est Christi, & qui ante sequebatur Christum, nunc persequitur Christum. O maximam discipuli impietatem.

G Audiuimus aliquando, conquerentem Dominum quod olim Patres illi Iudæorum, ab cõ illis beneficio dato sine causa recesserint. Quid inuenerunt (inquit) in me iniquitatis Patres vestri, quia elongauerunt se à me? Obstupescite Cęli super hoc, & portę eius desolamini vehemẽter. Duo enim mala fecit Populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas &c. Hie.12.

H Tu autem scelestorum scelestissime, nedum tuum dereliquisti Dominum, aut oblitus es Dei Creatoris tui, Verum, & contra eum petulantissimè erexisti cornua tua, & aduersus præceptorem tuum, qui te consortem fecit donorum omnium suorum, gressus dirigis, consilium præbes, arma paras, milites ordinas, funes dissoluis, locum aperis illum, vt capiant prodis. Audi conuersum ad te eundem; propheta dicente. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te quasi dicat: Ibidem. desperabis, quia non conscientia tua, sed malitia tua, à qua non recedes, arguet te, & auersio tua, quam elegisti tibi, in qua sine conuersione persi-

I stes, increpabit te. Nec vltra extinguetur vermis tuus, quia imperfidia tua laqueo suspendes te. A sęculo, iugum fregisti magistri tui, rupisti vincula eius, dixisti, non seruiam, scito, & vide quàm amarum tibi reliquisse te Dominum Deum tuum, & dulcissimum magistrum tuum.

Sciebat autem Iudas. Heu infelix genus scientiæ. Vtinam hęc non saperes, o Iuda, & intelligeres, quoniam si non cognouisses literaturam fortè introisses in potentias Domini. Est igitur & bona, & mala mortalium mentibus scientia. Hanc scientiam habebant discipuli, habebat & Iudas. Ad orandum cum Christo scientiam habebant isti, Ad capiendum Christum ad eum vinciendũ, Infelix scientiæ genus.

K atque ligandum habebat Iudas. Attende vnius eiusdemque loci scientię diuersitatem, imò & difformitatẽ, cum non desint pleraq; Christi loca, in quibus ex aduerso, pugnant contra Christum tam in veteri, quàm in nouo testamento, quæ deprauãtur ab impijs, qui sunt cõtrarij Christo.

Sciunt hæretici Iudę locum, sed quod isti sciunt, hoc male sciunt, quia peruerse sciunt, ad perdendum sciunt, totumque quod sciunt ad ruinam sciunt; in sui perditionem sciunt, quodcunque sciunt; prius sciebat Iudas, & hæreticus ad obsequium, & ad salutem, quod sciebat in Discipulatu

pulatu

pulatu, Christi in scholarium consortio, à quo se gregatus, & diuisus totam quā didicit peruertit scientiam. Oportet enim, vt cum peruerso peruertatur, quisquis cum peruerso conuersatur. Quod igitur ad salutem prius Iudas sciebat, hoc idem nunc ad damnationem sciebat: horum tamen non est scientia sed peruersio scientiæ, quia scientia est & verorum, & bonorum (teste Aristotele) Falsò non nisi ascribi potest propria scientiæ ratio incredulis, & Hæreticis, de quibus testatur veritas. Credentes se esse sapientes stulti facti sunt.

1. De anima

Sciebat autem & Iudas, &c. Longè melius nunquam sciuisse illud, cuius abusus est scientia, quam post agnitam scientiam malè scientia illa vti; Intumuit Iudas inflatus scientia, qui eā sine charitate habuit, imò ad impietatis opera tumidus abusus est Nec desunt, qui adeptis abutuntur scientijs, quę omnes ad virtutem directę virtuosos homines constituere deberent, vt iustitiam amarent, vt fraudes effugerent, vt innocentes tuerentur, vt impietatem abhorerent, vt cauillationes abscinderent, vt insolentium temeritatem cohiberent, vt singula singulis, æqua lance præberent.

Hęc sciunt legis periti Prætores Aduocati, & Iudices. Ex quibus tamen Iudas exurgit, qui hæc in sui, & aliorum perniciem sciat, qui contra insontes insurgunt, contra Iustitiam condemnant, causas impias ad auram magnatum peruersione scientiæ, contra scientiam & contra conscientiam impiè suscipiunt, & susceptas impiè prossequuntur, qui nulla iniuria numero Pharisęorum ascribuntur, qui Christum sua lege morte dignum vociferābantur Nos (inquiunt) habemus legem, & & secundum legem debet mori. Cum tamen, nil euidentius contrarietur ipsorum legi, quàm insontem condemnare, innoxium sanguinem effundere, virumque Iustum è medio tollere.

Pręsidēnium & prętorū scientia.

Attendant qui Iudę partes suscipiunt, & Pharisaicam perfidiam tam perperam prossequūtur, quorum scientia in damnationem. Sibi siquidem oratores plurimos habent ex suis, qui ea vtuntur arte ad suadenda mala, quæ iure sunt vetita, vt ad errores, & ad impietates inducantur, qui aut simpliciores sunt, aut minus experti. Adcò vt humana facundia, vix quid perniciosius in ore impiorū sit. Inter Poetas vix, e multis aliquem excipies, qui prophanis, & mendacibus nugis non inseruiat, vtroque Idiomate cùm pias, tùm castissimas aures offendendi, qui velut syrenæ solis peruersion bus anhelant, eorum in cautorum, qui à veritate auditum auertunt, ad fabulas verò conuertuntur.

Poetę debent sacra & spiritualia, & nō vana conscribere poemata.

Logica insolentes suos possessores efficit. Quibus plerumque velut furiosis exhibitus gladius, euertunt, peruertunt, interimunt, confundunt, aut mutilant quamcunque aptissimam Veritatem; dum sophisticis rationibus, & fallacijs Cœlum & terram obnubilare contendunt. Arithmeticam autem soli profiteri hodie plenius videntur, qui vsurarijs contractibus, palliationibus, intricatis numeris, vt studeant omni conatu inuigilant. Adcò vt Plato concludat hanc à malo Dęmone inuentam fuisse scientiam. Geometria solis curiosis relicta ad superstitiones aspectuum Cœlorum, & terrę nostris calamitatibus pertinere videtur. Astrologiæ autem tantum tribuere cernitur humana præsumptio, vt rectè soror, aut socia Necromanciæ fieri & esse dicatur. Cui sententiæ subscribit Augustinus qui eam Diabolicam potius quam humanam appellat, velut quæ ad aetrahendum homines à Diuino cultu, & prouidentia pro nostra impietate sit apta. Musica verò quales hodie homines efficiat, & quibus vsibus accommodetur apertè conspicimus, qui tot, & tantos incumbentes illi effeminatos, impudentes inuerecundos, omni voluptati deditos prospicimus soli Bacho, & Veneri indulgentes, Quæ tamen omnia procul sunt à sua germana ratione, à suo legitimo vsu, Ita vt à virtutibus transeant ad vitia, procul à proprio instituto. O malam, o perfidam, o iniquam perfidorum scientiam, Quæ nec virtuti, nec veritati imò nec Christo parcit, & contra Authorem omnis boni insurgit.

Logica scientia condemnabilis.

Arithmeticam à Dęmone fuisse inuentā.

Geometria curiosorum est tantū Astrologia autē est temeraria diabolica & pͤsumptuosa sciētia & Necromātię soror & socia.

Sciebat autem & Iudas. Ad locum Christi, quem sciebat Iudas accessit. Inordinatus animo, Incompositus mente, ductus Auaritia. Concupiscunt Christi locum & mali, sciunt beneficia Episcopatus, Dominium, Authoritatem, Prælaturas, & Dignitates esse locum Christi, ignorantes dignitatum officia. Ad quę omnia, toto quo valent apparatu vt occupent, & acquirant pertingere, ac peruenire conantur; non vt opus exerceant, sed vt opes possideant, non vt Iustitiæ iura tueantur, sed vt carni, & sanguini succurrant. Non vt pauperibus succurrant, sed vt abundantius habentes opulentius viuant, non vt oues suas doctrina, & moribus pascant, sed vt lacte, & vellere illarū pascantur.

Scimus & nos Christi locum Ecclesiam Dei, esse, locum Orationis, Locum Sanctitatis & Pietatis, vnde facimus & nos plerumque eam speluncam latronum, dum nec Christum, nec cum Christo oramus, sed Christum nostris ineptijs, scurrilibus, ac prophanis actibus, & vocibus irritamus. Veniunt velut satellites armis stipatæ mulieres, pompis, & coloriis ornatę, non vt orent, sed vt capiant insontes, vt figant, & prędam acquirant. Adhuc Christi hortum, orationis suæ domum, temeraria iuuentus, cum suis asseclis ingreditur. Qui nec Deum timent, nec imagines sanctorum reuerentur, cum tamen procul hinc debeant esse prophani. Attendant quicunque intra septa huius horti ingrediuntur, si Christi discipulatum profiteantur, ne Iudę ęmulentur ingressum. Diuersa horum perpendenda est ratio tam dissona.

Nota hęc studiō.

Sciebant autem & Iudas. Vtinam cum indoctis surgeremus iureque raperemus Cęlum, potius quam cum scientiis nostris demergeremur cum Iuda, totius loci Christi prophanatore, Nō.

nc scimus

ne scimus & nos locum Christi in pace esse, cum in pace factus sit locus eius, & tamen pacis emulatores effecti nostris rixis dissensionibus, controuersijs, quæ pacis sunt subuertimus? Scimus, & in humilitatis loco cōstitutum esse Christum, qui exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Hos autem elationibus nostris, nostris ambitionibus, & superbia nostra, omnem humilitatem, Modestiam, Patientiam, Pietatem, & Mansuetudinem insolentissimis insultibus deuastamus, atque confundimus. Christi locum scimus & nos esse continentiam, Castitatem, Puritatem, quæ loca quotidie deturbamus, dehonestamus, & nostris luxuriis Adulteriis &c. polluta facimus, quorum lasciuia cuncta fędamus. Christi locum sobrietatem, & ieiunia esse didicimus, quæ colluuiis nostris comessationibus, & ebrietatibus vsque ad nauseam polluimus, & dehonoramus. Locum Christi conscientiam nostram esse intelligimus. Quæ tamen quantis dissipemur hæresibus impietatibus, & omnium flagitiorum sordibus, etiam cæcorum oculis innotescit.

Quia illuc Iesus frequenter conuenerat cum Discipulis eius. Christus Iesus nulli rei, adeo intentus erat, sicut orationi, ideo non semel non aliquando, verum frequenter illuc conuenerat, vt pro nobis Patrem oraret, & orando placaret. Sed quia non sola eius oratio, minus autem aliorum, pro nobis, sed & nostra concurrere debet, ad implorandam, impetrandamque salutem, ideo non solus illuc conuenerat, sed cum Discipulis suis, vt cum orante orarent, & cum implorante. Nam & (alio Euangelista teste) interdum arguebat, non orantes secum. Ait; Sic? Non potuistis vna hora vigilare mecum. Vigilate, & orate, &c.

Sed nedum in horto, verum vbique Christus orabat, qui & nos ad orandum vbique docebat. Oportet (inquit) semper orare & nunquam deficere. Orabat die, orabat noctu, orabat in montibus, in desertis, in ciuitate, in templo, & in horto. Si autem rogas, cur frequentius in horto, ad orandum conuenerat, Poterit primò dici, quia ad eleuandam humanam mētem ad Deum, non parum adminiculi esse videtur sedis Dei conspectio. Est enim oratio eleuatio mentis in Deū. Cęlum, Dei sedem esse, ab eodem didicimus. Inuitatur animus ad orandum inter alta conspiciēdum, vnde Diuus Martinus cœli conspectum moriturus petiit. Sinite me (inquit) Cœlum videre, vt spiritus dirigatur ad Dominum. *Luc. 18.*

Secundo. Quia orationes efficacius accenduntur in locis quietis, & ab omni tumultu remotissimis. Vnde aliquando hortabatur, vt intrantes cubiculum clauso etiam hostio, in abscondito Patrem rogaremus.

Tertio quia in ciuitate, In templis, in cubiculis, & domibus plerumque plura facinora perpetrantur. Et quia loca peccatorum Dęmones frequentius occupant, qui nostræ orationi pro posse nituntur, ideo extra Domos, ac extra Ciuitates libentius orabat.

F Quarto. Adæ peccatum in horto, & ad arbores initium habuit. Christus peccatum Adæ expiaturus se transtulit ad hortum. Et quidem frequentius, vt intelligas non vna, sed pluribus vocibus, non vna, sed pluribus Orationibus, abolenda fore peccata.

Quinto vt intelligas oraturum ad se exaudiendum debere esse, non aridum, sed virentem, floridum, idest: Virtutibus ornatum, fide, spe, humilitate, Pietate, & Charitate decoratum, secundum quod scriptum est: Quia Oratio iusti penetrat Cęlos, quos Dominus non pro voluptate sed pro salute semper exaudit. *Eccl. 25.*

G Sexto (Teste Chrysostomo) Christus docturus Apostolos, ad sublimia seorsum eos conducit, ne ab impuris audirentur, sicque margaritæ ante porcos ponerentur. Instantibus autem solemnitatibus, semper Christus aliquid sublime docuit, & operatus est.

Septimo Sancti orantes phyalas plenas odoramentorum habere describuntur. Ideo Christus, & Discipuli adeunt hortum. Quia orationes fieri debent, ad consequenda cęlestia, ideo adducuntur ad videnda, quæ sunt nobis appetenda. *Apoc. 8*

H *Quia illuc frequenter.* Maxima hic orationis necessitas ostenditur, ad quam frequenter, nō pro sua, sed pro nostra necessitate, accedit Saluator. Et cum homo nulla magis indigeat re, quam pane. Magis tamen indigere oratione quam pane demonstratur, cum panem nostrum quotidianum postulare oratione iubemur. Vna autem ex præcipuis conditionibus, ad verum orandi rationem pertinentibus, hæc esse probatur, vt seorsum homo, totus à sæculo præcisus, colligatur in seipsum & si non corporali distantia separetur, mente tamen, & intentione nullibi distractus ad humanos conceptus, velut in deserto loco constitutus, totus in Christum ac in cęlestia dirigatur. Quem ad locum mulier illa quam sæuissimus Draco, ad deglutiendum insequebatur, vt saluaretur aufugit. *Oratio-nis necessitas & conditiones.* *Apoc. 12*

I Rectè cum Discipulis Dominus, Sathanæ persecutionem prædixisset, à quo cribrandi essent, vt triticum Mox seorsum, ad Orationis accommodatum locum adduxit, vt in silentio, & spe esset fortior eorum fortitudo. *Perseuerantia. Luc.*

Perseuerantia Orationis, ad consequendum fructum non minus videtur esse necessaria (dicente eodem Saluatore) Petite, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis, saltem autem propter importunitatem perseueranti petitum concedetur, Et hæc violentia est, quia regnum Cœlorum vim patitur, qua & violenti illud acquirunt. Hac enim, Cananea sibi, & filiæ consecuta est optata beneficia. Ipse autem Iesus non semel aut bis, sed iterum, atque iterum eandem repetiit Orationem, & vt (Lucas inquit) prolixius orabat.

K Humilitas in Oratione, in publicano quanti meriti fuerit, non ignoramus: Qui dum nec oculos suos ad Cœlum audebat extollere, sui pectoris tunsione intentus, in domum reuertitur iustifica- *Humilitas.*

iustificatus. Efficacius tamen præ oculis exemplum habemus saluatoris, qui dum hic oraret, etiam se coram Patre prosternit, quæ prostrationes maximè eius humilitatis sunt protestationes.

Ps.12. Ad quas cōfugerat Regius ille proph. cum diceret De profundis clamaui ad te Domine,

Eccl. 28. Domine exaudi vocem meam. Et hæc est oratio de qua Oratio humiliantis se penetrat nubes. Et hæc alteri connectitur conditioni præcipue

Attentio necessariæ, videlicet Attentioni, vt homo potius mente, quam verborum ductu orare conetur; istà vt Lingua, Labia, & Vox instrumentum spiritus esse dicātur, de qua Apostolus Orabo (ait) spiritu, orabo & mente &c. Deus enim spiritus

1.Cor.14. est, & spiritu loquimur Deo. Nā & eos qui adorat, ueros scilicet adoratores, oportet in spiritu adorare, secus in vanum lingua moueretur, si Deus mente non colitur.

Oportet & alteram inesse orationi perfectæ conditionem, quam etiam ab ista saluatoris suscipimus, & est resignatio siue præscriptio pro-

Propriæ uoluntatis abnegatio. priæ voluntatis, dùm corporalia hæc bona; sic postulamus, secundū quod suæ sunt placita voluntatis, Non sicut ego volo inquit, sed sicut tu uis. Et nos edocti sumus rogare, vt fiat Voluntas eius, sicut in cœlo, & in terra. Quod tunc facile hoc petimus, si Deo vniti simus, & vniri optamus, vt eadem sit volūtas, quorum vna debet vnire charitas.

Sunt sextò, qui quadam indiscreta, incautaq; deuotione sic se orationi, & contemplationi dedunt, vt Charitatis opera illorum prætextu prętermittant, ac obliuioni tradant, nec inde amoueri volunt, quāuis occurrente proximorum salute. Quibus obuius fit Iesus, qui ab oratione surgens, ad Discipulos inuisendos, animandos, & sollicitandos accedit. Et cum vterque sit opus charitatis, qua Deum nostros in Proximos diligimus, & Proximos propter Deum amamus, quomodò obliuiosus erit Proximi in feruore amoris Dei.

Surgit ab Oratione Christus, aditque discipulos, quo signa dilectionis proximi in actu Orationis, & Dilectionis Dei limpidius elucescat. Vltimò obseruandum illud se offert, quod apud Lucam describitur, dum non obiter recensetur auulsum Iesum à discipulis quātum iactus est lapidis ad orandum. Quo innuitur prius fiendam lapidis auulsionem à nostris pectoribus, idest: omnem duritiem, omnem frigiditatem, omnem terrenorum affectum, omneque onus, seù pondus peccati, ad diuina promerenda.

Quia illuc Iesus frequenter. Quis frequentius Hortum ipso Hortalano ingreditur? Vel ea ratione Christus postea se Hortulanū prębuit, qui Hortum frequentare consueuit. Attende tu igitur qua dulcedine illectus, præcipuus ille Patriarcha Isaac, cum primogenituræ benedictio-

Gen.27. nem impertiturus esset Iacob. Ecce (ait) odor filii mei, quasi odor Agri pleni, cui benedixit Deus; Redolebat fragrantia vestimentorum

A eius, sicut odor Thuris, cum eius vestibus valde bonis indutus esset, qui agriculturæ intendebat.

Vt igitur odorem suauitatis, etiam in vestibus redoleret Iesus, discipulos secum, quos ad hæreditatem vocabat, vt hæredes essent Dei, cohæredes verò Christi, duxit in hortū, vt odorem prætenderent intus, quem experiebantur foris, & talem in animabus pro sua virtute habere satagerent qualem fructices, & plantæ naturaliter haberet exterius, vt Christi, bonus odor essent, & in odorem vestimentorum eorum Gētes, vndique currerent, essentque non tantum

B vnusquisque sibi ipsi Hortus conclusus, & obsignatus, verum, & aliis proficuus, & amenitate repletus: A quo flumina totam terram irrigantia emanarent, quæ terram inanem prius, & vacuam, fertilissimam ad omnem frugem facerēt.

Iudas ergo cum accepisset Cohortem, & à Pontificibus sacerdotum & Pharisæis ministros. Venit illuc &c. Prius, lupis Agnum vendiderat Iudas, subinde, vt quem impius vendiderat, accictus accedit, vt Impiorum manibus tradat. Vtraque prius auctoritate munitus, Ecclesiastica videlicet, & temporali, ad facinus tunc pro-

C perauit cum sicariorum, & satellitum copiosum assecutus est numerum Quos cum accepisset, vt suæ Obedientiæ designatos, & tanquam nutibus eius creditos, illis instructis, quo signo eū proditurus esset, & quomodo cautè eum essent ducturi, impios gressus ad Hortum conuertit.

Timebat impius (nemine cōtradicente) inermem, sed tamen insontem inuadere, in aperto etiam loco, Orationi occupatum non erubuit, Cur igitur tanta, tamque armis munita caterua, congressum militiæ paras? Cohortem pro comitatu habes, quorum numerus ad trecentos vsq;

D armatorum viros accedit, habes: & Pontificum ministros tecum pergentes, Præstiterunt, & copiosum tibi numerum Pharisei ad eum comprehendendum, nec frustra times (o Iuda), qui peruerse agis, qui ad ligandam veritatem properas, qui extinguere vitam conaris, qui Iesum omniū Saluatorem perdere moliris, insontemque damnationi tradere fatagis. Multis indiges armis stipari, & copioso militum numero muniri, qui cōtra Iustitiæ iura, & aduersus veritatis præsidia congressum paras. Iustitia hominem à morte liberat. Est enim perpetua, & immortalis.

Ipsum aggressurus, qui induit per thoracē Iustitiam, multo apparatu indigebat. Accinctū Prou. 19. Sap.1.

E velut gladio validissimo super femur suum potentissime ipsa Iustitia, multis aggreditur militibus armatis, Erat enim Iustitia cingulum lumborum eius, siue vt. Isa. ait saluauit sibi brachiū Cap.9.
suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum. Indutus est enim Iustitia, vt lorica, & Galea salutis super caput eius.

Insuper scuto veritatis munitum impetiturus Iudas, quærit opprimere multitudine, quem nequit virtute deuincere ad quem Psal. hoc ait scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore

Ps.88. more nocturno. Prȩualet siquidem veritas qua nil validius, aut constantius, Veritas tua (inquit) in Circuitu tuo. Niteris in vetitum o improbe sicariorum? Et nisi se obuium traderet tibi, se ipsum, nec illum quidem cõtingere potuisses. Audi Prophetam. Abach.3. Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius venientibus vt Turbo ad dispergendum me.

Iudas ergo cum accepisset. Obtinuit Iudas quidquid expetijt à pfidis, vt perfidiæ suæ munus exequeretur. Cõcurrit vtraq; Potestas sȩcularis, & Ecclesiastica, quȩ perfidiȩ notis erãt adumbrata, qua impulsi, imò agitati inuehere in Christum conueniunt, Cogebant ministros, &. Cohortem Principes inuidia agitari, Iudas Ductor belli insania ducebatur, Auaritiæ nexibus obstrictus, ductor impiorum ab impietate ducitur, vt non nisi cȩcis ducatum præstent ceci. Humanum sanguinem Cerberus pleno hastu sitiebat, & lupus cruore agni satiari, ferino liuore cupiebat.

Sæuior omnium efficitur ille, qui maiora assecutus fuerat beneficia: incrassatus, impinguatus recalcitrauit. Seruus in Dominum suum Discipulus in proprium magistrum insurgit. Qui enim fieri potest vt talia, ac tanta beneficia? nisi tali, ac tanta ingratitudine dissolui possent.

Iudas autem cum &c. Attende quãtus ignis quotue flammæ ab vna fauilla succrescant. Iudas Pilatum, Pontifices, Sacerdotes Phariseos, Milites, & Turbam sua iniquitate succendit, & per hunc pessimum proditorem, tot & tanti pessimi fiunt proditores Christo aduersantes, Christum conculcantes, & insequentes. Vna scintilla infernalis incendii fuit Arrius, vna Lutherus, vna Caluinus &c. Quæ quia non extinctæ, quam copiosum ignem in orbe succenderint, dicat Ecclesia, hinc inde carbonibus, & flãmis denigrata Hæc tamen improborum omniũ sors est, & vna conditio, vt cum Patre, ac omnium Improborum Principe, mediam stellarũ, idest bonorum, & simplicium Hominum partem, è Cœlo in Terram precipitem trahat. Qua vero vigilantia arcendi sunt improbi, quorum sagacitate tantis Respublicæ contaminantur illecebris? De quibus Dominus ait. Ezechiel. 41. Hæc dices ad exasperantem me Domum Israel. Sufficiant vobis scelera vestra eo quod & alios ad peccãdum inducitis. 3.Reg.14. Ad Hieroboam autem qui peccandi occasionem multis prȩstiterat. Ecce ego inducã mala, super domum Hieroboam, & percutiam de Hieroboam mingentem ad parietem; & tradet Dominus Israel propter peccata Hieroboã, 4.Reg.21. qui peccauit, & peccare fecit Israel. De Manasse autem (inquit.) Quia fecit Manasses Rex Iuda abhominationes istas pessimas, & peccare fecit etiam Iudam in immũdiciis suis, propterea ego inducam mala super Hierusalem; & Iudam, vt quicunque audierit, tinniant ambȩ aures eius; & delebo Hierusalem sicut deleri solent Tabulæ, &cæt.

F Quæ sæuior pietas quã Impios tantarũ Impietatum auctores inultos relinquere? Lupos à gregibus ouium non arcere? Pestem e medio nõ tollere? Zizaniam à tritico non diuellere? Hoc potuit vnus Iudas, quid non poterunt tãti Iudæ? Nec se ipsum sufferre potuit ille, qui suspendio se tulit e medio. Nos autem tantos sustinemus, quos Christi proditores agnoscimus; sed cum sola pietate fugari possit impietas, hinc vndè illa passim deperditur, ista vberius grassatur.

Iudas ergo cum accepisset. Prius pecuniam, & hanc postulatam accepit Iudas, Mancipium G auri effectus. Proh dolor, ecce, Quid nõ mortalia pectora cogat, auri dira fames? Verum cum auaro, nihil sit scelestius, iubet Apostolus ita exosam fore, & execrandam auaritiam, quæ nec proferri ore deberet, quasi solo nomine ora, & linguam cõtaminet, & polluat Auaritia (inquit) Ephes.5. nec nominetur in vobis. Nempè pro sua impietate auarus comparatur idolatræ; Quia sicut ab ore Idoli pendent Idolatræ quotum oraculis se totos committunt, ita auari à nummo solo dependent. Et hi sunt de quibus eccl. 10. Pecuniæ obediunt omnia idolatræ omnem suam spem, H & confidentiam in Deo illo falso collocant; Et auari totam suam confidentiam habent reconditam in capsis cum nummis, & tamen falluntur? Quia tandem nihil inuenerunt omnes Viri diuitiarum in manibus suis. Ad quos Apostolus Iacobus ait in sua epistola Cap.5. Diuitiȩ uestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à Tineis commesta Aurum, & Argentum vestrum eruginauit, & erugo eorum vobis in testimonium, & manducabit Carnes vestras quasi ignis.

Idolatræ offerunt Idolo suo, vota sua, auarus I offert preciosum munus sui cordis auro, & diuitiis, & oculos suos ad illas cõuertit. Oculi tui, Hier.22. & cor tuum ad auaritiam, & sanguinem innoxium fundendum. Idolatræ difficile saluantur qui à peccato difficile reuocantur. Quasi peccatum Ariolandi repugnare, & quasi peccatum idolatrandi nolle acquiescere Idolatræ, cum idolis suis tandem damnantur; Auarus, cũ sua Auaritia, damnationi traditur pecunia tua (inquit Petrus) Act.8. tecum sit in perditionem. Imò auaritia detestabilior esse videt Idolatria, sicut detestabilius est seruire, quam prȩesse. Auaritia enim est Idolorum seruitus. Qui igitur serui fiũt Auaritiæ, serui fiunt & Idolatriæ. Iudæ ergo exemplo, hoc vnum æffigiant auari, eos qui volunt K diuites fieri in quas incidunt Diaboli tentationes, & laqueos, Nec non in desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & in perditionem. Hinc inferni portam, radicẽ Peccati, Pietatis ȩmulam, charitatis venenum, totius humanȩ diuinæque pacis, ac dilectionis inimicam &c. Qui Iudam damnamus, Iudæ facinus detestamur.

Venit illuc cum Lanternis, Facibus, & Armis. Extinxerat solis radios Iudas; ideo, qui cœlesti vlterius non irradiatur lumine: hic terreno,

--renio, humanoq; splendore saltem corruscare nititur. Nam & Saul, ille electus in Regem, vt præesset Israeli, qui prius coram Populo honorabat Dominum, Iustitiæ irradiatus splendoribus, postea auersus à Domino, & Auaritiæ deditus, qui contempto præcepto Domini, reseruauit sibi de optimis, quæ ex Amalechitarum strage supererant: expetijt à Samuele, vt coram populo ipse honoraretur. Non est cura luminis dissipantis, & consumantis, qui potitur lumine corruscantis, & perficientis Iudæ lumen, aduersus Christum, contra insontem, & iustum iustorum, lumen à Patre luminum, quo obscura quæque patescunt. Domine in lumine vultus tui ambulabimus & in lumine tuo videbimus lumẽ. Verbum Dei ipsa est lucerna pedibus meis, & lumen semitis meis.

1. Reg. 15.

Venit illuc. Non abijt vocatus Iudas, ideo laternarum lumine indiget. Quos autem vocat Deus, qui non sua temeritate, sed instinctu, & inspiratione ad Diuina accedunt admirabili fulgore corruscant. Qui de tenebris vocauit nos, in admirabile lumen suum.

Insultat Iudas lumine suo Christo, Hæreticorum, & maximè Hæresiarcarum præseferẽs typum, qui suo quodam laternarum lumine, Cohortem adducunt aduersus Christum, hoc suo gaudentes artificio, quod sophisticum lumen, contra lumen verum accendant, inclusum suum habet lumen in laternis, quod secũ tantum deferunt, quasi qui luciferi rectè vocari possint, qui proprium deferant lumen laternis occlusum, nullum nisi noctu, splendorem emittens, quia laterna quasi à latendo dicta sit, cum in angulis, & diuerticulis splendere tantum videantur Hæretici, ob id, quod apparentibus rationibus & fallacibus persuasionibus, apertę, & splendidæ, veritati, se opponere conentur.

Cum Laternis Facibus, & armis. His munitus præsidijs Iudas, ad capiendum, trahendumque Christum processit, lumine ad agnoscendũ, inquirendũ, ligandum, armis ad se opponẽdum, & resistendum, si qui occurrere velent capientibus, siue ducentibus. Et quia laternarum lumina facilè etiam debili aura extingui poterant, faces secum habere voluitque vigorosius ardẽt. Iux enim, ex crassiori materia, velut excrementem, siue amurca confectum, mancipium ignis efficitur, quasi à fecibus, dicta, quæ inuasorum fundo declinata, reseruatur, & denotas peccatores fecibus peccatorum pro grauitate scelerum in profundo Cacabi iacentes, & peccatis oppressos, in illis requiescere. Hi edulium, igni effecti contra Christum, à Iuda summunturrquia peccator, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit. Contemnit (inquam) salutem, & insurgit in Saluatorem, hæc fex calicis Domini, quæ non est ex inanita, de qua potaturi sunt omnes peccatores terræ. Fex calicis Iræ Dei, peccatores incendentis, nunquam exinanita, quia nunquam à pœna libera, æterno igne arsura, nunquam consumatura.

Cum Laternis Facibus, & Armis. Non sumpsit lampades, qui omnino oleo carebant, quod nutrimentum est Charitatis. Extinctę erant lampades, quorum recursus est ad faces. Non quærunt Lucernas, nec suscipiunt candelabra, quorum vsus erat in templo, ad Dei obsequium designatus, recurrunt ad Faces, & ad Lãternas prophanis tantum aptatas vsibus. Prodijt, quasi ex adipe iniquitas eorum, qui Facibus præuijs, incedunt, contra Redemptorem. Timebant in lapillos impingere, ne offenderentur pedibus, ideo parum illis sat erat visum, Laternarum vti lumine, seù facularum, alio largè Clariori indigebant lumine, quo inuerti possent, in petram scandali, & offensionis æternæ (iuxtà vaticinium illud) Ecce ponam in Sion lapidem offensionis, & petram Scandali. Quomodo igitur, perpetuas sibi, non parat tenebras, qui ad extinguendum verum, æternumque lumen Faces, & Laternas accendit? Dicente Domino Congregamini populi, & vincimini, accingite vos, & vincimini, inite consilium, & dissipabitur, loquimini Vebum, & non fiet. Omnia.n. quæ loquitur populus istæ coniuratio est.

Isa. 8.

ibidem.

Et Armis. Hoc vnum obserua, quibus armis Iudas cum Impiorum Cohorte ad comprehendendum Christum accedat, nempè ferro flammis, & funibus. His stipati ad Christũ properant. Sed quorsum talis apparatus vtique ad ligandum Christum, ad eum trahendum vinctum, ad tradendum eum hortibus ad insultandum, illudendum, flagellandum, & condemnandum.

Hæc sunt mundi arma, hæc Iudæ præsidia, vnde Impij, recurrant. Non habent arma Iustitiæ, non loricam fidei, non gladium spiritus non salutis, galeam. Arma impietatis habent, quibus ad Christum, tanquam ad latronem furentes, omni impietate conciti accedant. His machinis, qui ratione carent, Dei verbo se opponunt, vt ferro superent, quos nulla valent ratione superare. Hanc sibi legem præscripsit Iudas, Mahumetes, Lutherus, Caluinus, & quicunque Euangelicæ Veritati ses̄nituntur opponere. Vtinam pro Christo, hæc quæ contra Christum assumuntur armas fideles susciperent, vt ferrum ferro cohiberetur, nec permitterent fideles, his impeti, & deuastari cladibus Ecclesiam Christi Apostolicam.

Mundi arma, Iudæ præsidia.

Christi autem fideles longè fortioribus muniti sunt armis, nempe veritatis & spiritus, patiẽtiæ, & Perseuerantiæ, constantissimeque decertauerunt, quibus fortes facti sunt in bello, extinxerunt impetum Ignis, Castra verterunt exterorum, conualuerunt de infirmitate, sua, & visi sunt plus posse qui torquebantur quam hi, qui eos immaniter torquebant. His muniti, Intrepidi, & inconcussi permanent. Qui autem his stipate in sua virtute gloriantur fracti bello obligati tandem sunt, & ceciderunt retrorsum.

Iesus

Iesus itaq;, sciens omnia, quæ ventura erant super eum processit &c. Sciebat Iesus sui itinerarii terminos, videlicet quia à Deo exiuit & ad Deum vadit, nec ignorabat media, qui non ignorabat terminos, ideo quæ super eum ventura erant, etiam sciebat, qui omnia sciebat, eius omnia nuda, & aperta sunt oculis. Non quædam tantum sciuit, sed omnia nouit, quibus intelligas, nec vi, nec dolis, nec casu, nec fato, aliquid potuisse occurrere Christo, Talpæ oculos nunquam habenti, Lynceos verò semper possidenti. Nouerat ipse cogitationes Hominis, qui nouit cogitationes hominum; & qui sciebat quid esset in Homine, ipse non ignorabat quicquid, ad extra operabantur Homines. Imminentia sibi, & ludibria, & flagella non abhorrens, mortem nō perhorrescens, constantissimo animo ad omnia paratus pro salute nostra sustinenda processit. Processit (inquit) qui prius vacuos remiserat milites, se capere volentes, cum adhuc modicum versatus esset nobiscum, cuius hora iam aduenerat, qui omnia ad Ecclesiæ suæ rationem spectantia perfecerat, qui testamētum suum paruulis suis, & electis suis disposuerat, ipse qui spōte moriturus descēdit, qui se ipsum obtulit quia ipse voluit, vltroneus processit, satellitibus occurrit, Iudā amplexurus, morti se exhibiturus.

Processit (inquit) ille, qui ab æterno procedit à Patre, Illa sapientia, quæ ab ore altissimi inseparabiliter procedit, splendor, *Radius, qui procedit à Sole*, Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, Qui tanquam spōsus de thalamo suo processit, Ille (inquam) qui ex Deo processit, & venit adhuc vltra procedit, donec ad totius consumationis finem perueniat. Ipse illo se transfert, vt ad Iudam se transferat, ad quem se Iudas transferre non valebat. Ipse se morti ingerit, in quem nullam Mors iurisditionem habuit. Nunquam enim mala Christo approximari potuissent, nisi Christus se illis approximari voluisset. Nihil expauescens eorum, quę ventura erant super ipsum. Est namque procedere, quasi alteri cedere. Ideò quia cessurus erat Iesus Sycariis, Carnificibus, & Satellitibus, quorum hora aduenerat, processisse ad eos, non iuisse, seu accessisse dicitur: Imò, qui cessurus erat Tunsionibus, flagellis, spinis, opprobriis, alapis, clauis, & morti, rectè processisse describitur.

Prius hæc intendit, vt prospere ad incepta procederet, vt tandem in homines fide, & charitate in Ecclesiæ regno regnaret. Hic est ille homo nobilis qui adeò vltra procedit, vt abiret in Regionem lōginquam acquirere sibi Regnum, & reuerti, multis periculis, & passionum generibus se exponens, quibus transactis felicior appareret. Alias oues habet, quæ non sunt ex hoc ouili, quas oportet illum adducere, vt fiat vnum ouile, & vnus Pastor.

Errauimus omnes sicut oues, quæ perierant, ideoque processit, vt requirat perditos, faciatq; redemptos. Processit (inquit) spōtaneus, nostræ

F salutis auctor, & amator fugientes quærens, renuentes rogans, & periclitantes saluans. Processit ab horto ad rogum, à floribus ad Spinas, à frondibus ad arborem Crucis, à loco amęno, ad locum supplicii. Huc tendunt, qui in deliciis versantur, qui à gaudiis, ad Supplicia, à Voluptatibus, ad tormenta transeunt.

Processit. Quis nunquam versus inimicos processit, vt capiatur ab illis? Cur non magis vt capiat illos, cohibeat, offendunt, Arma diripiat, & aut vacuos dimittat, aut occidat? Solus Iesus ad furētes armatosque inimicos inermis,
G vt capiatur, spōnte procedit, nec ignarus erat malorum omnium sibi imminentium, quibus se totum debebat opponere. Sciebat quæcunque ventura erant super eum. Quid est super eum nisi quia, totus immergendus erat, in aquis tribulationum, vt à planta pedis vsque ad Verticem, nulla in ipso futura esset Sanitas dicente Psal. Saluum me fac Domine, quoniam *Psal. 68.*
intrauerunt aquæ, vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, &c. Iræ Dei non *Psal. 87.*
ascenderūt super Christum, sed in Christo (eodem dicente) In me transierunt Irę tuæ. Quia
H diuina indignatio non est complexa totum Christum, in quem semper sibi complacuit Pater. Super ipsum congregata sunt flagella, cuius nulla pars expers fuit calamitatis, & opprobrii. Nam ingenio reputatus fuit ab Herode stultus, voluntate a Phariseis seductor, ambitiosus mente, legis ignarus, & destructor, ac violator, operibus malefactor. In capite spinas, In fronte sputa, in facie Alapas, in auribus maledicta congesta, in naribus fœtorem, in lingua blasphemias, in ore fellem, & Aloe, in humeris onus Crucis, *Nota.*
I cui succumbere oportuit, In manibus, & pedibus clauos, toto demum corpore flagris acerrimis laniatus, &c.

Processit Iesus ad hæc omnia subeunda, in quibus totus passus est immergi, sed non demergi. Hęc singula Sciebat, & perfectissimè sciebat in foribus adesse, nec tamen pedem auertit, imò conuertit, & processit. Non se abscondit, sed seipsum pandit, qui sponte morti se tradit. Hoc Iusti faciunt, qui pro veritate decertant, qui vsque ad mortem certant pro Iustitia. Hoc bonorum pastorum munus, qui pro Dominico grege animam suam ponunt, qui pro aliorum salute corpora sua tradunt ad supplicia, qui cum
K Iona maris fluctibus pręcipitantes, ingurgitant se vltro. Ecce igitur plusquam Ionas hic, qui non alio se conuertit, sed pede sollicito, versus inimicos processit. Alias fugerat ab hostibus se capere, aut lapidare volentibus, aut abscondit Iesus, at nūc ad eosdem, quos prius declinauit, processit, qui duo nobis præcepta reliquit, & exemplo suo confirmauit; altero vt si nos persecuti fuerint Veritatis hostes in vnam Ciuitatē, fugiamus in aliam; altero, si nos in vnam maxillam percusserint, prębeamus & aliam. Quādoquidem non stolide, neque imprudente quouis ausu,

ausu, mox, nos tradere iubet, voluntatibus insequentium, & tyrannorum, sed pro ratione temporis, locorum, & vtilitatibus aliorum. Nam & Paulus, aliquando, per murum demissus est in sporta, vt manus Impiorum euaderet, aliquando non solum ligari sed paratum, se præbuit ad moriendum pro nomine Domini & Petrus aliquando ab Angelo soluitur, & è carcere educitur, vt emanibus impiorum eripiatur. Aliquando lubenti animo crucifixoribus cessit.

Act. 16. Act. 21. Act. 12.

Processit. Qui ad finem properat itineris incommoda, non aduertit, aut curat. Scimus, & nos finem, quo peruenire debeamus, scimus, & media, quibus finem præscriptum adipiscamur, haud tamen procedimus, qui nullis incommodis subesse patimur, vt inde retrocedamus, vnde Christus processit, scimus (inquam) & nos, quæ super nos sunt ventura, si vnde processit Christus, & nos procedamus, & hoc vnum non ignoramus, quod si compatimur, & con regnabimus. Hæc euentura nobis claris oraculis, illisque diuinis didicimus, Qui bona egerunt ibunt in vitam æternam, & in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem Iudicij, scimus tribulari, quia in patientia nostra possidebimus animas nostras, scimus mites, quoniam terram illam promissionis possessuri sumus, scimus humiles quia superbis Deus resistit humilibus autem dat gratiam, scimus qui esurimus Ieiuni, quia saturabimur, & eorum finem interitum esse, quorum Deus venter est, scimus pauperes, scimus lugentes, misericordes, quæ euentura sunt nobis, nempè Regnum Cœlorum, risum perpetuũ, mensuram Misericordiæ consecuturi, confertam, coagitatam, & superfluentem, scimus & amatores sęculi, inimicos Dei effici, non posse nos Deo seruire, & Mammonæ, & per multas nos tribulationes oportere Regnum Dei consequi, nec tamen (nisi forte inuiti) vlterà procedimus, pedemq; nostrum tribulationis tempore, & aduersitate ingruente, ab incepto retrahimus. *Christus intrepidus, ac securus*, non tantum processit, nullis territus Armis, aut aduersariorum insultibus verùm, tanquàm suæ salutis certus, ac securus, prius Hymnum suæ gloriæ, exaltationis, & Victoriæ recensere voluit. Qui (Lyrano teste) incipit a Psalmo Laudate pueri Dominum, & prosequitur per quatuor subsequentes Psalmos, In quibus de Christi Victoria agitur. Hoc tamen potuit ante congressum cum hostibus, & ante naufragiorum pericula de cantare. Non sic Delbora, non sic Moyses, non Ezechias, Anna? Non tres pueri in camino ignis illesi; Qui omnes, aut post transacta pericula, profligatos hostes, excussis terroribus, experta benefica manu saluatoris eorum, seu adepto portu, qui dubij erant propriæ salutis Hymnos suos, tantum decantare potuerunt. Iesus autem ipsa salus, totiusque salutis author, antequam congressum habeat cum Mundo, cum morte, & cum Diabolo Hymnum dixit, Audacterque, & solus in armatorum medio processit, tanquã qui prius prophetico ore dicebat.

Si consistant aduersum me Castra nõ timebit, Cor meũ, si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. O nostrũ fœlicissimũ Ducẽ, o inuictũ semper, semperq; victorem Iesum, nunquã præire suos voluit, sed ipse non solum suos præire voluit comilitones imò solus ad congressum accessit, suosque abire illęsos voluit Laudet Gentilitas suos Cęsares, qui nunquàm suis militibus dixerint. Ite, semper secũ ituros inuitauerint, dicentes eamus, qui ad cõgressum cum hostibus, ante ire loricatos iubebant David singulare suscepit certamen, cum Goliad, Iesus filius David, non cum solo Iuda, sed cum Cohorte, & vtriusque iurisdictionis militib. imò cum huius mundi principe, cum Tenebrarum harum principibus, & potestatibus, mundique Rectoribus, certamẽ habere nõ timuit. Ipse solus aduersus impios, ipse solus occurrit hostibus fidei, & Veritatis, vt eos retrocedere faciat, vt prosternat, ac cohibeat cæteris segnibus, nihilque curantibus quid moliantur Hæretici. Esto in foribus adsit Iudas armatus ferro, & cateruis, Quis (inquit) consurget mihi aduersus Malignantes? Aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? Ps. 26.

Et dixit eis, Quem quæritis? Parum fecisse visum fuisset Christo si hostib. suis benignus tantum occurrisset, nisi & benigna salutatione eosdem pręuenisset, hoc est de quo tam impij contradicunt, qui nec salutationibus, nec Christianis signis pręuenire voluunt inimicos, qui ab ipsis præueniri, non nisi pro nostra elatione portulàmus, & volumus. Longè hęc à Christiano homine, q ad Chri normã, suos debet actus cõponere. Hoc Christus capitib. superborum congessit, vt eius, eruditiores exemplo, quod docuit apud Matth. c. 5. obseruemus. Si enim diligitis tantum eos, qui vos diligunt, & si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facietis? quam mercedem habebitis? Non nè Ethnici etiam hoc faciũt? Pacificus Christus, pacificè occurrit hostib. illosque pacificis verbis alloquitur.: Quem quæritis? Humanæ Superbię.

Et dixit eis, quem quæritis? Antiquam illã vltionis regulam abolere volens, vbi dentem pro dente, oculum pro oculo, & pedẽ pro pede soluebat offensis, nullam sibi irrogatam vltus est iniuriam, iustum ab eo præscriptã regulam Audistis quia dictum est oculum pro oculo, dentem pro dente, Ego autem dico vobis non resistere malo, & quicunque angariauerit te mille passus, vade cũ eo alia duo, (idest millia) &c. Nihil enim seueritatis reseruare Exod. 21. Matt. 25.

debet sibi, qui nihil vindictæ sibi reseruare iu betur; Dicente Domino. Mea est vltio, & ego retribuam illis in tempore: & alibi Apo stolo teste. Mihi vindictam (ait Dominus) & ego retribuam. Propterea .n. Deus vltionũ dicitur per Proph. Quia sibi omnis vltio debeatur. Quisquis igitur suarũ iniuriarũ vltor efficitur, qđ Dei est, temere vsurpat. Nunc Iudas armatos milites, contra insontem, & inermẽ adducit: in die autem vltionis, retribuet abundanter facientibus superbiã. Abundant (inquit) quia (vt sapiens dicit) ipse armabit creaturam ad vltionem inimicorum suorũ. Dum autẽ agit in humanis, dum nostrum se magistrum præbuit, benignis verbis sæuissimos, ac teterrimos hostes alloquitur.

Deut. 32. Rom. 12. Psal. 93. Sap. 5.

Quem quæritis? Sciebat quem quęrebãt, qui omnia sciebat. Prius tamen noluit capi, quam percunctaretur, quẽ nam quærerent, vt de ore eorũ adiudicarentur serui nequam. Quem quęritis. Quærit obuius Pastor, a lupis rapacibus, leonibusq; præparatis ad escã. An ex meis ouibus aliquam laniandam, deuorandam, aut lacerandam quæritis? Quod si eam quæritis, ego huc veni, non aliquam misi, qa omnes vna charitate diligo mecũ. Prius a cturi estis, qui animam meam pono pro ouibus meis, hoc vnũ scire volo quem quęritis? Maximè mihi sunt curæ oues meæ, quæ me sequuntur, quæ me diligunt & vocem meã audiunt, quę erãt patris, quas, & mihi dedit Pr.

Agam ergo, vt non perdã ex eis quemquã. Quare hoc vnũ exposco, quod scire volo, vestro oris testimonio, quem quæritis? Vel nè per errorem contingeret alium pro alio inijciendo manus accipere, hoc vnum iubeo nõ vni, sed omnibus vobis, ego vnus; Aperite, & pronunciate nominatim quem quæritis. O fidelissimũ animarum nostrarum custodem. O verum nostrũ Samaritanum. O totius Dominici Gregis strenuum, vigilantissimumq; Pastorem, imò velut pullis incubantem galinã, quæ vulturibus rapacibus, pro salute pullorũ obuia accursit, & crocitat. Quasi dicat. Si hos tracturi estis, pupillam oculorum meorum tracturi estis. Quem quæritis?

Quem quæritis? Nõ ait illi. Quid quæritis, aut quorsum tenditis quid vultis &c. Sed de persona tantum interrogat quem quæreret. Apparatus arma, & funes hoc præseferebant in manibus Sycariorum, vt non aliud, quę aliquem ad ligandum, ad capiendũ, ad trahendum, & perdendũ q̃rerent. Hoc igitur intendit Christus sciscitare quẽ nam ad capiendũ, ligandum, trahendum, & tradendũ morti q̃rerent. O bone Iesu: an ignoras, quia te solum quærunt? Non.n. frustram semel atq; iterũ Euangelista retulit, qđ scires oĩa qui te insequentes, ac tibi insultantes nescire te fingis. Interim tẽpus cogitandi, resipiscendi, & a facinore pedem retrahendi, præstans hoc tuæ

F charitatis munere, cuius benignitas ad pœnitentiã, resipiscẽtes adducit, si quomodò auertantur retrorsum, & erubescant qui quęrunt tibi mala. Fingis interdum te procul abesse, cùm propè ad sis fingis te multa, adhuc nescire, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam, qui non vis mortem peccatoris, sed magis vt conuertantur, & viuant. Hoc vnum agit Christus, qui a tempus miserendi eius, quia venit tempus. Nobis autem agendum cautius, ne secundum duritiam nostrã, & impœnitẽs cor, thesaurizemus nobis Iram,

G in die iræ, & retributionis.

Fingit Christus atq; dissimulat.

Quem quæritis? Non quærunt quid mali, sed quem, seu qualem; Quia nomen, non rẽ quęrunt. Iesus vita est, veritas est, lux est, iustitia est. Isti non vitam, sed mortem vitæ, nõ veritatem, sed vanitatem, non iustitiam, sed iustitiæ exitius facere nituntur, solo vocis apparatu oblectantur impij, qui solo Christiano nomine gloriantur. Hoc faciunt Hippocritæ, qui ouium velleribus tecti, intus nihil ouinum continent, qui lupi sunt rapaces.

H Hoc Pharisaica perfidia obseruat, vt omnia faciant, quò ab hominibus videantur, & popularem auram consequãtur, velut monumenta dealbata, intus vero fœda, & mortuorum ossibus plena. Hoc Hæretici, pro supercilio habent, qui sola voce gloriantur, & quidem deceptores sunt, quia vox, quidẽ vox Iacob est, manus autẽ, sunt manus Esau. Nõ enim quid quęrunt qui diuitias quærunt, cũ nihil tandem viri diuitiarum inueniant in manibus suis. Nil quęrunt, qui concupiscentias, quęrunt, & quęq; mundana quærunt. Quandoquidem transit Mundus, & cõcupiscentia

I eius. Nos autem quid non qualitatem, quæramus, & substantiam quęramus, fastum negligamus. Nam & sanaturos suos a morbis, et cecitate, a demonio, ex morte, nõ percunctatur, quem, seu qualem gratiam petiant, sed, Quid quæris (inquit) Quid vis? Quid a me exigis? Quid vis vt faciam tibi? quibus sua dona largissimè est impertitus.

Responderunt ei: Iesus Nazarenum. Non insiliunt in interrogantem, nec ministri, nec totius Cohortis milites. Obscurati sunt oculi eorum ne videant. Inuenerunt IESVM,

K sed quem inuenerunt non agnouerunt, quia sophistico eum lumine conspexerunt. Thesaurum inuenerunt, in quo sunt omnes Thesauri Dei absconditi. Quòd autem inuenerũt, non agnouerunt, qui toruo oculo, eum, quẽ inuenerunt prospexerunt. Quærebant Magi IESVM, & eum inuenerũt, quem cœlesti, irradiantis stellę lumine quęsierunt.

Herodes, & ipse IESVM quærebat, & eum, quem quærebat non inuenit, quia facibus, & armis illum quęrebat; Nam & illi milites Samariæ Heliseum quęrebant, quẽ traherent ad iura Tyranni subeunda. eum, quẽ quære-

quærebant, inuenerunt; minimè tñ, quem inuenerunt, agnouerunt, qui extincta luce, eius quem quęrebant ad perdendum, obsequio indiguerunt. Quærunt & hęretici pro sua quisq; Cohorte IESVM, & quem quęrunt, se inuenisse non intelligunt, dum non lumine fidei, sed láternarum suarum tenuissimo lumine illũ conspiciũt. Inueniunt in horto scripturarũ, in Ecclesia, in Ecclesię Sacramento, sed quẽ corã habent nõ agnoscunt, qui vero lumine carẽt.

Responderunt ei, IESVM Nazarenum. Si IESVM cognouissent, vtiq; te quærimus, respondissent, toti enim tenebrosi erãt, oportebat namq; eos, quorum oculi nequam erant, & tenebrosos esse. Loquũtur cum Iesu, de Iesu, qui Iesum nesciũt. O stulti, & ad credendũ tardi, quis vestros fascinauit ocellos, ante quos præscriptus est Christus? Quomodò tenebantur vestrorum oculi, nè eum agnoscerent? Errant, qui carnalib. oculis, Christum prospiciũt, vt agnoscant. Absit, vt diuina, a carnalib. prospiciantur. Non enim animalis homo, percipit ea quæ Dei sunt.

Iesum non inueniunt, qui Deũ nõ quęrunt. Quærunt isti tm̃ hominem, nec sciunt Iesum, Deum, & hominem esse. Ideo qui sic sunt, ante Iesum, sunt procul a Iesu. Et dum videntes Iesum, non cernunt Iesum, quia non agnoscunt Iesum, sibi ipsis videbantur hominẽ flagitiosũ quærere, legis destructorem, seu latronem cõprehẽsuros, quæ procul sunt a Iesu, in quo nõ est, nec põt esse dolus, qui peccatũ non fecit, nec peccare vnquam potuit, qui legẽ non destruit, sed perfecit, non soluit, sed adimpleuit, non quę aliorum sunt latrocinantem, sed q̃ sua sunt distribuentem. Ideo sua obcęcati infidelitate, nõ agnoscunt Iesum, & vero Dei iudicio suam fatentur cęcitatem, dum tanquã ad alienũ loquunẽ ad Iesum, tanquã ad incognitũ, de eo, velut de alio rñdent, Iesum Nazarenum.

Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Huc nos contulimus, ad hoc, has militum cateruas adunauimus, arma, quæ vides attulimus, faces, quæ ardent accendimus, vt illum hincinde latentem in cauernis, ẽt quæramus, & vi illum è medio suorum militum auferamus, his funibus vinciamus, & vinctũ ad supplicium trahamus. Iesum hunc Nazarenum, odiosum toti mũdo quærimus, vt è mundo tollamus, vt eradamus nomen eius de terra, vt memoriam eius, omnino extinguamus, nec memoretur nomẽ illius vltra. O insanum impiorum consilium; O stultum usquequaq; cogitatum peruersorũ dicentium: Venite opprimamus iustum, qm̃ contrarius est operibus nostris, &c. Circũueniamus eum, qm̃ inutilis est nobis, improperat nobis peccata legis, promittit scientiam Dei se habere, & filium Dei se nominat. Grauis est nobis ad videndum, qm̃ dissimilis est alijs vita illius. Ideoque nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se a viis nostris tanquam ab immũdicijs,

Vide quã magnus ad Christũ capiẽdum Iudęorũ fuent apparatus.

Sap. 2.

A & pręfert nouissima iustorum, & gloriatur Patrem se habere Deum. Tentemus ergo, quæ ventura sunt illi, & sciemus, quæ erunt nouissima illius: Si enim verus est filius Dei, liberet eũ de manibus vostris. Contumelia, & tormento interrogemus eũ, & ꝓbemus patientiã eius.

Sed quomodo potuissent cõpręhẽdere eũ, quem nec poterãt uidere? Aut qũo potuissent armis, & manibus contingere, quem mente, & sensu neqbant attingere? Multis poterat Christus signis, & argumentis dignosci, ni fuissent sensus illorum obstrusi vultu & specie decoris

B eius, habitu, & ueste, organizatione uocis, nec non officio Pastoris. Adeo tamen hebetes sunt effecti ratione, & sensuũ discretione, ut uelut amentes, uidentes nõ uideant, & audientes nõ intelligant. Hoc illis Diuina dispositione contingit, ut ab illis cãm passionis omnino tollendo, in Christi uoluntatem traduceret.

Respondit eis Iesus: Ego sum. Nulli negat seipsum Iesus, omnibus se conspicuum reddit, qui est salus omnium peccatorũ. Non negat se Iesum esse coram hominibus, ẽt profanis, & insecutoribus, qui se non negandum docuit, &

C statuit: Si quis confessus fuerit me coram hominibus, confitebor & ego eum corã Patre meo: Qui autem negauerit me corã hominibus, negabo & eum coram Patre meo, & Apostolus. Deus fidelis est, se ipsum negare non potest. Quod si nos negauerimus eum, & ipse negabit nos. Medicus non se retrahit conuenienter ab ægris, nec Saluator continet se a saluandorum consortio. Venerat Christus, non vocare iustos, sed peccatores ad pęnitentiam. Venit quęrere, & saluum facere, quod perierat.

Luc. 12.

2. Thim. 2

Libenter igitur & promptè obuius fit im-

D piorum cateruis, & illis se lubenti corde despõdet, Iesumq; se esse, quàmprimum quem percunctantur ostendit, si qũo a liuore iniquitatis transiret aliquis, ad lumen fidei & Charitatis.

Ego. sum. Ad quid (impie Iuda) Iesum osculo tradendum insinuasti? Quemcunque osculatus fuero, inquis, ipse est, tenete eum. Non iste est Sanson quem Dalida deciperet. Non est hic Amasa, qui incautus osculo ab Abner occiditur. Non est hic Amon, qui inexpectata fraude ab Absalon perimitur. Frustra enim, tua lingua concinnabit dolos, cùm

E seipsum Saluator non occultet, sed proferat, non abscondat, sed prodat. Osculari tamen (impie) cogitasti tuum Magistrum in dolo, qui dolos tota die meditabaris. Nec inconsultò, osculo eum tradere cogitasti, quem sola dilectione capiendum fore agnouisti. Audisti conquerentem Iesum de Pharisęo, a quo non acceperat osculum, esto, habuisset conuiuium. Ideò ut his satisfaceret, qui eum dolo capere & occidere cogitabant, osculo doloso tradis. Osculum tuum fortius ad capiẽdum Iesum quam funes, & arma, nisusq; militum esse didicisti, quem nulla ui, sed solo dilectionis signo conquiren-

B 2 dum

Cur osculi signo prodat Christū Iudas

dum præsciuisti. Nec retrahit se ab osculo, qui te amicum nominat. Amice ad quid venisti? Siccinè me decipis? Osculo filium hoīs tradis?

Decebat amantem non alio, quam amoris nodo, nō alio quam dilectionis vinculo captū iri. Nunquam retrahit ab osculo labia sua Iesus. O quam promptus ad oscula fidus amator hominū. Sicut puer ad amplexus matris, & oscula lætus occurrit, sic innocens Iesus in oscula ruit, adeo, vt nec auertat a Iuda. Ab eo (inquā) ore, a quo tam vili precio venditus fuerat, & tā impudenter contra obsequia pterita ipsi Christo murmurauerat, & omnia disposuerat ad eū neci tradēdum. O impiorum scelestissime, Mulier illa peccatrix, osculando pedes Iesu, sanctificata recessit, tu os illud, ianuam Paradisi, & gratiarum fontem, quia diffusa est gratia in labijs eius, osculando, in tua damnatione persistis? Accedamus ad gratiarum fontem, & osculo dilectionis osculemur Iesum; Osculis nostræ charitatis totum se committit Christus paratus in amplexus.

Ego sum. Ille videlicet Iesus, quem vos quæritis, qui noctu sibi occurrunt, istis se verbis manifestant: Ego sum. Nec nos in hac caligine mortalitatis, alia possumus cognitione certiores fieri de Christo, quam per sonitum vocis. Vnde sponsa, cum quærens, indica mihi vbi cubes, vbi habites (inquit) sonet vox tua in auribus meis. Sola (inquam) fide Christum agnoscimus, sola voce, quia fides ex auditu. Per fidē (inquit) Apostolus ambulamus, & non per speciem. Ad cognoscendū igitur Iesum, solius vocis ministerio vsus est Christus qui se agnoscendum solis vocibus insinuauit, & statuit. 2. Cor. 5.

Hoc est palam de Christo confiteri, & Christum verum Iacob, oraculo vocis agnoscere, & vbique agnitum adorare. Caligant oculi inspicientium, gustus decipitur, odoratus fraudatur, tactus hallucinatur, solus halitus certior extat, & a deceptione seruatur. Secundū quod scriptum est. Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam. Gaudium fidei, & intelligentiæ, lætitiam visionis, & æternæ exultationis. Audiā igitur, quid loquatur in me Dominus meus, vt tandem, sicut audiuimus, sic videamus. fatetur Christus, se Iesum, quod est nomen ab Angelo datum diuinitus, & est nomen Diuinum Tetragrammaton, & se Nazarenum propter Matrem, quæ ex Nazareth. Quibus Deum, & hominem se insinuat. Psal. 50.

Stabat ergo, & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Factus impius, & a consortio discipulorū velut cementum inutile & abscissum in congeriem profanorum se contulit. Hic Apostatarū ductor, & magister, cuius formā secuti sunt Iulianus seuiens aduersus Christum, Oecolampadius, Vergerius, & alij, qui a Discipulatu, imo ab Apostolatu Christi, & a consortio iustorū, abierunt in consortiū impiorum, in viaq; peccatorum steterunt, & in cathedris pestilentiæ

F sederunt. Propterea stabat (inquit) Iudas cum ipsis, quia similis ad similem fertur, lupus cū lupis, & impius cum impijs. Stabat, qui obduratus animo, in sua malitia, & prauitate perseuerando persistebat. Stabat hic cum impijs q cū staret cum iustis, noluit videre, ne caderet. Stabat, qui prius cùm Iesu ambulabat, cuius oleū cessando stetit, cum ad impietatem diuertit.

Hæc est bestia q̄ stantem vidit Daniel super pedes suos, altero auaritiæ, altero inuidiæ, q-bus incesserat cōtra Iesum. Impiorum est stare, aut retrogredi, qui dum vnū pedem aliqñ G mouent ad bonum, alio mox conuertuntur ad malum. Nā animalia ibant, & reuertebantur. Pij autem, ac iusti semper ad vlteriora procedunt, qui ad meliora proficiūt. Ibunt (inquit) Proph. de virtute in virtutem. Dan. 2. Bipes bestia Iudas proditor. Psal. 83.

Semper spiritu Dei aguntur, qui inter filios Dei computantur. Viā mandatorū decurrūt, qui a segnitie, & ab ocio, ad omne opus bonum peragēdum in Dei vineam adducuntur. Oportet. n. semper ire eos, & nunquam alicubi stare, qui alicubi cupiunt se transferre. Grandis nēpè nobis restat via. Semp igitur imus, qui sem-H per peccati vincula fugimus, & post Christum in odorem vnguentorū suorum currimus, qui uix pedem in terra figimus, & nunquam in terra firmamus, quos mox ea ad sustentandum tacta, solummodò eleuamus.

Stabat autem, & Iudas. Non enim stetisset, nisi Dei amorē extinxisset. Nescit enim Amor Dei esse otiosus, operatur enim magna si est. Sua enim dextera manu excellentiora opera sua homines perficiunt, sinistra nihil operantur. Rectè Iudas ad sinistram collocatus stare describitur, scribimus enim dextera, Panem, & I potum ori pro tuenda vita porrigimus, eleemosinas elargimur, fidemque exhibendo dexteras damus, &c. & omnia quæ existentib. ad sinistram improperantur, qui ad dexteram sumus perficimus. Ad dexteram Iudæ Diabolus stabat, de quo Propheta ait. Et diabolus stat a dextris eius. Sibi, solus sinistræ locus est relictus, in quo (teste Euangelista) stabat, nunquam ab eo loco recessurus, nunquā in meliorem sortem commigraturus. Ps. 108.

Stabat in sua perfidia, qui in Dei veritate nō stetit. Hic perfidus stabat, unde nulla benigni-K tate diuelli poterat. Ibi stabat fixus, cui totus erat innixus. Viro autem impio nihil obstinatione firmius, & immobilius, quē nec Diuina virtus, & omnipotentia (nisi eo cedente a proposito) reuocare pōt, Augustino asserente, maius fore miraculum, peccatorē a peccato reuocare, quam sit Cælum & terram creare, persistente ipso in sua prauitate ad multas Dei voces, & præcepta, vocationes, & beneficia, cum tñ solo verbo dixerit, & facta sint oīa. Ecce Iudæ impietatē, a qua nec piæ uoces, nec sedulæ admonitiones, nec graues comminationes, nec oscula ipsa, nec tot præstita beneficia, eum Obstinatio Iudæ.

reuoca-

reuocare potuerunt.

Vt autem dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Intonuit de Cęlo Dominus, Altissimus dedit vocem suam. Quam ferre non possunt impij. Loquere tu nobis, olim dicebant Moysi, & non loquatur nobis Dominus, nè forte moriamur. Hac territus aufugiebat, effectus peccator Adam. Audiui (inquit) vocem tuam, & timui cum nudus essem. Hanc inæstimabilem experientur vocis virtutem, cum dederit Iesus voci suæ vocem virtutis, qua etiam, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt vocantur.

Dicite o milites, quo nam sitis concussi telo, quo impulsu repulsi, quo confossi iaculo, qua sagitta vulnerati, vt corruatis. Certè sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, quia qui solo verbo restaurat omnia, solo verbo potest confringere & destruere omnia, exprobrantis & persequentis, sagittæ enim potentis acutæ. Vox Domini concutientis desertum, vox (inquam) confringentis Cędros.

Hęc potuit vox mansuetudinis dicentis, ego sum, quid poterit vox, si vox Maiestatis & seueri iudicis intonuerit? Cum leo rugierit, quis non formidabit & corruet? O Rex Gentium, quis te non timebit? O quam horrendum est incidere in manus Dei viuentis & omnipotentis. Ostendisti populo tuo dura, nec potati sunt vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem, nec fugerunt a facie arcus. Mœnia fortissima Vrbis corruerunt ad sonitum tubarum, non cadent Arundines ad tantæ vocis sonitum? Oza, temerario ausu cecidit extinctus Arcam tangens, quomodo non corruent, qui in Deum ipsum, sacrilegas manus inijcere tentant.

Terribilis & tremenda Christi uox.

Abierunt quidem retrorsum, sed non sunt conuersi retrorsum. Ceciderunt in terrã, nec se prostrauerunt, quorum superbia ascendit semper. Nec iniuria ceciderunt, qui eius, qui primo cecidit milites sunt effecti, Sathanæ scilicet, & Luciferi. De quibus dicitur. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Vidi Sathanam cadentem de Cœlo sicut fulgura. Hunc, & hos omnino cadere oportuit, qui in stratu Domini conabantur residere, & vsurpare locum rapina, quem solus occupare potest Dominus. Volebat alter ascendere, exaltare solium suum, & esse similis Altissimo.

Isa. 14.

Luc. 10.

Volebant hi eijcere, expellere, & præcipitem dare Iesum, ideò præcipitati sunt, expulsi sunt, & eiecti sunt, nec potuerunt stare, Esaia prius attestante cap. 28. Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, & pallium breue, quod non potest operire vtrumque. Adeò enim Christus implet Diuinitatem, vt nihil superfit, in quo latet plenitudo Diuinitatis. Ideò breue, quo solus

A ipse tegitur, totumque complectitur. Ceciderunt vasa testea opus figuli, vasa fictilia, quomodo non sunt confracta, & comminuta: expulsi (inquit) sunt, nec potuerunt stare. Ad nihilum iam valent vltra, nisi, vt mittantur foras. Ablata est ab eis virtus, nè vltra glorietur quis in fortitudine sua, aut in apparatu cateruarum suarum, vnus persecutus est mille. Compescuit vnus armatorum multitudinem. Nitebantur ipsi irruere, & cadere super petram, super quos petra cecidit, ut comminuat, & conterat, perfidiamque frangat. Iustus autem cum ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. Psalm. 36.

Psal. 35.

B

Abierunt retrorsum. Viri perditi, comite perfidia. Iesum qui quærunt, qui ad Iesum peruenire nequeunt. Quærunt salutem qui in damnatione persistunt, a quibus longè est ipsa salus. Non quæritur Iesus, nec acquiritur salus armis, ferro, aut milite armato: magis autem quæritur, & comparatur fide, & charitate, humilitate, & paupertate, oratione, & eleemosina. Hæc ad Iesum ducunt, & faciunt inuenire vitam æternam, obedientia, & abstinentia, castitas, & puritas, iustitia, & miseratio ducunt nos ad saluatorem, & perducunt ad nos salutem.

C

Retrorsum cadunt, qui Iesum hunc esse audiunt, qui nihil commune cum improbis habent, qui iniquitatem odit, & execratur peccatum, virum sanguinum, & dolosum abominatur, ideò non permanebunt iniusti ante oculos suos. Auertantur igitur retrorsum, & erubescant, confundantur, & reuereantur simul, si quomodo a vijs suis primis conuertantur ad iter salutis, qui saluatorem se quærere dicunt.

Cadūt retrorsum oēs īpij.

D

Retrorsum cadunt, qui contra Cœlorum Regem dimicare contendunt, cadunt retrorsum, qui spiritualibus se opponunt, necnon, qui peccatorum oneribus pressi, in profundum prolapsi contemnunt. Retrorsum cadunt, vt Cœlum prospiciant, a quo tonat vox illa tonitrui: Ego sum, si fortè agnoscant errorem, & ad Deum conuertantur. Retrorsum, qui non vident miseri vbi cadant, nec facile resurgunt.

E *Abierunt retrorsum.* Non est qui salutem non quærat, neque est qui non libenter saluatori inhæreat, quærunt Gentiles, quærunt & Iudęi Saluatorem, quærunt hęretici, ac peccatores irretiti criminibus, quorum omniũ caligat oculus ad agnoscẽdum Saluatorem Iesum asserentẽ, Ego sum. Retrorsum abeunt, & terrenis illaqueati obuoluuntur, a quibus nunquã expediri, semper autem impliciti a Christo retrocedere coguntur. Nolunt pauperem, qui ditari cupiunt, nolũt largitorem, qui auaritiæ student, nolunt ieiunium, qui gulæ parent, nolunt

Quærunt oēs Christum.

castum,qui carnis illecebris agitati hincinde luxuriantur,nolunt patientem,nolunt pium, nolunt humilem,nolunt tandem Iesum,& retrocedunt a Iesu,qui eum talem audiunt, & eum prius conatu quodã propẽsiori in ipsũ ferri & videbantur,nec contingere possunt,magis autem ad ea quæ retro erant conuertuntur, & in viam gentium denuò abeunt, velut indignati recedentes, dicunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? ex hoc enim multi discipulorum eius abierunt retro, & iam cum illo ambulabant,& ad eos qui secum permanserunt ait Iesus: Nunquid & vos vultis abire? Ad quem Petrus, personam fidelium præferẽs rens sequentium Christum.Domine,ad quem ibimus? verba vitæ habes, abeant ergo illi in vias suas,nobis persistentibus cum Iesu.

Abierunt retrorsum. Ecce perditionẽ nr̃am, qui abimus a Iesu,& a saluatore elongamur dicente propheta. Qui elongant se a te Dñe peri- (Psal. 72.) bunt,&c. Mihi autem adhærere Deo bonum est,&c. Esau abiens paruipendit primogenituræ suæ benedictionẽ, quã pro lente fratri suo (Gen. 25.) Iacob vẽdere nõ curauit.Absalõ rebellis patri suo effectus, aduersus eũ moliebatur insidias, (2.Reg.15.) abijt in Hebron,vt se opponeret patri,illũq; expoliaret regno.Sed & Achab, prius abijsse dr̃, (3.Reg.16.) deinde quod Baal adorauit.i.a Deo recessit, & ad idola se conuertit. Filius ille prodigus abijt (Luc.15.) a patre, in regionem longinquam, vbi credita fuit sibi porcorum custodia.

Quisquis abijt, in consiliũ impiorum abijt, post prauitatem cordis sui abijt, post sordes suas abijt. Alius in villam suam, alius in negotiationem suam, oẽs autem longè a salute sua. In Baptismate, ad Christum omnes accedunt. Deinde improbi,Iesum quidẽ volunt, sed Nazarenum tm̃,i. floridum, & iucundum,volunt opulentum,& commodũ, quẽ dum inueniunt spinosum, & hyspidum, nudũ, & famelicũ, inglorium,& crucifixum,rursus ad seipsos retrorsum abeunt.Volumus & nos, ad dexterã eius, & ad sinistram sedere,eiusq; patrimonio ditari anhelamus.Quod si eum a Nazareth esse intelligamus,retrorsum cadimus, quia a Nazareth nihil boni esse posse suspicamur, qui hæc tantum bona concupiscimus,vt possideamus.

Locupletem volumus Iesum,non pauperẽ, versantem in floribus, non in sentibus,in pennis iacentem,non in pœnis, in croceis, & gaudijs,non in crucis doloribus,& erumnis, &c. Hæc nolumus,qui illa volumus.Et ideò Iesum non habemus, qui non quæ Iesu Christi sunt, sed quę tantum nomina sunt quærimus. Qui ante cadit,capite appropinquat cui ante cadit, qui autem retro,hic recedit capite,& calcaneũ contra illum leuat.Non sic Abraham, non sic Iacob,non sic Apostoli in Tabor,non sic iusti, qui omnes in faciem cadunt, quorum caput Christus: impij autem retro,&c.

F A Iesu autẽ in tantũ retrocedimus, in quantum non sua, sed nostra curamus. Qui autem adhæret Deo,vnus spiritus fit cum eo, omnia vt stercora arbitratur, vt Christũ lucretur,nihil arbitrat̃ scire inter nos,nisi Iesum Christũ, & hunc crucifixum. Relinquit autem affectu, & patrem,& matrem,et vxorem, & agros,&c. vt Iesum habeat, in quo totum habet,& vitam ęternam habet.

Nullus fortis,aut potens, aut sapiẽs, vlterius in sua fortitudine glorietur. Solo verbo Christus prosternit vniuersa, qui & solo verbo etiã G restaurat vniuersa, quod omni gladio ancipiti fortius comprobatur.

Cadunt impij retrorsum,quia nec respiciẽs retro aptus est regno Dei.Cadunt iusti ante, quia iustificatur Publicanus, nõ audens oculos ad cęlos leuare. Vnde ait Proph. Conglutinatus est in terra venter noster.& alibi. Adhæsit pauimento anima mea,&c.Retro propulsatur Petrus, cum adhuc quæ Dei erant non sapiens,Sathanas appellatur. (Psal. 43. Psal. 118. Mar. 8.)

Abierunt retrorsum. Magdalena pijs obsequijs,& charitatis ardore succẽsa, Iesum Naza H renũ quidẽ, sed crucifixũ quẽ q̃rebat inuenit, ad cuius pedes cecidit, eosdẽ iterũ osculatura Petrus audiẽs quia Iesus est, maris fluctib. totum se credidit,ut ad Iesum perueniret, quem adesse nouerat. Zachęus Iesum transeuntẽ vt prospicere posset,Sicomorũ conscendit. Samaritana audiẽs illa verba Iesu,ego sum q loquor tecũ, dimissa hydria ad cõciues cucurrit, & ipsos ad recipiẽdũ Iesũ adduxit. Cęcus ille percũctabatur,vt in illũ crederet,quisnã esset,ad cuius pedes obuolutus, Iesum cum quo loquebatur, adorauit.

I Hi oẽs verè Iesum inueniunt,quẽ nõ carnalẽ,nõ põposum,nõ terrenũ,sed cęlestẽ,sed spiritualẽ, sed crucifixũ quęrunt,qui veram ęternãq; salutẽ,nõ vanã,aut tẽporalẽ cõcupiscunt. Hi sunt,q nõ retro,sed ante cadũt, qui abalienati nõ sunt,nec cadũt in terrã, q cęlestib. inhiant,q terrena nõ sapiunt,quorũ conuersatio in cęlis est,quos sensus nõ decipiunt,sed spiritu Dei aguntur,quos terrena cogitatio nõ deprimit,a quibus mundus aufugit,qui carnẽ suã cum vitijs & cõcupiscentijs crucifigunt, q suã crucẽ tollunt, & confixi sunt cruci cũ Chr̃o, (Cap. 50.) K qui cũ Isaia dicunt: Dominus aperuit mihi aurem, i.se mihi ostendit, dicens: Ego sum. Ego autem non contradico, retrorsum non abij.

Dixit autem eis iterum Iesus: Quem quæritis. Per vexationem, & erubescentiam tentauit præbere intellectũ, & a facinore reuocare. Ideò postquam prostrati sunt, expertos virtutẽ eius in quem ferebantur insania, iterum ad melius respõdendum inuitans,interrogat quẽnam quærerent,in quemnam furerent.Obserua saluatoris patientiam, attende benignitatẽ; Dominus interrogat iustũ,& impium,qui non vult

vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur,& viuat. Quam sit formidādus hostibus suis,vno verbo, & eo quidem mitissimo ostendit. Quoniam tu terribilis es (ait propheta) & quis resistat tibi? Conuertere Iuda qui corruis,conuertere ad dominum Deum tuum. An cōsummata est malitia tua, qui peior es Cain, Achab peruersior, Nabuchodonosor prauior, &c. Antioco scelestior, Pharaone obstinatior? Nil ad ipsos quid quærant, qui tantum feruntur,vt quem quærant. Hoc solent indignatione perciti quærere, vt tantūm quem quærant, & qui particulares obseruant,qui insequuntur odio familiam,hi tantum qui quærunt,non insontes reseruant, non canos uerentur,nō paruulos prætereunt,in oēs sæuiunt, ut tā iustum quam pium,& innocentē trucident, quia quē solum quærunt,& cum Herode Iesum quærēte, qui vt eum perderet oēs perdit innocentes suæ iurisdictionis à bimatu, & infra,

Psal. 75.

Quem quæritis? An eum & vos armati quæritis, quē & temerario ausu Gigantes illi Nembroth per turris altitudinem quærere, & inuenire nitebantur,& confusi sunt? An eum quæritis, quem angustijs pressi,fame & siti uexati, hostium formidine territi Iudæi, quærebant? Quem quæritis? an eū quæritis, qui uos quærit,qui uenit quærere peccatores,qui ouem errantem in deserto quærit. aut quem quæritis occidendum? authorem uitæ? resuscitantem mortuos,vitam æternam exhibentem, a malis omnibus liberantē, bona omnia impertientē? Quæritis funibus ligare,hunc eximium Samsonem,qui potestatem alijs ligandi, atq; soluendi tribuit,qui Leuiathan indomitū lingua, aut naribus vincit, qui aquam in nubibus claudit, & mare inuisibili ostio concludit, qui Draconem illum teterrimum,potentissimumq; ligat? Quem quæritis? An latronem quæritis,de cuius nos omnes plenitudine accipimus, qui pro nobis egenus factus est, vt suis nos ditaret bonis? an scelestum,flagitiosum,onustumq; peccatis quæritis? Ecce ego sum.

Turris Nebroth.

Ego sum. Ille qui omniū scelera,omniumq; peccata, in me abolenda suscepi, super quem iniquitates omnium,ad saluandos omnes, Diuina iustitia ponere voluit. Ego luere pœnas debeo pro criminibus omnium debitas. Ego sum qui mori debeo, vt vita mortuis reddatur. Ego sum qui mortem suscipio,& pro alijs vitā meam pono,vt uitam alijs mea morte promerear. Hanc meā tēporalem expono,vt & hanc, & illā æternā habeant, ac abundātius habeāt. Ego,ego sum,qui deleo iniquitates tuas vulneribus, propter scelera hominum moriturus,& propter salutē eorū. Nō minus ego me vobis, quā Moysi pando. Ego sum,qui sum. Hoc meū nomen,quo nullus alius gaudere pōt, qñquidem oīa a solo Deo,aliqñ nō fuerunt, quæ ex nihilo sunt,& in nihilū resolui possent,nisi qui est, a quo oīa sunt, sua virtute manutenerer

Dei nomen.

A omnia. Sum (inquit) nō fui, qui a qualis sum, talis in diuinitate semper fui,qui nihil præteritū, aut futurū habeo; Deus sum, qui omnia præsentia coram me habeo, in quo omniū rerum perfectiones reperiuntur,a quo cœlum,& tota natura dependet,& qui nihil accidentale cōplector, & una sola substantia consisto.

Sum & ille cunctis gētibus desideratus,sum ille promissus Saluator, a Prophetis prænunciatus a Patriarchis præconizatus,a lege protestatus,ab oraculis prædictus,a sacrificiis præsignatus. Ego sum in quo Pater semper sibi complacet,in quem Angeli semper prospicere desiderant, quem astra matutina collaudant, cuius pulchritudinem Sol & Luna admirantur, quē Reges & Prophetæ voluerunt videre,& audire concupierunt,cuius vultū desiderant oēs gentes contueri. Ego hæc oīa sum, qui ab his omnibus nunquā esse desistā. Omnis, hæc gloria mea ab intus. Vos nec me agnoscitis, qui me externis tantū obtutibus conspicitis. In me sæuitis,quem non intelligitis, & retro potius ceditis, qui externa tantum excogitatis.

B

Ego sum. O quam promptē ēt hostibus te spondes,quasi tuæ delitiæ sint, esse cum filijs hominum, qui te spondes improbis insultātibus, laniantibus, furentibus, qui fieri poterit ut te pro affectu quærentibus,tuum patrociniū implorantibus,non ense,non ferro,non funibus, nō probris, sed orationibus,præcordijs,lachrimis,charitatisq; votis non te spondeas, non te prodas,non te credas? O tuta omniū hominū fiducia. Dicas tu mihi, totius salutis author,& amator: ego sum, noli timere, quia hanc non possum nō expauescere vocem, qui nihil sum, vel certè, nisi tu ad nihilum redigas me,qui solus es,qui iustus es,qui verus vndiq; es. Dùm igiē nihil sum,qui in peccatis sum,extra te sum, qui solus es. Quò.n.ibo a spiritu tuo,aut quo a facie tua fugiam? Cum diceres: Ego sum, isti ad nihilum redacti sunt, & ceciderunt, territi sunt,obstupefacti sunt, exanimes quasi totaliter redditi. Nam & cum ēt iustos alloqueris dicens: Ego sum; nè ad hanc terroris vocē decidant,& corruant, mox addis illa consolationis tuæ verba,quibus timorem auferas, & depellas: Nolite timere. Tunc suaue facis iustis quod durum,& insupportabile est improbis.

C

D

Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Hoc vnū volo, hoc vnum iubeo, ut hos illæsos abire pmittatis. Non rogo, non a vobis exposco, sed hæc mando vobis, nè vnum ex his offendatis, sed singulos illæsos,liberos, & inoffensos relinquatis. Ego solus sum pro salute mundi passurus mortem, & qui me pro alijs trado,alijs vitam concedo,qui pro alijs patior,alios a passione & morte æterna libero. Sinite igitur hos abire,quos in testes suscipio,& in prædicatores Euangelij reseruo, vt portent nomen meū coram Regibus,& gentibus, & filijs Israel. hos quos amicos habeo, & vt caros diligo,diligenter

E

ter custodio & protego, hos nunc plus quam me ipsum diligo.

Oues meę sunt istę, ego ꝓ eis me exhibeo, et vitā pono pro ouib. meis. Sęuiant in me lupi, feriant me gladijs, irruant in me mala, ligent me funes, trahar ego solus ad victimam, qui solus Dei, & hominum verus sum mediator. Ego taurus saginatus, agnus sine macula, hyrcus inter vepres, sacrificiũ iustitiæ, pingue holocaustũ, & salutaris hostia. Me igit̃ solũ exhibeo, me vestro arbitrio trado, finite itaq; hos abire, quo meam in alijs virtutẽ experiamini, quā in mei obsequium retraho, & abscõdo hos, quos ego elegi vt eant, & fructum afferant.

Inaudita charitatis humanitas.

Sinite hos abire. Longè a seculi huius Dominis hæc verba Saluatoris. Quis vnquam hoc in toto orbe audiuit, Dominos, innocuos mittere seruos, vt soli se inimicis opponant, & morti succumbāt? Dauid a bello retrahebatur, nè forte mortẽ incurreret. Cæsares, & Reges, alijque Domini, plures ad se saluãdos exponere & volunt, & cogũt morti; Solus Iesus, qui solus est hominũ saluator, suos iubet illęsos abire, mortem ipse subiturus pro salute aliorũ. Ideò, qui alios abire iubet illæsos, ostendit, & se illęsum ꝓcipere potuisse vt sinerẽt abire. Nunq̃. n. abire potuissent oẽs illæsi tanta militum caterua circundati, nisi pręcepto Christi adstricti, & victi quo velint nolint, pareant oportet. De quo, ꝓceptum posuit, & non præteribit. Me vobis solum exhibeo, vt in me quidquid vultis agatis, me accipite, funibus vestris obstringite, me ad inimicos meos ducite, ad prętoriũ trahite, ad iudicẽ perducite, flagellandũ, cõspuendũ, condẽnandũ, crucifigendum sistite. Hoc vno verbo præsignabat Christus, qui alios a se, abire iubebat. Exurge Domine, in pręcepto quod mandasti, & sinagoga populorum circundabit te.

Ps. 142.

Sinite hos abire. Qui torcular calcaturus sum solus, nullum mecum passurum permittam, nè contingeret alium a me solo authorem salutis suspicandum fore, seu meæ virtutis infinitę, ad redimendũ hominem compotem quemquā suspicari. Vt a me solo pendere videatur salus, & vita, me solum exhibeo passurum, & moriturũ, vt in me solo, & in nullo alio a me, spem suam collocẽt homines (cùm maledictus sit qui cõfidit in homine) sciantque, bonũ esse sperare in Domino, q̃ sperare in principibus: melius confidere in Dño, quā confidere in hoĩe; homines abire volo, & me solũ exhibeo, cupiens anathema fieri pro fratribus meis, vt & ipsi salutẽ cõsequantur. Ego solus hæc omnia incommoda subire volo, qui solus nolo socios habere pœnarum. Cęteris gaudentibus, vt pari calamitati subsint, qui duplici pœna torquentur: ea scilicet qua se miseros agnoscunt, & alia, qua cęteros a miseria liberos agnoscunt.

Si ergo me quęritis, sinite hos abire. Adā sua improbitate omnes morti condemnauit; ego restaurator, pro omnibus moriturus, salutem

F ordinaui; vt sicut per vnum hominem mors intrauit in mundum, in quo omnes peccauerunt, ita & per me vnum, gratia in omnibus abundet, per quam omnes iustificabuntur. Ad quod implendum oportet hos illæsos transire, ideò finite illos abire. Insuper, & vt impleatur illud, quod supra prædixi, nullum me ex his, quos mihi pater dedit esse periturum. Hos ego seruo, quãdiu mecũ sunt, sicut & supꝛ pollicitus sum, cum essem cum eis, ego seruabā eos, nõ. n. congruit succumbere morti eos qui cum vita manent, & saluatori innituntur. Bo-

G nũ. n. illis adhęrere Deo, ideo finite hos abire.

Vtinam & nos adhæreamus Christo, vtinā inhęreamus saluatori, vt saluas faciat, a persequentibus animas nostras. Dicas tu Domine, & respõde pro me, vim enim patior a persequẽtibus: multi bellantes aduersum me, multi insurgunt aduersum me, multi dicũt animę meę, non est salus illi in Deo eius: solo tuo iussu illęsus abire potero, a fraudibus circumuenientiũ me, a rugientibus præparatis ad escā, ab insidijs inimicorũ, ab incursu, & a Dęmonio meridiano: imo & a principibus tenebrarũ harum, a Iu-

H da, & satellitibus eius. Erectus est sęuus ille inimicus, imò mundus ipse mihi obstat, caro me vulnerat, Sathanas me flagellat, peccata suis me funibus circundant, corpus hoc plenum mortalitate, me nedũ premit, sed opprimit. Infœlix ego homo, quis me liberabit. Qũo tales, tantosq; effugere hostes potero? iube tu Domine, cui omnia pater dedit in manus, nunquā. n. illęsus abibo, nunq̃ manus insequentium effugiam, nisi tu iusseris, finite hunc abire.

Sinite hos abire. Duos quidem oportebat inuenire passeres, tempore emundationis leprosi, iuxta præscriptam formam. Quorum ta-

Leu. it. 14.

I men, vnus in vase fictili occidi, & immolari iubebatur, altero relicto in libertatem viuo, quẽ tamẽ tingere oportebat in sanguine immolati, vt auolaret liber. Iesus ipse, est passer immolatus in vase fictili, idest in humanitate assumpta, extra quam nunquam immolari potuisset, per quam mortalitatem assumpsit. Vnde immolari, & occidi possent, cuius sanguine intincti per Baptismum, & alia Sacramenta, cæteri passeres, idest peccatores auolare possent liberi, & loca secura petere, ad cœlestemque habitatio-

K nem trãsuolare, secundum quod scriptum est: Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Nam sicut passer incautè in laqueũ incidit, illectus auiditate præsentis edulij, ita anima laqueis capitur illecebrarum temporalium, a quibus non nisi intincta passeris sanguine libera non euadet. Ad laqueos hosce confringendos iam accinctus saluator, iubet, finite hos abire.

Vt sermo impleretur, quem dixit: Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quemquam. Hoc superius adhuc futurum verbis præteritis signi-

significare voluit, ut nõ aliũ sermonẽ suũ esse a sermone scripturę, sed eundẽ esse Christi sermonẽ, ac scripturæ ostenderet. Quæ omnia, nõ alium a Deo authorem habẽt. Oportet igitur vtrũq; sermonẽ impleri, Chr̃i & scripturę, quorũ vnus est impletor, qui implet oĩa Christus.

Quęcũq; obseruanda mãdat Christus ipsemet prius adimplet.

Ipse, qui dixit, ipse est qui implet quod dixit; qui est Deus verax, qui nec fallit aliquem, nec falli põt ab aliquo. Implet igitur ipse, qui & dicendo facit, & faciendo dicit, cuius dicere ipsum est efficere. De quo dictũ est, quia ipse dixit, & facta sunt. Vnũ sermonẽ dixit Christus, quem dixit obseruat, totũq; adimplet quod dicit, qui semel loquitur, & nõ repetit iterum qđ dixit, cuius verbũ stabile est, & in ęternũ permanens. Nos autem qui verbis inanibus abundamus, multa repetimus, qui priora incassum proferimus, nec in nobis ipsis obseruamus, qđ pro alijs obseruat Christus; nos nostrã salutẽ, non adimplemus, qui pluries polliciti sumus, nè in perditionem incurreremus, nec peccatis vltra detineri pateremur; non implemus in nobis quod de nobis iterum atq; iterũ despõdisse conuincimur. Minus autem alijs, nec quod Deo aut deuouimus, aut promisimus pluries, adimplere satagimus, quo mendaces esse probamur. Non.n.est Deus vt homo, qui mentiatur. Ipse solus verax, omnis autem homo mendax. Pluries nos perdimus Christum, q pluries perdimus salutę, qui perdidimus charitatẽ, qui ami simus iustitiã, &c, adhesimus aũt peccato, & iniustitię, proculq; a nr̃a salute recessimus.

Vt sermo eius impleretur. An non perditus fuisset Petrus, si eum illæsum abire præcepisset Christus? An non perijssent & alij, qui scandalizati fuerãt tunc de Christo, de quibus prędixit, omnes vos scandalũ patiemini in me hac nocte. Hac rõne, ne tũc perirent, statuit Christus, nè perenniter perirent, qui in infidelitate perijssent. Plerũq; .n. seruat suos asseclas Christus a perditione corporis, & a morte temporali, nè dum sic perirent, ẽt æternaliter perirẽt, nè dum hanc vitã perderent, perditi peccato, vitam æternã amitterent, & ideo perderẽtur, qui ad quẽ electi sunt finem, peruenire non sinerentur. Finis erat duplex: propriæ s. & aliorum salutis. Alias oues perducturi erant ad ouile Christi, prædicaturi Euangeliũ omni creaturæ; quapropter non erant perdendi illi, p quos alij erant salutem consecuturi. Sunt & hi, duodecem ueri solis horę, quæ, etsi contingat ecclypsari ipsum solẽ, haud tñ suo lumine extinctæ videntur, aut a suo cursu retrahuntur, quę a sole, quem sequuntur conseruantur. Vna tm̃ hora decidit, quę a sole se retraxit, in qua facta est coniuratio militum, & potestas tenebrarũ.

Cap. 11.

Ego supra eos non offendendos prædixi, qui in lumine ambulant, ideo hos, qui me sequuti sunt, et meeũ permanserunt, offendi non permittam, ita vt perdam ex eis quemquã. Nec relinquã virgã peccatorũ super sortem iustorũ, A ut non extendant ad iniquitatem manus suas, & perdantur, magis autem vt faciam cum tentatione prouentum.

Simon autem Petrus, habens gladium, eduxit eum, et percussit Pontificis seruũ, et abscidit auriculã eius dexteram. Petrus potius amore, quam consilio ductus, promptus tamẽ ad propulsandas tanti Magistri clades, irruentibus illis tàm multis, & armatis, solus etiã, & inermis, valido quo potest nisu, nequiori se opponit, qui se omnibus opponere nequit; adhuc veteris illius legis, ac paternarum suarũ traditionum ęmulaB tor existens, pellem pro pelle, malũ pro malo, & maledictũ pro maledicto conatur rependere. Et ideo gladiũ occisionis eximit, ad vindictã confugit, ad vltionem se totum accingit, & tanquã versatus in synagoga, in qua Dei vltionũ ministri habeantur, ad arma mortalitatis rẽpente confugit, Deum ultionis liberẽ egisse nõ considerans, qui se Deum misericordiarum, & totius consolationis omnibus exhibuit.

Simon autem Petrus. Ponit utrumq; nomẽ, & quod naturale est, & qđ diuinum, in cuius actione, Petrus aliquid humanũ habuit, & aliC quid diuinũ Habuit zelum Petrus, Simon sciẽtia caruit. exardescit in impios, sæuit in sacrilegos, irruit in sycarios, uibrat in carnifices, eorum, quæ Dei sunt adhuc non sapiens. Prius, qui uerbis Diuino obstabat beneplacito, inquiens: Absit hoc a te Domine, ut. s. morti crucis succumbas, repellitur ut Sathanas: nunc denuo eius reprehensionis ignarus, etiam gladio se opponit, ut Christo satellitibus insultantibus se opponat.

Petri zelus.

Quid facis Petre? Quid intendis agere? Quò fereris ausu? senex aduersus seruos? solus D contra tantos? piscator, & armis indoctus contra milites? contra totam caterųam armatorum tu solus inermis? Nullum horum timeo, qui amore pugno, pro ueritate decerto, & pro iustitia, ideo solus caterųas aggredior, non expauesco aduersa, non ferrum, nõ arma, non periculum, non gladium, non funes, non ignes, non mortem deniq; perhorresco. Charitate urgeor, & ea comite, ac duce omnia possum, omnia uincã, quia charitas omnia superat, & deuincit oĩa, siue sęuitiæ cessabunt, siue euacuabuntur insultus, siue diripientur arE ma, siue funes disrumpentur, siue ignes extinguentur, charitas nunquã excidet, nũquam cedet hostibus, nũquã euacuabitur uulneribus, nunquã scindetur gladijs, quę ubiq; protegit, ubiq; liberat, & ubique a perditione custodit. Hæc facit diuina dilectio, morte fortior, igne flagrantior, funibus efficacior, & creaturis omnibus ualidior; a qua nec instantia, nec fortitudo animũ amantem diuellere potest. Aquę (inquit) multæ non poterunt extinguere charitatẽ. Accingar igitur gladio meo, super femur meũ potentissime, irruã in fortes, euaginabo gladium meum, & interficiet eos manus mea.

Cant. 8.

Pro

Pro iuſtitia certabo uſq; ad mortẽ, nec parcet oculus meus inimicis eius, ſcuto circundatus ſum ueritatis eius, nõ timebo a timore iſto nocturno, ſed cadent a latere meo mille, & decem millia a dextris meis, ad illum autem non appropinquabunt.

Petrus exemit gladium, et percuſſit ſeruũ Pontificis, & abſcidit auriculã eius dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus. O quã opportunũ ſeruorũ auriculas remouere, quorum cupiditas eſt omne flagitium cõmittere, qđ audiunt crudeli, irato, aut impio domino placere Proh dolor. Quot melioris conditionis uiri efficiuntur miniſtri impietatis, crudelitatis, & omnium facinorum, quorum aures pendent ab impiorum ore Dominorum.

Cur aurẽ non autẽ aliquod aliud me brum voluerit ſeruo illi Malcho Petrus abſcindere.

Hinc Petrus, qui ouiũ Chriſti eſt inſtitutus Paſtor, nõ alio in loco, quã in aure ſeruũ percutit, & prorſus auriculã abſcidit. Auriculam (inquã) non obiter quãcunq;, ſed dexteram, quæ debetur Chriſto, quę reſeruata eſt Euangelio, quæ ueritatis eſt ianua. Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.

Hanc ianuã reſeruat Petrus, quã obturauerat diabolus. Aſpis venenoſus obturat aurem, ne uenefici incantantis ſapienter, i. prædicatoris audiat vocẽ. Sed qui ſuper Aſpydem, & Baſiliſcum ambulat, conculcando etiã Leonẽ & Draconem, qui a Chriſto virtutẽ poſſidet ſerpentes tollere, demoniaq; eijcere, liberiorẽ aurẽ efficit, & ad veritatis aditũ reſerat. Dominus Deus apeiuit mihi aurem, & ego nõ contradicam. Quid ni, ſi accedentem ad Deum oportet primum credere, cùm fides ſit ex auditu, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo.

Aurem abſcindit, non oculum eruit, nõ manum, non brachiũ, nõ pedẽ pręſcindit Petrus. Paſtor ouium, princeps Apoſtolorũ, Typus dominorum, & iure iniurias offendentium vlciſcitur in ea parte, qua minus læſus euaderet ſeruus, ſeruus (inquam) peccati & Caiphæ. Lõgè illi deterius, ſi aut orbatus oculo, aut trũcatus manu, abſciſſoue pede, mutilatꝰ fuiſſet, quaſi retrahens ab impietate crudelem, & a ſæuitia ſycarium, & dicens: vade, & amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Fuit auris prima mortis ianua.

Subinde non pręterenndum aurẽ, primam mortis ianuam, initio paſſionis Chriſti, cõgrua ratione mutilandã, vbi initium vitę agebatur per Chriſtum reſtauranda, vt quæ perditionis ianua effecta erat, nobis fieret aditus ad ſalutẽ. Aperitur aditus auditui, non autem aſpectui, aut viſui, quia nõ per ſpeciẽ dum viuimus hac mortali vita, Chriſtum cognoſcimus, ſed per fidem, donec corruptibile hoc induat incorruptibilitatem, vbi tunc uidebimus eũ ſicuti eſt, nec fallere nos põt oculus. Nõ auris fefellit ſanctum Patriarchã, ſed oculus caligans, manus attrectans, guſtus alliciens. Vox (inquit) vox Iacob eſt, manus aũt ſunt manus Eſaũ, & neſcius

F veſcebatur ex hædo, qui ſe edere de venatione credebat.

Ad aurẽ conuertitur, fides, & niſi crediderimus, nõ intelligemus. Quomodò autẽ ad aſpectũ, cuius omnis gloria eius ab intus, ab intus hoc percipit auris, dum eructat cor noſtrum verbum bonũ (fidei ſcilicet) veritatẽ, myſteria a ſeculo, ſapientibuſque eius abſcondita, q̃ nec principes huius mundi agnoſcere potuerunt. Plura, altioraque myſteria, nobis reuelat auditus, quæ nec attingere põt viſus, minuſq; concordes efficiuntur, qui in diuerſa, imò & in cõtraria feruntur.

G De Chriſto inquit viſus; Vidimus eũ deſpectũ, non habentẽ ſpeciem, nec decorẽ, nouiſſimumq; virorũ, nec reputauimus eũ. Inquiunt Phariſei; Nonnè hic eſt filius fabri? Quo literas callet, cũ non didicerit? Hinc, hęc de Chro omnia conſpicimus quę oculorũ obtutibus & iudicio de illo diſcernere cogitamus.

Videt oculus infirmũ, liuidũ, famelicũ, deſpectũ, cruentum in cruce pendentẽ, & inquit: Alios ſaluos fecit, ſeipſum nõ põt ſaluũ facere. Vah qui deſtruis tẽplũ Dei, & in triduo illud

H reędificas. Auris ex aduerſo, longè reboat de Chriſto, velut quæ inueniat, & ſerutetur de illo, quod p ſpeciem viſus non contuetur. Aure nihil formoſius, Chriſto nihil precioſius, nihil dignius, & ad illam penetrat, vbi viſus hębetat. Qui ſecundùm faciem iudicat, intus penetrat, in quo ſunt oẽs Theſauri ſapientię, & ſcientiæ Dei abſcõditi, &, quẽ foris oculus hominẽ deſpectũ iudicat, intus auris Dei filium prædicat.

Auris (inquã) non oĩs, ſed quę Petri gladio circunciſa fuerit (ideſt) Dei verbo percuſſa, & vulnerata, qđ omni gladio ancipiti eſt penetra

I bilius, pertingens vſq; ad diuiſionẽ ſpiritus, & animę, atq; compagũ. Audiuit Centurio vocẽ Chriſti (quis in cruce pendentis) & ſpiritũ reddentis, qua efficacius edoctus, altioris veritatis conſcius, exclamauit? Verè filius Dei erat iſte. Et alij plures tondentes pectora, dũ reuerterẽtur. Hęc ab aure (inquit Ber.) vt unde irrepſit morbus, inde remediũ ingrediatur: ſolus capit, auditus uerum, cui datum eſt accipere verbũ.

Nihil, aut certe parũ uiſui cũ ſapiẽtia, qui ad ea tm̃ aciem figit, quę foris ſunt? Quid aũt no-

K bis cũ his q̃ foris ſunt? Sapiẽtia .n. eſt in corde, ubi fruſtratur aſpectus: quia hoĩes uident ea quæ exterius ſunt, Deus aũt intuetur cor. Qđ ſi videre deſideras, ſequere auditũ, & fidẽ obſerua, quã ſuſcipit auris, iuxta id qđ ſcriptũ eſt: Audi filia, & uide, tanq̃ apertè dicat. Deſideras videre Chriſtum? ad contuendam Dei faciem *Pſal.44.*
anhelas? oſtendo viam, ut illac tranſeas. Audi prius per fidem, attende, & obſerua, ſequere fidei rudimenta, poſtea vide, vbi tui aperientur oculi: quia Beati qui audiunt Verbum Dei & cuſtodiunt illud. Taliter formetur auditus, quem poſſit ſubſequi viſus. Diſpone, & perfice hic auditum, quo valeas ſaciare viſum.

sum. Saciabatur enim, non ante, quam cum apparuerit gloria Dei.

Habens gladium eduxit eum et percussit, etc. Nil grauius Petro, quàm Christi iniurias inultas pertransire. Nil auidius illi, quàm de hostibus Christi vindicari. Non latet Petrum, nullum grauius nullum execrabilius, nullumve detestabilius malum, quis summũ bonum offendere, ac Christo iniuriam irrogare. Hęc sunt detestanda, hæc vindicanda. Si vir in virum peccauerit, placari poterit illi Deus. Si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo?

1.Reg.2. Sunt quidem multi, qui deferunt gladium, idest, potestatem habent, quem tamen ad vltionem, irrogatarum iniuriarum Christo immortali, & regnanti, non educunt. Sunt principes multi & Domini multi, suis accincti gladijs, qui sine causa, tamen, tunc gladium portant, cum non educunt ad propulsandas Saluatoris iniurias: Qui nec abscindunt, qui nos conturbant, tantarum cateruarum Hæreticos, qui blasphemos non compescunt, litigia non detruncant, iniurias pauperum, & oppressiones pupillorum, & vincula viduarum non dirumpunt. Hoc non valent agere, quod nec audent perficere; qui tamen non timent præesse; ad quos. Noli quærere ab homine ducatum, nec a Rege cathastram honoris; & noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitateis, nè forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua, qua scilicet hinc. inde diuertis.

Eccle.3.

Habet & Petrus gladium; Gladium (inquã) ferreum, vt regat eos in virga ferrea. Habet hũc, & differt, vt euellat, & destruat, & disper gat, & dissipet, & plantet. Habet ut succidat, & abscindat, ut trucidet, & compellat. Audi Apostolum, quid? vultis veniam ad vos in virga ferrea? Non iussit Christus Petro gladium deponere; sed in vaginam conuertere, quem prius iusserat accipere. Qui (ait), non habet gladium, vendat tunicam, & emat gladium? Dicentibus illis, duos adesse illic gladios, illos sufficere respondit. An tunc suum, non eduxit gladium Petrus, cum magum illud Simonem præcipitem fecit. Cum Ananiam expirare fecit, & post paucarum horarum interstitium, dixit ad vxorem eius, quæ compos erat fraudis. Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum ad hostium, & efferent te. confestimque illa cecidit, & expirauit. Ad quem Dominus. Accingere gladio tuo, super femur tuum potentissime. Quid potentissime, nisi educat gladium opportuno tempore ad destruendas hęreses, & eradicandam Zizaniam, quæ frumentum suffocat, ignique tradendum, sine quo non cohiberentur loricati, & armati, telisq; omnibus accincti lupi rapaces, qui & disper-

1.Cor.4.

Act. 5.

Psal.44.

Petri gladius est potestas Ecclesiæ.

A dere, & mactare totis viribus ouile Christi adnituntur? Hoc tantum abest, vt a Petro gladium hunc ferreum præcindamus, quem accipere non inaniter iussit Christus, sed tamen non tam facilè illum educere, vt quemcumque occurrentem, cõtingat eodẽ perire.

Et educens gladium percussit seruum Pontificis, & abscidit, &c. Nondum satis prudens duos vno tęlo offendit, & in loco non congruo percutit seruum, percutiendo offendit, & Dominus, quem Deus offensurum prohibuit. Nedum enim, quæ seruis, sed & quæ ca-

B nibus irrogatur iniuria, eorum in dominorum iniuriam cedere, non est, qui non intelligat. Cùm igitur ipse Christus de suis protestatus fuerit; Qui vos spernit, me spernit; Qui vos tãgit, me tangit; Quod vni ex his minimis meis fecistis, mihi fecistis, partes tueri Pontificis, & si scelesti, & improbi; vt quẽ, nec a prophetico spiritu, alienari promisit, sed & rõne officij prophetari instituit, & voluit eũ, ẽt si non duplici, vno tñ honore Pontificatus honorare voluit, & seruum eius sanitati restituere; Quo facto erudiamur Pontifices, ac superiores reuereri, & ẽt discolos venerari Apostolo eodẽ postea asserente epistola j. Subditestote Dominis vestris, in oĩ timore, non tñ bonis, sed ẽt discolis. Hæc est.n. gratia, si propter Dei cõscientiã, sustinet quis tristitias, patiens iniustè. Quæ.n. est gratia; si peccãtes, & collaphizanti suffertis? sed si benefacientes patiẽter sustinetis hęc est grã apud Deũ. In hoc .n. vocati estis, quia Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ, vt sequamini vestigia eius, qui cũ malediceretur, nõ maledicebat, cũ pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste.

Callent & improbi pphetiæ spiritum.

C Cap.2.

D *Et abscidit auriculam eius dexteram*. Hanc vtiq; nunq̃ abscidisset Petrus, si cauto, potius quã pręcipit dictũ illum percussisset, a quo auditum auertit dexteram. Verũ iusto Dei iudicio, neminẽ ex Gentilibus percussit Petrus, quorũ salutẽ operabatur Christus. Nec a Gẽtibus auditũ auertit, quibus Dei verbum annunciandũ erat. Ipsi Iudęo abscinditur auricula, qui obturauit aurẽ, vt non audiret qui noluit intelligere vt bene ageret. Permittitur integra auricula Gentiliũ, qui suscepturi erãt

E fidẽ; de qua Dñs Populus, quẽ non cognoui seruiuit mihi in auditu auris obediuit mihi. Haud tñ vtraq;, sed dextera a Iudęo abscissa est, a quo veritas verbi, & scripturę sensus ablatus est: quibus oĩa in sinistrũ cedunt, & nil nisi terrarũ audire cõcupiscunt. Cũm.n. Sinagoga sit a remaneat ad sinistrã, ecclesia existẽtę ad dexterã, illis sola sinistra relinquitur, & gentilibus dextera requiritur, vt ipsam hanc Christi spõsam, & hominũ Reginã, ac Matrẽ audiant. De qua dicitur Astitit Regina a dextris tuis. Israelita autem, qui tantum secundum carnem erat, qui traditionibus hominum,

Psal.17.

Psal.44.

num, solummodò intendebat, qui legislatorem audire nolebat, & Dei præcepta irrita faciebat, aure dextra priuatur, qui sola sinistra gloriatur.

Habens gladium eduxit, eum, & percussit. Cogitabat Petrum seruum occidere quem Deus non permisit perire. Caput amputare cogitauit, sed Gladius Dei prouidentia, aliò diuertit, & solam eam feriri, ac præscindi auriculam permisit, quam intus abscissam, Iudaicus populus habebat; qui a uribus, audiendi diuina carebat. Sunt qui omnem, ab Ecclesia seruitutem, obtruncare moliantur, & omnia libertati concedant. Hoc insani, est non sani iudicij, hoc execratur Christus, qui seruum a gladio liberat, cuius auriculam sanitati donat, qui seruum alium ab infirmitate sanat, & Centurionem commendat, qui seruis ac dominis regulam præscripsit charitatis, & humilitatis, qui eam solum seruitutem ab Ecclesia repellit, quæ a domino tollere hominem facit: quæ (inquam) est peccati, & tenebrarum, a qua ipse suos per gratiam liberat. Ipse solus dexteram restituit, qui omnia ad perfectum conducit. Solam non patitur sinistram, qui in cognitionem veritatis vult omnes peruenire; qui aperit sensum, vt scrutemur arcana cœlestia: qui iubet solam sinistram nescire, quid faciat dextera nostra. Ipse qui sedē a dextris habet, dextera omnia amat, & restaurat.

Per nos i mũdo p̃mitti, & haberi posse probatur.

Erat autem nomen seruo Malchus. Hoc sciuit Ioannes, qui cùm notus esset Pontifici, notos habebat: & qui cum Pontifice versabantur. Impij Iustum non agnoscebant, quippe, qui cęco sint, & capti mente: nec aspectu, nec voce, nec habitu Iesum agnoscebant; at nedum Iesus, sed & Ioannes impios agnoscebat, qui bonos, a malis distinguere non ignorabat. Malchus autem idem est, quòd dux, siue consiliarius; ideò rectè ab Euangelista nomen eius exprimitur, in quem, magis quàm in cæteros Petrus Sæuior insurgit, velut qui præ cæteris foret puniendus, quisquis Malchus excitat, malorum consiliator, facinorum suggestor, & instigator illecebrarũ. Hunc abscindendũ Dominus consuluit, imo & præcipit cum dixit. Si manus tua, auris tua, oculus, vel pes tuus scandalizat te, erue eum, abscinde eum, & proijce abs te. Sed, & consultò hic, nomen impijssimi huius serui exprimitur, non ea tantum ratione, nè quis Iudæorum discredat historiæ, & miraculo quo Christi potentia, & Diuinitas inter sycarios agnoscatur: sed vt, & illud non prætereat Dominos, his oblectari seruis, qui secum paris conditionis existunt: vt peruersi cùm peruersis, homicidiarij cum homicidiarijs, crudeles cum crudelibus, lupi cum lupis conuersantes, gaudeant, veluti valdè bonum, & iucundum habitare pacificos

Cum suo simili & sibi pari commorari unũquemque delectat.

F cum pacificis, honestos cum honestis, sanctos cum sanctis. Quapropter cum seruus voluntati Domini sui pareat, quomodo non erit sæuus, & impius, qui impij, & sæui iussa adimplet? Facile igitur seipsos in seruis suis condemnant principes, & nobiles, qui a suo famulatu non expellunt improbos, potius autem auersiunt omniũ facinorum patratores.

Habens gladium eduxit eum, & percussit. Ignorans alia esse arma ab armis seculi, nescius adhuc spiritualium, ad carnalia arma confugit: illud tantum existimans: Iura Chri-

G sti solis corporalibus armis posse defendi aut defendenda fore, quem alia (eaque potiora) latet esse præsidia: Ad hæc homo suo humano calore percitus, concito passu, violentaq; manu recurrit, nullam Christo responsam audire sustines, si percussurus esset in gladio; nullo expectato Domini iussu, irruit vt offendat, quem Deus saluat, odit quem Deus amat, morti tradere anhelat, cui Deus vitam parat. Ecce quomodo viæ nostræ, a vijs eius distant, & non sicut cogitationes nostrę, ita cogitationes; sed sicut distat Cœlum a ter-

H ra, ita distant cogitationes nostræ a cogitationibus suis: Hic docuit facto, quod ante docuerat dicto: nempe, diligendos fore inimicos, persecutoribus benefaciendum, nulli malum pro malo reddentes. Ideo Magister operis a malo opere retraxit Petrum indignatione percitum, cum sequitur,

Mitte gladium tuum in vaginam? Quem solum euaginauerunt peccatores, nè qui minister est iustitiæ, ad vindictam malorum, ab improbis surripiatur in condemnationem iustorum. & ideo mittere tu debes tuum, in lo-

I cum suum, vt possint ceteri exercere nunc virtutem, & crudelitatem suam. Nam quamdiu tu tuum eductum habes, non potuerunt illi resistere, quia vnus fugaret mille, & duo fugaret, decem millia. Sic enim Loth persistente cum improbis, non poterant mali, sua malignitate frui. Non solùm remoue ab incepto gladium tuum; sed illum absconde, et reconde in locum suum, quo aliàs vti valeas salubrius, in mearum, tibi creditarum Ouiũ protectionem. Quid tàm repente gladio, & ferro vteris? Non sunt abscindenda ab ec-

K clesia mēbra sed expurganda magis, & emundanda: Ideò

Mitte gladium tuum in locum suum? Nè tempus vulneris, facias tempus salutis: nè tempus vitæ, conuertas in tempus mortis: nec tempus sanationis trahas ad tempus perditionis alium tibi præstātiorem pręparo gladium, non vt olim lapideum, quo præputia carnis abscindas, sed aqueum, quo cuncta in Baptismate criminum vulnera sanes: Non ferreum, sed igneum, non odij, sed charitatis: non durum, sed mollem, patientiæ scilicet, & mansuetudinis; non asperum sed le-

ne

nem, quia humilitatis, & benignitatis: non diuisiuum, sed vnitiuum: non flexibilẽ, sed inflexibilẽ: non carnis, sed gladium spiritus, quod est verbum Dei. Iam tuum repone, et meũ accipe, quo possis nequissima omnia tela ignea extinguere. Si tuo vtaris, auriculas abscindes, homines vulnerabis, morti viuentes destinabis. Quòd si tuum deponas, & meũ suscipias, auriculas non offendes, sanabis, nõ vulnerabis, ad vitam restaurabis, non morti destinabis, non secabis corporalia, sed æterna propinabis.

Christi gladius nobis est apprimè necessari*

Hoc meo attinges etiam interioris hominis compages, qui penetrabilior est omni gladio ancipiti, pertingens vsq; ad diuisionẽ spiritus, & animæ, ad præcordiorum medullas perueniens. Hoc meo potentissimo accinctus, superborum, & sublimium colla propria virtute calcabis. Draconem sæuientem prosternes, leonem rugientem, quærentem quem deuoret iugulabis, terram percuties verbo oris tui, illamque subiugabis, vt tuę iurisdictioni seruiat. Gentes ab Idolatria compesces, prosternes ante te Reges, confundes Iudęos, Hæreticos debellabis, fugabis Dęmones, hostes superabis, peccatorum funes præscindes, vitia abrades, confodies Iebusęos, caput auferes Holoferni, iugulabis procerum Goliath, confodies Aegyptiũ, vulnerabis superbum, & omnem impietatem prosternes.

Mitte gladium tuum. Si Christi milites sumus, qui eius militiam profitemur, quomodo nostrum, & non potius suum, tam validum, tam acutum, tamque efficacem non suscipimus? nostrum crudelem, mortis ministrum, effusorem sanguinis, vindictarum instrumentum, non reponimus in locum suum, in locum iustitiæ, in locum Prætorij, in locum Iudicis, imo nec in locũ Dei, cui cõpetit oĩs retributio vindictæ? Quare tot gladios, tot enses, tot pugiones, & tot arma, mortis instrumenta deferimus, si truces non sumus, si inimicos diligimus? si viri sanguinum non sumus? Quot mala, insultus, iactantiæ, inimicitiæ, vulnera, & homicidia inde suboriuntur, quod accincti incedant homines, inter homines velut inter feras, & leones suis ferreis gladijs, solius mortis instrumentis, quàm facile plures repẽte occisi ensibus, & his crepitãtibus sclopetis diabolicis instrumẽtis ad inferna descẽderunt. O nõ nisi, impiũ, & impiorũ gladiũ. Procul absit a Christiano, de quo iussa Christi oẽs decet fideles agnoscere, Mitte gladium tuũ in vaginã, quo, qui occiderit ipse similiter peribit. Antiqtus quidẽ & omniũ suprema hominũ ætate, versatilem, & igneũ gladiũ ad portã Paradisi ob peccatũ collocaui, ego Dñs, ne posset introire peccator. At quia nũc delendũ est peccatũ, tollendus est gladius, vt pateat aditus Paradisi, ideo retrahe tu illum, & in vaginam mitte. Confla iam gladios in vomeres, & lanceas in falces: Confringo ego potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum.

Infinita armorũ genera iam adinuenit humana crudelitas.

Mitte gladium tuum in vaginam. Ego hoc iubeo, qui amoris legem instituo. Ego Rex pacificus, auferẽs bella vsque ad fines terræ, qui in me ipso inimicitias omnes interficio; ego qui, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris pacifico; qui pono fines tuos pacem, hoc volo, hoc iubeo; Mitte gladium tuum in vaginam tuum (inquam) insultantem, & sanguinem sitientem, suum odia suscitantem, pacem perturbantem, iurgia commouentem odia nutrientem, tuum insolentiã protestantem, temeritatem suggerentem, iuris terminos confringentem, vincula præceptorum disrumpentem, obedientiæ limites contemnentem, hæreses introducentem, sacra depopulantem, sacramenta deuastantem, ecclesias exspoliantem, Christi patrimonium vsurpantem, sacerdotes occidentem, carnes sanctorum deuorantem, aditum ad omne flagitium aperientem, infernum implentem, Paradisum euacuantem. Hunc in vaginam mittite, contra quẽ tantorũ innocentũ sanguis ꝓclamat; vindica sanguinẽm nostrũ Deus nr̃.

Mitte in vaginam. Illuc iubet Christus gladium mitti, vbi est locus ipsius: nullibi extra locum suum mittendus est. Habent boni, habent & mali suos gladios. Abraham suum gladium tunc in locum suum ponebat, cum ad sacrificandum filiũ suum illum conuertebat. Abner extra locum suum, gladium suum conuertit, cũ illũ ad occidendũ dolo Amasa, eduxit. Est & alius gladius hominis, quo offendunt, mali, offendunt interdum & boni, sed illi extra locum suum, hi autem in locum suum reponunt. Lingua hominis gladius Gedeonis: vnde Psalmista dicit: Gladius in labijs eorum. Hoc gladio Deum feriunt impij, quẽ lacescunt probris, & blasphemijs, sed gladius eorum intrat in corda ipsorũ, quorum blasphemiæ non in Dei, sed in proprium ipsorũ cedunt exitium.

Bonorum & malorũ diuersus est gladius.

Psal. 58.

Hoc gladio, omnes magnates feriuntur, aduersum quos perstrepũt & murmurant, q̃ superioribus subsũt. Gladio isto præsertim armatæ mulieres, omnem è domibus detruncant pacem, irritant coniuges, familiam euertunt, præsentes feriunt, & absentes occidũt. Isto gladio, detractores omnes, extra locum suum linguam extendentes, famam abscindunt, honorem extinguunt, iugulant honestos, perimunt pios; semper extra locum ponunt, qui fraternam correctionem nesciunt, qui intra dentes nunquam linguam in locum suum recludere queunt. Lingua. n. eorum gladius acutus: nemini parcens, neminem reuerens, neminem timens, sedula incisione seminans inter fratres, & proximos etiam discordias, semper negligẽs ex ipso ore

Lingua susurronũ, murmurãtium, maledicẽtiũ, & detrahẽtiũ acutissimi gladij sunt, & venenosi.

proferre medicaměta, vñ facta sunt vulnera.

Boni autem, hunc suum gladium in proprium locum conuertunt, qui ad Dei laudes, & gratiarum actiones, sedulis orationibus insistentes, conuertunt, qui errantes corrigũt, pusillanimes confortant, ignaros instruunt, vitia detestantur, conciliant pacem, & docent omnem virtutẽ de quo Isaias: Posuit os meũ Dominus, quasi gladium acutum. Cæterum, quo ad gladios ferreos, nullus priuatus hos possidet, q solis exhibiti sũt Magistratibus, & ijs qui publicis pſunt officijs, quos si nec pro Christo accipere possunt priuati, quanto magis hos sibi vsurpant, qui alia quacunq; causa, alio quouis prætextu illos educunt.

Isa. 49.

Illos iubet deponere gladios, qui interdicti sunt personis priuatis, qui suos habent, non alienos accipiunt, idest, qui nullam puniendi iurisdictionem habent, nullam malefaciendi, sed tantùm benefaciendi potestatem habent, Quod non vult Christus, noli & tu velle. An non posset ipse, vel omnes illos morti tradere, aut plus quã duodecim legiones Angelorum a summo Patre impetrare?

Habet gladius vltionis, & locum suum, et tẽpus suum, de quo Exo. 15. Euaginabo gladium meũ, interficiet eos manus mea. Prius euaginat, & vibrat antequam feriat, aut occidat, vt eius fulgore, duritie, & acumine territi peccatores, auertantur, & fugiant a facie gladij superuenientis: secundum quod scriptum est. Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum vibrauit, arcum suum tetendit; qui si percusserit, deuorabit carnes, idest carnaliter viuentes comminuet, & acerbę morti tradet. Hunc primum Christus in manu sua tenet, quo terreat, & comminetur mortem, gehennam, & maledictionem. Deinde gladium ore suscipit, & eum tenet ad sententiam diffinitiuam proferendam. Tunc hoc bis acuto gladio percutit, cum mortẽ corporis, & animæ, prolata damnationis sententia infert.

Psal. 7.

Mitte gladium tuum. An non audisti conquerentem Lamech, qui quamuis non vltro, aut sponte, sed obiter, & incauto iaculo, occiderit Cain, in nemoribus latitãtem, credẽs se occidisse feram, tamen sibijpsi timẽs, sciens vltionem diuinam in effusorem sanguinis, accersitis duabus vxoribus suis Ada, & Sella, ne ab illis occideretur, inquit. Audite vxores Lamech sermonem meum; quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum, septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech autem septuagies septies.

Gen. 4.

Quid vibras tu gladium, & eo percutis, tã sæuam vindictam exposcentem? Oportet.n. non solùm de iure gladio perire, gladio ferientem, sed septuagies septies, qui ad numerum inexplicabilẽ, sine termino refertur, idest pęnis ęternis subiacere, & perpetua vltione puniri. Qui obiter occidit, in vulnus suum oc-

F cidit, qui incautus perimit, in suum liuorem perimit. Quid restat illi, qui vltrò occidit, qui maligno animo ferit, & perimit? longè igitur satius tibi, quam illi gladium tuum in locum suum reponere.

Mitte gladium. Attende Euangelici Sacerdotij præstantiã, quod gladiatores omnes sibi ministros facit. Hoc habent qui Deo militanr, ne se negocijs secularibus implicent, vt ab effusione sanguinis manum, & mentem auertant. Tuus quidem o Petre, est gladius, non tua manu, sed tua potestate vibrandus.

Sacerdotij dignitas & authoritas.

G tuus est, cui omnium ouium cura credita est. Tuus (inquam) est, cui totius ecclesiæ iudiciũ commissum est. Tuus vterque est, & spiritualis scilicet, & materiales gladius, quia vterq; ad regẽdum necessarius est, vt hinc sacerdotes, illinc milites ad obsequẽdũ paratos tibi habeas. Oportet enim, & Petri eum implere vicem, qui tenet & sedem: alioquin, si vterq; ad te non pertinet, dicentibus discipulis Domine ecce, duo gladij hic, non respondisset Dominus, affirmans quòd satis est, sed prohibuisset (inquiens) quòd nimis est, aut certè quod

Duplex Ecclesiæ potestas.

H iniustum est. Quod satis est, certè iustum est.

Pugnabat Moyses precibus, pugnabat populus gladio, vincebat populus orãte Moyse, & manus in cœlum leuante, perdebat populus cessante Moyse, quia vterque gladius necessarius est. Istis resistendum est insistentibus, & pugnãdum est cum oppugnantibus; sacerdotibus spiritualis traditus est gladius, quo instare opportunè importunè iubentur. Gladius eorum, oratio ipsorum. Clama ne cesses, annuncia populo meo scelera eorum. Quod si duræ ceruicis, & frontis pfrictæ po-

I pulum peccatis implicitum, resistentem inuenis, durè respondentem, tua iacula retorquentem, te suo gladio materiali insequentẽ, ne timeas a facie eorum, quia plures nobiscũ quã cum illis sunt. Fortior est charitas, durior patientia, tu persiste in charitate, cõstantior, & in patientia tua, & multũ afferes emolumenti. Hoc gladio sancti vicerunt regna, obturauerũt ora leonum, fortes facti sunt in bello, castra, verterunt exterorum, fugauerũt aciem belli, & dum consisterent aduersus eos castra, non timuit cor eorum. Sed etsi in-

K surgant in te, qui quęrunt perdere te, qui vulnerant te quotidie, cogitationes pessimæ, ac noxię cupiditates, abscinde eas, & proijce abs te: confode illas verbi Dei gladio: confuge ad orationem, abscinde occasiones; iacta cogitatum tuum in Domino. Amputa opprobrium tuum quod suspicatus es, assume alas, & procul a laqueo recede. Quandoquidem, frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Hoc docuit Christus, qui docet manus tuas ad prælium, & digitos tuos ad bellum.

Calicem quem dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum? Ego prius rogaui patrem, vt si fie-

ri

ri posset, a me hunc calicẽ transferret, vt non bibe rem illũ. Hæc mea humanitas, hanc mortem crucis exhorrebat, cuius desiderium Patri exposui, & iterum atq; iterum rogaui, ut illum transferret (si tamen possibile esset) ea videlicet humano generi bona conferreat quæ per calcem consecuturũ erat, quem cũ pater velit, ut bibam, eius tu obsistis voluntati, & tuam, ac totius humani generis impedire salutem conaris? A me niteris auferre, qđ pater voluit me habere? Iam a me susceptum vis remouere calicem, quem debeo bibere? quis es tu, qui respondeas Deo, imò qui niteris contra Deum? calicem quem ad bibendũ mihi tribuit pater, non vis vt bibam illum.

Quòd si patris voluntatem non adimpleo, quomodo impositum munus exequor, qui huc veni, non vt faciam voluntatem meam, sed eius, qui me misit Patris: Qui me tuos nolebas lauare pedes, non uis etiam, ut eum bibam calicem, quem Pater ad bibendum propinauit? sed quod facio tu nescis modo, scies autem postea, scies (inquam) quia si calicem passionis bibendo, non lauero te in sanguine meo: non habebis partem mecum. Persiste igitur, & cede donec lauem, & manus, & caput, totumque hominum fidelium cœtum a peccatis eorum in sanguine meo.

Calicem quem. Ad hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut hunc calicem bibã, ad hoc mortalitatem indui, qui mori non poteram, ut calicem hunc crucis, & passionis bibam. Hanc charitatem, qua nemo unquã maiorem habuit, cessuram times opprobrijs, seu tormentis? Ego carnem suscepi, & uniui mihi, qua uelut instrumento haurire hunc calicem possem, sine qua eum bibere nequibam.

Ego totus sitibundus, non minusque accensus desiderio hunc calicem bibendi, quã illud ultimum Pascha, quod desiderio desideraui uobiscum antequam patiar manducare post illius ultimæ cœnæ esum sitio. Non uis igitur ut hunc calicem bibam? Calix quidẽ est omni amaritudine undique plenus, ardẽs tamen desiderio, & igne charitatis accensus, pleno haustu ebibam illum. Ego quidem hac sumptione indigeo, ut uos quos in utero gesto, iterum parturiã, & rediuiuos enixus pducam. Sic enim & pia Mater, pro puero nõdum enixo, amara procula sumat oportet, ne pereat. Ad hoc tantum factus sum homo, ut homines saluos faciam huius calicis haustu, q bus talem charitatem dedi, ut filij Dei nominentur, & sint.

Calicem quem. Non dat Deus totum torrentem singulis ad bibendum sed mensuram tantum ad calicis captum bibit: Qui nõ permittit nos super id, quod possumus tentari, sed facit cum tentatione prouentum. Habemus in calice concupiscentias malorum, suggestiones dæmonum, oppressiones inimicorum, ita vt nullus careat suo tribulationis calice. Quæ omnia, quãdiu sunt in calice, a Domino sunt, a quo & ipse calix. Quòd si efferuescat libido, superegrediaturque calicem, quod extra calicem emergit libidinis, odij, superbiæ, &c. hæc non a Domino, sed a calore voluptatum prodeunt. Oportet igitur, & calicem plenum cautè mouere, nè a calice in terram liquor preciosus cadẽdo, polluat effusus quos tangit, aut euanescat.

Calicem quem dedit mihi Pater. Deciperis cum seculo Petre, qui non a Patre, sed a persecutoribus, a maleuolis, & ab his sycarijs, a Caipha, a Pilato hũc mihi ad bibendũ calicẽ Passionis propinari arbitraris, adhuc aut Iudaizas, aut Gentilitatis errore detineris, qui tribulationes, & mala, quæ patiuntur, non nisi, aut a malignitate insequentium, aut a contrarietate fortunæ, aut ab improbo fato, aut a maleuolo sydere illa prouenire & falso suspicantur, & stolidè putant hoc vnum ignorantes, quoniam Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Quod sit vini meri, hoc est Christi, omnis imperfectionis expertis, q est plenum mixto, hoc ad nos spectat, qui si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Tũc implemus mixto, cum ea in carne nostra adimplemus, quæ desunt Passioni Christi, cumque poculum nostrum cum fletu miscemus.

Hunc ignorant calicem Gentes, qui quæ Dei sunt nesciunt, & tãtum quæ terrena sunt sapiunt: quorum formam præseferre videris Petre, qui ad sycarios tantum respicis, & ideo sæuis in illos, tãtum crudeles contueris, ad arma solum oculos conuertis, ideo in foribus delinquis, quia ad Patrẽ mihi hunc exhibentem calicem obtutus mẽtis nec dirigis, nec figis: ad manus militum tantummodo conuersus, nihil vlterius, quam ad propulsandas iniurias attendis. Prudentior te Dauid, qui non ad manus Semei illum lapidãtis mentis oculos conuertit, imò auertit, & ad Deum conuertit, ideò nec maledicentem arguit, nec lapidantem cohibuit, imò impedientem prohibuit Abisai, dicentem; Quare maledicit hic canis moriturus Dño meo Regi? vadam, & amputabo caput eius, (inquiens) Dimitte eum, vt maledicat, Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid. Longè, & Iob te prudentior, qui suarum calamitatum non incusauit auctorem Diabolum, non Sabæos, non fortunam, non astra, sed oculis ad Deum conuersis, quicquid de calice bibit, totum de manu creatoris suscepit: Dominus (inquit) dedit, Dñs abstulit, sicut Dño placuit ita factũ est, sit nomen Dñi benedictũ.

2. Reg. 16.

Iob 2.

Non horum attendẽda est manus qui nobis propinant calicem, sed ad calicem qui Dòmini est, oculos conuertamus. Quæcunque patimur, a Domino accipiamus, de cuius ma

nu duplicia accipere possumus. Propinãt Pincernæ calicem, & ignorant cuius virtutis sit quod consistit in calice. Propinant ad exitium, in quo salutem latere ignorant. Fallimus nos nosipsos, qui aliundè quàm a Domino calicem omnis tribulationis, quem bibimus nos suscipere credimus. Dant odio inimici, quod Dominus amore concedit, qui quos amat corrigit, & castigat: & vltra infligunt ad vulnerandum, quæ Dominus tribuit ad sanandum; Calicem perditionis nos bibere credit mundus, quem salutis præbet nobis Deus, de quo dicitur. Calicem salutaris accipiam, &c. de quo bibit, quisquis ex imo ad superna eleuatur.

Calicem quem dedit mihi Pater. Non solus Christus de Calice bibit saluationis, q & nobis suum calicem quo bibamus annunciat: calicem (inquit) meum bibetis, verum nõ omnes, sed quæ eius tantum oues existunt, & in domo ac in sinu eius enutriũtur, de quo Nathan pulchro vaticinio pdixit 2. Reg. 12 Pauper quidam nihil habebat præter vnã ouem tantum, quam emerat, & nutrierat, & q creuerat apud eum cum filiis suis, de pane eius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens, eratq; illi sicut filia. Audiuimus hominem quendam centum oues habuisse, quarum vna cum perijsset, dimissis nonaginta noue in deserto, totus accinctus ad hanc requirendam progreditur per saxa, per tribulos per spinas, per abrupta viarum, quã tandem inuentam suis imponit humeris gaudens, eam secum deferens ad conuiuendum, & cohabitandum.

2. Reg. 12

Luc. 15.

Cohors autem & Tribunus, comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. Hinc facilè haberi potest, quo impetu tota caterua militum irruerit in Iesum ad capiendũ illum, ad tenendũ, & occupandum, qui veluti propria insania ebrij, vnanimi impulsu, præcipites manus inijciunt in Iesum: Qui.n. pari erant malignitate contaminati pari erant, & furore perciti: Oportebat.n. neminem alteri cedere; qui pari erant iniquitate coinquinati.

Iudæorũ insania, impetus, & furor in Christũ.

Hac tempestate obruere conantur Iesum de qua dicitur. In circuitu eius tempestas valida, tempestas (inquit) armatorum, & militum, quam prædixit & alibi per Proph. Irruerunt in me fortes. Qui fortes? Cohors, Tribunus ipse, & ministri Iudæorũ. Cohors suum Tribunum habebat: continebat autẽ Cohors numerum mille, centum quinquaginta militum, nec pauciores credendum est Iudæorum ministros interfuisse, qui & a summis principibus, necnõ, & a Pharisæis, ac Scribis ad Iesum capiendum (quem incredibili odio sustinere non poterant) missi fuerant. Sed ea rõne alter alterũ præuenire nitebatur ad capiendũ Christũ, qđ exposita promissaq; esset annona militibus, q primi in illũ manus

F violentas iniecissent: hoc nẽpè speciale est illis, qui stipendiati ministrant, vt aut maiora, aut supra cõmunia stipendia q̃dã singularia proponantur, & proferãtur his qui primi ad congressum cũ hoste arma aut manus erexerint, præsertim cum aliàs destinati ad eũdem effectũ milites, vacui reuersi fuerint ad principes. Vt igitur animæquiores fierent, sicut & Iudæ spoponderunt denarios illi daturos, si hos ad eum capiendũ fideliter conduxisset, ita & militibus stipendia, & ea nõ parui momenti exhibita fuisse (nõ iniuria) arbitramur,

G quo æmulatione conciti, pro viribus quisq; contenderet manus in illum inijcere. Hoc solebant & gentes in spectaculis maximè taurorũ, cum quibus plures inducebantur ad suscipiendum congressum cũ ferocissimis tauris, iuxta statuta præmia illos retinẽtes, & occupantes. Decuit & hoc saginato huic tauro occidendo iamiã, & Romanorũ more principes Romanos obseruare, vt taurorũ more sycarijs obijceret, ipse.n. est de quo Psaltes. Placebit Deo super vitulũ nouellum. Hunc Psal. 68.

H de armento solum tollendũ præcepit Dñs ad Exod. 29. quem capiendũ æmulatione contendebant quicunque armati accesserant. Ipse est vitu Leuit. 2. lus, qui de bobus iubetur sumi de scriptis Prophetarum, & de Patriarcharũ monimentis sacrificandus pro peccatis populorũ, qui nunq̃ collũ subegit iugo, i. qui peccatũ non fecit, nec vllo est crimini obnoxius. Habet hic vitulus suam vitulã, Sanctam Ecclesiam, in qua arare dicuntur sodales Samsonis, vt ipsa reuelante, occulta Christi mysteria fidelibus Christi fiant manifesta.

I Cohors aũt &c. Obserua qũo præuaricatione finis, oĩa sine ordine, sine rõne obueniant, oĩa confusa, oĩa quisq; pro libito operari cõtendat. Oportet.n. æqua lance ea sine ordine esse, & cõfusione plena dignosci, quæ nõ a Deo, sed a Dæmone sunt, apud quẽ nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat; Quæ autẽ a Deo sunt, hæc ordinata sunt, cõfusionis expertia: præuaricationis nescia. Accurrit Tribunus, accurrit & Cohors, imò ante Tribunum videtur Cohors accessisse. Accedũt simul & ministri, & ex his, non aliqui, sed oẽs, quia Iudæorũ quicunq; illuc accessè

K rant, hi oẽs ad comprehendendũ Iesum decertabant, nitebantur, totoq; conatu ferebantur. Proh nostrũ dedecus, nostrã (inquã) cõdẽnationẽ impij pleno malignitatis actu æmulantur inuicẽ, inuicẽ cõtendũt, idq; vt cõprehendãt Iesum, ad ligandũ, ad cõducendũ in domos odio prosequentiũ illũ, ad occidendum deniq; & perdendũ vitæ oĩq; salutis munificũ largitorẽ. Nos verò quibus nõ solũ vltrò se exhibet Christus, sed quos rogat, inuitat, & vocat, ab illo retrahimur, seu lento admodũ passu ad illũ accedimus, nec sic currimus, vt quoquomodo comprehendamus eũ, a quo

a quo nos soluimur nexibus nostris, a quo liberi efficimur ea libertate inquam, qua Christus nos liberauit, a quo vitam accipimus, & salutem consequimur.

Optima consequẽtia.

Cohors ergo, &c. Attende illationẽ, & obserua consequentiã, dũ post pr̃missa infert, ergo cohors, &c. Dixerat Christus illã infallibilẽ Maximam, illã p̃stantissimã Propositionẽ, quod s. calicem sibi exhibitũ a Patre ebibiturus esset, cui veluti firmissimo antecedenti, subsequitur mox consequentia inde dependens: Cohors ergo, &c. Quo denuo intelligas, nõ aliunde Cohortẽ, Tribunũ, & quorũcunq; Principum siue Iudęorũ, siue Gẽtium milites potestatẽ cõpręhendendi Christũ habuisse, q̃ ab eodem, se p̃bente ad calicẽ illum bibendũ, quẽ a Paterna acceperat voluntate, quem vt bibat, Cohorti oĩ, & militibus se exposuit; In qua hora oẽm suę Diuinitatis retraxit radium, ne ab aliquo percussi, seu cohibiti milites, ipse a bibitione ipsius Calicis impediretur. Ante.n. hanc horã, semp̃ in Christo aliquis effulsisse radius Diuinitatis videbatur, qui ẽt ante eã horam, & in verbo, quo prostrati sunt oẽs, effulsit, & in facto ob auriculæ Malchi restitutionẽ. Nunc autẽ in hac hora, quo possent liberius fidentiusq; in illũ sæuire pro libito, adeò suę Diuinitatis radios subtraxit, & cohibuit, vt nihil esset, vel afferret suffragij traditę humanitati, ob cuius causam potestas illorum ascripta est potestati tenebrarũ, & hora illa nũcupata est hora tenebrarũ, in qua nihil Diuinatitis voluit effulgere, cuius fulgoris radio, aut iterum retrocessissent, aut saltẽ territi, terga vertissent. Cohors igitur, & cęteri, veluti canes ad frustum carnis illis ad deuorandum exhibitę, ruunt famelici ad compręhendẽdum Iesum, qui peracto postea mysterio, aperuit mysterium, inquiẽs: Deus meus, Deus meus vt q̃d dereliq̃sti me.

Hora tenebrarũ nuncupata est hora mortis Christi.

Compræhenderunt Iesum. Omni impedimẽto semoto, recluso oĩ obstaculo, cõcessa illis omni facultate tunc cõpræhẽderunt Iesum. Obserua, q̃d est quod supra Iudas filium hominis tradidisse d̃r, hic verò, nõ filium hoĩs, sed Iesum cõpræhẽsum audimus. Cum autẽ idem sit filius hominis, qui & Iesus, an obiter illic de filio hominis, hic verò de Iesu mentio facta existimabitur? Absit, vt vnum iota, vel vnum apicẽ in tanti momenti negotio obiter recensitum credamus: ideò.n. quia Iudas nõ poterat, nisi filiũ hoĩs tradere, illiq; insidias moliri, Dei autẽ filium, nec Iudas, nec q̃squis alius tradere põt, cõpræhendere autẽ, accipere, & ẽt retinere possimus, non tm̃ filium hominis, verum & ipsum Deũ, ideo dictũ est Iude: filium hominis tradis? Quasi di. insanus es Iuda, q̃ me tradis, qui tm̃ filium hoĩs tradis, q̃ meæ humanitatis mercator existis. Potes q̃dẽ has carnes, hoc corpus, & hęc mẽbra dilaniãda tradere, filium autẽ Dei, quem me esse plu

A rimis aptissimisq; oraculis pluries audiuisti, non est q̃d tradere cogites. Quapropter? Ad quid venisti. Cęterum etsi non tradi, cõpræhendi tñ possit Deus, & homo, ideo nomen Iesu in compræhensione exprimitur. Nihil meæ Diuinitati vel officit, vel obstat o Iuda, & quisquis traditor est mei, s̃m quã semper intactus, immortalis, gloriosus, & oĩum pœnarum seu malorum expers existo, ideo, non alio quã filij hoĩs nomine traditori me voco, sed & in mea cõpræhensione me Iesum ostẽdo, qui libẽter me cõpræhẽdẽdum exhibeo.

Diuinitati Christi non derogat quod captus ipse fuerit Christus et ligat⁹.

B Tradunt me tm̃ mali, cõpræhendunt me & boni: imò, cõpręhẽdunt me sancti, meq; compræhẽdere p̃nt qui in terris degunt, & qui in cœlis existunt: ideò compręhensoribus meis me Iesum prębeo, si quo modo bene me cõpręhẽdat, tra ditoribus filiũ tm̃ hoĩs expono, qui nequeunt tradere, nec osculari, nec compręhẽdere Iesum. Nec iniuria, quia Iesus nescit tradere, seu decipere, vel fraudare queq̃. Ideò in traditione, non Iesum nominat, sed filium hoĩs, q̃a hoĩes plerumq; & fraudanẽ, & fraudant, & hincinde mẽtiuntur, q̃a Deus

C est verax, oĩs autem homo mẽdax. Homo & filij hominũ mendaces sunt in statera. Hæc autem absit de filio hoĩs, quia vnus est tm̃ filius hominis, qui solus est filius virginis, cæteri sunt filij hominũ, fallaces, & mẽdaces, qui vel fallunt, vel falluntur. Iesus autẽ & compræhendit, & cõpręhenditur: Compręhendit quidem verbo suo, & p̃ceptis. Verba mea, & legitima mea, q̃ mandaui seruis meis Prophetis, nunq̃d non cõpræhenderunt Patres vestros, & conuersi sunt. Compręhẽditur autem (Apostolo dicente.) Sic currite ut com-

Cõpręhẽdit Christus, & cõprehenditur.

Zach. 1.

1. Corin. 9

D pręhendatis. Compręhẽdit & compręhenditur eodẽ Apostolo attestante: Sequor autẽ, si qũo compręhendã, in quo & compręhensus sum a Christo Iesu. Ritus autem obseruantię filij hominis in scriptura est, non vti illo, nisi in bonum sensum: Secus verò de filiis hominum, qui interdum fallaces, graui corde, mẽdaces, dentes eorum arma, & sagittæ.

Philip. 9

Et ligauerunt illum. Hoc in mandato habebant, vt non solum omni dolo, omniue conatu, sed etiam si opus fuisset, armis illum inuaderẽt, viuumq; aut occisum illum compræ

E henderent: vt eum quem appræhendissent, cautè ad illos adducerent. Timebant.n. nè ex illorum elaberetur manibus, etiã compręhẽsus, ideo hac de causa copiosis, fortissimisque funibus se ad eum ligandũ vinciendumq; accurrentes munierunt: vnde mox eo adepto subinfertur: Et ligauerunt illum.

Tunc oportebat ligari frumentum in sacco, cum ad seminandum, vt fructum plus afferat, & ad conterendum, ut fiat cibus viuentium adducebatur: ipse enim de seipso inquit Christus. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, & frumentum ad

frugem faciédam imbres requirit. de quo dr: Iob 32. Frumentum desiderat nubes. Attende qbus obruatur nubibus Iesus, vt inde a fructu frumenti multiplicent fideles, abundentq; valles frumento, clament, & hymnum dicát. Sed & ouis tunc tm̃ ligari iubebat, cum ad imolãdum ducebatur. Ipse ligandus erat, qui sicut ouis ad occisionem ducendus erat.

Et ligauerunt illum. Attẽde, quõ passim ad formam peccatoris arctetur Christus. Prius ascenderat in montem, cum Hierusalẽ egressus esset (dicente Luc. Egressus ibat ẽm con- Cap. 22. suetudinem in montẽ Oliuarum.) Deinde in villam se transfert, ad eius montis radicem positam, postea ad hortum se contulit, quasi ad angustiorẽ locum, subinde ad Cohortẽ se transfert, vbi angustius circundatus est a militibus. Demum funibus se ligãdum exhibet, vt q peccata nostra tollere debebat, formam ẽt peccatorum teneret, hi.n. prius in mõtem se transferunt, qui ad initium oĩs peccati superbiam ascendunt, qua inflati, ad villam se transferunt, vbi porcos depascentes, custodiunt, & solis voluptatib. inseruiunt, subinde ad delitias transeunt, quo melius bene pasti, mollibusq; vestiti luxurientur, postea ad impios se transferunt, in viam peccatorum abeunt, & in cathedra pestilẽtiæ sedent, postremò funibus peccatorum circũdantur, & tandem ad tribunal iudicis damnandi trahunt a quo scelerum rei, morti æternæ adiudicant. Hanc peccatorum sortem, qui tollit peccata nostra subire voluit, qui se ligari permisit.

Et ligauerunt illum. Hinc totum ipsorum exitium Pharisæi, & Scribę Pontificesq; Iudæorum auspicari facilè pñt, q Chr̃m ligandum iubẽt; Ligant sibi Iudęi Chr̃m, a quo vlterius non sunt beneficia suscepturi, manus illas ligant a quibus tot dona acceperãt. brachia illa ligans quib. eruti fuerant a dura seruitute Pharaonis in manu potenti, & brachio excelso, & vinculis ligant manus soluentis vincula nr̃a. Quõ liberaberis o gẽs perfida, q̃ manus ligas liberantis? siccine reddis Dño popule stulte & insipiens? Illũ ligas, q te ligatum liberat? Ego (inquit) protector tuus, & liberator tuus. Ipse liberator de laqueo venãtium, & a verbo aspero. Ipse firmamentum tuum, refugium tuum, & liberator tuus de oĩb. angustijs tuis. In tribulatione (inquit) inuocasti me, & liberaui te. Tu autem me tanq̃ latronẽ sic impiè ligas? Ego de aquis multis liberauite, a fame, a siti, a pressuris, q̃ circundederunt te. In me sperauerunt Patres vestri, sperauerunt, & liberaui eos. Has manus ligatis, quibus vestros infirmos, illas singulis imponens sanabam oẽs? Has mihi ligatis manus, quibus & cęcos, & surdos tangendo sanabam, mortuosq; ad vitã reuocabã? Quæ uobis residua remanere poterit spes vestræ liberationis & salutis? Malo tamen ego hic ligari, nè ligatis

Captiui fiunt Iudęi & ppetuo carceri addicti, dũ redimentis captiuos Christi manus stringunt & vinciunt, & ligatos liberãtem, ligant.

F manibus & pedibus, in tenebras exteriores homines mittantur.

Et ligauerunt illum. Illũ (inquã) a quo solui petere debebant, q ut eos solueret, ad illos descendit; Qui nec bouẽ triturantem ore ligari permittit. Qui pauperem, & egenum de manu potẽtis, & fortiorum eius liberat. Qui solui iubet vincula colli sui.

Tanquã ad latronem (inquit) *existis cum fustibus compræhendere me, quotidie apud vos eram docens in templo, & non me tenuistis.* Quib. verbis apertè innotescit, iussu Pharisęo-
G rũ, & Principũ Iudęorum, Chr̃m vinctũ fuisse, apud quos, quotidie in templo docẽs versabatur. Dolet igitur, qđ more latronum, ab his uinciat. quos ipse soluere, & liberare nolebat. Nec obiter addit, q more latronum eũ accesserint cõpręhensuri & funib. constrictu ri: sed ut hoc discernas, considera dictãte ipso iustitiæ ęqlibrio, latonem illũ protoplastum pœnas luere debere, q contra iussa Dñi uetitum sibi usurpare ausus est cibum. Quia ille ultra q̃ par erat, manus extendit, eas temerarias & audaces fore ligandas ostendit, ut qd
H subripuerãt nimis liberę manus inuito Dño, illud redderent funib. firmis constrictę. Hæc est iusta peccati uindicta, ultioq; diuinis iussibus pscripta, ut p q̃ qs peccat, per eadẽ & torqueat. Hoc satisfactionis exordium, ubi puaricationis principiũ In horto Adã manus extendit, & qđ suũ nõ erat, furatus est. Captus Christus ĩ horto, mox ad manus eius, manus iniiciunt, tanq̃ si dicerent, ubi sunt tã impiæ, tamq; sacrilegę manus, q̃ abstulerunt uetitũ, q̃ usurpauerunt phibitum, q̃ se extenderunt
I ad alienũ, q̃ furatę sunt nõ suũ? Reddãt nunc tã malè ablatum, luant pœnas, soluãt debitũ, vinciant, & cohibeant, q̃ tã impudẽter extensæ sunt, q̃ vltra pscriptos terminos Dñi se elõgauerunt, citrà naturæ terminos coerceant. Ascenderunt aliunde q̃ ascendere deberent, ideò fures sunt, & latrones, vinciamus illas tanq̃ latronis manus. Quas vtiq; nunq̃ nec ligare voluissent, nec vincire oĩnò potuissent, nisi illas effecisset Christus manus latronis, q se fecit cõpotẽ criminis, dum peccata nostra tulit, & oĩa debita nostra soluere destinauit. Cęterũ hac sua cõpręhẽsione, & alligatione,
K Christus insinuat qd iã ille donet pro nobis, nẽpè suã libertatẽ perdere maluit, vt nos captiuos restitueret libertati. Hanc tã charã nobis, iã optatã a nobis Christus donat pro nobis, nõ suam sibi reseruauit libertatem, qui totum se tradidit pro nobis, qui ẽt vitã, sanguinẽ, & animã suam expendit pro nobis, vt & nos simus eius, omniaq; pro illo donemus.

Et adduxerunt eũ ad Annam primũ. Capta pda quasi trophæo lęti reuertuntur ad principes. Quis vnquã cogitare posset, qtis quamq; insanis clamorib. obstrepuerint, inter eundũ ab horto ad domũ Annę? Vix namq; animo

Iusta ultio.

Christi ligatio est nostra libertas.

Pia contẽplatio.

volutari poterit, quot & q̃tis Christũ, qbusvè iniurijs lacessitum cõduxerint p saxa, per tribulos, per alueos, per foueas, p abrupta, per inuia, altero vrgente hinc altero impingente inde. Trahit hinc, impellitur indè, pcutit, verberatur, cæditur baculis, manib. pedib. maledicit, blasphematur, deridetur, omnimq; generib. iniuriarum calumniatur. Sic effectus trahitur Christus corã improbis, sic derisus adducit Iesus in domos impiorum, & scelestiũ. Nunq̃ eorum domos ingressus est Chrs, nisi postq̃ talib. fuerit cõtumelijs affectus, & ligatus, q eum, nec audire, nec videre poterãt nisi subsannatũ, despectum, & funibus ligatũ. Audierant Chrm liberum, crimina detestantẽ, vsuras prohibentẽ, voluptates cohibentẽ, hypocrisin detegẽtẽ, falsas traditiones exprobrantẽ, auaritiam refrenantẽ, supstitiones dãnantẽ, vendentes in tẽplo eijcientẽ, nummulariorum æs effundentẽ, Simoniacos expellẽtẽ, fraudes, & rapinas rephẽdentẽ, improbis cõminantẽ, facinorosis obuentura mala promulgãtẽ, Templi destructionẽ, & clades Hierusalẽ pdicẽtẽ, regnum Dei ablaturum ab ipsis, & traditurum gentib. denunciantẽ, veritatẽ pdicãtem, paupertatẽ, castitatẽ, ieiunia, patientiã, humilitatem, pœnitentiã, eleemosinas, & cetera hmôi cõmendantẽ. Quę oĩa procul a Pharisaica illa cũ sint ptinaci perfidia, ideò nõ recipiunt liberum Chrm, sed suis tm̃ funibus obstrictum, ligatũ, & angustiatũ, quo iuxta cuiusq; vota, possit quisq̃s perfidus hæreticus illum, nõ in plateis, nõ in templo, non in aperto, sed in proprijs domib. trahere ad illudendum, & flagellãdum, verbum Dei tegnis, & fraudib. ligant, in angulis ligant, mendacijs inauditis ligãt, funibus versutiarum ligãt, qđ vtiq; non alligatũ est sed liberum. Ligat auarus Iesum in nummis, ligat in capsis, q sibi soli thesaurizat in terris. ligãt Epicurei Chrm ĩ voluptatibus, & angustant in vẽtre, quorum Deus venter est. Ligat superbus Iesum, quẽ lacessit blasphemijs, quem cõculcat iniurijs. Qui iudices nõ ęquè iudicant, q veritatẽ non detegunt, q iustitiã non exercent, hi sunt qui ligant Christum, nec eum liberum patiunt: Qui ad munera, & ad vultus potentum respiciunt, vultus autẽ pauperum, orphanorum, & viduarum despiciunt.

Ligant Christũ mali oẽs & iniqui peccato.

Adduxerunt (inq̃t) eum ad Annã ligatum, ad tyrannum, ad impium Principẽ, ad Sacerdotẽ iniquum, ad peruersum iudicẽ. Nec sol uit Iesum, q nõ vult Iesum liberũ, imò nouis nodis cõstringitur, & ad alios mittitur semp ligatus principes, ad Caiphã, ad Herodẽ, iterum ad Caiphã, demum ad Pontiũ Pilatum Præsidẽ, nec est q soluat Chrm. Nõ est hæc parui momẽti pęna, dum Iesus sic obstrictus funib. talem passus sit per tot discursus, ac p totius noctis decursum in suis membris violẽtiam, cum præsertim ex concursu sanguinis

A alligata & compressa membra, non paruis molestiis & doloribus afficerentur.

Adduxerunt eñ (inquit) ad Annã primũ. Sed anteq̃ illum adducerent, cucurrerunt nuncij qui capturã Christi annunciarẽt Principib. quorum corda intus terrore maximo excruciabant donec rei exitum certis nuncijs intelligerent. Interim. n. dum nõ nisi de negocio sermonẽ facerent, adueniente nuncio assurgunt. Quo corã stãte, & referente qũo priusquã eũ caperẽt, nullo impellẽte, sed ad solius sonitũ vocis pferentis, Ego sum, retrorsum

B oẽs ceciderint, steterunt Principũ comæ, & vox faucib. hęsit. Referente autẽ illo, qũo abscissam auriculã loco suo restituerit facilius, q̃ Samson diruperit uincula illa quibus prius fuerat vinctus, conticuere oẽs, intentiq; ora tenebant, statimq; gelidus per ima cucurrit ossa tremor, statim tñ corũ reuixit spirit᷒, cũ eum denuò vinctum in forib. habere, nouis alijs nuncijs aduenientibus intellexerunt.

Adducunt eum ad Annã primum. Nescio quo iure ad Annã prius adduxerint Iesũ, funib. vinctum, cũ illius, anni nõ ipse, sed Cai-

C phas Pontificio fungeretur, nimis. n. debilis vr̃ illa rõ, q̃ adduci a plerisq; solet, quia s. ante domũ Caiphę dom᷒ occurrerit Annæ, ideo prius ad Annã declinare statuerunt. Cum. n. Caiphas Pontificis munere tũc fungeretur, nunq̃ alio declinassẽt primò, sine iniuria Põtificis, si sine eius licẽtia seu iussu adduxissẽt: neq;. n. fas erat tã optatã pdam pẽdẽte, & flagrante aĩo principis, illo inscio, vel inuito longius ptrahere, quousq; alius gaudio potitus eẽt. Duo igit poterũt ascribi, qb. Caiphas asseuerat, vt capt᷒ Xps pri᷒ ad Annã adduceret.

D Prĩo rõne affinitatis, scđo, rõne senectutis, q̃ ambo ex tex. elici pñt, vbi euãgelista subiũgẽs ea verba statuit, q Caiphas gener eẽt Annæ.

Erat autem Socer Caiphæ (inquit.) Vt discas qũo honore inuicem se pueniant consanguinei, esto essent pessimi. Hunc sibi honorẽ mutuum exhibent, vt qui præsunt, alios benignitate, & obsequio præueniant. Secundo defert honorẽ senectuti Caiphas, qđ senior erat Anna, nã cũ Socer eius eẽt, filiãq; Annę in vxorẽ haberet, congruũ est Caiphã iuniorem illo fuisse. Vt igitur senectuti aliqđ exhibere vi-

E deret honoris obsequium, vt inquã annos re uereret, cõsẽsit Caiphas, seu iussit adducẽdũ esse prius ad Annã Chrm vinctũ, q̃ ad seipsũ. Quib. nos erudit Euangel. eos esse Caipha, & Anna peiores, q suos honorant parentes, qui suis non fauent consanguineis, qui affinibus suis obsequi nolunt, quamq; impium sit affines opprimere, odio habere, illis detrahere, Apostolo asserente. Qui suorum, & maximè domesticorũ, curam non habet, infidelis est, & infideli deterior. Insuper erudimur, quanta sit digna veneratiõe senectus, cui tñ honoris surripit pterua iuuẽtus, q̃tã illi adscripsit omnium

Affines & cõsangui neos non esse contẽnẽdos.

1. Thi. 5.

venerãda senectus.

omnium sapientũ cętus, hos.n.natura venerãdos edocet, quos ipsa prudentiores efficit: qui namq; prudentia rerũ magistra, sunt pditi, hi velut magistri sunt obseruãdi, de qb.dr: In antiqs est sapientia,& in his q multo sunt tẽpore, est prudentia. Hos vt iudices populi Moyses elegit. Hos vt patres obseruare iubet Apostolus: Seniorẽ ne increpaueris, sed obserua vt patrem. Sed & ratione bonitatis honorãda est senectus, in qua nõ viget caro, sed ruit voluptas, de qua dicitur: Aetas senectutis vita immaculata.

Job 12.

1. Tim. 5. Sap. 4.

Adduxerunt eũ ad Annam primũ. Obserua oĩa loca in quibus, siue ad q̃, anteq̃ subeat crucẽ, adduci voluit Iesus, quasi aliquid collecturus, qđ secum deferre optaret. Qui.n.deleturus peccata descendit, ad ea loca se transferre voluit, in quibus oĩa collecturus esset peccata, mortẽq; obiturus pro peccatis; cũ igitur septẽ sint peccata Capitalia, in quib. complectuntur oĩa peccata, & vnũ sit generale peccatũ ingratitudinis, s, quod circuit oĩa peccata, & in oĩ peccato cõtinetur, oportuit Christum octo ad loca ante Passionem adduci, in quibus omnia sumeret, recolligeretq; peccata: vt totum corpus peccati destrueretur.

A radice igitur peccatorũ incipiẽs, ad Annam ducitur. Auaritia.n.radix est omniũ peccatorũ, Apostolo asserente. Radix omnium malorum est cupiditas. Esto.n.maius peccatũ sit Superbia ipsa Auaritia, non tñ officit, quin ipsa Auaritia sit radix superbię, quandoquidẽ radix interdũ minor sit cuspide, & arbor sit sua radice amplior. Cũ igitur in domo Annæ inuenienda esset tanta cupiditas Auaritiæ, in qua contra diuinã legem, vsq; adeo efferbuerat, vt etiam Simoniacus Anna, summum vendiderit sacerdotium, Iosepho teste, ad Annam primum adduci voluit Christus.

Secundò ducitur ad domum Caiphæ, vt superbiæ vitia quæ colligeret, reperiret; adeò enim ille super cæteros intumuit, vt oẽs ignorãtes pleno ore protestaretur, ac si ipse solus intelligentiam haberet. Vos (inquit) nescitis quidquam, &c.

Tertiò adducitur ad Pilatum, vt inuidiam, qua sibi traditus fuerat Christus totã assumeret, sciebat.n.qđ per inuidiã tradidissent eum.

Quartò loco ad Herodem ducitur, apud quem Luxuriæ crimen nutriebatur, adeò vt etiam vxorem fratris sui ipse sibi vsurparet, & concubinam faceret.

Quintò, ad Pilatum denuò reuertitur, vt vanã gloriam, q̃ ad illum accesserat, ex remissione Christi ab Herode ad ipsum, ostẽderet: Qua occasione facti sunt illa die amici Pilatus & Herodes, qui prius erant inimici.

Sextò adducitur Christus coram populo præstolante, per quẽ Accidia denotatur. Ibi .n.omnis generis artifices vacantes ab operibus suis otiosi persistebãt, & solis detractionibus operam dabant, donec vociferarentur cõtra Christũ, & liberaretur Barrabas. Omnem igitur Accidiam collecturus adducitur Christus corã turba totaliter ociosa. F

Septimò ad tribunal, corã iudice adducit, & tãquã voracibus lupis mactãdus tradit, ac ingluuici illorũ deuorãdus cõceditur, vt oẽs ingluuiei, & voracitatis culpas assumeret.

Demũ ad patibulũ ducit, vbi oĩs ingratitudinis noxas colligeret: vbi ad populũ conuersus hoc illis summũ improperauit peccatum, Popule mi (inquit) quid feci tibi, aut qd molestus fui, responde mihi? Hęc qliuit Chrs, ad hoc circumducitur, qui peccatũ nõ fecit, qui carebat proprijs peccatis, qui solus exps erat peccati, vt aliorũ assumeret delenda peccata. Ipse Agnus immaculatus, q abstulit peccata mundi, & mundaturus conscientias nr̃as ab operibus mortuis, oĩa colligit peccata, & vnũ conficit corpus peccati, destructurus illud, Apost. dicente: Hoc scientes fratres, quia vetus hõ nr̃ simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra nõ seruiamus peccato. Quid est corpus peccati, nisi oĩa peccata? Quia sicut in corpore sunt membra, nõ æqualis magnitudinis, aut virtutis, ita ĩ corpore peccati sũt maiora, & minora peccata, &c. G H

Erat.n.socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Libenter fiunt inter ęquales cõnubia. Anna filiã copulari voluit Caiphę copula carnali, cui ille coniunctus erat copula mentali. vnus erat animus Annę, & Caiphę, quib. inerat vna animi malignitas, impij duo erãt, sed q duo erãt in impietate vna, duo cogitauerũt copulare in carne vna, & factus est Anna socer Caiphę. vix.n.alio poterãt iurgia ꝓhiberi obstaculo, q exhibitionis proprię filię in matrimonio. Quæso aũt, qũo poterit mulier, caput serpentis, arma diaboli, ministra falsitatis, ęmula charitatis, dolis inuoluta, pacis inimica, alios quã impios in impietate coniungere, & q perfidos in perfidia copulare? Rectè igitur Caiphas, & Anna nullo alio quã mulieris vinculo copulari poterant, vt tale esset medium, q naturam saperet extremorum. I

Erat Pontifex anni illius. Esto malus, impiusq; esset Caiphas, quo nescio an peior ĩter Põtifices aliqs sederit, non obstãte perfidia, erat tñ Põtifex; Neq; eũ esse anni illius Põtificẽ Euãgeliũ testaretur, si ob impietatẽ ptãte Põtificia priuaret. Qđ aũt admirabilius obseruandũ occurrit, illud est qđ subseqt (Anni illius) ipsi tẽporaneũ effecerũt, qđ Deus statuerat perpetuũ. Hoc diuisit ambitio, hoc secauit insidia, hoc ęmulationis rixa cõfregit, vt, & quod lege diuina ęternum erat, fieret temporale. Et quidem vnius anni, nam cum ipsi sint iudices, quorum malitia terminauit, qđ æternaliter durare debuit, rectè ad vnius anni terminum suũ reduxerũt Põtificatũ, & ad tam angustum tempus suam perstrinxerunt K

runt authoritatem, quo terminum suscipere possent, & alteri cedere iurisdictionẽ. Eo
Venale apud Iudęos erat eorũ Pontificium.
.n.anno finẽ habuit Synagoga, cõstructa est Ecclesia, translatũ est sacerdotium, ablata est ab ipsis authoritas, venale ipsi fecerunt, & transmutabile sanxerunt, qđ illa successionis lege perpetuum, & inseparabile a possidente erat, iubẽte Dño Moysi Exo.29. Tolles Aaron, & liberos eius, & impones eis mitras, & indues eos tunicis lineis, eruntq; sacerdotes mihi religione perpetua. Vñ cũ Aaron occubuisset in monte Hier.nu.20. Moyses suffecit Eleazarũ filiũ eius loco Patris, & exuto Aaron sacerdotalib. vestibus, induit eisdẽ Eleazarum, quem loco Patris substituit.

Hæc, lege diuina erant præscripta, q̃ temeritate Pharisaica iã erãt abolita, sed & ad aliã Tribũ trãstulerat sacerdotiũ, cũ Caiphas, iuxta placitũ aliquorũ nõ eẽt de tribu Leui, quorũ ĩpietatẽ pũidit Patriarcha Iacob, dũ inqt. Gen 49. Simon, & Leui vasa iniq̃tatis, in cõsiliũ eorũ nõ intret anima mea. Qũo aũt poterant non mactare, & perdere, q aliunde quã p ostiũ non vocati, sed inuitis Dñis nõ timuerũt ascẽdere? Qũo ligare, & pcutere nõ debebat verũ Pastorẽ Iesum, totumq; Gregẽ eius dispergere, q ut fures, & latrones ĩgressi, hoc solum cogitabant, mactare, & perdere?

Sequebatur autẽ Simon Petrus Iesum. Petrus qui adhuc Simon erat, q adhuc sibi timebat, qui mortẽ formidabat, qui terreno adhuc timore cõcutiebatur. Sequebatur quidẽ Iesum, sed a longe, Petrus trahebat post dilectũ Magistrũ, Simon retrahebatur a suo Magistro, ideò a longe sequebatur. Ardebat Petrus, frigescebat Simon, qđ volebat Petrus, hoc negabat Simõ. Vrgebat charitas Petrũ, retrahebat timiditas Simonem. Hinc inerant alæ Petro, illinc aderat frenũ Simoni. Interdum pedẽ, concito passu tentat mouere Petrus, quẽ mox ab incepto retrahit Simon. Paratus erat Petrus & in carcerẽ, & in mortem ire cũ Christo, sed nõ illud bonũ quod vult, hoc agit, potius autẽ illud malum, qđ odit, illud facit. Quia nondum a Simone disiunctus erat Petrus. Concupiscebat Simon, qđ nomen est carnale, contra Petrum, quod nomẽ est supranaturale, & dum hæc sibi inuicẽ contrariantur, sequebatur quidem Iesum, sed a longẽ, q adhuc detinebat nẽ esset cũ Chro.

Sequebatur antem. Sequebatur & Eliseus Eliam, Magistrum suũ, antequam auferretur ab eo. Noluit & Ruth abire cum sorore sua, sed maluit sequi afflictã Socrum suã. Eodẽ fi-
2.Reg.15
delitatis obsequio Ethai Gethęus Dauid dominum suum, a facie Absalon fugientem deserere noluit. Viuit Dominus (inquit) & viuit Dñs meus Rex, qm in quocunq; loco fueris Dñe mi Rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit & seruus tuus. Sequebatur & Petrus Dominum suum, magisque cupiens dissolui,

A & esse cum Christo, erat promptus spiritu, infirmus autẽ carne. Et ideò qui sic Iesum sequimur, a longe adhuc sequimur. Nondum exspoliauerat veterem hominem Petrus, qui carnis curam adhuc habebat. Hic typus peccatorum, multum de sua virtute præsumentium, qui a longe solum Iesum sequi didicerunt. Sed nonnẽ qui elongant se a te, peribũt o bone Iesu? Nonne tandem negabit Iesum Petrus, qui eum a longẽ est sequutus? Quod si longẽ est a peccatoribus salus, quo lõgius quisquis est a Iesu, eo etiam a salute longius.
Peccatorum pręsumptio.

B *Sequebatur autem, &c.* Trahũt impij Christum, e cõtrario autem sequitur Petrus Christũ: Nã pro quibus patitur Christus, se- 1.Pet.2
quunt & ipsi Christũ, Apostolo eodẽ dicẽte: Christus passus est p nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Esto, tunc Petrus adhuc esset ferrum, habebat tamen suam Magnetẽ, a qua, & post quam trahebatur. Petrus est, qui sequitur Euangeliũ, Hæretici qui trahunt Euangelium: Petrus, & alius Discipulus Christũ sequebantur, Iudas est eorum ductor, & Doctor, qui trahunt
Trahunt hęretici Christũ est Euangeliũ eius quorũ omnium est Iudas doctor & ductor.
C Christum. a discipulatu exciderat Iudas. ideò Christũ trahendũ edocet; Non sic Petrus, nec alius discipulus, qui sequuntur Christũ quocunq; ierit. Abierant prius & isti, fugientes cum fugientibus, sed quia non a Magistro, sed ab hostibus Magistri aufugerãt, propterea non a sequela Magistri defuerunt.

Et alius Discipulus. Ex omnibus tam Apostolis, quàm Discipulis, duo tantum sequebãtur Christũ: vbi sunt qui fidunt hominibus? Audiant Principes, aduertant & nobiles, qui nutriunt sibi famulantiũ cateruas, & copias,
D qui ingruente necessitatis & agonis tẽpore, terga vertunt, elongantur ab hostibus, sibi solis consuluit, Dñm solum in angustijs relinquunt. Eamus nos post Christum cũ Petro; sequamur Discipuli Christum, cũ Condiscipulo, non recedamus a Christi vestigijs, in societate Petri fidem Christi cum Petro prosequamur, fidem (inquam) Apostolorum. Pro hac rogauit Christus, ne vnquã deficiat: Rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua, &c. Sequamur Euangelium, quod sequitur
E Petrus. Hæc sunt Apostolorum vestigia, hęc orthodoxorũ Patrum limina, hæ sanctorum semitæ, hoc iter quod strauit discipulorũ cętus, hi sunt gressus sequentiũ Christũ, sancta traditione parati, oraculis scripturarũ strati, ecclesię monitis, & pręceptis designati, via regia, via antiqua, via cõmunis, via Catholica, via recta, per quã iusti ambulant, vt ad Christum perueniant, secundum quod scriptum est, iustum deduxit Dominus, Sapien. 10. per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei.

Et alius Discipulus. Duplicem hic obserua Ioannis modestiam, qui quidem nõ suæ, sed alterius gloriæ cupidus, Petri sequentis

Ioan.Euã ge.modestia admiranda. tis Christum, nomẽ expressit, suum autẽ propriũ obticuit. Hoc solent iusti, vbi de suarum mole imperfectionũ sermo habetur, pleno ore seipsos manifestare, vbi verò contingit aliorũ delicta narrari, suppressis nominibus, cursim illa vix attingere.

Matth. 9. Hoc Matthęus apertè de seipso sedente in telonio propriũ nomen exprimendo obseruauit, qđ a nullo alio Euangelistarũ proditum fuerat. e contra verò, vbi quicquam in propriã laudem dicendum occurrit, hoc cursim sola superficie narratur. Noluit igitur Ioannes seipsum prodere, quasi cęteris in sequela Christi pstantior, fortior, fideliorq; fuisset; cum tamen in hoc cõueniant omnes rectius sentientes, non alium quam ipsum cum fuisse discipulum.

Insuper & illud obseruandũ, non hic ausum fuisse Ioannem, illa verba addere, quę & prius de seipso in cœna, & posterius peracta passione Christi testatus est: quòd s. dilectus esset a Christo: propterea hoc solũ innuit, & alius discipulus, silentio transiens quẽ diligebat Iesus. Non obiter hoc in loco hęc de se obticuit, sed consulto hoc encomiũ, iam sibi ascriptum sicco pede pertransijt, qui sibi ipsi conscius proprij sui facinoris erat. Nam & ipse in magistrũ, quamuis dilectum, in hac nocte est passus scãdalum, & cõcussus est cũ cęteris columnis. Decesserat prius a magistro timore percitus pprio, nec sequutus est Magistrum, nisi postq̃ oẽs intuitus est milites, solę Christi capturę & custodię intẽtos, tunc tantũ post Magistrũ abijt; cũ totã conspexit Cohortem ad solum Magistrũ intentam, cũ eam aduertit captura Magistri contentam, circaq; illam totam occupatam, quem reprę hendebat conscientia intus, & non iniuria timebat a Christi dilectione sed decidisse, q a sequela Christi excors, sciebat se aufugisse, aufugisse inquam relicta Syndone nudum. Expressius autem hoc de seipso fassus est Ioannes in his quæ subsequuntur verbis.

Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis. Tanquam diceret. Quòd cum Iesu intrauerim in atrium Pontificis, non meæ ascribendum est præstantiæ, non fuit in me super cæteros, tantæ constantiæ virtus, non hoc meæ tribuendum fortitudini, quod scilicet ausus sim cum Christo Pontificis atrium ingredi, sed quia notus eram Pontifici. Quòd sim ingressus non est ex amore Christi super cæteros, sed quia notus eram Pontifici præ cæteris.

Io. Euãg. humilitas. Attende obsecro Iudam, attende Ioannem, attende scelestum, attende iustum; Loco sibi noto Iudas abutitur ad persequendum Christum, loco sibi noto Ioannes vtitur ad insequendum Christum vbi erat notus. Ille bono in malum vtitur, per hunc in bonum malum vertitur. Familiaritate

F abutitur Iudas principum, quibus spopondit se traditurum Iesum: hos impius ad impietatem trahit, iniquus iniquos ad iniqua impellit, suggerit scelus scelestus, suadet, inuitat, concitat animos, & impellit ad odium, ad facinus, ad tam immane sacrilegium: nullis conscientiæ stimulis vrgetur, nullis iustitiæ vinculis refrenatur, nullis æquitatis habenis retrahitur, omnia euertit, omnia peruertit, & subuertit omnia, milites, cohortem, tribunos, summos etiam sacerdotes, & Principes, o Iudæ discipulos nostrę huius calamito

G sæ tempestatis hæreticos, omnia peruertentes, milites concitantes, turbam subleuantes ad bella, contra Christum Principes prouocantes, innoxium sanguinem nocturnis suis cladibus effundere anhelantes. Longè talia a Christi discipulo.

Erat (inquit) notus Pontifici discipulus ille, cuius familiaritate bene vtitur iustus. Qui dolum nescit, qui pietatem didicit, qui charitatis est compos, & alterius salutis amator, amico bene vtitur, & improbum etiam ad pietatis, ad virtutis, & ad charitatis opus

H inducit, vt scilicet ad Christum introducatur Petrus, vt condiscipulus ad Magistrum ingrediatur, necnon, vt vbi ingressus est Christus, illuc & perueniat Christi discipulus. Non fuit sat Ioanni ipsum esse cũ Christo, qui potius anathema fieri cupit pro condiscipulo, & petiit a principe vt introducatur & Petrus: non quærit tantum sibi locum cum Christo, qui non quęrit quę sua sunt, sed quę Christi. erat & Petrus Christi, qui erat discipulus Christi. Ideò vrgente charitate quærit Ioannes Petrum, & discipulus discipulum. fi-

I delis erat, & membrũ Christi vterq; discipulus. Proximus illius erat Petrus, cuius erat & condiscipulus, & ideo eius in agone curã suscepit, eius mandati conscius vbi Deus mandauit vnicuique de proximo suo. Audierat Ioann. Petrum peierantem, & cum muliercula ancilla contendentem, audierat illum dum foris esset, Christum abnegantem: hoc ductus zelo, vt a tanto facinore Petrum retraheret, quo potuit conatu, quo valuit ingenio, nunc hunc, nunc illum adijt, nec conquieuit donec Petrum introduxerit. Pu- Ioann. Zelus.

K deat & nos male vti beneuolentia amicorum, pudeat abuti amico, a quo nihil expetendum quod ad impietatem spectet. Nullos amicitia nostra frustremus, nihil personet quod redoleat impietatem: magis autem placeat sanctum cum sancto saluare, quàm impium cum impietate damnari.

Discipulus autem ille erat notus Pont. & intrauit cum Iesu. Ea ratione, Ioannes notus esse debebat Pontifici, vtpotè, qui sortitus animam bonã, Synagogas frequẽtabat, diuineq; cõtẽplationi frequentius quo poterat, antequàm vocaretur a Christo, operã dabat.

Deus

Deus enim qui facit nos, & nō ipsi nos, quos ad aliquod munus obeūdum vocat,& illi muneri aptos facit, & congruos. Nullus vnquam ad eam euectus est contemplationem, nullus ad apicem talem peruenit, qui tam sublimia scrutatus site arcana misteria, vt vbi raptus fuit Apostolus vsque ad tertium cœlū, siue in corpore, siue extra corpus, non longo tamen perstitit tempore. Hic verò, dum supra pectus Domini in cœna recumberet, vidit quæ licuit, & q̄ non licuit homini loqui. *Iā. laut.*

Cæterum vim speculationis eius ostēdūt, quæ postremo in suis reuelationibus conscripta tam multa legimus, & tam pauca intelligimus.

Vel ideò notus erat Pontifici, qui cum iunior esset, velut alter Iacob a matre diligebatur, quæ pro eodem, pauca quæ poterat sacerdoti offerebat, & cū eum maris procellis agitari in nauicula intelligebat, adibat templum, & munuscula quæ poterat offerebat. Hunc secum sępius in comitem pia Mater corā summo sacerdote ad benedicendum suscipiebat. Quàm enim est sollicita mater filiorum Zebedęi, ad potiora bona illis procuranda, non ignoramus, qui eam etiam Christum adijsse intelligimus, a quo in Regno eius, dexteram vni, & alteri sinistram impetratura esset. Verum cum nec vllam hic Ioannes causam depromat eius cognitionis, nec desint multa accidentia, & occasiones, quibus quisquis seu diues, & nobilis, seu paūper, & inops innotescere possit, non hæc pro curiositate, sed quæ nobis pro eruditione depromuntur sunt inuestiganda.

Et introiuit cū Iesu in atriū Pontificis: Petrus autem stabat ad ostium foris. Excluserunt Petrum qui ligauerant petram, Petro intercluserant aditum, qui Christum tantū volebant perditum. Ostium Petro, ne ingrederetur occluserāt, qui verbum Dei perdere cogitabāt. Hunc omnino ingredi nō patiuntur, qui etsi Ioannem, & Euangelium recipere videātur, vt tamen quisquis pro libito possit Euangelium, & omne Dei verbum interpretari, Petrum non recipiunt. Canes enim quo liberius, sanctum sibi traditum dilacerare valeāt, Petrum foris retinent. Sues, quo margaritas coram positas conspurcare & destruere possint, foris Petrum retinent. Christum quidē, & Ioannem Hæretici suscipiunt, suscipiunt & improbi, sed tantum in atrium, in intima tamen domorum nō recipiunt, qui aure quidem verbum Dei, & Euangelium recipiunt, in præcordijs autem illum nō recipiunt, qui cordis ostium Christo, & Dei verbo p̄cludūt.

Et introiuit in atrium. Ad superiora loca nec Christus, nec Ioannes intrare permittuntur, quorum locus non est cum superbis, sed cum humilibus. Nihil sublime & mūdanum, Chr̄s appetiuit, fastigia abhorruit, detestatur

A sublimia, qui humilia tantum respicit, & alta a longe cognoscit. In atrium solum ingressus est Christus, qui locus est pauperum, & viliū, qui exinaniuit semetipsum, formā serui accipiens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Cubicula non ingreditur Christus, vbi nullus pudicitiæ locus, nullus orationis angulus, quorum orationes in Plateis tantū, quo viderentur fiebant. Aulas etiam non ingressus est Christus, vbi de morte proximorū, de rapina, de fraudibus tractatur, vbi blasphemi, lusores, vbi ebrietates, & comessationes, &c. Hoc tantum abest, vt in tam profanis, Christus locum habeat. Nō in cubilibus, & impudicitijs (inquit Apostol.) non in comessationibus, & ebrietatibus, non in contētione, & ęmulatione. Demum Christus & Ioan. in atrium recipiūtur, quibus receptis, voce Ioan. introducitur, & Petrus, quia turba ipsa Christum, & Euangelium recipiebat; Principes autem & Reges, quos turba recipiebat, Apostolos s. & verbi Dei concionatores, expellebant, & trucidabant. Ad annunciandum pauperibus Christus a Patre missus, locum etiam, vbi conuenire solent pauperes ingreditur. *Rom. 13.*

B

C

Et intrauit in atrium. In deserto Sathanas congressum habuit cum Christo, nunc Christus atrium ingreditur, vt inde eundem expellat, bonaque omnia eius dirripiat. Huc accedit initurus bellū, cum Dęmone. Custodiebat fortis armatus atrium suum, omnia possidens in pace; iam ad congressum accinctus saluator, expoliaturus fortem fortior ipse, fortes ad expoliandum, eijciendum & superandum Diabolum ad certamen incitat, q.d. Hunc tibi tiranne locū vsurpasti, hunc fraudibus circunuenēns occupasti, abiturus inde iam cito es, cum huc me non alia contulerim ratione, quàm vt cedas loco, indeq; expellaris, quo temere es ingressus. In atrio sūt, qui in Limbo sunt: in atrio existunt, qui in Purgatorio continentur. Hos sibi Diabolus vsurpare nitebatur, donec ad tartara descendēs fortissimus Iesus, educat vinctos de lacu. Sed, & Diaboli atrium est peccatum, in quo quisquis existit, in atrio Diaboli existit, quia ad ianuam inferni persistit, vnde dicitur: Nisi quia Dominus audiuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. *Psal. 93.*

D

E

Nos autē passim rogamus pro fidelibus, quibus superest solutio debitorum & criminum, vt a porta inferi eruantur animæ eorum. Per atrium solum fit ingressus ad domum, quod situm est ad portas domus, quia solo peccato irretiti, ad ianuam perpetuę dānationis rei existunt. Nam atria nullis sunt vmbraculis p̄tecta, nullis tectis munita, niuibus frigoribusq; exposita, solis calorib⁹ subiecta, imbribus, & pluuiis patētia, & nocturnis volucribus ad habitandū concessa, quæ oīa

pec-

peccatorum iuribus sunt designata.

Hic seruorum locus, vbi Christus serui formam tenet. Vtinam autem, & nos non inutiles, & nequam serui atrium Domini, i. ecclesiã ingressi, Dominũ laudaremus iuxta Prophe. monita. Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum, qui statis in domo domini, in atrijs domus Dei nostri. Tunc lætatus est Prophe. quando dictum est sibi. Stantes erunt pedes nostri in atriis suis Hierusalem. Heu, heu, quam inglorius nunc Christus in atrio, qui solum in domo, idest in Cœlo sibi reseruauit gloriam, quam in excelsis futuram instituit.

Petrus autem stabat ad ostium foris. Nunc suum torporem redarguit Petrus, qui si concito passu, & non a longe Christum sequutus fuisset: non foris, sed intus ingressus fuisset. Attende quanti momenti sit tepidorum negligentia. Nam & fatuæ illę virgines perdiderunt sponsum, quibus clausa est ianua, & occlusus ingressionis aditus, egressis ipsis, & demorantibus. Sua ignauia Petrus Christum perdidit, qui tardus post Christum aduenit. Pigritiæ Petri ascribendum, quod foris sine Christo remaneat. Perditio non est ascribenda alteri quam peccatori.

Quã ingẽtis causa damni sit negligentia.

Iaceant qui aut Deo, aut Dęmoni impingunt suæ damnationis causam. Sæpe enim qui læditur non nisi a seipso læditur; iam extat, & improborum, & eorũ qui faciunt opus Dei negligentur, maledictio. Ideò iubemur contendere, vt p angustiam portã intremus, & sic currere, vt comprehendamus. Perditi autem homines non suæ ignauiæ, sed potius voluntati Diuinę ascribunt, qua sic se esse reprobatos, aut prędestinatos faciunt, quasi nõ sic acturi, vt certam suam vocationem faciãt. Inanis est illa excusatio, cum pateat cuius, & quare sit ipsa saluatio, siue ipsa damnatio. Petrus a longè sequendo Christum excluditur, ne intret vbi est Christus, Ioannes velocior Petro currens, citius illo ingressus est intus cum Christo.

Vana & futilis excusatio.

Petrus autem stabat ad ostium foris. Vi trahitur Christus, Petro ingressus prohibetur. Sequitur quidem Petrus Christum, quia quò vadit Christus, oportet ut sequatur Petrus. Verum quia Petrum defensorem Christi, & gladium deferẽtem sunt experti, quo melius possint illudere Christo, foris Petrũ volũt, existere, & clã a Petro detrahũt ipsi Christo, dũ aliqui eius Diuinitati contradicunt, alij iurisdictioni, & auctoritati, alij sacrosanctis eius sacramentis, alij venerãdis eius imaginibus, alij ministris & prælatis Ecclesię.

Stat Petrus ad ostiũ, vt intret ad gentes, vt ingrediať ad hæreticos, si quoquomodo recipiatur ab ipsis cum Christo. Stat (inquit) ad ostium, ut quoscunque recipiat. Pulsat concionatorũ voce in suggestis, uocat, rogat, suadet, demonstrat, pręstolatur, annunciat populo scelera eius, detegit errores, fallacias dissoluit, detestatur crimina, temeritatem cohibet, hæreses fugat, & falsitates aufert verbo veritatis, conciliat loca, aperit misteria, abdita pandit, quæstiones soluit, cõtrouersias sedat, & reserat difficilia, soluit soluendos, & ligandos alligat, Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciat in eis iudicium cõscriptum. Ideò Petrũ quẽ non recipiunt, ad fores relinquunt, vt pateat, quomodo in foribus delinquunt, qui cum Christo Petrum non recipiunt.

Quinam Petrũ excludant.

Petrus autem stabat foris. Diuitum domus senibus, & pauperibus occluduntur, quæ patent satellitibus, sycarijs, homicidis, sacrilegis, adulatoribus, mimis, cauponibus, lenonibus, lusoribus, cinędis, & parasitis, negať ingressus, non vestitis sericis, qui nõ in mollibus deliciantur, quandoquidẽ, qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Negatur ingressus simplicibus, vbi sunt domestici omnes vestiti duplicib. negatur egenis, vt pcul sit oĩs occasio pietatis, & fraternæ charitatis. Hoc faciunt Petro, qđ fecerũt & Christo, de quo supra dictũ est. In propria venit, & sui eum nõ receperunt. Hi sunt ad quos Dominus ait: Misi ad eos omnes seruos meos Prophetas, & indurauerũt ceruicem suam, & peius operati sunt quam Patres eorum. Hæc est gens, quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, perijt fides, & ablata est de ore eorum. Hinc totius illius gentis excidium, iubente Domino. Quicunque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite etiam puluerem de pedibus vestris in testimonium illis.

Ioan. 1. Hiere. 7. Mar. 6.

Petrus autem. Audio Petre tuas voces quęrulas, tuũ experior desideriũ, ut ad Christum accedas. Heu (inquis) quia incolatus meus prolongatus est. Sentio te mussitantem ad fores: tua me suspiria feriunt, te impatientem contueor. Quid autem petis ignoras. Consultius tibi o Petre, ab impiorum comitatu recedere, quam has ianuas reproborum intrare. Vtinã hinc procul abires, uel ad teipsum rediens, uel ad coapostolos pergens, uel solitaria loca cum bestijs peteres. Nescis adhuc quam satius tibi foret cũ bestijs habitare, quã cum improbis conuersari? Coram te mansuetè corruerent feræ, hic autem extat tibi coram debilissimo hoste, præcipitationis anfractus.

Accedis pius sed recedes impius. Accedis precator, recedes blasphemator. Intrabis deuotus, exibis reus. Venis Discipulus, efficieris abnegator. Hæc mutatio tua, hæc sors tua o Petre, in quam & incidunt, qui Curias & consortia improborum, non alio quam curiositatis fine frequentant. Ad quas dum multi simpliciter se transferunt, duplici corde recedunt. Hæc sunt loca, ad quæ dum timorati

Honestatis pudor, & omne sæpè bonũ curiositate deperditur.

moratì declinant, indomiti efficiuntur. Deperditur ibi honestatis pudor, & has in domos quæ accedunt castæ, & uirgines, nō inde aut uix egrediuntur, nisi corruptę, & inuerecundæ. Tibi igitur, ô Petre, & plurimis tecum, longè salubrius foris extitisse, quam ad cōsortia, & domos eorũ intrare, qui sic ligato illudũt Christo, & sunt aduersus Christũ.

Petrus autem stabat foris. Qui senescunt in peccato uix aut raro intrant ad Christũ. Obserua senes quam difficilè ad Christum ingrediantur. Hi enim ad fores persistant oportet, facilior est iuueni, idest in peccatũ recenter lapso ingressus ad Christum, quam malorũ dierum inueteratis. Hi sunt quatriduani, qui multis prehabitis moris, ablato magno illo lapide, & lachrimarũ profusione reuocantur ad uitam. Hoc efficit cumulus peccatorum, hoc nobis malum peccandi consuetudo ingerit, vt quò leuiora ex facilitate, & consuetudine peccata videntur, eò nobis grauiora reddantur, & tandem cum in peccato quis senio confectus in profundum venerit, facilè Christũ contemnit, & cum Petro sene denegat, in hæresesque prolabitur.

Inueteratus malorum difficillimè salutis ianuam intrat.

Exiuit ergo discipulus ille, qui erat notus Pontifici, & dicit ostiarię, & introduxit Petrũ. Hoc egit & iunior ille filius Iacob, dilectus à Patre, quod egit adolescens iste Discipulus, à Christo dilectus. Introduxit ille Iacob senem in locum fertilitatis, quod gratus esset Pharaoni: introduxit hic senẽ Petrũ in domũ Pontificis, qui gratus esset Pontifici. Hac ratione, castissima illa Hester, ad hoc in domũ Assueri Regis intrare iubetur, cuius cōsilio, atque prudẽtia, crudelis aduersarij furor, in sui generis gentem sæuiens, temperaretur, & vt Regis animum in suorum gratiam confratrum, prudens virgo emolliret.

Hoc faciunt qui suorũ proximorum saluti inuigilant. Exit Ioannes domum Principis, vt consulat saluti Petri, exit noctu, exit in militum medio, exit ipse, vt postea ingrediente ipso, secum ingrediatur & Petrus, nequibat .n. solus existens intrare Petrus. Veh soli, qui si non habet subleuantem, auxiliantẽ, adiuuantem, extra relinquitur, ianuã nō habebit apertam, domum non ingredietur, & ad Iesum non perueniet: erat fides quidẽ ad ostium pulsans, & persistens, S. Petrus in quo fundata est fides: Rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua, &c. Nequit ipsa sola ingredi ad Christum, vt videat Christum, quia est argumentũ non apparentiũ, indiget Ioanne, indiget charitate, indiget operatione, vt ea sit, quę per dilectionẽ operatur, indiget Petrus Ioanne, & quisque fidelis charitate: quia etsi habuerimus omnẽ fidem, ita vt montes transferamus, charitatem autem non habuerimus, nihil sumus, qui facti sumus velut ęs sonans, aut cimbalum tinniens.

Pulcherrima expositio.

A *Exiuit ergo discipulus*. Exeunt & Angeli, qui ad eorũ ministerium mittuntur, qui præordinati sunt, ut hæreditatem capiant salutis. Exeunt ad nos, qui protegunt nos, qui erudiunt nos, qui custodiunt nos in omnibus vijs nostris. Ad nos exeunt, ut nos secum in domũ Principis conducant. Hos & Iacob vidit descendentes, & per salutis scalã ascẽdentes. Hos Tobias est expertus, qui comitatus à fidissimo Archãgelo Raphaele, ad Patrem incolumis & ditatus reuersus est.

B Isti sunt, qui pugnant pro nobis, qui cum hoste ingressum impediẽte cōtẽdunt, qui loquũtur pro nobis, dũ nostras cōi nostro Regi, & Domino pro nobis orationes offerunt.

Sed & Ioannes exijt ad Petrũ, vt introducat illũ ad Chrm. Nã si hanc in nos charitatem exercent Angeli, ut sollicitos sese ostendant nostrę salutis, dicant quæso Hęretici, quare & spiritus illi Iustorũ corã Christo in Cęlis existẽtes, nec ad nos regressum faciũt, nec pro nobis verbũ proferunt? Si erãt Angeli minus proximiores nobis, à quibus nos paulo minus minorati sumus, quo torpore C homines proximi nostri, in eadem domo, coram eodem Rege ab obsequio nostrũ cessabũt? Sanctus ille Patriarcha Iacob in benedictione Ephrain, & Manasse, Deo iniuriã non irrogauit, q cũ Deo ẽt Angelicũ patrociniũ implorauit. Angelus (inquit) qui eruit me de cũctis malis, benedicat pueris istis, & inuocẽ super eos nomẽ meũ. Extat & vltra Raphaelis testimoniũ ad Tobiã, illustris ille Apocalypsis locus, vbi dicitur. De manu Angeli ascẽdere fumũ aromatum incensorum, quę sunt orationes sanctorũ, ante conspectũ Domini.

Cur ad introducendũ Petrũ exeat Ioãnes.

Gen. 48.

Cap. 8.

D Absit, vt Iustorum animæ, quæ nunc de sua sunt salute securæ, nostrę extent salutis immemores. Nec arbitretur aliquis eas sic inclusas, quasi detentas in cœlo, quæ inde aut nolint, aut non valeant egredi, cum & egressione eius nullam sicut nec Angeli beatitudinis perdant visionem. Exeunt pro libitu, non ex curiositate ipsorum, sed pro necessitate proximorum. An non possunt, & ipsi cum Angelis exire? Vagatur Satanas, & Dęmonũ caterue discurrũt, idq; diuina pmissione ad hominũ exercitiũ, nō exibũt sancti ad E hominũ piorũ beneficium? Rogemus potiùs nos sanctos cũ sanctis, q assiduis illos implorãt pcibus, quos Diuus Aug. in libro Meditationũ sic alloqtur. Felices sancti Dei omnes, obsecro uos p uestrã charitatẽ, q securi estis de uobis, soliciti estote de nobis. Estote iugiter memores nostri, subuenite nobis miseris, qui adhuc in huius vitæ salo circũstãtibus agitamur pcellis. Vos portę pulcherrimę adiuuate nos vile pauimẽtũ lōgè inferi' iacẽtes, ĩtercedite, & orate indelinẽter p nobis miseris, vt p vestras orões vestro sãcto cōsortio cōiũgamur, qa aliter salui esse nō possumus.

D *Exiuit*

Exiuit ergo & introduxit Petrum. Per Petrũ,cui credita est cura regiminis, vita actiua designatur. Per Ioannem verò cęlestium arcanorum scrutatorẽ, vita contemplatiua describitur.Ingreditur Io.sine Petro, Petrus autẽ sine Ioanne ingredi nequit ad Christum. Perfecta est vtraque vita,actiuorũ,& contẽplatiuorũ; Perfectiora tamen efficiuntur, si vinculo perfectionis vinciãtur.De quo Apostolus.Super omnia autẽ charitatẽ habentes quod est vinculũ perfectionis. Duę erãt sorores Lya, & Rachel: Lya oculorũ lippitudine offuscata,Rachel aspectu decora, vtraque vni uiro cõiuncta, vtraque vni viro copulata, vna tamẽ amabilior altera. Tota pulchra est Rachel,& macula non est in ea,& ideò amabilior est vita contẽplatiua,quę immunis est ab omni sorde, seu terrenorũ illuuie. Vnde sterilis est,& indiget Iacob Lya ad producendã prolem.Persistit Rachel sterilis, donec parere cessat Lya,quia in hac vita terrena, contẽplationis fructũ non assequimur,donec totaliter ab actiua cessemus, & à mundo recedamus.Sed nec assequimur Rachelem,idest, nobis vnimus contẽplatiuam, nisi prius assequamur Lyam, quia nullus repente gratiam contemplationis consequitur,nisi prius accipiat, & vniat sibi Lyã, & exercitia bonarum operationũ amplectatur,opera misericordię exerceat, & frequentiùs exercitijs spiritualibus incumbat. Martha,& Maria duę sorores sunt,quæ hærent Christo.Nõ turbatur Maria,turbatur Martha,quia perfectior est contẽplatio à conturbatione remota, quã quisquis elegerit,optimã sibi partem elegit.Absit tamen vt sibi soli eligat.

Actiua uita,& contẽplatiua à nobis amplectẽda est.

Propterea enim exit Ioannes,vt subueniat Petro, & vt introducat Petrũ: Petrus habet ancillam aduersantẽ, Ioannes nullum habet obsistentẽ, quia in actiua vita multa occurrunt impedimenta,quandoquidem deprimit terrena habitatio sensum,multa cogitantem. qui autem supra sensus eleuatur contẽplatiua,celeriùs, securiùs, & expeditius ad superna euolat.Qui sua gaudebat solitudine Ioannes factus erat velut passer solitarius in tecto, inuenerat sibi domum, & vt turtur, nidũ, instante tamen proximi necessitate, *Ad obsequendum proximo exijt* è domo, & accedit ad Petrum, qui est extra domum, nè sibi soli prosit sancta rusticitas, oportet enim etiam sanctos contemplationi deditos, hanc mixtã profiteri vitã,quam Ioannes insinuat, imò,quã Christus est professus, qui sic contẽplationi vacabat,vt charitatis operibus pro congruentia tẽporum,locorũ,& personarũ, totus incumberet,in vtraque sunt virtutes,quæ non nisi suis actibus perficiuntur *Duo illa maxima* mandata,vtrãque complectuntur,& requirunt vitã, dùm per contemplatiuam vnimur Deo, & per actiuã succurrimus proxi-

Contẽplatiua melior est, & securior.

F mo.Mẽs humana cõtẽplatione reformatur; parturit autem pacatissimos fructus Charitatis. Dũ hæc parturit, tristitiã habet,quæ flet cum flentibus, miseris miseretur, cõpatitur patientibus,Apostolo dicente. Quis infirmatur,& ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? 1 Cor. 10.

Dixit autem Petro ancilla ostiaria. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Conuenerant,& ex curiositate,& ex crudelitate, singuli milites, etiam ianitores ad illudendum Christo,certãtque illudere capto, ideò
G credita est ancillis portarum custodia. Sic & decebat compotẽ esse criminis mulierem, quæ auctor fuerat sceleris. Hæc quæ ianuam aperuit peccato,ianuã in custodiã accepit,vt non intret iustus nisi contaminatus,vt ingredientes inficiat,posita est pestilentiæ Mater. Hęc est de qua dicitur. Inueni mulierẽ amariorẽ morte, quæ est laqueus venatorum. Ecclesiast.
Petrus,qui sua piscatione venabatur pisces, imò qui factus est piscator hominũ, laqueo istius capitur, & detinetur, imò velut auis laqueo captus, quò magis è manibus habentis la-
H queũ elabi,& dissolui contendit,eò magis irretitur,& inuoluit. Ad aspectũ huius cõcutitur Petrus qui nec timuit armatorũ,& sęuientiũ militũ cateruas,qui inermis contra armatos sæuijt,ad aspectũ improbæ ancillæ expauescit, Leo gallinę cãtũ formidat,qui terror est cunctis animantibus terræ. Qui non multo ante non timebat ferrum missæ cohortis, nũc vocẽ timet domesticę mulieris. Vnde tibi tãta ignauia Petre? certe tanquã fidus canis sequebaris Dominũ,cuius præsentia nec rapaces lupos pauescebas,nõ tuę virtuti ascri-

Capitur laqueo magnus piscator à pisciculo.

I bendus fuit iste animus adeò impauidus, sed pñtiæ radijs Domini tui, cũ quo tñ & audes,& potes, quia oĩa potes in eo qui te confortat Christus:nũc aũt qui es expers pręsentię Christi,heu quã uecors,seu quã uilis, seu quã timidus; Fortitudo meã inquit Dominus,sinẽ quo tã uiles sumus, cũ quo adeò robusti efficimur, vt si cõsistant aduersum nos castra,non timeamus.

Dicit aũt Petro ancilla. Impudẽtior ancilla hæc, Samaritana illa,quę etsi scortũ,haud tñ
K impudens, quæ ausa non fuit proferre uerbũ corã sedente super puteum, nisi priùs inuitata ad colloquendum ab ipso sitibundo poculum poscente. Audiuimus olim ancillam insurgentẽ contra Dominã suam, Agar videlicet contra Sarã, quę dum insurgit contra Saram, nonne insurgit & contra Abrahã coniugẽ Saræ, cũ duo sint in carne una? Sed hęc impudentior illa,uelut,q & cõtra Petrũ, & contra Dominũ,ac Magistrũ Petri insurgat. Audi quid crocitet cornix; Nonnè & tu ex discipulis es hominis istius. Quid est nonnè, nisi exprobratio sermonis? Iuxta illud. Nõne & publicani hoc faciunt,& alibi, Matth. 5. Cap. 10.

Nonnè

Iob 3. Nonne ex denario conuenisti mecum?& alibi. Nonne dissimulaui; Nonne silui; Nonne quieui, hæc improperat effrons ancilla, vt vno iaculo feriat Petrum, & detrahat Christo; Imò neutrū nominat sed per tu, Petrū, & per istius, non nominare, sed significare maluit Christum.

Dixit autem Petro ancilla. Debile iaculum vocis tenuis, non obloquentis, & exprobrantis iudicis, aut potētis, sed ancillæ, & mulierculæ, cuius vocis crepitantis sonus in tātum conseruauit vt ēt deiecerit Petrum, quē non solum reuocat a bono, sed impellit ad malū, non solum denegat vitam, sed intentat mortē. O ipios, acerrimosq; linguæ fructus. Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa. Hanc suam lāceam vibrat improba mulier, vt præscindat amicitias, & diuidat discipulum a magistro, amicum ab amico. Lingua eius inquit Salomon, quasi gladius biceps, & acutus.

Linguæ potentia. Prouer. 5. Eccl. 28.

O maxima improborum linguę potentia, quæ & homines perimere, & animas damnare, & Regna subuertere potest. Lingua etiam multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem, Ciuitates muratas diuitū destruxit, & domos magnatum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit, & plaga linguæ ossa comminuet.

Prou. 28. Hæc in se mala expertus est Petrus, iaculo linguæ percussus. Dissolutus est fortis, & ossa eius, idest virtutes fidei, & charitatis, quibus subsistebat comminuta sunt. Satius tibi Petre illi consilio adhærere. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & tu ori tuo facito ostia, & verbis tuis pone stateram, & attende ne forte & tu labaris in lingua, & cadas. Vtinam attenderes, & prohiberes linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Vtinam poneres ori tuo custodiam cum cōsisteret peccatrix aduersum te. Vtinam, & tu cum Iob suggestrici isti pessimę respondisses. Quasi vna ex stultis mulieribus locuta es. Suggerebat illa viro suo, ut Deo benediceret, idest, malediceret, sed hoc tantū facinus vir sanctus abhorruit, ita q̄dē, vt sacrum Dei eloquium, ex sanctorum oraculis Prophetarum benedicēdo, loco maledictiōis expresserit. suadebat igitur illa scelestissima viro suo, vt maledictis Deo insultaret, & quasi perpessa permittente Deo mala maledicendo creatori vlciscens moreretur. Nō dissimili impietate ancilla hæc ostiaria, quæ Petrum ad negandum Christum inducebat vtebatur, quasi dicat: intrare desideras, abrenūcia prius, si es discipulus hominis istius, discipulatui eius, & ingredere. Sin minus, huc nō intrabis, quia te agnosco. Vel tādē vtinā, ò Petre cū Helia faciē Iezabel fugiēs deserta petisses, qui a facie Achab nunq̄ declinauit.

Dixit ille. Non sum. Cum iustus esses o Petre, cū magna cōstantia stabas aduersus eos, qui te angustiauerūt: modo quia impius es effectus, fugis nemine persequēte, terreris nemine comminante, corruis nemine impellente. Nihil durum protulit mulier infęlix, blando potius te sermone est allocuta, an ex discipulis esses hominis istius, non Latronis, non malefactoris, &c. Vnde tibi tanta timiditas? Vnde hic pauor, formido hæc & trepidatio? certè omnib. operantib. malū, dicēte Salomone: Fortitudo simplicis via domini, pauor autem his qui operantur malum. Rectè timet, qui peccato adhæret, quo nil magis est homini contrariū. Peccatū meum, inquit Psalm. 50. contra me est semper. Prou. 10. Psal 50.

Fugiebat Adam, ēt uocante Domino, Profugus Cain discurrebat, nec tu timuisses Petre, si a rectitudine itineris non declinasses. Et ex te ipso times, a timore, ubi non est timor. Corā muliercula. s. & ancilla. Garritum mulierculæ timuit Petrus, velut a qua prodēdus erat, si se ipsum credidisset illi. Garrulam semper fore mulierē edoctus Petrus, negat se Discipulū Christi coram illa, ne illa proderet illum corā ministris: Parui facit manus mulieris, magni aūt facit linguam mulieris, cuius virtus, siue (vt rectius dicam) virus nō in manu, sed in lingua consistit. Sciebat Petrus stultum esse mulierib. secreta detegere, quib. ea tantum sunt cōicanda, quæ omnibus ueniunt propalanda. Nec pacis possunt instrumenta, sed dissensionis effici.

Mulieris garrulitas.

Hoc ipsa natura edocet, in quorum ore viginti octo dentes, cōi lege composuit, qui numerus per diuisiones æquales nequit ad unitatem reduci. Hominib. verò ad triginta duorū numerū protraxit, qui numerus in æquales partes diuisus, ad unitatē vsq; ptingit, quę & iustitiæ, & pacis rationes insinuat. Non igitur credidit se mulieri Petrus, per quam se prodendum timebat.

Dixit ille. Non sum. Obserua, se quęrentibus, duo verba respondit Christus, ego sum, & corruūt illi, duo uerba r̄ndit Petrus interroganti. Non sum. & corruit ipse. Vnde hæc tibi Petre? Si nō es, qūo illius es, qui est? Nulla ulterius tibi pars cum Christo. Nā de ore tuo iudicaris. Non sum (inquis) ergo ad nihilū redactus es, & nescitti. Ex ore tuo iudicaris, & condēnaris, quid dicis Petre? Nonne ex discipulis es illius, cui dixisti, & animam meam ponam pro te? Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Quis eo te nūc dementiæ compulit? Quid facturus es coram Tyrannis, & Regibus? coram cruentis ministris, & insultantibus? Nec verbo defendis Christum, coram vecordi vilique muliercula, quem gladio tueri conabaris inermis contra milites armatos? Si eximius, & strenuus, tam iustæ causæ propugnator existis, si tantum tibi virtutis ascripsisti, vt nec morte di-

Pulcherrimū sanè mysteriū.

velli possis a Christo, nec flagris, aut ferro terreri, quo ad vnius ancillæ vocem in tantũ formidas, vt te ex discipulis Iesu esse confiteri nõ audeas, sed nec eum agnoscere cum iuramento confirmes? Certè, non nisi vinculũ est charitatis, quod nec mors, nec vita, nec periculum, nec gladius separare potest. Vbi autem non vincit charitas, etiam solus timor mortis periculorum, & gladij vsq; ad negationem nos a Christo separat.

Hæc Petri caducitas, eo seriosius ab Euangelistis est descripta, vt ea nos omnes edocti, qui hac cõmuni infirmitate laboramus, quantum ascribere nostræ virtuti debeamus, tam illustri exemplo intelligamus.

Humana infirmitas.

Superbit caro suæ imbecillitatis ignara, & interdum suæ insipientiæ oculis tantam fortitudinem pollicetur, vt veluti Zelo diuino agitata, omnẽ sustinere crucem arbitretur, tanquam omnia possit, quæ nihil potest sine eo qui nos cõfortat, & præter eam quæ nos corroborat virtutem ex alto.

Negauit Petrus Christum, ex quo intelligimus quia Deus vera prædixit, vnde homo de se falsa præsumpsit. Omnia de se ipso præsumebat, qui sine illo erat qui contraria dicebat; quia sine me nihil potestis facere. Nullus igitur tantũ de seipso sibi polliceatur, sed qui stat, videat ne cadat, & cum timore ac tremore quisq; suam salutem operetur, monente etiam Apostolo. Noli altum sapere, sed time. Nihil enim homini securius, quàm humilia de se sentire, nullis se supra se meritis extollere. Nolite (inquit Apostolus) fieri prudẽtes apud vosmetipsos, nec alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Audi verba Chrisostomi. Diuinæ prouidẽtiæ secretũ idcirco permisit, vt qui primus erat laberetur Petrus, quo erga peccantes duriorem sentẽtiam proprij casus intuitu, temperaret. Petrus.n. orbis terrarum Doctor, & Magister, peccauit, & veniã ipetrauit, vt hæc indulgentiæ norma, & regula præberetur. Id circò.n. nõ Angelis arbitror commissam Sacerdotij potestatem, ne, cũ ipsi minimè peccarẽt, in peccatorib. sine misericordia lapsus vindicarent. Homo itaq; passibilis, & ipse peccator, super peccatores ordinatur, vt dũ ipse in alijs suas recolit passiones, apud eos se mitẽ præbeat, & benignũ. Hunc nostrum Pontificem, & Pastorem in graue facinus prolabi permisit, vt haberemus Pontificem qui posset compati infirmitatibus nostris.

Faciles ad parcendũ & indulgendũ debent esse prælati.

Dixit ille non sum. Vide quã facilis sit homini descensus Auerni. Quibus aũt imminet profundior descensus, nisi quibus inest sublimior ascensus? Caueant qui præsunt, caueãt in sublimitate constituti, ceciderunt namq; aliqñ primi; cecidit Lucifer, cuius operimentũ omnis lapis preciosus, cecidit Adamus in Paradisi delicijs constitutus; cecidit Sanson

F virorũ fortiss. Salomon omniũ sapientiss. Dauid omnium deuotissimus, igitur quanto maior es, humilia teipsum in omnib. cecidit tandẽ Petrus Apostolorũ vertex, & fideliũ Magister, quo aliorum præclaris exemplis nobis caueamus. Felix quem faciũt aliena pericula cautum. Hæc nostris coram oculis præbentur exẽpla, non vt cadamus, sed vt a casu caueamus, sunt impij, qui hæc sibi proponũt velut ad præcipitiũ exempla, non ad resurgendum a peccatis, sed ad perpetranda peccata; sequuntur errantes, non sequũtur corrigentes, deflentes, & pœnitentes.

Adnotandum exẽpla.

G *Dixit ille non sum.* Obserua verborum emphasim & rationẽ, Non obiter Euangelista ait: Dixit ille, non exprimens nomẽ Petri. Supra semper expressa fuit vox, & insonuit nomen Petri, sed & hic ẽt poterat, vt aliâs recensere nomen Petri, inquiens; dixit ille Petrus. Respondit Petrus, Petrus aũt ait illi. Hęc oĩa obticuit Euãgelista, & inquit: Dixit ille. Nec iniuria, quia dedignatus vt Euangelista, contra negantem Christum.

Verborũ Emphasis.

Negãdus est ẽt ab Angelis, qui negauerit H Christũ corã hominib. Insuper omnis ignorans, ignorabitur. Cõfessio itaq; aut abnegatio Christi, cõfessionem, aut negationem nostram efficit apud ipsum; dicẽte eodem. Qui me confessus fuerit corã hominibus confitebor & ego eum &c. Sed & vlterius, noluit Io. nomen Petri proferre, quasi insinuans ꝙ Petrus nõ in seipso, sed extra seipsum peccãdo exisset, cum quisquis peccator, per peccatũ extra seipsum trahatur. Vnde quisquis a peccato recedit, ad se ipsum reuerti dicitur; Peccãdo.n. extra se abierat Petrus, ideo rectè

Luc 12.

I Euangelista ait; dixit ille: Ille, qui prius Christũ Dei filium esse cõfessus fuerat, ille, qui se moriturũ pro Christo dixerat, ille, qui nimio sui ipsius ausu, se extulerat; & si oẽs scandalizati fuerint in te, ego nunquã scandalizabor. ille qui super cęteros se amare Christũ arbitrabatur. ille, qui nec armatos se milites timere credebat, ille, qui sibi tm̃ ascribebat, ille, qui se sine Christo omnia posse credebat, ille, qui oĩa & reliquerat, vt Christũ sequeretur, ille, qui Christũ in gloria suæ Maiestatis in monte conspexerat, ille, inquã, de quo veritatis & Dei verbũ ꝓdixerat. Non potes me

Nota.

K modo sequi, ille, cui improperauit, qui conspicit, quod ex nulla nostra virtute subsistimus; Animam tuam pro me pones? Amen dico tibi, non cantabit Gallus, donec me abneges.

Tandẽ, obticuit nomen Petri hic Euangelista, vt eo quo põt modo, in re tam enormi, & in tam graui scelere, velut obtegeret personã, quo apertè dignosceremus, nihil horũ ad Petri calumniã fore recẽsitũ, nullo ex liuore referatũ, sed sola nr̃a instructione enarratũ.

Celare peccata enormia socijs nostris atq; fidelibus pro posse debemus.

Dixit ille, Non sum. Attẽde semꝑ Euãg. nobis nomẽ Petri explicasse in quocũq; delicto

per

per Euangelium explicato, in hoc autem solo cessat nominare Petrũ, quasi non amplius sit Petrus, & ait: Dixit ille, nõ sum; quia per nullum peccatum, quodcunque sit illud, decidit Petrus, sed semper est Petrus, semper est Pastor, semper est Põtifex, & Ecclesię caput, nec decidit a suo gradu, aut a sua dignitate, nec priuatur sua authoritate, nisi per peccatũ hęresis, per qđ mox a suo primatu, & authoritate decidit, & iam Petrus non põt vocari Petrus, qui non in petra, sed contra petram existit. Petrus est nomen confessionis, p quã vocatus est Petrus, qui vocabatur Simõ: Ideò per solam infidelitatem desinit Petrus esse Petrus, & nullo deponente cessat nomẽ Petri, vbi cessat authoritas Petri. Hoc Euangelista innuit ad semouendum totius Gregis Dominici, & Reipub. Christianæ detrimẽtũ.

Propter hęresim tm põt & deoæt sũmus Romanę Eccl. Pastor a Pontificia dignitate deponi.

Dixit ille non sum. Aduerte Dominum Iesum prædixisse Petro, quod ipsum negaturus esset, & tũ nõ videtur Petrus negasse Chrm, sed negauit se esse Christi; non negauit Magistrum, sed se esse Magistri discipulum: non sum ego (inquit) ex discipulis eius. Liceat hic Augustini verba referre, quibus tam diserte, facit satis quæsito. Sanè in ista q̃ iam cepta est negatione Petri, debemus aduertere, nõ solũ ab eo negari Christũ q dicit eũ nõ esse Christũ, sed ab illo ẽt qui negat se esse Christianũ. Dñs.n. non ait Petro, discipulum meũ te negabis, sed me negabis. Negauit ergo ipsum, cum se negauit esse discipulum. Quid autem aliud isto mõ, quam se negauit esse Christianũ. Hęc est igit Christi cõfessio iustorũ, q se Christi constanter confessi sunt discipuli.

Augus. in Ioannẽ.

Dixit ille non sum. Non est quod vlterius miremur in alio, qui in nobis ipsis habemus quod miremur mirabilius. Petrus solo verbo, ex surreptione, & timore mortis, negauit quẽ nos verbo quidẽ sæpe fatemur, facto autem sæpius abnegamus. Dicimus quidẽ, quia agnoscimus eum, quẽ opere quotidie denegamus. Dicimus ẽt, quia & diligimus, mentimur tñ (inquit idem) qui fratrem odimus, & qui mandata eius non obseruamus. Ille ad vnius ancillæ vocem negauit, nos ad inferioris, & vilioris ancillæ nutum, passim nos esse Christi negamus. Ancilla erat illa, sed summi Sacerdotis; Ancilla est auaritia, sed summi peccati superbię, retrahit illa a Christo, sollicitat hæc & impellit contra Christum, & vsq; adeo impellit, vt venũdetur ẽt Christus. Hęc præcipit, hæc in omne flagitium inducit, ab omni nos pietate retrahit, & ad omne obscęnum facinus compellit. Caro hæc nostra, rationis ancilla, nonnè in nobis omne peruertit bonũ, pietatẽ, honestatẽ, sanctitatem, virtutem, & fortitudinẽ? Quæ vilior ancilla, & tñ quæ petulantior? Nulli hæc parcit, neminem veretur, assiduus est cum ipsa cõflictus, continuaq; pugna, & rara victoria. Tandem

1. Ioan. 4.

Carnis nostrę insolentia oia molestat, & dehonestat.


A ad ancillę uocem efficiuntur Hæretici, qui soli innituntur literæ, in hanc sibi obuiã offendunt, quam nesciũt ancillam. Hæc est, q̃ occidit, spiritus autem Apostolo teste) qui viuificat. Non illic sistẽdum, vbi mors, nõ vita cõtinetur. Spiritus est scrutator omniũ. Vtinã Lutherus, & cæteri Pseudoeuangelici hanc, nõ nisi ut ancillã agnouissent, qui neutiquã soli voci iãtum ascripsissent, vt puros Grammaticos, in strenuos Theologos cõuertissẽt. Quæ cum ita sint, quis scripturarũ ęnigmata dissoluet? Quis abstrusissimos sensus inueniet? B Quis edisseret nobis parabolas? Quis visiones interpretabitur? Quis soluet tropos? Quis cõciliabit diuersa? Quis dissidentia accõmodabit? Quis primi capituli Geneseos, & primi capituli Euãgelij huius, Psalmorũ libri, Iob, Danielis, Ezechielis, Apocalypsis arcana scrutari toto vitæ decursu poterit vnquã? Ad quid clamitat Christus, & Io. Qui habet aures audiendi, audiat? Ad quid Christus interpretabatur scripturas Apostolis, & aperiebat sensus, vt eas intelligerẽt? Quorsum rogat eximius ille Propheta: Da mihi intellectũ, vt di- C scam mãdata tua? Da mihi intellectũ, & scrutabor legem tuã? Ad quid alteri datum esset donum sciẽtiæ, alteri donum sapientię, alteri interpretatio sermonum, quæ oia operatur vnus, atq; idem spiritus, diuidẽs singulis put vult? Ad quid tandem tenet Agnus obsignatum librum, quem nemo alius ab ipso aperire põt? In libro est spiritus vitæ, quia sub cortice literæ est spiritus veritatis. Eijcienda est ancilla, quæ se opponit Dominę.

2. Cor. 3.

Hęretico rũ propter uia cõtũditur.

Dixit ille, non sum. Expertus est Petrus non sufficere nobis, nec liberi arbitrij virtu- D tem, nec cęlestis gratię communem authoritatem, ad persistendũ in bono, vt ab eo nullatenus excidamus; verum speciale illud donũ perseuerantię esse necessarium, vt a Pelagiana impietate retrocedamus, q̃ tm libero arbitrio cõcedebat, vt hominẽ virtute sua posse semper omne bonũ agere innuere videatur, q̃ nõ nisi temerario ausu affirmari posse cunctis palã doctis esse põt. Neq; n. orandũ esset (in gratia, ẽt existentibus) ad bonum inchoandum, & prosequendũ, si suis hi viribus in gratia perseuerare, & bona singula passim E operari & perficere possent. Nam cum Apostoli teste Domino mũdi essent omnes, dempto Iuda traditore, adhuc tamen insinuauit orandum pro conseruatione ipsorum. Pro eis (inquit) rogo, non pro Mundo, vt serues eos a malo, a malo (inquam) culpæ, non pœnarum, quos pressuras in Mundo habituros prædixit dominus ipse, qui sibi ædificat in anima nostra Ciuitatem, ipse etiam adest & custodit eam; secus in vanum laborauerunt qui ædificant eam, frustraque vigilat qui custodit eam. Hoc prius Dauid iustus sibi de seipso pollicebatur. Verum quomodo?

Speciale Dei auxiliũ ad perseuerãdum in bonis operibus requiri ostenditur.



Ego (inquit) dixi in abundantia mea, non cõmouebor in ęternũ. Quid est in abundantia mea? nisi super vires meas, & super potentiam meam? Ideò auertisti (inquit) faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Qui postea seipso cautior effectus, efflagitabat, opemque petebat auxilij Diuini. Adiutor meus esto Domine, ne derelinquas me, Auxilium meum a Domino. Nisi quia Dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. Impulsus, euersus sum vt caderem, & Dominus suscepit me. Illudit sibi ipsi, qui tantum sibi ascribit, cum nemo idoneus sit ad quotidianas tẽtationes diaboli superandas, sine speciali nostri protectoris adiutorio, sed & in carnis conflictu, non modico eius auxilio indigemus. dicente Salomone. Scio, quia continens esse non potero, nisi Deus dederit. Nec iniuria, cum gratię thesaurum in vasis fictilibus, multumque fragilibus contineamus. Hoc Petrus est in seipso expertus, qui de seipso nimis sibi uidebatur certus; Hoc nos in Petro experti sumus, quo cautiores de nobis simus. Omne.n. opus bonum, & incipit, & perficit, qui dat velle, & perficere. Deus (inquam) a quo bona cuncta procedunt, Deus a quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera. In eo confidimus, qui stat a dextris pauperis, vt saluã faciat a persequentibus animam meam. Ipse adiutor meus, & protector meus, per quem non mouebor amplius, sine quo inanis est omnis cõfidentia nostra. In hoc confidimus (inquit) Apostolus quia qui cœpit in nobis opus bonum, ipse perficiet vsque in diem Christi Iesu. in hunc sperauerunt Patres nostri, sperauerunt, & liberati sunt. Ad hunc clamauerunt, & liberauit eos. Rectè laudabuntur omnes qui sperant in eo, qui nescit in se sperantes fraudare, sed saluare. Quia spes non confundit, & spe facti salui sumus, omnes qui saluamur, quia spes nostra in Deo est, & Deus est.

Diabolicas machinationes sine peculiari Dei adiutorio superare nequim'.

Sap. 8.

Philip. 1.

Stabant autem serui, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Stabant adhuc accincti ad omne opus obeundum aduersus Christum, stabant simul ad prunas, qui simul vno impietatis algore frigescebant. Frigus erat (inquit) & quidem ingruente tẽpestate, superuenit glaciei frigus. Multa super Christum orta erat tempestas, ideo frigus erat, & stabant serui ad prunas. erat in circuitu eius tempestas ualida, quapropter, etsi in æquinoctio, frigus tamen erat, & calefaciebant se. Insuper, & ea ratione ad prunas accesserant, & ignitorum carbonum calorẽ quærebant, nè illis deesset terrenus ignis, qui omni pietatis calore carebant. Apud solem erant, a quo omnis calescit spiritus, & nõ est qui se abscondat a calore eius, tamen quia hæc erat potestas tenebrarum, isti algebant,

F quibus non erat ortus sol iustitiæ, & intelligentiæ lumen non illuxit: & ideo ad prunas accedunt, qui non alio quam materiali igne cremãdi perenniter erant, de qbus Iob. Nũc rigent damnati, nunc ardẽt, quia a frigoribus nimium ad nimium calorem transeunt. Stabant ad prunas serui Sathanæ, & impietatis ministri, hic eorum locus, quorum pars extat cum damnatis, vno se calefaciunt igne, ad carbones accedunt. Copulantur carbones, carbonibus, vt eodem accensi igne, aurum probetur, & ad vasa aurea conflanda di-

Iob 24.

G sponatur. Olim conflatus est Idolatriæ vitulus, nunc destruenda cum sit idolatria, destruendi sunt conflatiles vituli. Inuicem copulantur, nè extinguantur igniti carbones, vt alterutrum mutuato calore, diutius perseueret, & augeatur conceptæ indignationis & impietatis ignis.

Stabant ad prunas. Nec rationis, nec charitatis scintilla aderat ibi, omnia frigida, nocturna omnia, vbi ligatus erat sol verus, & lux mundi. Obscura erant singula, & algentia eclypsato vero supremoq; sole. Ad pru-

H nas carbonum accedunt impij, conueniunt hæretici, quibus eclypsatus est sol ille cœlestis. Paruus, aut nullus fulgor per prunas habetur, vbi preualent noctium tenebræ, vbi nox nondũ præcessit, nec dies appropinquauit. Ad prunas occurrunt in noctis medio, vbi solum odium, solum peccatum, ibi obscura, & frigida omnia. Quid est pruna nisi ignitus carbo? Stabant carbones iure optimo, ad carbones, sed erant omnes igne succensi. Flatus hos & illos succenserat, sufflabant illi in illos, sufflabant Principes & Sacerdo-

I tes vna cum Pharisæis in Turbam, in seruos, & ministros, ad succendendos illos, sed & alterutrum sufflabant, donec exardescerent, & tanquam serpentes cunctis animantibus callidiores efficerentur. Carebat flãma impiorũ ignis, quæ cum tendat ad Cœlum, non poterat his inesse carbonibus, quorum descensus est ad inferos. Mittit Deus ignem suum, sed non sine flamma, ignem lætificantem, lucentem, ascendentem, illustrantem, & emundantem. Sed Diabolus suum ignem in prunas mittit, denigrantem, offuscantem, descenden-

K tem, & torquentem.

Stabant. Per Adam extincti fuerant carbones, quos rediuiuos hic instante Passione Christi, Euangelista commemorat. Denigrata extabat caligine peccati, super Carbones facies hominis, quę iam iuxta Christum effulgere incipit. Ignem venit ipse in terram mittere, quid vult nisi carbones succendere, & rediuiuos facere ita vt ardeant? tunc accensis carbonibus, & in prunas redactis, ferrea queque emollire possumus, mentem, frontẽ, consuetudinem, voluptatem, corda, &c carbones hi succensi sunt ab eo. Multi concale-

Carbonis igniti virtus.

scere

scere incipiunt, minimè autem exardescunt. A
Sentimus plerumque, & experimur solares Deut. 4. Psal. 18.
illos radios, imò flammas illius supremi, diuinique ignis, de quo testatur Moyses. Quia Deus noster ignis consumēs est. Nec est q se abscondat a calore eius. Quæ omnia, tentationum aquis superuenietibus, extingui permittimus; qui diabolico igne, iræ, luxuriæ, & cupiditatis, tam facile exardescimus. Non sic ille, diuinum permisit suo in pectore ignem concalescentem extingui, quē vsque adeò accendit, vt exardesceret. Concaluit cor meū intra me, & in meditatione mea coardescet B ignis. Quid est in meditatione ignem exardescere, nisi per meditationem suspirando, magis accendere. Sed nonne & ardens erat cor eorum discipulorum, cum quibus Iesus in via loquebatur? erant quidem carbones, qui dicebant: Nos sperabamus, sed succensi sunt ab eo, calefacti sunt, illustrati sunt, & viuificati. Sic enim, & eos vocamus emortuos carbones, qui extincti sunt, & sine lumine sunt. Viuos verò eos nuncupamus, qui accensi sunt, & igniti, qui tamen nunquam reaccensi fuissent, nisi ignito illi verbo adhæsissent de C quo scriptum est: Ignitum eloquium tuum Psal. 118. vehementer, &c. Hoc autem ad hos accendendos oportet omnino, ut copulentur, & hæreant scilicet, contingantque succensum. Si fuerint duo, mutuo calefient si vniātur ad inuicem. Ideò nō inquiunt, nonne corda nostra, sed nonne cor nostrū ardens erat, quasi non nisi vnum illis inesset cor, & vna anima, credentium enim in Domino, erat illis, cor vnum, & anima vna in Deo.

Stabant ad prunas, quia frigus erat. Cum immineret omne malum Christo, iam spirabat Aquilo, quia ab Aquilone pendet omne D malum, est enim Aquilo siue Boreas, Australis ventus, multum frigidus, & vix quandoq; non turbinibus, & nebulis circumseptus, velut in qua parte tanquam remotiori, minus possint solares radij, ad aspectum huius. Olla incensa, oculis Proph. Hieremiæ, obiecta fuit a Domino, dicente eidem: Quid tu vides Hieremia? Ollam (inquit) incensam ego video, & faciem eius a facie Aquilonis; bene vidisti ait quia ab Aquilone pandetur omne E malum. Frigus erat igitur, & calefaciebāt se, ad prunas, velut qui prunas ollæ subministrarēt, quo ebulliret eorum indignatio, qua tanquam in olla, Christū submergerent, hoc totum malum ab Aquilone pendet. Qui longè erant a Deo, procul a sole, quid mirum si rigent homines? Hunc ignem qui quærunt, ad prunas accedunt, & terga Christo vero soli vertunt, qui se ad carbones conuertunt, cum a Christo faciem auertunt.

Cap. 1. Attende (rogo) q̄ cunota pariter & salubria pādat hic tibi Auctor mysteria.

Erat autem cum eis Petrus stans, & calefaciens se. Quod illi, tam serui, quam ministri impiorum Pontificum, adhuc illic starent, & in sua perfidia persisterent, hoc aut parum aut nihil ad nos de his, qui foris sunt. Verum quod nūc dicitur, erat etiam cum eis Petrus stans, &c. Hoc est quod nostra contundit pectora, hoc est quod nostras mentes consternit, quod nostri capitis iubas præscindit. Nec Petrus fidelium caput, sic frangi permitteretur, nisi nostræ ceruices cum eodē simul confringerentur. Hæc de capite legimus, hęc de gigante audimus, quo nos pusillus grex territi exemplo, continuis timoribus, & tremoribus salutē nostram operemur; erat inquit Petrus stans, stabat, vbi abierat, abierat in via impiorum, & stabat in viâ peccatorū, ibi stabat, quo se contulerat, abnegauerat Christum & stabat cum abnegantibus Christum, extincto amore Christi refriguit Petrus, in quo defecerat diuinæ charitatis feruor, extinctus erat in eo ignis dilectionis diuinę, & iam conuersus est ad ignem impietatis humanæ, ideò stabat cum eis, qui erat similis eis, incalescebat passim ad prunas infernales, qui primò negauit solo verbo saluatorem. Secundò etiam cum iuramento. Tertiò cum protestatiōe, & anathematizatione; Cū bonus esset Petrus ipse animosior erat ad bonum, cum effectus est malus, passim peior effectus est, crudelis est cum crudelibus, blasphemus cum blasphemis, & tandem, quasi alter infidelis, cum infidelibus est effectus. Hęc ipse fusius de se ipso in Euangelio Marci cōfitetur, vbi multa addit de seipso, velut sui ipsius accusator, quæ ab Euangelista nostro prætermissa sunt. Vnam hic Ioan. tantum Pe- Cap. 14. tri negationem recensuit, Marcus autē seriorius omnes actus, & vices negationis explicauit, quia Euangel. Marci ipsum est Euangelium Petri, cuius Discipulus erat Marcus, Petro charissimus, & omnia, q̄ Marcus scripsit, a magistro suo Petro didicit, cui comes est effectus, secumq; in Italiam profectus. Quem Hieron. interpretem Petri nominat.

Erat igitur Petrus cum eis stans. Idest in negatione persistens, & calefaciens se. Cum radijs solaribus, verique luminis calefieret Petrus, florebat, augebatur, virebat, fructificabat, postquam autē a sole recessit, & ad ignē se conuertit, pallescit, arescit, expoliatur floribus, denudatur folijs, priuaturq; fructibus, exsiccatur humor, tabescit stipis, iam arescit qui se ad ignem calefacit, tantum superest, vt tradatur igni velut mancipium, & pabulū eius. Væ nobis, si hæc in viridi, quid in arido? Recede ab igne Petre, qui es iam mācipium ignis, iam incalescis, quid superest nisi vt te ardeat, vt te deuoret, vt te consumat, perpetuisque cruciatibus exurat? hoc tibi instat excidiū, in quo psistens corruisses, si magistrum tuum monitorem, & annuentem non habuisses. Sed

Respexit Iesus Petrum, & recordatus est Petrus

Petri timor.

trus verbis Iesu, quod dixerat, quia antequam Gallus bis vocem dederit, ter es me negaturus. Timor occupauerat Petrũ, quem prius acceperat amore proprio illectus, carnali desiderio ductus, mortis horrore concussus, charitate diuina expoliatus, spe sui saluatoris destitutus. Ad hæc peruenit Petrus, vt Christum iterum, atq; iterum abneget, fefellit seipsum de seipso, & seipsum fefellit de Christo, quẽ tamen nec fefellit, nec fallere potuit Christus; ideò conuersus ad Petrum, & misertus discipuli, respexit illum; hac sola ratione pietatis suæ radios direxit ad Petrum, quibus mediantibus sui infelicissimi status deformitatẽ agnosceret. O Christi piũ aspectũ, ac totius nostrę salutis argumẽtum, gratiarum omniũ fontem. Hoc intuitu ad munera Abel conuerso, gratiora fecit, & dona, & largitorem donorum. & cum eodem obtutu suum conspexisset populum, vidensque vidisset afflictionem eius, descendit liberare illum; Hoc aspectu misertus est Petri, quo misertus est & cęci, Paralitici, triginta octo annis infirmi, leprosorum, & viduæ. O quam pius Christi aspectus, quo restaurantur peccatores, dimittuntur pœnæ, relaxantur culpæ, infirmi sanitati redduntur, cæci illuminantur, mortui viuificantur, non aspicit nisi conuersus, vt & nos conuertat, quid si auertat? eclypsantur omnia, obtenebrescunt ruunt, & cõfunduntur Auertente autem te (inquit Ps. 103.) faciem tuam, turbabũtur, auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Vtinam & in me respiceres o bone Iesu. Respice in me Domine, & miserere mei, sed & respice in seruos tuos, & alũnos tuos, ut sit splendor tuus super nos, quo nobis nostra illucescat iniqtas, nostra nobis effulgeat prauitas, nostra temeritas, nostra pericula, & ingratitudo nr̃a nobis innotescat. Aspice tu ĩ possim me, vt videre te, conuertere Dñe ad me, vt & ego cõuertar ad te. O fęlix culpa Petri, necessariũ capitis peccatũ, o pastoris spectãdũ, & fructuosum facinus, quo erudiantur singuli. Peccauit Petrus, peccamus omnes, grauiter offendit Petrus, grauiter & in multis offendimus omnes, vtinam ad Christi aspectum resurgamus cum Petro, utinam & nostra nos facinora defleamus. Ad nutum Petrus resipuit, ad nutum Christi suam impietatem cohibuit, & recordatus est uerbi Iesu, recordatus dicti Saluatoris, & cominationis eius, vulnerauerat charitas Christi cor eius tanquam sagittis. O quam acutæ sunt sagittæ potentis, cum carbonibus desolatoriis, infixæ sunt in Petro, & torquebant Petrum, effluebantque lachrimæ, & bene illi erat cũ Iesu: iam cor suum lapideum in cor carneũ, iam cor durum in lene conuersum est: ideo effundebat aquas liquefactas in ipso cordis recessu. Nos uerò quibus adhuc corda in-

Ex sola facinoris recordatione resipuit Petrus Apo.

F sunt lapidea, nondum effundimus coram illo corda nostra, nondum emollimur aspectu, nondum nutibus compulsi sumus ad Christi verba, quæ prædixit recolenda, quæ tamen passim audimus, nedum nutus videmus, qui Deum nos vbique conspicere non ignoramus, cui omnia nuda, & aperta esse intelligimus, verum & vocem eius audimus, & obdurescimus.

Petrus nutu solo percussus, & semel tantum percussus, emollescit, & in aquarum fontes oculos conuertit, qui fleuit amare. Petra G illa deserti bis virga percussa venas aquarum fecit erumpere, corda hominum hodie si vocem Domini audiunt, in obduratione persistunt, plerumque aliqui lachrymas quidem fundunt, non tamen amaras, qui quam amarum sit dereliquisse Dominum, non degustant, recogitant plerique, & confitentur cõmissa delicta, haud tamen in amaritudine animæ suæ: quia amarum cor intus non habẽt, ab amaro non profluunt fonte, in quib. quędam adhuc in radice viget dulcedo peccati. Flebat Esau, flebat Saul, flebant & Adonidem mulieres, flent boni, flent & mali, flent H verè pœnitentes, flent & hypocritæ; soli iusti, aut qui iustificari merent amaras fundũt lachrymas, quibus nihil amarius peccato, nihil detestabilius offensa diuina, nihil abominabilius turpitudine peccati: è contrario verò, nihil optatius reconciliatione diuina, nihil amabilius pace, & gratia diuina. vna iterat occasio Petro amaritudinis fletus, qui ad horam vocetenus abnegauit Christum, quem passim nos, etsi nõ verbo, factis tamen abnegantes perseueramus. per vnum commissum I peccatum fuerunt lachrymę verè pœnitenti panes, die ac nocte lachrymis poculum miscebat, dum dicebatur sibi, vbi est Deus tuus. Nec fleuisset Petrus, si verbi Dei memor nõ fuisset. O necessaria vexatio, quæ tantũ tribuit intellectum. Heu me (inquit) Quoniam præualuit in me inimicus, persecutus est animam meam, humiliauit in terra vitam meã, collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est spiritus meus, in me turbatum est cor meum, memor fui dierum antiquorum, constantię meæ, confessionis meę, K consolationis, & fœlicitatis meæ. Heu me, quò tendebam, & quo deueni; Corrui misera dignitate mea, qui temerè confidebam in virtute mea; Ambulabam in magnis, & in mirabilibus super me, nec humiliter sentiebam, sed exaltabam animam meam, quo ceci di miser? Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Demolita sunt oĩa bona mea, expoliatus sũ, & plagis acerrimis cõtusus, sum semiuiuus relictus. Solo tamen nutu Christus corripuit tanti facinoris Petrũ. O summam saluatoris clementiam. Hoc in capite egit Christus, vt hoc oẽ caput discat a Chri-

Nihil peccato turpius.

a Christo: Adhuc ignorant capita nutibus subditorũ corripere delicta, sed clamoribus, iniurijs, excandescentia, tanquam non experti, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam suauius inuitat, qui autem exasperant facilè ad peius impellunt quàm ad pietatem adducant: quia charitas charitate, & pietas pietate comparatur, et impietate deperditur. Vos igitur qui spiritales estis vos liuoris passionis expertes, vos charitate fulgentes, vos imitatores Christi, in spiritu lenitatis primo errãtes corrigite, pusillanimes confortate, patientes estote ad omnes, quia charitas omnia vincit. Audiuimus & nos Christũ superbis resistentem, & humilibus gratiam impartientem, & tamen adhuc sęuius superbimus: qui ventis popularis auræ inflamur; Audiuimus Iesum diuitibus improperantem, & auaritiam detestantem, qui nec diuitiarum cupiditatem reprimimus, nec ab auaritia declinamus, audiuimus Christum carnis illecebras, & sęculi voluptates detestantem, dilectionem etiam inimicorum iubentem, Dei cultum præcipiẽtem, Thesauros accumulare in terra dissuadentem, vanitates exprobrantem, ieiunia extollentem, epulones condemnantem, iurgia, & vitia omnia exasperantem, mãsuetudinem paupertatem, charitatem in egenos, pietatẽ, & virtutes omnes præcipientem, quibus illi placere, & sibi inhærere possimus; & Petro quidem peiores sumus, qui & præceptis tam facilè tamq; frequenter contrauenimus, nec tamen lachrimis maculas nostras, aut expurgare aut extinguere curamus, quia adhuc ad prunas has cum improbis perseueramus; adhuc concupiscẽtijs nostris incalescimus.

Charitate plena debent esse correctionis verba.

Exit foras Petrus, separatur ab improbis, procul fit a prunis, occasiones pscindit, lõge illi melius solitudinis locũ ingredi & in abscõdito deflere facinus, vt qui videt in abscõdito reddat tibi, condonet offensam, & cõcedat ueniam & gratiam. Cæterum, maximam hinc suorum peccatorum auspicaturi sunt veniam, qui pœnitẽtiæ lachrimarum, & amaritudinũ fores ingressi fuerint, quoties enim hæc auribus nostris se ingerunt, animum plenã confidẽtia reficiunt, longeq; a nobis omnem diffidentiam profligant, desperationem omnino procul abijciunt, eum optimę spei in nobis confidẽtiam generant, & recuperandæ salutis lætitiam præbẽt, vt quantumlibet magnis, quantumlibet multis, & antiquis fuerimus irretiti criminibus, immersique flagitijs, hoc vnum tãtum absit vt desperemus de uenia, sed indubitatè constanterque credamus quod similem consecuturi ueniam simus, si consimilem etiam pœnitentiam egerimus.

Cõfidere debemus de peccatorum venia post peractas pęnitẽtię lachrimas.

Recondiderat Petrus in ærario memorię verborum Christi thesauros, & recordatus est uerbi Iesu quod dixerat: Nec desunt no-

A bis Dei verborum Thesauri, è quibus noua, & vetera proferamus; Habemus quæ proferamus noua: Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Habemus quę proferamus vetera. Nolo mortẽ peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat. Habemus noua; Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Habemus & vetera; Non habitabit in domo tua qui facit superbiam, sed qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Habemus & noua; Diligite inimicos uestros, & benefacite eis, qui autẽ dixerit fratri suo Racha reus
B erit iudicio. Habemus & vetera. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Habemus vetera; Non concupisces. Habemus noua; qui viderit ad concupiscendum mœchatur: Habemus vndiq; quæ proferamus, & recordemur verborum Iesu. Dixerat & Petro; Si non lauero te, nõ habebis partem mecum, ideo deflet facinus, & deflendo rogat, laua tu hac aqua me, & super niuem dealbabor.

Pontifex autem interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Vt Iesum tã plebi quã Sacerdotib. ac omni populo Iudæorũ
C exosum redderẽt Pharisæi, de falsa eũ doctrina accusarant, qua nihil detestabilius apud fideles, sicut nihil pnitiosius crimine hæresis vt igitur crudeliori odio insurgãt in Iesũ, nullũ aliud q̃ hæresis crimẽ illi impingunt, sciũt .n. cultus disparitate adeo cõcitatos in singulorum animos, taleq; odium imprimi mentibus, quo nihil execrabilius, & abominabilius nihil. His taxatur Christus apud Iudæorum Principes, & Summos Sacerdotes, quibus cura incumbebat de huiusmodĩ disserere, quorum labia sciẽtiam custodiunt. Non
D hæc apud laicos agunt, nõ eũ de his accusant apud Prætorem, cui talia non concredita de talibus pariter nullum nequibat ferre iudicium. Accusant autem Iesum ante Pilatũ tanquam malefactorem & Regij nominis æmulatorem, seditionisque præsumptę popularis auctorem & concitatorem. Prima igitur hęc calũnia impingitur Christo, quod malè sentiret de lege, quod cõtra sanctiones legis multa doceret, & traditionibus antiquorũ apertè detraheret. Hanc Christus supremam passus est ignominiam, hanc omnium pessimam
E ferre non abhorruit calumniam, quo calumniatorum, & tribulatorum caput efficeretur; parum sibi visum erat illud, quod Sabbathorum violator esset, quod publicanorum, & peccatorum amator, quod Samaritanus esset, quod Energumenus, & dæmonium habẽs, quod legis uiolator &c. Ad supremam usque pertulit deuenire calumniam, propter quam Pontifici uinctus adducitur, sicque coram eodem constitutus, interrogatur in primis de secta, & de discipulis, ac de doctrina eius.

Sũma & admiranda Christi patientia.

Pontifex ipse interrogator existit, uelut ad quem

quem ſpectat fidei negotium, ſupremũ erat negotium, quod ſupremum exigebat actorem, tanquam diceret: oportuit te nobis præſentari Sacerdotum Principibus, qui noſtræ fidei fundamenta deſtruis, qui legis noſtræ dogmata peruertis, qui contraria noſtris ritibus præſumis, nobiſcum non cõuenis, imò noſtra conſortia contemnis, & exoſos nos populo reddis. Te vlterius ferre nequimus, tua iam Zizania creuit, & ſegetes noſtras occupauit, quæ tua temeritas? quem facis Moyſem? quos facis Prophetas? Neſcis hos Deum alloquutos? ignoras iſtos præcipuos fuiſſe Dei ſeruos, & amicos? Tu nec Deum times, nec homines revereris, Nouam ſectã introducere moliris, nimia temeritate in Moyſem inſurgis, eoque te maiorem exiſtimas. Inſuper, & noſtra auctoritate contempta, diſcipulos quoſdam ignaros omnis literaturæ, & natalium origine viles aſciuiſti tibi, quos ad diſſeminandam tuæ hæreſis prauitatem hincindè ablegare contendis. Hæc per tres ferè annos diſſimulauimus, præſtolantes ſi quo modo ab incepto deſiſteres; verũ cum ſeductos à te cernamus tã multos in omnibus totius Iudææ partibus, ad hæc noſtra tribunalia te pduci curauimus, vt tandẽ & Doctrinæ tuæ, & Aſſeclarum ſimul tuorum coram nobis rationem reddas.

Pontifex interrogauit de Diſcipulis, & de doctrina, tanquam diceret: Nonne vſquequaque vilis appares, quippe qui ſis filius fabri, qui nec habes habitaculum vbi caput tuum reclines, qui non niſi vilium conſortium, & comitatum habes, & tñ de te tanta præſumis? quid ſibi velint iſti tui Aſſeclæ, & Diſcipuli non intelligimus. Hoc tamen vnũ volumus omnino ſcire, quorſum iſta abeant, quid moliaris cum his, quæ conferatis in conuenticulis, quid doceas ſeorſum in angulis, quæ monita his præbeas? Nonne & rudis es, qui nec literas ſcis vllas, cũ non didiceris? Latet aliquid in exitium noſtrum, & in Legis noſtræ exterminium, verum non effugies manus noſtras, iam ades vinctus, conſule tibi ipſi, & fatere veritatem, ſin minus atroces lues tuæ temeritatis pœnas.

Hæc, aut huiuſmodi impius Tirannus, ſacrilegus, & Symoniacus Pontifex percunctabatur a Chriſto, non alia ad id cauſa perductus, niſi vt aliquod legitimi ſpecimen iudicij præberet, & vt Chriſti animum ad hoc inclinaret, vt errorem aliquem de ſe vltrò confiteretur, aut quoquomodo ab eo aliquot contra Moyſem reſponſum eliceret, ſeu qdq̃ quod aduerſari legi eiuſdẽ videretur, quo ſecurius poſſet odij ſui venena euomere contra Ieſũ, & ptextu Iuſtitiæ, & Zeli ſuam impietatem adimplere, capere Ieſum (vt frequenter attentarunt antea Phariſæi) ĩ ſermone, ex varijs interrogationibus iterũ

F tentat impius Anna, dierumque malorum inueteratus ſenex, vulpes antiqua, Chriſto laqueos parare, retia tendere, ſed fruſtra ante oculos pennatorum iacere, Dolis non capitur Ieſus, non capitur fallacijs Veritas, nullis fraudibus Sapientia decipitur, nullis technis Dei Verbum comprænhenditur, nihil falſitatis, nihil criminis, nihilue damnationis inuenitur in Chriſto Ieſu.

Reſpondit ei Ieſus, Ego palàm locutus ſum Mundo. De duobus interrogatus, ad vnum reſpondet: de ſe, & de alijs requiſitus, totum
G ad ſe ipſum refert negotium. Dixerat ſupra, vt ſinerent illos de quibus interrogatur, abire, quos & ipſe ſinit abire, dum nullam de Diſcipulis mentionem facit, nec permittit ad memoriam reuocari quos à ſe abire permiſerat.

Secundò quia non erant nomine Diſcipulorum cenſendi, qui à magiſtro receſſerant.

Tertiò quia eos tunc Chriſtus ſuos non nouerat, qui ad ſeipſos iterum abierant.

Quartò ex eo, quod malignantium non
H eſt interrogationibus faciendum ſatis; ſic enim & conſtantiſſimus Leuita Laurentius Tyranno percunctanti Decio vbi eſſent ſui ſimiles, reſpondit: Non es dignus eorum aſpectibus præſentari.

Quintò non expreſſit Diſcipulos, cum vna tantum reſponſione faceret ſatis quæſito, cum non niſi ex doctrina indicandi ſint Diſcipuli, ideo de ſola doctrina in reſponſione loquitur.

Sextò vt innuat nullam in cauſis habendam eſſe rationem perſonarum, ſed tantùm
I rationem criminum; propterea de ſola doctrina, & non de Diſcipulis reſponſum dedit.

Vltimò, quia non aliud ſpectandum ſit in Diſcipulis quam doctrina, vt faciamus nõ quæ faciunt, ſed quæ dicunt.

Ego palam locutus ſum Mundo. Ideo Chriſtus loquitur Mundo, qui quod vni dicit, omnibus dicit. Interdum Chriſtus ſeorſum loquutus eſt cum Diſcipulis in montibus, in cœnaculis, & in itinere, locutus cum Nicodemo, cum Simone, cum egro reddito ſa-
K nitati, cum adultera, & cum Samaritana, palam loquebatur Mundo, qui ea voluit enarrari Mundo, nihil clanculariè edocuit Chriſtus, cuius doctrina eius eſt ſapientiæ, quæ attingit à fine uſque ad finem fortiter, ut cõſtituat ſibi Eccleſiam, quæ Catholica eſſet, & uniuerſalis, Hanc defendit Chriſtus, quæ foris clamitat, in templis prædicat, & in plateis dat uocem ſuam.

Ego palam locutus ſum Mundo Sed quis poteſt, aut corrigere, aut erudire Mundum? Quis poteſt loqui Mundo, niſi qui eſt ſupra Mundũ? Ipſe eſt q̃ loqui poteſt Mundo, qui poteſt

potest cohibere, erudire, terrere, præcipere, comminari, & saluare Mundũ. Ego qui veni non ut iudicem nunc Mundũ, sed vt saluetur Mũdus per meipsum. Ego loquor Mundo, qui datus sum Mundo à Patre diligente sic Mundum. Ego locutus sum Mundo, & pono verba mea in ore meorum, qui non ipsi loquuntur, sed ego in ipsis: personant ipsi in Mundo, quorum sonus in omnem terram exiuit, & in fines orbis terræ verba eorum. Ipsi tubæ meæ sunt clangentes, & vociferantes, & expugnantes sonitu mœnia Hyerico videlicet Mundi scelera: ideo quod mundo loquor, non clam doceo, sed palam contestor, sicut scriptum est: ego autem constitutus sum Rex ab eo super Syon Montem sanctum eius, prædicans præceptum eius.

Ego docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Secùs si venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, sed quia palam locutus sum Mundo, & in auribus omnium testimonium perhibui veritati, excusationem non habent de peccato suo, nec de infidelitate sua. Cum Mundo congressum habeo, me enim odit Mundus, quia nihil commune habeo cum Mundo, & quæcunque mundana detestor, cùm quicquid sit in ipso, aut sit concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Nihil ad me, qui loquor Mundo, non in angulis, non in conuenticulis, non in conclaui locutus sum, neque in latebris, sed palam loquor in populo graui, in Ecclesia magna, quasi tuba exalto vocem meam, annuncio populo meo scelera eorum, in templo, quo omnes conueniunt, in Ecclesia magna annuncio veritatem meam, & in templo non solũ verbo sum locutus, sed factis sum exaggeratus, eijciens inde quicunque aderant vendentes, & ementes. Hęc reuolere debes qui ades ex indignantibus mihi, & percunctantibus in qua potestate illa fecerim, si recolis facta, recole & dicta, interroga tuæ mentis præcordia, & non longè ab operibus doctrinæ uerba reperies, consciusque eris cuius sim doctrinæ Magister; unam tantum doctrinam habeo, quę non est mea, sed eius qui misit me; Vnam tantum veritatem prędico, non habeo vnam clandestinam fidem, quam in conuenticulis proferam, & aliam quam palam annunciem, vnam tantum fidẽ habeo, quam omnibus manifesto, & in occulto locutus sum nihil, qui sum germanus magister, doctor orbis, lux mũdi, prędicator veritatis, fidus legislator, legitimus diuinæ voluntatis reserator.

Ego palam. Tam ratione temporis, quàm ratione loci ac personarum, ego palam locutus sum, diebus præsertim festiuis, quibus

A omnes Iudæi conueniunt in templo, coram Legis peritis, Scribis, & Pharisęis doctrinam meam proponebam, & propalabam. Ab ineunte ætate hoc obseruaui, qui cum duodecim annorum essem, in templo, & in Doctorum medio de Diuinis disserebam oraculis, meamque doctrinam quænã esset ostendebam. Iudæos omnes quos auditores habere volui, cum quibus plerumque sermonem habui, hos vt compotes, & auditores testor. Ad discipulos meos vos non remitto, quos ob vestrum in me odium forsan suspe-

B ctos haberetis, adsint hostes, & inimici mei sint Iudices: multum est mihi habere testimonium ab his qui foris sunt, hoc enim vno præstat Doctrinæ veritas, quæ nõ a solis consortib. cõprobatur, sed & ab extraneis; quandoquidem solidius, efficaciusque suscipitur testimonium a non confederatis, imò & ab inimicis. Adsint qui iudicent inter Hæreticos, & Catholicos, adsint qui ratione vigeat, qui aurum ab auricalcho discernant, cum nihil sit veritatis apud illos, vbi nihil est virtutis, nihil puritatis, nihilque probitatis, om-

C nia dissona, omnia immunda, omnia rationi contraria.

Quomodo agnoscatur aliquius uera doctrina.

Ego palàm. His verbis apertè innuit Christus, præstantiorem se esse legislatore Iudęorũ Moyse, neque enim Moyses suam legem & doctrinam, suaque præcepta toti mundo prębuit, sed solo Iudęorum populo; Audi, inquit, Israel verba Domini Dei tui, & ea in corde tuo quasi in libro scribe; Christus legem suam, fidem suam, doctrinam & pręcepta sua, exponit, & imponit Mundo, quia ipse saluator Mundi, in quo benedicen-

D tur omnes gentes, in quem gentes sperabũt, ipse loquitur Mundo, qui suam statuit fore doctrinam, & legem prædicandam. Ite in Mundum vniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturę. Sed & Moysem Christus in hoc etiam excedere se ostendit, dum Iudęorum Principi his verbis respondet.

Ego palàm. Non enim Moyses palàm loquebatur, qui signis, & figuris in nubibus, & vmbraculis loquebatur: omnia namque in figura contingebant illis; omnia palam facit Christus, qui arcana reuelat, qui com-

E plet figuras, qui nebulas fugat, qui umbras illustrat, palam omnia facit, qui nihil inuolutum relinquit, qui corticẽ aperit, qui uelum scindit; Plerumque in prouerbijs margaritas abscondit, & sanctum rudibus occludit ut qui non habet aures audiendi non audiat, & ut uidentes non uideant, ne canibus lacerandę tradantur, aut porcis conculcandæ exhibeantur. Cęterùm omnia clarescunt in sole, omnia lucescunt in die, omnia palam fidelibus suis facit Christus: qui omnia quę didicit à Patre suo, nota fecit nobis.

Quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt,

F audierunt, ecce, hi sciunt quid dixerim ego; Cum deficeret Pontifici congruum testimonium tantorum qui audierunt in Synagogis in Templo, & in biuijs, ac omni aperto loco, quo possint in Christũ insurgere,& accusatum tradere condemnandum, quærunt saltem aliquid ex ore Christi elicere, ut saltem aliquo eius innixi verbo, etsi contra formam iudicij, agant tamen contra ipsum; eapropter inquit Iesus, quid me interrogas? Tu iudex peruertis tam apertam formam iudicij, ignoras iudiciorum regulam, qua prius examinandi sunt qui deponunt, & interrogandi testes, sine quorum testimonio nullum potest æquum ferri iudicium. Prius oportet quod de certitudine delicti constet, ante quam ad vlteriora per allegata & probata, procedatur; Sed & ad condemnandos reos necessariæ requiruntur probationes, quę luce meridiana sint clariores. Hæc ego pridie tunc docui, cum oblata adultera sciscitanti mihi vbi nam essent qui eam accusarant, ipsis in facinus interrogandis nõ existentibus, nulla condemnatione dignam censui, quam in pace dimisi.

Ad cõuincendum reum euidẽtissimæ sequiruntur probationes, & plura testimonia.

Quid me interrogas? Non desunt in re tam publica, in loco tam aperto, qui possint adesse testes dictorum meorum, interroga eos qui me audierunt; Non meorum timeo auditorum, quotquot fuere prolatũ ex integro testimonium, nec dicta reijcio mihi licèt insidiãtium passim aduersariorũ, quoniam a me & dicta, & docta cum sancta sint, cum vera sint, cũ candida sint, vincet sapientia malitiã, præualebit veritas falsitati. Age igitur & interroga illos, siue Pharisæos, siue Scribas, siue laicos, siue eruditos, siue ignaros, neminẽ ex tam numerosa hominum caterua a ferendo in præsens testimonio, si ita vis, repello; Sed hac ratione Pontifices non acceperunt testimonia contra Christum, quia non potuerunt inuenire, quærebant quidem qui testificarentur contra ipsum, & eo vsque quæsierunt, vt falsos etiam testes haberent, quibus saltem forma aliqua iudicij apparere posset.

Expressa malignitas, & malitia.

Hinc inde insidiabantur verbis Christi diuersis prætextibus, nunc nummismatis, & tributi dandi Cæsari data occasione, nunc interrogatione instituta, quod sit magnũ mandatum in lege, nunc vtrum lapidibus obruẽda veniret adultera quæstione oblata, nunc signo de cœlo quæsito, nunc adulationibus, nunc detractionibus aliquid semper moliendo contra Christum. Verùm nullum potuit vnquam contra ipsum ferri testimonium, quod nec potuit reperiri, imò è contrario referunt insidiantes, quod nunquam sic locutus sit homo, & quod verba vitæ habeat, quod a Deo venerit magister, quod viã Dei in veritate doceat, &c. Ideo non habentes quos interrogent contra Christum, ipsi Principes, & actores, & iudices contra omnis legitimi formam iudicij vltroneè innocenti Christo se exhibent iniquissimè.

Quid me interrogas? Qui diligis vanitatem, & quæris mendacium? interroga eos qui me audierunt, Vis nobiles? accersi Nicodemum, Lazarum, Simonem, & in ore duorum vel triũ constitue omne verbum. Cupis alienigenas? voca Regulum, Centurionem, & Capharnaitas? Optas viros simplices, & pauperes? interroga cęcum illum natum, Samaritanum illũ
G leprosum, probaticę Hierosolymorum piscinæ longo triginta & octo annorũ tractu inhærentem paralisi propemodum desperata affectum miserè virum, cęterosque simplices, pauperes, debiles, & claudos; Sed etsi debile sit testimonium mulierum, in re tamen tanti momẽti qualis est capitis, vbi de vita agitur innocentis iniqua rei facti impiorum censura, non parũ vrget, quære a Cananæa, a Samaritana, ab hemorissa, a matre adolescentis vidua, ab ea quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem, a Martha & a Magdalena germanis La-
H zari sororibus, quorum septenario numero vnum conficias sufficiens testimonium.

Require ab istis, & appręhendes virum vnum; percunctare diligentius ab ipsis, si fortè inuenias vnde in me tuam impietatem exerceas, non aduoco parentes, non mitto ad consanguineos, non peto amicos, nec quæro discipulos, accepto, & aduoco omnes in meæ testimonium doctrinæ & veritatis, omnes admitto, qui neminem excipio. Ego sum locutus Mundo, qui vocaui Mundum; Audiant cœli
I quę loquor, & audiat terra verba oris mei, aduoca & tu cœlum de sursum, & terram deorsum, vt discernas iudicium meum, & causam meam: non desunt angeli nunciantes alijs, non defuerunt stellæ, quæ de me testimonium præberent, quæ uocatæ, respondent, adsummus; sunt & Prophetiæ, Sacræque scripturę, quę testimonium perhibent de me, sunt elementa, quæ nutui meo paruerunt. Adest & turba copiosa clamitans, & testimonium prębens, quoniam hic est uerè propheta qui venturus est in Mundum; adsunt iumenta, quia cognouit bos possessorem suum,
K & asinus præsepe domini sui; sed & volucres mihi reddunt testimonium: Columbam interroga, per quam spiritus sancti testimonium accepi.

Tandem accipe a Patre, quem vos dicitis, quia Deus vester est, mei testimonium, quod semel, atque iterum propria præstitit uoce: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite; Quod si hęc tibi nõ sufficientia uidentur testimonia, ulteriusque aliud perquiras cui tua fidat improbitatis protervia, adsit & Diaboli testimonium, non unius, sed plurium, qui uociferentur, Scimus

Nequiores Diabolo sunt Christum accusãtes.

quia

quia filius Dei es, vt quid venisti ante tempus torquere nos? hæc ipsi dicebant, sed non sinebam eos loqui; Hos tamen si audire desideras, interroga eos, & dicent tibi, ipsi enim & credunt & contremiscunt, quod si horum testimonium nō admittis, quorsum tam crudeliter contra formam omnem Iudicij mecum agis?

Quid me interrogas? Cui nihil credendum putas? Hoc vnum abs te peto, quorsum tendit hæc tua interrogatio; mihi libero & in tēplo, multisq; prædicanti, hancq; doctrinam publicè nō in latebris & recessu aliquo proponenti, eamq; potenter miraculis confirmanti, tam pertinaciter & tu & tui asseclę oēs respuistis, eidēq; liuore tabidi, detraxistis, & vosmet meo conatui & pio & sancto impiè admodū opposuistis. Nunc forsan vincto vestræq; potestati tradito credituri estis? sed tu quia veritate auditum auertisti, ad solam contumeliam construendam iudicium peruertisti; neque enim ignoras extra limites rectı Iudicij esse, vt quisquis in legitimo constitutus Iudicio sit sui ipsius testis, cuius dictum non recipitur nisi contra seipsum, hæc pro Christo depromenda erant in auribus impij Iudicis, Apostolo confirmante Si quis nō acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa questiones, & pugnas verborum ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspitiones malæ, & conflictationes hominum mente corruptorum, & veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.

1 *Thim.* 6.

Interroga eos qui me audierunt ipsi sciunt. Hinc argumenta desumimus quibus scurras ab his, qui serio loquuntur distinguere possimus, probos ab improbis, pseudomagistros a Catholicis, & Hæreticos à fidelibus secernamus; Quandoquidē sciunt auditores Doctorum & Magistrorum Ecclesiæ quid dicat Ecclesia, quid doceat, & quid credendū proponat, cuius fides una est, quæ ipsa ueritas est; dicant qui audiunt Hęreticos, quanta ab ipsis audiant, quæ, & qualia, quamque diuersa, & contraria in Synagogis illorum audiant audiuimus omnes non quid, sed quæ dicant ipsi in proprijs adinuentionibus dispersi, scimus non quid, sed quæ doceant illi.

Insurgit Zuinglius in Oecolampadium, Lutherus in Zuinglium, quem Hæreticum uocat, & eijciendum, ac euitandum veluti ministrum Sathanæ quod veritati detraheret augustissimi Eucharistię sacramenti, sic scribens ad Albertum Marchionem Brandeburgensem: Proinde si quis nunc de hoc dubitat, scilicet de realitate corporis Christi in sacramento, perinde facit ac si non credat unā Sanctam Ecclesiam Catholicam, quia non

Hinc falsæ prorsus omnes hæreticorum sectę declarantur, & erroneæ conuincūtur, cum quisquis illorū contra singu-

A solum Ecclesiam uniuersam, hereticus damnare uidetur verum & ipsum Christum cum Apostolis, quorū grauissimo testimonio corroboratus est Articul⁹ iste, sic enim ait Christus: Ecce ego uobiscum sum, vsque ad consumationem seculi; quocirca moneo, & peto Illust. Dominationem uestram eiusdem homines uitare, nec eos in sua ditione ferre.

larum (temerariè tamen oēs) opiniones insurgat.

Insurgit Caluinus in Lutherum multa Lutheri dogmata detestans, & peiora confingens.

B Insurgit & Beza in Caluinum & cęteros, quibus nec proteruia nec temeritate cedere uidentur, & usque adeo in tantas inuicem sectas diuisi sunt, & passim diuiduntur, ut innumera sint quæ hinc inde credenda proponunt; sed & quomodo sibiipsis inconstantes existant, tam facile est contueri, quām facile est non super petram, sed super arenā collocata illorum fundamenta admirari. Christus autem cuius vna est fides Catholica, idest uniuersalis, omnib. fidelibus communis, auditores in testimonium accersiri postulat, ut ipsi dicant, dictoque suo confirment, & testimonium ferant quid ipse dixerit, quid docuerit, quāvè fidē omnibus prædicauerit. Attendant Hęretici qui solum Christum audire volunt, qui a proprio Christi ore cuncta requirunt, qui nullos alios, etsi sanctos, publicoque testimonio probatos Doctores, sed & cętum fidelium in Concilijs dedignantur audire; Quid ulterius me interrogas dic interroga meos auditores, quos institui Doctores, ecce, ipsi sciunt quid ego dixerim; Verborum meorum habeo expositores, hi sciunt quid dixerim, interroga illos;

Nota.

C

D *Hæc cum dixisset, vnus ministrorum assistēs, dedit alapam Iesu, dicens: sic respondes Pontifici?* Obserua quid pręmittatur; hæc cum dixisset, hoc enim hac ratione euangelista præposuit, quo oculatius tantum facinus aduertas. Hæc cum dixisset, idest, cum tam congruam, tam necessariam, tāque profundam responsionem attulerat quæsito, per quam nihil in eo causæ inuenire posset Pontifex, cum hæc dixisset, in quibus nulla damnationis suberat causa; cum hæc tam prudenter respondisset, quibus suffusus confusione uisus est Pontifex, vnus seruorum, omnium impudentissimus illud est ausus quod non fuerat ausus Pontifex. Ecce parasitarum temeritatem, ecce vecordiam & insaniam, in gratiam Dominorum hoc agunt adulatores aulici, hæc audent principū Scurræ & Gnatones, hanc Christi iniuriam tam Iudæorum quam Gentilium prophetiæ tacere non potuerunt, quam prędixerunt Mich. c. 5. percutient maxillam Regis Israel, & Iob c. 16. exprobantes percusserunt maxillam meam. & Threu. c. 3. Dabit percutienti se maxillam, saturabit opprobrijs; maxillam asini sublima-

E

E uit

Gnatonum, & parasitarũ adulatoruque omniũ temeritas, & impudentia.

uit Samson, maxillam Christi inhonorauit Iudæus. Per maxillam asini vindicauit Samson Philistinorum iniurias. maxillæ Christi talis inhonoratio à sicario exhibetur: maxilla asini præbuit Samsoni alimenta mellis, quibus refocillaretur & reuiuisceret, è Christi maxilla, tam dulcia nobis exhibita sunt eloquia super mel ori nostro, quibus non solo pane, sed in omni uerbo quod procedit de ore eius viuamus. Quomodo tamen impiè offenditur ista tam sublimis tam decora tam virtuosa maxilla? Vnde extollitur illa tam despecta, tam vilis, & opprobriosa, hæc in aula Principis sic calumniatur, unde illa in solitudinem tam sublimatur, ad sit Samson vindicans maxillam. Non tacet Christus sed de tam graui illata sibi iniuria summo Regi Regum, & Domino Dominantium, pia uoce conqueritur. Si malo locutus sum &c.

Vnus assistens. Quasi dicat si hic coram Pontifice non astitisset tantum Sacrilegium in faciem Christi committere non ausus fuisset, quod in solam gratiam Pontificis se tantum sceleris ostendit comisisse Attene Christi patientiam, summamque Dei bonitatem, qui non fuerat passus Ozam Arcam illam ligneam fœderis nec pio quodam prætextu tangere, quam soli poterãt sacerdotes accincti contrectare, sed cũ pro tãta temeritate occiderit. Nunc vt suam nobis patientiam insinuet, alapam impingentem sustinet, qui vetabat populis ne montem caliginosum contingerent dum cum Moyse loqueretur, tam impiè se percutientem alapa, pro benignitate

Christi Domini saluatoris inaudita benignitas.

patitur. Ionathã qui parum mellis in summitate virgæ contra Domini præceptum sessus ad lassitudinem degustauit, vix passus est uiuere, nunc Magister, effectus mansuetudinis Agnus, ad sacrificandum ductus, tam impia patitur, & ideo inglorius subijcitur talibus ignominijs, quo Mundi gloriam detestabilius abominetur. Cæterum hanc ansam a præsentia Principis iste uindicauit cui nil gratius agere intelligebat, quam tale quid struere quod in ignominiam Christi cessurum esset.

Dedit alapam Iesu. Proh dolor, corruit Heli audito nuncio quod Arca Dei capta fuisset, non corruit audita duorum filiorum nece, non corruit audita populi strage, sed tũc corruit, cum ad vocem captiuitatis eius effectus est exanimis; nos autem, cur Christo capto non cõpatimur, aut de alapis eiusdẽ non dolemus? sed qui fieri potest, si caput nostrũ Christum confitemur, vt hanc capiti nostro irrogatam iniuriam non doleamus? si membra Christi sumus, maxilla Christi, maxilla nostra est, facies Christi facies nostra est, os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Vnde est quilamentetur: Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me, a uoce exprobrantis, & obloquẽtis, à facie inimici & persequentis. O decoram

F

Christi faciem, quam cœtus cœlestium sedulis, assiduisque laudibus honorat, in quã prospicere Angeli desiderant, & in quã quisque proprios defigẽs obtutus beatificatur, quam rogamus, ostende faciem tuam; & salui erimus, qua conuersa, omnia implentur bonitate, occurrant membra in propriæ faciei defensionem, patiatur, & recipiant si quã sunt quæ se opponant membra, ne perueniant ad faciem scelestissimæ manus tam improbi insultus.

Percutitur alapis beatitudinis nostræ facies.

G

Dedit alapam Iesu. Qui percutientis teme ritatem admiraris, ad patientiam recipientis paulisper conuertere, attende præcipuè duo eminere in offensione faciei super cætera membra, quæ cũ sit pars nobilior totius corporis humani, exhorrescit magis in illa exhibitam ignominiam homo quam in alijs partibus, per hanc denominatur hominis pulchritudo, uel deformitas, necnon homines ab hominibus per ipsam discernuntur, hanc solam in hominibus honoramus, quam solam ab impio inhonoratam audimus, hanc nullus tam uilis existit qui ignomin iæ exponi patiatur, sed & cum delicata sit adeo hæc pars super omnes partes corporis, ueluti in qua omnium sensuum organa disponantur, & facilius offenditur, & offensione grauatur; unde, ex sola percussione obstruuntur plurumque sensus, & hinc inde sanguinis undæ profluunt, facilè autem & a facie Christi æstimari potest sanguinem per fauces aut nares profluxisse, quod Euangelistæ non curarunt recensere, qui rerum substantias tantum maluerunt ennarrare, tanta enim inest utrinque grauitas illatæ ignominiæ.

H

Cũ facies offenditur summa omnium irrogatur iniuria.

I

Sic respondes Pontifici? Hoc Aulici credunt, nihil non lene, nihil non placitum, & gratum, nihil non suaue coram Dominis adulando proferendũ, qui vt auribus illorum pruritum excitent in corde proprio ueritati, & æquitati mentiuntur, ut impio faueant, detrahunt innocenti, eumque condemnant cũ condemnante, euertunt & peruertunt iura, pietatem, conscientiam, & ut, morem huic gerere impio videantur iudici, nihilque dissentire ab illius placito, atrocius insaniunt, hoc faciunt expertes misericordiæ uiri mendaces.

Respondit ei Iesus. Vt melius Christi respõsionem ponderes, prius cogita, quid putas te tuo in faciem percussori respondisse, si uerbo, aut facto iniuriam vindicare curasses, & si non facto, quibus saltem uerbis contumeliosis occurrisses. Tibi factas offensiunculas, quas uel semi expresso uerbo, imò & interdũ nutu, uel obliquo, uel quoquo modo minus quam recto conatu illatas experiris, æqua lance metire, quibus cõtumelijs contumelias,

Digna annotatione responsio.

-melias, quibus iniurijs iniurias, & probra pro bris propulsare conaris; Quod si inultas alapas pro tua virtute a vili ministro coram copioso assistentium numero, nulla præstita occasione, nullavè urgente causa illatas dimittis, accedis utique ad Christum, & Christianum sapis, qui Christum imitaris, quod si adhuc nec uerbum durum sustines, nec inultum pateris quod non bene suscipis, iam habes unde discas, & alapas, & cõtumelias Christi exemplo per mansuetudinem sufferre patienter & ęquanimiter tolerare.

B *Respondit ei Iesus*. Totus contrarius Mundo, contra rationem Mundanam ipsi mansuetè respondit: ubi Mundus superbè, ipse pacato animo ex ratione loquitur. Vnde Mundus indignatione eonectus, excandescit, uelletque si posset Mundus illatas alapas uindicare, & non quidem alapis, ut olim, dentem pro dente, oculum pro oculo, sed pugionibus, & cicatricibus, cum effusione sanguinis progredi ad interitum optaret, quisquis mundanis adhuc circunfertur insanijs, uel igne cœlesti consumi, vel hiatu terræ absorberi, uel ense aut quouis immani gladio confodi cedentem se alapis, aut quacunque atrociori pœna torqueri desiderat. Quid autem horum non potuisset iubere in Mundo, is, per quem factus est Mundus? Sed hæc noluit qui respuit Mũdũ, vt discamus per quod uincatur Mundus, qui poterat rogare Patrẽ a quo accepisset duodecim legiones Angelorum ad cohibendas iniurias capientium & ligantium manus, quot legiones ultrices tanti facinoris habuisset, puto autẽ ꝙ nũquã Angeli sui Regis hanc iniuriam inultam reliquissent, nisi expresso præcepto prohibiti fuissent; Verum hoc illis qui non sunt passi Loth in Sodomis pati, Iacob ab Esau offendi, asinam iniustè percuti a Balaam sessore, populos Hebręorum, & Machabæorum ab inimicis superari.

Indignabundus mundi liuor.

Sed quia hic locus est mansuetudinis, hic agitur de salute & redemptione hominis, & quia per hæc præbetur fidelibus scientia salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum, nullus datur ultionis locus, ubi de sola misericordia, & pietate agitur, solus patitur Christus, qui pro omnibus patitur, qui se talia passurum exhibuit, in facie patitur, ut nostris sensibus illic uigentibus susceptas pęnas culpis eorum exhibeat. Non suis sed nostris culpis in maxillis eius susceptis irrogata est iniuria; nostri capitis & sensuum culpæ pęnas alaparũ subire debebant, has in se non abhorruit subire pęnas qui nostras non est dedignatus suscipere culpas. Verè igitur dolores nostros ipse tulit, & percussus est propter scelera nostra.

Cur tã hilari mente tam æquo animo tã patienti amore tam grãdi magnanimitate sustineat Christ' in uenustã decorãque sui faciẽ tale tãtumque percussionis opprobrium.

Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo Si autem benè, quid me cedis. Blandi-

A ris meo insultu Principi, qui non animaduertis non paruam iniuria te irrogare principi? me tanquam facinoris reum ante tempus condemnas, quem adhuc iudex in nullo cõdemnat, tu minister audes quod nõdum Pontifex audet, sed quod deterius est, me hic uinctum in domo Principis, & coram principe, & manu percutis, & ore mihi detrahis? Non est hic locus reos iniuriandi, aut percutiendi, sed audiendi, & iniurias propulsandi. Tu autem Pontifex cur obmutescis? cur tales ministros pateris? quo insontes corã te sustines talia pati? sed talia utiq; ausus nõ fuisset, si se tuum esse ministrum non intellexisset.

Audet coram te quod intelligit fore placitum ante te, audet coram te, quod nouit approbandum a te, quandoquidem, non hęc egisset assistẽte te, si minus placita dubitasset exprobranda a te, aduertit minister tuus confusionẽ operuisse faciem tuam, cum non haberes quid obijceres responsioni Iesu. Quapropter, ubi defecerunt uerba, habuit ille recursum ad uerbera, ubi defecerunt proba, statim peruenit ad probra, ferit lingua, ferit &

C manu, lingua ferit animum; manu percutit faciem, in primo proteruitas, in secundo temeritas, in utroque iniquitas, in primo calũnia, in secundo ignominia, in vtroq; peruersitas, quę omnia detestatus est Christus, qui nequit tantum facinus præterire silentio.

Si male locutus sum. Silent Christus dum spinarum aculeis, torquetur, os suum non aperuit mitissimus Agnus, multis alapis ac colaphis uerberatus, flagris laniatus, & cruci clauis affixus. Hic tantum una alapa percussus

D de hoc conqueritur, quo norint quicunque præsunt, quam uigili diligentia in ministrorũ qualitate sit procedendum, uelut quorũ probitas, uel improbitas i Dominos reflectatur, qui si pro illorum mala uoluntate, impietate, iuris ignorantia, cupiditate offendant Christum, opprimitur iustus, condemnatur innoxius, non audiuntur pupilli, & uiduarũ iura prętermittuntur, qui compotes sunt iurisdictionis, sunt compotes criminis; Eia igitur, arceantur sicarij, viri sanguinum, crudeles, inimici pietatis, amatores uerò impieta-

Christus de sola tacet suæ percussione cõqueritur.

E tis, abigantur lupi, agnorum uoratores, sanguinis pauperum potatores.

Expellantur uulpes, quorum uersutijs cedit plerũq; ius, iniurię ueritas mẽdacijs, mansuetudo temeritati, ratio uolũtati, eijciantur Harpiæ, quæ vultu, equidẽ blãdiuntur, vnguibus tamen lacerunt, & morsibus dilaniant.

Absint procul Sphinges, hæ sunt tã temerarię quæ se opponũt Christo, quę offendũt alapis Christum, nihil sanctum reuerentes, nihil diuinum amantes, sola cupiditate operantes, omnem legem peruertentes, & solis mũdanis rebus inhiãtes; Ecce quam facilè in Christi iniurias ruunt, blasphemias conge-

runt, omnique pietati aduersantur. Huic igitur vno obsistit Christus coram Pontifice, vt ab hoc vno potissimum crimine absterreantur omnes. Cæterum vera fortitudo benè compositi animi, nec cęca est, nec præceps, tantum ad ea quę iusta sunt se extendens, nihil non iustum amplectens, sed omnia pro Iustitia sustinens.

Si male locutus sum. Satius esset tibi, si malè locutus sum, testimonium præbere de malo, vt suo iure mecum ageret Iudex, q̃ hanc tibi vindicare potestatem, qua iniuriam nedum mihi, sed & iuri, & iudici irrogas. Sunt qui quęrunt si quos inueniant aduersum me testimonium ferentes, quibus gratior eris, si eius facinoris testimonium præbueris, quo me tam impudenter calumniaris, non enim iniuriantis, sed testificantis tuæ sunt partes, cur has dimittis & potius illas alterius vsurpando præsumis? Tu ignarus iudicij, iudicium è manu iudicis auferre contendis? quis te constituit iudicem? ex ministro iustitiæ effectus es Iudex iniustitiæ? Vndè tibi tantum iuris asciuisti? In qua potestate hæc facis? quis tantam tibi potestatem? est impertitus? nô aliunde quam à Principis beneplacito, vt sciat te in sui gratiam ad omne flagitium promptum & præcipitem, meque per te sycarium suum sic despiciendum, quem ipse despexerit, sic contemnendum quē ipse contempserit, audisti aliquando, canem Domini sui præsentia roboratum, Leoni insultantem? ecce Pontificis canem, coram Pontifice talia audentem, sicque Leoni de tribu Iuda insultantem.

Si malè &c. si autem benè, quid me cedis? O bone Iesu, quomodo hæc ignorare videris quod nedum de bono verbo colaphizaris, sed & de bono opere etiam lapidaris? Has tibi impendunt vices tuæ benignitatis hostes, his calumnijs, & plagis plagatus es in domibus eorum qui pro eo, vt te diligerent detrahebant tibi; irritat tamen aduersarius nomen tuum in finem.

Si male &c. si autem benè &c. Non suam sed pauperum, & innocentiũ omnium causam hic tuetur Christus, non de suis hic conqueritur aut iniurijs, aut contumelijs, aut percussionibus, sed in se ipso tanquam in capite suorum pauperum miserias se in finem non obliturum ostendit. Vęh igitur detrahentibus, & calumniantibus illos, vęh percutientibus pugno impiè. Quare autem alapis, & non potius pugno percussus fuerit Christus, infra dicetur. Si verò percunctetur aliquis, cur hic Christus quod præcepit non obseruauit tacendo, vel & aliam maxillam percutienti præbendo? Audi Augustinum obiectioni respondentem, quid? quod & mansuete respondit, & non solum alteram maxillam, sed & totum corpus percussuro

Cur alapis & nô pugnis percussus fuerit Christus.

F clauis perforandũ, & cruci affigendũ imò pęnitus occidendũ præparauit in ligno, & hinc potius insinuauit sua illa præcepta patientię, non ostentatione corporis, sed præparatione animi esse fienda, fieri enim potest, vt aliam maxillam visibiliter quis prębeat iratus, quantò ergo melius si respondet vera, placatus, & ad perferenda grauiora tranquillo animo sit pro veritate paratus? An non præbuit iterum maxillas suas percutientibus, & faciem suam velantibus?

G Respondendum est Tirannis & stultis iuxta tirannidem & stultitiam suam, non est respondendum eis, idest à veritatis testimonio recedendo, sed propter illam, & propter electos omnia sustinendo, vnde nunc respondet qui postea nihil respondet.

Si autem benè cur me cedis? Hæc obticere noluit Christus in prima hac sibi illata alapa, quo innocentiam suam etiam Ethnicis patefaceret, ministrorum verò & principum insaniam propalaret, & vt inde discamus, iniurias æquo animo esse perferendas, ita tamen, vt iustam nostram causam depromere

H valeamus, dicente de eo Petro Apostolo, Qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustè. 1. Pet. 2.

Nec prætereundum silentio istis nos cômonitos fieri, nullis vinculis alligatum iri charitatem, qua vrgente, admonet Christus sui facinoris errantem, vt errore per increpationem agnito, facilius recurrere possit ad veniam. Hic est sanctorum scopus, & iustorum exprobrantium modus, qui non liuore

I vindicandæ contumeliæ, aut exprobrandæ calumniæ, verum detegendi erroris, & detestandi facinoris, Tirannis, & persecutoribus falsa exprobrabant, & vera dilucidabant, errores condemnabant, & fidem prædicabant, crimina detestabantur, & personas venerabantur. Hoc Magister cœlestis edocuit, cui dum scelus repræhendit in percussore, benignitatem ostendit in patiente.

Si autem benè, cur me cedis? Nè ex his causetur quis, dum Christum conquerentē sentit, quasi amatorem sui effectum, obseruandum est primo, non dixisse Iesum percutien

K ti, cur me cedis tantum, sed prius hæc præposuisse, si male, &c. si autem benè, quid me cedis? quibus protestari videtur, non suam, sed iustitiæ rationem tueri. Quisquis se, ipsum non infirma, aut temporali ratione sed supremo, & diuino iure tuetur, is non se, sed iustitiam amare videtur, is amat se ipsum qui ad propriam vtilitatem agit quodcunque agit, qui autem propter bonum virtutis agit, ipse magis virtutem quam se ipsum amat.

Plusquã nosmetipsos uirtutē amare tenemur, & debemus.

Tenetur autem homo magis quam se, amare virtutem, pro qua pij, & certant, & morti se exponunt, nec non sępe etiam ipsã mortem

mortem perpetiuntur. Cum igitur Apostolo teste certandum vsque ad mortem sit pro Iustitia, Christus arguit non se percutientẽ, sed Iustitiam offendẽtem, & peruertentem. Qui in hoc amaret pecunias, vel iurisdictionem, vt posset egenis quibus diuites non subueniunt in eorum necessitatibus occurrere, vel Ecclesijs ruinam minitantibus & destructis reparandis, auxiliari, siue oppressionibus pauperum præsidio esse, &c. is non se ipsum amaret, sed æquitatem, pietatem, & virtutem. Propter quod Apostolis inquit. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Secùs se ipsos amant, qui hæc amant, vt se ipsos nutriant, vt ipsi his bonis potiantur, qui hæc non in proximi aut virtutis beneficentiam, sed in propriam vtilitatem sibi cõcedi concupiscunt, sua tantum non quæ Christi sunt iura quærentes, de quibus Apostolus ait. Erunt in nouissimis diebus homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, &c. *2. Tim. 3.*

Et misit eum Annas ad Caipham Pontificem ligatum. Daniel hoc prædixit à senioribus Israel egressam fuisse iniquitatem, impius Annas quem inuenit insontem, nec dimittit, nec absoluit, imò nec soluit, sed fortioribus funibus vinctum, ad crudeliorem Pontificem ligatum misit, conspirabat enim Caiphas in necem Christi, & consilium dederat Iudęis, vt morti traderetur, quisnam potest Agnum condemnare morti, nisi Lupus? Tradito igitur in manus Lupi Agno, nil aliud expectandum, nil aliud audiendum restat, nisi quæ spectant ad occisionem Agni; Iam captus est Agnus, & vinctus ad Lupum ducitur; Quæ autem perpessus sit Christus in huius Pontificis domo, cum seriosius ab alijs Euangelistis fuerint recensita, hæc describere vlterius Ioannes non curauit, cui satis visum est hoc nobis recensere quod in domum Caiphæ adductus fuerit, à quo ne minora mala in Christum explenda credamus, ad eum adductum sciamus, qui in mortem eius vehementi desiderio impiè admodum conspirauerat, hunc non nisi ligatũ isti suscipiunt à quo libero detectę fiebant illorum hypocrises, reprehensæ ipsorum vesaniæ, & propalatæ illorum fraudes.

Placet plerisque pricipib. ligata veritas, & iustitia.

Placuit Annæ Christus vinctus, suscepit lætus ligatum Iesum, & eo quo sibi placuit modo ad suum collegam sibi similem mittit, placet vtrisque ligata veritas, non libera, à qua vehementer timent. Hanc ligant, non quam sequantur, sed quam post se trahant, qua sic apud ipsos ligata, omnia iura, omnem scripturam, omnem legem, omnem Iustitiam, denique omne bonum peruertere possint: nam hic alij recensent Euangelistæ quantas perpessus sit calumnias Iesus, quæ opprobria, quos insultus, quot verbera, in

A qua domo Iesus toto noctis decursu ludibrijs, & torsionibus expositus fuit, Militum voluntati; In qua (inquam) domo conuenerant velut ad summum sacerdotem cæteri Pharisæi, Sacerdotes, Scribæ, & inimici saluatoris, qui ibi veluti qui lætantur capta præda assistebant improperantes Christo, illudentes Angelorum Regi, insultantes innocenti, deridentes & calumniantes hominum saluatorem, præsertim autem falsis etiam testimonijs illud vnum moliebantur per quod Iudæorum turbæ facere satis viderentur, quod se esse Deum confiteretur, & velut

B superbum qui se maiorem Moyse affirmaret, exosum populo redderent, qui Trinitatis personarum ignarus, & qui nullum vnquã fore maiorẽ Moyse superstitiosè opinabãtur. sed & quo possent Pilati animum exacerbare cõtra Iesum, à quo sententiam condemnationis extorquere possent, illud aliud conabantur, si quo modo seducere populũ, & ambire eum Regis titulum probare aut persuadere possent.

Hæc moliebatur Caiphas qui Iesum vsq; adeò calumniatur, vt illi blasphemiæ crimen impingere non uereatur. Propter quod reus

C mortis dicitur; Vtinam nostri Principes hoc crimen vindicarent, quod non raro, sed tam frequenti consuetudine inultum prætermittitur.

Et misit eum Annas ligatum ad Caipham. Heu quã molestum, quam durum & perniciosum coram malè affectis iudicibus præsentari; heu, quàm periculosum imò quam perniciosum est, in manus indignatorum, & concitatorum incidere. Dicat Puer ille sanctus Abel, dicat iuuenis ille mitissimus Dauid, dicat Susanna, dicat castissimus Ioseph, dicat pater eius Iacob, quales passi sint

D iniurias à Cain, à Saul, à Senibus, à fratribus, à Laban, & cæteris pessimis iniustis, iudicium omne peruertentibus.

Quis effari vnquam poterit quas sit passus calumnias Iesus in domo Caiphæ? qui cum nihil facinoris, aut speciem criminis prę se ferens in Christo inuenire posset, quibus condemnandum morti speraret, elegit potius ad falsos testes se conuertere, quã Christum liberum & immunem relinquere, & absolutum dimittere, omnia extorquent, omnia peruertunt, & pro vero falsum adducunt, dicunt comminatum fuisse Christum

Quas passus fuerit Christus, iniurias.

E quod destructurus esset templum, hoc dixit Christus reparaturum se esse templum, non destructurum: ad ipsos destructio, ad ipsum reparatio apertè in verbis Christi ostenditur pertinere, vbi dictum est: Destruite Templum hoc, & ego in tribus diebus reędificabo illud. Vęh dicentibus bonum malum, & malum bonum, vęh falso calumniantibus, & iustitiam ac iudicium peruertentibus.

Erat autem Petrus stans, & calefaciens se. Nos qui potiora quærimus dare spiritui quã literę, non immorabimur conciliationi dictorum ab alijs Euangelistis, præsertim cũ cupidus horum hæc facilè apud grauissimos Doctores seriatim discussa reperire poterit, an autem Io. hic repetat quod supra de Petro dixerat, an verò secundo Petrus ad ignẽ accesserit, hæc nostrum institutum non attingit; Petrus nè exploratoribus se suspectũ præberet, licèt animo modestissimo esset, conabatur tamen mentiri vultum, & consortijs sycariorum se ingerens conuenerat, vbi aderant apud ignem non tantum ex necessitate propter frigus, sed ex curiositate ad colloquendum, & bibendum, iuxta morem sycariorum quorum proprietas ex consuetudine patet.

Erat Petrus stans. Velut qui rigebat, & à quo omnis dilectionis feruor defecerat, Iam in prima negatione à Christo recesserat, & ad improbos accesserat, quid mirum si bonus cum vna mala muliere à bonitate ad malignitatem accessit? Si tantum vna ancilla potuit, quid non possunt tot homines, tot ministri, virique armati. Erat igitur cum his Petrus stans, qui dum illic staret, quomodò illic etiam non calefiebat, vnde & illi calefiebant? algebant omnes qui recesserant à Christo, qui absconderant se à calore eius, in quibus extinctus erat Christus; Oportet enim vt vbi abundat iniquitas ibi refrigescat charitas, Commixtus erat inter gentes, & didicit opera eorum, factus abnegator Christi cum negantibus Christum, qui confessus fuerat Christum inter omnes discipulos Christi. Hoc occurrit Petro quod Dauid occurrerat, qui à priori peccato adulterij non resipiscens, nec illud pœnitentia delens, mox ad aliud grauius homicidij videlicet, prolapsus est. Nondùm doluerat Petrus de simplici, & ferè oculta illa negatione, in quam coram ancilla incurrerat, ideo ad peiora prolabitur, cum negationi iuramentum additur, ad grauiora deflectitur, cum negationi detestatio superadditur, paucarum horarum interuallo hæc occurrunt viris probis, & alijs sanctis, & benè cordatis; quæ autem nobis passim occurrant, in peccatis perseuerantibus, ad quæ peiora crimina non simus præcipites, qui in peccatis, & cum peccatoribus versamur, hinc saltem discamus, vt dum in peccata prolabimur, ad pœnitentiam celeriter transeamus.

Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es. Negauit ille, & dixit, Non sum. Iam vir calidus effectus, sic æstuat illo impiorum igne Petrus, quo succensus, omnem suæ pinguedinis consumationem debachetur, & demoliatur, de quo Iob. c. 31. Ignis

F est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina, pinguis erat Petrus, qui maior erat inter Apostolos, qui fidei pinguedine desuper repletus, Christum Dei filium fuerat confessus, pinguis auctoritate, pinguis dilectione, qui dixerat: Etiam si omnes scandalizati fuerint, aut te abnegauerint, ego nunquam scandalizabor, nec te negabo. Sed quid est Petre, quod incrassatus, impinguatus, dilatatus, recalcitrasti? Ad ignem aruit tamquam testa virtus tua, & ossa tua idest fortitudo tua, dissipata sunt,

G commota sunt, tremor apprehendit ea; Quid est quod ossa tua tanquam cremium aruerunt, quibus innixus, super cæteros te audere iactabas? Percussus sum (inquit) vt fœnum, & aruit cor meum, ingressa est putredo in ossa mea, defecit illa virtus mea, cui temerario ausu tantum tribuebam, auxilium meum non à Domino poscebam, sed à me mihi prolicebar, ideo recessit à me virtus mea, quæ erat ex me, debilis erat, & valdè tenuis, quæ corruit, & prostrata est, per sibilum solius auræ tenuis interrogan-

H tium. Hanc detestabatur insaniam Iob ille sapientiss. dum ait: Etsi osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. *Iob. 31.* Manum suam proprio ore osculari, est suam virtutem sibi ascribere, bona quæ habet non aliundè quam à se ipso recognoscere, & in donis suis se extollere, & exaltare. Hoc Petrus agit, suoque ore manum suam osculabatur, cum suæ virtuti tantum tribuebat, vt in carcerem, in mortemque ire cum Chri-

I sto, & pro Christo velut strenuum gigantem se profitebatur. Quod cum iniquitas sit maxima, ea quæ solius Dei sunt vsurpare, & de virtute propria superbire, quid aliud est, quam Deum abnegare? Negat igitur Iesum Petrus, qui non Iesu sed sibi suam ascribebat virtutem, sine quo omnia sibi pollicebatur, cum tamen iam ab eodem audisset, quia sine me nihil potestis facere.

His cautiores effecti, non nostram, sed Dei manum osculemur, qui dat velle, & perficere pro bona voluntate, in quo viuimus,

K & mouemur, per quem omnia, in quo omnia, & cum Apostolo omnia possumus in eo qui nos confortat Iesus Christus. Potuisset quidem Deus ad contundendam superbiam Pharaonis, serpentes mittere qui deuorarent homines, sicut deuorabat ille cæteros serpentes potuisset destinare Leones, Tygres, & Pantheras, vnde his prætermissis, misit debilissima instrumenta, ciniphes, muscas, & ranas, quibus superbia Pharaonis magis contunderetur. Potuisset Holofernem superbum ense, & hasta militum prosterni curare, & confodi, quem voluit à fœmina trucidari.

Nil prorsus debemus de p̄pria nostri virtute p̄sumere.

trucidari. Qui etiam perimi voluit Goliath illum gigantem nimium de se præsumentem ab inermi, sibique despecto iuuene, voluit. & Petrum de se præsumentem, à vili fœmina, debilibusque vocibus superari, qui sic infirma Mundi eligit, vt confundat fortia, quæ sic suis viribus fidunt.

Dicit ei vnus ex seruis Pontificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, nonne ego te vidi in horto cum illo? Prudentissimo huius sermonis oraculo, optimoque consilio hic nobis reuocat Euangelista in memoriam auriculã Malchi abscissam, necnon nos redire facit ad hortum in quo Christus hæc omnia prædixerat, amarum se calicem videlicet fore bibiturum, vt his plena per nos intelligentia reuocatis, reuiuiscant piorum animi tantis ludibrijs, tantisque opprobrijs Christo saluatori illatis. Scimus Christum in horto promptè admodum processisse obuiam ministris, & satellitibus ipsum capere volentibus, nec obliuiscimur, Christum propalantem se non agnoscentibus aduersarijs, insuper, nec nos præterit primo, atque etiam secundo cecidisse retrorsum ad solius vocis suæ sonitum quotquot adstabant ex cohorte missa armati, antequam capiendi facultas illis concessa fuisset, qua tandem siccarijs voluntariè per Christum concessa, iam vinculis constrictus improborum, auriculę testimonio suam voluit manifestam, certamque facere non humanam sed diuinam virtutem, & potestatem, vt his oculatius inspectis, intelligas quis sit qui patitur, & quare, ac pro quibus talia patitur, & quod vltroneus patitur, sicque nec despondeas animũ, nec quibusuis offendaris tanti Regis opprobrijs pro te tantum susceptis.

Scribit in marmore læsus iniuriam.

Dicit ei vnus. Attende quomodo scribat in marmore læsus hæc ad vlciscendum, obiecit qui cognati iniuriam tunc vindicãdam cogitauit, neque enim Petrus inde euasisset, si Christus auriculam suo loco nõ restituisset, hoc tibi præstitit beneficium Christus ò Petre, qui iam secundo te ab vltorum indignatione liberauit, ac vitam tibi donauit, quem iam pluries tua proteruia abnegauit, & iterum atque iterum abnegare non dubitauit.

Mira mutatio.

Nonne ego te vidi in horto cum illo. O certe quantum mutatus ab illo qui tunc aderas cum esses in horto cum illo? In horto Petrus persistebat cum Christo, egressus hortum oblitus est Christi, & timore concussus abnegauit Christum, in delicijs existens confitebatur Christum, qui in monte Tabor bonum illic esse dicebat cum Christo. Confitebatur illi cum benefaceret ei. Quod si hortum exire contingat, cessat confessio, insurgit negatio, instar enim florum homines adueniente die, & ad præsentiam solis

A iocundantur, dilatantur, ac maturescunt, e contrà verò superueniente nocte, & adueniente hyeme, constringuntur, decolorantur, & marcescunt.

Temporis qualitas.

Rectè ab Euangelista qualitas temporis describitur, quod hyems erat, vt per conditionem temporis designetur conditio criminis, tanquam enim frigus noctis est timor aduersitatis: ea autem iustitia quæ non ex timore fit, sed ex amore Dei est, patientiam operatur, patientia autem spem, spes autem non confundit. Hominis in gratia existentis

Necessaria tentatio.

B virtus est quæ in infirmitate perficitur; prodest iustis tribulatio, & conuertitur in melius dum facit cum tentatione prouentum, obest verò carentibus gratia, & irretitis peccato, cuius malitia fiunt nouissima illius peiora prioribus, dum enim arridente fortuna fiunt promptiores, illa cessante, efficiuntur deteriores; quare autem maiori amore videamus benefacientes prosequi eos quibus benefaciunt, quam qui beneficijs potiũtur, ament benefactores suos, à quibus tam facilè diuelluntur, non vna est ratio, præcipua

C tamen ea est ex nobilitate operationis cum beatius sit dare quam accipere, dignius quoque sit agere, quam pati, ideo magis amat quam ametur, quia perfectior qui amat, quàm qui amatur, propterea Christus magis amat nos, & Petrum quam a nobis ametur, & à Petro.

Iterum ergo negauit Petrus, & statim Gallus cantauit. His insinuat Euangelista vnum Christi verbum præstare multis nostris verbis, promissionibus, protestationibus, & adiurationibus. Plurima protulerat verba sui

D animi præstantiam, & fortitudinem depromentia, & supra se exaltantia Petrus, sed vt falsitas multa dicentis, & veritas vnum prædicentis dignoscatur apertius, recensetur Christi vera prædictio, cũ memoratur Galli cantatio. Vnde poterat illud & Petrus dicere: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Iustificatur sermo Christi qui verificatur, Petri autem sermo condemnatur, qui à veritate elongatur, & ideo vbi succumbit Pe-

E trus, vincit Christus, & vbi Petrus corruit, ibi Christus præualuit, exinanitus est sermo Petri, magnificatus est sermo Christi. Quid aliud dicemus ad hæc nisi quia Deus est verax, omnis autem homo mendax? Conquerebatur Ionas quod Deus suæ prophetiæ verba non adimplesset, quibus post quadraginta dies subuersuram ciuitatem Niniue p̄dixerat ciuibus Niniuitis, & vsque ad mortem ęgrè tulerat quod Deus pepercisset peccatoribus, quibus prædixerat exterminium fore propinquum, molestius ferens se non vera prædixisse quam Niniuitas oẽs perijsse.

Quid

Quid autem occurrere potuit molestius Petro, quam se condemnari de mendacio? Hæc est hedera quam Dominus in tantum succrescere fecerat, vt capitibus aliorum supereminens vmbraculum faceret, quæ à verme peccati in radice corrosa, aruit, & corruit; Proprium est hederæ inniti parietibus, quæ autem auulsa est à suo pariete, & corruit ad infima terræ, & vigor eius arescit interius.

Quantum mereatur, peccati uecundia. Christus super se Petram Petrum quasi coherentem hederam colligauerat, à quo per abnegationem diuulsus corruit, & adhesit pauimento anima eius. O quam bonum Petro adhærere Deo, & ponere in Domino Deo suo spem suam. O fœlix hedera quæ adhæret Deo, quæ tandem vnus spiritus fit cum eo, hic nunquam corruit qui hęret Christo. Qui autem elongat se ab eo peribit.

Attende quam debilis sit hedera ad consistendum, non innixa fortiori, & intellige nihil posse hominem nisi cum eo qui eum confortat Christus; Beatus igitur vir cuius est auxilium abs te, qui sperat in te, qui confidit in Domino sicut Mons Sion, hic non commouebitur, hic intrepidus, & inconcussus permanebit, hic tandem non timebit à frigoribus niuis. Si consistant aduersus ipsum castra, si insurgat bellum contra ipsum, non timebit cor eius; Dominus (inquit) mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo; Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.

Iterum ergo negauit Petrus. Attende mediam viam adhuc ignorantem Petrum, nunc ad dexteram, nunc verò ad sinistram declinantem virtutis rationem ignorabat, ideò ad extrema declinabat, nunc prodigus, nũc auarus videtur, nondum factus est liberalis.

Virtuosa iactatio. Prodigus erat, quando seipsum & carceri, & morti pro Christo tradere volebat, nulla ratione habita ad causas, pro loco, tempore, & occasione, ideo non virtuosa, magis autem vitiosa fuit illa iactatio, cui mox alio se opposuit vitio, vt qui prodigus fuerat in talem deflecteret auaritiam, vt neget se esse Christi Discipulum, immo nec Christum agnoscere, aut vnquam aliàs eum vidisse. Vide quanta pro Christo dare volebat, & attende quanta de Christo negat, hæc fecerunt extrema ei, qui nesciebat media. Is autem via incedit media qui habita ratione honestæ causæ, congrui temporis, & opportuni loci, se, suaque omnia pro Christo intrepidus exponit.

Et statim Gallus cantauit. Attendant ad hanc Christi præscientiam, an videlicèt ipsa sit aut dici possit causa huius negationis, peccatique Petri, an Petrus se à commisso facinore possit excusare, propterea quod

F Christus illum non solum præuidit, sed & prædixit ter se negaturum. Quis autem tanta occupatus dementia, aut rationis lumine orbatus, dicat hanc Christi præscientiam causam extitisse eius peccati, quod commisit Petrus? Habent igitur vt videant lumen in lumine verborum Christi, quicunque factorum suorum in illam Dei summi præscientiam rationes contorquent & vsque adeo in Dei bonitatem blasphemant, vt tanquam auctorem facinoris illum confingere non pertimescant; Sed sunt & qui vlteriùs dicant, cum Deus pręsciuerit peccatores suis

Peccati p̃sciẽtia eius causã esse non posse ostẽditur.

G flagitijs damnandos, quarè potius ab illorum creatione non desistit quos agnoscit damnandos?

Rogo autem quomodo non tolleretur præscientia si tollerentur illa quorum habetur præscientia? sicut enim scientia sic refertur ad scibile vt non sit nisi scibilis rei scientia, pari ratione præscientia quæ pars est scientiæ, non potest nisi ad præscita referri, quæ si præscita non essent, nulla præscientia esset, sic enim res existere dicuntur secundum quod in præscientia habentur, non solum igitur hebetes sunt ingenio qui

H talia fantur, verum penitus ignorare terminos conuincuntur.

Sed esto, hæc ita se habeant, quo piorum mentibus plenius suffragia præstemus, illud vnum præ cæteris adnotandum, hanc esse apud omnes bene sentientes Theologos differentiam, inter Prædestinationem, & Reprobationem, vt Deus nullis præcedentibus meritis operum nostrorum, quos vult eligit ad æternè beatèque viuendum, & istos dicimus prædestinatos, adeò, quod si puer qui nihil agit boni, suscepto tamen baptismo diẽ suum claudit, ad gaudia peruenit æterna re-

Non pari currũt ad opposita, passu prædestinatio & reprobatio.

I probi autem sic dicuntur damnationi addicti, vt non nisi præcedentibus demeritis, & culpis, damnationi subessent, quia Deus neminem damnat, nisi propter peccatum, & commissum facinus, non enim (vt multi perperam arbitrantur) non esse prædestinatũ, est esse reprobatum, condemnatumque ad ęternam damnationem, quia homo habet suum proprium statum, naturalem in hac vita, & in alia post hanc vitam.

Nota: Perspice quàm doctè modeste & mirabiliter, sanè pariter & sobriè agat hic Author sua qua mirũ in modũ viguit ingenij acrimonia de occulto p̃dstinationis & reprobationis mistetio.

K Placuit autem summę bonitati diuinę aliquos ad supremas Agni nuptias ęternaliter perfruendas vocare, & quos sic vocauit hos & iustificauit, nec ratio alia huius volitionis ascribitur à solo illo beneplacito diuino, iuxta iudicij eius arcana, homini inscrutabilia, donec intrent in sanctuarium Dei, & hæc nouissima intelligant. Qui autem vocati non sunt, nec pręde stinati, ob id non sunt reprobati, quasi infernalibus pœnis addicti, sed dimittuntur in suo naturali statu, & sua naturali beatitudine in qua decedentes vitam

agerent

agerent absque pœnis, & vocamus nos hunc tertium locum lymbum ad quem dicimus illos Patres descendisse, & perstitisse illic vsque ad aduentum Christi, qui expertes erant peccatorũ, ad quem etiam locum pueros non baptizatos descendere fatemur, qui locus conuenit iure naturali, homini exeunti ab hac vita peccatorum maculis non irretito. Quod si contingat hominem labe peccati mortalis maculatum decedere, ex culpa peccati ad pœnas luendas pro peccatis damnatur, sicque solius hominis occasio, culpa, & ratio est eius damnationis. Hæc docuit Theologorum magister vbi inquit. Cum Deus sit iudex iustus nullus damnatur ab ipso nisi propter demeritum. Scientia enim Dei comparatur ad res creatas sicut ars ad artificiata. Ars autem non solum est cognoscitiua, sed & factiua eorum, quæ sunt secundum artem. Cognoscitiua autem eorum, quæ a regulis artis deuiant: Ita scientia Dei est factiua, & cognoscitiua omnium bonorum, malorum vero siue peccatorum, quæ deuiationes sunt ab ęterna eius lege, scientia Dei est cognoscitiua non autẽ causatiua; & ideo boni qui per gratiam iustificantur non solum sunt a Deo ab ęterno pręcogniti, sed etiam electi. Peccatorum autem, qui non iustificantur per gratiam: non sunt electi, vel præordinati à Deo ad culpã, sed solum præsciti quod non sint per gratiã habituri.

D. Thom. quodlib. 5. art. 2.

Adducunt autem Iesum à Caipha in Pratorium. Iesum vinctum, Iesum quem sæui tenebant, quem in sua potestate habere credebant, iam illusum ab ipsis, iam ignominijs affectum, iam Iudęis sic exosum, & ludibrijs expositum, adducunt ad gentes, ad Prætorem in Prætorium (inquit) hæc perfidorũ malignitas, hæc impiorum proteruia, vt per alios perficiant facinus quod per ipsos perpetrare nequibant, interdum quod ipsi verentur, aut etiam nè legalibus pœnis succumbant, magis autem succumbere compellant incruditos.

Adducunt (inquit) Iesum à Caipha, à summo Sacerdote, vt omnino à Iudaismo proscribatur Sacerdotium, quo iam se indignos sua sponte constituerant; Nunquam enim Iesus, aut se, aut quæ sua sunt à Iudaismo abdicasset, nunquàm à domo propria ipse vltroneus recessisset, aut à delecto sibi populo ipse abfuisset nisi pulsus, nisi reiectus, & vt abiret compulsus ipso asserẽte in Psalm. 87. Traditus sum, & non egrediebar; Inuitus à Iudæis recessit Christus, ipsis illum ad extraneos adducentibus; Hoc persecuti sunt odio Christum, tali insecuti sunt liuore Iesum Iudæi, vt ipsi eundem per se ipsos ad Gentes adducerent. Audiant nunc exules prophetæ non accepti, imò expulsi à

A propria Patria. Exulat Christus à Patria, à Gente, à suis quibus talia contulit beneficia, quos ditauit, quos magnificauit, quos vsque adeo elegit, ac sublimauit, hæc quæ dat Mundus Christo hæc quæ rependit, tunc suo Męcenati passi n, & his qui cum Christo sunt rependunt, membrisque ipsius Christi hoc idem in dies fieri facilè perspicimus, prędicente eodem Domino supra. c. 15. Si me persecuti sunt, & vos persequentur, vt vna sit capitis, membrorumque conditio.

Adducunt Iesum. Hic nunc suo iuri re-
B nunciant Iudęi, vt ab omni permissione ac iuramenti vinculo absolutus sit Deus, deque omni illis pollicito bono.

Adducunt ad Prætorium Gentilitatis locum: Adducunt (inquit) Iesum, tanquam reum, tanquam facinorosum. & morte plectendum ad locum iudicij, ad tribunal iudicis, sed quo adducere Agnum Lupi possunt quam ad Carnifices, & iudices mortis?

Adducunt Iesum. Hic noster Ioseph à confratribus traditur. Ismahelitis, consilio prius habito super nece innocentis, sic enim
C oderant eum, nec de eo poterant quidquam pacificè loqui, mala, & iniqua adductio Christi ad Annam, peior ad Caipham, pessima qua ad Prætorem, prima fuit ad iniuriandũ, secunda ad percutiendum, tertia ad occidendum Christum, prima fuit ad vincula, secunda ad verbera, tertia ad cędem, imò & in hac tertia ad omnia simul sustinenda est adductus, ipso Christo prædicente: Tradetur (inquit) filius hominis Gentibus. sed ad quid sit traditus, ostendit, ad illudendum, & flagellandum, & conspuendum, & tandem
D ad occidendum, crucisque patibulum subeundum.

Erat autem mane. Huius tanti facinoris non satis erat locum, sed & valdè congruũ, ac opportunum tempus, & horam prænotari; Erat, (inquit) mane, Quid per mane nisi totius diei initium cum suo progressu designatur? Nostræ hic salutis exordium splendescet, veri luminis nostri claritas hic effulgebit, quia omnia relucescunt, quæ in vmbris, tenebrisque figurarum delitescunt,
E Erat (inquit) mane, quo oculi ad videndũ ad discernendum, ad ambulandum diriguntur, iam sumus in crepusculo, & his qui sedent in tenebris lux oritur, sed non plenitudinis solis, magis verò auroræ; post quam tamen populus qui ambulabat in tenebris, magnam conspecturus est lucem. O fœlix mane, quod tenebrarum est terminus, initiumque splendoris, adueniente mane vigorantur olera, & virescunt, singulique flores vi-
tore nitido rediuiui, mira fragrantia redolent. Iacob surgens mane, tulit lapidem, quia mane nobis, & Gentilibus datur. Christus verus lapis, tutumque nostrę salutis fundamentum,

Matutini temporis laus.

Gen. 28.

mentum, de quo Apostolus ait. Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Ad ecclesiam igitur construendam in Gentibus, ab ignaris Iudæis proiectus est lapis, cuius gloria in mane postea refulsit. Mane (inquit) videbitis gloriam eius, vt videlicet qui in vespere tristati sunt ex passione, in mane gausuri essent ex resurrectione. Insonuere apparente Domino in monte Synai inclarescẽte mane tonitrua, micauere fulgura, nubes densissi operuere montem, clangoresque Buccinæ vehementius perstrepuere, quæ omnia hunc in Christum turbinem erant protestantia signa.

Erat autem mane. Initium passionis patibuli de quo dicitur. Adiuuabit eum Deus mane diluculo, cum per passionem carnis innotescenda sit potentia Diuinitatis, mane namque offerenda fore sacrificia iusserat Dominus. Sed iudicium mane fiendum docuit iudices: Iudicate mane iudicium, & liberate oppressum de manu calumniantis, nè forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum. Aptum vtique sano iudicio mane, in quo omnis virtutis opus gloriosius, & opportunius exercetur, in quo sapientia ad rectè iudicandum requiritur, quæ protestatur: Et qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Et qui ab impijs traditur mane, à pijs dum quæritur, inuenitur mane.

Psalm. 45. · Amos. 4. · Hiere. 21. · Prou. 8.

Erat autem mane. Nullus excusationi locus relinquitur Principibus Iudæorum, Scribis, & Pharisæis, neque enim tetris adeò obuoluti erant tenebris, vt omnino nihil intueri possent. Quod igit nõ simplex ignorantia hæc fuerit, quia malo animo ferebantur in Christum, sed proterua malitia, hoc vnum describitur, quod mane esset, cum illum à se ipsis abdicant, & ad Prætorium adducunt, iuxta Christi testimonium superius relatum cap. 15. Si venissem, & locutus non fuissem. Item si opera in eis non fecissem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Erat nempè mane. Iam apertè prospicere poterant, luci iam cesserat vmbra, natus quidem est Christus noctè dum silentio perstransirent omnia, noxque suo cursu iter suum peragerct, regnat tamen facta meridie Christus, passus in mane. Proprie namque illud dicitur mane, quod exordium diuturnæ est operationis, & ideo his inesse dicitur mane, quibus fidei initium subest, est enim medium inter opacas noctis tenebras, rutilantisque luminis splendorem.

Iudæorũ ois tollitur excusatio.

Erat autem mane. Hic obserua, quomodo

F do diuidit Deus lucem à tenebris, recedente namque à Iudaismo Christo, transeunteque illo ad Gentes, satis liquet lucis, ac tenebrarum diuisio, quisque sit dies, quæ verò nox, hunc in regeneratione obseruari ordinem decuit, quem in vniuersi productione eadem diuina Maiestas præscripsit. Facta itaque luce primo hoc vnum egit, vt lucem seorsum à tenebris diuideret, nondum enim Synagoga ab Ecclesia separata erat, quam tamen ab illa diuidere oportuit cum Gentibus mane oritur, & tenebræ Iudæis relin-

Diuiditur lux a tenebris cum segregatur Gens a Iudæa.

G quuntur; Sit igitur quod statuit Deus, qui vocauit lucem diem, & tenebras noctem.

Erat autem mane. Attende, hinc apertè constare, Christum toto noctis decursu in Caiphæ domo ludibrijs, contumelijs, & quorumcumque vilissimorum impiorumque calumnijs fuisse expositum quæ singula partim à cæteris pertractata Euangelistis, partim verò silentio inuoluta, piorumque mentibus cogitanda ruminandaque ab illis relicta fuere, quæ quidem, talia, tantaque extitere, vt vix pijs bonorum auribus suscipi, multo mi-

H nus a quoquam sigillatim & exactè recenseri possint. Rectè igitur in nocte vsque ad mane agitur contra Christum, vt apertius innotescat eos odisse lucem, amare verò tenebras, qui malè agunt, opusque nefarium patrant. Adueniente igitur lumine, desistunt ab opere, & non patiuntur lucem, nè arguantur opera eorum.

Et ipsi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, sed manducarent Pascha. Mira obseruantia, qui manus aristarũ

I contactu immundas reputabant, ad edendũ panem, ipsi eadem superstitione fœdandos iri arbitrantur pedes lapidum prætorij solo contactu; Sic pharisæorum genus excutit culicem, & deglutit camelum. O parietes, imò potius sepulchra dealbata; O præclaræ Sphinges, quibus vox inest humana, corpus caninum, vngues leoninæ, cauda draconum; Quis audiens istos, non crederet sanctos? quis eorum verbis attentis, homicidas insontisue occisores opinaretur? quandoquidem, non seipsos solum, sed & calceos suos prætorij contactu contaminari coinquinarique verentur.

K *Et ipsi (inquit) non introierunt.* Vt ficta sanctitate & fucata religione, tantum bonitatis integritatisque apud Pilatum opinionis acquirerent, quasi qui nihil non iustum, nihil non sanctum moliri possent, agerentque vt testium defectu, authoritate fulcirentur fictæ licèt probitatis. Siccine illudis ementita sanctitas? siccine prodis improba pietas? en quomodo accedunt in vestimentis ouium, qui intrinsecus sunt lupi rapaces. Tali muscipula fraudulentiæ sternunt laqueos ad captiuandum Pilati animum, huiusmodi insidijs

insidijs produnt insontem, & sub maxima pietatis vmbra, maximum impietatis opus occultant. O si pellem ab his animalibus detraheres, quantum intus virus perspiceres, si facum deundares, quæ, & quanta oculis incautorum se offerrēt intus latentia feritatis belluinæ indicia, parum est si ementitijs virtutibus, aut simulata sanctitate hominibus placere conentur, qui tamen teste Apostolo Paulo Gal. cap. primo, Christi serui nequeunt esse. His autem inuolucris, hisque versutijs, erroribus locum præbere, aditum ad facinus aperire, incautos ad peccandum adducere, diabolicam magis quam humanam sapit versutiam, & humanam præfert hypocrisim, & impietatem.

Et ipsi non introierunt. Veluti qui iacto lapide brachium occultant, nè, si quando constet, innocentis proditores videantur; Sed attēde membra eius qui se transfigurat in Angelum lucis, quomodo suum emulentur caput? Quæ cum ita sint, nullo æquiori quam diabolico supplicio punienda erit hypocrisis; Ideo, Dominus facinorosi illius Tyranni Math. 23. tormentorum cumulum in vnum congerens, cum Hypocritis damnandum prædixit, vt vtrorumque tormenta omnium pœnarum genera complecti hoc vno intelligamus verbo.

Hyppocritarū pœna.

Vt non contaminarentur. Qui omnia contaminabant procul adeò à contaminatione videri satagebant, vt nec in circuitu fores domus ingredi audeant, nè contaminati censeantur; quid autem non contaminatum reliquerunt qui etiam Dei testamentum contaminauerunt, attestante propheta. Contaminauerunt testamentum eius, & diuisi sunt ab ira vultus, & appropinquauit cor illius; Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Quæ maior testamenti profanatio, quam Christi abnegatio? cum enim huic prophetæ omnes testimonium perhibeant imò cùm nil aliud, totum testamentum prædicet, annunciet, & præsignet, quam Christum, eiusque vitam, mores, ingressum, ac regressum, quæ (rogo) maior testamenti contaminatio negatione Christi? qua tota testamenti prædicatio, veritas, & testimonium irritum redditur, & mendacij condemnatur? Ipsi Christi Diuinitatem negantes, polluunt totum Dei testamentum arguentes Christū, scelesti totum contaminant testamentum, in quo nil aliud agitur, quam eius sanctitas, maiestas, & diuinitas declaratur.

Psalm. 54.

Huic sanè expositioni D. fauet August. eodem loco inquiens: Polluerunt testamentum eius, quod testamentum? Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Apostolus (inquit) Hominis testamentum nemo irritum facit, aut superordinat, si morte

Augustinus in Psalm. 54.

A sit confirmatum, non enim dicit, & seminibus, sed semini eius quod est Christus, non enim in multis, sed in vno Christo benedictionem cōsequimur; In hoc Christo quod promissum est testamentum? In semine tuo benedicentur omnes gentes; Tu igitur qui vnitatem dimisisti omnium Gentium, & in parte remansisti (o Heretice) polluisti testamentum eius; vna igitur communisque conditio aduersus Christi testamentum Iudei, & heretici, vt quæque vera, quæq; sancta, quæque recta, & munda contaminata

B reddant, & polluta.

Et ipsi non introierunt, vt non contaminarentur. Hic excandescit intelligentis animus; Audi Augustinum. O impia cæcitas alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & innocentis fratris sanguinem fundere non timebant, hanc in festucam offendant, dum animas lapidibus contaminandas fugiunt, quæ innocentis aspersione sanguinis non essent contaminanda, statuunt sibi sanctitatem sine charitate, cum tamen nulla prorsus subsistere possit sine charitate

C sanctitas; quinimò (D. Greg. teste) & ipsa pietas sine charitate sit impietas. Quomodo igitur se sanctos ostentare poteruit qui omnis charitatis expertes se manifestant? Superest, si principi Perripateticorum assentimur, virtutem esse quæ optimum facit agentem, nullum opus sine charitate ex virtute proficisci posse, quæ geminum potest perfectum facere, nisi præuia charitate. Quæ omnia in finem optimum & dirigit, & conducit. Est charitas omnium virtutum forma, sine qua informia imò deformia sunt

D omnia; Ipsa est actionum omnium recta statera, quæ dat rebus omnibus pondus, numerum, ac mensuram, omnia enim sustinet, omnia potest, omnia decorat; tandem concludimus, non sanctos, non iustos esse, imò nihil esse, quos sine charitate conspicimus esse, quod si charitas est quæ catos facit, qui nulla charitate feruntur in Iesum, Iesum exosum habent.

Et ipsi non introierunt. Qui compati Christo recusant, ipsi in Prætorium cum Christo ingredi renuunt, tanquam non conregnaturi cum ipso, si n. non compatimur, nec

E conregnabimus.

Vt non contaminarentur. Rectè prædicit Ezech. cap. 22. Inter pollutum, & sanctum non intellexerunt, nam & alibi, nescio, qua pietatis colore animas contaminari arbitrātes, cum non lotis manibus panis ederetur, contaminabantur ipsi, cui Christus occurrit, inquiens: Quod intrat per os non posse animam contaminare, quod in secessum mittitur, magis autem ostendens habendam esse rationem voluntatis, de quorū à corde emanatio extat, cum enim pessimè

in

in voluntate consistat, nihil obnoxium est peccato, quod impolluta efficitur voluntate.

Vt non contaminarentur, sed manducarent Pascha. Rectè dicitur, sed manducarent Pascha; quid Pascha manducare nisi ingluuie illud deuorare? vtinam non ad manducandum, sed ad faciendum, & construendum Pascha se ipsos dispoſuiſſent, ac pæparassent. Cùm namque transitus Domini sit verum ac Dominicum Pascha, quomodò qui cum Christo intrare recusant Pascha Dominicum celebrabunt? Manducauerunt igitur Pascha, non celebrauerunt Pascha. Manducauerunt enim omnes pingues terræ, cadent omnes qui descendunt in terrã. Et alibi. Tauri pingues obsederunt me; Manducauerunt igitur, & impinguati sunt, sed audi quæ supersint. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, soli gastrimargiæ dediti, ad ea se præparant vt summa obseruantia colant, & celebrent, quæ Deum potius offendunt, quam colant.

Damnabilis abvsus.

Vtinam hi profani ritus procul ab homine Christiano abijcerentur, cum tamen plerisque tam in Paschatis solemnitate, quàm alijs, & (quod peius est) in præcipuis festiuitatibus, hoc maximè fit cordi, vt dapibus epulisq; & omni ingluuiei curam adhibeant totisque se conferant non ad celebrandum, non ad peragendum, non ad sanctificandum, sed ad manducandum Pascha quorũ ingluuies deploranda omnino est cum terrena sapiant, quorum Deus venter est.

Sed manducarent Pascha. Quæ maximè premunt negotia, intimiusque infixa sunt cordi, hæc perficere ante prandium, aut sumptionem cibi conamur. Non ante manducaturi sunt Iudæi, donec traditus sit Christus, & iudici carnificique præsentatus, imò & ad mortem condemnatus, crucisque patibulo affixus, tunc lęto animo manducaturi sunt Pascha, cum Christum è vita migrasse conspexerint, cum sanguinem effudisse inimici fuerint, spiritumque omninò reddidisse viderint, tunc opulentiora reditura sunt illis obsonia, tunc dulciores sic conditæ videbuntur dapes, tali odio Achab persequebatur Heliam, Occozias, Hieremiam, Iudęi, Iesum.

Sed vt manducarent Pascha. Quale Pascha? Vtique non Agni typici, quem pridiè in sero Luna quartadecima comedere iubebantur, nè fortè hac ratione sponte distulissent, donec Christum Dei Agnum occisum conspexissent; sed esto, Pascha dicitur & ipsum Azima, dicente Beato Luca, c. 22. Appropinquabat autem dies Azimorum qui dicitur Pascha. Cum igitur iussi fuissent septem diebus remoto procul è domibus fer-

Cap. 22.

F mentato pane, edere Azima, singulos hos septem dies Pascha appellabant, ipsumque Azima, Pascha vocabant, sed quale Azima quæso? Non vtique illo congruo, vero, & proprio. In Azimis sinceritatis, & veritatis, magis autem in fermento nequitiæ & malitiæ, suum illi manducabant Pascha.

Execrabile Iudæorum Pascha.

Execrabilis homicidij cruore perfusi, prorsus illud aberat ab eis Pascha Domini, cum contra Dominum impia machinatione impium Pascha suum manducarent. Quapropter ad aliud nos, aliterque celebrandũ

G Pascha accedere nos decet, cuius nos Saluator noster idemque Pascha nostrum admonuit Christus: Scitis (inquit) quia post biduum Pascha fiet, non enim ait Christus Pascha celebrabitur, sed fiet; Celebratur autem quod iam factum est, illud autem fieri dicitur quod prius factum non erat, Nouo igitur nos gaudemus Paschate longè præstantiori, cui etiam maiori tenemur mũditia celebrando occurrere; Pascha namq; nostrum immolatus est ipse Christus verus Dei Agnus, cuius transitus est à morte ad

H vitam, ab hoc mundo ad Patrem, ab ignominia ad gloriam.

Exiuit ergo ad eos Pilatus foras, & dixit ad eos. Reluctantibus Pharisæis Pilati domus ingressum, quam promptè quamque celeriter ad eos audiendos è proprijs ędib. exierit insinuat.

Exiuit (inquit) ad eos. Hoc Sathanę ministri faciunt, vt mox in illud facinus concurrant, simulque conueniant, in quod pro cliues intuentur, & præparatos agnoscunt propriæ malignitatis consortes, quoniam

I proprium suum membrum impium eorum mouet caput; Occurrunt igitur membra, vt alterutrum suffragio gaudeant, & vniti opus perficiant quodcumque impium, quodcumque scelestum.

Prosilijt Pilatus, vt sontes audiat, inceptumque opus sua auctoritate perficiat, mane surgit, mox exijt, ac sacerdotibus obuius acceleratur. Hæc apud Gentiles gloria sacerdotum, talis apud Ethnicos honos exhibetur sacerdotibus impijs licèt, & scelestis: nam & hanc Pilatus talem Pharisæis præsti-

K tit reuerentiam, vt agnita eorum licèt superstitiosa obseruantia, promptus, non rogatus, vltroneus, non compulsus, ad illos foras exierit. Vide qualem etiam discolis deceat sacerdotibus reuerentiam exhibere; Pilatus Romanorum legibus obstrictus sacerdotes tali veneratione colit, vt ad eos mane surgens extra palatium personaliter occurrat; sed rogo, quales erant Gentium sacerdotes? nonne qui sacrificia, cultumq; ementitis, ac falsis Deis exhibebant? adeò enim venerabantur tales quales suos sacerdotes, qui ad Idololatriam populos adducebant

Etiã malis sacerdotib. exhibẽda ẽ reuerẽtia

bant

bant lapidibus, & lignis, feris, ac animalibus imolantes, vt & Reges illis ac Principes non tantum morem gererent, sed prorsus ab eorum ore penderent, quorum hęc vna inest communis ratio, vt omni censeant dignos honore, quos Deorum ministros, vel credunt, vel suscipiunt; Neque enim ignorant etiam Ethnici, maxima veneratione dignos, quos Principum magnorumque Regum legatos agnoscunt, quibus (inquam) & credita ipsorum ministeria non ignorant. Hoc Persæ, hoc Scitæ, hoc Turcæ, hoc Indi, hoc cuncti obseruant populi, singulæque Nationes, quibus naturalis luminis aliquis inest radius, vt naturaliter ea quæ legis sunt, faciant.

Aeneidos 2. *Plinius lib. 25.*

Non defuit apud gentes suis sacerdotib. Apollo, Panthum videlicet, & Anium Virgil. teste Neptunus Laoceonti, Diana Megabyro teste Plin. Quid de sacerdotibus apud Athenienses, qui se ipsos quò castitati melius consulerent, castrabant. Quid de Martis, Iunonis, Solis, cęterisque falsis simulachris, quibus, apud Romanos tanta erat sacerdotum ipsorum veneratio, vt Senatus, ac Reges cuncta illis pro eorum reuerentia deferrent? Hoc autem absit, vt veros sacerdotes, falsis, & inerudite creditis Dijs ascribamus. Vbi occurrit obseruandum, Pilatum non ad falsos, licèt tamen impios exijsse sacerdotes, quandoquidem suos habuit semper Ecclesia sacerdotes, nempè in lege veteri naturę primum habuit sacerdotem Abelem, à quo initium habuit sancta Dei Ecclesia, cuius exordium in viro iusto, virgine, & martire virtuosè fundata est, Seth, Enoch, Mathusalem, Noe, & alij plures sacerdotio sunt functi Domino. In lege scripta quales, & quanti extiterint tam boni quam mali qui sacerdotij munus fuerunt consecuti, non est qui non intelligat.

Sacerdotum nouæ legis dignitas, & excellentia.

Quam autem & ij omnes degeneris sint conditionis à sacerdotio Christi Ecclesiæ, hoc vno intellige, Ecclesiæ Dei sacerdotes ad tantam euectos dignitatem, vt nedum vasa sacra, vestes, aras, Dei legem, & cætera Diuina sibi concredita habeant, verum Deū ipsum, Iesumque Redemptorem manibus suis creditum, & recommissum habeant, quem non solum sibiipsis, sed & omni populo consecrandum, conficiendum sacramento, dispensandumque ac exhibendum, suæ vtpote voluntati commissum, pro sacerdotali dignitate possideant; Nec iniuria, cum sacerdos quasi sacer Dux, sic nominetur, & esse dicatur.

Isto insuper nostri gaudent priuilegio sacerdotes, vt peccatorum nostrorum effecti sint iudices, diuino oraculo muniti: Quorum remiseritis peccata, remissa sunt, & quorum retinueritis retenta sunt. Quod si

A illos qui nec remittendi, aut absoluendi à peccatis homines, si illos qui brutorum sacrificijs præerant, vt irrationalia offerrent animalia, adeo extulerit Deus, vt ab ipso grauiter correpti fuerint tàm Reges, quàm populi, qui minus reuerenter agebant cum illis, imò si ipsius Sinagogę sacerdotes Deos appellauit, de quibus Psal. Deus stetit in Sinagoga Deorum, in medio autē Deos diiudicat: quæ ratio, quæ dignitas, quæ superest sacerdotibus Christi reuerentia? Hoc vno accipe ipsius Christi verbo: Qui vos

B recipit, me recipit, qui vos audit me audit, qui vos spernit, me spernit, nonne, & eos vocat Christos Psalmista. Nolite tangere Christos meos, &c. qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Intuere illorum vitium & errorem, qui sacerdotes & Religiosos murmure & iniurijs sępè lacessere non verentur, imò & verberibus insectantur potenter, & violentè, quorum omnium tanta est temeritas, vt ea nulla maior excogitari possit, quorum (inquam) sinistri, & maleuoli animi tanto furore debachantur in illos,

C vt cum quempiam viderint incidisse in aliquem humanæ fragilitatis errorem, statim tali omnes commaculatos crimine arbitrantur; quibus porro omnibus, Ecclesiasticis etiam quantumcumque improbis obtrectantibus, terribilis & diræ vltionis imminent irati Domini, & atrocia sanè, ac dura admodum flagella. Sed vtinam à Principibus, imò & à plebeis tantumodo tangerentur murmure, detractione, vilipendio, & non potius trucidarentur, odio haberentur, & tamquam mundi peripsema haberentur; Hos

D tangere nunquam fuit ausus maximus ille Christiani nominis cultor, & Imperator Constantinus, necnon ille verè Catholicus Princeps Carolus Francorum Rex, & Imperator Magnus, & quicunque præcipui Christicolarum Reges, & Imperatores, qui oblatas contra sacerdotes Dei querelas, nec audire, nec recipere vnquam voluerūt, sed aut Christiano Iudici, aut Antistitib. supremis, eorum causas Christiana mente determinādas remitti volebant: Absit (inquit) Con-

E stantinus, vt Dei ministros iudicio nostro subijciamus, quorum nos Christus voluit subesse iudicio.

Exiuit ergo. Quid est quod dicitur ergo? nisi ex præmissis concludens, ergo multum per omnem modum deferendum est sacerdotibus; ergo congruum fuit Pilatum foras ad sacerdotes exire, ergo decuit ipsos sic à Principe honorari: nec iniuria, cum gemini criminis reus existat, qui, quos Deus honorifico præfecit officio, vilipendio inhonorat suo, & quos super cęteros in populo extulit, per irreuerentiam deprimit: certum namque est, tunc honorari Christum,

F aut

aut dehonorari, cum hi qui vicem gerunt Christi honorantur, aut dehonorantur de quibus apertè ait Dominus: Qui vos recipit, me recipit, &c. de quibus item ait Psaltes ille Regius: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Ceterum attendant, qui in sacerdotij sortem sunt electi, qui cum dupli ci sint honore digni, duplex ipsis iudicium superest, alterum, quomodo suos componant cum dignitatis munere & officio mores; Alterum, qua solicitudine animarum saluti, veluti mediatores existant. Hoc enim maximè vrget, vt quantum ipsi super ceteros mortales extant, tantum etiam illis virtutibus prestent, q̃b. enim multum donatur, & iure ab eisdem multum exigitur; Quod si non præstiterint, vt serui nequam censebuntur.

O quanta oportet mentis, & corporis castitate pollere ministros illos qui Christũ immacnlatum, ex immaculataque Virgine natũ, suis attrectant manib. O quantũ decet humiles esse, & humilitatis studio sua omnia regulare, qui eius sunt ministri, qui se ipsum præbuit humilitatis exemplum. Discite (ait) à me, quia mitis sum, & humilis corde. O quam pios, o quam iustos necesse est esse ministros pijssimi, iustissimique, ac pariter sanctissimi Redemptoris Christi, qui sanctus sanctorum vocatur, & extat. O quam patientes, quàm obedientes illius ministros decet esse, qui factus est in omnibus patiens, & obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. O quam sobrios, quam veraces ministros esse condecet, qui dignè obsequi curant ei, qui nunquam peccatum fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.

O quã deuotos par est existere eos qui illi deseruiunt, cui omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. ò quàm cœlestes à curis sæculi, ac à voluptatibus liberos eos dignè seruientes iustum est esse, qui illum contrectant manibus, in quem Angeli prospicere desiderant, multique Reges, ac proph. cupiebant aut audire, aut saltem proprio intuitu videre. O sacerdos Christi, o Dei hominumque mediator, cogita de te ipso, perpende, examina, & cuius sis minister tecum recogita, & quem te exhibere debeas facilè conspicies; Quod si seipsum probare debet iussu Apostoli, cui semel in anno ad minus communicare præcipit Ecclesia, vt de pane illo edat, & de calice bibat, cuique si indignè sumpserit hoc totius humanitatis & diuinitatis sacramentũ, ad sui perniciem iudicium sibi manducare, & bibere, seriosè seuerèque ostenditur quãto magis quantoue oculatius seipsos probare, & quales, quamque idonei sint mini-

Notatu dignissima adhortatio, ad Christo dicatos sacerdotes egregiè instituta.

F stri examinare tenentur, qui quotidiana cœlestis illius cibi sumptione refocillandi sunt, sacerdotio fungentes Christi, nè talis Iudicij reos se constituant.

Angeli sunt, qui, quod conficiunt sacerdotes, adorant; O altitudo sapientiæ Dei: clamat Aug. O ineffabilis clementia Saluatoris, quod datum non est Angelis, concessum est hominibus. Sacerdos hoc ineffabile sacramentum conficit, Angelus conficienti quasi famulus assistit. Deus qui præsidet in cœlo, in manibus vestris est in sacri-

Prærogatiuam super Angelos habet sacerdotes euangelicæ legis.

G ficio; Quid, quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? pro dono sacrificij mihi impenso? quod vtique datum est optimum, & donum perfectum, descendens à Patre luminum; O fœlix exercitium, vbi sacerdos tractat Christum Dei filium, velut cuius sint deliciæ esse cum filijs hominum. Hoc non habent Angeli, quibus non est datum conficere sacramentum, & qui paulò minus est ab Angelis minoratus, paulò magis ab ipsis est sublimatus; Tales sunt non personæ, sed officij, ac ministerij digni

H tates; Sic igitur illos existimet homo, vt ministros Christi, ac dispensatores misteriorũ Dei, totumque quod illis debetur, in Iesum Christum, cuius personam apud nos præseferunt, donec functi sint ministerio, impendatur, ne damnabilior in nobis nostra proteruia, quam in Pagano viro, Pilato scilicet videatur.

Exiuit ergo ad eos foras. Quos Pilatus honorat, Princeps Christianus angustat, nihil in ore hominum personat nisi quod famam

I Religiosorum lacerat, in hac pestilentia hodie sunt constituti, qui à Pilato in tanta veneratione erant habiti, non eos coegit Pilatus, vt coram se assisterent, maluit autem ipse ad illos personaliter accedere, nihil in faciem eorum, aut contumeliæ, aut indignitatis contulit, cùm tamen quod in ipsos retorquere posset, haberet: sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Nunquam ausus fuit Pilatus manum in alienam messem mittere, sed præcipua veneratione illos colere quos potiori auctoritate fulgere non ignorabat; est enim talis nobilium, & opti-

K mi genij Principum, ac Rectorum digna cõditio, vt se votis inferiorum accommodare non dedignentur, ita, vt etiam rusticis, & idiotis se reddant affabiles & pios. Nihil congruentius Principi quam elementia, & benignitas ad singulos, dicat Marcus Aurelius Imperator q̃d sentiat de Imperij dignitate; Imperium ait, nil aliud est, q̃ nobilis quedam seruitus; Vnde Seneca ait. Si Dij placabiles fulminibus mortales etiam peccantes non persequuntur, quanto equius est, hominem hominibus præpositum miti animo imperium exercere. Nam & (Valerio Maximo

Nihil est quod ita Principẽ deceat sicut humanitas, & clemẽtia Seneca lib. de clemẽtia

Maximo teste) Alexander Macedo cognomento magnus, ac etiam Cęsar dictator clementia potius, quam bellorum virtute populos conciliauerunt sibi.

O quam laudabilis, & sibi ipsi vtilis est, mansuetudinis virtus in Principe, quod pulchrè metro hoc ostenditur.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Et doleat quotiens cogitur esse ferox.

Æneid. lib. 6. Sic Aeneam Pater Anchises docuisse legitur. Quod si talis extat Regis ad populos ęquiparatio, qualis Patris ad filios, medici ad infirmos, protectoris ad clientulos, ac pastoris ad oues comparatio (Aristotele teste.) quid enormius, quid detestabilius, Lib. 8. Ethic. imò & quid damnabilius Rectore sęuiente, & Christi oues iniustis oneribus opprimente, ac Lupum in caulas saluatoris agente; Audiant & attentè simul percipiant gregi Dominico cum potestate præsidentes Episcopi crudeles, auari, rapaces, minas acres a Domino interminatas per prophetam, Ezech. 34. Vęh pastoribus qui se ipsos pascunt, &c.

Prudentissima interrogatio. *Et dixit ad eos: quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?* Prudentis hæc sunt iudicis verba, vtinam & fidelis, tales enim requirit summus ipse omnium Iudex, Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Nihil sine fide rectum, nihil contra fidem ęquum. Hac igitur ratione suam nō parum debilē reddidit Pilatus prudentiam, quod sine fide esset, nihil enim non deuium, nihil non obliquum est, quodcunque extra fidem est, est autem extra fidē omne, quod non est ex fide, omne enim quod non est ex fide, idest ex fidei radice proueniens, peccatum est, quia quodcunque tale est, contra fidem est.

Emicat hic Pilati prudentia, sed facilè flexibilis, quæ non veræ fidei, sed humanæ tantum innixa erat rationi, & quomodo tandem non poterat aduersari Christo, qui expers erat fidei Christi, & alienus à Christo? Verum quàm difficile sit inuenire fidelem, ac simul prudentem, per hæc verba insinuat Saluator: Quis putas seruus fidelis, & prudens, quæ (vt Augustino placet) non interrogantis, aut sciscitantis sunt, sed repræhendentis, & commonentis, veluti & illa, Adam vbi es? Cain quid fecisti? Quibus ostendere voluit, quod quanto rarior, ac difficilior prælatus fidelis, & prudens inuenitur, eo beatior qui talis est dignoscatur; ille autem fidelis est, qui nihil quod Domini sui est, sibi vsurpat, & is prudens est, qui ęquè illa benè dispensat quorum sibi cura concredita est, qui non proditor, non raptor, non oppressor est, qui personarum acceptor non est, qui præmiator est

A virtutis, obiurgator est criminis, qui non vanè, aut inutiliter dissipat suæ concredita potestati, pauperibus dispensat. Ecclesiæ tecta reparat, ac testatoris desiderium non fraudat. Rectoris verò prudentia in hoc præcipuè consistit, in quo ratio prudentiæ existit, quæ cum sit recta ratio agibilium, nihil aget rectæ rationi dissonum, ad finem siquidem optimum, qui & vltimus est, omnia sua dirigit. Quicunque verè prudentes sunt, hos omnes vna perutiles ac necessaria subsequitur conditio. Quos (inquit) constituit Dominus super familiam suam, Do- Principū & Rectorum prudentia in quib. consistat.

B mini enim est terra, & plenitudo eius, per eumque Reges regnant, qui Rex est Regū, & Dominus Dominantium, omnis namq; potestas à Domino Deo est, Ideo etiam discolis parendum est; Quomodò aut fideles, aut prudētes erunt, quos non constituit Dominus? Qui (inquàm) non per ianuā, sed aliundè in ouile ouium intrant? & ad quid intrāt, qui sic intrant, infallibilis id retulit veritas, scilicet, vt mactēt, vt disperdāt, & dissipēt, nedum vellera, sed & ipsas oues. Hi sunt quicunque officium suscipiunt, non vt suum adimpleant munus, sed vt suas im-

C pleant manus, qui non vt oues pascant, sed vt ab ouibus ipsi pascantur, ditentur, & opulentiores euadant. Videant hi qui carni, & sanguini adeò indulgent, vt præter ęquū officio desint, agnoscantque se non posse immaculatos existimari, licèt propriæ benè præsint & imperent, nisi & suorum curæ inuigilent diligenter, ita quidem, vt de fidelitatis, & prudentiæ defectu argui non possint.

Quam accusationem affertis. Leges Iustitiæ hic Pilatus æmulatur, quibus nemo per solam depositionem, aut denunciationem

D plectendus venit, sed qui per accusationem delatus est in Iudicium, triplex enim cum sit modus procedendi aduersus reos, accusationis, denunciationis, & inquisitionis, cum Pilatus ex auditis contra Christum, nunquā ad inquisitionem alicuius facinoris descenderit, aut descendere cogitauerit, velut de quo nihil prorsus indignum vnquam audierat, remanet, vt quam in oblatum sibi tanquàm reum Christum querelam habeant, accusatione denuncient, percunctetur que, Pilatus ab eis. Triplex reos denunciandi modus

E *Quam accusationem affertis aduersus ipsum.* Nec iniuria, cum & ipsa denunciatio genus extet accusationis, & quisquis extat denunciatus ipse accusatus esse dicatur. Hoc autem vnum ad rationem accusationis spectat, vt in scripta redigantur, quæ in accusatione continentur, oporteteque iuridicè constare in scriptaque redigi quæcunque actor deponit, vt processu offensiuo regulis suis formato, & absoluto, ad vlteriora per Iudicem

F 2 pro-

procedatur, vnde rectè ab actoribus percunctatur.

Quam accusationem affertis? Non enim ait, Quid de hoc homine dicitis, quidue aduersus ipsum profertis? sed quam accusationem affertis, tanquam apertè diceret: Qui vos non ignaros Iustitiæ legibus existimo, à vobis etiam iudicij formam expecto, prius enim quã hunc quem sic vinctum condemnandum adesse vobis, nobisque coram decreuistis, proferte iuxta veri proprijque formam iudicij quæ iuridicè suscepistis, credo enim, & quod iuratis testibus, consultisque rebus non præcipiti, sed maturo iudicio singula quæ præagenda erant perfeceritis, ideo proferte ea, quibus vestro sub decreto dignum eum morte iudicastis. Sed longè decipitur Pilatus, quandoquidem nulla in hac causa constat recti iudicij forma. Vtinam & Pilatus meritum tantæ causæ contulisset, & conniuentib. oculis non pertransisset. Nullus hic iuridicus actus habetur, nullus adest aut idoneus, aut saltem iuratus testis, nullæ hic defensiones prætenso exhibitæ reo, quæ omnia legibus omnibus, & iuri naturali contraponi, vel etiam apud Barbaros omnes cõuincuntur, nec tanto defectui Pilatus occurrere statuit, qui sibi ipsi ob futilem Principum plebisque clamorem metuens, Christum innocentem contra ius omne, inimicorum sæuientium inequissimæ tradidit voluntati.

Sine iuratis testib. non põt aliquis dñûciationis siue accusationis actus verus censeri, nec haberi iuridicus.

Quam accusationem affertis? Iàm in Christum quæritur accusatio, quæ nostræ redemptionis præstat initium. Accusamur nẽpè apud Patrem, accusantur & à Mose Iudæi (dicente Domino supra,) est qui accusat vos apud Patrem Moyses. Accusauitq; sanctus ille Ioseph fratres suos apud Patrem suũ; Sed & de adultera illa in delicto deprehensa postulatur, vbi nam essent qui illam accusabant, & subinferens saluator supercilium contundit Pharisęorum, ostendens omnes peccato irretitos esse, sicque obnoxios crimini, vt & ipsi accusari meritò possent, digitoque sancto scribens in terra, sic confusos reiecit, vt vnus post alium silenter se subducentes abirent e templo, magno illo, grauique dicto perterriti, qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Solus Christus nec accusat, dicente ipso, nolite putare, quod ego accusaturus sim vos apud Patrem, nec accusari potest, & ideò ad suæ præstantiam dignitatis, velut ad latibulum confugiunt, dicentes.

Cap. 5.

Gen. 37.

Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. ac si apertè dicerent: Pilate Iudex quid cunctaris, vt hunc quem nos morte plectendum adduximus, non statim condemnes: & sententiam in eum mortis proferas? superfluum est quod à nobis exi-

F gis, vt accusationes afferamus, nostra pro his omnibus suppleat auctoritas, nos namque tales sumus, quibus plena adhibenda est fides, quibusque reiectis omnibus iuris apicibus, totum in verbo nostro obfirmes iudicium, nos namque sanctos, nos legis peritos, nos Doctores, & Rabbinos, nos sacerdotes, quos tam timoratæ conscientiæ nuncuune expertus es, vt ne pedes quidem puluere tuæ domus qui gentilitatem sapit maculare voluerimus, extraque fores tui adhuc palatij persistimus, legitimorum loco testium recipere ne dubites, sint linguæ nostræ calamus, sit vox nostra papirus, sint verba nostra quibus pleniorem quã cęteris cunctis qui adesse possent testibus fidem prębeas, digniora, quandoquidem, *Nota.*

G

Si non esset hic malefactor. Pro malefactore condemnatur à Iudæis, de quo in eorum lege scriptũ est, cuncta quæ fecit Deus erant valde bona. Illum pro malefactore deferunt de quo testati fuerant antea, Bene omnia fecit, qui & surdos fecit audire, & mutos loqui; vt malefactor ille pronunciatur, qui circuibat per vicos, & plateas, prædicans, & euangelizans Regnum Dei, qui singulis manus imponens, sanabat omnes à quacunque infirmitate detinebantur; tandem, pro malefactore accusatur, qui, qualis, & quis sit, hoc vno satis clarè argumento probatur; Euntes renunciate Ioanni quę audistis, & vidistis, cęci vident, surdi audiunt, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur; O proteruam, cęcamque Iudæorum insaniam, siccine reddis Domino popule stulte, & insipiens, siccine reddis benefactori mala pro bonis, & odium pro dilectione eius? *Math. 7.*

H

Si non esset hic (inquiunt) malefactor non tibi etc. Cum hi soli malefactores censeãtur, qui cęteris damnum, aut molestiam indebitè inferunt. His verbis suadere Pilato conantur Christum vsque adeo scelestum, vt in cęteros etiam mala opera eius redundent, peior nempè censetur, qui etiam alijs est malus, quã qui sibiipsi tantum est malus, & cũ ad Iudices, ac Rectores hoc præcipuè spectet, illos è medio populi tollere, qui cęteris obsunt, quorunque flagitia alijs sint detrimento; hinc iure fit, vt qui Christum plectendum petunt, illi malefactoris noxam impingant. Etenim non immeritò hi omnes subtrahendi sunt è populo, qui talibus irretiti sunt criminibus, ne eorum vitia aliorum præstent occasionem exitio, de quibus Apostolus ait. Vtinam abscindantur qui vos conturbant. *Gal. 5.*

I

K

Si non esset hic malefactor. Multa hoc vnico verbo congerere voluerunt crimina, ita, vt quasi adeptus sit proprio sopito nomine titulum malefactoris, sicut enim peccatrix

trix non appellabant, nisi qui sępius, publiceque peccato operam dabat, pari ratione malefactorem vocant Iesum, veluti fœdalo peccato inseruientem, & nullo facinori parcentem, valdeque multis criminibus deditum. O improbam Pharisæorum proteruiam, pridie Christus vltrò seipsum eorum censuræ explorandum præbuerat, quē tñ vt nullius facinoris reum conuincere pòtuerunt, licèt eum calumniosè carpere essent percupidi: Quis inquit ex vobis arguet me de peccato? & cum nihil quod obijcerent, haberent, tandem eum, nunc Samaritanum, nunc tanquam energumenum consultò condemnabant, & apud Pilatum tanquam omnibus irretitum criminibus malefactorem pronunciabant; Sic namque peruicaces simul, & mordaces facere homines soliti sunt, qui cùm non habeant quod impugnent, vniuersalioribus eos terminis, & vocibus condemnant, in quos nihil aliud habent quod producant, & proferant.

Mordaciū & detractorū conditio.

Si non esset hic malefactor. Hoc vnum Dei iudicio opportunum erat, Christo Iesu pro peccatoribus morituro, vt mortis eius etiam causa recenseretur, quod videlicet omnium esset malefactor, qui peccata omnium tulit, qui pro nobis peccatum se fecit, & nostra crimina veluti propria in se luenda suscepit, in quo posuit Pater iniquitates omnium nostrum; Ille igitur, vt malefactor tradendus erat, qui pro peccatis nostris dānandus erat, & morti condemnandus, ita enim & à Iudæis cum iniquis deputatus est, vt à Pilato inter latrones, & malefactores condemnaretur patibulo; In hanc insaniam cęcitas Pharisæorum peruenit, vt eum pro malefactore suscipiant, susceptumque gentibus prodant vt perdant, de quo Pater æternus testatur. Eructauit cor meum verbū bonum, in corde Patris dicitur esse, qui in sinu Patris dicitur existere, nihil enim intimius quam filius, qui totius est consors paternæ substantiæ, qui solus omnia in præcordijs Patris agnouit. Hoc verbum sibi vnicum & dilectum Pater eructauit, & quem bonum intus habuit, eundem & eructando bonum præbuit, qui ex amore illum dedit. Sic n. Deus dilexit Mundū, vt hoc vnū verbum, idest vnicum sibi filium, mundi saluatorem dederit. O quam bonum Dei verbum, quod nulla pollutione incarnari in virgine voluit, qui enixus à puerpera, integritatem non minuit, sed sacrauit, qui in crepundijs adhuc vagiens, Reges ab Oriēte ad fidem direxit, quos vocauit; qui in infantia, & pueritia nihil incompositum, aut puerile gessit, qui in adolescentia tam diserte, & altè in medio Doctorum docuit, & disputauit, qui vir in conuiuio vbi vinum deerat aquā in vinum mutauit, sicque conuiuantes deco-

Psalm. 44.

A rauit, & conuiuas lætificauit, qui Cananæā, Samaritanam, adulteram, eum qui triginta octo annos habebat in infirmitate, leprosos, energumenos, & calamitatibus oppressos, pro sua benignitate à molestijs liberauit, qui & mortuos rediuiuos fecit, qui manibus tangens sanabat singulos, pedibus calcans solidum strauit sibi mare, qui flatu insufflando sanctum præbuit Pneuma, qui sputo proprio oculos cęcorum aperuit, qui in montibus existens inedia deficientes populos saturauit, in deserto ieiunans, in ciuitatibus præ-

B dicans, in plateis, in templo quotidie docens, qui dum ederet cęnans, edulium sui proprij corporis pro mundi vita instituit, & inter bibendum, poculum sui cruoris sodalibus præbuit, qui satelliti in eum sæuienti abscissam auriculam suo loco restituit; & tandem qui se ipsum, & sua omnia nostram in beneficentiam exhibuit, & Patris voluntatem ad vnguem perfecit, ipse pro malefactore à Iudæis traditur, & morte plectendus exposcitur.

Si non esset (inquiunt) hic malefactor, non

C *tibi tradidissemus eum:* Quem Pater ęternus tradidit in Saluatorem, Iudæi tradunt vt malefactorem; tunc suum Deus tradidit filium mundo, cùm illum eorum voluntati relinqui disposuit: Hoc vnum supremum donum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed Pilato velut exinanitum, & damnatione dignum tradiderunt. Hoc est talentum quod precio tenuit, & seruus nequam malè custodiuit, terraque suffodit & abscondit, cū Synagoga Christum à se abdicauit; Hæc sunt quę nos tam bona de

D manu diuinę benignitatis passim suscipimus, & quæ tam malè custodimus, tandemque sic parui facimus, sicq; detestamur, vt ea dānabiliter respuamus, plerumque enim quæ enixè pro nostra salute optamus, obtenta petitione quod amabamus odimus, & quod auidè postulabamus, impiè & negligimus, & flocipendimus: sicut namque quod stomacho languescente auidiori haustu suscipitur, quod ad vitam ordinatur, ita & ab eodem ęuomitur quod ad nauseam detinetur, secundum quod scriptum est. Posuerunt me abo-

E minationem sibi, traditus sum, & non egrediebar; Exosum habuerunt Christum Iudæi crimina detestantem, hypocritas cohibentem, & improbos redarguentem, quem ipsi depellunt, ipsi reijciunt, & Gentibus tradunt, quem ipsi despiciut. Traditus sum (inquit) & non egrediebar, tamquam apertè diceret: non ego vltroneus à Iudaismo recessi, non ego spontè ab illo mihi dilecto populo ad alium commigraui, sed me non abeuntē & ab ipsis recedere non cogitāte, traditus, & expulsus, è vinea hæres à colonis eiectus, ad gētes transiui, iam gentilibus

traditus, vel (vt Augustinus docet.) Non egrediebar ad vlciscendum tàm immane facinus, nec me toto passionis tempore ostendi, sed Diuinitatis radios compescui, & intus ad tempus reseruaui, cum tempus esset miserendi eius, quia venerat tempus.

Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Quid est quod illationem, seu consequentiam apponit Ioannes, inquiens, dixit ergo? oportet enim & hanc illationem ex præmissis deduci; vt igitur aduertatur qualis, & quàm impia fuerat anterior propositio, quàm temeraria, & supercilio plena prior oppositio, deducit Pilatus in caput illorum dictum ipsorum & ait: Accipite eum vos, &c. tanquam hæc omnia in eos Pilatus retorqueat reprobetq; quod ptulerant; Si sic vos existimatis plectendum de quo nihil iuridicè constat, si sic vos morti damnandum adiudicatis, aduersus quem nihil probatum extat, si sic vos interficiendum consulitis, contra quem nullum probatum facinus militat. vos nouæ legis inuentores, vos noui iuris conditores, vos inauditi iudicij consultores, accipite eum, & quem vestris, non alienis, non antiquis, non sancitis legibus subijcitis, secundum vestram etiam legem iudicate eum, mihi namque talis inauditus, talis inusitatus, talis ab omni lege reprobatus modus, nullo modo probatur; ego qui præsto iudicio, iustitiæ partes amplector, & quẽ insontem nulla lege damnare possum, vestro illum iudicio iudicandum remitto, ideo,

Accipite eum vos, &c. Vos qui æquum ducitis iudicium quod nos clamamus impium, accipite eum. Vos qui decimatis mentam, & deglutitis camelum, accipite eum. Vos qui irritum facitis Dei mandatum, propter traditiones vestras, accipite eum. Vos qui toties in eius mortem conspirastis, qui illi insidias præparastis, qui vitam, actionesque eius sic explorastis, vt saltem in sermone illum caperetis, accipite nunc illum, &c. Vos qui diuinam legem profitemini, qui sanctioribus ritibus, & prophetarum vocibus innitimini, accipite eum. Vos qui decretis Patrum eruditi estis, qui Rabbini, & legis Doctores vocari in plateis exambitis, accipite eum. Vos qui pro ratione voluntatem habetis, qui odium pro dilectione statuitis, & qui Saluatorem gratis oditis, qui vestris benefactoribus malum pro bono redditis, qui Prophetas ad vos missos lapidatis, & maledicta in iustos congeritis.

Accipite eum vos, & secundum &c. Vos qui cæci estis, & duces cæcorum, qui tantæ charitati, tantoque lumini oculos clauditis, qui in lapidem angularem impingere conamini, & ad foueam damnationis præcipites

F petulanter accueritis, accipite eum; Sed Iudæorum tamen perfidia longè tolerabilior quam nostri calamitosi temporis impiissime grassantium passim hæreticorum non audent enim isti manus injicere in Iesum, quẽ tamen nec in Saluatorem, nec in Dei filium recipiunt; Hæreticorum verò intolerabilior improbitas longè damnabilius audet, non timet, non auersatur sacrilegas injicere manus in Iesum, quem in Saluatorem, & Dei filium pro veritate suscipiunt, & sæuiunt in

G ipsum in Eucharistiæ augustissimo, tremendo, semperque venerando Sacramento, cui tam mordico ore detrahũt, quod tam impiè calumniantur, reijciunt, abominantur, iniurijsque lacescunt, cuique tot probris insultant, vt & pedibus iniquissimè conculcent, & tam sanctum, imò ipsum sanctum sanctorũ, etiam canib. ad ignominiam obijciant. Audite, & intelligite qui obliuiscimini Deum, nõnè ipse est Dominus Deus tuus, qui possedit te, qui fecit & creauit te, ac tandem redemit te? hoccine igitur reddis Domino?

H Proh dolor: Accipite eum vos Sacerdotes, è manibus sacrilegorum, & impiorum eripite, eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Exhibet Pilatus Iesum, exhibet Saluatorem, nec est qui suscipiat, nec qui liberet eum de manu peccatorum, excusant se Pharisæi, excusant se singuli qui diuertunt à Christo, & ad latibula confugiunt, ad excusandas excusationes in peccatis.

Accipite eum vos, &c. Tanquam diceret; quod apertius scribitur in Actibus Apostolorum. Non est consuetudo Romanis Cap. 2

I damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat suos accusatores, locumque defendendi accipiat ad diluenda sibi obiecta. Cum igitur præter consuetudinem damnandum hunc, in quo nullam damnationis causam inuenio, poscatis, ego alterius iudicij ignarus, de hoc innocente renuo proferre iudicium, eumque ad vos iudicandum remitto, ideo

Accipite eum vos. Vos inquam, apud quos, & inter quos est à die natiuitatis suæ conuersatus, ad quos est missus, & apud

K quos explorata sunt opera eius, virtutes, aut vitia eius, bona vel mala opera eius, qui forsan (quod probatur alijs, quod extollitur, & laudatur,) damnatis & exprobatis, & cũ veluti malefactorem habetis, suscipite illũ, ac vestro iudicio subijcite. Prudentior hic Pilatus multis vtriusque legis humanæ videlicet, ac Diuinæ censoribus, qui præcipiti sententia feriunt, & tanquam malefactores approbant, quos ab æmulis, ac detractoribus, procaci insultatione obstrepentibus, audiunt de facinoribus deferri, facilè credentes, cum leues sint corde, & facili sententia

sentia ingenuos, & omni crimine vacuos condemnantes. Pilatus non sic, ethnicus licèt præses. Quisquis insontes condemnare non veretur, quisquis præceps in iniuriam fratris debacchando fertur, hunc satrapam iudicium auersantem, & à præcipiti ferenda sententia abhorrentem audiat, ab eoque homine alienigena, infideli Dinasta, Romani Imperatoris præside exemplum sciat, & à sententijs talibus ferendis sese conatu omni subtrahat, & cum eo dicat. Accipite eum vos. Audiant & hi qui sub timoratæ conscientiæ coloribus, tam facilè alijs præstāt auditum, qui personis etiā probis & optimæ famæ viris interdum ex animi passione obloquuntur, vel ex falsa credulitate ac damnabili procacitate aliorum famā dilacerando & bonis obstrepēdo sub ouina pietate, ferina tñ impietate mordent insontes. Nemo igitur alium iudicet qui in se habet quod condemnet.

Pilato peiores fuit qui præcipitem ferūt in denūciatos sētētiā.

Non debere iudices & præsidētes tā faciles esse inferendis in accusatos sētentijs.

Accipite (inquit Pilatus) eum vos, & secundum etc. Qui scitis, & intuiti estis, qui conspexistis, & proprijs obtutibus talia patrare facinora ipsum vidistis, quibus illum tanquā malefactorem iudicandum præbetis, vos inquam qui hæc certo vos scire contenditis, & vt vera, ac certa penes vos habetis, illum accipite & iudicate, ego horum ignarus qui nihil facinoris in hoc innocente mihi a vobis oblato sum intuitus, qui vos ex odio, & inuidia oblocutores suspicor, tale iudicium reprobo, & ab innocentis cede, ac calumnia procul abscedo. Vtinam nostri huius seculi iudices talem Pilati normam in hoc eius responso notarent optimum dabat Pilatus Iudicio initium, legibusque de iudicij ratione præscriptis strenuè principiò inherebat, quippe qui in foribus errare non poterat.

Errauit tamen postea, & quidem grauissimè Pilatus, vt pote qui nimiū sibi timendo, ob inanes populi minas, Iustitiam violauit, qui Christum dimittendo Cæsaris indignationem incursurum, falsa protestatione proclamabat. Sed eheu, sunt ex nostratibus, qui & in iudicio, & in iudicij foribus delinquere non pertimescunt, qui lucri desiderio excecati frequenter, ac potentium minaci vultu pteriti, aut dū amicorū indemnitati suorum consulere conātur, seuiunt in legē, omnia bene constituta peruertunt, decreta piè sancita pessundant, limina honesti simul & æqui frangunt, & cuncta tandem iustitiæ placita depopulātur, viduarum, & orphanorum bona, pauperum caussas, ac innocentum iura, nec custodiunt, nec tuentur, quibus seuerum sanè superest Iudiciū; secundum quod scriptum est. Durissimum iudicium his, qui præsunt, fiet. Vindex quidem est Dei, Iudex, & ideo gladium portat, sed ad quid? In eos scilicet, qui male agunt,

Sap. 6.

A in vindictam inquam malorum, & tutelam innocentium, ideo Christus se neminem iudicare protestabatur. Ego neminem iudico, idest neminem nunc condemno, quandoquidem non misit me Pater in mundum, vt iudicem mundum, sed vt saluum faciam mūdum, propterea neminem iudico, qui omnes saluos facere cupio. Ego non iudico, qui peccata non accuso, sed deleo. Ego non iudico, qui nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur, & viuat.

B Non iudico, quia non est voluntatis meæ mors impij, qui inuitus damno, qui veni vocare peccatores ad pœnitentiam, redimere captiuos, soluere vincula peccatorum, & prædicare captiuis indulgentiam, & quos iustifico, & ad gratiam inuito, quibusue peccata condono, crimina abluo, facinora abstergo, illos non iudico. Vnde, & Apostolus prohibet ante tempus iudicare.

C *Accipite eum vos, &c.* Cum reorum causæ pleno claroque iudicio sint discutiendæ, meritò Pilatus remittit Christi causam alijs examinandam, in quo nihil sub iudicio repit discutiendum, cuius formæ sanctissimus ille rectusque Iob æmulator insignis extitit, qui vt sacræ attestantur litteræ, sic c. 27. ait: Causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam. Non sic Putiphar vir potens Aegiptius Pharaonis Eunuchus, eiusdemque Regis exercitus Princeps, q huius formæ, maturi scilicet iudicij planè nescius, ad calumnia plenam impudicæ coniugis suæ accusationē, insontem obscuro carceri mancipandū Patriarcham, & pudicæ castitatis amatorem Ioseph, præcipiti imperio mandauit, infamem

D adulterio vxorem impunitam relinquendo; è contra verò Christus, causam oblatæ sibi adulteræ dijudicaturus, non prius aliquid de illa protulit, quam semel atque iterum proprio digito inclinatus in terram scripserit, Quod & ab initio puniturus Adā facto illo obseruandum præsidentes edocuit, dicitur enim antequam reum ad iudicandum accerseret, & aduersus ipsum sententiam proferret, quod prius in Paradiso deambularet, ad auram post meridiem. Ecce modum, obserua formam, qui iudicaturus es alium, &

Modus iudicandi.

E in reum aliquem prolaturus sententiam, instar enim Iudicis formam probet Iudicij, de ambulatione denotatur cogitatio, & fiendorum ruminatio, ad auram, est indignationis, & caloris accensæ iræ refrigerium præstolari; post meridiem, est transacto furore, quo plerūque sine pietatis regula in facinorosos seuerius prolabimur ad ferendum iudicium.

Accipite eum vos, & secundum legem vestram. Princeps erat Pilatus, & Romani præsidis auctoritate præfulgens, verum de Ecclesiasticis censuram ferre, causis non se dignum

Pilati auctoritas.

gnum exstimans, ad Sacerdotes, ac Pontifices, quorum causa tractabatur sponte remittit negotium. Duo igitur sunt distincti iudices, & duo gladij ad feriendum exhibiti, portat vterque suum, & non alienum gladium, qui sua, non aliena fungitur auctoritate. Hoc tantum gaudet priuilegio, vt vtroque possit gladio rationabiliter vti, qui Vicarius Christi in terris existit, cui Deus omnia mundi iudicia subiecit. Laicus verò Sacerdotis munus, & Ecclesiastica sibi vindicare iura non debet. Hoc veretur Pilatus, ne à Sacerdotibus sumeret munus iudicij, nisi cognita causa iudicij, & ideo non accusant Iesum Pilato, quod Sabbatum violauerit, quod blasphemiam in Deum protulerit, & Moysi mandatis detraxerit, quorum inquisitio ad Ecclesiasticos spectat Antistites: verùm talia deponunt de Christo, quæ iudicio subijci possunt Præsidis Pilati, quod nimirum seditiosus in populo fuerit, & Regium sibi nomen vsurpauerit, & ob id Cæsaris Maiestatem læserit, quæ laicalis Iustitiæ iura omnibus constat attingere.

Attendãt hic & discant sæculares iudices, & præsidentes qui ad Ecclesiasticam pertinentes authoritatẽ sibi causas decidendas vsurpant, quorum aliqui iam temerario ausu inijciunt manus in clericos Religiosos, & Sacerdotes, quos nec quidẽ verbis ne dicã factis deberent molestè attingere cùm horum omnium causæ sub sint Ecclesiasticæ tantum authoritatis imperio.

Dixerunt ergo ei Iudæi; Nobis non licet interficere quemquam. Ecce, quomodo mentitur iniquitas sibi, quem pridie lapidibus obruere cœperant, quẽ è montis supercilio præcipitem facere volebant, hæc sibi non licere fatentur. Dicat Herodes, quomodo omnes Infantes à bimatu, & infra, tam impiè, & crudeliter exanimes fecerit, ac trucidauerit. Hoc sanè dictum, non illos solum arguit falsitatis, sed & Dei testamentum illis promulgatum taxat vanitatis, vbi sancitum Dei præcepto extat, facinorosos, ariolos, mæchos, &c. è medio fore tollendos, & morte damnandos, qui & nuper tradendo adulteram, mandato Moysi obruendam lapidib. fatebantur. Iam hic legi diuinæ, & mandatis Moysi se cedere, & ab ipsis deuiare fatentur, qui mendacio damnare se ipsos videntur, asserentes se legem habere, secundum quam legem debeat mori, quia filium Dei se fecit.

Nobis non licet interficere quemquam. Sunt qui dicant à Iudæis ablatum fuisse iudicium sanguinis, quod suo iudicio Romani reseruatum voluerunt, quorum captiuitas deterior fuit captiuitate Babilonica, sub qua, etiam inconsulto Principe, poterant & sanguinis iudicium ferre, vt patet de Susanna, & pseudopresbiteris. Comminuta igitur à Romanis eorum auctoritate, vix sustineri potest, omninò non licuisse illis, non posse occidere quemquam, qui eodem anno Stephanum publicè eiectum extra Ciuitatem lapidibus obrutum necauerunt, & subinde Paulum semel lapidauerunt, quem vt exanimem, & vita functum æstimauerunt, & plures insimul conuenerunt, ac decreuerunt,

F omnes Apostolos tradere morti, nondum enim vsquequaque completa erat illius visionis Prophetia Danielis, quæ feram illam belluam futuram prædixit, cuius ditioni omnia subijcienda essent, eiusque conculcanda pedibus, ac dentibus comminuenda omnia, per quam stragem dissipatum omninò fuit Iudæorum regnum, & extincta penitus auctoritas, vindice Tito simul ac Vespasiano Romanis principibus. *Daniel. 7.*

Nobis non licet. Qui non tantum mortẽ Christi, sed & ignominiosiorem quam exco- G gitare poterant, moliebantur, quo ingloriũ populo, & inuisum redderent, & vt maledictum illum ostenderent, crucis patibulo ipsum damnandum flagitabant, scriptum nẽpe erat: Maledictus homo qui pendet in ligno. *Deut. 21.* Hac morte turpissima condemnandum exoptabant, scriptura teste. Dixerunt impij apud se, non rectè cogitantes, circumueniamus iustum, quoniam contrarius est nobis, improperat nobis peccata legis, promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat: grauis est nobis, etiam ad viden- H dum, tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris, tanquam ab immunditijs, & gloriatur patrem se habere Deum, videamus si sermones eius veri sint, si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum, contumelia, & tormento interrogemus eum, & morte turpissima condemnemus eum. *Sap. 2.*

Hæc de insonte Christo dicta probantur, qui solus omnem nouit innocentiam, qui I peccatum non fecit, nec nouit, nos verò verè insontes nõ sumus, qui si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Hoc tentabant de Christo Iudæi, vt omni genere ignominiæ Christum afficerent, sicque crucis patibulo è medio tollerent, quod ipsi tã ex legis præscripto, quam ex Romanorum edicto perficere sine Præside non poterant. Quæ cùm sic se habeant, se apud Pilatum excusant, tanquam dolentes, non posse per K seipsos perficere, postulantes ab eodem obtinere, & ideo eorum iudicio exhibitum Iesum, remittunt Pilato, & quare illum non suscipiant causam alligant dicentes.

Nobis non licet interficere quemquam: Vt ignominiosa admodum apud Iudæos Passio Christi efficeretur, necnon apud omnis generis aduenas hinc inde confluentes ad solennitatem, pro templi, Paschatisque veneratione maiori, opprobrio plena mors Christi redderetur, & ne sanguinis effusione sua Pascha pollucrent atque fœdarent, per Pilatum adimpleri satagebant quod ipsi tunc tẽporis perficere non audebant. Siue hoc igitur, siue illud accipias, hoc vnum accipito: hæc omnia in ignominiam Christi cedere

quod

quod apertè satis demonstratur per id quod sequitur.

Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Et quid prędixerat? Pridie manifestè hæc sibi euentura omnia diserta locutione aperuerat, de se ipso inferens: Tradetur Gentibus ad illudendum,&c. Per actiones Christi, & oracula Prophetarum implentur,& quæ prędicta sunt de ipso verificantur, concomitanter enim, seu consequenter accipienda est sententia,& non causaliter: quandoquidem non sic operatus est Christus, quia sic scriptum erat de Christo, sed verius sic scripta fuerunt omnia de Christo, quia sic operaturus erat Christus,vel talia euentura erant Christo, non enim aut lex,aut totum testamentum est finis Christi, sed finis legis & testamenti est Christus, Apostolo asserente. Quia finis legis Christus est. Vel aliter iuxta D. Thomæ sententiam in expositione litteræ.

Expositio. D. Tho. Aquinatis Doct. Angel.

Vt sermo Iesu impleretur, &c. Vt, non ad Iudæorum intentionem refertur,sed ad Diuinæ Prouidentię dispositionem,quod enim Iesus veraciter dixerat, hoc ineffabiliter adimpleri oportebat, & sic sermo Domini suũ sortitur effectum, nullo interueniente sæuientium cogitatu, impleri namq; ea oportet quorum tota vnum, aut vnus apex non potest pertransire à lege Diuinitus statuta, donec omnia fiant. Eius sermonem operæ precium est impleri,qui verax est,& vera dicit, imò qui veritas est, & omnia nouit, cuius omnia nuda & aperta sunt oculis, cui nihil obscurum, aut difficile cognitu, quique portat omnia verbo virtutis suæ, apud quem nihil casuale, aut fortuitum, nihilque futurum,aut minus peruium.

Math. 20.

Vt sermo Iesu impleretur. Maximo, diuinoque hæc verba interposita sunt iudicio: Annuit namque illis D. Euangelista, nihil horũ omnium quę perpessus est Christus, aut inconsulto, aut inexcogitato numero contigisse; Ne igitur frangatur animus audientis, probra, quæ Christo occurrunt, in passione assumpta, non vltro, & sponte illi contigisse, eiusdem Christi, propheticumque suorum factorum attulit testimonium. Oportet enim interdum, qui Passionis Christi mærore respergimur, vltroneè eius oblationis consolatione restauremur,& qui in deserto vastitudinis sępe versamur, quandoque ad refocillationis fontem declinemus. Quoties enim ad verbum Christi confugimus, ad fontem, quo omnia instaurantur accedimus, de quo scriptum est: Restaurat omnia verbo virtutis suæ; Hoc firmum datum est confugium ad Patriam properantibus. In baculo hoc nostro, torrentem rapidissimi Iordanis securè transimus, iustissimum hoc vnicumque propugnaculum nobis exhibet Ioannes, quod nec frangitur, nec flectitur, ad quos nos remittit dum inquit.

Heb. 3.

Vt sermo Iesu impleretur. Impleretur, (inquit,) quid est implere, nisi vltrò citròque complere? quid est implere,nisi vsquequaque prorsus adimplere? sic enim omnia impleri quæ de eo scripta sunt oportuit,sic impleri omnem Iustitiam sancitam congruit, sic (inquam) impleri omnem scripturã decuit, non enim perfectum esse potest, nisi quod impletum est, & perfectum non est, cui aliquid deest.

Impleri oportet omne quòd perfectum est, Dei namque perfecta sunt opera. Quo igitur Christum in tam despecta forma serui Deum esse recolas, eius sermonis efficaciam retulit, vt attendas de quo etiam supra scriptum est. Quia sermo tuus veritas est, nam, & quisquis verax est,sermo eius verus est,simplex enim eius est, completur per ipsum est,& si verus est, sermo Christi est,qui terminatur per ipsum est, Apostolo dicente, sermo vester sale conditus, sit est, est, non, non, Col.c 4.

Vt sermo Iesu impleretur quem dixit,significans qua morte etc. Qui omnia sibi obuentura nouerat,ipse cuncta prædixerat, non vt plerique sanctorum,velut & Paulus, qui mortem,& diem mortis,quo claudere vitam debebant agnouerunt, genus autem mortis, & concomitantia illam minimè perpenderunt. Vado (inquit Apostolus,) Hierosolimam, quæ ventura sunt mihi ignorans, nisi quod spiritus sanctus per omnes Ciuitates mihi protestatur, dicens quoniam vincula, & tribulationes Hierosolimis me manent, & nunc ecce,ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam. Iesus autem futurorum omnium eximius scrutator, non tantũ quæ mortem prædicerent, sed & singula illi obuentura prænouit, & sic qua morte moriturus esset,quibus afficiendus contumelijs, nouit perspicacissimè, & præcognita omnia discipulis significauit.

Act. 20.

Introiuit ergo iterum in Pretorium Pilatus, & vocauit Iesum,& dixit ei. Iuxta Matthæi ac Lucæ digressum, Iudæi magno tumultu,& clamoribus instabant in Iesum, in multisque ipsum accusabant; cui tumultui, & obstrepationibus cedens Pilatus, diuertit ab illis, & à Prætorio exiuit,quo interim animaduertit,qualia essent de quibus agebatur, vbi statim crimen Læsæ Maiestatis Christo intentari intellexit,consultatione habita, & perpenso maturius negotio,cęteris obiectionibus veluti friuolis, ac minus iudicatione dignis cessit, & ad iudicium suspecti criminis se conuertit.

Introiuit iterum in Prætorium, & vocauit Iesum.

Iesum. Vbi seorsim audire voluit Iesum, & de grauiori (vt arbitrabatur) imposito illi crimine, sciscitabatur, an verè ipse Rex esset Iudæorum, seorsim vocat Iesum, ipsumque interrogat Iudicis iusti æmulatus rationem; Sic enim fidentius, qui falsò accusantur, de impositis calumnijs conqueruntur apud Iudices, quos ad audiendum, aures patulas prębere, & faciles agnoscunt. Hanc æquitatis formam naturali iure suggestam, Pilatus obseruauit, quam Moyses duro ceruicis populo iure diuino constituit. Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in Iudicio plurimorum sententiæ acquiesces, vt à veritate deuies. Præsertim autem hanc iudicandi formam Iudices obseruare tenentur, cum ij, qui iudicio subijciuntur, tutoribus, procuratoribus, & defensoribus totaliter destituuntur, ideoque longè à Iudicum abesse subsellijs debet illa iniquitas, qua solis actoribus locus præbetur, aditus verò defensoribus omnis, & protectoribus occluditur. Cum igitur Pilatus neminem iurium Christi innocentis patrocinium suscipiere cõtueretur, ne inauditus condemnaretur, ante iudiciales actus, Christum secretò alloqui, & tutelaris patroni partes strenuè suscipere voluit. Insuper, & hoc vnum in hoc initio iudicij obseruandum videtur, Pilatum ex eo potissimum Christi patrocinium suscepisse, quod eum pauperem, & despectum à potenti æmulorum caterua principum inquam Sacerdotum graui liuore odij tabidorum colluuie circumuentum haud dubiè intueretur; Iam enim non imprudens Iudex, iuxta recti normam Iudicij cæperat suspicari, nec præter rationem veri, quod per inuidiam tradidissent eum, quod & non ita multo post rationibus Iudicij, & exploratum habuit, & certo certius cognitum, & comprobatum, textu id luculenter attestante Euangelico: Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum. Condemnat sanè in hoc Pilatus iniquissimos nostræ tempestatis Iudices, qui vix pauperum causas audire volunt, & ægenis accommodare aures à quib. nil commodi, vtilitatis, & emolumenti se nancisci posse conijciunt, sępè detrectant, quo fit, vt inauditi ac indefensi obliquis falsisque sententijs non raro damnati, causis cadentes in Iudicijs miserè deserti, succumbant; Et licèt nonnulli externa quadam benignitate compulsi ad audiendos inopes, & orphanos, quos oppressos cernunt Iudicio, se conuertant, vix tamen vnus è tot millibus qui causas oppressorum pro charitate tuendas suscipiat, reperitur. Attendant Iudices nostri Pilatum, & intueantur quomodo seorsim, & in secreto agat cum Christo ab omnibus despecto, audiantq; quam cum blando sermone alloquatur,

Iudicum nostri huius sæculi impietas.

F *Tu es Rex Iudæorum?* Tanquam diceret: Verum ne est quod tibi obijcitur ab istis? Dixisti ne te esse Regem Iudæorum? aut falsò talia impingunt tibi? Si hæc dixisti, nescius ne fuisti Imperatorio Senatusque Romani Decreto, nominis Regij Maiestatem Iudæis ablatam, Iurisdictionemque pariter omnem ademptam? Dicito mihi num hæc dixeris, & qua de causa sic dixeris, tuique istius dicti rationem mihi ad tui defensionem parato reddere non detrecta, pręcipua quæ aduersum te militat hac in Iudicij huius querela, in hac potissimum quęstione consistit.

G Palam est satis, quod te vt Regem inscio Senatu Romano, & in Regem extuleris, Regiumque tibi nomen Romanis inuisum omnibus, ausu temerario vsurparis; depromas igitur modo, & aperias mihi quid huic obiectioni respondendum putaueris: cætera parui facio tibi per aduersantes æmulos, & proteruos accusatores impicta importunè crimina, tanquam ea quæ parui apud me sunt momenti, vtpote debili satis fundamento innixa.

H Ex quibus elicere haud defficulter possumus, Pilatum Præsidem Orientalium non omnino, & Sabæorum Regum latuisse aduentum, Saluatorem Christum hominem recenter natum in Bethlehem quærentium, & Hierosolimis scisc̃tantium: Vbi est qui natus est Rex Iudęorum. Hoc namque facinus tam præclarum illi occultum esse poterat nequaquam, ideoque facile fuit Pilato de veritate huius exhibitæ sibi per Iudæos quærimoniæ non amplius dubitare. Quapropter, reuerenter agit cum Christo, eoque seorsim anocato,

I plenis beneuolentia & humanitate verbis petit, vt confidenter tanti veritatem negotij vltrò sibi aperiat.

Tu es Rex Iudæorum? Vel dicendum est, ad aures Pilati Præsidis illud peruenisse quod euenerat Christo à turba in solitudine saturata, quæ tanto affecta beneficio, & tam memorabili permota miraculo, cogitauerat se beatam, & ab omni dura egestate liberã in posterũ futuram si talem in Regẽ sibi præficeret, qui solo verbo, & nutu, oẽm hanc egestatem propulsaret, vt ablato illo,

K ex præscripta primi parentis pœna decreto. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, vitam ageret minus laboriosam. Satagebat igitur turba, Christi virtute comperta, in regem sibi illum præponere, Iesus autem sic popularem auram abhorruit, vt à turba acriter instante Euangelista teste declinarit. Gen. 4.

Tu es Rex Iudæorum. Aut certè angustatur animus Pilati, fitque anceps in Iudicio, dubius, an de iure Iudaicum regnum Christo obueniret, tanquam non ignarus multorum iura super Regna, & Dominiorum prætensiones, de iure ad alios pertinere,

re, quam ad occupantes spectare, qui de facto vsurparunt, aut armis occupauerunt, aut fraudibus suæ ditioni subdiderunt. Quod Tyranni omnes pro libidine regnandi violatis omnibus iuribus, vsque hodie obseruauerunt; Nam cum Iesum solum de recta Dauid Regis stirpe facile dignouisset, illi etiam Dauid Regnum iure obuenire dubitabat. Audierat enim illum plerumque vocatum iri, & publicæ Dauid filium nuncupari.

Verisimilior expositio.

Tu es Rex Iudæorum? Pridie Pilatus Iesum ingredientem in Hierusalem magno inauditoque apparata turba applaudente, & acclamante intellexerat (o sanna intonante) filio Dauid Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel, & quem Esaias Regem cecinerat, super Israelem: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, &c. Quod factum recens Pilato de Regni in Christum translatione suspitionem ingerit, vt de nouo Rege creato Romanorum æmulo non iniuria quidem cæperit subuereri.

Suspicatur Pilatus & timet.

Tu es Rex Iudæorum? Adde, & faciem Priami dignam esse Imperio, talem siquidē venustissima Christi facies præseferebat personæ dignitatem, talem viri excellentiam indicabat, vt meritò eius aspectum veneraretur Pilatus, & cum eo benignius ageret, ita vt eo seorsim auocato, humaniorib. eū verbis & magis vrbanis cōpellaret. O diuinū Iesu vultum, in quem Angeli prospicere desiderāt. O Iesu decorā faciem, qui speciosus est forma præ filijs hominum, ò sublimem, ac diuinā imaginē, eius qui est imago Patris, & figura substantiæ eius, in quo latet plenitudo totius Diuinitatis. Quis est spectator Maiestatis eius, & non opprimetur à gloria? O decoram Christi faciem. O vultum tremendum Saluatoris, quem omnes Gentes desiderant, quem omnes deprecantur populi, quem nec sustinere possunt Pharisæi iratum, sed è tēplo cateruatim recedunt, nō flagello ex funiculis vrgente, sed facie Christi irata compellente. Quam inquam nec milites, nec sicarij illi, nec nebulones illi qui sæuiebant in Iesum sustinere poterant, donec illam velarent, sicque Maiestatis radios, quibus offendebantur, abscondebant. Propterea enim vt crudelius in faciem eius sæuirent, eandem faciem, ne illorum diuinorum oculorum aspectu, à cæde, & irrisionibus retraherentur, velabant.

O omnium venerandam Christi faciem, interdum sicut Sol refulgentem. O salutarem Christi aspectum, in quem respicere iubemur; Proph. inuitante Respice in faciem Christi tui, & alibi. Quærite faciem eius semper, & iterum. Vox tua dulcis, & facies tua decora.

Psal. 59. Psal. 104. Cant. 2.

A *Respondit Iesus*: *A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me*? Hæc Christi responsio, non ex perplexitate procedit, sed ex benignitate, sciebat enim Iesus quid esset in homine, nec opus erat illi vt edoceretur ab homine, interrogat autem non vt doceatur, sed vt doceat, hoc enim & à teneris vnguiculis omnes didicimus, à magistro interrogari discipulum, & à discipulo interrogatum iri magistrum, diuersa tamen ac dispari ratione: nam à discipulo interrogatur magister, velut à quo erudiatur, & fiat gnarus, B ac veritatis compos, à magistro verò interrogatur discipulus, vt ad veritatis agnitionē perducatur. Qui igitur prius se magistrum vocauerat, vt magister Pilatum interrogat.

A temet ipso hoc dicis. Admirantis magis quam interrogantis hæc videntur esse verba, tanquam diceret Iesus: miror o Pilate, quod me tam abiectum, & tam despectum in oculis tuis, & tam vilem, vt omnium virorum me nouissimum reputare possis, tam egregium, tam præclarum, & tantæ dignitaC tis compotem suspiceris, vt etiam me regali dyademate, ac sceptro dignum existimes. Vnde hoc tibi, scripturarum alioquin diuinarum penitus ignaro, viro Idolatræ & Pagano, fidei lumine orbato, in tenebris gentilitatis cęcutienti, vt tanti vultus mei radijs illustratus, suspicari anceps cœperis, & quærere, an Rex sim ego? Hinc certe videmus, tam densas, tamque tetras esse Iudæorum tenebras, quæ cęciderunt in Israel, vt superent sua opacitate gentilium mentes. Multis compulsus indicijs præses PilaD tus, & argumentis, animo fit anceps, Gentilis licèt, & Paganus, & dubia mente hesitat an Rex sit Christus, non Rex quilibet, sed Rex Iudæorum, non imodico illucescente veritatis lumine, quod non Sacerdotū Principibus, non Pharisæis & Scribis, non ipsis sanè Legis peritis, quibus tot ex scripturis lumina, dicta videlicet Prophetarum, & facta Patriarcharum, ac totius denique legis testimonia abundè suppetebant, irradiare valuit vnquam, eorumque mentes potuit illustrare. O cęcos oculos, quos densa occuE pat caligo, ò tenebrosa lumina, ò mentes opacas, quas sic malitia offuscat, vt verè cęci sint, ducesque cęcorum, saltem eos dubitare decebat, & cum Pilato interrogare, vt quod nescire dissimulabant, lucidius agnoscerent.

A temet ipso hoc dicis. Quo ductus lumine hanc tam exploratam ò Pilate olfacis veritatem? An quia signatum est super nos lumen vultus tui Domine? An quia in lumine tuo videbimus lumen? Aut certè, quia exoritur in tenebris lumen rectis corde, populusque qui ambulabat in tenebris vidit lu-

cem

cem magnam? sed quam magnam? nonne instar solis quia ortus est Sol Iustitiæ Christus Deus noster? vel aliter.

A temetipso hoc dicis. Hanc suspicionem, cui inniti facis fundamento? An quia regnandi auiditate solicitatus, & tibi ipsi times & Cæsari? Non iniuria sanè timent, qui se aliena, dolis & vi occupasse non ignorant.

Respondit ei Pilatus, numquid ego Iudæus sum? Gens tua, & Pontifices tui tradiderunt te mihi, quid fecisti? Hic Pilatus videtur non æquo animo Christi responsum accepisse, ęgreque tulisse se à Christo, quem vinctum coram tenebat, interrogatum iri, tanquam obiurgando dicat: Quid tua interest, à me scire, vnde hoc nactus sim dubium quod Rex dicaris, aut regium tibi nomen vsurpaueris? non hic ades vt interroges, sed vt interrogeris; non te vocaui, vt tibi respondendo satisfaciam, sed vt mihi respondendo satisfacias. Timeo etiam nunc, dum tantum tibi supercilij inesse video, vt mei Iudicem te facere velis, quem interrogationi tuæ responsurum expetis, quo facto, redolere video Regium aliquid in tua mente latere, ita vt indignum ducas mihi etiam Iudici responsum præbere: hinc valde vereor, obiecti te criminis reum esse, & quod vinctus abscondere non vales, hoc liberè & apertè coram alijs multo audacius confessus fueris, Regiamque potestatem palàm ostenderis.

Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua, & Pontifices tui, &c. Improperat Christo Pilatus, vt animũ feriat Christi, quẽ toti populo exosum dicto suo ostendere nititur, tanquã eum, quem nullus vltrà ferre poterat, ac si diceret, cum ego non sim Iudæus te tamen à Iudæis tradendum morti accepi, nec aliud constat apertius mihi, quam quod te amplius nequeant sustinere, & cum ego nec Synagogis eorum nec consilijs interfuerim, nescio quid vulgus, aut quid aduersum te Primates habeant, qui omnes vno ore tè condemnant.

Dicito tu, quid fecisti? melius tibi consuleres si factorum tuorum, commissorumque facinorum veniam peteres, tuaque confessione remissionem impetrare curares, tanquam aperte cum Proph. in Ecclesiastico diceret: Dic tu prius iniquitates tuas, vt iustificeris. Attende quomodo rancoribus, & odijs circundatus sit vndique Christus, vt vix loquens, sustineri à perfidis possit. Insultat Pilatus Christo, quidem pis eius verbis, sic enim contaminatus, nihil bonum, imò, & quod bonum extat, totum sua coinquinatione impiè fœdat, ideoque illi insupportabilis efficitur Christus.

Nunquid ego Iudæus sum? &c. Hæc verba Pilati ostendunt, iam exosum apud Gen-

F tes exstitisse Iudaicum nomen, à persecutione iustorum, & facinoribus criminum, vt abhorreat Pilatus se vocatum iri Iudæum, quod postea probauit euentus, cum apud singula hominum genera abominabiles extent Iudęi. Cęterum Pilatus, interrogationi videtur facere satis, dum se Iudæum negat, cum enim ait se non esse Iudæum, à Christi cognitione se alienum ostendisse videtur, & eapropter, ignarum factorũ Christi, & conuersationis eius, ergo, à semetipso inferre cogitat, non hæc de se ipso retulisse,
G sic de Regno eius dubitasse, magis autem talia ab alijs accepisse, quibus primam interrogationis partem omnino negare intendit, alteram verò concedere cogitauit.

Gens tua, & Pontifices tui, &c. Iam ad Gentilitatem populus Iudaicus declinauerat, qui Christum gentibus tradendum à se repulerat; Illuminata est per Christum ipsa Gentilitas, obcęcata est perdito Christo, ipsa Iudaica proteruitas. Accessit ad salutem, quæ suscepit Saluatorem, recessit à salute, quæ perdidit Saluatorem, facta est gentili-
H tas, quæ ex Gentilitate prodierat, genimina Viperarum, Generatio praua, & adultera, duræ ceruicis populus, idolatrantiũ cuneus, filij scelerati, semen nequam, bos petulans, equus indomitus, Taurus impinguatus recalcitrans, meretrix prosternata, scortum denudatum, effrons mulier, Synagoga turgida, Iudęaque profanata, Gentem iam vocat, populum Iudaicum, quem alienum à Christo Pilatus contuetur, velut alter Cai-
I phas Prophetans, Gentem populum vocat Iudæorum, nesciens quid diceret.

Gens tua, & Pont. tui, &c. Ecce ineffabile Dei verbum. Quoniam inimici hominis, Mich domestici eius, inaudita coniuratio, Gentis, & Pontificum, sed quid miramur? qualis enim sacerdos, talis & populus, a sanctuario immundo, omnia vasa immunda, sed & ab immundo quis mundabitur?

Gens tua, & Pontifices tui tradiderũt te mihi. Ipsi Pontifices, & summi sacerdotes, qui
K causarum tuarum sunt Iudices, tale de te iudicium tulerunt, & velut sententia irreuocabili, mortis iudicio condemnauerunt. Absit (fratres) maiorem in homines antiquorum sacerdotum, & legis Mosaicę Pontificum potiorem esse auctoritatem, vel dignitatem, quam legis Christi, & Euangelicorum, poterant illi condemnare, & ad iudicare morti corporali, possunt isti reos condemnare, æternæ morti, poterant illi legales tradere viros Pilato condemnandos, possunt Euangelici tradere viros Sathanæ torquendos, poterant illi præscripto legis obruere lapidib. peccatores, quorũ potestas super terram arctata erat, possunt autem super Synagogam, Ecclesiæ Christi Sacerdotes, etiam quæ rata habeantur,

habeantur, in cœlis statuere. Quod igitur à Pilato prolatum audimus, eo nos admoneri apertè intelligimus, vt non minori obseruationes digni habeantur, qui non minori dignitate insigniti dignoscuntur: nam Pilatus super Iesum iudicium se ex Pontificum auctoritate sumpsisse fatetur, ad quos remittere causam videtur.

Gens tua, & Pontifices tui, tradiderunt te mihi. Tamquam apertè diceret, Pontificum iudicio hic ades, quorum iudicio, meum quod poscunt inherere contendo, Illud ipsorum meo potentius agnosco, & vlterius meum non extendo. Sed & illud hic obseruandum, vnicuique condemnando hoc idē occurrere, vt Gens sua, & Pontifices sui, ipsi sint qui tortori condemnandum tradant, Gens nostra, sunt actus nostri, à rectitudine operis declinantes, Gens nostra, cogitationes nostræ à veritate deuiantes, quæ in nobis adhuc Gentilitatem redolent, hi sunt Latrunculi è Syria prodeuntes, qui captiuam rapientes puellā à fideli populo, ad Idolatram Regem deducunt. Pontifices nostri, intellectus, voluntas, & memoria nostra, Auaritia, Gula, Luxuria, & Superbia nostra, Pontifices nostri, odium, inordinatus amor, affectiones, & passiones nostræ, his nos condemnamur, à quibus obruimur, & quibus spontanè subesse volumus, sic enim illectus vnusquisque à concupiscentia sua reperitur, cuius Imperio dum voluptatib. inseruimus, veluti à rectoribus, quibus obtemperamus, morte plectendi damnamur.

Quid fecisti? O strenuum quæsitum, quæritur à Christo quid fecerit, ab eo ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quęritur quid fecerit, qui fecit cœlum, & terrā, mare & omnia quæ in eis sunt, & quod absurdius extat, quæritur vt malefactor, quid fecerit, qui benè omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui, cuius explorata sunt cuncta quæ fecit, esse valdè bona.

Quid fecisti? Cum nihil probatum haberet Pilatus, propter quod Christum condemnare posset. Ad proprij oris, confessionem se conuertit, qua securiori iudicio, plectendi censentur Rei. Vix enim, nisi qui in flagranti crimine depræhenduntur sine propria confessione mortis supplicio puniri possunt, cum seruum nequam de ore proprio iudicari conueniunt.

Quid fecisti? Tanquam diceret, si te Regem negas, aut Regiū nomen affectato ambitu non vsurpas, propter quod aliud scelus à Gente tua, & a Pontificibus tuis, ad reorū iudicium subeundum es traditus? Hoc mihi ipsi maximè suaderunt, quod si falso in hoc calumniaris, dic tu, quid fecisti, quia ego non video super quo possim te nec interrogare, Dicito igitur tu, quidnam feceris, qui tanquam malefactor mihi sisteris?

A

Respondit Iesus. Regnum meum non est de hoc Mundo. Tanquam indigno iudici, qui formam iudicij non obseruat, Christus eius interrogationi non respondit; qui neq; Herodi respondere vnquam voluit, quisquis enim Iudex à recta diuertit ratione iudicij, illi reus nec pro veritate respondere tenetur, vnde cum à Pontifice interrogaretur, respondit. Quid me interrogas? interroga alios de me, vide Sotum de detegendis, occultandisq; criminibus, vide & Theologos, & Canonistas, qui vnanimi sentētia in hoc omnes conueniunt. Insuper, cum nullum frustra rectè producat verbum, Christus Dei verbum, non respondet Pilato, quidnā ipse fecerit, aut commiserit. Dicant igitur alij, in quo arguant Christum de peccato. Non habet Christus quid respondeat, vt reus nullius non modo criminis, sed ne delicti quidem aut erroris vel etiā minimi culpabilis, agnus sine macula, qui peccatum nō fecit, & dolus non est inuentus in ore eius.

Digna responsio.

B

Dominicus Soto Hispanus

C

Regnum meum non est de hoc Mundo. Hęc Christi responsio quamuis minus apta propositæ interrogationi Pilati videretur, talis tamen esse comprobatur, vt Pilato interrogāti, exactè facere videatur satis, tanquam diceret, qui me tibi condemnandum tradiderunt, in hoc vno mentiti sunt tibi, perperā confingentes, me tale Regnum exoptasse & quasi in Cæsaris damnum aut iniuriam conspirasse; hoc longe a me abest, cum mundanum Regnum nunquam appetierim, scias igitur, quod

D

Regnum meum non est de hoc Mundo. Sed si qui mecum deprauato agunt animo, hoc in lingua sua mentiti sunt mihi, vt quod impingunt in alienatione sensus sermonis peruertunt, non veni ego nouum acquirere Regnum, qui natus sum Rex, ego namque constitutus sum Rex à Deo super Sion Mōtem Sanctum eius, prædicans præceptum eius, perperam ipsi & vaticinia futuri Regni per Messiam Regem suscepturi, & de eius Regia Maiestate sunt interpretati, qui nullum aliud Regnū q̃ mundanū illud futurum falso sunt

E

opinati: tibi igitur Ethnico Præsidi, prophetarum oracula vaticiniaque ignoranti, ac fidei lumine orbato homini, hanc aperio veritatem.

Regnum meum non est de hoc Mundo. Longe excellentius est Regnum meum, quod à Regno Mundi distinguitur, hoc vnum tantum agnoscit Regnū animalis homo, quod est mundiale: esse autem aliud genus Regni ego palam protestor, ac patefacio, hoc vnum confestor, prædico, annuncio, promitto, & cupientibus polliceor, terrestre hoc Regnū ego detestor, ab ipso homines eligo, &

electos extraho, quos ad illud cęleste conuoco.

Hoc tantum abest, ò Pilate, vt ambiam terrestria, qui regna do cęlestia, cum non sim ego carnalis homo, nec Regnum carnale possidendum affectem, ego spiritales homines, & ad cœlestia anhelantes, ad spiritale, & cœleste Regnum possidendum inuito. Nihil quod affecto, vel Cæsarem lædere, aut tuæ ditioni damnum inferre potest, non est quod timeas nec Cæsari, nec tibi Mundanũ Regnum quã affectant, & exibiunt, & possidere nituntur copijs militum, armorumque apparatu cladibus, machinis, tormentis, gladijs, ferro, oppressionibus, & dispersionibus, inuadere contendunt, quæ procul ab instituto Regni cœlestis extant, in quod nihil coinquinatum introire potest.

Regnum meum non est de hoc Mundo. Nõ transitorium est, sed ęternum, cuius Regni non erit finis: Mundus autem transit, & cõcupiscentia eius, nõ est de hoc Mundo, quia Mundus à contrario sensu dicitur, quia vsquequaque immundus sicut & piscina, quæ prorsus carebat piscibus, omne enim quod est in Mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, hæc quæ ego detestor, Mundus possidet, & arguo opera eius, quia mala sunt. non est de hoc mundo, quia me odit mundus, & quos eligo de mundo, odio habet mundus, & in mundo præssuram patiuntur, quid igitur de affectato times mundano hoc Regno?

Regnum meum, &c. Cętera omnia Regna huius mundi à meo cui præsim Regno, sunt, quia meum ex electione, mundana aut ex successione carnali, aut ex dependentia iurisdictionis, aut certe militum cateruis ferro violenti manu, & armis conquiruntur, & possidentur, meum autem cœleste, ac spirituale Regnum, charitate, fide, spe, & dilectione, possidetur. Regnum quod in mundo, subsistit, oppidis, arcibus, propugnaculis, & cunctis quæ continet machinis munitum videtur, armato milite defenditur qui aliorum sanguinem, ferina crudelitate fundere nituntur: meũ autem Regnum, veritatis, sapientiæque verbo firmatum, roboratur augetur inimicorumque dilectione firmať, dilatatur, atque protegitur, mũdi Regnum, in sericis, ac mollibus vestimentis, in opulentia & saturitate, in diuitijs, & voluptatibus consistit, & beatum dicunt cui hæc sunt, aurum, argentum, acubitus primi, & terrenorum bonorum possessio: meum vero Regnum, procul ista repellit, & in paupertate humilitate, ieiunijs, afflictionibus, puritate, castitate, in pace, & gaudio, spiritus sancti collocatum esse prædico, Regnum mundi, quo pluribus abundat sicarijs, & maiori impiorũ

F hominum phalange, eo fortiori munimine firmatum putatur: meum autem Regnum pijs, & mitibus, compositisque moribus obsignatur, viros inermes, & a mundo despectos, ac imbecilles Heremi Cultores, ac Cęnobiorum amatores diligit, quorum arma, non temporalia, aut carnalia, sed spiritualia sunt atque diuina, quorum armatura est fidei, vt possimus stare aduersus insidias Diaboli, accincti lombos, in veritate, induti loricam Iustitiæ, & Galeam salutis, gladium spiritus habentes, quod est verbum Dei, & pro Thorace Iustitiam, quoniam non est nobis

G colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi Rectores tenebrarum harũ, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, quorũ conuersatio, videlicèt fidelium, in cœlis est. Quid igitur times, ò Pilate, de Cæsaris Regno, cui quod possidet, relinquo, & quod ignorat promitto.

Regnum meum non est de hoc mundo. Quid est Regnum meum, nisi potestas mea? quæ est ante mundum, imò qua creatus est mundus, non est de mundo, sed prior ipso mundo, de qua Dan. 7. potestas eius potestas æ-

H terna, & Regnum eius, quod non corrumpetur, quid est Regnum meum, nisi Ecclesia mea, & qui sunt mei? Quibus protestando dixi. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus Regnum vt satiemini super mensam meam in Regno meo. Quid est Regnũ meum, nisi delitiæ meæ, delitiæ vtique meæ, esse cum filijs hominum, non carnalibus, & facinorosis, quia in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

Christi regnũ ecclesia eius.

Quid est Regnum meum, nisi lex mea, decreta, & præcepta mea, quæ nos à mundanis

I retrahunt, & supra mundum ad cęlestia bona perducunt. Nobiliora vtique ac præstantiora super aurum, & Topazion, lex non ex mundo, quia lex domini immaculata, conuertens animas, mundus est teterrimis obuolutus tenebris, pręceptum autem Domini lucidum illuminans oculos.

Regnum meum non est de hoc mundo. Est quidem in mundo, quandoquidẽ sub se continet mundum, attingens à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter, tamen non est de hoc mundo, quia non de-

K pendet à mundo, non est de hoc mundo, quia mundus me non cognouit, est tamen in mundo, quia in propria veni, & mei me non receperunt, Non est de mundo, quia ipsum non capit mundus, est tamen in mundo, quia Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Non est de mundo, sed procul à mundo mundana & terrena depellit.

Non de mũdo sed in mundo Christi Saluatoris est regnum.

Est in mundo, quia data est mihi omnis potestas

potestas in cœlo, & in terra, omnia subiecta sunt sub pedibus eius, & regnabit Dominus super omnes Gentes, & ad eum fluent omnes populi, quia Rex omnis terræ Deus, & Regnum ipsius omnibus dominabitur, per quem Reges regnant, Rex Regum, & Dominus Dominantium, non est de mundo, quia Regna mundi partim sunt sub Diaboli potestate, non est de mundo, cum Christi cum Belial nulla possit esse conuentio, non est de mundo, quia Regnum Dei non est esca, & potus; est in mundo, quod simile est thesauro abscondito in agro, homini quærenti bonas Margaritas, Sagenę missæ in mare, grano synapis, decem virginibus, non est de mundo, quia, quem inuenit homo abscōdit, & præ gaudio illius, vadit & vendit omnia quæ habet, & emit illum, est in mundo, quia quæsita preciosa Margarita quam qui inuenit vendit omnia bona sua, & comparat eam, quia sagena educta elegerunt pisces bonos in vasa sua malos autem foras miserunt, quia maius fit omnibus oleribus quia quæ paratæ fuerunt introierunt cum sponso, & clausa est ianua.

Pulchra digressio.

Regnum meum non est de hoc mundo. Non inquit Iesus Regnū suum non esse de mundo, sed de hoc mundo, ergò plures sunt mūdi, & de aliquo est Regnum Christi, quod tamen non est de hoc visibili, cum sit de Archetypo, illo incorruptibili, non est de hoc perituro, sed de perenni, non est de hoc mūdo nequam, quod de mundo est restaurato, & perfecto, est in mundo, sed non est de mūdo, quia non est in his qui ex sanguinib. aut ex voluntate carnis, sed in his qui ex Deo nati sunt, est in mundo, sed non est de mundo, quia est per gratiam datam hominibus, quæ gratia, non de mundo, sed supra mundum, gratiam enim & gloriam dabit Dominus, est in mundo sed non de mundo, ideo, rogant qui sunt in mundo, Adueniat Regnū tuum, est in mundo, quia est Saluator mundi, sed non est de mundo, quia misit Deus filium suum in mundum, non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum, non est de mundo, qui scandalis est plenus, qui totus in maligno est positus, Væh enim mūdo à scandalis, necesse est enim vt eius stante impietate, eueniant scandala, & tamen est in mundo, quia venit quærere & saluum facere quod perierat, neque venit vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam; est in mundo tanquam apertè diceret, Da mihi animas, cætera tolle tibi, quia ego sum in mundo, & Regnum Dei intra vos est, non est de mundo, quia auferetur à vobis Regnū Dei, & dabitur genti facienti Iustitiam quæ reddat fructum temporibus suis.

Regnum meum non est de hoc mundo. Liceat hic nobis Augustini verba referre, &

A totam integramque sententiam eius audire. Hoc est (inquit) quod bonus Magister scire nos voluit, Regnum videlicèt suum de hoc mundo non esse, sed prius nobis demōstranda fuerat vana hominum de Regno eius opinio, siue Gentium, siue Iudæorum, à quibus id Pilatus audierat, quasi propterea fuisset morte plectēdus, quod illicitè affectauerit Regnum, vel quoniam solent regnaturi, inuidere regnanti, & ideo cauendū erat, ne huiusmodi Regnum, siue Romanis, siue Iudæis esset aduersum; quod si interrogante Pilato, mox respondisset, non solum Iudęis sed etiam Gentibus hoc de se opinantibus

B respondisse videretur; sed post responsionē Pilati iam Iudęis, & Gentibus opportunius, apertiusque respondit, quasi dicat. Audite tam Iudęi quam Gentes, non vestram dominationem impedio in hoc mundo, quid amplius vultis? venite credendo ad Regnū, quod non est de hoc mundo; quid est enim Regnum eius, nisi fideles eius? quibus & ipse dicit, vos de mundo non estis, sed ego, elegi vos de mundo; Vndè, & hoc non ait, Regnum meum non est in mundo, sed non est de hoc mundo, de mundo enim est, quicquid etsi à Deo creatum est, ex vitiata tamē stirpe Adam generatum est, factum autem

D est Regnum iam non de mundo, quicquid in Christo regeneratum est, sic enim eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum filij claritatis suæ.

Si ex hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis. Duo hic obseruanda docet prudentia Saluatoris, ex hoc namque dicto animum Pilati ab anxietate, & dubio liberat, timebat Pilatus, Iesum talem esse Regem, quales sunt quicunque de mundo sunt, percunctabatur insuper, an Iudæorum Rex esset, quibus hoc vno facit satis responso, vt deferat Iudici, eiusque animum ad meliora com-

D ponat, ne irretito Præside, struere calumniā animo eius non pacato, videretur.

Si ex hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei vtique decertarent. Duodecim mihi Apostolos tantum delegi, qui factorum meorum fidissimi adsint testes, in omni Iudea, & vsque ad vltimum terræ, septuaginta duos Discipulos teneo, quos missurus sum binos, vt portent nomen meum in omnem terram & locum, prædicaturi Gentibus pę-

E nitentiam, in remissionem peccatorum, baptizaturi omnes Gentes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, donec in omnem terram exeat sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hos autem omnes, mūdo viles, & despectos, elegi, viros egenos, & inermes, viros ignaros, & rudes, quæ infirma sunt mundi, quæ stulta, quæ despectibilia sunt, quæ magis absoluta sunt à mundo,

 quæ

quæ minus de mundo participant, delegi, qui aliud facilius sapiant, & ad aliud promptius anhelent, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt; tales exoneratos mundo, tales à curis sæculi absolutos, mecum assumo, quo expeditius ad superna currere valeat, cum difficile sit, terrenis oneratos, ad cœlestia conscendere, faciliusque Camelum per foramen acus intrare, quam diuitem in Regnum cœlorum ingredi.

Si ex hoc mundo esset. Quia tam Reges quam ministri, indigent satellitibus, à quibus nedum Regnum quod possident, sed & maximè persona Regis sub protectione suscipiatur, decertarēt (inquit) ministri quia obsequentes suo Regi pro eo decertant, & tanquam membra suo capiti patrocinari pro posse contendunt, dormiente Rege vigilant qui curæ eius & custodiæ sunt deputati: Lectulum namque Salomonis, ambiunt sexaginta fortes, ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, vniuscuiusque ensis, super femur suum, propter timores nocturnos, quid igitur si dormiente Rege præcinctis ensibus, custodiunt Regem, ne à quiete somni turbetur, Rege ab æmulis angustato, quid non molirentur vt ab insidijs, & calūniatorib. illum liberarent? Decertarent vtiq; vt non traderer Iudæis.

Cant. 3.

Si ex hoc mundo. Iam Pilato traditus erat Iesus quare igitur non inquit, decertaturos ministros, vt non traderetur Pilato? sed occurrimus quæsito, & primo quidem, quia à Iudæis suscepit traditum sibi Iesum ipse Pilatus, vt igitur sciat Pilatus per ministros ereptum Christum à Iudæorum potestate & in eius eum fortijs constitutum fuisse, subinde ex hoc insinuat Christus suum Regnū non esse ad Iudæos arctatum; Præterea, vt aperiat se aliud habere Regnum, cuius fortiores sunt ministri Iudæis omnibus, quod & apertius dum caperetur aperuit. An non possum rogare Patrem, & præbebit mihi plus quam duodecim Legiones Angelorum? Tandem ne iudicis animum irritare videretur solius Iudaicæ potestatis mentionem facit, hoc absit à Christo, vt ansam præbeat delinquendi, qui totum quod patitur, pietate patitur nos saluandi. Attende igitur Christi modestiam, attende patientiam, qui nec verbis suam omnem potestatem aperire voluit, qui Iudicem exasperari in facinus suis responsis non permisit, mitius namque semper cum Pilato egit, quam cum Caipha, qui Pilati animū melius compositum, & ad impietatem minus procliuem agnouerat quam Caiphæ, cuius proteruia non ipsum latebat; prudentissimis itaque responsis agit cum Pilato, si quomodo quem Iustitiæ amatorem videbat, ab iniusto facinore retraheret.

Non irritat Christus nec dat anſā vt omnē excusationem sub moueat.

F *Si ex hoc mundo esset Regnum meum, ministri mei vtique, &c.* Qui sunt ministri Christi, nisi Angeli serui Christi? secūdum quod scriptum est, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem; ministri (inquam) eius, qui faciunt voluntatē eius. An forsan, aut pauci sunt qui resistere non possent, cum sint millia millium qui ministrant ei, & decies centena millia qui assistūt ei? nec igitur numero pauci, nec voluntate rebelles, nec virtute debiles sunt, quos ministros habeo.

G *Decertarent utique*, & decertando vincerent, cunctosque superarent; Tales sunt hi mei ministri, qui congressum habuerunt cū Sathana, initoque prælio cum Cacodæmone hoste illo antiquo, factum est bellum magnum in Cœlo, Michael, & Angeli eius prę liabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius, & eiectus est Draco, nec locus eius est inuentus amplius in Cęlo, hoc iam de ministris meis exploratum habeo, qui me iam inedia confectum, restaurare curarunt, accesserunt nempè, & ministrabant mi

H hi, dum in agonia agerem, vnus eorum descendit, qui meæ carnis infirmitatem, qua mortem abhorrebat, consolabatur, & in crepundijs vagientem, à persecutione Herodis, Patri mihi putatiuo Ioseph consilium fugiendi, & ab indignatione eius declinandi præbuit.

Decertarent utique, ut non traderer, &c. Vel certè traditus eriperer de manibus Iudæorum, & quorumcumque me deprimentium, sed & Petrus iterum decertaret, qui solo gladio inter cateruas satellit se exhibuit,

I aurem Nebulonis abscidit, & plures trucidasset, si cohibitus à me non fuisset. Verum cum ex hoc mundo non sit Regnum meū, alios ministros habeo, qui non Sicariorum more, trucident viuentes, sed qui mortuos potius efficiant rediuiuos. Vtinam hoc vnū animaduerterent qui se Christi ministros non ignorant, ministri (inquit) vtique decertarent, vt non traderer Iudæis, certè nec hæreticis. Audite ministri Christi verbum Christi, attendite quid sibi de suis ministris polliceatur.

Fideles Chri ministri pro Chri Domini veritate, & defensione decertant.

K *Nunc autem Regnum meum non est hinc.* Quid est quod dicitur Regnum meum non est hinc, nisi apertè dicere, ex his ô Pilate, dicti mei veritatem auspicari potes, Regnum meum videlicèt non ex hoc mundo esse. Hanc tu veritatis compos, deducere potes veritatem, si Regni temporalis auiditate feror, si aliquod terrenum Regnum affecto, quum nil in me quod terrenum, seu mundanum sapiat defero, imò qui talia totus detestor. Nunc tu facilè timorem depellere potès, & suspicionem remouere omnē, quod in Cæsaris iniuriam quidpiam vel minimum sim

sim moliturus, nunc testium qui me criminantur falsitatem facilè deprehendes, nunc clarius intueri potes alterius Regni longeque præstantioris me Regem fateri.

Nunc autem Regnum meum non est hinc. Absit asserere cum Manichæis Christũ Regnum hic non habere. Est quidem & hic Regnum eius, quod tamen non est hinc; iam enim fecit nos Deo nostro Regnum qui dominatur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum; Dedit illi potestatem, & honorem, & Regnum, & omnes populi, & tribus, & linguæ seruient ei, De quo etiam scriptum est; Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ; Reges eos in virga ferrea, &c. *Psalm. 2.*

Est quidam hic Regnũ eius, sed non est hinc, quia dũ sumus in hoc sæculo, peregrinamur à Dño, nec habemus hic Ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus; Est hic, sed non est hinc, quia licèt sit in terras delapsum, tamen est è cœlis; Est hic, sed non hinc, quia licèt infœlix sit in carcere mortis huius, cupit tamen dissolui, & esse cum Christo. Est hic, & non est hinc, quia iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi Regnũ Dei. Est hic inchoatiuè, per gratiam, non est hic quia consumatur per gloriam, gratiam enim & gloriam dabit Dominus, vel aliter.

Nunc Regnum meum non est hinc. Nego Regnum meum esse nunc, quod dico fore tunc, quandoquidem quod in præsenti est, breue est, & momentaneum est, quod tunc seruatum est, perpetuum & æternum est, nunc videmus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc Regnum Cœlorum vim patitur, tunc violenti rapiũt illud. Nunc non est hinc, quia beati qui nunc fletis, qui nunc esuritis, &c. Sed erit tunc, quia tunc ridebitis, & saturabimini; Nunc non est hinc, quia nec nunc quidem potestis, qui adhuc carnales estis, tunc autem euacuabitur quod ex parte est, & quod mortale est, induet immortalitatem; Nunc promissionem habemus vitæ, tunc vitam cõsequemur æternam; Nunc meliorem appetimus repromissionem, tunc reddet vnicuique iuxta opera eius, nunc in mundo pressuram habemus, tunc gaudium nostrũ plenum erit, nunc esurimus, & sitimus, aporiamur, persecutionẽ patimur, blasphemamur, colaphis cedimur, & præ tristitia languescimus, tunc nec luctus, nec clamor nec dolor erit vltrà, quæ prima abierunt, sed gaudium perenne quod nemo tollet à nobis.

Nunc Regnum meum non est hinc. Frustra Iudæi regnaturũ adhuc præstolantur Messiam, cuius Regnum de mundo quasi Monarchiã expectant, vt sedeant à dextris eius,

F aliqui, aliqui à sinistris, idest, potiantur his bonis temporalibus, in possessione auri, & argenti, & cunctorum bonorum temporalium; O insanos & solis voluptatibus deditos, qui tantum quæ terrena sunt sapiunt; procul ô vecordes, à Christi Regno procul à Messiæ dignitate ista sunt, cuius Regnum non est hinc; sic & Hieremias testabatur alloquens ipsum Christum. Quare quasi colonus venturus es in terram, & sicut viator declinans admanendum: qui cum diues esset, pro nobis egenus factus est, vt sua egestate nos diuites essemus, formam ipse serui accepit de quo & Propheta, prædixit: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, & ipse pauper, quod cum de ipso Rege temporali Dauid nequeat verificari, talia protulisse in persona Messiæ, fateri oportet. Quam autem egenus, & pauper fuerit Christus, qui Regnũ mundanũ noluit, hoc vno accipe, quod vulpes foueas habeant, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. *Cap. 14.* G *Zachar. 9.* *Christi Dñi paupertas.*

Nunc autem Regnum meum non est hinc. H Hæc pauca quæ hic referantur verba, sunt totius Religionis Dominicæ scopus, hæc sunt totius Christianæ professionis methodus, hæc sunt singularis omnium operationũ Christiani hominis norma, videlicèt Regnum Christi non esse hinc, Regnum enim ad quod anhelamus, ad quod pergimus, ad quod suspiramus, in hac lachrimarum valle, non esse hinc: aliud est fœlicius quod expectamus fratres, si tamen thesaurizamus in cœlo, vbi nec tinea, nec erugo demolitur, nec fures effodiunt, aut furantur; Hæc meditari suauissimam pijs animis afferunt consolationem, qua fidelium corda exhilarantur, muniuntur, stabiliuntur, aduersus Satanæ & assectarum eius, totiusque huius sæculi insultus, ac impiorum hominum tyrannidem; Quid nobis cum diuitijs quæ alterius Regni sunt? nõne ipsæ aditum nobis ad hoc nostrum auidè per nos desideratum intercludunt Regnum? dum aut qui diuites sunt difficile in illud ingredi valeant, aut qui diuites effici volunt, in laqueos incidant Diaboli; An forsan Deo seruire possumus & Mamonæ? I

K Cum igitur Regnum Dei non sit hinc in hoc videlicèt deserto, in hac miseriarum valle, vbi habentes victum, & vestitum, his contenti sumus; gloriamur autem in tribulationibus nostris, à conspectu Concilij lætantes imus, & exultamus, vbi spectaculum facti sumus mundo, libenter in erumnis nostris si gloriari oportet, gloriamur, absit tamen gloriari nobis nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mundus nobis, & nos mundo crucifixi sumus; Qui enim in erumnis pro Christo consistimus, ad fores

Regni Christi manemus qui in morte pro Christo sunt, hi ianuã Regni Christi ingressi sunt; hac namque impotentia, hac imbecillitate Regnum Christi adipiscimur, paupertate, humilitate, maceratione, & corporis castigatione, sanguinis pro fide Christi effusione, & ueræ fidei protectione, quibus refractariæ carnis impetus repelluntur, mundi insultus, & diaboli tentationes irrita prorsus, & inania redduntur. Hæc omnia depopulatur hoc unum Christi Regnum, sic namq; Sancti omnes, per fidem vicerunt Regna, operati sunt Iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, castra uerterunt exterorum, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate sua, fortes facti sunt in bello, vt meliorem inuenirent resurrectionem; Quęrimus hic, nõ adipiscimur Regnũ, quod si sic quærimus, ut hic consequamur, iam cum filijs Zebedæi nescimus quid petamus, & cum Petro quid dicamus planè ignoramus, dicẽtes, bonum esse nos hic esse. Quęritur hoc Christi Regnum in spelũcis, in desertis, in solitudinibus, & in cauernis terrę, quęritur in Dumis, in Melotis, & pellibus caprinis, quęritur ab his qui illecebras mundi fugiunt qui declinãt à malo, & faciunt bonum, quæritur castitate, patientia & ęquitate, inuenitur autem ab his, qui diligunt illud. Ecce quomodo hic habemus quod improperantibus respondeamus, quare cum sęculo nec conuenimus, nec de illo gaudemus; quãdoquidem, Regnum nostrum non est hinc; Huius autem Regni omnia mala, libenter sustinemus, ut æternis Regni cœlestis perpetim bonis perfrui mereamur.

Dixit ei itaque Pilatus, ergo Rex es tu? Hoc unum ex Christi responsione, Pilatus aduertit, Christum uidelicet Regem esse, nam rationabiliter consequitur, si Regnum eius nõ est hinc, quod sit aliundè, neque est argumentum ex negatiuis, sed ex diuisione, distinctorumque diuersorum, quorum uno per negationem ablato, aliud affirmatiuum subsequitur. Vndè rectè Pilatus per Conclusionem intulit: ergo Rex es tu. Tria igitur sunt, quæ ad hanc veritatem concurrerunt, Iudæorũ præmissa accusatio, Christi proposita assumptio, & Pilati illata Conclusio, quorum omnium una est propositio, in primo erat non credita, secundo erat confirmata, in tertio fuit cognita, optima igitur Pilati Conclusio, qua infertur,

Argumẽto a diuisione Christum Regem esse deducitur.

Certa conclusio.

Ergo Rex es tu; Non sunt hęc uerba interrogantis, uel vlteriùs dubitantis, sed confirmantis, & assertiuè concludentis: sic enim & Samaritana senserat de ipso Christo, quod propheta esset, cui tanquam ad prophetam postea locuta est; vtinam & ipse Pilatus Christum interrogaret, cuius saltem Regni ipse

F Rex esset, forsitan & ipse petijsset ab eo, vt Regno eius ascriberetur, sicut illa petijt à Christo perennem aquam, qua perpetuo satiaretur rudior illa; Pilatus, nihil de inaudito, sibiq; incognito Regno percunctaẽ, tantũ sibi uidetur esse curæ, quod Christus nomine Regio non falso, ut perperam a Iudæis calumniabatur, sed uerè potiretur, qui maxima vecordia notari potest, dum de solo nomine quęstionem faciat: verum qui aliud Regnum à terreno non agnoscebat, nec etiam reperiri credebat, Christum de solo nomine Regẽ

G cogitabat; nõ nescius erat Pilatus, uiros esse tam auidos præclarorum encomiorum, qui solis titulis sublimib. illustrari cupiũt, quorũ dignitas & celsitudo in sola tituli denominatione consistit, propterea non de Regno, sed de Regio nomine mentionem facit.

Tu dicis quia Rex sum ego. Hoc tu iam de me cognoscis, ꝙ Rex sum ego; sciendum responsionem Christi in hac prudentia consistere, vt sic se regem confiteatur, quod etiã aliquam de Regno suo dubitationem in animo Pilati relinquat, quia etsi se Regem fatea

Prudentissima responsio.

H tur, talem tamẽ se esse Regem, vt Pilatus carnaliter credit, neget; est igiẽ Rex, præcipuè spiritualiter regnans, cum mundo nihil commune habens, quid Pilate de Christo sentire videris? quid de illo concludis? ne causeris abiectum Christum fateri Regem, multiplicabitur enim eius Imperium, & sedebit in domo Iacob in æternum, super solium Dauid, & super Regnum eius sedebit, ut confirmet, & corroboret illud, vsque in sempiternum; sed quomodo? in iustitia (inquit) & iudicio,

I ergo non carnaliter Regnum eius interpreteris Regnum enim eius, Regnum omnium sæculorum, & dominatio eius, in omni generatione & generationem.

Rex pacificus est, qui posuit fines suos pacem, & pacis eius non erit finis. Depone belli timorem, excute formidinem perdẽdi præsidatus, in pace factus est locus eius, & ad pacem eos qui propè, & eos pariter qui procul sunt, uocat,

Tu dicis, quia Rex sum ego. Ac si diceret, vsque adeo aperta est veritas, quod sim ego Rex, ut illã tu ipse fateri cogaris, quam me et

K non tam apertè asserente, tu ipse expresse ꝓnuncias, iam.n. concludis, ergo me esse Regem, & quod tu dicis, illud pro ueritate confirmo, Iudæos autem ad Prophetas remitto. Ad hãc tñ lucẽ ex multis deuenisti, ꝙ me Regem esse deduxisti, Testis huius veritatis cũ surges in iudicio, morte obcęcatum Iudæorum populum condemnabis.

Cęterũ, tu qui me Regẽ esse fateris, age apud Cęsarem, ne sicut Nabuchodonosor ex tollatur de adepto terreno huius mundi Regno, & aliud indica superius Regnum, non manufactum, nec firmatum in terris, cuius omnis

omnis gloria eius ab intus, in conscientia bona, & charitate non ficta, qui me Regē agnoscis, iam alterius Regni rationē suscipe, & qđ exortū est tibi lumē in tenebris, extingui ne permittas, magis autem in lumine tuo iā vide lumē, & qui me Regē fateris, Regni mei bonis potiri satagas, sunt alia Regni mei feuda, alia oppida, aliæ gazæ, aliæ arces, alia castra, alij montes, alij colles, aliæ valles, aliæq; planicies, alij Barones, alij custodes, alij eqtes, alia insignia, alia indumenta, aliæ loricæ, thoraces, & galeæ, alius thronus, aliud solium, alia uexilla, quæ singula, nō sunt occultata a filijs hominum, quorum pars mecum est in Regno meo, & sicut qualis terrenus, tales & terreni, ita qualis cęlestis, tales & cęlestes, qui spectant ad Regnum.

Christi regni insignia.

Tu dicis quia Rex sum ego. Obscurauerat hanc veritatem Iudæa, cum alium sibi ac terrenum Regē more Gētiū præesse poposcit; Constitue (inquiunt) Samueli, nobis Regē, sicut & Gentes habēt, & dixit Dn̄s ad Samuelem; Audi uocem illorum, non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Quem Iudæus negat, Gentilis confitetur, cuius veritatem Rex ipse confirmat.

1. Reg. 8.

Tu dicis. Idest, Adeo in cōspicuo erit me Regem esse, ut nullus ambiguitati locus relinquatur, cū uenerit, uidelicet, filius hoīs, in sede maiestatis suæ, in ptāte magna, & maiestate, iudicaturus seculumq̄ tibi omnibusque perspicuus apparebit, itā, ut futurum pro præsenti indubiè depromi posit, sicut enim præsens profuturo ponit Psaltes: Dominus regnauit, decorem induit, cum tamen, necdum hominem induisset, ita & quem in prętERITO regnasse illic posuit, hic Regem in pręsenti, pro futuro dicere voluit.

Tu dicis, quia Rex sum ego. Cum Christi Regnum sit politicum, ac vsquequaq; perfectum, politicus autem Principatus, (ut refert Aristot.) in tres species distinguatur, quarū una bona, alia melior, tertia optima inueniatur, Christi Regnum, non per Dimocratiā, nec per Aristocratiam, quorum alterum est communis dominatus multorum, alterum paucorum, sed præcipuorum, tertium per unum tantum, cui subsint omnes, & omnia, De regno solo, ut perfectissimo dominio mentionem fecit.

Aristo. 8. Ethic.

Politici principatus triplex est species

Quid si Ecclesia edificata est a Christo, entia autem nolint male disponi, quis huic suo Regno præstabit, ut bene reguletur, & in emergentib. necessitatib. passimq; occurrētib. dissidijs, & cōtrouersijs placidè cōponat? Hāc cōem ueritatē Paganis, & fidelib. Ethnicis, & cordatis omnibus viris, Christus ac Pilatus affirmant. In hoc autem Tyrannus a rege discernitur, quoniā p Tyrannū Regni maiestas destituitur, & tandem omnis uirtus, corrūpitur, omnis Iustitia uiolatur, ac omne

Quō dignoscatur verum & legitimū regni do-

A bonum deperditur, quę omnia a uero Rege, etiam collapsa restaurantur, atque firmantur, quandoquidem, ille sibiipsi omnia in obsequium trahere, singulaque in propriam utilitatem conuertere satagit, Rex uero subditorum utilitati studet, & proficua singulis æqua lance partitur, sicut enim est pessimum quòd optimo contrariatur, ita & qui Tyrannicè regnant, soleque suæ cupiditati, & utilitati studeut, inter pessimos computari possunt; nec iniuria, cum illorum impietas, in multorum detrimentum conuertatur, obsintque tantum alijs quantum sibi solis prodesse satagunt.

mini consilium a Tyrannico principatu.

B *Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mūdum, ut testimonium perhibeam ueritati.* Ad hoc unum descēdi, ut homines a ueritate deuios, à falsis suggestionibus deceptos, a rectitudine iudiciorum transuersim, & obliquè actos necnon falsis pollicitationibus, eius qui in ueritate non stetit, illusos, ad ueritatis semitas, mea attestatione reducam: ego namque ad hoc ueni in mundum, constitutus Rex a Deo super Sion montem sanctum eius, ut prædicem præceptum eius; Hoc est negotiū quod facesso Pilate, hoc Regni mei munus,

C seductos reuocare, errantes corrigere, pusillanimes confortare, ignaros instruere, dispersos congregare, peccatores ad pœnitentiam inuitare, ueritatem illustrare, & singulis tandem iter salutis aperire, & ostendere.

Christi regni negotia.

In hoc natus. Qui veritas æterna sum, qui infallibilis sapientia patris sum, qui in paterno sinu collocatus sum, & a paterno Intellectu quasi fluuius Dorix egressus sum, etiā ad hoc ueni in mundum, habitu inuentus ut homo, formam serui suscepi, & a Regalibus sedibus veni, tanquam doctor Diuini sermonis, tanquam expressor Diuinæ uoluntatis,

D veluteque Magister totius ueritatis, testimonium perhibens veritati, qui falsitatem detego, uersutias refero, mendacia detestor, & patrem mendacij condemno; Hoc mihi ex naturæ dignitate competit.

Qui in hoc natus sum æterna Patris generatione, ad hoc etiam veni, & uisibiliter apparui, ut testimonium perhibeam ueritati: apparuerat quidem ab initio veritas, sed illam suppresserat vanitas, data fuere præcepta ueritatis, sed illa obtexerat perfidia falsitatis, iā aurum in scoriam uersum cernitur, a ueritate iam mundus auditum auertit, & ad fabu-

E las se totū conuertit; Narrauerunt iniqui fabulationes, sed non secundum legem meam, omnia enim mandata mea veritas, non uera tantum, sed ipsa ueritas sunt, quia verbum Dei sunt, sermo autem Dei veritas est, quia ipse solus verax est, omnis autem homo mendax, me igitur magistrum veritatis quisquis dicit, bene dicit, sum etenim, quando quidem

Ego

Ego in hoc natus sum, & ad hoc in mundum ueni, ut &c. Moises contestatus est populo, me venturum, cui ueluti sibi, crediturі essent; Prophetam suscitabit vobis Dominus, ipsum sicut me audietis, suscitabit, inquit, ergo ille qui prius esset non qui prius non esset, ante, enim Moysem, imò antequam Abraham fieret, ego sum; Hoc de me, semel atq; iterum, Paterna uox contestata est; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite, Quod promissum est, iam concessum est, hoc quod dictum est, iam completum est, & quod futurum erat, iam presens est, ne mireris o Pilate, si meum Regnũ nec de mundo, nec hinc esse affirmauerim, sed longè desuper habeam sublimimius fortiusque ac locupletius omni terreno.

Ad hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Qui conspexi cuncta quæ sub sole fiunt, vanitatis magis quàm veritatis legibus subiacere, itaque uniuersa uanitas, omnis homo uiuens, ad hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundũ, ut testimonium perhibeam veritati; Obserua geminatum eius ad nos accessum, pro attestanda & confirmanda veritate; Quid est dictum natum esse, & iterum adiecisse, in mũdũ uenisse, nisi apertè insinuare, ab exordio suę natiuitatis & conuersationis, usque ad extremum, nihil magis satagisse, quam ut imprimeret suaderetque nobis veritatem, abductosque à uanitate, cultores redderet veritatis, adeo enim ferebantur in incertum, qui prosequebantur vanitatem; Mirandum certè, imò dolendum homines non inspecta veritate, adeo se tradidisse uanitati, quorum uicissitudinem dolet Regius Proph. Quoniam (inquit) vani filij hominum, mendaces filij hominum, in stateris, ut decipiant ipsi de vanitate, in id ipsum, quid est filij hominum mendaces, filij hominum in stateris, ut decipiant ipsi de uanitate, in id ipsum? quid est filij hominum, nisi omnes pręter Christum, ipse namque solus & est, & appellatur filius hominis, qui in terris est sine Patre, & in cœlis sine matre. *Psal. 61.*

Ego ad hoc natus sum. Ne putes o Pilate, qui me Regem dico ex iactantia, me inuertere ueritatem, aut à rei veritate procul abscedere, est enim veritas adęquatio rei & intellectus, & ea veritas quę in rei veritate consistit, causa eius ueritatis, quæ in uoce est existit, ab eo namque, quòd res est, uel non est, oratio uera, uel falsa nuncupatur, quæ autẽ sine re profertur, contra ueritatem affirmatur, illa enim inanis est veritas, quæ ab ipsa rei ueritate discedit, quandoquidem, vt Augustinus docet libro de uera religione, veritas est id quod est, in sermone autem non tãquam res, sed tanquam signum rei est, & ista est qua ostenditur id quod est;

Ab eo qđ res est, vel non est oratio dicitur uera, uel falsa.

Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meã. Oseas, Iudicium Domini esse cum habitatoribus terræ, predixit, eo quod non esset veritas in terra. De quo facinore, conquerebatur qui dicebat Corruit veritas in plateis, tanquam diceret, adeo publicè, communiter, & inuerecundè mendacio inseruitur, falsitati, erroribus, & deceptionibus incumbitur, ut nullo timore, nulla uerecundia, nullave circunspectione, a mendacijs omnis contaminetur ueritas, a deceptione, realitas, a cauillatione integritas, & a duplicitate sinceritas; Aut certè dolet Christus, quod usque adeò corruerit ueritas, ut etiam in plateis, idest in his qui publicis pręsunt officijs, qui honoratiores sunt, & in dignitate constituti, corruisse perpendatur; Vel aliter. In plateis dicitur corruisse, quandoquidem non tantum in ambiguis, ad falsitatem iudiciorũ declinamus, sed & falso aliorũ facta interpretamur, dum in ancipiti sententia, uelut in biuijs ambulamus, sed in ipso foro, ac plateę medio, i. in apertis, & cõspicuis, a ueritate declinare non pertimescimus, & a recto tramite uoluntariè deuiamus, in mediaq; luce offendere non ueremur. *Cap. 4.* *Isa. 59.*

Omnis qui est ex ueritate audit uocem meã. Cum ad hoc venerim, ut dissoluam opera Diaboli, cuius fraude, diminutæ sunt veritates à filijs hominum, ideo me fore magistrũ, quod nuper coram meis discipulis confirmaui, iterum hic coram te gentili homine constanter affirmo, vt meam communem esse doctrinam quibus amabilis est veritas, intelligas: At cum triplex sit veritas, Mentis, Oris, & Operis, seu intelligẽtiæ, locutionis, & moris, idest, Doctrinæ, Iustitiæ, & Vitę, ego omnem amplectens rationem ueritatis, strenuũ eiusdem me magistrum affirmo, de prima est qui dicat: Magister scimus quia uerax es, & viam Dei in ueritate doces. De secunda: Verè nunquam sic locutus est homo. De tertia: qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius; Per fidem purgo intellectum ab erroribus: Per præcepta, libero hominem à deceptionibus: & per meæ conuersationis formam, instruo illum in moribus. Hinc igitur omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam, sicut enim Augustinus habet lib. de Ciuit. Dei, vt homo fidentius ambularet ad veritatem, ipsa veritas Dei filius, homine assumpto, veniens, fundauit, & stabiliuit fidem, qua totus homo dirigitur, & ab errore mundatur.

Triplex veritas. s. mentis, oris & operis.

De cælo uenit Magister qui solus uerax est. Omnis autem homo mendax, qui uiam Dei in veritate docet, & non respicit personam hominum, per primum autem quod dicitur esse verax, intelligitur de ueritate in mente; per secundum intelligitur ueritas Doctrinę: per tertium, veritas Iustitiæ, & hæc est summa, &

ma,& perfecta ueritas, de qua testatur, ipsa & omnis ueritas: ueritas mea & misericordia mea,cum ipso, ueritas igitur a quocunq; sit, & de quocunque fit, a spiritu sancto est, de quo Christus testificatus est, spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem, vnctio docebit uos omnem ueritatem. At igitur cū ipsa ueritas non aliud sit, quam recta omniū regula, omnis qui regulatum habet intellectum, per sapientiam, diuinæ sapientię subordinatam, redigens illum in captiuitatem, in obsequium Christi, ad fidei Christi,is verax est, qui paret mandatis, & obseruat ea quæ in lege scripta sunt,hic uerax est,

Psal. 88. *1. Ioan. 2.* Quid sit ueritas.

Dicit ei Pilatus, Quid est ueritas? Illectus Pilatus dulcedine solius uocis, & nominationis ueritatis, mox in eius amorem tractus quasi aullsus à seipso percunctatur de illa, quidnā sit veritas, audit quid nominis, mox quid rei de illa querit, ut quod amabile audit,cognitione percipiat, nihil enim illa dulcius,nihil carius, amabilius nihil,de qua ille Ethnicus Peripateticorum princeps, talia refert:Amicus Socrates,amicus Plato, sed magis amica ueritas; Hæc est, quæ dulcia faucibus meis super mel, & fauum eloquia facit; Hęc est, qua uincti, in libertatem rediguntur,qua si liberamur,uerè liberi erimus.Hæc est illud incommutabile bonum, quod eminet super omnem bonum, & est ipse Deus, qui est summum bonum, neque enim nos nobis ipsis ueraces sumus, sed qui solus est uerax,etiam nos mendaces ueraces facit, sic enim Augustinus ad Petilianū inquit: Cum de cuiuslibet hominis ore ueritas insonuerit, nō est ab ipso homine,qui ex se peccator est, sed ab ipsa ueritate,quæ Christus est,qui aūt de proprio loquitur,mēdaciū loquitur,& q verū loquitur nō de suo, sed de Deo loquitur;Nō est autē homo uerax,nisi in quo loquitur Deus, qui docet nos omnem ueritatem. Prima igitur ueritas est ueritas increata,quæ est mensura omnium ueritatum,aliæ autem sunt ueritates dependentes & participatę,& mensuratæ,res autem omnes, nomen ueritatis sortiuntur,non per considerationem siue respectum ad intellectum nostrum, sed per comparationem & respectum ad intellectum diuinum,qui est mensura omnium ueritatum: ideo propter nostrum affirmare,aut negare, nihil ponitur in esse; Habetur igitur respectus ad intellectum diuinum, in quo est sciētia omnium, quæ scientia dicitur & est causa rerum,non autem nostra, quæ causatur a rebus,hæc fusius norunt, qui amatores ueritatis existunt.

Arist. li. 1. Ethico. Veritas ī depēdens & ueritas participata.

Quid est ueritas. Hic Angelicus Doctor affirmat Pilatum propulsata formidine,de Regno Christi in iniuriam Cæsaris credidisse Christo, quod Rex esset in doctrina ueritatis, & non modo, in possessione dominatio-

A nis terrestris,eumque concupisse effici de numero eorum, qui spectant ad Regnum eius, ex cuius locutione, Pilatus se extra eius Regnum fatetur,optare tamen, consortio eorū ascribi qui compotes facti sunt ueritatis,neque enim quereret, quid est ueritas, nisi se procul à ueritate,& sine cognitione ueritatis agnosceret, ideo tanquam de re incognita mundo,percunctatur.

Attende hic præstantiam,attende uirtutem, ac excelleniam,cuius fortitudine sic animus Pilati pulsatur, ut illum ad eius Regnū anhelare compellat, cui, omnia cedunt, & B omnia fauent.Hac una sola trahuntur homines ad illud supremum Regnum, ad quod suspirant, Hac sola muniti, ditantur egeni,recreantur tristes,subleuantur oppressi,in morte reuiuiscunt exanimes,ò robur, ò solatium, ò firmamentum tutissimum, o singulare nostrum pręsidium;Hanc amaui(inquit Sapiēs) à iuuentute mea, & proposui pro luce habere illam,præposui illam Regnis & sedibus,& aurum nihil esse duxi in comparatione illius, venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa,&c. Infinitus enim thesaurus est hominibus,quo q usi sunt, participes facti sunt C amicitiæ Dei.Beata uita(inquit Augustinus) est gaudium de ipsa ueritate, filij hominum igitur,vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? quid aliud quærimus, quàm ut beati simus? Delectemur in ista, quæ dabit nobis petitiones cordis nostri.

Veritatis excellētia & fortitudo. Veritas ē omniū solatium & refrigerium. *Sap. 7.*

Quid est ueritas. Audiens Pilatus,commendari veritatē,qua reuera nihil opportunius, & magis necessarium iudici,qua (inquam)nihil conuenientius iustitiam ministrantibus, ad ipsam conquirendam conuertitur,qua adepta, suo munere congruentius fungi posD set,sed quia Iudices eam scire, & non adiscere debent,ideo obticuit Christus, nec sciscitanti respondet,in Pilato tamen formam habemus eorum qui mundanis curis obruuntur,hi plerumque cum Dei uerbum audiūt, dum Concionibus, aut Catholicis sermocinationibus intersunt,ipso ancipiti gladio,uerbo videlicet Dei,quo penetrabilius nihil existit, pertingēte usque ad diuisionem spiritus, & animæ, feriuntur, & vulnerantur,qui tamen suffocant uerbum,in dumis, & spinis secularium uoluptatum.

E Multi cum Pilato quęrunt ueritatem,qui tamen a ueritate auditum auertunt multi(inquit propheta)dicunt,quis ostēdit nobis bona,cum tamen non sit qui faciat bonum, nō sit neque ad unum,O quam cito ab instituto recedunt, o quam facile à proposito declinant, & a feruore tepescunt, qui uerbum quidem dum audiunt recipiunt,sed in lapide recundunt,qui cor adhuc lapideum retinēt, & in corde optimo illud non custodiunt, multi,

Psal. 4. Veritatē quam oēs amāt pauci sequuntur.

multi principio quidem feruentes apparent, & quasi ardentes flagrant, qui tamen optione facinoris exhibita, & ad uomitum ut canes redeunt, & in uolutabro suo tanquam sues proprijs spurcitijs inuol uti fœdantur.

Quid est ueritas. Sunt qui dicunt indignantis hæc esse uerba & insultantis, vt ipsi merito non responderit Christus, qui a uoce exprobrantis & obloquentis, a facie inimici, & persequentis conticuit, & os suum non aperuit; exprobrat Pilatus responsum Christi, de veritate sermonem facientis, tanquam diceret, video te ēt coram me tuis insultare principibus, in Sacerdotum, Scribarumque ac Phariseorū iniuriā garrire, quos taxare uelut rudes & alienos a ueritate videris, aut certe mihi etiam aliam paras ueritatem, quæ a præscriptis Romanorum legibus, a sacris Cęsarum statutis, deuiare nos faciat.

Quid est quod hic uinctus tantum audes? anne insanis, qui cum te defendere debeas a calumnijs, concionem, mihi militi de veritate proponis? quid nunc disseris de ueritate? quid nunc mihi cum ea est negotij? maluit autem Christus indignanti non respondere, quam indignati animi ex optimis etiam responsis, supercilium reprobare, vtinam talibus nos exemplis erudiremur, qui tam facile instar montis elati, dum tangimur, accendimur, & fumigamus, & veluti igne indignationis succensi, sicut ignis in spinis exardescimus, & dū nos innoxios obiecti criminis ostendere uolumus, eō obnoxios maiorum facinorum palam demonstramus.

Quid est veritas? Iesus autem responsum non dedit, &c. Quid o Pilate, seorsum interrogas Dominum, quid sit veritas? De maxima ipsa sapientia interrogas, qui nec minima obseruas, hæc tibi seorsum interroganti abscondita, atque celata est, cum nesciat latibula veritas, non tibi seorsum, sed mundo, quia Pater Iesum ducem, & præceptorem gentibus posuit, propalatur. Forsitan, & indignus es responso, qui cupias sapere plusquam oporteat te sapere, & non sit tibi satis, ad sobrietatem sapere, frustra quæris veritatem, qui nec facere nec audire desideras quæ sit uoluntas eius, secūdum quod prædictum est. Si quis uoluerit voluntatē eius facere, cognoscet de doctrina mea an ex Deo sit, qui fieri igitur potest, ut ad ueritatis cognitionē pertingas o Pilate, qui nec fieri eius discipulus cogitas? stulta petitio, nec respōsione digna, ut adipiscatur ueritatem, qui non se facit discipulum ueritatis. Indiscreta interrogatio, ad consequendam veritatem, eius qui expugnat veritatem, quomodo fieri potes beatus, cum beatus sit qui inuenit sapientiam, cum sis impius, & impiorum executor cogitatuum? in maleuolam enim animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpo-

Ioan. 7.

Stulta petitio & inepta.

F re subdito peccatis. Tu qui patrem colis mendacij, quid quæris possidere ueritatem, an nescis, quoniam qualis pater, talis & filius? si illis dicitur, uos ex patre Diabolo estis, & desideria patris uestri uultis perficere, qui me lapidare uolebant, quomodo ex patre diabolo non censeris, qui me crucifigere moliris? procul abs te veritas abest. Quæris quidem ueritatem, sed non in ueritate, cuius propositum in ueritate non stetit Dominus quippe prope est omnibus inuocantibus eum, scilicēt in ueritate,

G ueritatem autem in veritate quærere, est ad ueritatis agnitionem pleno corde, & pia mente anhelare, propter ueritatem inquit, & mansuetudinem, & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua, uis consequi ueritatem? scrutare in ueritate, quia etsi ex falsis possit hauriri uerum, ex ueris nil tamen nisi uerum deduci potest, si captiuum redderes intellectum in obsequium Christi, susciperes ueritatem, & in ueritate, quę Christus est, requireres, ac possideres; est & huic incōcussę ueritati damnabile unum,

H quod illi opponitur Mēdacium, de quo testatur propheta. Perdes (inquit) omnes, qui loquuntur mendacium; Absit ut p oē mēdaciū perditus sit homo, quorum alio, aliud grauius, & aliquod solæ culpæ uenali est obnoxium; unum itaque est mendacium, quo perditur damnabiliter homo, qui negat ueritatem, quæ Christus est, iste mendacium loquitur, & suo mendacio damnatur, qui infidelis est, hic mendax est, & qui offendit in uno, factus est omnium reus,

I unum est mendacium quod unam destruit fidem, quod unitati fidei opponitur, & totā fidem destruit, de quo idem Ioan. ait, qui non ex Deo est, non audit nos, qui autem nouit Deum audit nos, in hoc cognoscimus spiritum ueritatis, & spiritum erroris.

Psal. 44.

Psal. 5.

Non omne mendacium est peccatum

Epist. 1. cap. 4.

Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudęos, & dixit eis, &c. Statim non expectans propositæ quęstionis responsionem, Pilatus exiuit iterum ad Iudęos, cuius rei causam crediderim cum Angelico Doctore, Iudæorum tumultum subortū fuisse qui clamoribus, & insolentissimis uociferationibus instabant, ut quam citius ad sententiam deueniretur, per-

K strepebant enim ne a festo postridie impediretur iudicium condemnationis, ad quod anhelabant; unde ex non expectato responso, ad Iudęos celerius accessit, quia illi occurrit menti unum sufficiens ut ipse opinabatur medium, ad liberandum a morte Iesum, ex eo quod ex consuetudine uitam condonandi uni reorum quem populus petere solebat proponere plebi cogitauerat ad liberandum Iesum, ut tali nacta occasione, auertere posset ab instantia Pharisęorum, & Scribarum, contra ipsum protestantium, & quōd libenter

D Thom. ibidem.

ter Christum absoluisset celeritas ipsa nos edocer, sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum; Creditur igitur, Pilatum ob id distulisse solutionem quæsiti, si quomodo conticuissent qui instabant, quo quietius de re tanti momenti, sermonem haberet cum Iesu, sicut & Athenienses, de resurrectione distulerunt cum D. Paulo sermonem.

Et hæc cum dixisset, iterum exiuit. Non enim sustinere poterat ueritatis splendorem, quem si pleno oculo perfusa luce conspexisset, nonne oppressus fuisset à gloria? qui enim è tenebris in splendidissimum lumen incunctanter transfertur, is proculdubio ab ipso splendore emicantis lucis offenditur, veritatis igitur corrusco lumine perterritus Pilatus, a responsione Christi diuertit.

Et cum hæc dixisset. Nullum Pilato datur responsum super quesito, quod utique superfluum esset, cum enim coram se Pilatus ueritatem haberet, cum præ oculis ueritatem cerneret, & manibus contrectaret, nullo alio magis conuenienti responso, quã silentio indigebat, Ad hoc obticuit Christus, ad hoc tacuit, quo plenius apertiusque dignoscamus, eum cuius obtutus feruntur in Christum, qui coram Christum constituunt, qui possident ipsum Christum, omnem possidere, & contueri veritatem, tanquam diceret, stulte Pilate, qui possides ueritatem, quæris veritatem? conspicis ueritatem, nec agnoscis veritatem, noli aliam quærere veritatem, suscipe quam uides, & possideꝗ quam habes, alia nulla est ueritas ab ista, absconsa erat in nubibus figurarum & incognita seculis, quia vsque ad nubes ueritas tua, nunc autem est manifesta nobis, quia veritas de terra orta est, si complaces in veritate, ecce o Pilate, in quo complaceas, in qua complacuit illi qui dixit, complacui in veritate tua.

Tacet ueritas.

Iterum exiuit, Qui bonum propositum deseruit, qui a bono principio, quod inceperat, retrocedit, ad Iudæos iterum accessit, & à Christo declinauit, necesse enim erat, omnem auersum à Christo, omnem se elongantem à Christo, & à veritate declinantem iterum sceleratis associari, & cum damnatis computari, qui.n. elongant se à te peribunt, ò quanto illi melius adherere Christo, quam salubrius, à Christo non recedere, mihi autem inquit Psalmista adhærere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam, hoc spernit bonum, qui non agnoscit bonum, hoc renuit uerum, cui non illucescit veritas. sunt qui ex curiositate de arduis fidei quærant veritatem, proponunt difficultates, & petunt solutiones, quas cum eorum desiderio non fauere intelligunt, magis au-

Temeraria quorundã curiositas.

A tem obsistere audiunt, non recipiunt, sed ab ipsa etiam agnita, auditum auertunt, quã ante incognitam affectare videbantur, vt sibi ipsis etiam sternere arbitrabantur.

Iterum exiuit. Repente exiuit, qui Christi vultum vlterius sustinere non potuit, nihil enim peccatori molestius, nihil onerosum magis Christi præsentia, peccatore nihil scelestius, Christo nihil sanctius, o quam intolerabiles sunt alterutrum: recede a me Domine clamat Petrus, quia homo peccator sum. Auerte faciem tuam à peccatis meis. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudi-
B ne, Dominus autem qui solo nutu omnia creauit, qui fecit solo uerbo, quæcunque uoluit in cœlo, & in terra, in nullo tamen opere laborauit, solo dempto opere sustinendi peccatores, de quo conqueritur.

Et dixit eis: ego nullam in eo inuenio causam. Iudiciales actus tales habent regulas, ut ad nullam deuenire sententiam iudices possint nisi per ea quæ allegata simul, et probata fuerint, quorum alterum si defuerit, sublata erit ratio condemnationis: Pilatus exacta examinatione, causæ in Christum cõmentatæ, in qua nihil iuridicũ reperit, Iudęos
C placaturus accessit, & quos saltem tam in aperto non uiolatores, sed amatores iustitiæ arbitrabatur, congruis lenioribusque uerbis, alloquitur, & apertè coram toto Iudęorum cætu, protestatur.

Ego nullam in eo causam inuenio. Tanquam apertè diceret, O scribæ & uos Pharisei, qui omnia propter homines facitis, qui uos iustos coram populo ostendere contẽditis, qui Rabbi uocari in plateis omni arte & conatu percupitis, quomodo contra leges iustitiæ, tanto liuore in insontem insurgitis, ut contra omnia iura damnandum, dica-
D tis? qui fieri poterit, ut uestrum hunc Regẽ in tale præcipitium conijciatis, & nullis criminibus irretitum, plectendum morte dicatis? ego causæ scrutator, ego uestrarum passionum expers, ego iustitiæ æmulator, & protector, veritatis etiam amator ac æquitatis, nullam in eo causam inuenio, scrutatus sum singula, perpendi omnia, examinaui cuncta, & nullam in eo causam inuenio.

Ego nullam in eo. In solo Christo causa condemnationis absuit; omnes nos filij iræ, & perditionis, in quibus dominatur pecca-
E tum, stipendia autem peccati mors, cui adhuc subijcimur sententiæ, qua statutum est omnibus hominibus semel mori, solus Christus ab hac lege solutus, qui solus inter mortuos liber, & a lege peccati immunis extitit, nulla potuit ex causa damnari. hinc inquit Pilatus.

Ego nullam in eo inuenio causam. Non petijt ex gratia, seu concesso priuilegio, donari Christum

Christum uitæ, sed ex debito, ex conscientia, & ut dicitur de iure, quando quidem nullam in eo causam inuenisset, tali iaculo Iudæorum corda cōfodisse censuit; verum cum se habere sermonem inter efferatos animis, velut ad silicem loquens, iterato ictu percutit, si quo modo emollesceret & ablutionis aquam effundendo, occurrit Pilatus obiectioni, cuius meminit superius in Christum prolatę, ipsos videlicet scire, cum quem dānandum tradiderant malefactorem esse, si non esset (inquiebant) hic malefactor, non tibi tradidissemus eum, eapropter non satis se fecisse illis arbitratus, addidit & aliud.

Laudabilis cōsuetudo. *Est autem consuetudo*. Diuino numine tam pia, & celebris consuetudo inoleuerat in Sinagoga Iudęorum, ut inter uerborum & ceremoniarum legis usum, adhuc per liberationē unius etiam scęlestissimi, consuetudinis pręludia haberemus, illius quæ per Christum in paschate futura erat omnium peccatorum liberationis, per quam saluati, & liberati sumus: nam & Angelus ad eum sanandum qui primus in piscinam descendebat, post motionem aquę mittebatur in paschate, quo facto, ad ampliorem transiremus cognitionem salutis totius generis humani, quia lex pedagogus erat in Christum.

Est autem consuetudo vobis. Hoc tanquam ualidissimo apud omnes utitur argumento Pilatus, veluti cui multum condonetur; nec iniuria, uim namque legis consuetudo sortitur, quæ & humanam nonnunquam abrogat, & diuinam plerumque interpretatur, & quidem per omnem modum multum est cōsuetudini deferendum, quæ in legem ubi inoleuit, conuertitur, & saluti populorum suffragatur, quæ si tantæ erat auctoritatis in Sinagoga, vt absoluere posset quem lex condemnauerat, nos Ecclesiæ Christi incolę, nō minus nostræ consuetudini præstamus, qui illi plus auctoritatis, quam singulis Doctoribus donamus, & cum scripturæ littera currere non dubitamus; Quod si altera est consuetudo in moralibus, & politicis, pariter & in Ecclesiasticis ac diuinis, vim legis quæ a patribus semper obseruata, & approbata fuit indubitanter obtinet; imò reuera est & in natura, tantæ enim est consuetudo potentiæ, vt & naturam, nedum temperet, sed & exuperet, at uincat, hac namque indomitos frenamus leones, psytacos loqui aut uerba formare docemus, feras, & canes, ad insolita erudimus, qua naturę iura longa consuetudine superamus; nonne & consuetudinis uires hi experiuntur, qui reiteratis sceleribus adeo assuescunt, vt connaturalē sibi peccandi regulam constituisse dignoscantur, teste enim Sapiente, Adolescens iuxta uiam suam

Diuturna cōsuetudo uim legis suscepit.

Hæc D. Th. docet & approbat 2. 2. q. 12 art. 12. & quol. 2. q. 4. ar. 2.

F cum senuerit non recedet ab ea.

Est autem consuetudo vobis vt? Hanc consuetudinem ea ratione iamdudum à Sanctis Patribus præscriptam in Iudaismo fuisse confitentur sapientiores Rabbini, in illius quod in sacris scripturis tam frequenter legimus præstiti toti illi populo beneficij quo è maris rubri fluctibus erutas, & a persecutorum gladijs inoffensus diuinoq; protegente brachio liberatus fuit recordationem, quo se tantum debere diuinæ maiestati quot annis memoriæ commendaret, eoque exemplo animum

G ad pietatem flecteret.

Sed heu quæ impia uinea, quę Domino uuas expectanti, reddit pro sua impietate labruscas, expectauit vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: iustitiam, & ecce clamor. *Isa. 5.* Crudelis suo facta Domino, quasi strutio in deserto in seipsum sæuit, quæ rabie fameliei ardoris ferro quo potest, se nutrire cupit, per quod eius natura destruitur, & ferrum integrum reddit strutio, & in vanum volare satagit, qui cum defatigatus fuerit, in eodem deserto se interimit; quasi

H igitur strutiones Iudęi, etsi se Christum deglutire putent, se ipsos tamen destruunt, & rediuiuum resurgere vident quem deglutisse cogitabant, inquiebant enim teste Propheta Prou. 1. Deglutiamus eum sicut infernus uiuentem. quod si ex Romanorum benignitate hæc illis in gratiam paschatis concessa fuerit facultas, reum aliquem capitis quem pertijssent liberandi, non minor Iudęorum impudentia damnatur, quippe quorum paschatis solemnitas in liberando sontes a gentibus illustrabatur, ab ipsis effusio-

I ne sanguinis insontis contaminabatur; hoc autem, & frequenter contigit, ut à laicis, immo & a rusticis solemnius, purius, & magis deuotè festiuitates præcipuæ celebrentur, q̄ ab ipsis in religionē profitentibus, minus namque impliciti deuotionibus tunc sacerdotes videntur, deuotiusque illi communicant, quam plerumque sacerdotes faciant, quo nam scelere, qua impietate plus fœdari, & dedecorari poterat tanta solemnitas quam tam iusti effusione sanguinis, quod quidem deplorandum facinus lachry-

K mis perfusus prædixit Hieremias: Polluta facta est Hierusalem quasi menstruata, *Thren. 1.* sanguis enim antequam menstruetur preciosior est inter omnes corporis partes, & ut Galenus inquit, sedes est animæ, verum corrupto ipso sanguine, & in menstrua redacto, nihil abominabilius, ideo sanum illud iudicium & honestam illam consuetudinem sua impietate dehonestauerunt, suamque solennitatem diabolica peruersitate contaminarunt.

Abominabilis Iudæorum abusus.

Est autem consuetudo vobis vt, Hęc vobis est

est concessa optio, ut vnum inter facinorosos eligatis ab omni clade, ab omnis generis morte, et ab omni pœna liberare valeatis, non damnandi aliquem, sed saluandi vnum, quem poscitis, vobis optio datur. Cur igitur o Pilate a præscripta lege decedis? Si saluandi non damãdi datum est priuilegium, quomodo eorum petitionem ad damnandum Iesum fieri concedis? satius tibi, illisque consultius de salute, de liberatione, non de condemnatione, de vita, non de morte tractare, Age ne obsint priuilegio, ne abutãtur gratia, & pręscriptum non peruertant. Hoc tuũ A erat, qui iuste iudicare debebas, si furentem populum à facinore retrahere, & Christum liliberare cogitabas.

Vultis ergo dimittam uobis regem Iudæorum. Nonne congruentius dixisse videretur, si dixisset Regem vestrum, sed Ironice, & quasi ad ignominiã Iesum nominat sub præscripto Regis Iudæorum, ad ignominiam uidelicet ad derisionẽ & contumeliam, tanquam hoc inferre uelit, ego scrutatus sum de ipso, si quæ inuenire possem, spectantia ad apparatum Regium, & nulla in eo causam inuenio, adeo vt nec suspicari quidẽ B aut conijcere, valeam, ipsum ambire in iniuriã Cęsaris, aut Regnum, aut titulũ Regium, adeo enim illum abiectum, adeo despectum, & bonorum temporalium contemptorem inuenio, vt nihil coloris, aut suspicionis superfit, Hoc meũ est scrutari, hoc mihi munus incumbit, & maxime mea interest, ut tamquam Argus vndique prospiciam, ne in Cæsaris, aut damnum, aut iniuriam fieri aliquid permittam vos autem insanitis, qui frustra de Regni ditione dubitatis, satius erit vobis, Regem hunc, quem Iudæorum vocatis tanquam inglorium, & ab omni Regio C fastu semotum illæsum abire permitti.

Vultis ergo dimittam uobis Regem Iudæorum. Proponit Iudex ad liberandum Iesum, statuit Iudæus, vt condemnetur Iesus; petit Pilatus vitam dari Iesu, sed fortius instat turba, vt morti tradatur Iesus. Iam Gentilis pro Iesu loquitur, iam Iudaicus populus contra Iesum vociferatur, tanquàm diceret Pilatus; ego paratus sũ liberare Iesum, quem coram vobis iustificaui, & palàm de eo protestatus sum nullã me in eo inuenire causam, quominus absolui, & dimitti debeat. Nonne & vos iudicio, & iustitiæ assen- D tire mauultis? & quidem non ait.

Vultis dimittam, sed addit, Vultis ergo quandoquidem ex præcedentibus contra ipsum agitatis nihil quod eius obest sinceritati, nihil quod se opponat eius humilitati, omninò est inuentum: propter quod & vos in hanc oporteret sententiam descendere, & mecũ qui Iudex sum conuenire, vt absolutus dimitatur illæsus; ego huic me subscribo sententiæ, ego me præsto paratum, & quod pro ueritate fateri coarctor hoc vobis suadeo.

Vultis ergo dimittam uobis. Vobis (inquit) E non mihi, quia nihil emolumenti pro eius dimissione suscipio, nihil propter eius liberationẽ præmij expecto: sola iudicij ratione moueor, & pro veritate loquor. In vestrum magis beneficium hoc cedit Iudicium, qui sãctioribus legibus vos gaudere gloriamini qui æquiores uos esse omnibus gentibus vociferatis, qui causas innocentium potentiori iure tueri iubemini; uobis dimittam, qui se tantum missum ad oues Israhel fatetur, qui se in medio vestrum assistere tanquam qui ministrat est confessus, qui Magistrum ad dandam scientiam Plebi eius in remissionem peccatorum prædixit, qui vt arcana diu tales vobis reserearet accessit, qui vestros surdos, cæcos vestros elingues, vestros claudos paralyticos, opressos, & mortuos audire videre loquẽtes, ambulantes, sanos, liberos, & rediuiuos fecit. Qui pauperes vestros euangelizantes præfecit, & consortes cœlestium arcanorum, & mysteriorum constituit; an talem vobis benefactorum dimitti refellitis? & in tantam vestram beneficentiam pertinaces, & proterui persistitis. Hier.12

Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc sed Barrabam. O detestandandam Iudæorũ proteruiam: o inauditam omnium eorum crudelitatem: o damnadam singulorum cæcitatem; Nec vnus quidem qui patrocinetur Christo, ex Iudæis omnibus reperitur, vna omnium communis vox insonuit, quorum vna communis impietas eorundem animos commouit. Attende quàm despectum habebant Christum, vt etiam illi scelestissimum præferrent homicidam; attende quomodo virorum omnium nouissimum faciant Christum, quam vilem, quam impium, quam exosum, cui maxime impium Sicarium anteponi in dimissionis concessione voluerunt Hanc nefandissimam insaniam celare Propheta non potuit, quam Dominus per os eius prædixit: Facta est hæreditas mea quasi Leo in Silua dedit contra me vocem. Ipse populus Israhel hę reditas Domini erat, qui illum quem possideret elegerat. Hæc ipsa Leonis instar vocem crudelissimi rugitus dedit, quæ vt seuissimus leo vocem terroris emisit, sicut leo rapiens, & rugiens. Pilati animus & volũtas.

Clamauerunt omnes. Qui omnes membra Diaboli erant, omnes etiam vt illius instrumenta, ad explendum facinus conueniunt, & quidẽ tale facinus ad perficiendum inuicem sibi copulata conueniunt, & ea qua possunt voce proclamant, & quidem ad inducendas, augendasque flammas æternæ damnationis ignis, nullo meliori modo nullis congruentioribus follibus resuscitare potuisset, accendi, & quam flatu proprij cuiusque eorum oris.

Clamauerunt rursum omnes. Maluit Euangelista Ioannes, eam factorum seriem reticere, quã ab alijs euangelistis nouerat magis ferie enarratam fuisse, & breuiori calle negocium ad eum finem perducere quo se despectantibus ad Diuinitatem præcipuè intromitteret quod, & supra in sermonis pręludio plenius declarauimus. Ad hoc struendum, & singulis patefaciendum Ioannes attendit, vt Pilati Iudicis testimonio insontẽ Christum Iudæorum perfidiæ ostendat, & eorum insaniam vsquequaque demonstret.

Erat Pilati animus ad liberandum Christum, ad cuius condemnationem (salua tamẽ Iudæorum benignitate) nullo modo descendere propoluerat, Ne irritaret totum populum, in cuius medio conuersabatur, timens sibi, ne in ipsum sæuirent, & effrenati insultarent, aut certè, ne alioquin sua sponte promptissimi, ut pote qui parati semper in ipsius erant Christi perniciẽ, ipsum etiã exeuntẽ lapidibus obruerẽt cogitauit vnum tantum cum Christo proponere, & hunc omnium aliorum scelestissimum virum seditiosum, crudelissimum homicidam, & latronem, à quo tot mala recenter susceperant

H

rāt, sibi ipsi persuadens, omnino magis Christū electuros quam illum quem proprio nomine designauit Barrabam.

Clamauerunt omnes. Inquit venerabilis Beda. Vsq; hodie nocet Iudæis sua petitio proteruia, & importunitate plena quam tanto labore impetrarunt; Latronem, & homicidam petierunt, & ideo patriam, & Regnum perdiderunt, quæ Christo antepoſuerunt, & plus quam quam corporis, & animæ libertatem amauerunt quā tamen amiſſam recuperare amplius nō valuerūt sed neque Iudęi pacem habere poſſunt, quia seditiosū inter ipsos regnare elegerunt; petierūt & latronem, & adhuc hunc in hæreditatem habent; nam tamquam publici latrones. Vsuris maxime inhiantes in quoſcunque quibus cum negotiantur exercent quotidianis, & raptu viuere aſſueti nil nisi fruſtra, & latrocinia, & quia homicidam homicidæ petierunt, ideo pallentes, & trementes profugi abeunt, super terram, & veluti Caim occiſores innocentis fratris in agris uagantur & a quibuſcunque inueniuntur ad vindictam trucidantur; Petierunt uirum ſeditioſum, propter quod pluribus uaſtati seditionibus, tādem inualeſcent inter illos seditione, vaſtato templo deſtructa Ciuitate eorum quaſi funditus perierunt.

Clamauerunt omnes. Quia omnes Herode, & Pilato nequiores erant. Hi namque di ſolemnitatis Paſchalis inſtante animos antea diſcordes conciliauerunt, & odio quo inuicem ferebantur depoſito, amicitias inierūt. Hoc potuit Rex pacificus Ieſus, qui omnia, ſiue quæ in cœlis, ſiue quæ in terris sunt, pacificat, quod in duræ ceruicis populo, ob maxima eius demerita efficere noluit, & quod legimus induratum fuiſſe cor Pharaonis ne dimitteret populum, hoc de eodem nunc populo contra Dominum experimur, quem non ſolum dimitti non patitur, sed vt damnetur efflagitat, vt crudelior contra Dominum, quam Pharao contra ſeruientes inueniatur; & ideo bene exprimitur eorum clamor, ut tam impię uoces in cœlo ſurſum, & in terra deorſum vſquequaque reſonaſſe videantur. Vociferate igitur, o Iudęi, ut audiatur in excelſo clamor, veſter deſcendatq; Dominus proſpecturus, an clamorem opere compleueritis, & iuxta vocis rationem iudicaturus de vobis.

Iudæorum rapinæ, iuræ, & fraudes

Clamauerunt omnes. O inauditū clamoris ſtrepitum, quoties in ærumnis conſtituti clamauerunt ad Dominum, & liberauit eos? Clamauerunt & ſalui facti ſunt? & quem toties populum prius ſuſcepit Dominus liberans eum de manu anguſtiæ, cuiuſque clamorem tam frequenter benignis auribus ſuſcepit omnipotens eundē aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius tam impie tanque crudeliter nunc extollunt quod damnabilius extat, quod nec prætereundum erat, dum in eorum cordibus clamat, & vt ſaluentur, ipſi in auribus Pilati cœlum, ac terram clamoribus contra Dominum implent.

clamor iuſtorū & ipiorū omnino diuerſus.

Clamat ad Dominum iuſtus, clamat impius, iuſtus clamat, vt ipſe ſaluetur, impius clamat, vt Chriſtus damnetur: iuſtus inquit, laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ, defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum; e contra clamant contra Dominum impii, qui illum nec ſuſtinere poſſunt, nec intueri patiuntur, quem toto conatu per vicos, & plateas quærunt, quē diligunt, & dilaniātur donec inueniant animæ iuſtorū; ſiccine reddis Domino popule ſtulte, et inſipiens? Siccinè retribuis Domino, pro omnibus, quæ retribuit tibi, mala videlicet pro bonis & odium pro dilectione eius.

Clamauerunt omnes? Ad conatum perficiēdū extinguere lumē mūdi, quod moliebātur ſuo ſletu omnes cōueniunt & pleno ore clamoribus ī lumē quod illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundum, toto quo poſſunt ſ atu conātur extinguere. Prius enim cum in propria venit, sui eum nō receperunt, nunc eum quem non receperunt quam longiſſimè reiecerūt, &

F extinguere tentauerunt, & quidem potuit interpoſitis nubib. obtenebreſcere paulisper ſol iuſtitiæ, cuius tamen radiorum uirtus, & diſſipat nubes, & diſſoluit, tandemque emicans, ſol ipſe refulget, nunc videmus quid de ipſo Domino prophetatum eſt quoniam nubes, & caligo in circuitu eius, tādem præ fulgore eius nubes trāſierunt, diſſipati quidē ſunt, ſed nō cōpūcti. Pſ. 96.

Nominant Barrabam, non nominant Chriſtum. Quia quem amāt, & cupiunt, cui fauent, & obſequuntur, eum proprio nomine vocant, quem autem odiunt, quem deteſtantur, & omni conatu perdere ſatagunt, hunc, nec nominare quidē

G dignantur, vt nec voce tenus nominetur in terris; Non hunc (inquiunt) ſed Barrabam, ſic enī & deteſtabilius nomen eius reddere conantur, cuius nomen nec reſonari patiuntur, quod & aliàs dicebant, vbi eſt ille? Tanquā illis incognitum, de quo pſal. Extraneus factus ſum fratribus mei &c.

Erat autem Barrabas latro. Ad quid exprimitur Barrabas latro: niſi vt intelligamus latroni patrocinari latrones. Vix enim aliunde patrocinium habere, niſi à latronibus poſſunt latrones

H dum vnumquodque ſimile ſuo ſimili, quem diligit, faueat, & quomodo non latrones erant, qui etiam Dei templum ſpeluncam latronum, iuxta verbum diuinum effecerant; inſidiabatur Barrabas ut viatores caperet, expoliaret, et confoderet, quantis technis, & inſidijs, vt Ieſum caperent Iudæi, obſeruabant? quomodo ſaltem ſi in ſermone cepiſſent, propria etiam vita expoliare poſſent, & tradere morti. Omnes prolatione clament, quia omnes quotquot ante Ie-

Latrones latronis patronī ſunt, & tutores

Nota.

I ſum venerant, fures ſunt, & latrones, Qui uenerunt (inquit) tota non qui miſſi fuerunt, Non igitur Moyſes, nō Aaron, qui miſſi ad Pharaonē fuerunt, non Eſaias, non Hieremias, qui ad omnia quæ miſſit ſunt, ierunt, ut euellerent, deſtruerent, ædificarent, inſuper & plantarent, Non Ionas, non cęteri Prophetæ, & ſerui Ieſu Saluatoris, de quibus ipſe Saluator teſtimonium perhibet: ecce mitto ad vos Proph. & ſapientes lapidas autem eos qui ad te miſſi ſunt, &c. latrones igitur qui gloriam, quę Dei eſt ſibi, uēdicabant, latronem meritò expoſcebant qui ad vota ſua omnia efflagitabant, & conuertebant.

Erat autem Barrabas latro. Latronē uocat Barrabam non furem, ex cuius ſcelere, ſceleris authorem agnoſcas. finge Sycariū, finge graſſatorē, finge Syronem, finge tubullū, & huius generis viros, quos ubique terrarum omnium hominū genus abominatur, & quo poſſunt conatu

K perditos faciunt, talem Iudæi præferunt Chriſto, talem ſibi condonari petunt, & vt morti detur vitę author poſtulant; Dicitur enim latro non omnis quiſquis furatur, ſed qui vias obſidet, & inſtar hoſtis, bona oia nonnunquam & vitam

vitam viatoris, auiditate etiam paruæ pecuniæ prædatur, ac violenter rapit, longe detestabilior fure, qui soli pecuniæ, & mercibus insidiatur, nec congressum cum Domino patitur, cuius bona clam conatur eripere, qui etiam audito strepitu a furto desistit, ne a Domino comprehendatur, quem saltem in luce ambulantē reueretur. Barrabas ergo latro petitur, inimicus, & proditor apertus deligitur hostis, & iugulator, vt liberetur vociferatur tāquā Iudæos expoliaturus, seditiones, & iurgia perpetuò inter ipsos nutriturus, & quasi illos vitæ vsura priuaturus. Hanc sponte Iudæi postulant, qui seipsos sua postulatione condemnant, & veluti mancipium Barrabæ, vltro se constituunt.

Erat autē Barrabas latro. Loco Barrabæ Christus substituitur, & dū Barrabas vitæ datur Christus mori condēnatur, nec poterat a morte Barrabas liberari, nisi contingat Christum morte condemnari, ò veram omnium latronum vitā: o vnicam latronum salutem: Hoc omnium nostrum malum, nostrum omne flatium, qui latrones inde conuincimur, dum filios nos latronum non ignoramus: aliquid nempè surripuerunt parentes nostri, quo nos, cum ipsis per cōmissum furtum rei damnationis eramus, & vt condonetur vita morituris, oportebat Barrabā dimitti, & Christum Saluatorem ad mortem condemnari, qui seipsum loco latronis tollendo peccata, substituit.

Omnes nos filij latronū sumus.

Quod tunc subito declarauit, cum nullo interrogante, dum comprehenderetur, intulit: Tanquam ad latronem exiistis cum fustibus, & armis comprehendere me o latronum confugium, Non Dauid, non Iephte, tales se exhibuerunt latronibus, qui nunquā latronum numero cōputati fuerunt, Christus autem factus omnia in omnibus, vt omnes lucrifaceret, & pro latrone mori constituit. Adhuc tamen latroni sic assimilari Christus voluit, qui more latronis, segnes & incautos, necnon sopitos somno peccati mortales repentino aduentu, dum imparatos, ac impœnitentes reperit, omnia eorū bona per damnationē surripit, functos vita, in æterna morte relinquit, ecce venio sicut fur.

Apo.16 *Erat autem Barrabas latro.* Barrabas filius cōfusionis dicitur, De Babel omnes qui descendimus, & per linguas est inuicem disiungimur, filii confusionis sumus, tales erant, tanquā audaces illi latrones, vt etiam sibi cœlum vsurpare tentauerint, Qui primi ciuitates, & oppida, turres fabricati sunt, si potiores sese latrones ostendunt, ex auaritia namque temporalia bona possidentium, ciuitates constructæ agnoscuntur, & passim ampliora, & munita palatia consurgunt, in quibus, quæ aliena prius erant tutius possideantur, & inde hoc ipsis diuitibus cōtigit, vt minus læti videantur, & nunquā mansuescant, instar auium rapacium, quæ nunquā pinguescunt, vt Lupi, & Tygres, pinguescunt autem, qui quietius nutriuntur, vt genus illud viuentium, quod obsoniis nutritur minus opulentioribus, gallinarum, & perdicum. Igitur qui minus gaudent alienis, facilius autem propria distribuunt, hi tandem feliciores esse agnoscuntur vnde dicitur. Alij diuidunt propria, & diuites sunt, alij rapiunt aliena, & in egestate fiunt. O quam melius igitur est modicum, iusto, super diuitias peccatorum multas; Solent,

Pro.11.

Solent sæpissimè aua-

& plerunque carere propria prole, qui alienis nutriri cupiunt bonis, ne permittat Deus tanto augeri raptores numero, vt vix locus reperiatur Pauperi, ac inopi iusto, vt illud possit verificari dictum, quod a iustis cohibet diuitiarū affectum. Nunquam enim vidi iustum derelictum, nec tamen eius quærens panem.

ri, & lucri tenaces omni prolis consolatione destitui.

Erat autem Barrabas latro, qui sancti cum sancto esse nequibant, peruersum cum peruersis conuersaturum postulabant, clamat iustus: eripe me Domine ab homine malo, a viro iniquo libera me, clamant impij: non Iesum donari sibi, sed Berrabam, cum esset Barrabas latro, seditiosus, & homicida, quod si iuxta Alcuinum interpretemur Barrabam filiū magistri, illico occurrit, & condiscipulos docere ad inuicem conuersari quorum vnum est studium, vna seges, vnaque schola: Sic namque vnus est omnium bene sentientium, & rectè opinantium Magister. Vnus est enim Magister noster, ita & peruersorum vnus est & malorum magister, vnū est peruersorum caput, vnus est male agentiū Pater, de quibus supra. Vos ex patre diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis perficere. quid, aut quis (rogo) Christo inimicior ipso Diabolo? quæque cōuentio lucis ad tenebras, & Christi cum Belial; quomodo & Diaboli mēbra non insurgent in Christum? Pari odio iam Iudæos cum Diabolo ferri contuemur. peruertit diabolus dicta omnipotentis, imò & mendacem nititur suadere veritatem. Nequaquam (inquit) moriemini. Hoc membra eius passim moliuntur, dum per falsa Iudæorum, & omnium hæreticorum commenta, sacrarum scripturarum veritas, aut obnubilatur, aut certè peruertitur insidiatur Diabolus Christo, veluti inimico, insidiantur & iudæi, vsque adeo Christo, vt omnium, & actionū, & sermonum eius ad eum capiendum obseruatores essent. Sic namque considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Insurgit in insontes Diabolus, quos nec ferre, nec viuere patitur; insurgūt iudęi in Christum quem omnino è medio sublatum iri expostulant, O veri discipuli Sathanæ; o veri Barrabæ socij, socij (inquam) furū, qui videntes furem currebant cum eo, vt illius sociarentur consortio, cui conformes erant vitio: Barrabas seditiosus, diaboli discipulus, qui seditionis authorem se in cœlis constituit, dū cum Michaele, & Angelis prælium magnum commisit: Barrabas homicida, diaboli membrū, & satelles eius, qui ab initio homicida fuit, Barrabas latro, diaboli discipulus, cuius totum opus in hoc consistit, vt perdat, auferat, demoliatur, & in actis, sed dæmone sæuior qui descendentem primum illum hominem omnium parentem a Hierusalem, illa cui ciuis ascriptus erat, in Hiericho huius vallis miserias, plagis tā tum impositis & semiuiuo relicto: Diaboli autem discipuli, licèt sauciatum coram habeant Christum, & flagris cruentissimum, adhuc crudelius sæuiunt, & vt occidatur importunis clamoribus extorquent. Plerumque autem contingit truculentiores esse ducibus milites, & ad inferenda damna crudeliores, nam & serpētum filii, esto, tenuiores sint corpore, veneno tamen pares, & magis infesti videntur, & luporum, ac leonum catulos libentius sanguine delectari, in eoque volutari non ignoramus.

Cap. 8

Parifor mis æmulatio.

IN PASSIONEM DOMINI IESV CHRISTI SALVATORIS.

QVOD IN SERMO DOMINICVM NVNGVPATVR REGISTRATVM.

IN D. IOANNIS EVANGELII CAPVT XIX.

A SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORE R. P. F. Io. Maria Capalla, Salutiensi, Ordinis Prædicatorum,

Doctissimis Commentarijs, ad varios Sacræ Scripturæ sensus, Reseratum.



VNC apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Cedit hic Pilatus, Iudæorum clamoribus, xhuertit nunc iudex à iuribus Iustitiæ; Nondum audiuimus passionibus corporeis expositum IESVM: Hanc seriem suæ passionis prædixit Christus; & quod de se ipso prius prædixit, hoc in se ipso consumari permisit, Tradetur (inquiebat,) Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: Non prius apprehendit Pilatus Iesum, ad flagellandum corpore, nisi prius illusum Voces flagellatus erat linguis, antequam flagellaretur flagris; Nec hoc vnum in meditatione passionis prætereundum, quod præposuit ipse obseruandum.

Luc. 18 & Mat. 20.

Sunt qui de passione Christi nulla, aut tenui ratione meditantur, neque enim Iesus suæ passionis normam, exhibens à serie veræ eius passionis diuertisset, qui nos ad illius considerationem voluit dirigere? Non sola habenda est ratio, passionis eius corporalis, quin non præbeatur locus passioni eius interioris, vt autem videre videor, nunquam Agnum Dei ad occisionem ductum conquestum fuisse, aut os suum coram se tundente, aperuisse pro quouis dolore, pro quauis passione deprompsisse.

Passionis Domini Iesu contemplatio.

In animi autem, & interiori passione, audio conquerentem, audio lamenta proferentem; Tristis inquiebat est anima mea vsq; ad mortē, expressit Iesus animæ suæ tristitiam, expressit dolorem animi interiorem, quem præposuit doloribus, & passionibus corporis, tradetur, inquit, ad illudendum, qua (vos ipsi dicite) attrociori pœna, quo grauiori dolore, possunt virtuosi affici, quam illusionibus, & contumelijs exponi illusoribus? quid nobilibus, ad sustinendum grauius, quid Dominis, insupportabilius, quàm & ab his illudi, ab his subsanari, & ipsisque calumniam pati, a quibus maxime honorari, & reuereri debebantur? Quid hac illusione detestabilius, expositum esse tripudio, Plebi, Laicis, Sacerdotibus, Pontificibus, Regibus? In illa maxime ciuitate, in illo maxime, tam solemni Paschatis festo, in conuentuque omnium nationum, quæ sub cœlo existunt.

Mar. 14.

Atrocior fuit, & asperior exteriori passione quā habuit Christ' animi cruciatus interior.

Hæc te auoco, anima, Christi signaculo insignita, Audi Christum suā hanc internā passionem dolentem, & cæteris illam præferentem. Hanc ipse passionem delegit, qui se omnium martyrum exemplar effecit, ò uos omnes attendite, si est dolor similis sicut dolor eius. De hoc conqueritur, quòd à suis dehonoratur, quoniam si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique, o attroces calumniæ, quæ ab ingratis, ac tantis benefitiis donatis, impenduntur, o ludibria, quæ animum torquent, spiritum flagellant, & interiorem hominem lacerant.

Quod si rusticus, nec à Domino, nec à nobili, se calumniari patitur, quid de Dei filio ludibrijs vulgi, exposito, quid de tam nobili omnium Magistro, & Doctore: Illuditur in atrio, illuditur in Palatio, illuditur in foro, in via, ab Herode, à Sycarijs, à turba ab his, à quibus, pridie, tanta fuerat gloria decoratus: Merito namque tam frequenter in scripturis repetuntur opprobria, & contumeliæ, illatæ Christo Saluatori; quo nunquam à nostris mentibus decidere possint.

Degna contemplatio.

Hunc istis præmissis, in quibus iudæi præcipue fuerant occupati, vt ad aliud genus tormentorum progrediatur, apprehendit tum Pilatus: Tunc sic ab ipso Pilato, & ab ipso Herode, ambobus iudicibus iustificato Iesu, in quo nulla esset perditionis causa; Tunc tanquam stulto, deluso, & stulta veste, amicto Iesu, tunc nocte tota opprobrijs affecto, colaphis cæso, consputa

facie

facie percussoq; vndiq; Iesu tunc cum tempus miserendi eius quoniam venerat tempus, vt falsorum testium cohiberentur calũniæ, & exprobrantium voces reticeri deberent, tunc cum Iudex irrũpere teneretur iniquorũ cometa, cũ innocentem à manibus impiorum, & Agnum à faucibus luporum, ui legis cogerentur eruere, in aliud facinus decurit Pilatus,

Pilati in sanis.

Apprehendit Iesum, & flagellauit, nondum acceptauerat Iudicium de Iesu, & quem ipse alijs, secundum aliam legem, ad iudicandum tradere curauit, nunc se ipso stultior effectus, confractis tuæ legis iuribus, Iesum ad flagellandũ suscipit, O Pilate quomodo nunc insanire videris, qui usq; ad præsens Iudicij formam obseruasse videbaris? Ego (inquit ille) vocibus insultantiũ iam lacessitus, & velut oppressus, multitudini cedo, grauiorum maleorũ ictibus, cedo, o quam satius tibi; in cidere in manus hominum quam omnipotentis Dei, Quid est apprehendere, nisi crudeliter prehendere? sic enim dirus dolor viscerum blasphemum apprehendit sic, & pseudo pphe. Baal apprehensi ad trucidãdũ fuerũt sic Iudit de capitatura Holofernũ sceleslissimum, comã eius apprehendisse legimus.

1. Mat. 9
3. Re. 15

Apprehendit Pilatus Iesum. Iudei quidem iterum ipsum Iesum apprehendere conati fuerũt & qui apprehendi prius se non permisit, nunc hora à se destinata, apprehendi voluit, cuius apprehensionis Isaias meminit. Aprehendet vir, fratrem suum in mortem, vide quem apprehẽderis, o Pilate, nempe virum illum quem septẽ illæ mulieres apud Isaiam apprehendere desiderabant, a quo panem ad uescendum, & vestes ad operiendum suscepturæ essent, cuius virtute, auferendum esset illorum opprobrium.

Iudit. 13
Cap. 3.

Tu autem in hanc sententiam descendere nõ dubitasti, qui Iesum ad flagellandum tradidisti & opprobria auferentem, opprobriis lacessendum tribuisti.

Cap. 4.

Agnosco (inquit Pilatus) me, & iudicio, & personæ, calumniam irogare, sed quæ manibus Iudeorum, quorum animos indignatione concitos agnoscebam, eripere non poteram, suasionibus veri rectiq; iudicii, nunc cogar efferatos, conciliare animos, vt saltem, innocentis consulem vitæ, tentabo igitur, vt quem impunem relaxare non potui, saltem sauciatum flagris relaxari permittant, animo versabatur Pilati, quod utique ei voluntate, pro nostrum peccatorum.

Heb. 2.

Et flagellauit. Non proprijs manibus, Iesũ Pilatus flagal lauit, sed ideo flagellauit, qui flagellari præcepit qui eleemosinam per manus ministri, pauperibus distribuit, ipse distribuisse dicitur à cuius voluntate opus perficitur vnde, & Angelus ille Iudeorum custodiæ consignatus teste Apostolo Antiquum testamentum per Angelos pronunciatum fuisse se Dominum nũcupasse videmus, ego Dominus ego sum Dominus, quia Domini præseferebat personam, idest vicem Domini in præcipiendo gerebãt ita & ministri principum, eorum iussa, adimplẽtes, principum personam gerunt; quorum auctoritate opus illud perficiunt. His igitur sicarijs, his soeuissimis militibus, his nequissimis carnificibus traditur Christus flagellandus, o inauditũ in humanitatis spectaculũ.

Summa Christi patientia, & pœna cruciatus aspe rimus.
2. Cor. 11.

Et flagellauit. Iam expoliatur vestibus, flagella ne desint, multiplicãtur, violẽti potẽtia cõ tractatur manibus post terga riuinctus, frigidæ

A

sylicis columnæ ligatur, o acerbissimem saluatoris propassionem, algentibus cæteris; & ad ignem se conferentibus, etiam nebulonibus, & rusticis, quoniam frigus erat, & calefaciebant se, tunc exuitur vestibus, & denudatur cuius preciosissimum corpus, lapidi marmoreo appodiatur, comprimitur, agitatur, vt illi coniunctus uinciatur, conqueritur paulus, in frigore, & nuditate mala pertulisse, o Christi summam patientiam, qui enim sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & non aperuit os suũ ita ut ouis uel lere ablato, seu conciso, ante decoriationem ligatur marmoreo stypiti flagellandus vincitur, & diris funibus ligatur.

Ps. 72.
Deut. 25.

Et flagellauit quod quidẽ facinus ãte per proph. ipse predixit fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis, quid est tota die, nisi toto sicariorum conatu? quid est tota die, nisi usque ad perfluuium sanguinis vndiq; decurrentis in terram? quid est tota die, nisi pene usque ad emissionem sanguinis, quasi diem meum clausurus. O summam Iesu benignitatem quare, o noster Samson iniq; validæ vindicula non confringis? quare tam funestas funes non dirumpis? o anima quæ hic ades ut mediteris, Non hæ funes me vinctum tenent, funes peccatorum quas sic confringere oportet, hic me manent, ligant me istę vt soluantur illę, comprimant me istæ, ut relaxentur illæ; confringam illas, & non poterunt stare, diruppi ego cœlos & descendi, Nõ dirrumpo hæc vincula ut ascẽdã, tracturus ad me omnia, dirrupi ego petrã, & fluxerunt aquæ; non dirrumpo hæc vincula, ut fluat sanguis, Illæ fluxerunt, vt refocillaretur populus, Istæ fluunt, vt per hæc peccator mundet, mundatusque saluetur; siccine dirrupisti vincula mea, o bone Iesu? siccine tui preciosi corporis fontes, & torrentes dirumpis, vt nos in tuo sanguine laues.

B

C

Et flagellauit, sed quomodo flagellatus es o bone Iesu, o purissima caro, o innocentissime iuuenis? si pro mensura delicti, est & plagarum modus, video tantis te expositum flagellis, quanta sunt omnium nostrũ facinora, video inquãte tam crebris, tã geminatis, tãque multiplicibus, succubuisse vulneribus, quantis impliciti nos sumus criminibus, posuit in eũ Deus iniquitates omnium nostrum, qui vndique obuoluti sumus peccatis, iniquitatesque nostræ supergressæ sunt caput nostrum, perinde euenit, vt vltraneus sic crudeliter, sic cruenter, sic turpiter, tractaretur, vt à planta pedis usque ad uerticem non sit in eo sanitas, cuius liuore sanati sumus, (qui nos, ac etiam filia agri, sic honorifice vestis) denudari propriis vestibus pateris.

D

O nunquam satis admirandam Christi patientiam, benignitatem, & imparem omnibus mansuetudinem, propter te (inquit) sustinui opprobrium, nostra erant hæc, & æternæ damnationis flagella, quandoquidem multa flagella peccatoris, quia flagella quibus vndique circondatus est Christus, nostris applicata vulneribus, sic nos expurgant, & sanant? vsque adeo flagellatur qui pro nobis verberatur, & patitur ut per vulnera corporis, nobis reddatur sanitas mentis, de qua dicitur conscidisti saccum meum conuertisti planctum meum in gaudium mihi, & circundedisti me lętitia.

Ps. 68.
E
Christi flagella
Ps. 29.

Et flagellauit, Nescio quis tam effrons, primus in illum inijcere manus est ausus, nescio quis tam sacrilegus, vt ad columnam Christū ligare non sit veritus, nescio quis tam vecors, Christum flagris verberare non sit perterritus, ò hominum inauditam impudentiam: Nec pharisæorum, nec scribarum, nec astantium aliquis, fuit ausus in adulteram, in crimine comprehensam, nec subleuare lapidem, & hi iam carnifices effecti manus in Iesum; Agnum innocentissimum, mittere non erubescunt, nec est Christi pietas, ac benignitas, qui Eliseum ab armatorum exercitu, ne contingeretur, cecitate ingruente protexit, qui quinquagenarios, semel atque iterum, ne Heliæ nocerent, aut contingere possent cohibuit, qui Leones, ne quid molestiæ inferrent Danieli retraxit, & ignis ardorem, ne pueris in camini medio existentibus nocumento esset prohibuit, ipse ad se accedentes sycarios, ad flagellandum crudeliter, ad deludendum turpiter, ad subsanandū ignominiter pro suorum salute fidelium permittit. 4.Re.6. 4.Re.1. Dan. 6.

Amor hic tuus, o bone Iesu, charitas hæc tua, qua nostrorum multitudinem peccatorē operis. Contuere, contuere, o sponsa dilectum, nunc candidum, & rubicundum tantis liuoribus deformatum, tot vulneribus conscissum, totque sanguinis riuis aspersum, sic maledictā terram sanctificas, o bone Iesu, quam proprio cruore irrigas, sic inanem, & vacuam, tam pretioso liquore fœcundas, sic aridam tellurem, tuo madentem sanguine ad potiorem frugem disponis. O strenuum nec non fortissimum Iuuenem, qui tantis, talibusque non cessit verberibus, indutus est Dominus fortitudine (inquit psalmus,) & præcinxit se virtute? Quid est induisse fortitudinem, nisi patientem se exhibuisse ad talia sustinenda, quæ nec perferre potuisset nisi diuinitas suffragium humanitati, ne occumberet, præstitisset, 10. semper stans passus est.

Et flagellauit. Nihil execrabilius virgini, nihil detestabilius, quam exutum vestibus nudū astare coram pluribus. Fugiunt hi ad quęque latibula, nihil indecentius, aut molestius ferentes. O Christi pudicissimum corpus, o castissimam, & ex intacta Virgine virgineam carnem? O maximam irrogatam tanto regi contumeliam, qua soli scurrę affici solent. Audi conquerentem operuit confusio faciem meam, factus enim sum opprobrium illis, & iterum, factus sum illis in parabolam, & in derrisum tota die, tota die verecundia mea ante me est, & confusio faciei meæ cooperuit me. Lumbi mei impleti sunt illusionibus, non est sanitas in carne mea; Circundederunt me viri mendaces sine causs. flagellis ceciderunt me. Tunc flagellum quo flagellemur conficimus, cum peccatum peccato addimus. Quia sicut vno tantum filo leuiter astringimur, pluribus congestis in simul vexamur, hinc grauius punimur, cum peccato peccatum copulamus.

Flagella animæ nostræ sūt nostra delicta.

Et flagellauit: Quod si multa flagella peccatoris, omnium peccatorum lecturus pœnas quæ multis subijciendus erat flagellis? Tot enim ictus sustinuisse in flagellatione Iesus, quot modis poterat offendi per peccatum Deus, qui ex congeria quorundam computatione, ad sex millia, sexcenta sexaginta sex reducuntur, vt sic, iuxta normam delicti, esset & plagarum modus.

Flagellorum Christi numerus.

Et flagellauit. Hanc voluit amplecti disciplinam Iesus, vt carnem sic à nobis domandam insinuit, neque enim alio pene minori flagello eius potest petulantia cohiberi, quæ vsquequaque effrenis, & indomita, nostro se opponit, continuo bello, spiritui. Castigo (inquit Apostolus) corpus meum, & in seruitutem redigo. Hanc & nos disciplinam iubet suscipere sub æternæ damnationis comminatione, qui ait. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Nec sibi ipsi quisque suadeat leuiora esse carnalia peccata, quæ sic tortoribus castiganda exhibentur. Non est pax (inquit) ossibus meis à facie peccatorum meorum. 1.Co.9. F Ps.2.

Hoc in timore carnes tuas confige, o peccator, & qui propter corruptionem carnis totū non ignoras mundum periisse diluuiis, carnis illecebris, vide ne abducaris. Attende o qui carnalibus oblectans Epulonem illum in Gehennæ incendiis constitutum. Menti illud reuoca, quod pessimis illis ciuitatibus, ad eorum facinus vlciscendum occurrit. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur, & e contra de electis: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam, non dispergam ab eo & confige in timore, & tu carnes tuas, quam si sine disciplina relinquis, semper in præceps ad peiora transibis. Peccauerunt ei, & non filii eius in sordibus generatio praua, atque peruersa Heccine reddis Domino popule stulte. Ps.37. Gen.7. G Gen.19. Ps.72. Ps. 88. Deu.32.

Attende quam crebris ictibus, est flagellanda caro, quæ non nisi afflicta spiritui seruire cogitur, & qua homo sicut equus, & mulus efficitur, in quibus nec ratio, nec intellectus innititur; solent enim equi tunc maxime lasciuire, & tanquam indomiti contra Dominum calcitrare, cum nec freno, nec pondere se onustos agnoscunt. Fiunt autem pacifici, & obedientes cum se onustos sentiunt. H

Carnē nostrā flagella re debemus.

Hoc & caro nobiscum, agit quæ nullis habenis constringitur, nullove ieiunorum oneri, & macerationi subiicitur, qui autem sic suam carnem nutriunt, & quam pati non nisi violenter permittunt, hi sunt quo in sinu aspidem, à quo occidentur contra se ipsos crudeliter fouēt, nec Apostolū audiunt exhortantē curam carnis ne feceritis in desideriis vestris. Hoc autem tantum abest, vt qui in carne sunt Deo placere possint. I

Carnis nostræ insolentia.

Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt Capiti eius: Hoc tantum scelus, milites pro sua impietate fecerunt. Hinc compertum habetur Pilatum, ludibriis, expositum tradidisse Iesum militibus, quem postquam durissime ac crudelissime flagellauerint, nouo genere ludibrii, illum taliter efficiunt. Sed quod flagellatus esset, impie mandauit Pilatus, quod autem spinis coronaretur, crudeliter permisit, vt autem tali ludibrio insultarent Christo, non militum fuit inuentum, sed Iudæorum consilium, vt Iesum apud totius Ciuitatis & Accolas in gloriosum redderent, & acrioribus tormentis, Iesus torqueretur. Hanc autem doluit impietatem, quam prædixit affaturam ps. 31. conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina. Hic peccator conuertitur, hic de sceleri- K

Noui ludibrij genus.

sceleribus suis conteritur, & in erumna contritionis ingreditur, dum per spinam Christi, suorum delictorum, spina confringitur.

Et milites plectentes. Hanc vim etiam spinis & sentibus ingesserunt, qui spinis crudeliores erant, plectebant, complicant spineta, vt densioribus spinis Christi preciosissimum caput dilacerent, plectunt ac in corona formam reducunt, quia Christo crudelius illudant, & sublimem Christi verticē, o Christi speciosissimum frontem.

O Christi caput nobilissimum, caput inquam omnium hominum, & Angelorum, quantis iniuriis, quantisque doloribus afficeris. Parum erat, quod vulpibus, ac cœli volucribus deterior esses, quæ foueas habent, & nidos, vbi opportuno tempore conquiescant. Non esset autem tibi vbi caput tuum tam honestum tanque dignum reclinares longe, deteriora pro nobis incommoda pati ab insultantibus inte non dedignaris. Nostris tu sic nobis mederis maledictionibus, maledicta iam terra spinas, nobis, & tribulos, quibus offenderemur producere cogebatur cuius vberrimos fructus, non nisi in sudore vultus nostri capere poteramus, tu caput nostrum, tu nostra facies tali sudore mades, vt hinc inde de vultu tuo prodeant guttæ sanguinis decurrentis in terram.

Spinis, & acutissimis sentibus perforatur Christi corpus.

Hoc nostra terra produxit, cuius mores adeo inculti erant, vt spinarum, & veprium vbertate vndique vastaretur, peruersæ hoc nostræ cogitationes, tam crudeliter sunt operatę nostræ superbiæ, & inuidiæ isti extant accerrimi fructus ad quos arcendos (proh dolor) quantis opportuit caput hoc nostrum foraminibus perfundi. Peruersę cogitationes, quę nos separant a Deo, hæ sunt, quæ caput Saluatoris obtundunt, hæ sunt, quæ capiti Christi impositæ totum perforatum requirunt, & cruore delinitum commaculant. O quantus hic preciosi capitis nostri dolor, quem longe ante contemplando dolebat proph. qui inquiebat caput meum doleo, caput meum doleo. Bis dolet, qui de dolore, & de causa doloris dolet. Doleamus, & nos de capitis nostri tam diro dolore. Doleamus magis de causis ipsius suscepti doloris, doleamus de iniquitatibus nostris, quæ supergressę sunt, caput nostrum talibus vulneribus illud comprimentes, & perfluuiis sanguinis totum cruentantes, non enim legimus creatas à Deo spinas, quas terra maledicta produxit, nec Deus peccatum fecit, sed per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, spinæ itaque natæ sunt ad puniendum peccatum.

Terrę nostræ fructus asperimi.

Obscœni cogitatus sūt quib. diuinum Christi caput accutissimis laceratur aculeis.

Et milites. Attendant Principes, omnesque Patres familiæ, ac qui præsunt cæteris, qui ad inhonorandos pauperes, ad illudendum egenis, ad exprobandum insontibus, & ad contumelias, seu verbera inferenda Christi fidelibus aditum aperiunt, omnium se talium facinorum reos constituisse milites, ne dum principis iussa exercuerunt si vltra ad deteriora contra Christum inconsulto Pilato deueniunt, adeo enim facile in aliorum iniuriam conspiratur, adeo procliuis est hominum temeritas in aliorum damna inferenda, vt veluti omnis pietatis confractis Alueis in omne facinus turbulentissime irruant, sicq; laxatis habenis in omnem impietatem corruant. Ad quod apertius insinuandum milites veluti tantæ impietatis authores præponuntur, hæc ioco facere impii consueuerunt talibus ludis iocantur syncops ante hæc pro delectu perficienda sycarii suscipiunt, quæ omnia serio suscipiuntur à Christo qui nihil ioco operatur, quod pro salute nostra suscipitur.

Nebulã quorundam inepta scurrilitas.

Et milites. Ipsi coronant Christum, qui construunt coronam Christo, & quem gloria, & honore Deus coronauit, hi spinis eundem coronant, O in gloriam impiorum coronam sic ab his monstruose coronatur, à quibus tam impie blasphematur, offenditur, dehonoratur, verum, quia Nazarenus est Iesus, ego (inquit) flos campi, rosæ locus inter spinas reperitur reconditus, & qui ad hunc florem acquirendum manum extendit, non alio, quam inter spinas est accessurus, vt perueniat ad Iesum. Quærimus flores, amamus flores, libenter flores suscipimus, verum tunc nos ipsos decipimus, si sine spinis rosas habere contendimus, oblectamur floribus pungimur a spinis, ideo nec rosæ sunt expertes spinis, nec gaudia consequi sine dolore possunt. Ecce spinæ. Oportet nos per multas tribulationes introire in regnum Dei Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis: Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini: Beati qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum, ó attroces aculei spinarum harum, ó infestæ spinarum puncturæ, sine quibus ad caput nostrum, non peruenimus. Ipse lilium inter spinas ipse pries imolandus Abrahæ sacrificio diuinitus aptatus in vepribus caput hærentē, habebat, qui & Moysi in sentibus apparere voluit quem non in deliciis, sed in tribulationibus inuenimus.

Can. 2, Gen. 3. Exod,

Et milites plectentes coronam. Hæc Regis nostri insignia. Tale enim est Regnum Christi, ó Pilate, qualia præseferunt hæc quibus insigniri voluit: Quisquis igitur regnare cupit cum Christo, insignia Christi suscipiat oportet, constat siquidem Christi regnum spinis, constat tribulis, & sentibus contemnit mundus hæc insignia abhorret, & propellit nesciens regni quod non est de hoc mundo. His coronis, coronati sunt Martyres Christi, qui tribulationibus velut spinarum aculeis floruerunt, his omnes Apostoli, omnes electi, & qui virgineis gaudent Encomiis omnes complicati, simulque copulati coronam construunt Christo, in quorum medio constitutus est Christus.

Christi Regis nostri insignia.

Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius. Hoc & nunc meminisse iuuabit conquestum pridie fuisse Christum, hac, in domo Pharisæi vrbanitate, priuatum, quod caput eius oleo non fuerit delinitum, intraui, inquit, in domum tuam, oleo caput meum non vnxisti, & vnde Pharisæi ignauia reprehenditur, Magdalenæ solicitudo, & pietas commendatū, quæ præcipuis vnguentis, quibus domus omnis fragrabat, caput Saluatoris, à quo salutem consecutura esset fracto etiam alabastro per vnxit.

Luc. 7.

Laudatur Mariæ Magdalenæ pietas, & officium.

Nos autem qui in domibus nostris tam frequenter Christum communicādo, suscipimus, cuiusque caput spinarum aculeis confessum, & perforatum in passione, non ignoramus, & talia pro nobis perpessum non ambigimus, nec fouemus oleo, nec vnguento delinimus. Magis autem, durioribus aculeis blasphemiarum

A B C D E

passuri, operato, sed ex opere operante (vt Theologorũ & more terminis vtamur, ex fide in Christum futurum turi oẽs tantum saluare poterant in Christo omnem salutem etiam illi veraciter constituebant.

Dierant saluabatur antiqui.

Veste purpurea. Ad tegenda peccata, quo turpia facta sunt membra, quæ sunt instrumenta peccati indiguit, qui se tunc nudum esse agnouit cum statim peccatum commisit, & vnde ad se operiendum non habebat ad folia ficus, quibus quoquo modo contegeretur confugiebat, Hoc igitur secum animo conferant, qui copioso se numero vestium passim indui peroptant numerum vestium peccatorum multitudinem pari ratione denotare, & quo auidius superuestiri nitimur eo euidentius peccata protestamur: Habentes victum, & quo operiamur his contenti summus.

Vide quo Ioannem, precursorem suum, Iesus proprio ore tanquam magnificis encomijs extulerit non quod mollibus, videlicet vestiretur, & Apostolus Dei electos extulit, quod in melotis, & in pellibus caprinis vitam transigerent, ac nimiutæ, vt ab instante submersione liberarentur nonne depositis propriis ac mollioribus vestibus saccis induebantur gratiam consecuturi, & veniam? Nec in ratione Damnati adduceretur purpura, & bissus, quib. molliter vestiebatur si ad damnationem nos per hũi non adduceremur, sed nec pro serica veste cilicium induissent reges Acab, Manasse, &c. nisi hæc gratia, & proficua, illa odiosa, & nociua fore non agnouissent, quæ autem obueniant mala vestium preciositate precipituum apparet: sumptus attendatur illarum in quas plerumque consumitur, quod egeno iure debetur imo quod propriæ familiæ damnabiliter aufertur dum solius vestis ad emulationem factæ tales occurrunt sumptus quibus nec debita soluuntur nec legata perficiuntur, nec necessitatibus familiæ succurritur ita vt qui suorũ maximè domesticorum curam nonhabet infidelis censeatur, ac infideli deterior.

Dãnabilis est & detestabilis superfluus vestium apparatus.

Aliud est praecipuum subest malum, vt cum se homo nobilibus se vestitum sericis contuetur, & petulantior officiatur, & se ipso super se ipsum elatus in illud quod omnis peccati est initium superbiam facile labatur, & in vanam gloriam coniectus sui status obliuiscatur donec in miseriam, & ad nihil pœnitus adducatur. Hinc & hoc maximum subsequitur exitium tam virtutum, quam omnium bonorum in quibus vulgus nesciaque turba illos tantum honore prosequitur, quos sericatus intuetur, & preciosioribus indutos prospicit, fauet illis, emulatur extollit, quorum tamen vestes tegunt plerumque impium ignarum, & plenum dolis, recte igitur Saluator ludificatur vesti, & subsanari regia veste maluit.

Veste purpurea. Conquerebatur Esau subreptam sibi a fratre benedictionem, quam vt consequeretur per Rachelem vestibus eiusdem valde bonis indutus arestit Iesus Iacob noster subrepturus benedictionem omnium gẽtium, quippe per quam benedicerentur omnes gentes. Alia & quidem regia indutus est veste, vt velut Rex pro suis consequeretur, & in Esau benedictio diffunderetur datur insuper, & vestimentum regium in passione Christi in qua se Christus Dominium omniũ habere uirtutum ostensurus erat, & qui fortis iam nuncupatus à uate vocabitur enim nomen Deus Fortis, fortior autem omnium sit Rex pro sua auctoritate, ideo consulto actum est diuinitus, vt regia contectus appareret veste, si tamen rem vlterius extendimus, Hanc Christi purpuream vestem ipsos sanctus martyres esse non ignoramus. His omnibus velut vestimento vestitur hi sunt, qui circundant Christum, qui hærent Christo, qui sequuntur Agnum quocunque ierit in quorum medio dum in humanis ageret, & libenter stetit, & nunc in cælestibus perenniter regnat.

Vestis Christi purpurea sunt eius martyres.

A *Veste purpurea circumdederunt eum*, circumdederunt inquit, non induerunt, agent cum Christo, tanque cum rustico, virorumque omnium despecto, cogitabant satis esse contegisse vulnera, liuoresque totius dilaniati corporis, ne eorum conspecta crudelitas, ad indulgendum sauciato vulneribus, commoueret, quæ namque viscera, quæ corda, quæ mentes, tam impiæ, ac dirę non emolirentur ad aspectum eius? propterea non alba, qua prius vestitus fuerat sub qua profluuia cicatricum sanguinis, apertius emicuissent, sed rubea induunt qui nõ

B distincta vulnera, nec sanguis conspersus, facile contueri possent.

Verum, & hanc impietatem, in nostrum conuertit obsequium, Christus purpurea veste instante hora illa passionis contegi voluit per quã se totum ardere Charitatis incendio ostendit, cum enim, maiorem nemo charitatem habeat, quam vt animam suam, ponat quis pro amicis suis, ipse omnem exuperans charitatis gradum, moriturus pro inimicis suis, veste purpurea amictus ad opus perficiendum apparere co-

C ram omnibus voluit, hoc autem decet, quod & experientia docet, talibus nos vestibus exterius indui, quibus interius quale simus cupimus dignosci.

Veste purpurea, veste (iniquam) in gloria, veste vilissima, & antiquitate dispecta, hanc ineduit Christus hanc suscipit, & gestat, qui hominem veterem ad renouandum suscipit, quod peccata nostra tulit, & scelera nostra super se suscepit in propria suscepit induit ipse gloriam ne myn duit holosem, qui tali se pro nobis passus est indui veste, ut ecclesiam, quam reginam, ac

Pulcherrima baluce inda vn nerium.

D sponsam sibi culpulat vestitu deaurato exuuiis veteribus depositis nouis talib. contegat, & ornet vestibus, cuius fortitudo, & decor indumentum eius vt rideat in die nouissimo.

Veste purpurea, diuino sancitum erat oraculo Aaron, & sacerdotes functuros officio sacerdotis depositis propriis vestibus aliis superindui ad munus exequendum congruentibus, & quidem non vna, sed diuersis iuxta rationem mysticas scrituralibus pernias Christus autem assistens pontifex non aliud quam sui ipsius sa-

E crificiũ oblaturus, peruius veste alba induitur ea ratione, qua quisquis primo induti ipsum in baptismate, quicunque baptizati estis in Christo, Christum induistis, ab omni mundatur cuiusuis peccati macula per quod nec culpæ nec penæ obnoxius remanere, ut candori munditiæ purificatus appareat.

Gal. 3.

Subinde cum non amplius sit locus Baptizetur recidiuantibus purpurea vestis relinquitur, qua pœnitentia denotatur, quia licet obtecta imo & delita quo ad culpã sint cõfitẽti per absolutionem peccata post paptismum patrata grauis

grauis tamen restat ad satisfactionem illorum poenitentia, voluntarie enim peccantibus terribilis est quidem expectatio iudicij, nec sibi blandiatur quicunque peccator solam illam pro grauioribus, & multigenis sceleribus à sacerdote cõfessario impositam, qua quibusdam & breuioribus orationibus, seu eleemosinis obstringitur, quæ non pro tota satisfactione, sed potius pro initio, & parte satisfactionis, tanquam commutatiuum, aliquid æternæ illius pœnæ, cui addictus erat peccator in pœnam temporalem, quæ potius ex vi maioris contritionis, aut minoris est extimanda, & sicut sacerdos baptizans induit baptizatum Christo vesta alba vestitum, ita & idem sacerdos per absolutionem induit pœnitentem veste rubea Christo vestitum obligãs eundem ad salutarem pœnitentiam, &c.

Heb. 10

Et veste purpurea. Nonne & omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus? Altera quidem quæ est sapientia ad repellendas falsas hæreticorum doctrinas, Altera quæ est patientia ad tollerandas hostium omnium molestias, & prima quidem alba, secunda vero rubea.

Prou. 13

Vel ideo vestiti sunt, & domestici eius duplicibus, alba prima qua mens in puritatis candore persistat, Altera rubea, qua splendescant opera eorum bona, vt luceat, lux eorum coram hominibus.

Vel primo alba, quia Christus primo aspectu nobis obijcitur albus, facilis, peruius, quo nihil speciosius, & suauius, postmodum ad Christum accedentibus. Hic cruces hic spinę, hic flagella, hic incommoda omnia, in fame & siti in erunna, &c. Hæ sunt sordidæ vestes quibus Prophetæ illi Iesus apud Zachariam indutus legitur, quæ quidem, & sordidæ ea ratione erant, quia sordidorum erant hominum, aut sordidæ, quia ad ignominiam Christo impositæ, aut certè sordidæ, quia nostris sordibus resperssæ, & à Christo ea ratione susceptis, quibus nos ab æstu, a pluuia, & à turbine protegeremur Mirrha. n. & Gutta, & Cassia à vestimentis eius à domibus eburneis.

Variæ expositiones.

Cap. 3.

Præcipue autem domestici eius sunt sacerdotes, ac prædicatores quorum conuersatio frequentior est cum Christo, iam inquit, non dicã vos seruos, sed amicos, amicos inquam domesticos, ac familiares quibus secretiora credita sunt mysteria, & digniora ministeria, sic nos existimet homo inquit Apostolus, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hos duplici veste vti oportet alba, & rubea alba in candida, & sincera, vndique fide in nullo verbum Dei adulterantes, & hanc cum lenitate populis prædicare congruit, rubea quæ ad pœnitentiam populos in exprobrando peccata abducat.

1. Cor. 13.

Vestiũ varietas.

Veste purpurea. Quam exuit vestem non iterum induit, quia quod peccatum homo per cõtritionem ac confessionem exuit nullatenus iterato reassumere debet, expoliaui (inquit sponsa) me tunica mea, quomodo iterum induam illam? laui pedes meos, quomodo denuo coinquinabo illos? ecce Iosephum nostrum qui palio relicto ab adultera illa Synagoga suscepto, non iterum repetit illud, sed omnino velut coinquinatum reliquit.

Cant. 5

Sunt autem qui simul vtranque vestem velut contextam conantur induere, qui vl; Deo, & Mamonæ simul inseruire desiderant, qui & spiritui, & carni obsequi vellent, sunt enim si audias illos toti dediti spiritui, si aut prospicias, & contractos illecebris carnalibus vix non semper irretiti.

Et ueniebant ad eum, & dicebant ei, Aue Rex Iudæorum, & dabant ei alapas, credo dilectum, hic Discipulum horruisse, referre alia quædam ludibria Agno Dei innocentissimo, facieique illi in quam Angeli prospicere desiderant exhibita quæ ab alijs tanguntur Euangelistis, nec iniuria, quis enim talia fando Mirmidonum, aut (vt aiunt) dolorum temperet à lachrymis? Absit vt qui tanti filij maiestatem, ac celsitudinem, non ignorat, absit (inquam) vt qui gloriam Dei filio debitã, non abscondit de eius tantis ludibriis, non doleat. Ad causam horum quæ perpessus est Christus, quæ sunt peccata nostra, referendo, sic enim docuit Christus, vt qui plangerent de seipsis, & non de ipso plangere filię Hierusalem; Nolite flere super me, sed super vos, & filios vestros.

F

Et ueniebant ad eum Matthęus addit, *& posuerunt arundinem in dextera eius, & genuflectebant ante eum* (Marcus inquit) *& adorabant eum, & salutabant eum*; sicque illudebant Christo, & dabant alapas ei, o ludum diabolicum, quomodo irruitis vniuersi vos in hominem tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ? Hæc omnia Christo debebantur tanquam virorum omnium nouissimo virorum omnium despectissimo, & in formam serui abiectiss. quis vnquam sic delusum, aut conspexit, aut audiuit ab hominibus hominem? Hæc tamen omnia in nostrã beneficentiam summa Dei bonitas conuertit, vt omnem quã suscepit maledictionem in nostram conuerteret benedictionem, omnem suã ignominiam in nostram transferret exaltationem, & gloriam; quod si peccator arundini assimilatur attestante veritate præcursorem Ioannem quem sanctificauerat, in vtero arundinem non extitisse, quæso quid congruentius manibus Saluatoris passione ingruente poterat tradi quam arundo? Hæc enim in cęno nascitur nutritur augetur.

G

H

Hæc quæ foris in superficie planissima, & lenis in cortice solo aspectu lucida intus vacua, expers substantiæ sine medulla, & dum frangitur in aculeos resoluitur, quæ omnia sunt munia peccatoris. Datur in manibus Christi ad purgandum à cęno ad solidandam ab instabilitate adimplendam medullæ intus vt sit splendor nõ vt dealbati sepulchri, sed omnis gloria eius ab intus in fimbriis aureis, & quæ expers extat florum ac fructus præter agrestes ad florẽdum, & fructificandum Dei munere, ac virtute foecundaretur.

Arundinis origo & proprietas

Datur insuper arundo, in manibus Christi, qua metiri possit cum arundineto scintillas quas discurrere facit in ipso, metiaturq; culpas nostras, vt vbi abundauit delictum superabundet, & gratia; quinimò illi datur arundo, qui omnia in numero pondere, & mensura facit, qui omnia iuste facit, cui virga æquitatis virga regni sui, & pro mensura vnicuique iusta retribuit.

K

Sed & illi competit arundo, in dextera quæ calamus dicitur ut in ipso, qui est liber vitæ ascribantur qui vere sunt fideles, necnon tanquam magistro ac totius veritatis authore, dixerat. n. se magistrum esse, & Dominum, & calamo docet, qui se magistrum veritatis ostendit, scribit autem

autem Christus, qui testamentum condidit, sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum eius scribit ipse Euāgelistum Nacque ad ludibrium Christo in manibus datur eiusdem preciosissimum caput contunditur, & ad configendas spinas crebris ictibus percuti patitur, hac diuino eius ori fel, & acetum in cruce pendenti propinatur, vide peccator, qui Arundo in omnem partem, & omne facinus declinas in quant's Christum offendas, quam in gloriam Christum in te facias, quam attrocia in illum congeras, quam amara Christo propinas.

Et veniebant ad eum, & dabant illi alapsas. Extanciam in aperto regis nostri insignia, quę quisquis suscipit, & de Christi se regno consti tuit, quæ quisquis respuit à Christi regno repellit, vide venientes ad Christum, attende ad quid veniunt ad Christum conspice vulnera capitis tumores ex alapis, contuere, in tui facie Saluatoris, meditare sputa, & nefandiss. sycancorum insultus quibus expositus est, si quādo & nos non minori ferimur dilectione in Christum Saluatorem, qua ferebatur sanctus ille Dauid in Absalon insidiatorem o quis mihi det si non pro te moriar saltem pro te, id est loco tui, patiar Absalon fili mi, fili mi Absalon.

Vtinam hæc mea essent, quæ tua esse pro me suscipere non abhorres, an non sine his ludibriis nostram salutem non operaris o bone Iesu? in cruce moriturus totum cruorem effusurus hoc parum aut leue tibi quod satis erat nobis: Ad pleniorem tuæ dilectionis certitudinem, Adeuidentius tuæ charitatis argumentum hæc omnia non es dedignatus suscipere teque in signum cui contradicitur taliter constituere ad nostram qui vermes sumus, nulliusque valoris homuncionis superbiam irrefragabiliter contunderes plenoque iudicio deiiceres, & condēnares, quod si Deus est, qui hæc condemnat, quis est, qui iustificet.

Et veniebant ad eum, circundantes circumdederunt eum, & exarserunt sicut ignis in spinis, ab incendio crepitantibus veniebant (inquit) simul vnanimiter aduersus eum siccine, deridetur iusti simpliciter, sic impugnatur a maleuolis veritas, à nebulonibus despicitur auctoritas, dicebant, namque ei, vt verbis, & factis simul illuderent illi Aue Rex Iudæorum, & dabant ei Alapas salutabant salutare Dei, & auctorem salutis tanquam expertem omnis salutis ad subsanandum salutant, Aue (inquiunt) vbi est obseruandum nihil tam sanctum nihil tam diuinum, quod peruersorum temeritas polluere, & contaminare, non audeat nullus adeo iustus adeo sanctus, adeo Deo carus, qui sub huius dictionis voce salutatus fuerit, est enim encomium soli Deiparæ datum à Deo illi concessum, & ab Angelo pronunciatum, quæ immunis fuit ab omni peccato, & sine veh peccati totum vitæ decursum perlustrans.

Hoc autem, quod ad gloriam ab Angelo sanctissimæ Deiparæ datur, hoc à sycophantis Christo ad ignominiam exhibetur, sed quomodo coinquinatis, & perfidis non omnia coinquinantur, & ad perfidiam peruertuntur, sic enim super vno, eodemque florę tam Apes, quā fuci, & Caranei eodem nutiuntur liquore optimè per Apes insulto per fucos venenate, per araneos digestione cōuersi, ita eadem sacræ scripturæ verba, floresque doctorum ab improbis ad virus ab idiotis ad insulsa, & a prudentibus preferentibus de Thesauro in scripturæ agro abscondito noua, & vetera dulciora super mel, & fauum proferuntur el quia, vocant, & cum regem ad irridendum cum mundus aureas, & gemmatas tantum coronas suscipiat, Iesus autem spineam, & arundinem pro sceptro, clamidemque in gloriam pro palio sericaio.

Et veniebant ad eum, solus Ioab accessit ad A Amasam, quem apprehenso mento, verbis pacificis, salue mi frater, occidit in dolo, & tenuit, inquit mentum eius, quod in typum Christum refertur, caput namque Christi Deus cuius capitis mentum est Christus, quia & Christus Deus, qui ideo mentum dicitur, quia a capite immoto solo mento mobili, & verba proferimus quibus conceptus nostros manifestamus, & iubemus, & mandamus, ac cibos contemnimus. An ignoramus loquentem os aperire? An iota vnum aut vnus Apex præteribunt à lege, quod si nihil superflui nihil inane, aut inconsultum B scriptum est, in lege, magis autem quæcunque scripta sunt, ad nostram eruditionem scripta sunt, Christum os operire est mentum mouere quod ad humanitatem spectat coniunctam diuinitate, sicut mentum occultis nexibus est coniunctum capiti.

Est, & in mento, virilitatis testimonium in quo larga protenditur, isti sunt consortes, qui tanquam pili adherentes Christo menti exornant ipsum Aaron nostrum summum omniū sacerdotem Christum vel ideo scribitur os a- C peruisse quo plenius denotetur prius, quod præferebat mente concepisse, & nihil non præmeditatum protulisse, vt solent imprudentiores multa obiter proferre, quæ prius quam cogitarent pro loquuntur salutat itaque Ioab apprehendens mentum Amasæ, interpretatur enim Amasa Robustasset fortis, quod nomen est saluatoris iuxta, quod dicitur vocabitur nomen eius Deus fortis Ioab dicitur habens Patrem, iste irruit in Amasam Iudæi in Christum, quibus dictum est vos ex patre diabolo istis, & desideria Patris vestri vultis perficere, irruunt, D & in Christum sycarii de quibus per Euangelistam nostrum dicitur. Isa. 6.

Et veniebant ad eum, & dicebant ei Aue Rex Iudæorum. Tam regnum Iudæorum in ludibrium vertitur, quod in Christi aduentu omnino aboletur non auferretur (inquit Iacob) sceptrum de Iuda Donec veniat, qui mittēdus est, &c. sed & regium encomium in Christo despicitur, quod ab eodem detestari iubetur, Reges enim gentium dominantur eis, & qui præsunt potestatem exercent inter eos vos autem non sic, sed qui maior est, vestrum fiat minor E inter vos, & minister vestrum sicut venit filius hominis non ministrari, sed ministrare, &c. vnde in cruce à titulo regio caput declinauit. Gen. 49

Sic deluditur. Rex omnis terræ Deus, vt dū eum per quem reges regnant sub titulo regio inglorium conspicimus omnem regnandi ambitum deponamus. Hoc autem vere est regnare Deo fideliter inseruire. Attende, quid Apostolus dicat. Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis, & vtinam regnetis, vt & ratione 1. Co. 4.

tione

ratione ac dignitate regnandi, saturari voluptatibus, & abundare diuitiis, vera regnandi ratio & dignitas est Dei legibus obstringi, corporeis voluptatibus cedere, & carnem spiritui subiugare, & illi ad irridendum genuflectunt coram quo adhuc increpundiis existente viri illi tum sapientia cum dignitate præcipui magi, regesque orientales procidentes adorant illi munera offerunt aurum thus, & myrrham: cui isti iam uiro sanctitate conspicuo, & miraculorum pleno impie alapas donant, & cædunt colaphis illũ in faciem delusa adoratione percutiunt, cui omne genuflectitur, & de quo Apostolus testatur, & cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit adorent eum omnes Angeli Dei.

Heb.1.

Cæterum dum impij Deum adorare videntur, sic illi obsequuntur, vt in faciem Iesum pro eorum iniquitate percutiant, verum cum peccator, nec resipiscere erubescere oportuit Christum in faciem per alapas erubescere, pro peccato, postquam erubescentiam veniam peccatoribus elargiretur Ps. conuertantur, & erubescant, qui enim se pro nobis peccatum fecit, nostrasq; iniquitates diluendas suscepit ipse munia peccatoris adimpleuit, frons meretricis erat illis noluerunt erubescere, itaque rubore suffusus apparuit Iesus impiorum alapis cæsus, vtinam & nos aliquando de nostris erubescamus delictis, in quibus nullum vtilitatis magis vero condemnationis fructum suscipimus.

Peccati erubescentia.

Et ueniebant ad eum, & dabant illi alapas. Addit & Lucas, huic ludibrio aliud in ludibrium, Quod vl; velauerunt faciem eius, idest, oculos occultauerũt, & alternatis alaparum percussionibus illudebant prophetiza quis est, qui te percussit? cuius ferreum pectus, aut cor lapideum talia recensendo, si tamen pia mente reuoluat, non emolitur? siccine prophetarum instructor, qui vocat ea, quæ non sunt tanquam ea quæ sunt coram tanto Iudæorum panegyrico deluditur? quis hæc æquo animo ferat? quod si tabescere me faciat zelus meus in Christi patientiam translatus ab impatientia refrenatur, huius tam impie sacrilegæq; percussionis meminit ipse, qui hæc pertulit dicens percussus sum, vt fœnum, &c. sic enim percuti fœnum debebat, quo excusso grano frumenti posset in terram recludi, vt multum afferat emortuum sic à peccatorum aristis granum emundatur, sic Iesus inutiles paleas ad comburendum separat à granis.

Cap.22

Ps.101.

Percutitur Iesus, nõ qđ ipse sit fœnũ, sed vt fœnũ quia in ipso nullum erat peccatũ, sed forma peccati in similitudinem habentis peccatum; nec erat serpens, in quo non erat virus peccati, sed sub forma serpentis, in quem quisquis lethali vulnere periclitabatur effigiendo obtutus sanabatur, fœnum est omnis homo cuius gloria tanquam flos agri sic efflorescit, omnis enim caro fœnum, & gloria eius sic flos fœni, quia tanquam fœnum velociter arescent exsiccatum est fœnum, & excidit flos Iesus, aut non est tale fœnus, sed vt tale fœnum, cuius gloria sic obscurata est à perfidis producit ipse fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum percutitur, vt fœnum, vt sit pabulum iumentis.

Num.21

Et ueniebant ad eum, tam boni, quàm mali, veniunt ad Christum dispari intentionis concursu, adorant Christum, tam pii, quam impii, longa tamen cultus ratione, mihi inquit, curuabitur omne genu, Illudunt tamen Deo, qui idola, & simulachra adorant, hic alapas Christo donant qui hæreticis dogmatibus Christum se colere credunt, qui in eius diuinitatem offendũt, qui matris integritatem garriunt, qui in augustissimum eucharistiæ sacramentum debacchantur, & sanctorum venerationem è medio tollere nituntur. Hi quidem adorare Christum videntur dum sub veneratione illi genu flectere videri coguntur, & tamen in eorum adoratione alapis Iesum offendunt, & faciem Saluatoris procace temeritate velare, & obruere moliuntur.

Isa.45.

Durissimas dãt Christo alapas heretici & quicunque Christi sacramẽta nituntur euertere.

F

Accedit ad hęc omnia ipsius Christi ludibriũ qui factus in parabolam, & inderisum omni populo, exprobrantes percusserunt maxillam meam satiati sunt pœnis meis, quod quidem non perfecissent nisi sponte talia perpeti ipse voluisset, Corpus meum dedi percutientibus & genas meas.

Iob.16. Isa.50.

O summam Saluatoris clementiam, ò inauditam Christi mansuetudinem, qui faciem suam non auertit ab increpantibus, & in se conspuentibus, ò quam impium facinus Christi faciem conspuere, & diuinum vultum colaphis cedere, sicque regem Angelorum, & Dominum temerario ausu vilipendere, deinceps quis (quæso) ostendenti in vnam maxillam, non porrigat aliam? quomodo liuore in persequentes insurgemus? aut malum pro malo alicui reddemus?

G

Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis, ecce adduco uobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam in eo inuenio causam, de ore tuo, & iudicaris, & conuinceris serue nequam; nullam, inquis, in eo inuenio causam, prius ab aliis causam qua perdi posset inquirebas quid (inquiens) mali fecit? quam accusationem affertis aduersus hominem istum? & quam apud alios non reperetas apud ipsum reperire tentasti, ò Christum Iesum omnium hominum solum insontem, delicta ait Ps. quis intelligit ab occultis meis munda me plerique apud alios insontes reputantur, qui apud seipsos etiam grauiorum criminũ extant sontes multi iudicio exteriori nullis irretiti criminibus absoluuntur; qui iudicio propriæ discussionis condemnantur, & quis potest dicere mundum est cor meum? quod si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est; imo mendacem eum facimus, qui solus verax est, omnis autem homo mendax.

H

I

Hinc cum in se nihil inueniret sceleres Apostolus ait. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum vnicus extat Christus, solus inter mortuos liber, de quo testatus est fœnerator, ego nullam in eo causam inuenio. Hoc est memorabile testimonium, quod ab exteris sumitur innocentiæ Saluatoris, facessat, hic Iudæorum proteruia, quo procacitas Gentilis, & quidem publici iudicis testimonio cohibetur, & si non suis vatibus credat, vel Gentilibus.

1.Cor. 13.

K

Exiuit iterum Pilatus foras, exiuit iterum à prętorio Pilatus qui decruciabatur se condemturum quem agnoscebat innocentem, non veretur se iniuriam irrogasse Christo quem sine causa flagellandum tradidit, & tantis exposuerit flagellis emendandum quem nullius criminis reum adinuenit, cum enim publicè protestatur nullam in eo reperisse causam se violatorem

iurium,

iutium,& fraudatorem legum aperte confiteri non erubuit ne vlterius cogeretur a satrapis infensum,& præbere Christo innocenti,& hoc est quod ait.

Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis, &c. Foras adducitur Iesus, vt cognoscatur, sed heu, heu quantum mutatus ab illo Iesus in sinu Patris latitans foras, vt cognoscatur mittitur, qui mūdo incognitus habebatur, Proh dolor: quam inglorius mūdo ostenditur, qui gloriosus in cœlo prædicatur, quam despectus coram hominibus perhibetur, qui ab Angelis adoratur; Pilatus Iesum foras flagellatum, consputum, spinis coronatum, colaphis cæsum opprobriis sauciatū adducit de quo notum fecit Dominus salutare suum in conspectu Gentium reuelauit iustitiam suam: Sic (inquam) notum fecit, qui suam iustitiam in eo patefecit expulsus à Iudæis ostenditur Gentibus, quib. manifestum fecit, vt non videntes videant, & qui vident salui fiant.

Psal. 97.

Aut certe ostenditur Christus, flagellatus, & inglorius Gentibus, cum Iudæi, qui solis terrenis bonis inhiant, non nisi opulentum deliciosum velint, despectus vero, & vulneratus ostenditur Gentibus, à quibus in saluatorem suscipitur vel ideo notificari dicitur Gentibus, à quibus eius fides, & euangelium prædicatur protegitur, & glorificatur, & ab omni irrogata iniuria honorando, & exaltando sanctificatur Demum esto ostensus fuerit Iesus tam enormi spectaculo Iudæis foras existentibus ad quos Pilatus exiuit ea ratione dicitur ostensus Gentibus Arcanum illud referando Ad Gētes deuolutum Israelis encomium Iudæos vero Gentilitatis titulum iterum recepisse, Abolita namque circuncisione qua à Gentib. distinguebantur, vtpotè signo exteriori, & sublata ab eis fide Saluatoris, qua intus ab ipsis Gentilib. signabantur, nil aliud superest, quam quod ipsi Iudæi Gentiles sint & gētes esse dicātur Apostolo.n.teste, non.n. omnes qui ex Israel hi Israelitæ sunt, neque qui semen sunt Abrahæ hi oēs filii, sed in Isaac, ait vocabitur tibi semen, id est nō qui filii carnis hi filii Dei, sed q̃ fili sunt promissionis extimantur in semine.

Summa itaque hæc diuina iustitia menti reuocatur, quia sic nos implere opporteat dignoscamus, qui enim proprio filio suo non repercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum quomodo seuerior erit in ramo suo naturali ab oleastro: neque.n. tam crebris arceremur minis, horrendum esse incidere peccatorem in manu seueri, summique iudicis si minor superest virga delinquentibus. Hoc vno spectaculo tam vehementer compellimur, vt nihil efficacius cogitare ad compescendas illecebras valemus.

Instātē sūmi iudicisirā ex & pauescere dēmusē a delictis desistere.

Ecce adduco uobis eum foras, &c. Hoc ideo foras adducitur hoc ideo palam coram omnibus Iesus ostenditur, contuendusque proponitur, vt dignoscatur, nihil damnationis in illo existere, sed referamus, quid hic Angelicus Doctor secum contulerit, quare ergo o impie Pilate sic turpiter Iesum tractasti sine causa? scilicet ne Iudæi credant, quod ob fauorem, & non pro ratione iustitiæ illum procurarem dimittere qualis namque fauor illi exhibetur qui sic miserabiliter pertractatur.

D. Tho. in Ioan.

Vel ideo sic turpiter flagellaui, eiusque caput spinis sepiui, vt hæc eius ludibria, quæ conspectare debebant inimici sic frangerentur animis vt sanguinem eius vlterius non sitirent, quasi dicat, si reus esset mortis ego tam promptus ad eius condemnationem essem, sicut me fuisse promptum ex hoc spectaculo videt's, ad castigationem aliquorum leuiorum criminū, quæ forsan contra legem vestram iudicantib. vobis promeruit, omnino tamen nihil actum reperi ei potui de illo, quod mortis reum illum ostendat, ego ad illum condemnandum presto essem qui ad illum prope internitionem flagellandū vt cernitis satellitibus tradidi qui enim tradidi

A crudelibus crudeliter dilaniandum verberibus, quomodo mitis ipse ero ad condemnandum, seu indulgendum eidem: vos attendite in quē cōspicitis, & audite interius loquentem vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram meam, & flagella quibus flagellatus sum in medio vestri in statera. Hæc vtique calamitas grauior appareret.

Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam, & purpureum vestimentum, exit & Iesus, vt se ostēdat spectantib. ne quisquis mane vigilauerint

B ad illum non inueniat illum sequitur post Pilatum, quia vita iam mortem insequitur, & ad eius vsq; dorsum pertingit vt destruat mortem, eiusq; sæuitiam compescat sequitur Pilatū Iesus quādoquidem iam gratia proprior fit peccatori, vt destruat peccatum, & aboleat illud: venit.n. in hunc mundum peccatores saluos facere, & peccati regnum dissoluere, peccatorem etiam qui dorsum vertit ad Christum sequitur ipse Christus, veluti eius salutis cupidus sequitur fugientem sequitur per deuia ouē errantē

C verterunt ad me dorsum, inquit & non faciē, & adhuc peccatori adest Christus cui salutis subsidia vbiq; & policetur, & subministrat.

Exiuit Iesus post Pilatū velut amore tractus ille qui oīa tracturus statim erat cum exaltatus fuerit à terra, trahitur à Pilato Christus ad ludibrium, & ignominiosum spectaculum, trahitur à peccatore Saluator omnium peccatorum vt saluos faciat peccatores. Hoc pōt apud Christū peccator, quod non potest interdum Christus cum peccatore vtinam traheremur a Christo, qui minus salubriter trahimus Christum,

D vtinam sequeremur Christum, quos ipse tam diu sequitur Christus audio inuitantem, qui se sequantur Iesum si quis vult venire post me abneget semetipsum, & sequatur me, audio cōminantem non se sequentem quod vtiq; terroris est, nisi quis reliquerit bona sua, & sequatur me non est me dignus, non enim semper nos sequitur Christus, qui sic nos sequitur vt nos illum si quomodo sequamur cæterum sequitur impium Iesus dum vestigia pedum nostrorum obseruat, nostrosq; gressus cōsiderat sequitur iustitia rerum, vt vbique illum comprehendat,

E & in suis fortiis in omni loco possideat.

Exiuit ergo Iesus, vt appareret In foro, vtque corā toto populo, talibus apparatibus, cōptus talibus ornatus vestibus, & tali diademate decoratus, proh dolor ecquis non pertimescat cōtuentium te o rex Gentium? hæc tua insignia quib. nobis te ipsum pandis egredimini o filiæ Sion, & videte regem Salomonē imò & plusquam Salomonem hunc in diademate quo coronauit eum mater sua; non enim satis fuit dixisse Iesum ad foris præstolantes exisse, sed & illud quod maximi nos cautos fecit addidit

portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum; non hæc deferit, ſed quæ pro nobis ſuſcepit ſui inter nos regni inſignia nobis ſuſcepta oſtendere voluit. His harrabonibus nos aſcribendos ſuo regno oſtendit quos conformes fieri imagini eius tam aperto pronuntiauit oraculo, & irrefragabili nos erudiri voluit propatulo.

Exiuit Ieſus portans ſpineam coronam, & purpureum veſtimentum, illi deeſt harundo, qui tandem intus vacuos illo nitore quo exterius fulgent dereliquit; decidit è Christi manibus infructifera arbor, aut fructuum agreſtium ſolummodo fœta vſquequo vos patiar laboraui ſuſtinens, aut poſt irrogatam ignominiam, qua illuſus fuerat ſub regalibus inſignibus, ac accepta harundine a ſatellitibus ad percutiendam infigendamque capiti ſpineam coronam, quæ vix per aculeos hærebat non vltra eſt illi exhibita, vel certe ab Euangeliſta noſtro ſolius coronæ, & veſtis eſt facta mentio: tanquam præcipuis ad Chriſti opprobrium ſpectantibus: altero velut a quo acriter torquebatur, altero vero quo totus contegebatur, nulla ibi opus erat fieri harundinis mentio, licet in manibus adhuc illam teneret Chriſtus. Hic itaque depromitur quali vallatus amictu appareat nobis Chriſtus, dolore, & aculeis confoſſus ignominioſa veſte amictus, qui gloria, & honore in cęlis coronatur, & amictus eſt lumine gloriæ, vt veſtimento.

Exiuit Ieſus portans ſpineam coronam, & cæt. ſic viieſcunt in Chriſto inſignia regalia. Iam ignominioſa apparent Chriſti fidelibus, & membris eius Abſit (inquit) ipſe, vt Gentilium inſtar, qui præſunt; poteſtatem exerceant ad perſundandos ſubditos, ſed qui maior eſt veſtrum fiat ſicut ſeruus, venit enim Chriſtus non miniſtrare, ſed miniſtrare: & dare etiam animam ſuam, in redemptionem pro multis; ſic inglorius apparet mundo, qui totum deteſtatur, & abhorret, quod diligit mundus, ſic adimplet ipſe omnem iuſtitiam, qui ſuo nos exemplo ad veram hortatur iuſtitiam, dum ſuo nos commonet exemplo, eo eſſe non glorioſos in cœlo quo inglorii efficimur mundo.

Exit defferens coronam, coronam (inquit) ſpineam, & purpureum veſtimentum, quæ peccatoribus indicant pœnitentiam, quam de patratis ſceleribus defferre ſedulo debent dolore ſunt quidem, qui aliquos experiuntur peccatorum commiſſorum aculeos, ſunt qui ſe rubore ſuffultos quandoque ſentiunt, induuntque pro amictu ſuorum facinorum pœnitentiam, ſed vix lacrimulam effundunt, vix ſuſpiria paruo tempore efflant, & quam primum, quam ſuſceperunt, deponunt tanquam certi remiſſionis tam culpæ, quam totius debitæ pœnæ, nequeunt diutius aculeos ieiuniorum, & totius pœnitentiæ deferre, & vbi erubuerant, denuo gaudentes ſæculo conformantur, lętanturque cum male fecerint.

Et dixit eis: Ecce homo? Pilatus talem offert ſpectandum Ieſum, qualem gratum oculis Iudæorum agnouit nihil illis iucundius, quam Ieſum deiectum contueri, vix enim hominis effigiem prętereebat Chriſtus, cui teſtimoniū præbet Pilatus, quod homo illic eſſet, quem ſic ab humanu aſpectu deformatum oſtendebat, vidimus eum non habentem ſpeciem nec decorem opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Quis unquam, talibus ac tantis obrutum, & deformatum etiam inter ſcurras, & nebulones ſimilem Chriſto hominem conſpexit? Hinc Pilatus oſtenſurus Chriſtum tantis deformitatibus deiectum, non ait hic eſt Ieſus ille quem tāto odio perſequimini, aut hic eſt iſte, qui, vt im-
F pingitis, ſe regio titulo decorauit, &c. tantum abeſt, vt aliquid regalis dignitatis in illo conſpiciatis ideo prorſus ab eo propulſato omni honore regio, hominem ſimplicem in quo ſola ſit deiectiſſima ſpecies humana vobis oſtendo.

Ecce homo. Hoc actum eſt à ſatellitib. huic homini quod & altero homini eſt actum à Sathana iuſtiſſimis, & innocentiſſimis viris, fuit Iob virorum omnium ſanctiſſimo tanta plagarum copia, & immanitas à Sathana exhibita, vt teſta ſaniem fricaret ſecundum animam eius nō extendit manum Sathanas quod illi prohibitum fuerat à Domino, quem cum illi ſapientes conſpexiſſent obſicuerunt, & velut elingues perſti-
G terunt naturali compaſſione conſternati, ſi autem viſo ſic lacerato Chriſto, & adhuc ſpinarum aculeis confoſſo crudeliores effecti, crudelioribus inſultant vocibus.

Inaudita ſæuitia.

Hinc, optimè actum eſt vocatum tunc iri Chriſtū ſub noīe hominis vbi in ipſo ſolo reperiebatur vera ratio humanitatis inter inhumanos ſolus Chriſtus humanus exiſtens hominis nomine, quod ab humanitate dicitur, nominatur quæſo autem, cuius lapideum pectus non emoliat tam deformata hominis ſpecies? hominem vocat Ieſum Pilatus ad homines loquens,
H vt ſaltem per eam in quam conueniebant naturam ſecundum quam omne ſimile ſuum diligit ſimile depoſita qua in Ieſum ferebantur, ferita te, illum ſaltem ſic deformatum abire permitterent.

Quis autem tam, ferus, qui etiam canibus, & beluis ligatis, & iaculis confoſſis non parcat & vt ita dicā indulgeat? ſed quomodo adhuc feruet inuidia vbi tanta patet ignominia, quomodo adhuc ſæuit crudelitas vbi ſola apparet humanitas: ibi namq; nullus relinquitur locus proteruię vbi ſolius datus cernitur locus miſeriæ.

I *Ecce homo.* Non ait ecce hominē ſed ecce homo iuſta illud eiuſdem vaticiniū. Homo eſt, & quis cognoſcet eū? Homo eſt hominum pſalmator, & conditor ille homo eſt deſideratus cūctis Gentib. ecce ſpecioſum forma prę filiis hominū in quē Angeli proſpicere deſiderāt, ecce homo quiſquis es quē multi reges, & prophetę voluerūt videre, & nō viderunt quē vos videtis ecce hoīem qui & Deus eſt eggreſſus in ſalutē populi ſui in ſalutem cum Chriſto ſuo.

Ecce o homo quem Magi procidentes, adorauerunt ecce quem Symon ille confectus ſenio in
K vlnas ſuſcipiens grato intuitu moriturus gaudebat nunc (inquit) dimittis ſeruum tuum Domine in pace, quia viderunt oculi mei ſalutari tuum ecce o homo, quantis delitus tibi oſtendatur ille cui Angeli ſeruiunt, cuiuſquam pulchritudinem ſol, & luna mirantur, quem ille omni inter natos mulierum ſanctior contuens tremebūdus aiebat ego debeo baptizari à te, & tu venis ad me. Illam aūt ſanctam Dei verticē aculeis ſpinarum perfoſſam contueri iubemus, quam ille ſanctiſſimus contingere nō audebat.

Ecce

Ecce homo. plures homines vnus homo. Iste vnus omnium hominum typum gerit, qui omnium peccata ipse tulit, & pro singulis huic se passioni dedit, Attende itaque in hoc vno, quomodo homo cum in honore esset non intellexit, & quantum à sua dignitate corruit paulominus namq; minoratus ab Angelis comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, homine hinc nihil gloriosius, homine inde nihil ignominiosius homine nihil diuinius, nihil detestabilius inde.

O hominis contrariam, & inauditam sortem, quã adeo perniciosius in sui exitium mutauit, ecce homo in quam per peccatum mutaris sortem à gloria ad ignominiam à summa dignitate, ad summam ignobilitatem sis mutatus, o quam degeneris conditionis à se ipso auctore peccato homo est effectus per quod omnia sibi credita ac promissa deperdit bona, in omne autem genus mali statim præcipitat, noluit benedictionem, & elongabitur ab eo, induit maledictionẽ sicut vestimentum, intrauitque sicut oleum in ossibus eius, ecce igitur quid meritus sit homo quæ sint stipẽdia peccati, vt hinc discas abhorrere pctũm, & à te procul repellere virus peccati.

Ecce homo. Prius nobis ostenditur affectus ignominia Christus quã nobis manifestetur sub maiestatis suæ gloria. Hæc duo de Christo non seorsum contemplari iubemur, quorum sine altero alterum affligari, non valemus vix consisteret animus ne offenderetur tantis irrogatis ignominiis Saluatoris, nisi suffultus luminis supranaturalis fulgore corroboraretur ad ea quæ altioris sunt contemplationis.

Roboratur animus non frangitur qui Christi mysteriorum non est prorsus ignarus gloriæ Christi meminisse oportet in passione eius, quæ cum excelsior sit & præstantior omni alterius gloria pariter sic se exinaniuit propter quod daretur sibi nomen quod est super omne nomen, nominiq; eius oẽ genuflectatur cœlestium, terrestriũ, & infernorum, Hoc egit Christus suæ futuræ gloriæ reminiscens, in hoc suæ passionis turbine videbitis filium hoĩs venientem in maiestate. Hęc piorũ consolatio aĩorum, hæc iustorũ refocilatio, hæc mestorũ confortatio, qđ si ad vesperũ demoratur fletus fit ad matutinũ lætitia, & qđ breue ac momentaneum est tribulationis æternũ gloriæ pondus operetur in nobis vt cõregnemus, & cõglorificemur, si tñ compatimur.

Iustorũ consolatio.

Ecce homo. Iam innotescat hoĩs in Christo reparatio, indignus effectus fuerat qui se iumento similẽ constituerat, vt homo diceretur: cum.n. Deus cuncta quę fecerat bona dixisset hoĩe producto, tanquã meliori, & perfectiori dictũ est, valde bona produxisse, quod ad hoĩs præstantiã vtiq; spectat. Hanc aũt quam adeo deformauerat reatus peccati ad meliorem, quam prima sua creatione conditionẽ reformaturus Iesus prius nobis vilipensus ostenditur si quis.n. vetustate occupatam ad priorẽ redigere imaginẽ statuit, hoc nullatenus efficiet, nisi prius antiquata destruendo resarciat, dum.n. homo nouitate reddendus est prius ablata vetustate purgari operepretium est ecce inquit noua facio oĩa, quę oĩa? nunquid nouam terram, nouas lapides, aut nouum mare, seu nouos montes, & cœlos nouos, aut astra? omnia (inquit) quia homo ipse est omnia ipse microcosmos, ipse paruus mundus eo a vetustate purgato, & ad nouitatem redacto omnia effecta sunt noua, omnia enim propter hominem fecit omnipotens, cui omnia sub pedibus eius subiecit cui omnia ad obsequendum illi sunt condita.

Cum renouatur homo renouãtur cuncta creata

Nec alia est rerum innouatio quam quæ efficitur in homine in quo renouantur cuncta quæ cõtinentur in ipso. Habet esse cum lapidibus, viuere cum plantis, mouere cũ brutis, intelligere cum Angelis, creat Christus nouã terram, nouos cœlos omnia noua facit, qui hominem ad nouitatẽ vitæ dono suæ gratiæ reducit, expurgemus

A vetus fermentũ, tũ vt simus noua conspersio, & si quæ creatura est in Christo Iesu ecce nouũ hominem: In quo facta sunt omnia noua.

Ecce homo Doctoris Angelici sententia est Pilatum hæc de Christo protulisse sicut despectiue dicta credantur, nec inconsulto, cum.n. aliquem despectiue significamus, vix eius nomen exprimere possimus, sicut & à Pharisęis à quibus odio habebatur, non proprio nomine Christum nominari patiebantur, sed quadam despectibili voce quis est hic? Hunc nescimus vnde sit. Hic si

B sciret, &c. quod tamen sic puto intelligendum quasi Pilatus despectui haberet Christum, qui obiectis contra ipsum non credebat, cuiusque innocentiam coram toto populo protestabatur, & à quo se veritatem addiscere arbitrabatur.

Verum despectiue hæc Pilatus protulisse dicitur vt despectum prorsus redderet iudæis astantibus, & in illum conspirantibus ipsum Christũ sicut & Dauid se despectum coram persecutore Saul ostendit inquiens. Canem mortuum persequeris, & quisquis gratiam impetraturus accedit verbis despectibilibus se ipsum ostendit.

Volebat Pilatus obtinere gratiam pro Christo ne cogeretur a populo quem iustum, ac innocen-

C tem agnoscebat mortis supplicio condemnare ad quod obtinendum despectibilius apud emulos vtebatur sermonibus, adeo vt nec nomen expræsserit in odiẽtium aurib. quod nec prius fecit, nec postea vbi nomẽ Iesu obstinatis noĩauit.

Hæc Pilatus (vt expræssius probatur aliis) maxima commiseratione protulit. Solo æquitatis commotus studio ad liberandũ insontẽ ab indebito supplicio tanq̃ ad populũ loqueretur enquem tanto liuore odii persequimini, en cui iam tot persecutionis, & inuidię laqueos tetendistis,

D ecce vinctum colaphizatum, consputum, spinis coronatũ, manto indecoris circundato vndique flagris. Ceso, dehonestato, deiecto, despecto, & tanq̃ virorũ nouissimo ad nihilũ pene redacto, ita vt in eo nec decor, nec species, & vix solus halitus reperiatur quid nobis vlterius restat de tã abiecto viro dolorum, & oẽm scientem iufirmitatẽ, iam.n. vobiscum vltra conuersaturus erit vestris coniungi copiis non audebit, vlterius reprehendere vos non audebit, nec in foro sociari cæteris cui tot illata opprobria in faciem producere

E poterit, satius igitur vobis vt ex vestra benignitate, & misericordia saltem illi vitam cõdonetis.

Cũ ergo vidissent eũ Põtifices, & ministri clamauerunt, dicentes, crucifige, crucifige eum. Deceptus es o Pilate, induratũ est cor Pharaonis, non vult dimittere populum, nec tu potior es Moyse, nec Pharisæi clementiores Pharaone, imo proteruiores illo qui sæuiebat in seruos isti ĩ Regẽ regũ, & Dñm dominantium Pharao vnus persistebat cõtra iudæorũ oẽm progeniem. Hic omnes iudæorum progenies aduersus Dñm, & aduersus Christũ eius frustra igitur o Pilate Christũ verberasti

frustra illusisti insonti, & innocentissimo neq; satiis sic sauciatum contueri Christum quem e medio tollere omnino decreuerunt, quid miraris si viso illo vnanimi voce in sanguinem Christi vocem dare quos in necem eius intelligis conspirare?

Clamauerunt dicentes crucifige crucifige eum, efferatos Iudæorum animos, qui expertes humanæ pietatis nullis habenis ab incepto flagitio, aut retrahi aut emoliri possunt quinimo exacuerunt, vt gladium linguas, intenderunt arcum rem amaram o impios veritatis, & benignitatis hostes subito sagitabunt eum, & non timebunt firmauerunt sibi sermonem nequam quid? in hominem filii hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus, aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens, & rugiens.

F

Sed quæso quam vocem, quamve sententiam, proferre lupi possunt in agnum, aut sæui leones rapientes, ac rugientes in vitulum nouellum saginatum cornua producentem, & vngulas nisi occisionis, mortis, & consummationis? nam instar canum frustro carnis cruento mox conspecto in illud aspirant, vt deglutiant, ita viso cruentro vndique Christo insiliunt Iudæi, ad illum pœnitus extirpandum, quibus non erat satis, sic illum addictum pœnis, & opprobriis contueri, tanquam dicerent, Bene vsque modo actum est o Pilate libenter videmus, & comprobamus, quidquid egisse in illum conspicimus verum vsque ad internitionẽ perfice negocium.

G

O sæuissima, progenies viperarum, quousque irruitis in hominem vniuersi vos tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ? Audin, o bone Iesu, quid isti aduersum te vociferantur, iniqui (inquit) insurrexerunt aduersum me, & synagoga potentium, quæsierunt animam meam, factus sum tanquam vas perditum quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu in eo dum conuenirent simul aduersum me accipere animam meam consiliati sunt, posuerunt me abhominationem sibi.

H

Clamauerunt omnes dicentes Crucifige. Attende sicut enim vox exultationis, & salutis in Tabernaculis iustorum, ita & vox insultationis, & condemnationis in Tabernaculis impiorum: clamnant iusti, vt eruatur à morte peccator, & conformantur Deo dicente. Nolo mortem peccatoris, sed magis, vt conuertatur, & viuat, clamant impij sermonibus odii aduersus iustum, vt morte turpissima condemnetur, morem gerentes illi sæuissimo, qui homicida est ab initio.

I

Clamant Christum crucifigi, quibus parum videbatur per quam cumque mortem è medio tolli, petunt ipsum crucifigi, & patibulo subiici quo perpetuis temporib. ignominiosum post mortem sæculis redderent quo & nomen eius extinguerent, doctrinamque suam inanem suaderent, cuius extat illud prophetę testimoniũ, (Psal. 2.) quare fremuerunt gentes, idest gens plebeia, qua ratione fremuit dando contra Christũ vocem clamoris sui? Et populi, idest eruditiores ac præstantiores Pontifices, quare meditati sunt inania Christum obscurare, & Doctrinam eius à mundo tollere ac fidem eius pœnitus extinguere.

K

O inane consilium, quod fit contra Dominum contra quem non est consilium o inane desiderium Christi fidem extinguere, aut illam pœnitus euertere, contra quam nec portæ inferi poterunt præualere, quid firmius, quidve securius eo pro quo rogauit Christus, qui pro sua reuerentia semper est exauditus. (Inane cõsiliũ.)

Clamabant dicentes crucifige crucifige eum, ecce lapidem, ecce sylicem illam firmissimam, quam bis percussit Moyses, vt daret aquas sitienti populo, sic enim percussa hæc petra fuit: Petra enim erat Christus, a quo salutis nostræ aquæ hauriendæ erant, haurietis aquas de fontibus saluatoris, aquas (inquam) gratiarum, & salutis, quam pollicitus est Christus samaritanæ Mulier si scires, quis est, qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam, quæ in fontem erupit salientem in vitam æternam.

Bis clamant crucifigi, quo melius Pilato suam suadeant voluntatem in Christi turpissimam necem patibuli obfirmatam. Bis clamanqui intus ast. exterius voce obstrepebant, vt cruce clauis affixus diu tortus in oculis omnium moreretur. Nec illud aduertit cæca proteruitas hoc Christo paratum supplicium ipsorum sæuientium futurum exitium. Nam Aman illud in se ipso expertus est supplicium, quod iusto illi Mardocheo parauerat in exitium, vbi enim credidit illum in cruce suspendere ipse maiori Regis ęquitate in eodem ligno fuit suspensus, & Dauid gigantem illum Goliad, qui carnes eius volucribus deuorandas dare in frustra per ensem cogitauerat eodem ense peremit, sed & ferus Holofernes suo proprio mucrone iugulatur quo se Dei populum trucidare arbitrabatur, Decuit autem & Diabolum, qui per lignum vincebat per lignum ipse vinceretur Decuit sapientissimum, potentissimumque gladiatorem, qui docet manus aliorum ad prælium, & digitos meos ad bellum, non aliis, quam propriis eius armis inimicum vincere, & trucidare, nam & senes illi pessimi, quibus lapidibus obruendam iri Susannam excogitauerant, ipsi saniori iudicio obruti fuerunt, sicque in foueam, quam fecerunt incidunt, & in laqueum cadunt in ipsum quem iusto parauerunt.

Clamauerunt dicentes crucifige. Attende, quod parum interest aut ense aut lingua perimere, Iudæi lingua Christum occidunt, Pilatus ense, & vterque peccatum in æternam mortem conduxit obseruent hic detractores, quorum lingua, & dentes eorum arma, & sagittæ, & gladius acutus, vt trucident rectos corde, vt deuorent in abscondito paupertatem, o diaboli cum armorum genus quo maximè vtuntur diabolica membra, hoc enim nec clipeo, nec ferro potest aut reparari vulnus. Hoc nullo vnguentorum farmaco potest curari vlcus vbi feriunt, & prope, & procul existentes nulli dignitati nulli beneficio parcent Talesque ignes, taliaque incendia suscitant, quæ non nisi persluuio sanguinis extingui possunt, sunt, qui vbique nulli parcant detrahendo, neminem deetiam bene actis laudando, sed singula præuertendo, quod immanissimum scelu Deus inter cætera detestatur sex sunt (Mormurantes, & dtractores hic discãtq; diaboli ca eorũ lingua tam facile aliosmor muratione &)

detractione lacessere non uerentur qui (inquá) irremediabile vulnus ĩfligũt: honorẽ perimẽtes & laudẽ.

sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius: oculos sublimes, linguam mendacem: manus effundentes innoxium sanguinẽ: cor machinans cogitationes pessimas. pedes veloces ad currendum in malum; testem fallacem proferentem mendacia, & eum qui seminat inter fratres discordias: his enim qui odibilem conatu reddere detractione proximum seminare dicitur discordias, qui autem sub pietate ficta, aut palam, aut clam susurris proximo detrahũt, & pro opinione propria aliorum facta peruersis machinationibus subdola interpretãtur hi sunt omnino vitandi, detrahentem secreto proximo suo cum hoc non edebam.

Quod si euitari nullatenus possunt hi omnino cohiberi debent à facinore, arbitror enim sic intellexisse Apostolum cum præcatur vtinam abscindantur, qui vos conturbant non hominum maledicentium intentare mortem, sed abscindendam linguam eorum, velut damnationis instrumentum abscindendus pes iubetur, eruendus oculus manus scindenda, & quæ peior est lingua non erit abscindenda?

Detractorib. & susurrionib. abscindendã oino ẽ lingua.

Clamauerunt dicentes. Obserua formam impietatis, vbi enim nulla suppetit damnandi ratio, vbi violentia fit iuri ibi clamorosa exclamatio: Quod enim quis obtinere nequit iure reali, is obstrependo clamoribus impetrare contendit: clamabant Pontifices, clamabant legis Doctores quibus nulla in lege poterat suffragari ratio tanti flagitii, Ad clamorem Pontificum conclamant & populi sequitur turba, tam pios, quam impios suos proceres colit quos illi colunt honorant quos ab illis honorari cernunt.

Detestantur autem & insequuntur, quos detestari audiunt, & sopito omni iudicio præcipites in illam feruntur opinionem, imò & sententiã in quam primates suos perspiciunt descendisse. Hoc in gratiam Dominorum inscia turba facit aiunt aio, negant nego, ideo enim D. Ioan: expressit Principes Sacerdotum ipsosque Pontifices viso Iesu exclamasse, quo aperte intelligas, eorum vocem in auribus totius turbæ insonuisse, quæ irrumperent in eandem diabolicam cantionem, arbitror namque illos dubitasse aliquorum, ac etiam multorum ex astantibus corda emolita fieri ex tam lachryambili aspectu, ex carnificati, & fauciati hominis, & vt periculo occurrerent, ne gratiam, gratiam fieri Christo apud Pilatum poscerent: ad quam maximè propensum intelligebant iudicem mox viso Iesu maximis vocibus intonant, vt crucifigatur, & poenitus emedio eorum omnino tollatur.

Dicit eis Pilatus, accipite eum vos, & crucifigete, ego enim non inuenio in eo causam. Modis omnibus Pilatus à sententia iniusta suum conatur iudicium auertere, & quem criminis expertem agnoscit ab impiorum sæuitia, quærit liberare, tentauit, primo ex relatione perscrutati iudicii liberare Iesum, in quam causam nullam condemnationis inuenerat.

Voluit secundo mutatione iudicis se ab hac causa subtrahere remittendo iudicium Herodi, quod in signum reuerentialis obseruantiæ accepit Herodes, & cõciliati sunt simul cum prius inimici essent adinuicem; quod cum obtinere nequisset, cogitauit Iesum corripere flagellis, & ludibriis quo à regia dignitate procul esse videretur, sicque facesseret animus circumuenientium illum, & persequentium.

Excogitauit quarto componere Iesum cum homicida, & scelestissimo Barraba exhibendo optionem populi, cui vnum concedere consueuerat in paschatis eorum gratiam, quod nec perficere potuit.

Tandem ex ostensione fauciati, & spinarum aculei confossi pro naturali illa saltem pietate, qua humanus animus etiam ad beluas flecti solet sexto ex dilatione iudicii multis suasionibus, & replicationibus retardando iudicium si quo ebulita eorum indignatio resfrigeret, & ab illo
A populari impetu in melius eorum animos flecteret.

Vltimo iudicium recusare conatur, & Iudæis ipsis causam committere.

Accipite (inquit) *eum vos, & crucifigite, ego enim nullam in eo causam.* Attende quam crebro, & quam à multis Christi innocentia comprobatur Iudas totius traditionis author, & ductor sanguinem se iustum palam proiectis argenteis est confessus Principes quibus ipse Iudas loquebatur detestando scelus consenserũt errori dicentes ipsi quid ad nos? tu videris, idest,
B tu erroris futurus pœnas eris, nihil hoc ad nos Herodes remisit ipsum Iesum tanquam insontem ad Pilatum teste eodem Pilato vxor Pilati retrahere ipsum à condemnatione iusti conabatur. Nihil (inquit) tibi, & iusto illi. Latro in cruce fassus est Christum iustum. Hic autem nil mali fecit Centurio vociferatus est vere filius Dei erat iste, & multi tundentes pectora sua reuertebantur à cede, & Pilatus iterato testimonio fatetur coram Iudæorum cętu, ego nullam inuenio in eo causam. Quod si adhuc
C in vestra persistitis obstinatione, vt occidatur insons,

Accipite eum vos & crucifigite. Tanquam manifeste diceret? Hanc ego in me culpam omnino suscipere nolo tantum scelus ego patrare recuso, Apponere manum ad innocentis necem ego detestor; quod si vos perficere audetis, accipite eum vos, & crucifigite, scio quam plurimos esse plerunque qui ad irrogandam molestiam insontibus impudenter impellunt, quod ipsi videri, tam iniqua agere erubescunt, quod si vos æquum iudicatis, quod me facere consuli-
D tis ipsi vos perficite, ecce illum exhibeo: Accipite eum, & crucifigite.

Octhnici uiri prudentiam, qui à se criminis culpam pro pellere conatur, inquã suggestores facinorum vlcus lethale retorquendum relinquere, ego ne (inquit Pilatus) vestris suasionibus tãtum scelus committam? egone vt vestris indulgeam passionibus fidei, & iuris limites frangam? Solis ego vestris propulsus clamoribus, & innocentis, & iudicio, & mihi talem calumniam in exitium fiendam comprobabo? Absit hoc à me magis autem accipite eum vos, &c. quod si me
E territum vestra vociferatione putatis decepimini, intus enim sentio aliam legem repugnantem ex ter vestris clamoribus qua compellor ad absoluendum illum.

Accipite eum vos, ego non hic asto alienæ inuidiæ vindex, sed solius æquitatis iudex, vos me non iudicem, sed carnificem fieri contenditis; Tale iudicium suscipere nequeo, quod in nullo, auctorum meorum codice reperio, Habeo ego legislatores, habeo præscriptam ab ipsis iustitiæ rectoribus ac propugnatoribus, non est, qui tale iudicium non abhorreat, non est, qui

...n detestetur, & profligat, qui fieri potest, vt ...o his omnibus iniuriam, & mihi talē perpetē ...lūniam parem? Absit à me vt perdam iustum ...impium, & quem iustum agnosco de manu ...rtiorum eius non liberem.

Iam satis superque vestris, indulsi desideriis, piget, quod adeo seuere ipsum tractauerim, deiecerim, ac pene exanimauerim. Hæc profecto non permisissem nisi tali correctione deformatum, vestræ impietati satisfecisse excogitassem, sed vt video peiores estis canibus, qui vulneribus sauciatis obsequium, quod possunt exhibentes, & linguis lingentes vulnerib. medere coguntur, vos epulones omnes micas cadentes negatis in quem linguas ad exterminium conuertitis, & latratibus vestris in ipsum, qui nihil mali fecit tanquam perfusi rabie consurgitis. Hæc forsan apud se Pilatus dicebat, vide quomodo sint infecti insonti viatori, attende, quibus ritibus, qua rabie, quantis latratibus instent, timent canes timore vbi non est timor, & adeo benefactorem, ac proditorem insequuntur, insurguntque pariter inædificatorem, ac destructorem.

Iudæorum rabies & inuidia.

Accipite eum uos, o Pilate, quomodo tam pulchrum donum tam indignis exhibes? Dixerant ex ethnicis pulchrum illud pomum, ac pulchrū donum, non nisi pulchriori dandū, & quomodo tam deformib. & indignis adeo pretiosum donum exhibes? o si scires, quam malū dare sanctum canibus, quamque indignum margaritas ponere ante porcos, certe non Iudæis Christum exhiberes magis autem & hoc lōge satius æquitati illum Mariæ Matri eius in manibus tradere, ac sic demedio luporum agnum eripere vulneribus vtique ipsa non ipsi mederetur. Illa non illi illum foueret, suisque lachrymis laceras carnes, cruentaque membra lauaret.

Quis ex discipulis, aut seruis Christi libenter non suscipiat Christum, qui autem me suscipit, suscipit (inquit ipse) & eum qui me misit, respuant Iudæi Christum, respuunt vitam, respuūt veritatē, & salutē, quib. nil residuū restat, nil aliud est, qđ possideant nisi mortē, cecitatē & dānationē. Nosq; Christi militiā profitemur, nos qui discipulatui eius ascripti sumus, Christum Iesum sumamus ad vitam non simus contenti sacra faciente sacerdote illum intueri, sumamus in sacramento reuerenter, qui se panē fecit vt in cibum salutis sumamus, qui manducat (inquit) hunc panem viuet in æternum, & panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, itaque nisi manducauerimus carnem filii hominis, & biberimus eius sanguinem non habebimus vitam in nobis.

Cæterum dum sic, exinanitum communem & Angelorum contuemur Dominum doleamus fratres, quod tantas sit propter nos hoīes passus ignominias ad tollendas peccatorū nostrorum quib. adhuc passim irretiti sumus æternales illas pœnas ascendat hic homo ad cor altū, & exaltetur in mansuetudine Deus, videamus si tamē eleuati sumus, doleamusque non suam, sed nostram sortem tantis consternatam miseriis.

Accipite eum uos, & crucifigite, vos soliti insontes trucidare vos, qui prophetas, & sapiētes ad vos missos lapidare, & mactare consueuistis vos, qui Agricolæ illi estis, qui Domini vineæ, seruos tam impiè insequimini, alios eiicientes, alios lapidantes, alios occidentes, contraque filium machinantes, & vitæ illius insidiātes, vos qui talia impietatis facinora perpetrare, soletis. Hunc etiam insontem accipite, & pro libidine vestra cum ipso agite, Scio quia pene Moysi, & Aaron vsq; ad internitionem insultastis, & pluries exacerbastis illos Moysem, & Aaron (inquam) sanctum Domini, scio quia Ezechielem ac Hieremiam lapidibus obruistis, scio quia Esaiam secauistis, Naboth interemistis Micheam & alios ex vatibus vestris morti adiecistis, &

F qui talibus talia rependere soliti estis, hunc etiam iustum suscipite, & si vultis illum vos crucifigite.

Hoc tantum a me absit vt iustum quemque crucifigam veniat non super me, sed super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum, & altare, hæc omnia veniant super generationem vestram, absit vt tantum facinus inducam ego vlciscendum super generationem nostram, absit à Romanis æquitatis professori-

G bus tanta impietatis cupiditas, tantique sceleris haustus. me à tali inaudito iudicio eximo, me à tanto facinore immunem efficio, accipite eum vos, &c. Nec me latet quomodo etiam alias in Ioseph inocentem vos fratres coniurastis, videntes enim illum à longè procul a patre mox in necem insontis coniurastis, quem toruis oculis aspicientes, nec pacificis verbis loqui aliquid ipsi poteratis.

Accipite eum uos, & crucifigite ego enim nullam in eo causam inuenio. Hinc nobis vim integritatis, & bonitatis perpendere licet, quod

H si Deus est qui iustificat, quis est, qui condemnat? Vide quam opportunum etiam ab his qui foris sunt bonum sumere testimonium attende sermonem veritatis nullum prophetam in patria sua acceptum fore; hi enim quodam liuore inuidiæ exagerati neminem sibi praferri patiuntur, & euertunt quidquid optimum illi constituere nituntur.

Ecce ab Ethnico Christum pro veritate protectum, ecce à synagoga eundem tanquam peripsema reprobatum, & eiectum, quod in tantorum animis non capit pro Christo hoc in

I hoc vno mordicus retinetur, qui insontem omnino esse pro viribus tuetur Bonia autem conuersatio nostra vtilis est ad omnes, quæ vt Angelicus Doctor insinuat consistit in tribus, vt existat perfecta primo, nam mentis requirit puritatem, vt hipocritarum superficiem euitemus, qui solas facies exterminant, vt videantur hominibus ieiunantes in plateis orant, tuba canunt cum eleemosynas elargiuntur, & ad ostentationem plurima faciunt, vt videantur ab hominibus, veluti sepulchra dealbata, quæ intus fœdissima extant ossibus mortuorum plena, idest durioribus, grauioribusque

D. Thomas in sermone 2. Dominicæ post Pascha

K peccatis mortalibus superbiæ, inuidiæ, ac ambitionis omnia plena.

Nos autem non sic quoniam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ non in ostentatione sermonis, sed adimpletione spiritus, & veritatis.

Consistit secundo in morum honestate, factorumque nostrorum, salutareq; conuersatione, cū igitur hæc oīa soluenda sint quales oportet vos esse in sanctis conuersationib. & pietatibus expe-

expectantes,& properantes in aduentum Dei? Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros. Prouidentes bona non solum coram Deo, sed etiã coram hominibus.

Consistit tertio dignitas nostræ conuersationis, vt eleuati à terrenis cupiditatibus ad ea, quæ superius anhelamus totum quod hic agimus tamquam ad finem dirigamus secũdum quod Apostolus inquit quæ sursum sunt quærite nõ quæ super terram vnde alibi dicitur. Nostra conuersatio in cœlis est. His omnibus mundus eruditur, gentilisque ad Christi protectionem accenditur. Detractorum autem os loquentiũ iniqua obstruitur, hæc est enim teste D. Pet. voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis hominum impudentiam: Gentilium vis, & hæreticorum qui adeo impietatum nostrarum offenduntur cumulis, vt cunctis peiores existiment, quos præ cæteris blasphemos, superbos, elatos effrenatos, in omne genus luxuriæ deditos perspiciunt, & vnde obmutescunt impij hinc aditus laudi diuinæ aperitur Domino dicente sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona,& glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est.

Col. 3. Phil. 3. Epist. 2. cap. 3. Matt. 5.

Responderunt ei iudæi. Nos legem habemus,& secundũ legẽ nostram debet mori, quia filium Dei se fecit. O inauditam sacris eloquiis blasphemiã, qua in pagina reperitur sancita lex innocentẽ condemnantis? vbi saltem constat de delicto, vel de corpore delicti? nec tamen audent dicere secundum legem nostram: quibus verbum in proprio ore defecerat si enim contingit mẽdacibus cum se apertissimũ mendacium agnoscunt vix totum proferre possunt mentita.n. est iniquitas sibi.

Mendaciũ con suetudo.

Habent vtique legem, sed nullus ipsorum facit legem, ergo præuaricatores sunt legis ac destructores, sed quomodo? Vnico verbo totam suam corrumpunt legem; Nos (inquiunt) legẽ habemus,& secundum legem debet mori. Hęc apud ignarum legis dicere poterant, qui tamẽ ea quæ legis sunt cum ipse sine lege eorum esset naturaliter facere conabatur; legi enim Dei subiectus erat, qui sibi ipsi erat lex, ostenditq; opus legis scriptum in corde suo testimonium reddente sibi conscientia sua, sicine, o Iudæ, qui in lege gloriaris per præuaricationem legis Deum inhonoras: sicine (inquit Apostolus.) Nomen Dei per vos inter gentes blasphematur?

Rom. 2.

Nos legem habemus, &c. Satius vobis non habuisse legem, qui legem pro libito peruertitis, & legislatoris ex lege calumniam struitis, quod si per legem cognitio peccati scimus quia quæcunque lex loquitur iis qui in lege sunt loquitur, vt omne os obstruatur. Ibi enim illud in vos vaticinium retulit Apostolus, quia non est iustus quisquã non est intelligens, nec requirens Deum, omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum non est vsque ad unum; sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione plenum est veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem cõntritio,& infelicitas in viis eorum viam pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum, cũ

Ro. 3. Legis finis.

sit enim finis legis homines à malo retrahere, & ad bonum inducere, qui fieri potest vt legẽ habeatis secundum quam innocentem condẽnare debeatis rectius supra dixistis non licere vobis interficere quemquam. An non licet vobis quod lege in qua gloriamini sancitum extat?

Pro cupitu vestro licet, & non licet, qui in oppositam partem legem vestrã trahitis quã vsq; adeo peruertitis, vt corruptores eius non obseruatores sitis inquitis, & odiendum inimicum iubente lege si esurierit inimicus tuus ciba illum, si sitit, potũ da illi, cum ceciderit, subleua illum quod vtique sanctus ille Dauid obseruauit, cum oram se persequentis tantum modo vestimento abscidit. Audes igitur o iudæe, & totæ legi, nec non & legislatori tantam irrogare iniuriam: Audes tuæ impietatis tantũ afferre testimonium suo iure irrefragabile, ac solius veritatis compos? Pro. 25.

Mentiris, o iudæe diuinæ legis violator, ac omnis iustitiæ violator hæreticorum Doctor, & corruptionis scripturarum author optime vestrã detexit versutiã ille lacerata (inquit) est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium, quia impius præualet aduersus iustum propterea egredietur iudicium peruersum, & alibi. In die illa longe fiet lex. Abac. 1. Amos 7

Nos habemus legem, & secundum legem debet mori. Cum lex illa de qua se adeo iactant illi pedagogus fuerit ad Christum, qui est totius legis finis quomodo tollẽtes de sui medio Christum sua ipsorum non frustrantur lege? Attende quem perfectum per legem acquisierint per legem enim (vt docet Apostolus) Cognitio peccati,&c. peccatum non cognoui nisi per legem ostendit quidem lex non solum facinus esse malum, sed esse peccatum concupiscentiã nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret non concupisces, equidem absque Moysis lege etiã apud exteros compertum est concupiscentiæ facinus, cum naturali ratione quod suo iure est inhonestum, ac obnoxium criminis detestetur. Rom. 3.

Hoc poterit dictamen rationis quod est commune legem non habentibus per legem autẽ cognitio fit peccati secundum quod peccatum in Dei offensam conuertitur. Rationis dimen qd efficiat.

Hæc ignorabat homo, & nisi lex diceret non concupisces, nesciebamus concupiscentiam Dei offensam respicere, & secum continere dicant iudæo quam sint adepti scientiam de facinore propter legem de qua tam damnabili gloriantur? Cum lex ostendat peccatum in Dei offensam præcipue vergi nonne Pilatus potior est legis emulator, qui quod iniustum suo extat iure renuit perpetrare facinus? in quo igitur consistit eorum gloriatio legis.

Nos legem habemus, &c. vtique legem habetis. Attendite vobis, quia lex iram operatur, quam iram? vindictæ vi; quia per transgressionem legis efficimur digni ira, & vindicta seruus enim sciens voluntatem Domini sui, & nõ faciens plagis vapulabit multis magna enim ira Domini succensa est contra eos, qui non obseruant illam vt dicitur & Dauid. Tu mandasti (ait) mandata tua custodiri nimis, qui igitur per legem peccauerunt, per legem iudicabuntur,&c. Rom 4 4. Re. 22 Ps. 118.

Si legem habetis, & secundum legem debet mori

mori vbi est bonum commune ad quod ordinat lex quæ in ipsa continentur, mandatum enim sanctum, & lex sancta: quæ uestra fuit vtilitas? quid nacti estis ex Christi morte benef. frustrata est lex: cuius finis interitus vtinam vestrũ exitium agnoſceretis qui ſine lege estis, ex lege contra legem agentes vos à lege mancipastis, qui falsam legem facere excogitastis vos exules ab ipsa lege fecistis; ideo auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti Iustitiam.

Nos habemus legem, & secundum legem debet mori quia, &c. Authoritate hac irre fragabili legis vl3 sententia veluti decreto diuino terrere Iudicem conantur cui nec ethnicus audet contrauenire, hoc pessimum commenti sunt crimẽ aduersus Dominum, & aduersus Christum eius ne a mulcta Pilatus Iesum liberaret. Ecce (inquit Augustinus) alia maior Iudeorum inuidia parua quidem illa videbatur velut affectatę illicito ausu regiæ potestatis cum tamen neutrum sibi Iesus usurpauit qui non rapinam arbitratus est se esse æqualem Deo, & ab eo constitutus est rex super Syon montem sanctum eius, & vtrunque verum est vtrunque nunc etiam coram demonstraret, nisi quanto erat potentior tanto mallet esse pro salute mundi patientior.

Hoc itaque suadere Pilato nituntur cuius studium erat omnino Pilatum ad occidendum Christum inducere, ad quod per commentum illud crimen læsę maiestatis inducere nequibãt & cum nil super Cæsarem obijcere poterant Pilato odibilius trahunt causam à crimine læsæ maiestatis humanæ ad maximum crimen Diabolicum potius quam humanum lęsæ maiestatis diuinæ ne vlterius cũctaretur Iudex illum damnare, quem à Diuina lege damnatum aiebant, tanquam dicerent; Pilate quid cũctaris illum occidere? Non à te quærimus Iudicium iam factum est de illo Iudicium, quærimus executionem iudicij à lege condemnatum agnosce, & ne timeas legis nostræ decreta seruare Habemus enim legem, & secundum legem debet mori times tu dare illi mortem? frustra times non est tua sententia sed legis, noli tantum nostram fraudare legem, sed adimple ea quæ sunt legis.

Diabolicam obiectio.

Ouersutiam prorsus Diabolicam, cum imperito agunt de lege, & à rectitudine iam deuiant animum imperiti quod vtinam crimine ab hoc vno discerent, & nostri temporis qui versutiis falluntur hæreticorum, qui sua impia occisionis animarum dogmata cum imperitis conferunt.

Nos habemus legem, & secundum legem debet mori quia ecce Cayphaistas condemnant Christum morti renitente Pilato, & iubente illum dimitti Arguebat Cayphas Christum blasfemię dũ percunctantibus summis ipsis sacerdotibus & ab eodem adiuratus per Deum uiuum vt sibi diceret si esset ipse Christus filius Dei viui cui cum confessus fuisset Christus veritatem addidit se illos uisurum in Maiestate futurũ, quod audiens Cayphas illum blasphemiæ arguit; Blasfemauit (inquit) audistis blasphæmiam nõ amplius egemus testibus reus est mortis quid uobis uidetur.

Leuit. 24.

ibidem

Sed esto sic uestra uos ferat insania quomodo vos obseruatores legis facitis qui eum quem blasfemum dicitis, & tamquã blasfemum puniri contenditis fore crucifigendum acclamãtis cui lapidationis sancitum est genus mortis. Qui blasfemauerit nomen Domini morte moriatur lapidibus obruet eum omnis multitudo populi siue ille ciuis fuerit siue peregrinus, & ibi de spurio illo blasphemo iussus est Moyses educere illũ extra castra, & ponant (inquit) omnes qui audierunt manus super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus quam qui predicas non præuaricandum præuaricaris, & tuam cogere niteris obseruare legem, ubi prædicator es legis.

F

Nos habemus legem, & secundum legem debet mori quia filius Dei se fecit saltem hoc loco, in re q; tanti momenti aliquem consulerent idoneũ & tanti misterii arcanum possidentem cęterum quid nisi, & ipsum Sathanam consulerunt? An negare potuisset Sathanas prosusue repellere Christum Dei esse filium, cuius veritatis iam pene conscius statuit propositis signis scrutari certitudinem si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant, & iterum si filius Dei es mitte te deorsum Angelis enim suis Deus mandauit de te vt & c. consulant, & Cacodemones alios quos non sinebat loqui quia sciebant ipsum Christum.

G

Omirum negocium quod negare nesciunt Demones hoc negant impii homines quod si, & vos de tam abdito uestris oculis misterio dubitatis quomodo consortes misterii non consulitis? scrutamini scripturas, & ipsæ docebunt uos vaticinia prophetarũ discutite interroga Patres tuos, & dicent tibi, maiores tuos, & docebunt te.

Diabolo nequiores pertinaciores & proteruiores esse conuincuntur Hebrei.

H

Hi sunt magistri vestri in quibus habetis fiduciam qui nec decipere possunt, nec decipi patiuntur insuper ab operibus eius illum adiudicate quod si opera nõ contuitis quæ nemo alius fecit, peccatum non habetis; consulite Patrem ipsum sua propria uoce tantam veritatem semel atq; iterum obfirmantem Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complaui, ipsum audite. Absit absit o Iudęe ut se ipsum Dei filiũ Christus fecerit, genitum enim non factum, quis tam rudis qui se filium patris credat efficere? Ipse enim fecit nos, & non ipsi nos, genitus est à patre filius qui non à Patre rapuit, sed totum quod habuit Pater generando donauit, cui, & dixit filius meus es tu; Ego hodie genui te in die ul3 non temporis sed æternitatis, quia antequã essent Abilli ego parturiebar, & eram cum eo cuncta componens, per quem omnia, in quo omnia, & ex quo omnia ipsi laus, & gloria.

Nos legem habemus &c. Non semel tantum sed iterum atq; iterum insurrexerunt in Christum iudei, quod se filium Dei nominauerit. De bono opere non lapidamus sed de blasfemia q cum homo sis facis te ipsũ Deum & c. 5. Cũ dixisset Pater meus usque modo operatur, & ego operor propterea iudei magis quærebãt eum interficere non solum quia soluebat Sabbatum, sed quia Patrem suum dicebat Deum, ęqualem se faciens Deo &c. Sæpius enim audierant Christum uocare Deum Patrem suum in quem totum referebat quicquid agebat, Pater in me manens ipse facit opera, Non veni vt faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me Patris, &c.

supra cap. 10.

K

Vbique

Vbique se filium Dei declarat non facit si ego (inquit) testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum nullum est, ego habeo testimonium maius Ioanne; opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea ipsa testimonium perhibent de me, quia Pater misit me, & qui misit me Pater ipse testimonium perhibuit de me scrutamini scripturas, & illæ sunt quę testimonium perhibent de me claritatem ab hominibus non accipio, ex quibus patet quam impie mentiantur Christum se facere idest temere se Deum, & Dei filium nuncupare, sed esto o Iudei se filium Dei dixerit qua lege perimendus est Dauid qui dixit ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes? quod si alij homines qui se adoptiuos uocant Dei filios non blasfemos dicimus nec condemnamus quomodo condemnabitur filius naturalis vnigenitus filium se Dei nominans.

Nota.

Ille non se fecit, qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctum sanctificationis. Qui dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius, vt ipse sit primogenitus in multis fratribus, pro sui autē mansuetudine filium hominis Christus passim nominabat, qui cum & filius sit Dei, hoc pro maxima sua humilitate dicebat, exinaniuit.n.se ipsum formam serui accipiēs, & exinanitum nominabat, qui se magistrum humilitatis præbebat, discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.

Rom.1.

Insuper filium hominis ipse se vocabat, qui nobis tantū beneficium suæ incarnationis recolebat, nostrisque mentibus imprimebat, demum filium se hominis non Dei nominabat; quo fidentius homines ad se traheret quos amabat, quis enim hominum Dei præsentiam non pertimesceret, & cum Petro non clamaret recede à me Domine, quia homo peccator sum Manue etiam & vxor se morituros dicebant cum vidissent Dominum, & filii Israel audire vocem Domini formidabant, & rogabant Moysem loquere tu nobis & non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur.

Qui autem uenit peccatores quærere, & cum peccatoribus conuersari nomē Dei ne terrerentur obticuit, & se filium hominis conuersando nominauit rectius ergo dixissent si eum filium hominis se fecisse cōfessi essent, qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis.

Cæterum Christus filium hominis, hac ratione se nominat, qui sic suam matrem Virginem demonstrat, demonstrandoque commendat solus ipse filius est hominis, cæteri quique filii sunt hominum, ille qui solus sine Matre in cœlis à Patre est genitus, ipse in terris à Matre sine Patre est genitus; cæteri singuli qui sunt geniti à Patre, & Matre sunt geniti, & licet Eua à solo viro producta fuerit, non tamen genita, quæ nec filia dici potest Adam.

Quum autem audißet Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Quid timuit Pilatus? profecto æquitatis iura labefactare timuit, quia quem iustum esse dubitauit, quem prius vt purum hominem agnouit, ideo magis timuit, & de facinore, perhorrescit, sermonem de Deitate, vt audiuit, repēte magis timuit, quia vnum antea, tantummodo timebat, qui legi iniuriam irrogare non audebat, quum autem audisset, hunc sermonē vbi de Dei filio agebatur, magis timuit; quia legislatorem ipsum offendere dubitauit, vtique violatio legis in offensam cedit legislatoris, haud tamen talem, quod offendat ipsum legislatorem, sed quod violatori legis offensionē à legislatore paret.

Cum hic agatur de personali offensa ipsius legislatoris, de damno, de iniuria, de morte irroganda legislatori, magis timuit, quia timorem quo prius premebatur, mirabiliter auxit, & vbi prius anxius discruciebatur, nunc audito hoc sermone concutiebatur. A

Cur per horrescat Pilatus, & timeat.

Quum autem audißet Pilatus hunc sermonem, magis timuit, mirum negotium, Pilatus timet, qui sermonem audit, Iudæus non timet, qui sermonem profert, audiui & conturbatus est venter meus, & contremuerūt omnia ossa mea à voce obloquentis inimici, & persequentis. Hæc Iudeorum insania, qui nullis terroribus concutiūtur nimia illa familiaritas qua cum Deo versati fuerant contemptum hunc peperit, & abundātia nauseam generauit. Hoc Manna abhorret infœlix Synagoga.

Ps.43.

B *Sed vtinam religiosi nostri, & ipsi sacerdotes*, qui familiarius Deo desseruiunt, non cum minori timore, & reuerentia diuina contractarēt, & ad sacrosancta sacramenta accederent, quam contractent, & accedant laici quod si vtique pro nostra temeritate non eueniret potiores, & vberiores religionis fructus Ecclesia passim susciperet.

Cæterum vbi execrabiliores blasphemi quam inter Christianos audiuntur, quod ex maxima Dei nostri nobiscum familiaritate procedit; cū non sit alia natio tā grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi sicut Deus noster adest nobis. Hunc Pilatus Ethnicus magis timuisse dicitur, idest magis quam iudæi magis, quam Scribæ, & Pharisæi, magis quam Principes, & Sacerdotes iudæorum a quorum cordibus timor Dei omnino exulauerat, ita vt nec eorum oculis conspici poterat: nō est enim timor Dei ante oculos eorum linguis suis dolose agebant iudica illos Deus. C

Graue salutis damnū sæpe Religio si & sacerdotes tulerunt & diuturna eorū cū Deo familiaritate.

Quum audißet hunc sermonem magis timuit, per sermonem quem audiuit timuit, qui se Dei filio iniurium fieri dubitauit. Hi autem nec timent, nec verentur filium, qui Patrem familias non timent, o mirum negotium ad impiorum vocem ad insultantium sermonem timet Pilatus, iudæi ad sanctorum Patriarcharum voces, ad oracula prophetarum ad totius legis testimonia non timent. D

Insurgunt autem magis in ipsum Dei filium, nonne cum Regina Austri, cum Niniuitis, cūque Tyro, & Sydone, & ipse Pilatus surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam morte? rectius igitur dicere poterit hic Ethnicus quam ipsi cum Proph. Domine audiui auditum tuum, & timui. Verum quid nobis vlterius cum iudæis? quid de nobis Christianis, quorum aures vocibus ne dum prophetarum, & legis, sed Apostolorum, & Euangelii, ipsiusq; Dei Saluatoris passim in suggestis pro pulsantur? vtinam vel saltem ipsius Dei, & Saluatoris vocibus expergefacti magis, & nos timeremus, quas voces in superbos, in auaros, in voluptuosos, & quoscunque facinorosos non audimus. E

Semel audit Pilatus, & contremiscit ne sibi damna-

damnabili contingeret in filium Dei de quo tantummodo suspicatur, quicquam perperam agere, nos verè, qui credimus, qui certò scimus Christum Iesum Dei virtutem, & Dei sapientiam esse, nullis adhuc deterriti sumus scripturarum eloquiis sicque præcipites in Christi offensam ferimur. Ad quos instat illud Apostoli monitum: irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit &c. Heb.10.

His potissimis habenis Pilatus à facinore retrahitur, cuius mens à timore concutitur nullis comminationibus Pilatus hic deterretur sola illa suspicione vexatur in Dei filium crimen cōmisisse tantoque Domino iniuriam irrogasse, quid si sciret Christum Dei filium vnigenitum esse in quo Pater semper se bene complacuit? qui si didicisset Christum Dei filium æqualem esse Patri in diuinitate, & maiestate? quid (inquam) si non ignoraret datum illi nomen super omne nomen, cui omne genuflectitur cœlestium, terrestrium, & Infernorum.

Quum audisset hunc ser. Pilatus magis timuit. Mira Gentilium in Deos suos licet falsos obseruantia erat, mira in illos reuerentia, quibus etiam proprios filios sacrificabant, imolauerūt enim filios suos, & filias suas Dęmonibus, Dijs quos ignorabant; & quod nos in vno Abrahamo insigne virtutis ascribimus; qui filium suū in rogum Deo sacrificandum statuerat, hoc sæpius damnabili diabolica petulantia suasi idolatræ perfecerunt, & pœnitus ab ore illorum pendebant quoniam oraculis se totos cōmittebant, & quicquid agendum esset irrefragabili sententia statuebant.

Veretur Pilatus ac pertimescit in aliquē Deorum iniuriam committere quicunque sit ille, copiosissimum nempe sibi Deorum numerum confixerat cæca Gentilitas vsque adeo vt nec ipsis stabularijs proprius deesset Deus Hypponam hi Deam præsertim equorum in stabulis adorabant, cuius simulachrum ibidem collocatum pro numine colebant, Bubonam itidem Deam Armentorum; quid? Nonne Demogorgon in visceribus terræ inuenisse dicuntur? Plutonem Rhadamantem Proserpinam Deos Inferni, Neptunum, Palemonem, Prothęum, Tethim Deos maris, & alios fluminum, alios nemorum, alios & muscarum sibi statuerat nescia turba Gentilium? quorum numerus vsq; adeo succreuerat, vt Hesiodis testimonio qui publice colebantur triginta Deorum millia esse qui in orbe colerentur, quod & Pantheon in vrbe adhuc protestatur vbi & nos cōspeximus centena Idolorum loca mira designatione constructa de quibus singulis sparsim in Ouidio, Virgilio, Plinio, Iuuenale, Propertio, & alijs apertissimè liquet, Pilatus igitur falsorū Deorum cultor, & obseruator audito de Christo sermone quod filium Dei se dixerit statim pertimescit, secum cogitans saltem ex scelestis Dijs originem duxisse; ex cuius potestate in suscitando mortuos, sanitatisque beneficia ægris impēdendo Iouis filium forte dubitauit ex segetum seu panum multiplicatione Cereris prolem excogitauit, qui ventis præcepit, eorumque furorem cohibuit Eoli, qui maris procellas tranquillas reddere potuit Neptuni qui sapientia tali preditus agnoscebatur, vt mirarentur om-

Deorū simulachra Gētilium.

Deorū aliquē

nes de responsis, & sermonibus eiusdem Mineruę, aut Mercurij, & qui solo verbo satellites ad comprehendēdum ipsum prostrauerat Martis, aut aliquorum Deorum quorum numina Pilatus venerabatur; His suspitionibus concussus contabescit sicut Aranea anima eius Euangelista dicente.

antiquorū Christū esset suspicabatur Pilatus.

Quum audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit. Vtinā Pilate eo timore tabesceres, quo à peccato resiperes est timor Domini expellēs peccatum timor Domini sanctus, qui permanet in sæculum sæculi. Hunc non charitas vt obloquantur hęretici, sed sola temeritas expellit, aut foras mittit, quomodo hunc foras mittit charitas quem intus reponit Spiritus sancti benignitas? & replebit eum spiritus timoris Domini.

F

Vanus Pilati timor.

O quam beati omnes qui timent Dominum nonne, qui timet Deum faciet bona? Timuit Pilatus, sed qui prius magis timuit subinde minus perfecit, & à timore in quo non persistit dum declinauit deliquit, nam & Dauid dum in timore Domini ambularet obuius inimico Sauli quem persequebatur, nec tantillum nocuit persequutori in suis fortijs penè constituto; Verum cum iam timorem Dei peccando à se proiecerit in fidelissimum sæuit amicum Ioab vlz quem tradere morti nō dubitauit, & Naamam Syrus qui prius Elisæum spreuerat postea Giezi donis, & præcipuis honorauit, hoc præsentissimum ad cohibendos effrenes remediū, omnisque diuinæ sapientiæ initium.

Eccl.

G

Profligendus vtique est à filijs timor ille seruilis quo solo metuerunt peccare male formidine pœnæ, & suscipiendus timor ille filialis, quo ad bonum vtimur virtutis amore cum timore, & tremore salutem vestrā operamini; quis autem te non timebit, ò Rex gentium; nobis autem ò bone Iesu sancti nominis tui timorem pariter & amorem tribue, habere perpetuum da (inquam) nobis affectis tuis cor quod te timeat, mentem, quæ te diligat, aures quæ te audiant, oculos qui videant quod si iubemur cui timorem timorem, & cui honorem honorem reddere, si tu Dominus nonne tibi debetur timor? & si Pater nonne debetur honos? Te con querente, si ego Dominus vbi timor meus, & si ego Pater vbi honor meus?

Timor seruilis.

H

Malac.1

Et ingressus est Pratorium iterum, & dixit ad Iesum, vnde es tu? quod primum quærendum erat cuius esset Iesus vltimo loco hic quærit Pilatus, quomodo poterat quærere rationem operis, qui ignorabat conditionem hominis? qua lege percunctabatur de genere facinoris qui ignorabat quis esset patrator criminis? Iam enim ante vndenā esset Christus palā ostēdit; qui de se disceptantibus dixit uos de deorsum estis, ego autem de superius Pater, qui me misit verax est, quem vos dicitis quia vester Deus est; sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, qui de terra est de terra loquitur; qui autem desursum venit super omnes est, vis scire, vnde sit Iesus Pilate? qui Iudæos audis, audi, & Euangelistam sciens quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, &cæt. A summo enim cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius. Hæc tibi testimonia veritatem annunciant quæ Iesum Dei filiū prædicant:

K

Et ingressus est Pratorium iterum, &c. A tumultuante

multuante turba diuertit. quo fidētius, & quietius de grauissimo tractaret negotio nulla enim difficilior inquisitio ista, quæ à Pilato inquiritur, quis enim ascendit in cœlum etiam si raptus esset vsque ad tertium qui scrutator sit effectus Maiestatis qua quisque opprimitur à gloria? Aut vidit archana, quæ liceat homini loqui? Generationem autem eius, quis enarrabit? Sacerdos est in æternum secundum ordinem Melchisedech, cuius genealogiæ nullus extat inter homines; quod si grauissimam hāc quæstionem paucissimis cupis absoluere audi

Ioan. 1. Euangelistam nostrum ineffabili tropo illam dissoluentem. In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat, apud Deum, & Deus erat verbum, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis: Hæc Ioannes in principio est exorsus de quo Pilatus adhuc est anceps, & dubius.

Et ingressus est Pratorium iterum. Hoc iam tertio egit Pilatus vt percunctaretur de Christo declinat ab impiis diuertit à turba, occultatq; se à sæculo, quasi compos veritatis, incognitā esse coram impiis veritatem, quia in maleuolam animam non introibit sapientia, offuscatam à turba quæ vix, sine turbine omnia conturbat, & à mundo absconditam, quia mundus eum non cognouit: Hæc omnia opum de Christo differentem aufugere ab his omnino opus est Christi misteriorum scrutatorem de-

Mat. 6. clinare, quod & ipse noster Saluator edocuit obseruare. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso hostio ora Patrem tuum, Pater autem tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.

Nobis vero nostrum est prætorium in quo ingressuri sumus si de Christo scrutari quodcunque volumus, & cuias simus; Prætorium & nos habemus, qui iudices nobis esse debemus, cor nostrum, & mens nostra, nostrum est prętorium à quo & nostrum hauritur iudiciū, de corde enim exeūt cogitationes nostræ, quibus aut iustificatur, aut condemnatur homo.

Ingrediamur igitur, & nos prętorium nostrū, ingrediamur, & reuertamur ad cor non tamen soli, sed cum Christo, & iudicis partes exequamur primoque vnde scimus perscrutemur, quo nostræ superbiæ iudicium verum sumamus, qui cinis, & terra cum simus tam damnabili tamen superbimus quorum ventus est vita nostra putredo mater, sororesque vermes, fœnum aridum, stipula ardens, inanis harundo, nostrum inquam non alienum intremus; prætorium, qui tam facile alios iudicamus imo tā temere condemnamus.

Hominis genealogia.

Et ingressus est pratorium iterum, & dixit ei, vnde es tu? Vere nunc tu es Deus absconditus: nihil prorsus hic diuinitatis fulget in Christo cuius radiis destituta relinquitur humanitas; Habet enim ipse Dei Agnus librum in manibus quem nunc clausum vndique tenet, vt redemptionis mysteria quibus mundi peccata tollat, perficiat, clausus est diuinæ claritatis, ac maiestatis liber, & obscuratus est Sol sol (inquam) cognoscens occasum suum Christus cognoscens, vt prædixit resurrectionem suam; merito quærit de Christo, qui se coram continet Christum, vnde es tu? Ac si diceret sentio de te mirabilia, sed, video despectibilia audio Deorum consortio quasi te conscriptum, & quem super homines hinc extollere sentiebam inde deiectum, & disformatum aspiciebam: Anxiatus est super me spiritus meus in me turbatum est cor meum vsquequo animam meam tollis? vnde es tu? Si tu es Christus dic mihi palam.

Iesus autem responsum non dedit ei, qui nec Karistis respondere voluit idem ab ipso poscentibus. Loquor vobis, & non creditis, sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, oues enim meæ vocem meam audiunt; quid cūctaris meam audire si vocem meam nec audis, nec agnoscis? satius igitur vt coram te taceam, & non offendam sermonem vbi non est auditus, tempus enim est loquendi, & tempus tacēdi propterea obmutui, & non aperui os meum quoniam tu fecisti. Pessimum tuæ damnationis signum, ó Pilate tremendum suæ indignationis argumentum. ó Iudæi, ad quos per prophet. ait tacui semper silui, vt parturiens loquar, nunc non loquitur improbis Deus, sed tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.

Supra c. 10.

A

Isa. 42.

B

O summam Christi benignitatem, ó singularem Agni Dei ad victimam ducti coram tundente se os suum non aperientis patientiam Deus (inquit admirans Propheta) quis similis tibi? ne taceas, nec compescaris Deus: Nullum vnquam tui similem inuenio, nullum tam longaminem in pacientia, & benignitate reperio si montes tangere video statum illos fumigare comperio te autem montem in vertice montiū montem in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, nec verbum proferre licet contusum verberibus sentio, mente considero, oculis perspicio, & corde reuoluo, tibique omnia ossa mea dicent Domine quis similis tui, iustus, & rectus patiens, & misericors.

Ps. 82.

C

Iesus autem responsum non dedit ei, quia iam prius à veritate auditū Pilatus auerterat quasi non curans interrogationis suæ respōsum huic merito à veritate etiam denegatur responsum, nonne frustra Magister veritatis suæ sapientiæ dogmata prudenter; tacet vbi suæ veritatis capaces non videt cum autem Christus doceret docebat, vt dicitur tanquam potestatem habēs, ante Pilatum hic astat tanquam sub potestate eius constitutus, ideo eloquia sapientiæ suæ hic renuit effundere, recte tacet, nec de proposito quæsito differit quandoquidem vt dicitur declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis his igitur, & non elatis suæ veritatis archana manifestat, qui & Patrem de misterio laudat. Abscondisti hæc (inquit) à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, non est ipse sapientia inuisa, aut thesaurus absconditus, qui ipsis reuelatur paruulis in agro est absconditus thesaurus non in montibus.

Tacet Christus.

Mar. 13.

D

Ps. 118.

Luc. 10

E

Depone Pilate tuæ elationis montem, & qui de tua gloriaris potestate in tuta descende humilitate, secus nullum præstolare veritatis diuinæ responsum erudiri cupis, qui discipulus eius esse non poscis? Desideras edoceri, qui Magistro sic insidiaris? Audi dicentem posui ori meo custodiam cum consisteret peccator aduersum me obmutui, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est.

Ps. 38.

Iesus autem responsum non dedit ei, Tacet Iesus

sus coram impio, à quo tantis iniuriis, & verberibus est affectus, qui causam suam Patri iudicandum reliquit, ego nõ quæro gloriam meã est qui quærat, & iudicet, & alibi vidisti Domine ne sileas Domine ne discedas à me, ó sancta tuorum taciturnitas, ó necessaria afflictorum patientia, in silentio, & spe inquit, erit fortitudo vestra ex adverso autem vir linguosus non dirigetur in terra, cum itaque lingua sit illud instrumẽtum, per qđ homo naturaliter ab aliis animalibus distingue potest, nunquam homo irrationabilibus probari eo deberet vti nisi per quod superior, & excellentior cæteris posset.

Supra c.8. Psal.34. Isa.31.

Ad Dei primo laudem explicandam datum est hoc instrumentum à quo tam singularia beneficia recipimus, vt sine illo vix ab ipsis Brutis distingui rectè valeremus. Per illam enim aut damnamur, aut iustificamur, loquela nostra ipsa manifestos nos facit mors quippe, & vita in manu linguæ, ó quam prudens, qui bene loqui didicit, solus autem loqui didicit, qui solus silere didicit, qui autem multum loquitur ipse in seipso hoc experitur quoniã in multiloquio non deerit peccatum. Potius audire, per quod adiscere, quam loqui per quod edisce re omnia uolunt, qui verbosi sunt, nos qui sub magistro sumus ex officio debemus, qui duas aures apertas à natura possidemus, vnam tantũ linguam dentium mœniis è labiorum repagulis munitam suscepimus a qua nihil non bene præmeditatum proferendum fore deberemus Apostolo Iacobo dicente, si quis se religiosum putat & non refrenat linguam suam huius vana est religio, sed & Gentilium quidam virtutem primam esse compescere linguam arbitrati sunt.

Ad qd datã sit nobis linguæ instrumentũ.

Sancta & laudabilis taciturnitas. Cap.1.

Iesus autem responsum nõ dedit ei, qui Dei verbum alligatum tenent sine responso in suis ambiguitatibus remanent vt in suis adinuentionibus confusi, & tenebrosi, irresolutique permaneant; coram præcipuis, ac potentioribus Christus silet, qui turbas tam libenter edocet, tacuit coram summo sacerdote, tacuit coram Herode multis pulsatus interrogationibus, tacuit coram accusatoribus, qui illum in multis accusabant, tacet ab eodem Pilato, nunc interrogatus.

Indignantis signum à responsis desistere, & loquelam maximè perhibere, sic enim & olim Sauli responsa dare indignatus Dominus omnino destitit qui à phytonissa responsum habere curauit, coram Principe Sacerdotum tacet, & tam Anthemate maculato nihil secum loquitur nisi cum adiuratus in Dei gloriam loqui iubetur coram Herode tacet, qui nihil obiter seu pro nostra curiositate operatur.

Tacet coram accusatoribus, quia reo in iudicio constituto nihil putant quam contra seipsum esse credendum tacet, & hic ante Pilatum ne videatur aliquid in gratiam iudicis operari ad emoliendum eius animum, nec subiret mortẽ vt qui spontaneus moritur, spontaneus etiam mori dignoscatur non respondet Pilato Iesus, quia aures audiendi, non habet Pilatus quibus tantum se credit Christus, qui fide caret is aures audiendi verbum Dei non habet, absit credere propter intelligere, sed primo credere propter quod sequitur intelligere. Accedentẽ namque ad Deum oportet primo intelligere, quod donum est susceptę fidei sine qua impossibile est placere Deo, iure igitur ac consultissimo consilio tacet Christus coram Pilato, cæterisque infidelibus.

Iesus autem responsum non dedit ei, quid miraris Pilate non tibi loqui verbum cum dies diei solum eructet verbum, & nox nocti indicat scientiam? Nec Christus nox, nec tu dies; frustra eructari tibi verbum postulas à verbo; fiat primo lux, illucescant tuarum tenebrarum caligines, & à die verbum suscipies; non tantum dicet, sed & eructabit verbum, quia intima sui
F pectoris archanorum mysteria reuelabit: quod potius non vulgare est quæsitum, sed singulare pectoris sacramentum. Nam & Esaias præuaricatoribus reuelare secreta noluit qui inquit. Secretum meum mihi, secretum meum mihi, væ mihi; præuaricantes enim præuaricati sunt, præuaricatione transgressorũ pręuaricati sunt, indigni sunt, qui audiant verbum; qui non credunt in verbum, sed vtinam à Cananea adisceres quæ cum se indignam agnosceret ac fateretur qui audire verbum à verbo supplici illa voce, & perseueranti præcatu, tandem plura ob Cap.24
G tinere promeruit: quam rogando poposcerat.

Deciperis Pilate, qui prima postulationis voce exauditum te iri existimas, pulsate, inquit, & aperietur vobis petite, & dabitur perseuerantibus (inquit) dabitur & vtinam interpellantes haberes qui Dominum pro exauditione rogarent, dimitte eam quia clamat post nos qui si post sanctos clamant ad sanctos peruenit oratio; vt & ipsi suis nostram foueant meritis orationem distulit nonnunquam Dominus, quod etiam daturus est donum; ne vilescat quod cito videtur datum: quandoque poscenti non re-
H spondet, vt petentis animum ad digne optata succendat, verũ sunt qui cum Pilato dedignãtur dũ statim diuinis obsequijs non demulcẽtur.

Dixit ergo ei Pilatus mihi non loqueris? Experientia deceptus Pilatus admiratur quomodo Christus secum blandis nõ agit quotquot suo iudicio habuit subiectos, maximè quos crudelioribus vulneribus afflictos, & ferè mortis addictos, aut quærimoniis, aut blandis sermonibus iudicis animum emollire curarunt, & constantissimum Christum non parum admiratur, quod nec in iu[...]cii rationem, nec in iudicis ob
I liquitatem, nec in sui executionem, nec in tertium detestationem verbum proferat; quin magis omnia silentio transeat, & iudici de re non ad iudicii rationem spectante interroganti nõ respondeat, quo facto admonentur iudices, qui præteritis iuris vtriusque legibus vltra limites iuris quærunt de plurimis ad suum iudicium in proposito non facientibus opprimunt quos sub eorum iudicio expositos tenent, quibus, nec respondere tenentur qui sic pro crudelitate torquentur (vt docet Doctor Angelicus) secunda secundæ quæstione sexagesima, sed tacere, aut tergiuersare à talibus possunt
K quæsitis.

D.Tho. 2. 2. q. 60.

Mihi non loqueris? tanquam diceret: Miror te qui copiam habes iudicis, qui benignas iudicis aures aduertis, qui me in tui fauorem locatum pluries audisti, & tecum benigne agere agnouisti, nec verbum mihi loquaris, ego non tibi subsum vt meas, sed aliorum suam pœnas, non est hic tempus gratię, sed iustitiæ, ac vindictæ, quomodo me obstare tuo iudicio expectas; qui me sponte tuis militibus occurrisse

non

non ignoras? Tibi non loquor qui alijs iam locutus sum iudicibus, qui præscripsi legem omnibus principibus, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera; sequuntur retributiones; pupillo, non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos; Propter hoc (dicit Dominus exercituum fortis Israel;) Conuertam manum meā ad te, & ex eo, quam ad purum scoriam tuam, Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis; semel locutus sum, ó A Pilate, & frustra idem non repeto, de mea futura consolatione tamen doleo, & de futura vindicta contristor Heu consolabor de hostibus meis, quia illos inuitus damnare conabor Heu vindicabor de inimicis meis, quia æternas illorum pœnas lachrymabiliter doleo cum accepero tempus ego iustitias iudicabo, iudicium enim seuerum his qui præsunt, imminet; leuabo ad cœlum manum meam, & dicam: viuo ego in æternum, tunc inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes; non erit qui mecum iudicio contendere possit, quapp nec tecū iudicio nunc cōtendere volo, Ne vltra mireris, quod tibi nō loquar. B

Mihi non loqueris? Miratur Pilatus Christi in loquendo sobrietatem eius ignarus eruditionis qua ab Apostolo Iacobo erudimur sit (inquit) omnis homo velox ad audiendum, tardus vero ad loquendum, & tardus ad iram. Nec iniuria cum namque lingua sit instrumentum mentis sui interioris conceptus manifestantis, nil prorsus effari deberet, quā qđ prius mente concepisset, cum enim loquela sit cordis nuncia, nil aut citra, aut contra cordis significationem pronunciari debet, disperdet enim Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam, labia dolosa sunt, quæ mendacia sunt; mendacia autem sunt quæ à cordis archanis procul se ostentant verbis, quod non nisi hominis est dolosi de quibus conqueritur Dominus, populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est à me. Hinc cor prauum & malignum inscrutabile dicitur, quia sibi ipsi os, impiorum per mendacium mentitur. Confusio hæc & verecundia, non solum temporalis, sed perpetua est, & æternalis, nam disperdet Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam, Non habitabit in medio domus meæ, qui fecit superbiam, & qui loquitur iniqua in conspectu populorū meorū.

Admiratur Christi taciturnitatē Pilatus.

Mihi non loqueris? quid miraris Bellial Christum non tibi loqui, quum tecum conuentionem nullam habet Christus? sed esto: Adhuc tibi loquitur Christus, & vocem eius audis, sed nescis, vnde veniat, aut quo vadat quæris locutionem prurientem auribus, qui à veritate auditum auertisti; & sicut supra ad Iudæos dixit; loquor vobis, & non creditis; debilis & incerta illa est quæ ad aures est locutio; alio potiori modo loquitur qui secreto præcordiorū loquitur.

Audi et tu quid loquatur, in te Dominus Deus, non soli sunt corporales aures, sed auritum habemus, & cor. Ad hoc loquitur qui cum illo confabulatur, loquar inquit, ad cor Hierusalem; Hic reponit verbum vbi custoditum multum fructum affert dicente, & sancto Proph. In corde meo abscondi eloquia tua

Ps. 118.

vt non peccem tibi, quid quæris auditum de terra ab eo qui auditum facit de cœlo si terrena dicens non credis, quomodo si cœlestia dixerit credes? vis tu qui de terra es, audire cœlestia quum terrena tantum sapias, & de terrenis intelligas? Ideo tibi non loquor qui cum adhuc animalis existas quæ Dei sunt minime percipias.

Debemus aurito cor de Dei mādata reconde re.

Mihi non loqueris? Vt quid ó Pilate insurgis aduersus iustum, cum nulla sit danda stulto responsio? secundū quod scriptū est, Non respondeas stulto iuxta stultitiā suā, an nō stultus censendus es, qui vt luna mutaris; imò, qui in peius sententiam tuam reuocas? Hinc.n. fauere videris iustitiæ, & insonti, inde verò statim ad popularem auram eundē condemnas, eiusdē iustitiæ præuaricator effectus. Nō est igitur quod mireris, si nulla responsione dignus efficeris. Tamē quia ibidē scriptum est. Responde stulto iuxta stultitiā suam, ne sibi sapiens esse videatur aliqñ ne videreris iustè insultare innocenti, respōsum est tibi, cum sciscitareris à Christo. Vnde es tu? Nullum responsum meruisti. Verum quia tibi ipsi (stultè) suadebas multa te posse, aduersus Christum inferre tormenta, eundem tuis impetens minis ingens. Nescio quia potestatem habeo dimittere te, & potestatē habeo crucifigere te? Ne vlterius in tua impudentia glorieris, responsum est tibi, nō haberes aduersum me potestatē aliq̄ nisi tibi datū esset desuper. Propterea.n. tibi prius nihil respondit Christus, subinde verò, ad cōtundendam tuæ insultationis insaniam, hæc tibi respondit. Non haberes, &c.

Pro. 26.

Pilati stultitia.

In hoc Herode Rege præstantior effectus, cui C nullū prorsus responsum statuit dare Saluator presertim cum Herodes eiusdē Saluatoris vocē (præcursorē.s.eius Ioan: Bapt.) è medio sustulerit, & extinxerit capitis obtruncatione. Verū quia tu aliqñ partes Christi tuenda visus es suscepisse, dum pro illo aduersarius responderes. Nullā ego in eo inuenio causam dimittā ergo eum, &c. Propterea aliqñ dignum te sua respōsione effecit. Mitius.n. tecum egit, quā secum, Christus, cū ille nihil nisi in ignominiam eiusdem Saluatoris, & ludibrium sit operatus.

Non respondet Christ. Herodi qui vocē eius S. Ioan. Bapt. sustulit è medio.

Quapropter optimè conclusit Salomon. Non re D spondeat stulto, cui sv3 sufficit stultitia sua, & addidit, respondendum esse stulto iuxta stultitiam suam, ne v3 ab imprudenti, temerario ausu, contaminetur ueritas. Non respondeas stulto &c.i. stultè illi respōdendo, ne similis illi effectus videaris, cum altercatio iusti cū stulto sit quasi eiusdē stultitiæ cōicatio. Qñquidem malitiā non expugnet malitia, sed augeat, sapiētia aūt est, quę vincit malitiā. Hac.n. vti debēt Christiani, ad expugnandā cū Christo stultitiā, secūdū qđ scriptū est. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Respōdendū igitur stulto pau E cis secundum stultitiā suā.i. secundū qđ exigit stultitia sua, ne sibi sapiens ēt videatur. Ad probandum si quo modo à suæ stultitiæ errore resipiscat, & corrigatur. Non respōdeas aūt stulto .i. qui illi qui irritato aīo, aliquid stultū tulerit, neq; effundas sermonē ubi nō est auditus.i. vbi nullus rōni præbetur locus. Non respondeas stulto.i. īcorrigibili, & pertinaci, proter quoq; hoī, qñquidem, nec Principibus Sacerdotū sciscitātibus a Christo. In qua potestate miracula faceret, in illosq; iratus insurgeret, tergiuersando à rñso inquit. Baptismus Ioāne, vnde erat

Rom. 12

K è Cœlo,

Mat.21. & Luc. 2. è Cœlo, an ex hominibus? Et respondentibus illis: Nescimus, ait illis: neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio.

Responde stulto est contra veritatem, contra fidem, & bonos mores oblatranti, Non respondeas stulto, pro gloria humana, temporalique commodo, altercanti, & contendenti; Non respondeas stulto tibi personaliter insultanti, Responde stulto, contra Deum blasphemanti, iniusteq; proximum condemnanti. Hæc sunt, quæ Cap.30. paucis concludere voluit sapiens Ecclesiastes, vbi inquit, tempus tacendi, & tempus loquendi, & iterum, homo sapiens tacebit vsq; ad tēpus, qui autem imprudens est non obseruat tēpus. Ex his ergo intellige, quare plerunque nō respondeat Christus, nonnunquam vero respondeat. Eccl.20.

Mihi non loqueris? Vtinam & tu dixisses, vt sanctus ille dicebat, qui audire à Domino aliquid desiderabat loquere Domine, quia audit seruus tuus, vtinam vel cum alio adeo loquere ris, loquar ad Dominum meum cū sim puluis, & cinis, sic Deus superbis resistit, qui humilib. dat gratiam, nec ipse tibi loquitur qui responsionem æterno Patri committit, Domine vim patior (inquit) responde pro me, tale se nobis cælestis Agnus pat ētiæ specimen præbuit, qui nos tales ad sustinenda quæcunque mala, pro veritate iustitiæ requirit, vt etiam si cedamur gladiis more bidentium non murmur resonet, nec querimonia, sed corde tacito mens bene conscia conseruet patientiam. Patientia exempiar.

Hoc facit ad patientiam, quod & necessum est ad pœnitentiam, nam quisquis libenter patitur hic de sua passione non conqueritur; sed & peccator quocunque oculum vertat ad subeunda mala pro pœnitentia pleno animo oportet vt recurrat imminentem, namque supra se sententiam à iudice præstolatur gehennam infra se æternaliter accensam contuetur iratum iudicem cōtra se habere conspiciet, sæuissimos tortores in se sæuire probabit insultibus igitur Christi patiētiam probare nituntur probemus patientiam eius, & tamen vt dicitur patientiā eius quis considerat? Ipse hanc suscipit qui & nobis illam insinuauit, in patientia vestra (inquit) possidebitis animas vestras. Sap.2. Iob 17.

In hac Christi patientia nostra diriguntur corda, Dominus dirigit corda vestra in charitate Dei, & patiētia Christi, dirigit (inquam) vt nec extollatur prosperis, nec frangatur aduersis; dirigit corda, qua nihil obliquum a rectitudine deuiat propter quod nobis indicitur necessaria eodem Apostolo dicente patientia vobis necessaria eodem Apostolo dicente patientia vobis necessaria est, opus enim perfectum habet. Heb.10. Ibidem.

Mihi non loqueris? Instante Christi morte, vt transeat ex hoc mundo ad patrem Christus obticuit apud homines, qui totus ad patrem conuersus erat, nihil vlterius scire volebat, nec quidem verbum proferebat sciscitanti, quodcunque ad rem non faciebat totus intētus erat vbi totum negotium dirigebat, Nihil de terra audire, aut loqui voluit qui totum spiritum ad superna cœlestia direxit.

Hoc tantum absit à Christo, vt auertat faciē ne videat in finem; qui suos quos ad vitam vocauit dilexit in finem. Ab hoc autem fine vniuersæ carnis faciem auertit quisquis à mortis memoria procul recedit, sunt & inter mortales tanta dementia capti, qui sic inconsulto fine transeunt, quasi aut immortalitatis dono se gaudere putent, aut cum morte fœdus pepigerint. Declināt à fine salutis, qui à memoria mortis auertit.

F *Sciunt quidem cuncti* se esse mortales, incertumque ac exiguum nostræ mortalitatis tempus, quod si in potentatibus octoginta anni amplius eorum labor, & dolor, Hac tamen sciētia potius ex phantasia quam ex ratione procedit, vtinam saperent, & intelligerent ac nouissima prouiderent; hanc amaritudinem memoriæ mortis, qui mundo totaliter viuunt, nec degustāt meditatione, nec olefacere sola locutionis recordatione patiuntur, quomodo ergo preciosa in conspectu Domini mors horum erit?

Nescis quia potestatem habeo dimittere te, & potestatem habeo crucifigere te. Hoc nunc te tuo pugione confodis, ò Pilate, & tanquam seruus nequam de ore tuo iudicaris, frustra gloriaris, qui contra Dominum gloriaris, in te ipso gloriaris qui nihil à te habes, vnde glorieris. Nam quid habes quod non accepisti? quod si accepisti; quid gloriaris quasi non acceperis? Nescit tamen tua qui nescit, & ignorat te, Nouit autem iustos Dominus, nouit & qui sunt eius,
G oues suas agnoscit, alieni generum autem non agnoscit.

Non agnoscit eos qui illum non agnoscunt. Nescit eos qui illum nesciunt, nosti tu ò Pilate potestatem iræ suæ, & præ timore iram suā dinumerare? imò nec te ipsum noscis, qui te gloriaris habere, quod non habes, iuris est potestas, & hoc habes; quod à iure habes nullam in insontes potestatem dederunt iura; quandoquidem iustis non est lex posita, sed iniustis homicidis patricidis, & matricidis.

H *Quod si lex sancta est*, & mandatum sanctum noli hāc tuam temeritatem in legis opprobriū conuertere. Absit hoc à potestate, omnis enim potestas à Domino Deo est, qui patrocinium nescit præstare criminibus; tu qui in culpæ expertem sæuis latrocinium committis, non veteris potestate, sed abuteris, non es minister iustitiæ, sed carnifex iustitiæ, ne glorieris in impietate tua, quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super fortem iustorum, irruitis nūc in me fortes, sed nec iniquitas mea, nec peccatū, 1.Thi.1
I qui sine iniquitate cucurri, & direxi, frustra gloriaris, ò securis contra eum qui secat in ea damnabiliter exaltaris, ò terra contra eum à quo traheris, audi tuam gloriationem exprobrantem, vidi impium superexaltatū, & eleuatum sicut cedros libani transiui, & ecce non erat quæsiui eum & non est inuentus locus eius: ò vana gloriatio cuius finis sola superest ipsa damnatio.

Nescis quia potestatē habeo crucifigere te, &c. Tumidi hic præsidis, inflatique animi hinc formam suscipe, qui vt montes dum vel leui saltē verbo tacti exasperantur fumigant ab indignationis ardore, & excandescentes, & in eos sæ- Pilati tumor & superba potestatis ambitio.
K uiunt quos alias innocentes agnoscunt terroribus animos innocentum concutere, non verentur; qui pro libito omnia sibi licere arbitrantur, Pilatus vt amator iustitiæ visus erat qui Christi innocentiam protegebat.

Hoc autem vno de impietate cōuincitur qui de sui potestate in dimittendo Christum gloriatur, & quidē inuitis ēt Iudæis poterat Christum absoluere, illorumque dimittere qui toti populo præerat, & vti armis, ac militibus iubere

bere poterat, nullus enim nec in ipsum, nec in Christum violentia vti potuisset, si pro iustitia liberare Christum decreuisset.

Quare tua non vteris qua gloriaris potestate ò Pilate? cur egeno, & pupillo non iudicas, humilem, & pauperem non iustificas? cur (inquam) non eripis pauperem, & egenũ de manu peccatorum non liberas? non potes (quousque existis in Magistratibus iudex,) iustum iudicare, qui non potes sententia illum condemnare, potes & quidẽ debes iuste iudicare, A qui eius innocentiam teneris propalare; Longè hæc absunt aliquem posse iudicare, & alicui posse, imò debere iudicare; de eo quod non habes gloriaris; qui de eo quod debes nõ recordaris.

Nescis quia potestatẽ habeo dimittere te, &c. mentiris Pilate: nemo enim tollere potest animam meam à me, sed ego potestatem habeo ponendi eam, & iterum sumendi illam. Veh veh his qui præsunt veh his qui constituti sunt

Ps.140. ouium Christi; iudices: quibus seuerum superest iudicium de quibus dicitur absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum tunc absorbebuntur ab inferno cum fiet iudicium comparationis Christianorum cum Christo, discipulorum cum magistro, membrorum cum capite, & ministrorum cum Principe. Ego (inquit Iesus) Deus iudex iustus, fortis, & patiens, in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Hoc autem est ministerium non sibi commodum, sed alijs proficuum præparare; duæ sunt recti iudicii partes vna principaliter intẽta, alia secũdario, vna præcipua alia vero accessoria, bonos præmiare virtutem tutari, honestum extollere.

Hic veri iudicij scopus, quod autem accedit de flagitiosorum punitione de reorum multa, & malorum cohibitione hoc ad primum reflectitur, ad cuius conseruationem ordinatur tollitur impius de medio ne fiat bonis impedimẽto, occiditur mutilatur ne imitetur, eiusque exemplo & resipiscat qui conscius est facinoris, & cohibeatur, qui insons extat inimicus. Ad perfectum enim tendit lex, quæ propter perfectum ordinata est.

Sed & hoc nobis restat à D. Gregorio notandum tria esse quæ à rectitudine iudicii nos diuertere faciunt vnum est illa personarum acceptio, quæ aut in affines, aut in familiares, & beneuolos ferimur, quorum defectus, aut impie dissimulamus, aut damnabiliter cõdonamus iubente Domino. Non accipies personam hominis in iudicio, ita paruum audietis, vt magnum, & Iac. c. 2. Nolite fratres in personarũ acceptione habere fidem.

Greg. 9. mor. c.19.

Tria sũt quæ faciunt à veri tramite declinare iudicii.

Deut.1. *Secundò* propter temporalia beneficia offuscatur iudicium cum ad munera potius quam ad legem oculus iudicantis declinat, vel etiam plerunque terrena præmia appetunt, & iustitiam requirunt, vt suæ famæ, & vtilitati consulant; & dum sic iustitiam defendunt se innocentes existimant, & iuris esse defensores exultant: quibus si spes numi subtrahitur a defensione iustitiæ protinus cessatur, & tamen dum sibi ipsis blandiuntur, defensores se iustitiæ cogitant, sibiq; se rectos asserunt, qui nequaquam rectitudinem, sed proprium emolumentũ quærunt, & ad iustitiæ defensionem nõ æmulatione virtutis, sed præmii temporalis accedunt.

Tertio deflectitur à iustitia cum abiecto, siue et prætermisso iuris ordine ea quę ad æquitatẽ iudicii et exasperando iudiciũ prętermittuntur cum ex arbitrio iudex, aut dilatione causæ, aut præuaricatione iudicii odio, vel amore ab ęquitate deflectunt.

Nescis quia potestatẽ habeo dimittendi te. His visus est verbis aduersus Christum Pilatus quibus animum eius quem intrepidum videbat concuteret, talique timore à sua propria virtute diuelleret, timebatur à gentibus Pilatus iudex, qui non timebatur à Christo, nec timendus est Christianis membris Christi, qui eos qui corpus occidunt, nec timere debent. Agit quod docuit, & opere adimpleuit, quod obseruari præcepit. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & postquam occiderint, non habent vlterius quid faciant: ostẽdam autem vobis quẽ timere debeatis, timete eum qui postquam corpus occiderit, habet potestatem mittere in gehennam, Amen dico vobis hunc timete. Matt.10

An timere illud debent per quod beatificantur qui possident, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, beati eritis cum vobis maledixerint homines, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum, frustra miratur, Pilatus Christum se iudicẽ non pertimescere, in tantis vero erumnis iam constitutus æquo animo persistere.

Qui fieri autem potest, vt alium iudicem timeat qui à patre omnium hominum constitutus est iudex? cui pater omne iudicium dedit, qui viuorum, & mortuorũ est effectus iudex? Nos vero qui tantorum iudicio subiicimur qui interrogaturi sumus de singulis, qui de verbis etiam otiosis redituri rationem sumus, nec supremum timemus iudicem, nec quam horrendum sit incidere in manu Dei viuentis, consideramus.

Cæterum frustra miratur Pilatus Christi taciturnitatem, qua nos erudiuit ipse Saluator passionis suæ mysteria plenius, vberiusque laboriorum taciturnitate, & cordis meditatione degustanda fore, in hac nempe Christi humiliatione accedat oportet homo ad cor altum, vt exaltetur Deus, Ascensionesque disponat in corde suo, in valle lachrymarũ in loco quæ posuit.

D *Nescis quia potestatem habeo.* Vtique Domine superbia eorũ qui te oderunt ascendit semper fumus accensus est in naribus insipientium & gloriatur potens in potentia sua, & fortis in sua fortitudine exaltatur, vere caput omnium peccatorum superbia. Superbia.

Pessundat hic Pilatus Christum qui se extollit super Christum conculcat hic Pilatus Christũ, qui nocere se posse gloriatur ipsi Christo, ò q̃ stultum mortalem paria Deo sentire, & subditum si esse Deo non agnoscere, ò execrabile, nimisq; detestandum mortalibus superbiæ peccatum, quid superbis terra, & cinis? Pabulũ vermium, & esca ignis (inquam) illius non tẽporalis sed æterni, qui præparatus est Diabolo, & Angelis eius, i. superbis omnibus, quam maxime detestatus semper est Christus diabolicũ crimen, qđ nulli parcit ætati, qui semper regnat in possidente, imò augetur intensius, & ascẽdit semper declinante etiã nam, viribus deficientibus vsque in senectam & seniũ omnibus adest locis omnibus inest horis, cunctis etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant; non statui, non

dignitati, non gradui parcit, imò illic promptiorem se exhibet, vbi ad maiora, & ad potentiora ascendere videt cupiditatem laudis subministrat, aura populari nos agitat, vt cuncta sancta subuertat, nutrit rixas in templis, & dies festos in inanem gloriam conuertit in verbis prædicatores illudit in ornatu, & cantu, nec choro, nec organo deest, ò quam fugiendum vitium, ò quam detestandum, cui Deus resistit, & cęlestes etiam spiritus è cœlo propter hanc vnam deiecit expulsi sunt, tumidi nec potuerunt stare, qui nullus sine relegatione locus superbiæ est relictus inuicemque se expellunt, qui omnia dispergunt semper iurgijs tumultuant, & tanquam sphæræ vento tumidæ, non aliter quàm in puncto se tangunt.

Superbiæ dãna.

O quam periculosa est conditio superborum, qui quanto se superse inaniter extollunt tanto se subtus se in fimo profundi præcipitant. Dico vobis fratres, non ego sed Christus facilius est camellum per foramen acus intrare, quam superbum Dei regnum adire, quã sine superbia nihil obsunt, magis autem prosunt diuitiæ, quibus tamen & si affluant non vultis corapponere, quomodo autem saluari potest, qui à Deo amari nô potest? ego Deus (inquit Amos c.6. odiens superbiam,) & ideo contundit superbiam Pilati Christus dicens.

Fericulosissimus superborum status.

Respondit Iesus. Non haberes aduersum me potestatem ullam nisi tibi datum esset desuper, qui non respondebat stulto iuxta stultitiam suam iam respondit stulto iuxta stultitiam suam ne videatur sibi ipsi sapiens qui tacuit vt Agnus ad victimam, respondit vt magister ad disciplinam, respondit qui tacebat ne causaretur quisquam Christum obmutescere, ex culpa sceleris, aut confutus facinore, velut is de quo dicitur qui de scelere côuinctus cum veste nuptiali carens ingessisset se Mensæ Domini redargutus obmutuit; quia quid responderet redarguẽti non habuit, obmutescit itaque impius, silet iustus, obmutescunt coram iudice rei, vnde ex virtute, ad tempus silent iusti, quod & scriptũ est stultus, cum tacuerit, reputabitur sapiens, quisquis enim prudens est in tacendo, quomodo etiam prudens non erit in loquendo? qui igitur prudenter tacuit tempus loquendi obseruauit, & qui loquendi tempus obseruauit, loquendo prudenter adimpleuit.

Matt.22

Pro.26.

Non haberes aduersum me potestatem vllam nisi. Data est vtique tibi potestas, cui datum est præesse, & singulis iura tueri iustitiæ, & æquitatis, vtriusque ipsa ad ædificationem non ad destructionem ipsius iustitiæ, tunc vteris potestate, cum sycarios, fures, homicidas, seditiosos, & facinorosos e medio tollis, Abuteris autem potestate, qui oppressis non succurris, qui insontibus non subuenis, & immeritos affligis, quid igitur de tua in me potestate gloriaris, qui eam tantummodo in me habes quam cæteri homicidæ in insontes habent?

Vt homicidam gloriare, non vt iudex quandoquidem ex iudicio nullam in me habes qui in me nullam causam damnationis inuenies, Hanc tantum à lege in me potestatem habes, vt me à malignantium caterua liberes, & absolutum abire dimittas verum hoc tibi ad hãc horam, in qua potestas est tenebrarum Solem obscurare iustitiæ, vt gloriosius resuscitando resurgat diuinitus scito esse concessum, ideo nullam à te liberationem posco, quam à solo patre pro suo tempore peto; Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo libera me, de ore leonis libera me Domine, & à cornibus vnicornium humilitatem meam, ò vnicũ tribulatorum omnium exemplar, quo auctore didicimus, vbi tutum sit omnium persequutorum confugium, iam nostram inscitiam agnoscamus; qui ad solos ministros in afflictione respicimus, & quasi de manu illorum, F quod diuinitus datur imprudenter accipimus.

Non haberes aduersum me. Obserua quod dicitur à Christo, & de Christo; habuerant impii potestatem aduersus Christum, & non super ipsum Christum multi aduersus Christum potestatem habent nullus super Christum potest habere potestatem, omnis qui non est cum Christo est aduersus Christum qui, enim non est mecum contra me est; Potestatem habuit, Diabolus aduersus Christum, qui potuit tam in deserto quam in templo, & in monte tentare Christum, & quod datum est Diabolo, G hoc & datum est membris diaboli conspirant vno, eodemque hastu, & Diabolus, & Diaboli membra aduersus Christum qui nituntur se opponere Christo.

Iactabũda Pilati & superba contundit potestates gloriatis.

Hoc tantum absit, vt vel Diabolus, vel membra Diaboli super Christum potestatẽ habeant, ecce quomodo frustra iacitur rethe ante oculos pennatorum, ecce quomodo diuina prouidentia in sui dispositione, non fallitur, ecce tandem quomodo cum his qui oderunt pacẽ erat pacificus Iesus, audi quid insultanti respôdeat.

H *Non haberes aduersum me vllam potestatem*, ergo data est potestas pilato, non super sed aduersus Christum cũ Prophetæ, tam populi Iudæorum, quam Ciuitatis Hierusalem exterminium prædicerent super Hierusalem, & super populum malum affuturum dixerunt, visio Esaiæ, quam vidit super Iudã, & Hierusalem, &c. Amos; verba Amos quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda, &c. Mich. verbum Domini, quod factum est ad Michæam, quod vidit super Samariam, & Hierusalem, quibus verbis insinuatur, & authoritas comminantis, & ruina totius sub comminatione commorantis, quid enim super aliquem eminet hoc etiam super caput illius residet, & totum sub sua potestate continet.

Isa.1. Cap.1. Cap.1.

Hoc non habet Pilatus ad Christum qui tantum aduersus ipsum habet potestatem sicut & fures aduersus Dominum mercium insurgunt, qui super Dominum nullam potestatem habet, Nullum superest Christo exterminium, quem sic oportet pati, & ita intrare in gloriam suã, sed hoc absit à Christi dignitate, cuius enim K caput est Deus quomodo super Christum potestatem habere diceretur Pilatus, cum nulla hominis in Deum possit esse potestas? Attende quam consulto dicat qui Deum se esse insinuat.

Non haberes aduersum me vllam potestatem, nisi tibi datum esset desuper, ne intumescas, qui me nunc innexum vinculis nedum tuo subsum iudicio, sed tanquam impiorum pedibus conculcandus asto, qui omnia sub pedibus meis ab æterno contineo; expecta parumper donec ponam inimicos meos scabellum pedũ meorum.

meorum. Mihi insuper omne iudicium est à patre creditum à quo constitutus sum iudex viuorum,& mortuorum, tam mihi parata est sedes in æternum, & manus meæ in ceruicibus inimicorum meorum, & quam nũc aduersum me potestatem habere gloriaris non aliunde, quam desuper habes, Non à Cæsare, non à Senatu, non à Iure, sed à patre, qui me sic passurum ordinauit, & mundum sic dilexit vt me suum vnigenitum filium impiorum arbitrio daret, tamen ex Diametro diuina pugnat voluntas,& intentio alio longe tendit.

A *Non haberes in me*. Non indignatur aduersus Pilatum Christus quem diuinæ iustitiæ cognoscit ministrum, auertit à consideratione ministri abutentis auctoritate, & a superioris agentis intentione deuiantis, qui totus est paternæ voluntati intentus, suscipit propterea contumelias, alapas, sputa, flagella, spinas,& tandem crucem, mente ad patrem directa, & à ministrorum sæuitia subleuata. Hoc vno tam præclaro Saluatoris exemplo, quisquis persecutionem patitur solidatur, nunquam enim, aut frustra, aut indebitè affligitur, quicunque B non ministris, sed Dei iustitiæ mentis aciem dirigit; Hinc nec Iob ad Diabolum, nec Dauid ad Semei, nec Christus ad Pilatum, seu Pharisæos, sed ad supremam Dei voluntatem prospiciũt qua totum quod agitur diuino nutu perficitur.

Longè altius, & ad alium finem in meliorem sortem dirigitur, quicquid iniustè iustus ab iniquis patitur. Quod si pro virtute æquanimiter pro diuina voluntate à Christi fidelibus suscipiatur, prorsus à Christi regno inimicitiarum desidum subtrahitur, & vltionis hastus C depellitur; quid vltra in ministrum iustitiæ cruenter sæuis, qui desuper ad quod te inuitat Christus oculos non dirigis? quod si sæuiendum est in ministros, quos tibi molestos esse non pateris quare in tuam non sæuis carnem, à qua tantis quotidie molestijs afficeris, vt nõ bonum illud quod velis agis, sed quod odis malum hoc facis.

Quis vnquam sæuiorem expertus est inimicum, & tamen cum nemo vnquam carnem suã odio habuerit, in eum crudelior efficeris inimicum, qui semel vel leui verbo te offenderit, D cui insuper facilè conciliari poteris, & pacificè conuersari.

Quod si carnem tuam, nec contristare pateris à qua beneficium aliquod suscipis, compone & æqua lance metire quibus grauaris malis ab improbo, hoc inimico quo duce ad inferna etiam deduceris, & bono omni, omnino priuaris, sed contra inimicum sæuis, vt faueas maiori inimico, & nutrias, & foueas teterriorem tibi hostem, & de inimico vindicas inimicum. E

Hoc tamen occurrit obseruandum penes odium, & inimicorum dilectionem est odium bonum quod etiam dicitur perfectum est odiũ stultum, & est odium malignum, seu iniquũ odium perfectum est quo sola odio habetur impietas, & est detestatio peccati, hoc odio odiri potest inimicus, in quo non natura, sed culpa oditur perfectio enim odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi, & hoc est odium quo & Deus, qui nihil odit eorum quæ fecit, naturam quam condidit conseruat, & tamen (Duplex odij genus.)

iniquos odio habet; odium stultum illud esse probatur quo euerso ordine non peccatum, sed persona odio habetur, & hi sunt qui postposita ratione criminis, non crimen sed personam insequuntur cum tamen non sit odibilis quæcunque creatura, omnis enim creatura Dei bona est Apostolo teste, & quisquis personam vt personam odit, & extinguere cupit, hic ordinem totius diuinæ charitatis peruertit, sæuitque in eam rem in qua nulla est culpa. (Stultũ odium.) (1.Thi. 4)

Aliud est odium quod malignum dicitur, & à malignitate odientium denominatur, tali odio Cain Abel fratrem odibat dicente nostro Euangelista in epistola prima. Non sicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant; fratris autem eius iusta, omnis qui inuidet iusto, & iustos insequitur, malignus est, & odio iniquo odit, quisquis quod iustum est odit, quo odio omnes tyranni, & hæretici sanctos Christi fideles sunt insecuti,& & huic odio appositum est contrarium præmium æterna beatitudo, dicente Domino, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniam ipsorum est regnum cœlorum, beati eritis cum vos maledixerint homines, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis, gaudete,& exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlo. (Odium malignum.) (Cap. 3.) (Matt. 5.)

Hoc est Scribarum, ac Pharisæorum, omniũque Iudæorum erat iniquum odium quo in Christum tanta ferebantur insania, sed et Pilatus, tam in Christum sæuire videtur, cui se, vt hostem ostendens necem cominatur de quibus dicitur respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. (Psal. 24.)

Propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet, tanquam apertè Dominus dicat; Iniquum est tuum ò Pilate iudicium,& iniqui sũt cætus eorum; qui me tradiderunt tibi, est enim vt idem Ioan: in prima epistola inquit, iniquus omnis qui peccat, qui namque peccatum facit iniquitatem facit, & peccatum iniquitas est, obserua quanta benignitate Christus peccatores redarguat, non exasperat impium quem leni correptione de patrato facinore redarguit, & tanquam grauiorem delicti offensam commemorans pia quadam proportione cautum de culpa sua ostendere maluit, quod & per Apostolum nos ipsi obseruare iubemur, si præoccupatus fuerit aliquis in delicto aliquo vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, & alibi, Argue obsecra increpa in omni patientia, & doctrina, qui leniter enim emulcet exprimit lac, qui autem fortiter hic exprimit sanguinem, corripit iustus in mia, & increpabit me oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. (Cap. 3.) (Gal. 6.) (1.Thi. 4)

Attende insuper quanta modestia vsus sit omnium Dominus, dum cum iudice licet impio etiam de eo tam arduo agebatur negocio, vbi de vita, & sanguine eius tractabatur quæ instruemur, non tantum nos his qui præsunt obedientiam exhibituros, verum & reuerentiam pro dignitate prælationis præstituros,& idõ Petrus inquit, subiecti estote omni humanę creaturæ propter Deũ, siue regibus, tanquã pręcellentibus siue ducibus, tanquã ab eo missis; (Mira Christi modestia.) (Epist. 1 cap. 2.)

quia sic est voluntas Dei serui subditi estote in omni timore Dominis non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis. Hæc est enim gratia si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patientes iniuste, quæ enim est gloria si peccantes colaphizati suffertis? sed, si bene facientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum: in hoc enim vocati estis, quia & Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius.

Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet: Vterque peccat, qui in Christum peccat, peccat qui tradit, peccat, & cui traditur dispar tamen est, est hinc & inde peccati grauitas, in quo maior inuenitur iniquitas eius ad odium. illa namque iure maior censetur ostensa vbi maior reperitur malitia, maius peccatum ex maiori odio dicitur causatum, maius peccatum quod diuturnuius in mente est reseruatum, quod intimius in corde est radicatum, quod in multorum perniciem est machinatum quod maiori ingratitudine est maculatum, quod ad peccandum alios inducit; quod à veritatis tramite cæteros subducit quod tenaciori obstinatione est patratum, quod manifestius, & scandalosius est consumatum, quod ab his qui legem profitentur quique legis præcepta contemnunt, quod etiam ex contemptu despectabiliter est perpetratum.

Iuxta malitiæ quantitaté, & qualitaté peccati grauitas attéditur.

Propterea qui. Abuteris tu quidem, ò Pilate potestate desuper tibi data diuinitus, humano timore concussus, verum qui tradidit me tibi maius peccatum habet: quia Iudas, in cuius cor diabolus miserat, vt me tibi traderet diuino obcecatus iudicio pro qualitate sceleris Diabolo vltro citroque consentiens maius peccatum habet. Tu quidem iam iterum atque iterum occasionem diuertendo à facinore quesiuisti, quia intus conscientiam mordentem sensisti, ille omnem occasionem conceptum facinus consumandi loci temporis, & personarũ, qua potuit machinatione nullis retractus habenis adimplere voluit.

Tu aliquando legis iura tueri conabaris, ille diuinæ nunquam legis præcepta passus est effigiari: Tu ad limites iustitiæ aliquando pertingere nitebaris ille, ab omni tramite æquitatis recedere procul cogitauit, ille maiorem iniustitiam aduersus Dominum, & aditus Christum eius, strenuumque benefactorem insolentissima petulantia recalcitrauit tu me insontem tueri, & absoluere nonnunquam aspirando postulasti, & vnde illi me ad mortem destinare acclamauerunt tu me à morte eripere flagitabis, vnde illi me reum facere conabantur, tu me talem in quo nullam inuenires causam protestabaris propterea, qui me tradidit tibi grauioribus irretur culpis, & maius peccatum habet.

Pilati insolentia.

Propterea qui me. Ac si diceret: Esto ò Pilate in me potestatem acceperis quam diuinitus in hac hora tenebrarum suscepisti, vt opus illud ego perficiam ad quod missus sum à Patre, & ad quod veni in mundum falleris tamen qui de tua potestate gloriaris, & qui ense tibi ad iustitiam tradito, velut mente captus non in legis, & iustitiæ tantum, sed in tui ipsius perniciem abuteris.

Suscepit Iudas peccatum qui locum in corde dedit Sathanæ, qui suggestioni diaboli cę aditũ aperuit, qui susceptum in mente peccatum nõ repulit, sed retinuit, qui operi nefario omnino consensit, qui me illum aduentum reuocantem audire contempsit, qui coadiutores operis secum adduxit, & ad peccandum multos concitauit, qui nec singularibus beneficijs illectus me pro auaritiæ hastu, quæ est Idolorum seruitus hostibus me prodere tam inhumaniter excogitauit.

Ille adhuc peccatum habet qui laqueo se suspendit, qui in desperationem se coniecit, & se

F perpetuo cruciandum exhibuit: A quo vlterius peccatum non recedit, ideo maius est tuo peccato peccatum eius; tibi quandoquidem resipiscendi adhuc extat facultas tua adhuc est optio in itinere à termino diuertere. Ante solis radios oculos aperire, ab inceptoque desistere, item diabolicum est illius peccatum, cuius mẽs pœnitus est obcecata, & inflagitio obstinata.

Iudæ proditoris delictũ Pilati crimine grauius ostenditur.

Tuum adhuc humanum est peccatũ qui adhuc in humanis agis, & humanis terroribus concuteris vide, & attende tibi, ne quod magnum in te est peccatum maius efficiatur, dumque consumatum fuerit generet, & in te mortem, sicq; transeat in diabolicum quod adhuc vocari potest humanum, humanum quidem est peccare,

G diabolicum vero perseuerare.

Propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet. Hac etiam ratione maius, quia in Spiritum sanctum peccauit, qui in disperationis baratrum intrauit opus est Spiritus sancti ipsa peccatorum remissio: cuius bonitas cum sit infinita quid desperandum est peccatori, de diuina bonitate? quisquis desperat, quisquis sua credit flagitia diuinam excedere bonitatem. Is alter Cain efficitur, & in Spiritum sanctum peccare dicitur, quod quidem peccatum reuera ir-

H remissibile protestatur, quomodo enim remitetur de quo peccator non dolere perhibetur? quomodo remittitur si peccator non ad Deũ conuertitur?

Desperatio irremissibile peccatum.

Hoc egit Iudas qui & se peccasse sit fassus peccaui inquiens tradens sanguinem iustum tamẽ ad Deum non est conuersus à quo per peccatum fuerat auersus: fuit illa confessio quædam quidem peccati cognitio haud tamen fuit talis culpæ recognitio quæ posset censeri contritio.

I *Alia insuper ratione* maius peccatum fuit quod patrauit Iudas, in quo nondum Pilatus irruerat quod & in Spiritum sanctum ille commiserat peccatum scilicet finalis impenitentiæ in quod iam decesserat iste autem ab eo adhuc diuerti poterat.

Peccat demum in Spiritum sanctum, quisquis non alia passione quam sola malitia peccat vbi est expressus contemptus bonorũ peccato se opponentium, fitque electio mali finis cum auersione a bono fine, quæ omnia in traditione locum habere cernuntur.

K *Propterea qui*. Peccatorum diuersitas non in auersione consistit cum vna sit omnium peccatorum communis auersio à summo bono, à bono incommutabili, & ipso Deo ad bonum temporale, ad bonum commutabile, & ad creaturam consistit autem in auersionis disparitate quo enim animus ad inferiora ardentius conuertitur eo magis à cœlestibus diuellitur, & obiecti seu finis ad quæ conuertitur disparitate. Ideo peccato peccatũ grauius efficitur quo ad peius malum se conuertendo coniungitur, ma-

Peccati grauitas in auersionis à Deo disparitate consistit.

maiorique bono se opponendo contrariatur.

Vel intelligendum, est hoc quod dicitur, qui me tradidit tibi, de his à quibus immediatè Pilato traditus fuit Christus, de summis videlicet Pontificibus, & pharisæis, quod quidem genus pluries à Christo exprobatum nunc maximo sup. Pilatum peccato detentum ostenditur. Hi namque sub ementita pietate, & velutí ouino vellere contecti, non sicut oues, sed lupi non tanquam agni, sed cerberi insonti insi liantur sanguini, & abhominationes pessimas clam inuicem moliuntur, quas spiritus Domini suo reuelauit propheta, Similitudo manus accepit me in cincinno capitis mei, & eleuauit me, & adduxit in Hierusalem in visione Dei, &c.

Ezec. 8.

Grauiter peccat, qui sine lege peccat grauius tñ peccat, qui in lege existens contra legẽ peccat, qui. n. peccãt sine lege peribũt, qui vero in lege peccant per legem iudicabuntur, de quib. vidi præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodiunt, nam & seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens plagis vapulabit multis, quare multis? quia maius peccatum habet.

Ps. 118.

Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum, Prius quidem cum nullam in eo causam inuenisset, Iesum dimittere cogitauerat; Verum clamoribus atteritus populorum desistit ab opere, quod sapienter excogitauit, denuo autem audito sermone Christi, quo se peccatum habere dignouit velut abhorrens immo non ferens pondus peccati exinde procul à se peccatum repellere cogitauit quærens dimittere eũ nullum non mouens lapidem vt a cede, & e manibus Iudæorum eriperet Christum.

Pilati animus.

Angit animus, Pilati, & agonizat pro anima sua, certatque pro iustitia, sed non vsq; ad mortem sentit pondus peccati, & à peccato diuertere exinde quo illud agnouit, cogitauit, & decreuit, exinde enim quærebat dimittere insontem, qui se nolebat efficere sontem, non est illi pax ossibus eius à facie peccati sui. Nemo enim ausus est aut figuris aut simulachris effigiare peccatum, nemo ex pictoribus assumere potuit Prouinciam ad eius delineandam formandam ve turpitudinem turpis, & horrendus est Sathanas est lucifer est omnis Diabolus, turpis est infernus, & teterrimum Cahos in quo vbique clamor, vbique luctus, & plurima mortis imago, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Peccati descriptio.

Mors visu est odiosa, & execrabilis plena terroribus, tamen plures fuerunt, qui ausi sunt, & luciferum, & satanam, & diabolos, infernũque ac mortem quibusdam effigiare typis nullus autem talia potuit adinuenire horrida quibus peccatum sub forma ostendere posset, & qui colubres tampauide deterriti aufugere conamur veluti à facie colubri aufugere à peccato iubemur, cuius sola turpitudine turpis est lucifer quisque Diabolus, infernus, & mors, quæ omnia quicquid turpitudinis habent à peccato, & non aliunde habent, deniq; peccati monstruositas in eo ostenditur vbi eius turpitudo super nigredinem carbonis declaratur denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt agniti in plateis, sic inquam mutati, & deformati, vt non solum comparati sint iumentis insipientibus similes illis effecti verum ab

Peccati formam & horrẽdã imaginẽ nemo plene & perfectè potest effingere.

Thre. 4.

ipso omnium inspectore non sint agniti, sed repulsi. Amen dico vobis nescio vos, discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem, procul que hinc estote profani.

Et exinde quærebat. Conabatur Pilatus procul excutere insupportabile pondus peccati, quo nihil grauius nihil ponderosius, & infestius, rei namque grauitas, & ponderositas in hoc cognoscitur, quod ferri non valeat, nec sustineri, & celerius cadens non solum in terram cadit, sed intimius infigitur penetrans terram A in terra: namque omnia grauia resident, & conquiescunt, quæ potens est omnia sustinere; Adeo autem peccatum est graue, vt sua ponderositate mõtes excedat, qui & si grauissima mole lapidum structura consistant à terra tamen faciliter tolerantur, & sustentantur, peccatũ autem nec ipsa potest mole terræ sustinere infigitur enim in limo pro fundi, & ibi scinditur vbi reperitur, vt demergatur in profundum, sicenim Datan, & Abiron degluuire maluit quos sustinere vlterius non potuit, imo nec cœlum sustinere potest pondus cuiuscunque mortalis B peccato, sicut enim lapis in aqua, nec iu superficie nec in medio nequit subsistere donec perueniat ad fundum. Ita peccatum in terræ superficie, aut medio subsistere nequit, donec in profundum perueniat, Descenderunt enim in profundum, quasi lapis, est enim internus locus peccati nec conquiescit donec ad suum perueniat locum, quod commune est omnibus rebus infernus autem quasi inferius dicitur quod sit infra, & subtus omnia, vnde & aliquando Abyssus nominatur, quod & in centro Terræ constitutum à præcipuis ecclesiæ Doctoribus C comprobatur esto de loco inferni nihil adhuc ab ecclesia sancitum reperiatur.

Peccati pondus & grauitas.

Nu. 16.

peccati locus & habitatio infernus.

Grauitas insuper peccati in eo manifestatur, quod ad illud leuandum nulla põa, nisi sit infinita reperitur, vnde de Iesu admirabantur turbæ, quod peccata dimitteret, quis potest peccata dimittere, nisi sit Deus, Quis potest facere mundum de immundo? non ne tu qui solus es? & hoc etiam occurrit hic obseruandum, Non aliquam aut partem potentiæ suæ Deus ad remittendum, seu leuandum peccatum, sed totam ac prorsus infinitam eius requiri ad tol D lendum peccatum omnipotentiam, quod ex maxima contingit grauitate peccati cum enim aliquid leue auferre, quis voluerit hoc solo digito leuat quod autem aliquanto grauius hoc vna manu, & vnius brachii potestate leuabit.

Si autem grauissimum extet pondus, hoc manuum pedum, ac totius vitæ conatu non nisi subleuare poterit Christus tantæ virtutis erat qui Dei virtus, & Dei sapientia erat, vt solo digito Demonia eiicere poterat maximum opus erat omnes infirmitates, & languores re E pellere ab oppressis, quæ sola manuum impositione perficiebat dum singulis manus imponens curabat omnes, quia virtus de illo exibat, & sanabat eos, videmus insuper & cœlos suos opera digitorum suorum, videmus, & totius creaturæ Machinam, quam Dei potentissima manus construxit, qui solo verbo, omnia cum dixit, & facta sunt inconstanter produxit ideo solo subleuando peccato Deus fatigatus desudauit lassus aliquando, & fessus sedendo super puteum quieuit Esa. cap. 7. Parum vobis est

est molestus esse hominibus, qui & molesti estis Deo meo, ò (inquam) grauissimum pondus peccati quod ex suo pódere mox ad aliud trahit, & velut plumbum nos in aquis vehementibus demergit. Ad quod sustulendum nō digito tm̄ non tm̄ manu, sed toto conatu, ac totius humanitatis, & diuinitatis virtus concurrit, vbi & vtraque manus, vtraque & brachia, vterque pes, caput, ac corpus totum ad tollendum peccatum concurrit, hoc enim totum opus extat, vt tollatur corpus peccati, ponitur namque & grauius onus, quod deferri debet supra dorsum, & ideo in psalmo dicitur supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, & dum quis nititur quod est grauissimum ponderis leuare statuit se in aliquantulum eminentiori loco, quasi ibi fortiori conatu sit sublaturus illud.

Nihil in toto vniuerso peccato grauius.

Ideo Iesus non nisi in cruce peccatum leuauit, leuatum destruxit, & debellauit ad quem nos quotidie conuertimur gratias agentes, & deprecantes, Agnus Dei qui tollis peccata mundi, &c. quem & precursor mundo ostenderat, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, & cum Iob dicimus. Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meā? Ipse solus aut per se, aut Sacramentorum suorum ministros solus peccata dimittit, contra quem est peccatum, est enim peccatum, & in hoc consistit in auersione à Deo, & ideo in psalmo dicitur tibi soli peccaui.

Ps. 50.

Esto, & offensa intersit plerunque & proximi, si autem dicat perditus quisquam nullum se sentire peccati grauamen in quod libenter oblectatur, & velut in nido fouetur. Hoc sciat quicunque ranarum more in cœno nutriuntur, nullum prorsus sentit cœni fetorem, atq; grauamen, dum collocantur in illo: verum si quis cum cœno ranas extrahere curabit protinus sentiet pondus, & spurcitiam, quod & sicut qui natat cum piscibus in mari pondus aquarum non sentit cum tamen grauissime in extrahendo experiantur, & qui situlam in puteo immersam facile vsque ad superficiem tanquam leuem pertrahit, cum autem ab aquis separare situlam tentat, non nisi totius vitæ conatu extrahere valebit.

Nota.

Sic dum quis uolutatur in aquis peccatorum nihil adhuc sibi difficile, aut arduum videtur si autem extrahi voluerit maximi esse ponderis peccatum videbit a quo non nisi maximo sui conatu, multorumque auxilio, & opere diuino roboratus foras extrahitur, perditio tua ex te inquit Dominus peccatori tantummodo ex me auxilium tuum. Audi igitur peccatorem peccati mole depressum: iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Ibi enim sola est spes salutis, vbi sub onere angit animus peccatoris. Hinc Pilatus occidere Christum magis timuit non quia Turbæ contrauenirct, sed ne in Dei viuentis filium sacrilegas manus iniiceret in quo prudentiorem nostris hæreticis Pilatum agnoscimus.

Ose. 13.

Et ex inde quærebat opportunitatem Pilatus, ut eum dimitteret. Sibi ipsi timebat Pilatus, ne & ipse reus sanguinis efficeretur insontis timebat communicare facinori ne simul traderetur, & ipse cum peccatoribus, & cum operantibus iniquitatem perderetur, conscientiæ stimulis vrgebatur, secumque vehementer angebatur, & veluti expositus prelio secum intus altercādo dilaniabatur inquiens: Angustiæ mihi vndique extant; si enim hoc egero quod impii isti inuidiæ hastu calidi velut libidine exusti postulant: Mors mihi est, quod si non egero, non effugiam manus calumniantium me apud Cæsarem; sed vtinam à prudentiore muliere quid agendum didicisset: nam prudens, & castissima illa Susanna à senibus illis circumuenta, qui pudicitiæ eius obstabant facta virago intrepidi animi fortitudine roborata; melius sibi esse statuit incidere in manus hominum quam derelinquere Dei legem, & præcepta.

F

Pilati pusillanimitas

Sed e contra Pilatus adhuc in incertum fluctuat, & cū peccato luctatur ignarus tanti hostis luctam longe protractam formidabiliorem esse, & eo magis victoria frustrari quo cum peccato quis ludens illecebris irretitur, & paulatim oblectationum nexibus vincitur Pilatus mox agnitu Iudæorum perfidia, & comperto sibi quòd per inuidiam tradidissent eum, qui debuerat in falsos seuire accusatores apud quē agi debebatur secundum formam accusationis in qua plecti eadem pœna iubentur, qui commenti fuerint, & non bene probauerint impiēta facinora accusato tergiuersando, & secum, & cum lege, cum conscientia simul, cum Diabolo, & cum iustitia luctatur imo & Christo luctum facit quem ad Herodem, vt ab eo iudicaretur ligatum mittit.

G

Deploranda hic tam aduocatorum quam multorum iudicum, ac Prætorum conditio, qui innocentum pupillorum, orfanorum inquam & viduarum causas in quibus nulla, aut tenuis subest spes terrenæ mercedis quarum causas ad alios remittunt iudices quasi nolint ipsi nec pietatis, nec iustitiæ, nec veritatis effici iudices, aut certe excutere à se quidquid ad pietatem & mercedis esset æternæ fundi, & immemores tantorum diuinorum præceptorum. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, nonne. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, quem pollicetur in die mala liberandum à Domino; idest in die iudicij à Domino mercedem suæ pietatis suscepturum, & ad æternitatis gloriam transiturum quod & per alium Proph. nobis aptissima sententia declarauit discite benefacere quærite iudicium subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me, idest si non ita ego vices vobis vestræ pietatis non rependam reprehensibilis ero, & ideo dicit Dominus dico vobis si fuerint peccata vestra, vt coccinū quasi nix dealbabuntur, &c.

Præsidentium, iudicum, & aduocatorū deploranda calamitas

H

Isa. 1.

I

O quam securitas accedunt ad Christum qui consolator est, & protector orfanorum, pupillorum, egenorum, ac viduarum sicut, & econtrario indignationis diuinæ rei efficiuntur, qui causas repellunt protrahunt, dissimulant, & non suscipiunt ipsorum causas quod quanti sit criminis Dominus per Hierem. manifestat inquiens dilatati sunt, & impiguati, & præterierunt sermones meos pessime causam viduæ non iudicauerunt, nec causam pupilli dirrexerunt, & iudicium pauperum non iudicauerūt nunquid super his non iudicabo dicit Dominus, aut super gentem huiuscemodi non vlcisceretur anima mea.

K

Cap. 5.

Magnum hoc pietatis opus non prætermisit Christus

Christus, quin illi suo non faueret exemplo dũ obuius factus viduæ illi lacrimabili stare fecit portitores defuncti eius filij, cuius resuscitatione illã consolaretur, sed & strenuus ille proph. heremique cultor a suo habitaculo nec precibus nec muneribus præcipuis auri, & argenti, extrahi potuit, vt ad Prencipem illum magnũ syriç Naaman, qui ad vocem mestæ viduæ sui filii deplorantis aliis obstrictus vinculis charitatis ad consolandam illam non cellam tãtum, sed & heremũ exiuit ac sequebatur illam, qui condolebat sibi.

Sed redeamus ad Pilatum de quo dicitur quærebat dimittere Iesum, verum imprudenter sic dimittere quærebat, dum ad vulpem illam mittere cogitauit, longè enim abhoc mittere est dimittere, vbi nouis illusionibus, & ludibris est Iesus affectus, quærebat, quidem Herodes Iesum, de quo multa præclara audierat, videre, ardentius forsan & cum ipso sermonem habere, sed quantum mutatus ab illo, quomodo, (inquam) argentum videtur mutatum in Scoriam color optimus, opacitate denigratus, quũ viso Iesu, Herodes spreuit illum, & spretum ac subsanatum ab aulicis suis remisit ad Pilatum.

Pilati imprudentiæ.

Discant uiri spirituales, discant insontes, curiales euitare societates sæcularium, abesse con fortus, & procul ab aulicis se ipsos repellere, a quib. tãdem adeo deridentur vbi detestabilius derrideter iusti simplicitas? vbi damnabilius pessundatur egenorum calamitas? Vbi quæso pauperum humilitas inhumanius sublanatur? Quam satius clericis, claustralibus, & viris omnibus religiosam vitam amantibus, & præsertim illam profitentibus solitudinis claustra diligere, quam per sæcularium ædes discurrere, quorum typum, sanctus ille iuuenis, præsetulit, Iacob videlicet, qui dum vagari foris abhorruit, sanctæ benedictionis, & primo genituræ iura, à vagante fratre, Deo volente, subripuit, quod amisit vagando, frater eam quam promiserat sibi Pater frugem benedictionis, qui domi seruabatur, accepit, plerumque insuper occurrit, absentis monaci auctoritatem, & extimationem apud multos, quæ ex familiaritate deperditur, cum etiam parua, quæ non est necessaria, sit nimia, quæ contemptum pariat, & qui grauis auctoritatis per sui carentiam tenebatur, facile apud censores, leuis armaturæ, cre datur, hinc iuuenis, ille Ioannes Baptista à summis Principibus, & pharisæis, tantæ extimationis erat, etiamsi nullum miraculum fieri viderent, Christum vero cum quo quotidie conuersabantur, & à quo multa passim miracula conspexerant nec eum, qui Messias erat credere voluerunt hinc illud Christi verissimum dictum, factum est elogium, nullum prophetam acceptum esse in patria sua, quod & Apostolus de se ipso testatur epistolæ graues sunt, & fortes, præsentia autem corporis in forma, & sermo contemptibilis, quia quos epistolarũ rohores ac grauitate terruerat. His corporali præsentia despicabilis apparebat.

Aulicorũ superbiæ.

Discet ergo si sa luberrimũ hoc Authoris non a sperneris consiliũ quicunque monasticã, & religiosorũ conuersationẽ adeptus es, disce (inquã) claustra diligere necyllo modo cures ü Aulicus effici, nec cũ Aolicis cõmorari sed intra cellam, vel claustra saltẽ, cõtinuo sit cõuersatio: tua. 2. Co. 11

Igitur quisquis, in Christo requiescere cupit, nihil commune cum mundo habeat a mundana se conuersatione abstineat, cum enim omne, quod est in mundo aut sit concupiscentia oculorum seu carnis, vel superbia vitæ, recte D. Ioan. in epistola 1. cap. 2. & taliter protestatus si quis diligit mundum non est charitas Patris in eo, & quod iam semel est reprobatum corporali etiam tedeat gressu frequentare.

Sit Iesus apud Herodem facti derrisio saluta ris nostra monitio, quem enim longo tempore videre optabat, & de aduentu illius ad se gaui sus fuisset eundem non sine honore solum, sed derisum à suo vsque exercitu remisit ad Pilatum vnde venerat, omni tam profanæ, quam diuinæ hoc est peculiare philosophiæ in rebus sensibus sparatis inesse venustatem formam,
A dignitatem, & excellentiam, quç vero peruia sunt sensibus inferiora ad iudicantur, quæ ex familiaritate viliora redduntur. Hoc enim experimento didicimus esse speciosissimarum Archetypos figurarum, quæ dum procul obiciuntur ad mirabilis elegantiæ adiudicantur si vero proprius illa contuentur à sua speciositate recessisse videntur, & quasi indecora vilipenduntur.

Et exinde quærebat. Habebat Pilatus peccatum, & quod habebat, hoc se habere ignorabet, quia quod non videbat, ignorabat, quare
B autem non videbat, nisi quia post tergum desferebat? Hoc autem egit Christus, vt videret, quod non videbat, qui ante illius oculos posuit, quod post terga tenebat, o summam Saluatoris clementiam, qui nos ad peccati cognitionem perduxit, & in hoc nos lumen adduxit, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, nec est, qui se abscondat à calore eius.

Hoc & Christi Discipuli, faciunt quos hæc facere Christus edocuit euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium docentes om-
C nes Gentes, per legem enim cognitio peccati, hoc & prius sui prophetæ vsserat. Annuncia populo meo scelera eorum, &c. Hoc est annunciare peccatum ante peccatoris oculos ponere, quod ipsi dum retro retinent se ignorant habere. Hoc & Natan prudenter fecit, qui ante oculos Dauid quod post terga tenebat accommodato sermone ponere curauit, post cuius admonitionẽ mox ffitagebat Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper contra
D me, idest coram me, vt alia habet litera.

Isa. 45.

Ps. 50.

Sedet sibi contra non ex prospectu tantum, sed ex molestia sumatur, quid quæso homini molestius, quid perniciosius accidere potest. Per peccatum enim Dei perdit amicitiam imo inicus eius constituitur odio est nempe Deo impius, & impietas eius perdit vitam inuenit mortem, stipendia enim peccati mors Gaudia Paradisi societatem Angelorum, & Sanctorum in inferni doloribus cum diabolis commutatyrus ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis
E eius ibi dicit fletus, & stridor dentium per peccatum homo semper efficitur pauidus, & fugit impius etiam nemine persequente in morte pessimè tractatur, quia Mors peccatorum pessima, quia homo per peccatum occidit Animam suam, & tunc pluet super peccatores laqueos ignis sulphur species procellarum pars calicis eorum.

Damna peccat

Per peccatum homo priuatur omnibus bonis tam possessis quam; possidendis tollit merita præcedentia mortificat fidem extinguit charitatem

tatem expellit gratiam dispergit spem debilitat vires animæ hebetat intellectum peruertit affectum falsificat sapores, decipit voluntatem, tandem omnia peruertit, qui etiam diffidet sibi ipsi cum non sit pax impijs vnde dicitur scito & vide quam malum sit & amarum dereliquisse te Deum tuum discruciatur tandem à seipso, & velut à tinea corroditur impiorum animus, & spiritu tristi desiccatur: Iussisti Domine; (inquit Augustinus) & sic est vt sibi ipsi sit pœna omnis inordinatus animus: Hinc facinorosos, & grauioribus criminibus irretitos nonnũquam prospicimus tanta occupari mœstitia, & quodam mœrore confectos, vt etiam sibi ipsis odibiles videantur effecti, vnde & quidam inquiebat factus sum mihi metipsi grauis cur non tollis peccatum meum, & quare non auferes iniquitatem meam? Iuste igitur agnito peccato detestatur peccatum, Pilatus, & quærit dimittere Iesum.

Hier. 2. Tob, 14

Et ex inde quærebat. Non tam diuino quam humano imo diabolico monitus Oraculo ab incepto facinore desistere excogitabat Pilatus, Alio namque attestante Euangelista misit ad eum vxor eius dicens: nihil tibi & iusto illi multa enim passa sum in nocte propter illum, reclamitat propterea vxor Pilati aduersus Pilatum, & innocentis iura protegere videtur innocentem Iesum, ac iustum appellans.

Mirares

Hoc vnum valde nobis admirandum relinquitur dum in tantorum caterua populorum, & inter Phalangas totius populi Iudæorum nulla pro Christo, nulla in fauorem auctoris salutis vox obstrepare audiatur, nisi tãtum vnius mulierculæ omnis legis imperitæ, ac diuini verbi prorsus nesciæ. An quia sic mundi infirma elegit Deus, vt confundat fortia, ac stulta deligit talia, vt retundat sapientes? Iam & alias in medio turbarum muliercula vocem pro Christi extollenda Maiestate vocem exclamando dederat beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.

Luc. 11.

Sed nonne si taceant omnes, & ora omnia canentium Dominum claudantur, lapides ipsi clamabunt, veh mihi si tacuero, sed esto iam ab inimicis aduersus infideles, & hæreticos sumimus testimonium, & inimici nostri sunt Iudices ac totius infidelitatis condemnatores. Nihil (inquit mulier viro suo iudici) tibi & iusto illi tanquam diceret. Vide o dilecte coniunx, ne in aliquo noceas iusto illi, nam quia noceres & tibi, quia nulla tibi inest causa, vt offendas; nec illi vt à te offendatur, qui iustus omnino probatur, & quo efficacius coniugem reuocet à delicto, non simpliciter (inquit) multa in visione habui, aut multa mihi sunt per visionem ostensa, sed multa passa sum hodie per visum: idest valde territa etiam ad hanc horam post visionem molestam remansi, ita vt concussa sim dolore, ob mihi per visionem ostensa, nisi desistas ab istius iusti molestia: ex quibus; (vt cum sapientioribus sentiam) hanc visionem nõ à Deo, sed à Diabolo non ab Angelo bono, sed à Lucifero habuisse mulierem crediderim, absit enim vt impedimentum Redemptionis auctor vel amator redemptionis efficiat: verum cum Idola etiam in propria domo coleret Pilatus, & vxor Idolatræ ab idolis sua arma sumentibus ad impediendum nostræ Redemptionis mysterium admonita mulier velut altera Eua seu Dalida occurrit Pilato, non amore iustitiæ, sed muliebri in consideratione, quarum timor, pudor, & amor in solam carnalis affectus considerationem perducit, ita vt solo cogitatur superueniendæ infirmitatis, aut molestiæ discrutientur, terrentur per somnia, & illusionibus torquentur dum malum sibi omen de quibusque leuibus pronosticantur, & hæc ad diabolica colloquia aptiores se reddunt quibus tam facile credunt, seque ipsas æternaliter dedunt, maiusque symbolum faciliorem additum reddit, fitque mulier interdum diaboli arma, diaboli scutum, diabolicumque caput.

F

Verum mulieribus uerbis Lenocinijs suggestionibus, vt illusus Pilatus non amore iustitiæ, quam se labefactare agnouerat, sed illius stimulo concitus quo se delicias suas contristare nolebat promptiorem ad liberandum Iesum ostẽdit cum dicitur, & ex inde quærebat.

Iudæi autem clamabant, si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Hoc vno eorum dicto pleno omnium ore prolato concutere iudicis animũ conuenerunt: Nec sunt defraudati à desiderio suo strenuum se amatorem iustitiæ ad omnes contra insontem Iesum controuersias, fortem aduersus Pontificum pharisæorum, & iudæorum phalangas Pilatus se exhibuit. At vbi actitatum est de gratia Principis, hic corruit, vbi persistere non potuit, hic defecit, hicque, vbi se opponere timuit, quis non obstupescat, strenuum Atilete tam turbæ, & multitudini supponentium resistentem legis iura aperte tuẽtem, insontem omnino liberare volentem, conscientiæ stimulis vlterius non resistentem; vxoris propriæ terroribus, & pœnis amplius non aduertentem.

G

H

Ad primum uocis sonitum quo se in Principis gratiam offendere dubitauit ibi obmutescit imo ab omni concepto bono animum diuertit. Hic fortis in fortem impegit, sed fortior minus fortem in sui fauorem coegit, quæ mala (rogo) inde non proueniunt, quæ bella, quæ strages, quæ non omnibus violentia iuribus à parasitis non obueniunt, qui in gratiam Principum se velle omnia per fas, & nefas perficere contendunt impia iudæorum astutia inexcusabilis eorum perfidia qua vno confodere iaculo Pilati constantiam excogitarunt.

Gnatones, & parasyti pacis destructores, & omniũ penè sunt causa malorũ

I

Si hunc (inquiunt) dimittis non es amicus Cæsaris: ò perfidam amicorum huius sæculi amicitiam, dixerunt enim impij apud semetipsos nõ recte cogitantes circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, improperat nobis peccata legis, promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat: Grauis est nobis, etiam ad vidẽdum, contumelia, & tormento, interrogemus eum, & probemus patientiam eius, morte turpissima, condemnemus eum.

Sap. 2.

K

Hæc cogitauerunt impij, & errauerunt, excecauit enim illos malitia eorum. Huc impiorum amicitia tendit, hic scopus necessitudinis prauorum, insidiari sanguini, abscondere tendiculas, contra insontes, deglutire sicut infernus, viuentem, implere domos spolijs, omnem precio sam substantiam demoliri, marsupium vnum, ipsorum omnium constituere, pedes habere veloces, ad effundendum sanguinem.

Peruersorum amicitia

O quam beatus qui non abiit in consilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit, ac in cathedra pesti-

pestilentiæ non sedit non sic impius Pilatus, non sic, qui enim procul à consilio impiorum aberat, in cathedra pestilentiæ, prauitatis nõdum sederat, hac vna voce deuictus, si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, mox propriæ virtuti cedens, peccati vulnus non abhorrens, iustitiæ limites eis rumpens, æquitatis iura contemnens, statim in consilium impiorum abiēs, à se ipso protinus recedens, in via peccatorum dum stetit tribunal sibi in quo sederet præparari constituit, & vbi persistere, impius non valebat, ad ferendum iudicium, contra insontem Iesum excogitabat.

Si hunc dimittis, Hunc (inquiut) quē sic exosum habemus, vt nec eius nomen personari, velimus: Hūc quem sic è medio tollere cupimus, vt è terra nomen eius penitus eradamus, hunc quem nec noscere volumus, nec partem cum illo habere protestamur, vide o Pilate: caue tibi grandis enim tibi ruina paratur: si hunc dimittis, omnes hi Cayphaistæ exitium protestabantur iram & indignationem Principis, verum nō Cæsaris, sed superni, æternæ omnium regis; Colos. 1 per mortem enim Iesu teste Apostolo, reconciliati summus Deo, Deus enim erat in Christo mundum reconcilians sibi, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum pacificās per sanguinē crucis eius, siue quæ in cœlis siue quę in terris sunt, qui eni eramus filii iræ, qui fieri potest si hunc dimitterent, vt Cæsaris nostri, idest Principis, & regis regum amicitiā conciliemus?

Hoc unum iam palam, edicitur si hunc dimittimus non sumus amici Cæsaris si ab isto omnium saluatore elongamur, si illi non coniungimur posse nos amici effici summi regis, nemo enim ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cælo filius hominis, qui est in cælo, qui si eleuetur e terra omnia secum trahit sibi coniuncta, & corpori eius mystico per gratiam vnita, dicant Iudæi, confirmet & dictum Pilatus.

Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, iure igitur ad tam præclarum protestandum elogium vociferantur Iudæi, simul vno ore conclamantes, veluti & aduersus se ipsos sententiam ferentes, cæteris vero ceci Balaam iumenta asinorum strepitu voce plena proferentes, recte enim ab Euangelista non tantum eorum verba referuntur, sed & proferēdi modus describitur, clamauerunt, vt audiatur videlicet inexcelso clamor vester.

O inauditum, totius impietatis clamorem clamor hic Sodomorum, & Gomorreorum deterior, expectaui iustitiam inquit, & ecce clamor, cap. 15. sed quis nam clamor? Audi eundem vatem cla- cap. 24. mor (inquit) erit in plateis super vno, Deserta est omnis lætitia, nam & dessignandam sceleris prauitatem, & insinuandam criminis grauitate, hoc vno clamoris ostenditur verbo, clamant peccatores, qui à Domino veniam petant, cum sit longeà peccatoribus salus: De profundis clamaui ad te Domine.

Clamant, & iusti, sic suam salutem consecuturi ps. clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, clamant, quiqui afflicti sperant in Dominum, clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum. Hoc clamore Cananea ad Christi aures affectu potius, quam voce obtinuit, quicquid voluit, fiat tibi sicu vis, valde autem impiorum clamor insonat in eorum auribus ad quos obstrependo peruenerit; clamabat Elias affectu cordis ad Deum suum viuū, & verum, clamabant, & prophetæ Baal ad Deum suum, sed falsum, & surdum, illudebat Elias falsis prophetis, qui cum frustra vsque ad meridiem clamassent (inquit illis Elias) clamate voce maiore, Deus enim est, forsitan enim loquitur aut in diuersorio est, vt in itinere, aut certe dormit, vt excitetur, clamabāt igitur voce magna, & incidebant se cultris clamabant falsi ad Deum falsum, & inualescebant sanguine in sui exitium persusi, quem in sui exterminium poscunt effundendum.

Si hunc dimittis. Hos enim clamare oportebat, in quorum auribus vox clamans insonabat Ioannes ille Christi præcursor vox clamantis aiebat: Parate viam Domini, &cæt. sed quia hanc nec audire, nec audiri volebant, vt vocem voce superarent, fortiter clamabant: vocem audire nolebant, quia viam domino præparare despiciebant, & hanc inauditam facere satagebant, qui extinguere Christum cogitabant, clamabant. vociferabantur obstrepebant, quo validius sufflantes Arborem, quam firmam agnouerant, & confringere, & pœnitus euellere possent simulque corrueret, nec ipsos hæc eorum fefellit opinio, decidit, nam a sua firmitate Pilatus corruit, & auulsus est, tanto fragrore irruit ab Aquilone turbinis ventus, vt totum à sua constantia prosterneret hominem, quod & præuidit ac prædixit Ezechiel cap. 1. vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens ab Aquilone autem omne malum pendet, quia à malitia pharisæorum tota Christi controuersia emanat.

Ventus turbinis tunc ab Aquilone veniebat, quando ab omni pietate frigidis Iudæorum cordibus vox vna in ore omnium erumpebat, si hunc dimittis, Tolle tolle, &c. & Nubes magna imo & teterrima, vt obscurarent solem confunderetque iustitiā se opponebat, & ignis iracundiæ inuoluens omnia totam legem contaminabat, o impiam impiorum cateruam o scelestissimam viperarum progeniem maledixisti, inquit proph. sceptris eius capiti Bellatorum eius venientibus, vt turbo ad dispergendum me. Abac. 3

Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, Hæc duo inuicem comparare, simulque componere statuerat caliditas Iudæorum Amicitiam scilicet Cæsaris violationi Iustitiæ grauitati peccati, damnationi insontis, perditioni propriæ, amissioni salutis, & inimicitiæ Dei.

Sciunt utique edocti recte, sed pessime eruditi neminē posse duob. Dominis seruire, & quia aut vnū diliget, & alterū odio hēbit, aut vnū audiet, & alterū contēnet, sciūt nō posse hoīem Deo seruire, & Mamonæ, & quia Pilatum Mamonæ iam amatorem agnoscebant, qui pro eius stipendio Cæsari auro & argento locupletissimo seruire non ignorabant, Iesum vero coram habere pauperimum, & despectum videbant, statuerunt proponere Cæsarem bonorū cupitorum ab ipsa largitorem, cuius amicitiam longè præferre Christo sperabant, & à versutia ipsorum non fuere fraudati, Mox.n. Pilatus his angustiis vndique pressus, non quid ageret

ret aut in quam partem se flecteret, cogitabundus, sed in Cæsaris amicitiam: maxime promptus. Ab omni bene incepto opere destituit, & de facinore in facinus statim declinauit. Melius sibi esse cogitans omne flagitium perpetrare, quàm ab amicitia Cæsaris declinare, non sic prudens illa sapientiorque mulier, cui longe melius cogitauerat sibi esse incidere in manus hominum quam derelinquere, seu declinare à Dei viuentis lege.

F

Cæsaris autem sibi conciliare amicitiam Pilatus excogitauit, qui tamen à recto amicitiæ tramite procul aberrauit, nam & Gentilium testimonio elogium illud diuinum comprobatur, non posse inter impios amicitiā consistere, hoc Cicero edocuit hoc Plato declarauit, & Arist. quod & per Proph. Dominus ostendit: Non est Pax impijs dicit Dominus. Hinc inter improbos non potest amicitiā construi, inter quos semper vergia instant, & tam facile dessidia suboriri videntur.

Lib. de amicitia.
Isa. 48. 57.

Amicitia in honesto tantum consistit, & est mutuus Amor in virtute fundatus, & vt Platonicis vtar verbis est habitus quidam ex diuturno amore contractus, hæc est stabilis, hæc est firma, & vera Amicitia; Absit vt quemcunq; ad amicitiam recipiamus, à quo nos statim amari cogitamus. Nec hoc admittit Iulius, qui tali prius experimento probare quos in amicitiam recipere cogitamus, vt modium salis prius cum illo comedamus, idest longa experientia amorem eius probemus ne perperam à ratione amicitiæ declinemus, discant, qui tam facile credunt amicitias cum amatoribus contrahere, quibus sic fœdere conglutinatis nihil nisi ad facinora; ad voluptates, ad fœda opera perficiendum cogitant.

Vera amicitia in sola est virtutis honestate fundata

Cũ modio salis, idest diuturno tempore vera dignoscit amicitia.

Malus est, quisquis mundana plusquam diuina diligit, quisquis carnalia supra spiritualia concupiscit, quisquis temporalia plusquam æterna amat, & quis facinora perpetrat à virtutibus autem declinat impia amicitia, Cæsaris cum Pilato euum superior ratio ad inferiorem sensum, & appetitum flectitur. Hanc pessimā imprudentiam hominum consuetudinem, qui solis connectuntur caudis, illarum gedeonis more, sic inuicem copulatarum Diuus Apostolus hoc vnico edocuit, quicunque voluerit esse amicus huius sæculi inimicus Deus constituitur.

Vulpia.

Impossibile est, vt malus malo, aut bonus malo vinciantur vinculis amicitiæ, amabit quidē bonus malum, & iustus peccatorem quem à malo eripere propria vitæ vilipensione curabit, verum donec à malo non recedat malus, & efficiatur: Bonus non erit amicitia, quæ in reciprocatione veræ dilectionis consistit, sic enim Christus ipse prior dilexit nos cum adhuc inimici eius essemus, sic martyres, & sancti omnes nostræ salutis cooperatores, qui animas suas tradiderunt pro nobis, quique ad summum bonū æternæ salutis totum dilectionis negocium referebant, & propter Deum vltimum, & optimum finem nos diligebant.

Inter malos, & improbos esse nequit amicitia

Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris. Cum nihil homini iucundius nihil vtilius in vniuerso occurrere possit, quàm fides amicos habere, nihilque molestius, & damnabilius amicis carere, pessimo hoc uno homine frustratum iri amicitia Cæsaris Pilatum minaturos si Iesum quan

Nil fido nobis amico iucũdius est aut caritas.

doque impunem, vel superstitem dimitteret excogitarunt vix enim natus est homo, & in crepudiis constitutus quin in senectam vsque & senium, ac ad vltimum suæ migrationis instans amicorum necessitudine plurimum indiget, à quibus obsequia recipere coguntur. Nemo enim aut tam diues, aut tam potens imo, vel tam sapiens inter natos mulierum reperiri potest, qui non indigeat amicis magis autem his præpotens existit, qui amicorum gaudet multitudine, is nec indigens, nec pauper, nec indecorus apparere poterit, is tutus vbique, vbique fortis, vbique diues, qui amicorum caterua est munitus; Tot sibi sunt oculi, tot manus, tot ora, tot domus, & Aurei, & bona quot sunt amici, & possidentur ab illis, talia sunt enim amicorum officia, vt sint illis omnia communia.

Amicorum necessitas.

O quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, in quod vnum? non vtique in vnum corpore, aut vnum loco, seu vnum tempore, sed vnum mente, & corde, vt sit illis anima vna, & cor vnum in Deo, vtique sint vnum sicut ego, & Pater vnum sumus, quibus & si distinctio insit personalitatis, vna tamen inest vnitas diuinitatis, quo enim quis potentior, ac bonorū locupletior Rex, & Monarcha nonne amicorum copia maior illis inest indigentia? Amicus fidelis protectio fortis.

Fœlix qui multis fuerit munitus amicis.

G

Eccl. 6.

Vera insuper amicitia bona omnia auget hilaritatem parit, corroborat vires omnium res paruas auget, & debiles, ac tenues fortissimas reddit, si enim stemus simul quis stabit aduersus nos? & si stabunt aduersarij, quomodo præualere poterunt? sola discordia omne regnum dissipat, euertit singula, & desolat Ciuitates, ac omne Monopolion dissipando destruit, quia omne regnum in se ipsum diuisum desolatur, & domus supra domum cadet.

Innumera nobis bona cõfert amicitia.

H

Si potior, validiorque est amicitia quam pecunia, quomodo tam impensæ student homines locupletari potius pecunia, quam amicitia si hæc securior illa si præstantior, si denique fortior certe, & promptior animus in illam ferri tenetur, præsertim cum nullus sit qui naturæ iuribus ad sibi conciliandos amicos non feratur.

Quod si diuinum hoc sit præceptum vt diligamus inuicem quod & humanum vbique probat consilium, & communis omnium naturæ docet experimentum is vtique hostis deterior his omnium improbus bonorum emulator existit, qui ad dessidia conciliatos irritat animos, pacatos, & concordes concitat aditus hanc vnam omnium strenuam inter mortales virtutem qua ablata nihil constare, aut persistere potest tam boni quam iucundi verum cũ iam totus hic mundus in maligno sit positus difficilis est talis animorum compositio quorum tantum propria inest sui ipsius dilectio, tradens frater fratrem, & filii in proprios parentes insurgentes passim comperiantur rogãdus est summus omnium bonorum largitor vt det nobis suam pacem, quam mundus dare non potest, quia hoc donum eius, qui habitare facit vnanimes in domo.

I

Melior est amicitia q̃ pecunia.

K

Vix è mille vnum verum reperimus amicũ.

Omnis enim qui se Regem facit contradicit Cæsari. Hanc falsam Iustitiæ speciem, prætexebãt, efferati animo, vt Cæsaris indemnitati consulere viderentur, quem tamen intestinis odijs perseque-

ſequebātur. Attende igitur ò Pilate qui faues Cæſaris inimico in Cæſaris iniuriā cedere, hūc qui gloriam Ceſaris dehoneſtare fuit auſus ſuperſtitem relinquere verum & hic defecerunt ſcrutantes ſcrutinio qūo ſibi Chriſtus titulum aut regium nomen vindicauit, qūo regiam poteſtatem, iuraq; Cæſaris fraudare attentauerit, abſit hoc à Chriſto, cuius regnū non eſt de hoc mundo, cuius regiminis procul adeſt ſpecies. Hęc.n.(teſte Doct. Angelico) terrenę poteſtatis eſt cōditio qđ cōſortij alterius ſit impatiēs. A

Regnādi ambitioſa cupiditas. *Hæc ſecum* defert regnandi cupiditas procul ab ipſa omnē conſortem repellere; Chriſtus autem à regno in quo regnat neminem repellit, imò ad ſuſcipiendum, & intrandum compellit domum ſuam ēt inuitis exhibens apertam do nec impleatur numerus fratrū noſtrorū. Hinc non ſic edocti ſumus vt nos ad regnū peruenire poſſamus: ſed vt ad nos regnū eius perueniat. Non.n.orando dicimus fac nos acquirere regnū, ſed rogando petimus. Adueniat regnū tuū, qđ peculiare eſt regni ſpiritualis, ſalutis, & gratiæ, mentiuntur igitur qui Chriſtū ſe ſuffeciſſe regē vociferantur, ego ait conſtitutus ſum rex à Deo, prædicans præceptum eius, abſit nō ſe fecit regem qui natus eſt rex, non ſe fecit regem qui à turba declinauit, cum eum regē acclamauit. Nō ſe fecit regem qui rex ante ſæcula fuit, cuius poteſtas æterna eſt. Non ſe fecit regem qui rex ſæculorum eſt. B

Omnis qui ſe regem facit, tanquam dicant, Hic vſurpare ſibi voluit Cæſaris aliquā partem regni, Cæſar verus noſter rex, hic tyranni ſortem æmulatur, homo auſterus eſt tollens qđ nō poſuit, & metens qđ non ſeminauit; A vera poſſeſſione fraudauit Cæſarē, qui nō quæ ſunt Cæſaris, reliquit Cæſari, ſed à Cæſare ſeparauit, & in propriā tyrānidem vſurpauit, obliti hic ſunt uel certe ſe ignaros illius ſermonis Chriſti oſtēdunt, in quo hanc q̄ nunc ipſi calumniā impingunt apertè deſtruxit dū.n.oblata Ceſaris imagine in numiſmate relerata, quærerent an Ceſaris cenſum dare liceret, tentantes ſi quo modo in Cæſaris auctoritatē ſeu præſtantiā verbū ꝓferret mox reſpondit reddite q̄ ſunt Ceſaris Ceſari, &c. Qūo igitur audent hanc calumniam in Chriſtū ſtruere, & verba verbis eiuſdē contraria proferre? An nō habentibus, vnde ſoluerēt didrachma quo tributū ſolueret iuſſit Petro, vt ad mare progrediens à primi piſcis occurrentis ore extraheret numū, quo & pro ſeipſo, & pro C

Mat.17. Petro tributū ſolueretur. An hæc ſūt aduerſus Cæſaris regnū inſurgentis, & nō potius eiuſdē Cæſaris regnū cōfirmantis? ſic fecit Chriſtus ꝑ quē reges regnāt, &c. & à quo oīs ptās emanat. D

Omnis.n. qui ſe regem facit contradicit Cæſari. Hanc legem nō Tiberio peculiarem, ſed oībus Cæſaribus cōem credimus: nam & dominandi haſtus quo elati feruntur nō in eos ſolum qui ſe reges faciunt tumidis inſurgit præcordiis, verum & quo poſſunt animi liuore conciti ēt illos inſequuntur qui ab aliis ſe in reges ſublimari patiuntur. Adhuc.n. quotidianis inſtruimur exemplis: vnde tot bella noſtris his tempeſtatibus ſuboriantur, ac hincinde ſuccreſcant vt regnū aduerſus regnum inſurgat, omneq; aliud à ſuo quo quiſq; potitur deſtruat, & debellet, quo fit vt militū copiis debellati nihil tutū poſſideatur ſeu firmū habeatur, ſed & illud obſeruandū qđ dicitur contradicit Ceſari nō inquit E

pugnat aduerſus Cæſarē, ſeu depauperat ipſū Ceſarē ſiue offendit Cæſarē, ſed contradicit Cæſari, qui oīa ad nutum ſibi ſuccedere cupit, qui nihil moleſtiæ ſibi ſubeſſe patitur cuius ſuperbiæ ſublimitas eo protenditur, vt hoc ſolo ſermonis imperio ſtabiliri videatur ſic uolo, ſic iubeo, ſic pro ratione voluntas, nihil cedat iuri, nihil ſic rōni pareat, vt non ſingulis iuribus legibus rationibus propriū velle præualeat, nihil quouis ſtatuto, nihil quauis lege, ſeu decreto firmius qđ non propria voluntate peruertatur ſola Principis voluntas ab accolis à iudicibus à Magiſtratibus ſpectatur, & quiſquis cōtradicit Cæſari, iā Cæſaris inimicus reputatur, & quia nullius hominis iudicio ſubſunt omnia facilius præter ſua commoda contemnunt.

Omnis qui ſe, ſunt qui gubernant, & tamen qđ ſit munus gubernatoris ignorant, eſt.n. gubernare ad optimū ſuū finē res ipſas ordinare, & ordinatas reducere, præſtituere aūt finē omnino primum oportet, cuius gratia oīa fiunt adeo vt qui in executione vltimus cōſtituitur, in intētione primus ſtabiliatur, ſic enim & nauclerum nauis gubernatorē dicimus qui ſaluis mercibus nauem ſua diligentia ad ſalutis portum perducere propoſſe nō ambigimus, oportet autem regem, aliumve quemcunq; cui credita eſt multitudinis cura, ad commune bonū omnia dirigere, & ſic cuncta diſponere, vt cōmuni bono nil aliud videatur anteponere, & hæc animi magnitudo, quam adeo extollit Tullius ea eſt ob quam viri magnanimi deſpecto omni proprio commodo laboribus ſumptibus vita, & ſanguine vilipenſis pro communi reip. commodo totos ſe præbuerunt, quod & Salnator noſter optimè obſeruari tūc præcepit cū dixit; Bonus paſtor animā ſuam ponit pro ouibus ſuis, ego ſum paſtor bonus, & aīam meam pono pro ouibus meis, mercenarius autem fugit à veniente lupo, quia mercenarius eſt, ſed an non maxima eſt bene regentis merces? quo enim quis maioris eſt cauſa boni, an non ſupereſt, & maioris gloria præmii? Vide Doctorem Angelicum de regim. principum. Gubernatorū officia. Lib. de offic. Regum & omniū principū peculiare officium. Ioā.10. D. Tho. opuſc. 20.c.9.

Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones adduxit foras Ieſum, plures alios ſermones à Phariſæis, à Scribis, à Summis Pontificibus audierat contra Ieſum, & qui multis nō poterat ſermonibus flecti cōtra inſontem, vno hoc ſermone fractus corruit vbi non amplius de aliorū ſed de proprio agebatur dāno, quot præſides, quot ſuperiores, quot prælati, imò quot Pilati qui nullis aliorū mouentur dānis leges violari permittunt, ſancta conculcari, contēnunt oē aliorū exitium admittūt, nec alio pnt vrgeri ſtimulo, q̄ proprii dāni conſpecto periculo, hæc dānabilis totius eccleſiæ figura Pilati noſtris præſertim expreſſa diebus in oēs quærunt q̄ ſunt cauſis Chriſti vilipenſis, ſic.n. vinciebatur Cæſari Pilatus, vt deſpectis oībus iuribus, cæteriſq; oībus malis ab hoc vno elungaretur ne ab amicitia Cæſaris depelleretur. Hos igitur ſermones cū audiſſet totū euertere iudicium cogitauit, & quod prius tāta cura abhorruit, nunc plena deliberatione ſuſcepit, & ad facinus ſe conuertit, ad quod prius nullo modo flecti potuit. Vide amplius uera ſit hæc q̄ i principib. & iudicib. Author dāna deplorat.

Hoc agit non bene ſibi conſtans aīus; facile.n. hincinde flectitur qui lege firma, & ſtabili mēte non gubernatur, ipſe ſibi ſuæ imbecillitatis, inconſtantiæ, & ignauiæ teſtis efficitur, qui

L ſuo

ſuo proprio mucrone confoditur cum ad eum condemnandum ſe accingit, quem inſontem tonens declarauit ipſe ſuæ ſe impietatis teſtē eſficit & confirmauit necurretur Pilatus, vt iniquus iudex cenſeridum modo non contingat illum à Cæſaris amicitia diuelli, o harūdinem inani etiam vento agitatam, quæ ſic ad auram humanam flectitur, vt pœnitus ad ſui exitiū frangatur, neſcit ignarus gratiæ, quàm malum ſit homini confidere in homine quamque ſtultū ſperare in principibus, & in filiis hominum in quibus non eſt ſalus.

Pilatus autem. Attende autē quam damnabile aut quam proficuum ſermonibus, ſeu bonis, ſeu malis auditum præbere, ſunt qui ſanam doctrinam non ſuſtinent, ad fabulas autem cōuertuntur, ſunt qui colloquiis, & ſcurrib. oblectantur immundis, & ignorant mente, quod opere experiuntur, quoniā corrūpunt bonos mores colloquia mala, oportet.n. & illud verificari;

Pſ. 17. quod per proph. videtur eſt prænunciatum cū ſanctis ſanctos effici, & cum peruerſis, peruerſos eſſe, ſicut enim per auditum fidei præbetur aditus, quæ ſinus eſt noſtræ ſalutis, dicēte Apoſtolo fides ex auditu, auditus autem per verbū Dei, ita & damnationis ianua occluſa fuiſſet, ſi Diabolo, & ſerpenti illi prothoparentes noſtri non aures præbuiſſent: phariſæi tandē, ac Satrapæ in ſuam ſententiam Pilatū trahunt in quorum auribus crebris clemoribus obſtrepebant.

Diabolica hæreticorū verſutia *Accipe hinc* hæreticorum formā, accipe verſutiam, ad hoc.n. rudioribus cupide aſſociātur, vt iteratibus ſaltem vocibus in eorum ſententiam ignaros trahant quos meliori conſilio de-

Tit. 3. uitare docuit Apoſtolus, quorum exemplaribus ſancta edocta eccleſia colloquium, & cohabitationem cum fidelibus interdixit, vetuitque diſputationis congreſſum ignaris ſcripturarum cum ipſis ſubdolis hæreticis quorū calliditatis verſutia, non in alios quam in imperitos doctrina, & incautos debachandos defertur, hæc potuit phariſæorum caliditatis Pilati animum bene audientem de Chriſto accendere, & perurgere aduerſus Chriſtum, vide in quæ contraria (alias prudentiores viri) mutatus ſit animus iam igitur procul abeant fuci, qui ſe fingunt apes, procul abſint ſfinges qui ſe mentiuntur fideles, procul inquam iam recedant ſuper qui ſeſe fingebant oues.

Pilatus autem cum audiſſet hos ſermones adduxit foras Ieſum, Diabolus, qui miſerat in cor Iudæ, vt traderet Ieſum morti condemnandum ipſe in cor ſuggeſſit tandem Pilati, vt eundem Ieſum morti condemnaret, & quod ipſe per ſe ipſum perficere non poterat, hoc per miniſtros ſuos Iudæos, iam efferatos perficiendum curat, aut certè hic obſeruari poterit, animos iam peccato diutius detentos tanto ferri impetu in illud quod decreuerunt perpetrandum facinus,

Peccatorū haſtus, & ipetus. vt etiam diſſuadente, & reluctante Diabolo id ipſum perficiant nolebat amplius Chriſtum mori Diabolus, qui vxorem Pilati ad dimittendum Chriſtum, & liberandum ad Pilatum cum terrore miſerat, & quod nolebat Diabolus agnita ſui diſtructione regni, montem Chriſti hoc inuito, Diabolo Iudæi, & volunt, & poſcunt, quo facto docemur, quantum à veritate deuient, qui in diabolum ſua facinora tamquam in cauſam illorum retorquēt adeo enim impietate imbibitur dum in calescit in facinus animus peccatoris, vt nec ſtimulis amoueatur diuinis, nec terroribus gehennarum per petuarum, nec æternæ amiſſio beatitudinis nec rationes vrgentes neceſſitatis, nec dæmonum inſultus in oppoſitum quin anima calida non deguſtet aliquid antequam deſiſtat.

Pilatus autem. Adducit Pilatus Ieſum iudicādum foras, quod eſt extra quia extra omnem le-

F gem extra omnē iudicii rōnem, extra oēm ęquitatem, iudicaturus erat Chriſtū, adduxit foras Ieſum, qui iam dedignabatur ſequi Ieſum, adduxit poſt ſe foras Ieſum, quod cōe eſt omnium hæreticorū, ac impiorum, qui ſequi Chriſti veſtigia oīno recuſant; Adducis Pilate Ieſum foras, ſed qua lege, ad impios inſontem adducis? quo conſilio eum in quem nullā cauſam inuenis damnandū adducis? tradis, ad inimicorū inſtantiā, quem eripere teneris ab inimicis, & à ſe ductorib. liberare, in quo & iniuriam & vim, iuri naturali cōuinceris irrogaſſe, ducis, tu ad hoſtes trahis ad effrenatos concedis inſontem emulis? ſiccine tradis agnum dilaniandum lupis? tu impius iudex tot ſontes impunes dimittis,

G & vnum inter omnes iuſtum condemnas? ſuperſtite dimittis, tam flagitioſam caterūam, & iuſtitiæ ſcintillā extinguere properas? nullus à tam impia ſententia appellat? nullus profecto vbi omnes conueniunt vbi communis eſt animorum conſenſus fallens tamen o Pilate licet nullus Chriſti gloriam quærat licet (inqnam) Chriſti iura nullus tueatur, & de eius opprobriis conqueratur fallitur tamen quiſquis errat cū improbis, eſt.n. qui quærat, & iudicet.

Et ſedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithoſtrotos hebraicè autem Galbatha, Ornatus iudi-

H cum inſigniis Pilatus locum iudicis aſcendit ibique pro tribunali, ideſt tanquam iudex iudicii tribunal ſeſſurus aggreditur, ideo & gabbatha dicitur, quo loci eminentiam hebraico ſermone ſignatur nec non lithoſtrotos, quod lapidum ſtructura conſtructum denotatur, quibus neceſſaria nobis miſteria innoteſcant eminentem fuiſſe videlicet locum iudicii, hinc indeque lapidibus obſignatum iudicandus quidem erat eminentiori loco ſuper homines conſtitutus, qui pro ſalute omnium iudicādus erat emineri debebat quæ videre oportebat, & in quē

I quiſquis aſpicere debebat, vt a quo ſalus noſtra tota pendebat ſtratum erat lapidibus tribunal tam impii iudicii, quia vndique frigeſcebant corda inſtar lapidum obdurata.

Inſuper omnia Chriſti opera cum in palam ſint facta, vt ſint omnibus conſpicua nihil voluit in occulte conſiſtere, ideo & Euangeliſta non obiter adiunxit gabbatha, ſed conſulto retulit, euidentiam actionis denotans ſyriaco tamen idiomate Gabbbatha mons altus, ſeu altitudo montis dicitur cuius, & ſponſa meminit en dilectus meus venit ſaliens in montibus tranſiliens col- Cant. 2.

K les, & alibi erit mons domus domini in Iſa. 2. vertice montium, & fluent ad eum omnes gentes mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo quod cum dilecto, vnigenitoq; filio Abrahā conſcendit gratiſſimum ſuæ obedientiæ oblaturus propriæ prolis ſacrificium.

Et ſedit pro tribunali in loco, qui dicitur. Iam lapis angularis, vt eccleſiam conſueuerat in medio petrarum ponitur, deſtructurus ſynagogā, & lapides ſectos ad eccleſiæ ędificationē aſſumpturus, Petra erat Chriſtus, petræ erant

Iudæi

Iudæi, sed lapillus hic erat Christus omnibus despectus, ac virorum omnium nouissimus, tanti tamen ponderis, & virtutis, vt totam synagogæ statuã cadens destruatur, & cõminuatur, Petræ erant iudæi obstinatione durissimę, omni præcipitio dediti, & omni charitate vacui põdere peccatorum grauissimi consultoque exprimitur Christum in lithostrotos cõstitutũ quasi beluis ad dilaniandã expositũ, de quib. dicitur De medio petrarum dabunt voces, voces terroris, voces crudelitatis, & mortis, sed constantissimus Iesus in lithostrotos ponitur ostendendus populo, veluti ex parte fortiss. ad hæc omnia pro salute omnium subeunda cõiuncturus parietes non ex luto, sed ex lapidib. expolitis ponitur in habbata, quia in morte & per mortem exaltandus erat, ibique suam ostensurus virtutem vbi maiorem parauerant ignomiam, cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis, quia ego sum, & si exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.

Erat autem Parasceue Paschæ hora quasi sexta. nec horam obticeri debebat qui tantum opus describebatur, hora (inquit) quasi sexta, q̃ aliq̃do vocatur ab aliis tertia, quia eorum, quæ versantur in medio cõis est extremorum participatio, & ex participatione denominatio. Parasceuæ aũt dicitur quasi præparatio Paschæ redíliorum aũt præparatio pro sola sabbathi solemnitate fiebat, nulla. n. solemnitas adeo celebrabatur apud hebræos ac ipsum sabbatum, cum in eo solo nihil prorsus operis efficere debebant quo Dei requies ab omni opere, quod patrarat protestaretur.

Passionis Christi hora.

Erat, & Pascha ante sabbathũ, quod & Christus celebrauit, erat. n. vt tunc contigerat in die veneris, quæ quintadecima luna erat, & ĩ quartadecimo in sero post solis occasum in Agni esu celebrabatur. Parasceuæ autem non hic aliter sumitur, quæ pro præparatione Paschatis, pro ipso die sabbathi, quod maximę obseruationis erat. octo, namq; dieb. pascha celebrabatur, & eo die solemnior habebatur quo & sabbathũ celebrabatur. erat enim magnus dies ille sabbathi, erat magnus (inquit) quia illi antiquæ legi ad tempus præfixus erat, de cuius cessatione seriosius egimus sup.

Iudæorum sabbata.

Nunc autem Neomenias, & illorũ sabbatha sunt repulsa Domino prædicente, cessare faciã omne gaudium eius Neomenia, & sabbathum eius, & omnia festa tempora eius, & alibi: Ne afferatis vltra sacrificium frustra incensum, abhominatio est mihi Neomeniã, & sabbathum, & festiuitates alias non feram, calendas vestras & solemnitates vestras odiuit anima mea; facta sunt mihi molesta.

Ose. 2.

Isa. 1.

Recte ad hanc nos reuocat sententiam hoc vno vero Euangelista inquiens erat. n. magnus dies ille sabbathi magnus erat dum magnis mysteriis plenus erat, dum magna illa nobis exhibita naturalia beneficia præferebat, & velut grauida maiora designabat, quib. expletis iam magnus non erat magnus, qui magna in illo figurabat requieturum videlicet dominũ inquiete sepulcri peracto omni nostræ salutis opere.

Magnus ex diuino institutus præcepto, magnus quia benedictus & sãctificatus à Domino, magnus in illo, s. populo cuius solemnitatem ad illustriorẽ diem transferri oportuit, in quo Dominus resurgendo triumphauit qui dies dominicus ea ratione nuncupatur, quod Iesus in eo deducta morte glorificatur, & ideo sabbatho maiori quia toti mundo & perpetua celebratione obseruandum prædicatur.

Erat aũt parasceue paschæ. Nũ quod ea prima die non esset pascha cum non in plenilunio, seu in quintadecima luna esset, sed ex eo parasceue dicitur, quia eo die parabãtur quęcunquẽ erãt præparanda pro sabbato in quod solẽnius agebatur pascha, maxime aũt oportuit, & hoc præcipue tẽpus præsignare, diemq; ac horam tanti facti describere, cum plena sint oĩa mysteriis diem nominat in quo agni sacrificium populus omnis iubente Domino offerebat. Nota.

A

Hora aũt connumeratur sexta, quia Pascha, nostrum procul à tenebris, sed in lucis splendidissime radiis, in vespere offerebatur agnus, cuius sacrificium figura obtenebrabatur, christus verus Dei Agnus plena luce offertur, quia ablatis vmbris sacrificatur, in nocte typicus ille agnus vorabatur ad vesperã paschæ, verus agnus Christus manducatur qui lux est hominũ, ad lucemque vocans homines nihil tenebrosi habens nec cum tenebrarum principe cõicans lucem habitans inaccessibilem.

B

Et dixit iudæis, ecce rex vester, Hironice hic loquitur Pilatus ad summos iudæorum põtifices totamq; Hebræorum cateruã tanquã diceret videte qũo frustra insultatis tanquã regi tã despecto viro qui est pauper ac dolens ac in laborib. à iuuentute sua videte, & quẽ & de quo timeatis trepidantes quid frustra timetis vbi nõ est timor, mirum est & maximæ vecordiæ vestræ signum quod hunc tã despectũ ac vallatũ ærũnis, timeatis nemineq; persequente trepidetis, qaduid huc frustra ĩ exanimẽ vr̃ inseuire animus, quid de regno aut ptãte eius formidatis conspicite ingloriũ, illusum, nulliusve formidinis virum honorib. vacuum probriis pro dignitate vallatum harundine pro sceptro dotatum alapis, & sputis oblitũ diademate spineo coronatum decisoria insuper veste amictum.

C

Videte uirum uestris nunc undiq; obtutib. despectum, nouissimumq; virorũ non habentẽ speciem nec decorẽ quid vltra timetis, quid periculi inferre vobis vlterius poterit si regiam sibi vsurpauit dignitatẽ, eam sibi in ludibrium ego vt cernitis conuerti, & accõmodaui, cæterũ est insonti parcatis nec me ad condemnandum in quẽ nõ inuenio causam cogatis, satius vobis, & mihi si sic emendatũ castigatumq; dimittere. Inuitus legis Pilatus vera tuetor.

D

Attende hic quam inuito animo Pilatus iura legis tueatur quã intrepidus innocentem protegat à sæuientib. & cõspirãtib. in ipsum in hoc nostri tpis multis iudicib. iustior, in pauperes pronior & in insontes fauorabilior, dũ nõ iudicis tm̃ partes, sed & pro deficiente procuratore causã tuendã suscipiẽs suut ex nostris, qui auditis tm̃ clamorib. insurgũt sæuiãt, & protinus q̃ oportet snĩa proferũt, inauditaq; parte cõdemnant, nec descẽdere patiũtur, vt iudeãt vtrũ clamorẽ opere cõpleuerint aut certe addefigẽdos eorũ oculos in eorũ regẽ inuitat vt ꝓpria in illũ crudelitate, ꝓteruia, insanoq; liuore conspecta resipiscant, tanquam ex animo improperaret, o efferati durę ceruicis homines.

E

O omni impietate imbutos animos ferinaq; corda in tantũ, & talem virũ sæuientia, in talem ac tantũ benefactorem ex cãdescentia, in Deũ, & hoĩem tãtis miraculis corruscãtẽ proclamãtia.

ecce inquit rex vester, in quem desiderant Angeli prospicere, cuius vultum gentes depræcabuntur, quem multi reges, & prophetę voluerunt videre, & non viderunt, ecce regem vestrum, regem sæculorum, regem gloriæ Dominum virtutum regem, regum, dominumq; dominantium o beati mentibus homines, quis vos fascinauit, quæ vos tanta caligine culpa oculos obtexit; in quorum oculis proscriptus est Christus.

Haccine sunt vtin, quæ tãto regi famulantur obsequia, hæc sunt quæ benefactori tam munifico impenditis beneficia? Hæccine reddis Domino popule stulte, & insipiens? existimasti, quod esset tui similis? Arguet te & statuet contra faciem tuam iudicium, tuum rex vester erat vobis promissus, vobis datus, vobis natus, vobiscum semper conuersatus, ad oues, quæ perierũt ex Israel tantummodo missus, tu anima diuina charitate perfusa, humana pietate non vacua respicis in faciem Christi tui, & noli obliuisci creatoris ac saluatoris tui sic preparãtis salutẽ tuã.

Illi autem clamabant; tolle tolle crucifige eum, Huius clamoris impietatem sanctus. Iob c. 21, meminit cum ait dixerunt videlicet impii Deo recede à nobis sciam viarum tuarũ volumus, & geminat vocẽ tolle tolle quo maioris sui desiderii hastũ ostendant hincq; ac inde animum Pilati ne declinet muniant, sed nesciunt qui mente sunt capti quod dum duplicãt tolli a se Christũ sed vobis priuari bonis flagitant tolle a nobis bonorũ æternorum gaudia, tolle, & cõcessa nobis regna tpalia, tolle spũalia, tolle corporalia, tolle gloria, tolle, & gratiam verũ his pro nobis tolli dicitur Christus qui à nobis oẽ malum tollit qui culpã remittit, & à gehẽna nos absoluit qui animam simul & corpus ad Beatitudinis gloriam euehit, qui à maledictione culpæ, & à reatu pœnæ nos eripuit, & ideo clamant, vt qui procul sunt audiant, minus intenti aduertant, & testes facinoris vndique fiant: oportebat enim huius facinoris dessignatos olim testes adhiberi, quos ipse auocauerat Dominus. Audite cœli, & auribus percipe terra filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me cognouit Bos possessorem suũ, & Asinus præsepe Domini sui, Israel autem me non cognouit populus meus non intellexit væ genti peccatrici populo graui iniquitate filiis sceleratis dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum.

Impietatis clamor.

Esa. 1.

Vt igitur, cœli hæc audiant, vt terra omnis talia intelligat sintque testes cum aduocauerit cælum desursum, & terram discernere populum suum, clamare illos imprudenter contra seipsos oportuit.

Illi autem clamabant tolle tolle. In summo hoc communi cunctis hominibus sacrificio eximia omnia, omniaque concurrunt sublimia, in sublimi ciuitate per sublimes Pontifices conclusum fuit negotium à rege approbatum Herode à præsidis sententia firmatum in die sublimi patratum in splendidiori hora consummatum à clamantium, & vociferantium vocibus propalatum, ideoque clamabant, quia calidiores contra Christum effecti æstuabant, anhelabant, & velut canes profusis linguis ora tenebant opportebat, & eos ora tenere quorum spiritus ab eis posset recedere, qui mancipium mortis debebant remanere, clamant, vt tollatur Iesus à; populo à ciuitate, e mundo e vita, quem iam à propriis cordibus repellerant ipsi à se ipsis salutem abdicãtibus omne bonum repudiantibus diuina cuncta reffellentibus libertatem adimentibus in cunctisq; malis deficientibus sic enim dum alium iudicant se ipsos condemnant, sed adhuc parum sibi videtur Christum à se tolli, qua propter petunt, & extolli crucique configi, quia

F nõ satis illis odisse Christum in vita, sed in morte ac post mortem ignominiosa morte plectendum ex graui liuore poscentes.

Dicit ei Pilatus regem vestrum crucifigam? tanquam dicat, vt video tali indignatione efferbuistis, vt qui vobis cedunt in damnũ & ignominiam non aduertitis, nam si regem vestrum tanto afficiam, vt patibulo crucis affigam, quæ ignominia vestra erit, sic vestrum inglorium reddere regem, quod si caput tam turpi morte condemnetur, quæ membrorum gloria remanebit? Attendite nedum in opprobrium capitis conuenitis, omnia corporis membra dehonora

G tis, si regem quæritis morte plectendum, qua pœna putatis erunt subditi, & inferiores multandi? Attendite, quod dicitis considerate, quod petitis, regem vestrarum crucifigam? Nõ paruum hic argumentum desumimus Non vsquequaque obcecatam mentem Pilati in aliquid luminis effulsisse, per quod Christum regem esse esto non certo credidisse, maxime tamen coniectasse: & dubitasse, quamuis enim paulo ante ad Christi ludibrium nomine regis Iesũ nuncupasse aliquibus videatur, hoc ad se dandos efferatorum animos sunt interpretati.

H Hic tamen vbi serio de sententiæ executione agitur serio etiam eum regem vocare dignoscimus, neque enim argueret iudæorum proteruiam, qui aduersum regem ipsorum seuiebant, nec eum regem pertulisset si saltem eundem regem esse non dubitasset, ex verbis enim eius concluserat ergo rex es tu cui respondit Christus tu dicis, quia rex sum ego.

Audierat, & Pilatus turbam pridie Christo acclamantem benedictus, qui venit in nomine rex Israel intellexerat apud multos christum Messiam Iudæis promissum, non ma-

I gis tantæ rei ignarus, illa Samaritana, quæ procul à Hierusalem audierat aduenisse Messiam, qui dicebatur christus viderat miracula potestatem habentis, quibus omnibus aliquid magnum conceperat de Christo, dubius de eius qualicumque regia dignitate, optimè igitur hanc Iudæorum detestatur per filiam, facinus immensum exprobando, regem vestrum crucifigam, idest, vos me non solum occidendum, sed & ad patibulum crucis affigendum impellitis, immo compellitis? Videamus, & nos quam exinani-

K tum sit Christi regnum in hoc mundo, qui fieri posset si in hoc mundo essent de regno eius, vt insurgerent, decertarentque ne traderetur Iudæis, & à Iudæis, quot enim sunt hæretici tot sunt Iudæi ac pharisæi, hi sunt qui Christum produnt, qui Christum negant, qui regiam maiestatem decolorant, deturpant, detestantur, & à se ipsis præscindunt, cum autem ex nobis pauci sint, qui se opponant, quive decernent ne ad illudendum, & crucifigendum tradatur vrgentibus

hæreticis

hæreticis,& impellentibus maumetanis.

Profecto à Christi regno procul sũt principes ac pastores sua tm̃ quærentes,& Christũ ne his tradatur minimè protegentes. Hoc vnũ suæ maiestatis, & dignitatis propugnaculũ Magnum Philippum Austrium longo euo conseruet Dominus, in cuius Catholicæ fidei zelo velut in cardine negociũ vertitur proprietatis, aut oppressionis ecclesiæ iam in sublime insonuerunt acclamantium vnanimæ voces tolle tolle iterum crucifige eum, in horum duorum latronũ medio expositus Christus quomodo non tollitur quomodo non aufertur, imò non moritur non crucifigitur.

Catholico & inclito Hispaniarũ Regi quantũ debeat Christiana fides & pietas author ostendit. cuius ꝑpotenti munimine; ardẽtissimo zelo eius; catholicæ robur ecclesię extat incolume; qui (inquã) cũ virili pietatis ardore; ꝓ Christo & ecclesia eius; incessanter decertãti agone.

Responderunt Pontifices, non habemus regem nisi Cæsarem. Locus hic, & tempus, sententiæ. Non loquuntur nisi qui præsunt iudices, Pontifices sunt, qui omni se expoliant regno, iam frustra igitur gloriantur præsumunt, si qui Iudæorum de Regno, seu regia potestate. Non habemus (inquiunt) regem, nisi Cæsarem; Hanc in seipsos protulerunt sententiam. Pontifices.

Expetierant olim à Samuelle, vt regem ipsis constitueret, essentq; subiecti regibus, vt cęterę gentes, quod ægre ferens Samuel consultato Domino, respondit illi Dominus, iuxta petitionem ipsorum tribue illis, non.n. abiecerunt te sed me, nec regem super eos verunt-men contestare eos ius regis q̃ regnaturus est super eos, quo facto addidit Samuel clamabitis in die illa à facie regis vestri quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa: quia petistis vobis regem.

Priores illi petierunt quidem Samuelle, non non ausi tanta temeritate, vt ipsi sibi constituerent regẽ quem tandem acceperunt ex propriis confratribus Israelitis, verum hi posteriores illis prioribus effecti peiores prorsus, & à se, & ab omni Israele omne abdicant regnum omnem adimunt Dominii potestatem.

1.Reg.8.

Non habemus (inquiunt) *regem nisi Cæsarem* quid de nostro rege vlterius mentionẽ facis, ò Pilate: ne timeas, nec reuerearis hoc vnũ nos oẽs vna communiq; voce, vna eademq; sñia decernimus, & protestamur nullum à Cæsare regem habere, nullum à Cæsare regem admittere, & acceptare. Hæc & si falso in auribus tamẽ Pilati personant quem trepidum, & velut arundinem vento agitatam inconstantẽ agnoscunt. Nonne & Hierosolymis aderat Herodes rex Iudeæ. Nonne & Agrippa superstes erat rex Ituręæ? mentiuntur se non habere à Cæsare alium regem, tamen cum hi ex alienigenis essent à sola Iudæa regnum.i. regiam potestatẽ ademptã cõi sententia confirmant. Audiamus August. de his differentem, ipso.n. (inquit) veniente Domino euersum est regnum Iudæorum ablatũ est à Iudæis: si considerentur priora tempora inuenitur, quod semper de tribu Iuda reges fuerũt, vnde dicti sunt Iudæi. & non habuerũt alienigenam regẽ nisi Herodem illum qui fuit eo tempore quo natus est in Iudæa Dñs, quia in Prophetia dictum est, non auferetur sceptrũ seu Princeps de Iuda, donec veniat cui promissum est, ideo ante Herodem omnes de tribu Iudæ, sed donec veniret cui repromissum est, attestante Angelo, dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Aug. in Psal.75.

Luc.1.

Quare (inquit) ille modo non habent regnũ nisi quia nolunt cognoscere regem videte iam si Iudæi sunt appellandi, ipsi.n. voce sua abdicauerunt se ab isto nomine, vt non nisi sola carne dicendi sint Iudæi, vbi se abdicauerunt abissos, in quo gloriantur noĩe? dicebant non habemus regem nisi Cæsarem; sæuiebant in Christum.i. in genus Iuda sæuiebant in Dauid, & semen eius, dicebat illis Pilatus regẽ vestrũ crucifigã? & illi non habemus regem nisi Cæsarem ergo
A impleta est prophetia, illeq; venit qui iam mittẽdus erat, suum est regnũ, sua est potestas. ego (inquit) ipse constitutus sum rex ab eo super Syon Montem Sanctum eius prædicans præceptum eius. Psal.2.

Venit ergo ille cui repromissum est, illi igitur verius Iudæi, qui Christiani facti sunt ex Iudæis Iudea n. vera ecclesia Christi est credens suscipiensq; illum regem, qui venit ex tribu Iuda, per Virginem Mariam, de quo Apostolus. Memor esto Iesum Christũ resurrexisse à mortuis 1.Thi.2.
B ex semine Dauid secundum carnem, non ergo insultent Iudæi, qui iam non sunt Iudæi dixerunt ipsi, nos non habemus regem nisi Cæsarem, melius illis erat Christum habere regem qui secundum carnem ex semine Dauid erat Deus autem super omnia benedictus in sæcula.

Tunc ergo tradidit eis Iesum ut crucifigeretur, vsque modo vacillauerat Pilatus, dubiusq; in vtranq; partem flectebatur, nunc corruit, & cõfracta est arundo turbine impellente concussa inualuerunt acclamantium voces, & præualuerũt, maluit aura popularis, & amicitia Cæsaris, abierat iam in consilio impiorum in viaq; steterat, nunc in cathedra pestilentię sedit. Tunc
C cum impijs videlicet impietatem expleuit, petitioni consensit, & quem nouit innocentem, cruci condemnauit. Nam per optimè non alio quam per verbum tradidit, tantum facinus Euangelista describere maluit.

Primo ut instante nunc executione mortis, & passionis eius tempore eleuata tuæ mentis acie illud hic ne deficias, & ne causeris scandalum patiens in turpissima morte Saluatoris. Ideo moritur Christus, quia traditus, nũquam enim mori potuisset nisi prius traditus fuisset, neque
D à Pilato tradi posset nisi ipse Christus Pilato traditus esset traditus fuit Pontio Pilato à Iudæorum Principibus ipsis vero Principibus, & Satrapis per proditorem Iudam, sed vnde hi tradere potuerunt qui in Iesum nullam ex se ipsi potestatem habuerunt.

Rectè huic quæsito respondit Christus improperanti Pilato, & de sua in ipsum potestate glorianti, non haberes (inquit) in me potestatem aliquam nisi tibi datum esset desuper, ideo tradere potuerat Iudas Pontifices, & Pharisæi, &
E Pilatus Christũ ad probra, ad flagella, ad crucẽ, & necẽ, quia prius & à patre, & à seipso ad hæc subeunda traditus fuerat traditus est à patre vl3 pp peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram, & alibi; Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, de seipso autem sic testatur Apostolus, viuo in fide filii Dei, qui dilexit me, & & tradidit semetipsum pro me, & iterum, ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis ablationem & hostiam Deo.

Rom.4. Cap. 8. Gal.2. Ephes.5

Hinc Pilato tradendi Christum, & crucifigendi concessa est facultas: nemo tollit animam suam, idest nemo eum sua vita priuare posset, sed ego pono animam meam, & iterum sumo eam, idest ego me trado morti, & ego ad vitam me resurgendo reuoco, tunc igitur quum videlicet tradi voluit Christus tunc in illa ab eo electa hora in eo ab eo electo tempore, ab eo electo die tunc quum morti Christus laxauit habenas, Tradidit Pilatus Iesum ministris, & carnificibus, vt crucifigeretur, traditur tamen Christus a Iuda à Pontificibus à Iudaica turba, F & à Pilato, vt vita priuetur, & non memoretur vlterius.

Traditur autem à Patre, traditur, & à seipso homine, vt nos à morte redimeret debita nostra solueret, & à damnatione saluaret, vide inquam impietatis foueam incidant illi, vide in quam misericordiæ sublimitatem conueniunt isti. Attende illinc persequentium insaniam, attende istinc diuinæ sapientię, iustitiam illi odio concito iustum persequuntur, isti pia charitate feruidi impios liberare molitūtur, intentāt mortem, qui procul sunt ab ipsa vita: vitam parāt, G qui sunt ipsa vita Pater & filius consentit Christus Pilato, consentit Iudæorum cateruę, consentit Pontificibus.

Acceptat sententiam, sumit crucem properat ad patibulum procul tamen ab intentione seuientium, vtinam, & nos tam præclaro nostri Saluatoris exemplo inquiente persequentium liuore nulla habita insequentium ratione spōte nostræ crucis supplicia, pro nostra reciperemus salute, concurrunt impii iustū persequenquentes opprimentes, flagellantes, crucifigentes, concurrunt, & ipsi pater & filius hæc omnia ad salutem, & vitam nostram operantes. H Huc tendamus ad hæc (quæso) & nos nostræ mentis oculos conuertamus ipse enimo velut agnus coram tundente se obmutuit, & ad victimam ductus os suum non aperuit.

Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum, Tandem susceperunt, & liuori ipsorum traditum furore conciti apprehenderunt: nam Luca attestante tradidit eum Pilatus voluntati eorum, quid si hic interesset spiritus cui præstaretur piæ contemplationi locus? diu rugitus suos emiserant leones, diu dracones, insibilauerant in Iesum rapacissimi lupi diu ablatrauerant canes, diu tota pene pharisaica turba momorderat agnum, quem tandem tradente Pilatum admactandum suscipiunt, sed qualiter mactandum morte (inquirunt) turpissima condemnemus eum, ponamus lignum in panem eius, idest sit lignum panis eius, vt deguftet amaritudinem passionis in ligno, sicut famelici dulcedinem panis experiuntur in cibo, omni lege refelluntur, remouentur, reprobanturque, à quouis iudicio inimici hoc vno facinore macu- K latur Pilati iudicium, quo contra omnes tam communes, quam vniuersalissimas leges dum non solum hos audit, & acceptat aduersus eum quem per inuidiam sibi traditum nō ignorabat.

Verum, & eorum voluntati ad libitum molestandum concessit, quo facto & illi præter omnem iustitiam imo contra omnia iura delluderent, molestarent, & funestius pertractarent, nullis homini iudicium terminis circunscribitur, nullis æquitatis legibus, vel saltem forinsecus palliatur, nulli hic pietati locus conceditur, sed impietati odientium potius proiicitur, quā exhibeatur, quia velut disruptis iā iustitiæ, quā legum omnium catenis authorem iustitiæ omni iniuria, & vilipendio propellunt.

Suscepto a carnificibus, Iesu mox educitur foras, & adduxerunt (inquit) eum ipsi adduxerunt, qui quem abnegauerant repellebant, non solum non ferentes, vt sub suo regno viuerent, sed nec vt inter ipsos ipse habitaret aut viueret non egrediebatur traditus sum, & non eggrediebari, sed pulsus ac illorum impietate coactus eggreditur, & adduxerunt (inquit) eum, idest impellentes eiecerunt eum illius magni Agricolæ filium, quem venerari omnino oportebat expulerunt, & vt occiderent eduxerunt lapidem illum reprobauerunt quo ablato rueret synagoga, & construi posset ecclesia Angulari lapide solo Christo existente, iustus extra Hierosolymam educitur, cuius doctrina fides, & vita contemnitur, & reprobatur recede à nobis, insultant scientiam viarum tuarum noluimus simplicis. Abel iniquo suggerēte fratre Caino foras egreditur sæuissimo feriēdus baculo. Ephe.2. Sap.7.

Hęc in Christum egit proterua Iudæorum, insania, cæterum exeat iam ab impiorum caterua ipsa summa bonitas, nulla vlterius patitur mora quin ex eggrediatur relicto iudaismo, desideratus cunctis gentibus illinc eggrediatur salus, vt istinc suscipiatur, sint nouissimi primi, & primi nouissimi, relinquatur, recedat à ciuitate custos ciuitatis, vt frustra vigilent, qui custodiunt eam quo recedente, terræ vestræ desertæ, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorent, & desolabitur, sicut in vastitate hostili. Isa.1.

Derelinquatur, filia Syon sicut turgium in cucumerario, & sicut ciuitas, quæ vastatur.

Veniat ad nos saluator extat Hierusalem alias oues habeat, quibus, & salutem præbeat, quæ non sunt ex illo ouili, & illas opportet adducere, vt vocem eius audiant extra Hierusalem exeat commune holocaustum generaleque sacrificium oblaturus, quod omni alio iugi præfiguratum est vbique locorum sacrificio apposite extra Hierusalem moritur Iesus, qui omnium solus est Saluator hominum, qui solus Dei, & hominum vnus est Mediator, in quem gentes sperabunt, ipsumque deprecabuntur extra, qui missus est, vt sit in lucem gentium & salus earum vsque ad extrema terræ.

Sed si licet etiam sistere pedem nobis, & sese, aliqua mysticè designantur extra Hierusalem, & non in Hierusalem Christus occiditur vapulat quidem., & flagellatur in Hierusalem percutitur opprobriis molestatur sputis detur patur alapis iniuriatur, spinis coronatur ludibrio exponitur, irridetur, haud tamen occiditur, quia dum Hierusalem pro ecclesia mystice describitur in ea Christus non occiditur in qua nunquam fides eius extinguitur, nunquam enim in ecclesia occiditur Christus cuius fides in ea inuiolata seruatur, non occiditur Christo rogante, vt conseruetur rogaui pro te (inquit) o Petre, vt non deficiat fides tua. Luc.22.

Ad hoc autem ut occidatur, extra deducitur, & ab exclusis dum negatur occiditur autem dum scinditur dilaniatur a quib. autem hæc talia pati posset in hac Hierosolyma nisi, & boni, & mali continerentur in Ecclasia. Dignū annotatiōe mysterium.

Sint

Sint inter Principes sint inter Pontifices sint, & inter Sacerdotes boni, & mali sint boni obsequentes Christo; sint mali, qui offendāt Christum, sint in populo, sint & in vtroque sexu pij, & impij; sequentes Christum, & se opponentes Christo: An non in Christo faciem expuunt, qui blasphemias in ipsum euomunt? An non insurgunt alapis in Iesum, qui sacris abutuntur, deque spiritualibus eius donis, ac Sacramentis obloquuntur; qui de factis eius conqueruntur, & prouidentiæ eiusdem legem præbere coguntur.

Irrident inuidi, flagellant superbi, ligant auari, ludibrio pergulosos exponitur, spinis ab his coronatur, qui inuoluptatum deliciis velut in mundi floribus obuoluuntur. Tandem à Hierusalem abducitur, vt occidatur: dum impii in hæresim (quæ pœna est peccati) incidunt, & extra Ecclesiam recedunt, ibi occidetur, mactatur, sepelitur, An non erat ab Arrio occisus Christus dum à Christo subtraxerat diuinitatem? Occolampadius Iustitiam, Caluinus, & Lutherus prouidentiam cum sine his nequeat esse Christus certe his ablatis a Christo occisus restat Christus.

Et baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locus. Cum non dicat Euangelista, & baiulantes sibi crucem, sed in singulari dicatur baiulans sibi crucem, facile conspicimus iusto non esse positam legem qui tamen continētur sub lege; non enim impellentibus, aut vrgentibus aliis coactum Christum à sycariis ad suscipiendam crucem, sed mox loco addictus

(Supra c. 13.) vbi sua crux continebatur sponte, ac statim ad crucem manum extendisse, eamque sibi supposito accommodasse, dixerat prius Iudæ proditori, qđ facis facietius: nūc vt citius fiat quod vltraneus faciebat debuit, nulla interueniente mora manum ad perficiendum opus extendere, quo & nobis apertius demonstraret se non impiorum, aut Pilati, aut carnificum voluntate perurgente, sed Patris beneplacito sic volente crucem ipse subiret.

Ipse humiliauit semetipsum extendens manum, ac oneri se subiiciens, namque & hoc sui

Luc. 9. exemplum præstitit cum alibi dicitur. Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me, & qui non tollit crucem suam, & sequitur me non est me dignus.

Egredietur Iacob assumpto baculo à propria domo, vidua Sareptana exit à Ciuitate duo ligna collectura, antequam moriatur, & ipsa cū filio suscepta pharetra, & arcu egreditur primo genitus Iacob patri grata præparaturus obsonia, egreditur Iudith ad salutem populi Bethuliæ inimicum Holofernem occisura, egrediatur tandem Isaac noster suo onustus lignorum patibulo.

Exeamus & nos extra castra ad eum (inquit

Heb. vltimo. Apostolus) portantes improperium eius. Egredimini inquit proph. filiæ Sion, & videte Re-

Cant. 3. gem Salomonem cum diademate quo coronauit eum Mater sua forsan, aut verebaris Sacerdotes, aut abhominabaris pharisæos, aut timebas Pontifices, aut certe prætorium formidabas quinimo nec ipse Christus, dū esset expositus alapis, flagellis, opprobriis, derisionibus & spinarum aculeis ad hæc subeunda te secum inuitauit, ad solam quam extra Hierusalem gerebat crucem non semel, sed iterum atque iterum te sub cruce.

Hæc sibi velut soli in Hierusalem existenti reseruasse videtur Christus, & solam eam quam (Mat. 16. Marc. 9. Luc. 17.) extra Hierusalem suis humeris detulit, & tibi exhibuit solus Christus defert sibi suum patibulum alij omnes sola colco ligata fune ad illud ducuntur licet enim (ô fidelis anima) in Hierusalem sis compassa Iesu, haud tamen es comitata Iesum: nec consortem habere voluit Hierosolimitanum ciuem ad ea mala subeunda quæ ibidem est perpessus, qui consortem amauit ad eam subeundam crucem quam foras

A detulit, quia salus extra Hierusalem deferebatur, & Gentili offerrebatur, quid nisi cum Petro in Hierusalem Christum sequendo licet à longe eundem negasses?

Quid à Christi comitatu recessisses aut cum Iuda apostatasses? aut cum sycarijs ad easdem prunas incaluisses cum impiisque declinasses: Iam exeunte Christo locus præbetur, & iustis peccata impiorum auolare Iesum extra fecerunt, vt pars sit iustis cum Christo. Accede, & iam associare Christo quæ ô anima diligis Christum,

B & compati cupis simul cum Christo, vt & conregnare possis cum illo obuios iam habes, quibus associeris bonos.

Habes Iesu Matrem Mariam iter tibi sternētem, habes alias Marias, & filias Hierusalem habes Nicodemum, & Ioseph ab Arimatia; habes & Simonem illum Cireneum de Villa venientem eo autem magis associari Christum obsequiolà compelleris, quo & si ante in Hierusalem omnia potuerit solus mala sufferre. Nunc verberibus lassus suo proprio cruore madidus pondere grauatus oneri succumbere cogitur;

C si in prioribus erumnis Iesum non es comitata quia nulla tui ope indigebat.

Nunc optio tibi datur, vt cadenti suffragia præbeas quod tibi prius negauerat opportunitas, nunc tibi præstat necessitas, Audis sub onere gementem: An non te vrget subleuandi spiritus corruentem? si nunc tuo indiget suffragio quomodo sic tuo frustratur auxilio? gemēs sub tām graui machina ruit Christus, & obsequuturus perigritabit Christianus spiritus? quæ sunt suspiria gementis nisi voces auxilia postulantis. Per hæc ad crucem cum Christo voca- (Crucis Christi pondus & grauitas.)

D mur imo ad eandem grauiorem machinam ire compellimur, & Christo obsequamur: Quis infirmatur inquit Apostolus, & ego non infirmor. Anhelat Christus toto corpore dilaniatus & suo robore destitutus cum illa crucis machina, & oblunga, ac nouis intexta esset lignis tamen grauior sibi passim efficiebatur ex spinarū aculeis vehementissime diuinum caput perforantibus, cruce inter mouendo, & ambulando perurgente grauissimaque effecta erat molestiis concomitantium, & solicitantium quo celerius ad supplicij locum perueniret, & ibi mor-

E tem obiret ne Pilatum mutare sententiam contingeret cum eam iniustam agnosceret.

Aderat ex Iudæorum caterua, qui importunis instarent sollicitationibus instanti periculo (quod timebant) populi & hora nona commestionis Paschatis, vrgebant omni impietate impellentes, & concussa plerunque machina, cui tandem succubuit Christus impulsus sum (inquit) vt caderem, & Dominus suscepit me quid est Dominus suscepit me, nisi diuinitas suffragata est mihi? Non enim alia quam crucis morte

morte moriturus, accessit? ideo omne aliud Mortis periculum diuinitatis suffragio superauit, qui enim xl. diebus sine cibo perseuerare potuit, hic tantorum tormentorum malis afflictus, & proprio vndique cruore perfusus atrociori morte crucis diem claudere voluit.

Timebant illi ne in via Christus lassatus exanguisque occumberet: ideo vrgebant, vt turpissima mortis cruce non ignominiosus etiã post mortem efficeretur pendens in patibulo tantæ impietatis facinus non desunt qui lugeant, qui vlz non efferatis animis, sed piis præcordiorum affectibus cum infirmo infirmantur, dolent cum dolente, flent cum flente filiæ Hierusalem.

Sunt istæ quæ vt Christo adhereant, vt concomitentur Iesum, vt videant saltem, & audiant Iesum à propriis cubiculorum delitiis, à propriis domorum commodis, vanis reiectis ciuitatis sumptibus lugubribus vultibus, & vestibus ad Christum propter Christum, & cum Christo ad caluariam properãt erant, & ibi ex filiabus Bethsaidæ Maria Cleophæ, & Mater filiorum Zebedei quas tamen omnes sub nomine filiarum Hierusalem connumerant, quia in numero illarum plurium pauciores iste reperiebantur; Ad quas conuersus Iesus, inquit filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super vos metipsas flete, & super filios vestros quia, &c.

Forsan intemperate, importunis vocibus flebant, & lamentabantur, quod sæpe proprium mulieri videtur scriptũ est .n. modicum plora super mortuum, vbi non lacrymas cohibuit, sed terminos lacrymarum pro ærumnis, constituit. Eccl. 22

Vel certe lacrymarum imbrem, auertit à se ipso, & ad persecutores reuocauit.

His etiam verbis, à morte, ad causam mortis, animum reuocat, tanquam diceret, ò vos quicunque fletis, quid me moribundum fletis? & de eo, quod cernitis, tantummodo doletis? est lacrymosius aliud de quo doleatis, Alienis cõtristamini passionibus; de vestris longe magis dolere debetis calamitatibus. Flete non super occisum, sed super occisores filios vestros flete quidem cum flente, sed non flete super flentẽ.

Debemus vtique & nos flere cum flente Christo, cum patiente iusto, cum innocente damnato: minime tamen flendum est super Christum, nec dolendum super iustum, aut innocentem morti etiam condemnatum; quandoquidem non absorbetur à morte Christus, nec quisque absorbetur iustus, est quod viuat illata morte in Christo est, & quod viuat in moriente iusto.

Mat. 10 *Igitur non rectè plangitis*, qui super Christum plangitis, nec recte fletis, qui super iustum lacrymas funditis: non prohibeo, quas diligo lacrymas, nec vos à compassione retraho, cum & super mortuum fleuerim ego, & futuræ cladis super ciuitatem misertus lacrymas fuderim: sed ingruentium malorum lacrymas tempore propterea alibi docebat Dominus. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & cum illud occiderint non habent amplius quid faciant.

Quid est, quod super me fletis quem nec mortem me timere videtis? ostendam autem vobis quem timeatis, & de quo flere debeatis, timete eum, qui & corpus, & animam occidere potest in gehennam. Hunc dico timere, & supra his occisis vllulate, flete super vos quos inconsolabiliter flebat Sanctus Propheta, qui dicebat. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Hier. 9.

Vos flete, & super vos, & super filios vestros, quorum infidelitas, quorum impietas, & generationis omne flagitii, & animæ, & corporis mortem induxerunt æternam super hos flete, & non super me, quem cito gloriosum conspecturi estis, & esto nunc gaudeant illi: esto exultent, & lætentur in rebus pessimis: flete tamen super illos quorum finis interitus, quorumq; F extrema perpetuus luctus occupat, cauate ne cum his gaudeatis, quorum gaudium ad instar puncti recedit, quum ducãt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, flete super illos, super quos repentinus superueniet interitus, super hos, & non super me flete, nec super iustos, cum preciosa sit in conspectu Domini mors sanctorum eius, mors autem peccatorum pessima.

Non super me flete, qui ad aliorum salutem morior flete super illos, qui procul ab eorum salute moriuntur: longe enim à peccatoribus salus: Ab iniquo iudice condemnatum ne lu- G geatis, à Pilato sententiatum ne defleatis flete à iusto, & supremo omnium iudice propriis culpis condemnandos: flete super istos æterno igni condemnandos: vbi perpetuus erit fletus, & stridor dentium.

Exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum Iesu in Hierusalem ingrediente multa turba comitante ingreditur: quia hæc nescia solis nouit copulari triumphantibus atque gloriosis. Ascendentem in ciuitate comitantur congaudent, exultant, extollunt, & palmis floribus, arbo- H rumq; virẽtib. ramis, imo propriorũ sternatione vestiũ innumeri associantur; veluti ad locũ in quo adipiscuntur honores, dignitates distribuuntur, diuitiæ continentur, thesauri copulantur, voluptates adimplentur, consortia ad flagitia reperiuntur.

Exeunte autem extra Christo, nulla fit concomitantium mentio, nulla condolentium scintilla mouetur, exiuit (inquit) Iesus in angustia, solus in erumnis derelictus, tanquam ciuitatis peripsema expulsus, à familiaribus conci- I uibus reiectus, nullo prorsus auxilio suorum domesticorum stipatus, ea vlz ratione quod à Hierusalem recederet, & ad Caluariæ locum accederet, diuitias, palatia, popularem auram, commoda, tripudia magis eligentes.

Multi cum triumphante Christo, cum patiente Christo, cum inglorio Christo, cum ad desertũ horridum, & sepulturæ locum congreditur, cum Christo. A Christi sequella imo ab amicitia Christi multi retrahuntur his illecti floribus, virentibusque foliis seculiue commodis, K hispidam Christi crucem, aridam, nudam veluti exosam abhorrent, qui quomodo à Christi cruce, quam ipse gerit recedere possunt, nisi, & ab ipso cruci inherenti Christo recedant.

Recedunt à Christo qui magis hominibus placere conantur quam Deo, qui sua tantummodo quærunt, & non quæ Iesu Christi, qui mãmonæ potius seruire peroptant quam Domino, qui propriis indulgere cupiunt voluptatibus quàm carnem suam cum vitiis, & concupiscentiis crucifigere velint, quando à variis suis languoribus sanabatur turba quando ipsa famelica

melica faturabatur: quando fignis corrufcabat, tunc Christum fequebatur, & eum libi regem facere moliebatur: quando infidebat iumento, & velut Dominus ingrederetur Ciuitatis medium, hincinde confluebat obuia turba, eumq; regem benedicendo acclamabat.

Heu quam cito infcia turba à tam fancto fibique falubri recedet instituto? Nunc inftante paffionis tempore Christo fub cruce gementi, eoque ad Caluariæ locum properanti nullus, aut concomitatur, aut obfequitur nemo ei fe comitem præbet relictis feruis, & afino Ifaac A nofter ligno onuftus fuper quod imolandus erat ad locum afcendit, locum (inquam) Caluariæ, locum immundum, locum damnatorum, locum fpurcitiæ, & ruderibus plenũ, vifu horridum, & cadaueribus fœdum, locum improborum, & maledictorum, locum iuftitiæ, & maledictionis, vt pacata ibi iuftitia locus mifericordiæ, & placationis præbeatur.

Caluariæ locus.

Hunc fibi locum ad faciendum fatis diuinæ iuftitiæ elegit vbi remiffionis peccatorum ianua & vitæ remedia præbere voluit, vt damnatis falutem, perditis remiffionem, mortuis vitam & peccatoribus veniam præberet, Caluariæ locum deligere maluit, vbi diuinam in feipfo iuftitiam confumauit, & patrem nobis fua morte reconciliauit, afcendit locum Caluariæ ipfe Nazarenus, vt & Nazareis indulgeret, retunderat impia Dalida caluitium Sanfonis, vt traderetur Philiftæis, quia culpa à noftri Sanfonis capite, aut in Infernum, & in Limbum deftinando abduxerat, & a Christo ac à falute noftra feparauerat, ideo hic Nazarenus afcendit, vbi ad fe velut ad caput capillos fuos fanctos, ylj reuocauit, copulauit, & reuiuifcere fecit.

Improperabatur in fanctis ipfa caluities vocifegrantibus impijs, afcende calue, afcende calue quorum opprobrium ad Caluariæ locum Nazareus ablaturus afcendit, & capillos fuos fuæ integritati reftituit dum ad fe fanctos reuocauit, fi exaltatus (inquit) fuero à terra omnia traham ad me ipfum, ipfe eft qui opprobrium abftulit ex Ifrael qui renouat, vt Aquilæ iuuentutem noftram: qui congregat difperfa, diffipata reftaurat, necnon concifa reparat, & reintegrat, hac enim ratione Euangelifta Io: archanorum diuinorum fcrutator poft explicatum Caluariæ locum confulto fubintulit.

Hebraicè autem Golgota, quod à decolatione vocatur, vt inde facilius innotefcat locum illũ decolãtis fuiffe defignatum; quibus tale Christus præftiturus erat beneficium, vt proprio capite per culpam abfcifis capillationis, & vnionis afferret obfequium peccata (inquit) veftra diuiferunt inter me, & vos, tandemque ipfis membrorum compagibus à fua formalitate difiunctis gratiam promeretur perfectæ reftaurationis, & refurrectionis.

Ifa. 59.

Hanc gratiam fibi Christus moriẽdo promeruit quam & nobis fimul communicauit, qui nec folus refurgere voluit, fed per refurrectionem reintegrari hominem maluit omnibus, tã bonis, quam malis talem gratiam promeruit, qui in Golgota mori voluit omnes enim inquit Apoftolus, refurgemus non tamen omnes immutabimur, quandoquidem licet corporibus reaffumptis refurgant mali, haud tamen ad aliam quam naturalem integræ humanitatis vitam, quam pro demeritorum culpa infeli

1. Cor. 15.

cifsimam funt acturi.

Christus omnem fuam fubftantiam, fanguinemque totum, quod effuderat refurgendo reaffumpfit: qui in fingulis decolatis, dilaniatis, in fruftra concifsis, incineratis, iura naturæ reftaurari, & ad perfectum reduci voluit in refurrectione, quod fanctus ille fortiffimus Gedeon prænotauit, cum imbrem illum cœleftem prius fuper vellus poftea fecundo fuper terram defcendere poftulauit, fi falutem (inquit) facis Ifrael ponam vellus lanæ in area, &c. vellus in area eft Christus ouis filius incorrupta carne è Virgine egreffus fuper quem res cœleftis, primo defcendit fubinde, & terram irrigauit, quia de plenitudine eius omnes accipimus, vel per pfalmiftam vnguentum in capite, quod defcendit in barbam Aaron vfque ad horam veftimenti eius rectè vocans Aaron quia ibi facrificium pro falute populi offerebatur. Iudic. 6.

Vbi crucifixerunt eum. Attende locum, confidera tempus, & nota perfonas ad Christi Iefu crucifixionem concurrentes locus immundus, dies feftus, impiorum manibus in peccatorum B putredine, in lætitia mundana impiorum minifterio Christus crucifigitur. Multa hic à Ioanne prætermittuntur crucifixionem Christi concomitantia attrociffimam hanc eius paffionem exprimentia: quæ ideo prætermittere voluit, quia ab alijs Euangeliftis feriofius defcripta confpexit.

Paffionis Chrifti circũftantiæ.

Statim Ioannes ad crucifixionis effectum acceffit, & vnico hoc verbo tragœdiam concludit, vbi inquit crucifixerũt eum fupra enim in pro paffione quantis ludibriis, quantis opprobriis, C ac impietatum generibus ipfum affecerint aperte differuit: ideo ne multa hic repeteret de plurimis obticuit, & ad crucifixionem defcendit, iam ad fuppliciũ peruenit Christus iam ad fupplicij locum peruenit. *Ad horã* quam ipfe elegit appropinquauit qua tẽpus miferendi eius quia uenit tẽpus. Adfunt difpofiti claui, crux præparata, accincti adfunt milites vrgent importuni carnifices, profugi autem abfunt. Apoftoli, territi ftant procul Difcipuli, agnofce tuã fegnitiem, ò Petre paratus fum inquiebas, in carcerem, & in mortem tecum ire, Nec tamen D appares dixeras, ò Thoma quafi animequior aliis eamus. & nos, & moriamur cum illo, nec tamen te cerno, nec de gentibus eft vir fecum, amici mei, & proximi aduerfum me, vtique appropinquauerunt, & fteterunt, & qui iuxta me erant de longè fteterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam.

Apoftolorũ pufillanimitas.

Illi crucifixerunt eum, nemine recufante, nemine fe opponente, nemine contradicente crucifixerunt volentem crucifigi, tenuerunt, ligaerunt, affixerunt, occiderunt, volentem hæc omnia pati: Cæteri homines præfertim inftan- E te periculo mortis fuperftites adhuc remanere defiderant, quia nemo vnquam carnem fuam odio habuit, folus Christus æftuabat ac morien di defiderio fragrabat. Vnde hoc tibi, ò bone Iefu? nunquid odifti, quod cum verbum caro factum es affumpfifti? nunquid quam tibi vniri voluifti carnem odifti? Audiui te dicentem defiderio defideraui vltimum pafcha manducare in quo tuæ mortalitatis diẽ claufurus eras, audiui & alibi te hæc protuliffe, & ad vltimam hanc horam diem claufurus afpiraffe. Baptifmo habeo baptizari, excandefcis in Petrum à morte Luc. 12.

te te retrahere cupientem, vade retro me (inquis) Sathana, qui quæ Dei sunt non sapis; gladium cedentis, & de te vlciscentis prohibendo retrahis, & in locum suum reponi præcipis.

Nullus hominum præter te tam auidum passionis, crucis, & mortis, aut audiuimus, aut legimus. Non est (inquit Christus) hoc mihi moriendi desiderium, vt semel assumpti, quandoque dimittam, absit vt in morte, aut in vita, quidque eorum quæ in incarnatione mihi assumpsi quandoque dimittam, separabitur quidem per mortem anima à corpore minimè tamen separabitur, aut anima, aut corpus à diuinitate.

Non ad hoc tanto desiderio feror in mortem, vt decidam à vita, quod mente capti contrariis vrgentibus faciunt, sed intus maximo desiderio arctor operandi salutem vl3 hominemque à perditione liberandi, quo assidue fragror. Accelerat Christus obedientia patris perurgente factus obediens vsque ad mortem crucis: Accelerat opus diuinum perfecturus, nouit enim maledictum hominem qui facit opus Dei negligenter, scriptum est enim quoniam velociter

Ps. 147. currit sermo eius, quia tarda molimina nescit Spiritus sancti gratia. Hinc enim festinantur comedere Paschale Agnum iubebantur Hebræi.

Hæc est summa illa miseratio, charitasque diuina ob quam Christus nostram mortalitatē moriturus pro nobis assumpsit. Hanc secum e cœlis, secum inseparabiliter detulit quam ab initio à Patre accepit eo namque instanti, vlu æternitatis, quo Deus nostram miseriam perspexit eodem simul intus misericordiæ suæ oculos ad nos miserando conuertit in charitate perpetua inquit dilexi te ideo attraxi te miserans, & Zaccharias per viscera misericordiç Dei nostri in quibus visitauit nos oriens exalto.

Initio suæ conceptionis hanc sibi assumpsit

Cap. 31 sociam quam semper summopere dilexit. In cuius persona Iob inquiebat. Ab infantia mea creuit mecum miseratio, & ex vtero matris meæ egressa est mecum, sed quomodo in Christo crescebat miseratio, nisi quia experimento nostram miseriam in dies crescendo probabat? & quod per sapientiam agnoscebat, per ipsam experientiam didicerat. Hac namque experimentali cognitione, & scientia Christus dum crescebat proficiebat coram Deo, & hominibus, & quidem inquit Apostolus. Cum esset filius Dei didicit ex his quæ passus est, &c. Non enim habemus Pontificem, qui non possit cōpati infirmitatibus nostris tentatum per omnia pro similitudine absque peccato.

Experimentalis Christi cognitio. Heb. 5.

Summa Christi miseratio, summa eius compassio qua nostrum dolebat exitium, nostrum dolebat interitum illum vrgebat ad crucem illum compellebat ad mortem tanta charitate fulgebat, tantaque miseratione abundabat vt teste. Miserationes eius super omnia sint opera eius tantoque intimius dolebat quanto maiori charitate fulgebat vnde Augustinus ait. Abundet, & in te charitas, & plus peccantem dolebis quanto enim in te maior charitas est, tanto amplius te torquet quem toleras quapropter ex agnitione futuræ miseriæ vsque ad fletum cōpassus est Christus Hierosolimorum excidia iuxta, quod & alibi scriptum est, qui addit

August. i ps. 99.

scientiam, addit, & dolorem, namque & qui pericula ingruentia, ac imminentia excidia cernimus, celerius quam valemus ad sarta tecta confugimus, manumque periclitanti porrigimus. His nostris vrgentibus vndique periculis, iam accessit Christus operi manuum suarū porrigens dexteram.

Hanc (inquam) statim extensus in cruce clauis perforandam porrexit cuius, & in Psalmis Proph. mentionem fecit, dum inquit saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius nō

F se inquit saluauit, qui nunquam perditus fuit aut aliquid damnationis in se ipso habuit, verum saluauit sibi, idest multos à damnatione liberauit, & ad salutem secum reduxit. Hoc opus dexteræ Christi, idest miserationis Christi propter quod & alibi scriptum est Cant. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me, & tenebit me dextera tua.

Hanc pro nobis vindicandam exposuit de quibus scriptum est, Dextera eorum, dextera iniquitatis. Ps. 143.

Hac confixa ad sinistram cruces accedunt,

G quam & incunctanter extendit iustitiæ satisfacturus diuinæ, cui homo nulla nisi damnationis compensa satisfacturus erat. Ideo suam præbuit manum vindicandam ad satisfaciendum iustitiæ diuinæ, vnde Proph. Non enim Ps. 54. est illis, idest nobis commutatio, & non timuerunt Deum, quapropter extendit manum suā in retribuendo pro nobis vl3 satisfaciendo. Eze. 39. Percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, qua vl3 Deus vltionum peccatores vulnere damnationis seruando legem iustitiæ percutiebat anima (inquit) quæ peccauerit ipsa morie

H tur. Huius cruore chirographum delictorum deleuit, quod maxime erat contrarium nobis. Ad pedes tandem accedunt, vt dum extremitatibus confixus haberetur, maiori supplicio, acriorique molestia torqueretur. Arctabuntur Iob 18. gressus eius immisit enim in rethe pedes suos, tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis.

Hoc supererat ad terrendum vndique Christum flagellis toto corpore dilaceratum spinarum aculeis capite confosso ad pedes clauis terebrandos accedunt, vt & de ipso illud etiam

I vaticinium adimpleatur in quo dicitur. A plan Isa. 1. ta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Hæc omnia vnico tantum hoc verbo Ioannes insinuauit cum dixit; Crucifixerunt eum; non enim funibus, vt duos illos fratres Petrū, & Andream alii crucis supplicio condemnauerunt, non vt duo illi alii secum crucifixi, qui solis funibus affigerunt cruci, sed ferreis clauis Christo cruci affixerunt, vt inseparabilius inhereret Christus suæ cruci.

Magnum profecto, diuinumque totius nostræ Grande Redemptionis mysterium Christum potissi- myste-

K mis vinculis Christum crucifixum habere, ac si rium. vinctus cruci totaliter esset; quod vtique diuino peractum est consilio, cum enim in cruce nostram salutem constituere vellet adherere propensius omnino, & fortioribus vinculis cū cruce vinciri voluit omnem sui ipsius virtutē, omnem iustitiam pietatem, amaritudinem, & dulcedinem omnem spem nostram meritum, & salutem in cruce constituit, ei sic vniri, & clauis configi voluit. Hanc namque dum suo cruore rigauit consortem suæ maiestatis, & totius

tius virtutis effecit, hanc arborem vitæ lectulũ floridum maiestatis suę thronum suæ regiæ potestatis sceptrum effecit.

Veneradum & tremendũ, crucis Christi signũ

Hoc signo cuncta diuina signantur, dæmones vero fugantur, eo signo hostes deuincuntur superantur prosternuntur facta est crux Christi peccatorum confugium, naufragantiũ præsidium ciuitas refugii exterminatoris vetans excidium vt homini Christiano, absit aliunde gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, ipsi namque totum hon rem, eundemque cultum quem Christo damus impendimus, iisdemque laudibus extollimus, colimus, & adoramus, quia qđ ipsi ascribimus, quod illi exhibemus Christo, & nulli alteri à Christo exhibemus, clauis uamq; confixus fuit cruci Christus inseparabilem faciens a cruce omnem suã virtutem, omniumque nostrum salutem.

Ad hoc vt & nos cum Christo cruci affixi simus oportet vt ferreis clauis velut inseparabili catena, illi vinciamur sunt qui filo, seu festuca affixi sibi blandiantur; verum dum debili aura in contrarium impellente facile corruunt non clauis, sed filo, aut cera tantum affixi probantur, tandem inspice tu crucis Christi fidelis amator immũditiarum locum vbi crucifigitur Christus. Non in loco mundo, non in loco fertili non in loco florido, & virenti, quia non in corde puro, ac mundo, sed in corde putrido fetido, peccatis arido virtutum & exuuiis antiquissimæ consuetudinis occupato, ibi iterum nostris sceleribus Christum crucifigimus, vbi

Rom. 6.

Christus ad abolenda scelera crucifigi voluit vetus enim homo noster (inquit Apostolus) crucifixus est vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato, qui enim mortui sumus peccato; quomodo adhuc viuemus in illo? Iterũ crucifigẽtes Christũ in cordib. nostris?

Et cum eo duos alios latrones, medium autem Iesum crucifigitur Christus, sed non nisi inter impios, inter iustos non crucifigitur, quia pro impiis damnatur, occiditur, & crucifigitur dicente Petro, Christus semel pro peccatis no-

1. Epist. cap. 3.

stris mortuus est iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne viuificatos autem spiritu; vbi autem crucifigi poterat innocens, vbi iustus, vbi Agnus mactari, & occidi, quam inter impios, sacrilegos, efferatosque lupos.

Consulto igitur non tantum damnatos retulit in quorum medio Christus occubuit, sed & latrones fuisse aperte significauit, dum enim in medio Iudæorum agmine Christus occubuit, nonne in latronum medio occubuisse describitur? ipsi namque sunt vineatores illi aduersus illius magni patris familias filium crudeliter insurgentes extra sibi ipsis creditam vineam eiecerunt, ac morti tradiderunt.

Hic est hæres (inquiunt) venite occidamus eum vsurpabimusque hæreditatem eius ò latrones subdoli villico illo longe deteriores quẽ suorum bonorum dissipatorem Dominus intellexerat improbi latrones qui dissipatis, vndique cœlestibus donis totius vineæ fructus vsurpantes nihil Domino reseruantes tandem in eundem conspirantes, eijcientes, crucifigentes morti tradiderunt, prius isti gloriam furabantur Christi eius miracula peruertentes sabbathi violatorem vociferãtes traditionum antiquarum paruipendentes improperantes, in Belzebub dæmonia eiicientem; acclamantes diuinitatem ab ipso auferentes, tandem omnia sibi ipsis vsurpantes vitam, regnum, gloriam famam, & bona eius omnia vt sperabant auferre conabantur; latrones longe illis peiores qui Samaritano illo inuento dũ descenderet à Hierusalem in Hierico impositis plagis abierunt, non occiso, sed semiuiuo relicto.

O execrabilium latronum conditio, nunquã Sathanas, aut Deitatem arripere, aut vita priuare cogitauit suum creatorem rapinam tantum
A arbitrabatur se fore æqualẽ *Deo* quãdoq; etiã in Angelum locis seipsum transfigurans, nunquam tamen aut Deum, aut Angelos priuare sua gloria, sua luce, sua dignitate cogitauit.

Cæterum latrones isti cum latronibus Christum crucifigi concurrerunt veluti eo crimine illum notantes quo maxime ipsi notati erant, si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Ad quid enim & crucis patibulum, & latronum consortium parauerunt Christo, nisi vt sua gloria sua dignitate, & diuinitate sua denique vita conentur
B obscurare Christum.

Vnde Iudæis adhuc scandalum gentibus autem stultitia, ipsa est prædicatio crucis, verum cum nullis aliis sordibus, nullisve aliorum maculis maculari possit Christus potius latrones ipse sanctificat, & facinorum maculas emundat sumus, & nos ipsi latrones in quorum medio crucifixus est Christus; ex latronibus duo erãt vnus Christo deuotus, & ad Christum conuersus, alter autem in scelere obcæcatus, & a Christo totaliter auersus, hinc vnius salus conspicitur, illinc alterius dãnatio probatur, latrones
C sunt perfidi peccatores, diuinum cultum non exhibentes Deum blasphemantes, vindictam sibi vsurpantes de exhibitis donis gloriantis quasi non acceperint: diuitias accumulantes, pauperes aggrauantes debita non soluentes, eleemosinas recusantes, fraude circumuenientes legata non adimplentes, honores, dignitates affectantes, detrahentes, calumniantes ecclesiasticos reditus dissipantes, dominia, & prælaturas nõ ad pascendas, sed ad tundendas oues vsurpantes, & muneribus ac precibus ab amico homine, non per ostium quod Christus est
D intrantes ad gregem, qui non intrat per ostiũ, sed ascendit aliunde ille fur est, & latro.

Latrones sunt qui Deũ blasphement,

Quisquis usurpat sibi honorem, qui de seipso altiora sentit quisquis aliena concupiscit, adulterat, fornicatur, & quæuis peccata committit, ipse fur est, & latro quid verba illa ratiocinantis Domini cum seruo suo, redde rationem villicationis tuæ? quid illa redde quod debes, nõ exibis inde donec reddas minimum quadrantem, nonne latronum, hæc sunt præludia, aliena vsurpantium? quia peccatores omnes perditi latrones sumus ideo bonorum omnium au-
E thorem & Dominum rogamus dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Hoc quoque & à latrone illo didicimus, qui conuersus ad Christum toto corde petebat memento mei Domine dum veneris in regnum tuum, malus latro erat, & confessione præuia Christo totus deuotus in optimum conuersus est latronem furatus est paradisum; vt omnia bona vno verbo concludam audis Petre quis te præcessit?

Non

Optima, & laudida latronis conditio. *Non poteras tu si qui modo Christum* potuit latro nunc statim adipisci paradisum: Hodie inquit Christus mecũ eris in Paradiso, quo enim frigidior erat latro ad omne malum facile pronensus ad furta, ad cedes, ad odia, ad facinora, forsitan assuetus, quibus illud hominum genus implicari solet, excussa omni pigritia, accẽsa tepiditate, totus fertur in Christum, totumque se donat, ac dedicat Christo, in hoc te ò Petre accessit latrò, cum magis Christo compatiatur quam sibi ille patiebatur, & tamen nihil de sui passione conqueritur imo se iuste talia pati fatetur. Nos (inquit) iuste patimur, hic aut nil mali fecit.

Tu autem Petre de te ipso antequam aliquid molestiæ patereris timiditate vrgente nemine persequente fugiebas nemine te percutiente negabas fortior te latro, qui illud regnũ quod longo tempore alii vix adipisci possunt quando quidem vim patitur, & violenti rapiunt illud, mox ipse fit adeptus. Boni latrones tam difficilem aggressi sunt prouinciam vt vi Paradisi regnum sua fortitudine rapiant.

Mulieris Cananeæ constantia. *Vide Cananeam* à Christo vi rapiẽtem regnũ clamat illa, & salutem filiæ expostulat; cui nec verbum respondit, inquit Christus exasperans illam postulant cum ipsa, & pro ipsa Apostoli, respondit Christus; Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, pulsat iterum ipsa Domine adiuua me; Propulsat Christus iterum illam. Nõ est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Nec sic ipsa desistit: ideo adhuc expetit, quod cupit etiam inquit Domine verum est, quod dicis; tamen catelli edunt de micis quæ cadunt de Mensa Dominorum suorum. Audi victum Christum, audi furantem gratiam, & beneficium à Christo o mulier magna est fides tua fiat tibi sicut vis.

Erat, & illa quæ sanguinis fluxum multis annis perpessa erat tanquam furem retro inceden tem solam fimbriam vestimenti eius tangentẽ respondit Christus, quis me tetigit? Dicũt discipuli. Turba te comprimit, & conquereris quis te tetigit? respondit Iesus sensi virtutem à me exisse, vim sensi magnæ fidei, & violentantẽ percipi velut alius Iacob violentiam præbent iusti donec benedictionem consequantur. Non dimittã te (inquit ille) nisi benedixeris mihi, sic. n. & duo illi Discipuli quib. euntibus in Emaus socius itineris factus est Christus coegerunt illum vt secum descenderet, & hospitiũ declinaret, felices latrones, qui & Christum cogere dicerunt, qui cœleste regnum furari nouerunt; qui cœlestia rapere suo nisu valuerũt fures fuerunt primi parentes nostri, qui extensa manu vetitum pomum acceperunt, & manducauerũt vnde exules à paradiso effecti, nunc per alium latronem in paradisum reuersi. Hodie (inquit) expulsor illorum mecũ eris in paradiso expulsus est latro admissus est latro expulsionem, & exilium per lignum passus est. Homo reditum, & ingressum ex ligno consecutus est homo, sic lege diuina sancitum erat, vt morientem Pontifice reuocarentur exules.

Salutare, & laudabile furtum.

Nu. 36. *In medio itaque latronum* moritur Iesus pro latronibus sanguinẽ fusurus, soluit ipse quod alii dicebant, restituit, quod alii abstulerunt impendit, quod alii furati sunt dicente Propheta, quæ non rapui tunc exoluebam propterea enim non in latere, aut seorsum, seu in Angulo

Ps. 58.

sanguinem fudere voluit, sed in medio latronum statui, & collocari decreuit. Nõ erat Christus latro, sed inter latrones visus est, quasi latro reputatus fuit, & ille adolescens Beniamin ad tempus, quasi latro; quod scyphũ furasset in quo Princeps Aegypti bibebat haud tamen inuentus est latro, qui assentientem principe sine aliqua culpa abscondit eum schiphum in sacco asportabat; posuit Deus in humanitatis Christi sacco iniquitates omnium nostrum, & visus est latro, qui tamen longe Beniamin erat iustior.

F *Scyphum ipse non abstulit*, & tamen scyphum ipse restituit, quia quæ non rapuit Christus ipse exoluit, ideo super frumentum scyphus reponitur, quia super Christum peccatum Adæ, ac cæterorum collocatur.

Esaia attestante posuit in eum peccata omnium nostrum, cuius liuore sanati sumus supra erat, quia sup se nostra peccata tulit supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Cap. 53

In sacco frumentum erat quia in carne diuinitas latebat, quasi saccus caro Christi erat, quia ad pœnam assumpta erat, de quo & in Ps. 29. concidisti saccum meum, quia multis vulneribus caro Christi lacerata tandem per resurre-G ctionem fuit glorificata. Assumere, & indui sacco, nil aliud est, quam pro sceleribus pœnitentiam agere iubente rege, Niniuitarum homines, & iumenta induantur saccis, & ieiunent &c. pluresque filii Israel, & reges eorum ad impetrandam veniam vestiti sunt saccis vt ad gratiam obtinendam aptiores efficerentur aduentum.

Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem Pilatus dolis instructus ne infamia inureretur quod in sontem condemnasset, nec H non vt Cæsaris animum sibi conciliaret titulo Christi crucem notauit, & veluti ex vsurpato regno, seu regia dignitate condemnatum ostẽdere cogitauit vrgebatur suo facinore Pilatus propria conscientia momorsus expedire sibi visus est conquerentibus inuicem, ac depositiuris apud Cæsarem quod nullo iuris seruato ordine ad complacentiam inimicorum seuientium tam celebrem virum, tam admirandum prophetam, tamque præclarum hominem, tam beneficium, tam spectandum, & in sontem condem-I nasset, titulum in sui defensionem, ac in Christi mortis expressionem cruci statuit affigendũ in quo pateret eius excusatio Cæsaris partes, quasi tutatus fuisset aduersus quem nullus verbum facere ausus fuisset callidum vtique Pilati commentum astuta tergiuersatio immanissimi sceleris qua & si obstruere posset ora Cæsarem Iustitiæ præponentium.

Absit tamen vt non verentibus Cæsarem, pro pulsatoque omni timore mundano, ac diuino succensus amore quidquam suffragii suppetãt K paliata præsidia, cum enim non petitus se excusat Pilatus scimus quoniam excusatio non petita accusatio efficitur manifestata, ideo soli Christo titulum, & nulli aliorum simul crucifixorũ apposuit. Posuit igitur Pilatus titulum, vt prætendebat veluti condemnationis causam verũ diuino iudicio apprime gloriosum, insignem, arcanisque cœlestibus eximium. Immanissimi peruersa vafrities.

Et primo quidem quo ad locum, quia supra crucem.

Secundo quo ad singula eiusdem tituli verba.

Tertio quo ad communẽ eiusdem tituli manifestationem,

festationē, quia Hebràice, Græce, & Latinæ cō scriptus solent inscriptiones, seu schedulæ condemnatorum eorū pedib. affigi, aut dorsis imponi, solus titulus Christi ipso moriente extol i tur, & supra ipsum reponitur, iam.n. præfinitū tps aderat quo exaltari Christū oportebat; qñque ipse Christus suam mortē exaltationē vocauit; cum exaltatus (inquit) fuero, & cum exaltaueritis filium hoīs vsq; ad mortem, & passionis terminum exinanitio, & abiectio eius pro quib. restat exaltatio eius factus obediens vsq; ad mortem (inquam) crucis.i.ignominiosam A propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est supra omne nomen.

Quod statutum est à Deo, vt supra esset oportuit & locari supra extolli, & exaltari, vt Christi protestaretur maiestatem, notamq; faceret eiusdem diuinitatē oportune itaq; eminentius Christi nomen Iesus in titulo supra reponitur

Ps. 184. cui oē genuflectatur cœlestiū, terrestrium, & infernorum. Hinc.n. ad huius noīs cultum con uocamur exaltato desuper ipso dicente, Reges terræ, & omnes populi principes, & oēs iudices terræ iuuenes, & virgines senes cum iunioribus B laudent nomen Dñi, quia exaltatum est nomē eius solius? nōne Christi illud nomen regibus, cunctisq; gentib. & populis adorandum proponitur, quod ad oīum salutem exaltatur? cui oē genuflectitur? in cœlis colitur? in terris adoratur? in inferno contremiscitur?

Solius Christi nomen extollitur quod vbique pro salute quæritur, & omnis lingua confitetur, solius (inquā) cum non sit aliud nomen da

Heb. 1. tum sub cœlo in quo oporteat nos saluos fieri de quo Apostolus. Tanto amplius melior Angelis effectus quanto differentius prae illis C nomen hæreditauit insignis profecto titulus, quidquid sit de mēte Pilati quod Caiphas nesciens prophetauit cū illius anni Pōtifex esset.

Sublime Cristi Iesu nomen. *Hoc & ipse Pilatus effecit cum* & ipse iudicio temporali præesset scripsit quidem titulum, qui tamen tituli mysteria non agnouit. Non poterat diu accensa candela occultari sub modio iam supra candelabrum crucis reposita cla-

Isa. 64. rescere cepit, & quod primum est nomē Iesus in sublime reponit. hoc Proph. peroptabat vbi dicebat vtinam dirumperes coelos, & descenderes à facie tua montes defluerent. vt notum D fieret nomen tuum inimicis tuis, de quo san-

Luc. 2. ctus ille Simeon ait quod parasti ante faciem omnium, quid miramini de celsitudine nominis eius? mementote quoniam excelsum est nomen eius excelso locum excelsum designauit Pilatus vt ex celsitudine admirabile fieret in vniuersa terra.

Nullis ulterius tenebris occultatur quandoquidem quod Iudæus occultat Pilatus prædicat, nullo impedimento cohibetur, nullo persequente deprimitur, à Pilato extollitur abhoste confitetur iudice sublimatur, & qui Iesum E afficit supplicio illustri tamē decorat encomio; non est ex discipulis aut ex amicis, qui ex affectu plerunque decepti insignem titulum scribant non ex adulatoribus quisque ipse est Pa-

1. Re. 16 ganus nihil commune habens cum Christo, sic enim & Dauid extollabatur laudibus à seruo quodam inimici Saulis. Ecce vidi filium Isai. Bethlemitem scientem psallere fortissimum robore virum bellicosum, prudentem in verbis, virum pulchrum aspectu, & Dominus est cū eo.

Magnum vtiq; & irrefragabile testimonium virtutis, ac bonitatis quod inimicorum sententia comprobatur: Tale à Pilato accepit Christus testimonium, cuius tam præclaris verbis decorauit vexillum in quo nihil non præclarum, nihil non reuerendum reponitur. Certa, & euidens testimonis veritas.

Ad trophaeum potius quam ignominiam spectans, nihil ad sontem cuncta ad insontem cōtinens scripsit in indelebiliter quæ recte scripsit cunctorum oculis legendum exposuit Iesum omnibus patefecit exposuit, proposuit, quia volente Domino cunctis populis gentibus, & linguis salutis ianuam reseratum ostendit.

Nazarenum promulgauit Iesum veluti per quē peccatorum aculeis abdicatis ad superni omnium florum viridarij ingressum haberemus. Per me (inquit) si quis intrauerit saluabitur, & pascua inueniet, vocat insuper Regem Iudæorum, quid est Christum Iudæorum Regē proferre, nisi eum etiam inimicorum suorum dominium habere dicente Proph. Manus eius in ceruicibus inimicorum suorum. Non enim Gen. 49 Christi regnum per id quod dicitur Rex Iudæorum arctatur, imo præsuppositis fidelibus, & amicis ad inimicos vsque protenditur, regiamque eius potestatem quandoquidem & eis dominari videtur, q inuicti subdi cogūtur, An Iudæorum tantum est Dominus? nonne, & gentium?

Huic nimirum, & Iudæorum Caterua, & infernorum turba subiicitur cui nomini omne genuflectitur, & omnis lingua confitetur; recte regnum eius extollitur cuius imperium super omnes extenditur, & exaltatur cuius potestas, potestas æterna, & regnum eius quod non corrumpatur.

Cedant huic regno omnia mundana regna quę aut corruerūt, aut certe non procul sunt quin facile corruant, Hæc sola firma est possessio in qua, nec regis, nec regni potest esse mutatio, tuta (inquam) possessio quæ æternitatis est participatio, vide tandem quantis obcęcata esset tenebris Iudaica perfidia dum Christi nomen pęnitus obscurare imo delere moliuntur, dū (inquam) Iudæi ad interitum eius anhelabant dicentes quando morietur, & peribit nomen eius, quando vociferantur tolle tolle, à Pilato exaltatur, & commendatur. Vacate ò Iudæi, & videte (inquit Christus) quoniam ego sum Ps. 45. Deus exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Erat autem scriptum Hebraice, Græce, & Latine. In Iudæa olim notus tantum erat Deus, & in Israel magnum nomen eius, sed ipsis Iudæis deprimentibus, sanctumque nomen Iesus obscurantibus ad Græcos, atque ad Latinos extenditur. Nesciebant isti Iesum, procul erant à Iesu, quibus exhibetur Iesus: Nesciebant Saluatorem, quibus exponitur suscipienda salus Apostolo dicente. Nunc propior est nostra salus quam credidimus; quia qui erant longe fa- Ro. 13. cti sunt prope: Hoc enim oportebat vt vnum ouile fieret omnium ouium Christi. His enim proponitur quibus & oportebat prædicari pœnitentiam in remissionem peccatorum in nomine eius.

Hac luce mundus illustrari debebat quod vaticinium inquiebat. Dedi te in lucem gen- Isa. 49. tium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ scribitur titulus, & eminenti loco

M legen-

legendus cunctis proponitur Hebraicis, Græcis, latinisque caracteribus plura vtiq; sunt alia rum nationum Idiomata quæ cum ad hæc tria tanquam communiora, & perfectiora reducantur de his tribus veluti de capitibus in ipso titulo agitur cæteris barbaris idiomatibus contentis, & non reiectis.

Hunc communem omnium regem patefieri omnibus oportebat in quo omnium gentium salus consistebat, nā quid ad græcos, seu ad Latinos Iudæorum regis rationem habere? sed patefaciendus erat mundo, qui missus est in mundo, vt saluetur mundus per ipsum, Hebraice itē conscribitur quibus lex in tabulis scripta continetur: qua quidem in lege totus Christus continetur, cuiusq; legis finis est Christus terminata itaque illa finem eius opportuit manifestari, vt suum finem contemplantibus illis legis ipsorum terminum adesse intelligerent, & omnē diuinum cultum ad Christum dirigerent, græce scribitur, quia omnis veritas ad hanc vnam summam veritatem quæ Christus est refertur, in ibi n imque apud græcos effulgebat sapiētia quæ sine Christo vera sapientia non sapientiæ, sed nescientia, & stultitia erat. Perdit namque ipsa vera sapientia, sapientiam, sapientum, & prudentiam prudentum reprobat.

Ne igitur stulta sit nobis humana omnis sapientia Christus se sapientibus exhibet vt ad se ipsum Dei virtutem, & Dei sapientiam reducant quasi Ancillæ ad Dominam, ad quam sapientiam cæteræ recurrant, & per ipsam tanquā per reginam optime disponantur, & regulentur. Attingit enim à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

Latine tandem conscribitur, quia temporale dominium quod romanorum erat toto terrarum orbe extendebatur, oportebat.n. hunc Regem Regum, & Dominum Dominantium ab his qui damnabuntur agnosci: oportebat (inquam) hunc cunctis dominantem gentibus, hunc per quem Reges regnāt, hunc a quo omnis potestas in cœlo, & in terra denominatur, hunc qui ordinationi resistit, qui maiorum potestati resistit ipsis publicari latinis suæ potestati orbem subiicientibus sine quo nec recte regere possunt, nec iuste discernere valent.

Dan. 7. Sublimis Cristi titulus, & inscriptio — *Hæc per titulum* ascripta sunt diuino afflante spiritu Christo, vt iuxta vaticinium omnes gentes, & Tribus, & Populi ipsi seruiant Domino, vt inquam adorent eum omnes Reges, omnesque gentes seruiant ei. Hoc autem tam insigni titulo maxime torquebantur adamantina Iudæorum pectora discruciabantur, & conquerebantur de eorum ignominia, qua tam facile ab omnibus notari poterant nihil hoc titulo illis adhuc molestius continuis adhuc per illud torquentur cruciatibus hunc conspicuum titulum non ferentibus quod monimentum præoculis continuo habere coguntur: vt videant quem confixerunt si forte resipiscāt, & ad Dominum conuertantur, ac viuant.

Insurgunt Iudæi in titulum exardescentes, indignationeq; conciti recurrūt ad Pilatū, & temerarijs clamorib. veluti præcipientes inquiunt. Noli scribere Rex Iudæorum vt qui Deum nō timent, nec hoīes reuereri agnoscantur: Nouerat arundinē vento suarū faucium plerumque agitatā tandem impellentib. ipsis confractam, eo aiosius adhuc sæuiunt, & vigent: Noli inquiūt scribere Rex Iudæorū, quid hoc aliud ꝑ fertur dicto nisi aperte iudicē calūniare mendacio: mentientē calumniantur Pilatū quē, vt iniustum iudicē codemnant. Noli (inquiunt) scribere Rex Iudæorum: tanq̄ aperte dicerent: male scripsisti, ac falso dixisti, dele sententiam remoue condemnationis argumentum.

O summum, & admirādū Dei iudicium oportune, & ab ipsis Iudæorum pontificib. Pilati iu F dicium iniustitiæ, ac falsitatis condēnatum iri sic.n. mentita est plerunq; iniquitas sibi, sic plerunq; ex ore suo nequā seruus iudicatus cōuincitur primo quidē Pilati leuitatem conspicuā faciunt, vt pote à quo sperare possent publicatiam tituli scripturam obliterare, & aliter à suo iudicio ad aliorū censuram conuersus emendādo quod scripserat corrigere; qđ nil aliud erat nisi in caput suum, iudicium suum retundere.

His et uerbis se ipsos iudæi confodiunt dum falsitate Iudici impingūt, cuius iudiciū ipsimet in controuersiam vertunt imo falsitate condēnant: quid si ipsi eum quem appellauerunt Iudicem errore codēnant quod non bene scripserit? quo eiusdem Iudicium ab errore protegūt. G Nos vero eundē de falso iudicio conuincimus quo magis idem ab ipsis de falsitate taxatur.

Sit illis iniquus Iudex quod male scripserit sit idē nobis, & iudex impius qđ perperā iudicauerit corrigere illi moliuntur qđ falso scriptū esse cōtendunt. Nos cum Pilato nullā vlterius controuersiā suscepimus: qui ad superiora q̄ ad salutem nostram faciunt nostræ mentis oculos dirigimus. Ad summā Dei Iustitiam, & Christi pietatem nos totos conuertimus, insurgunt illi aduersus Pilatum, & conqueruntur quod tā H insigni titulo Christum decorauerit, sed Pilatus quasi ad nostras partes conuersus insignem titulum volentibus nolentibusve illis tuetur.

Respōdit eis Pilatus: quod scripsi scripsi. Errat malitia, q̄ se opponit sapientiæ: hinc suo desiderio frustrantur, qui euertere veritatē, quiue diuinū peruertere iudicium moliuntur: intrepidus effectus est Pilatus non quod suā expleuerit iudicij rōnem, sed nesciens diuinā adimpleuerit voluntatem. Hac intus purgente se ipso robustior effectus, nec non de bene acto proposito roboratus rńdit Pōtificib. quod scripsi scripsi: I q. d. quid est, quod indignemini? quare de me frustra cōquerimini? quid ab hoīe petitis quod diuino nutu impellente actum conspicitis? An putatis me aliud agere posse quam quod Dei spiritus ille præpotens suggesserit? Non in potestate hominis est spiritus Dei, sed spūs hoīs ipse est in potestate Dei spiritus vehemens, repentinus descendit, & vbi vult spirat, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat.

A me petitis quod diuinæ voluntati repugnare cognoscitis, dicat Balaā ductus mercede, vt malediceret populo Israeli, quare votis non satisfecerit regis iubentis quod si non potuit ille K falsus propheta iuxta imperiū regis maledicere populo, cui potius diuino impellente spiritu benedicere cogitur, ille qui natus est rex Iudæorū, talisq; à regib. nuncupatus idem esset rex etiam moriturus; quid me vrgetis vos ad delēdū illustrē quē diuino dictamini me nomate scripsi, referaui, apposui, affixiq; cruci.

Potui quidem condemnare vestris clamoribus ductus innocentem, potui iustitiæ prætermittere leges, potui tandem vestris aliis petitionibus

nibus condescendere, nunquid possum veritatem abscondere aut Dei iudiciũ peruertere? manet inconcussa veritas factum est irreuocabile verbum. Nunquid possum in illam quę praua let oibus, & super oĩa fertur insurgere veritatẽ, vt aboleam, vt cassem, vt obliterer ipsum? stabit non mea, sed diuina sententia stabit, nõ quidem meum commentũ, sed vestræ impietatis, ac infidelitatis perpetuũ monimentum, quod scripsi scripsi.

Cæterũ o iudæi dicitur rogo, quare iniusta hac vestra petitione Pilati animum torquetis, An nõ adhuc satis vobis, qđ vsq; modo in oẽm vestrã sñiam traxeritis, vt in illud tantũ qđ recte egit insurgatis? An nõ sufficiũt vobis, q̃ in Christũ tã impie gessit vt in eo solo verbo de quo cõqueretis, qđ ex se ipso protulit cõdẽnare nũc vultis? exinanistis vsq; ad fundamenta in eo cuius titulum etiam obliterari tentatis, nunc conspicuũ oib. animũ Pilati vestra malignitate corruptũ cuius iudiciũ lõge a dãnatione resistet innocẽtis si vi uestrau essania pcul ab ipso fuisset.

Sed esto Pilatus qđ scripserat delesset an ex hoc Christus rex esse desinisset? regis nomẽ, regiãve ptãtẽ accepit ã Pilato ad quẽ spectaret, vt illã adimeret, ac a scriptura dleret? qd ni anteq̃ illis caracterib. Christus sublimaretur in titulo, propterea igitur Pilatus Christũ regẽ, & talem ex titulo demonstrauit quia prius eũ fore regẽ agnouit & talẽ quem agnouit ipse vocauit, & qualẽ ipse cognouit talẽ & eẽ cõscribere voluit.

Illi vero legis, ac prophetarũ professores qđ Pilatus agnouit, nec ĩtelligebãt nec admittere vllo modo volebant pilato deteriores frustra aboleri, aut mutare scripturã solicitare Pilatum optimo cõsilio firmatũ nec nõ in veritate fundatũ tanq̃ diceret. Nõ profanabo testẽ meũ, & quę procedunt de labiis meis nõ faciam irrita.

Attende ex his quã proni quãq; faciles sint hi iudæorũ Põtifices, & legis pfessores scripturã peruertere, variare, ad propriã voluptatẽ corrũpere, & qui corruptores scriptę legis erãt vsque ad tituli Christi corruptionẽ anhelabãt, aliosq; ad scripturæ corruptionẽ pposse sollicitãt, neqs qui totius scriptæ legis corruptores erãt a corruptione tituli abstinuissẽt, si regiã tpaleq; ptãtẽ nõ timuissẽt iõ qđ ipsi in aperto exequi ac cõplere nõ audẽt, ad Pilatũ recurrũt, ut eorũ votis obtẽperet, q̃ scriptura falsis eorũ nõ est deprauata schematib. eo. n. protẽditur horũ fallacia, vt ẽt ad Diuina pręcepta extirpãda ptingat scripserat Dñs de dilectione præceptũ, diliges proximũ tuũ sicut teipsũ a quo eiusdẽ pręcepti partẽ abraderãt, cũ inimicos odiẽdos volebãt ad uersum quorum falsitatem se opponit, qui non soluere, vt illi, sed adimplere legem descendetat, ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos.

Iudæorum obstinata malitia. *Dixerat* in lege Dñs nõ esse fenerãdũ illi aũt vsurarũ voragine patefacta diuinũ abolere nõ verentur præceptũ de honoratione parentũ datur in lege præceptũ, quod euertere falso pietatis, ac cultus colore sunt conati in quos tanq̃ in falsarios præceptorũ diuinorum inuehit Dñs.

Mat. 15. Quare vos trãsgredimini præceptũ Dei pp traditiones vestras. Nam Deus dixit honora patrem, & matrem vos autẽ dicitis quicũq; dixerit patri vel matri, munus quodcũq; est ex me tibi proderit & irritum fecistis mandatum Dei, &c.

Hi eã scriptã legẽ cuius nec iota vnũ nec vnus apex præteriri possunt donec oĩa fiãt peruertere, & delere moliuntur, sacraq; prophetarũ oracula fallaci tergiuersatione improbare, hanc sacræ scripturæ calũniam ab ipsis hebræis mutuatis sunt & illi falsi Christiani, quos hæreticos esse vocamus, hi sunt sectatores, imitatoresque pharisæorũ, quorũ studiũ in deprauandis sacræ scripturæ apertissimis monimentis versatur.

Hanc diuinæ legis vineã tanq̃ immanissimi, im mundissimiq; apri demoliũtur de quib. ipsa scriptura testatur exterminauit, eã aper de silua, singularisq; ferus depastus est eam, quis aper aut, quis ferus nisi Arius siue Lutherus quis aper, nisi immũdus? & quis singularis ferus nisi singulariter, & quasi sup cæteros superbus? immũdus aper singulariter superb. ipse iudæus, ipse est hęreticus, hi oẽs de silua, quia quasi in scripturarũ silua securib. exciderũt isecuri, & Ascia dieecerũt eã quid exciderũt? quid deiecerũt? qđ scriptũ erat delere uoluerũt, & quẽ suscipere debebãt deiecerũt, quot sñias peruerterũt tot lingua ex silua exciderũt, quot fidei dogmata respuerũt tot fidei articulos deiecerũt, vere apri nõ quidẽ de ciuitate, aut de vinea verũ de silua nũcupantur, quia a cõitate fideliũ & ab ecclesia recesserunt & ve luti singulares in siluis abscõsi veluti in latibulis, ac conuẽticulis degẽtes tanrã in aperto prodeũt qtũ se ad deuenstãdã, & demoliendã vineã seu ecclesiã nactã sibi occasionẽ vidẽt apri sunt quorũ importunitas uelut aprorũ genus .n. hoc aĩalis indomitũ prorsus, & immundũ lutuosũ, & oĩ tpe sup cætera aĩalia capite dimisso terræ inhærere vñr, quæ oĩa apnme ta iudæis, q̃ hæreticis veluti genuiua conueniunt.

Hebræorũ & hæreticorũ vnũ & idem studium & propositum in deprauandis sacræ scripturæ sermonibus.

Aper ferum aial & indomitum.

Milites ergo cũ crucifixissent eũ diuiserũt sibi vestimenta eius, nihil terrenarũ facultatũ (demptis uestib.) propriũ habuit Christus quib. eum ad tempus usus fuisset tãdem hisdẽ spoliatur, & exutus diuidenda cæteris reliquit, ut qui nobiscũ nudus egressus fuerit de uentre castissimę Matris, nudus reuerteretur illuc, sed quõ depauperatus Iob ille patientissimus aut qui pro nobis egenus factus est Christus nudi illuc vnde exierunt reuerti potuerunt?

Quid est quod de utroque dicitur, nudus reuertatur illuc? vbi? ad quem? quomodo? nudi reuertuntur: quomodo possunt hæc fieri? Nunquid homo cum sit senex potest in uentrem matris suæ iterato introire, & renasci? quid si diem suum clausisset quæ peperit Iob? quomodo in ventrem matris suæ aut illuc unde egressus fuerat reuersurus esset? quid si pro matre terram intelligas: quomodo poterit prophetica sententia de Christo uerificari, cuius corpus surrexit incorruptum dicente proph. non dabis sanctũ tuum uidere corruptionem? quid est igitur qđ dicitur? Nonne ab oĩbus nobis introeuntibus, & exeuntibus ab hoc mundo probatur? quisquis eo die & hora qua natus in mundo apparet nõne statim nudus apparet? & hoc est quod dicitur nudus egressus sum. Ps. 15.

Cũ aũt ab hoc mũdo moriendo recedimus eo die, & eadem hora qua nos hinc recedimus nudi etiam apparemus dum ex his mundanis nihil nobiscum sumimus nec proprias, ueſtes deferimus, non igitur ad materni uẽtris ingressum propheticus sermo uerificatur, sed ad tempus illud inquo statim apparemus ex matre nati, eodemque tempore morte perempti mox secernimur, mox etiam nudos nos recessisse mani-

Euidentis difficultatis pulchra solutio. festamus. Hanc humani generis communem miseriam etiam Christus in se ipso suscepit; qui non solum in hora mortis propriis etiam suis vestibus priuari voluit, sed ipso adhuc superstite expoliari, ac ipso vidente, id est ante oculos eius passus est militum beneplacito eas vestes quibus tanto tempore vsus fuerat tradi, & qui se ipsum in obsequium nostrum totum tradebat, etiam vestimēta aliis relinquebat, & quod grauius nobis videretur, animisque nostris molestius efficeretur in precium ipsis crucifixoribus propriæ exhibentur ipsius crucifixi vestes a quo aliā mercedem sperare non possent; eum namq; carere pecunia facile arbitrabantur quē nec habere vbi caput suum reclinaret agnoscebāt. Nec alieno aliquo ære, sed propriis tm̄ vestibus suæ crucifixionis ministros solui voluit, qui soliturus in cruce pendebat potiora hotum debita totus itaque intentus solutioni, vt oīa omnib. soluat pro electis sanguinem fudit in pretium simul & lauacrū, vt ablutis, nec nō solutis peccatorū nexibus liberati à miserabili illa seruitute à peccatis omnibus mundaremur.

Impios autem satellites, crucifixores, & inimicos terrenis auidis commodis, & prouentibus suas diuidendas inuicē reliquit vestes; exuit vti que alias quas deferebat vestes quod supra vidimus quas tñ nunq̄ suis distribuit, quos his terrenis exuuiis ditari noluit. Hæc aliis diuidēda distribuit, quib. nil aliud mercedis ascripsit. Attende, & propensius obserua q̄ munificus quamq; nobiscum liberalis sit Dn̄s, qui adeo magnifice egit, vt nec crucifixores suos quos perdere oīno debuisset pro opere crucifixionis persoluerit. Nunquid operib. malis obsequiū, aut mercedem præstabit Dn̄s? Absit sed cum passio Christi non penes impietatem solum Iudæorū sit attendenda, verū, & ex parte Paternę voluntatis, ac beneplaciti ipsius Christi sit consideranda; stipendia ministris ideo exhibentur non vt iniustitiæ Iudæorum ministris, sed diuinæ voluntatis, ac iustitiæ executoribus.

Cap. 13

Hinc nos passim uiam impiorū prosperari dignoscimus, beneq; ac fœliciter sortiri his, qui praue agunt, qui.n. nullū malum impunitū reliquit ipse, nullū bonū irremuneratū permittit; aut igitur Christū, aut vestes Christi recipimus, prius anteq̄ moreretur Christus vestes diuidēdas, carnalib. ac terrenis ascripsit si volueritis.n. & audieritis me, bona terræ comedetis, iustis aūt longe alia præparatur merces Domino dicente ipsi Abraam esto perfectus, & ambula coram me, ego merces tua magna nimis.

Magnifica, & generosa remuneratio. *Ipse inquam* est præmiū quod nec oculus vidit, nec auris audiuit quæ pparauit Deus his, q̄ diligunt illum. Hæc tā generosa nostrarū operum remuneratio maxime terrere dēt mortales adhuc peccatores ea maxima rōne quod tantis assidue diuinis ditemur obsequiis, vt nullis vlterius opus sit nobiscū agere cōpensis? quid habemus quod non acceperimus? nonne ab ipso patre luminū oē donum optimum, & oē bonum perfectum est, qui dat omnibus affluenter?

Nihil superest quod peccatores per quæuis tpalia bona expetere vlterius possint. Soluti sumus quicunq; vestes Christi nobis diuidimus, qui hæc temporalia quærimus, qui dignitates affectamus, qui voluptatibus, & consolationibus, vacamus, qui palatia, aurum, vestes, & rura nobis solis possidemus, his omnib. expoliatur Christus, vt exutus tpalibus, ad æternitatem pertranseat, à Mundo ad Patrem accedat, & ad immortalitatem perueniat, nudus (inquam) moritur, quia arcta, & stricta est hæc via, angustaque est hæc ianua.

Expoliatur Christus vt nullo præpeditus obstaculo ex hoc mundo ad Patrem transeat, distribuit diuitias, distribuit dignitates, diuisit patrimoniū, sed cū hæc dilapidentur, carnique ac sanguini tradantur in curribus, & canib. phaleratisq; equis expendantur in pompis, & ludis consumentur quid prouenti expectare, quid

F mercedis ex dispensatione possumus præstolari? dicant pauperes, loquantur egeni, proclamēt ecclesiæ dirutę, altaria desolata, mortuorū ossa oī orbata suffragio, oī vacua sacrificio cū militibus ascripti sunt si crucifixorib. Christi coniuncti qui nō ad alios q̄ ad se ipsos relicta vestes dispensant. *Quo nudū* sequamur Christū si nō nudi fuerimus cū Christo ipse Gigas relictis exuuiis exultauit ad currendam viā. Nos vero adhuc tpalium affectib. abuoluti Gigantē currētem imitari poterimus? quid est, quod inquit Gigas Christus, nisi quis reliquerit Patrē, aut matrē, aut vxorē, aut agros pp me &.c. nō ē me dignus; relinquamus oportet terrena terrenis tē- Mat. 19.

G poralia tpalib. & cum Apostolo oīa arbitrari, vt stercora, vt Christū lucremur; nil aliud scire arbitrātes nisi Iesum Christū, & hūc crucifixū.

Quid vltra tam egre ferimus quare tātopere conquerimur si agri, si vineta, si merces nostræ non adeo nobis fructificant? si aīalia, si filij, & parentes, aut vita defficiunt, aut sibi inuicem q̄ tua sunt spolia diuidantur ecce Christum nudum in cruce pendentē, ecce Dn̄m sicarios, ac carnifices vestes suas diuidentes intuentē quod

H quidē monimentum nostris obtulit mentibus infigendum qui prophetico ductus spū inquit diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestē meam miserunt sortem, qūo nouis vestiemur vestibus, nisi veteres nostras exuuias relinquamus nemo (inquit Sal.) commissuram e nouo vestimento immittit in vestimentum vetus alioquin, & nouum rumpitur, & veteri nō conuenit quod sit nouum vestimentum quod induamus ab Apostolo semel atq; iterum didicimus, induimini (inquit) Dn̄m Iesum Christū Ps. 21. Luc. 5. Ro. 13.

I & alibi induite nouum hoīem qui secundum Deum creatus est, & iterum quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis, quod si omnia noua placent, quomodo nos saltē paulatim antiquis, ac terrenis non spoliamur exuuiis, vt e mundo ad patrem transire valeamus? Eph. 4. Gal. 3.

Habemus ducem quem sequamur oportet habemus Magistrum exemplum dātem nobis, vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus, induite vos sicut electi Dei viscera misericordię benignitatē, &c. hæ sunt Christi vestes, quibus Coll. 3.

K vt induamur accomodat est adhuc & alia vestium depositio supradictis intimior propterea .n. non vnius, sed plurium facta est mentio vestium quarum vtiq; altera intimior, altera quæ neque facile mutatur aut quotidie deponitur, aut singulis dieb. seu mensib. siue annis exuitur verum in sola hora mortis relinquitur, & carnificibus traditur. *Corpus quod habemus est* vestimentum quod vsq; ad mortem gerimus, graue vtique animæ vestimentum dicente Salomone Sapien. 9. corpus quod corrumpitur aggrauat animam imo carce, dicitūr Animæ.

Corpus est graue, & onerosū animæ vestimētum.

mæ. Rom.7. Infœlix ego homo, quis me liberabit de carcere mortis huius? Hoc ad eo obstringit totum hominem, vt quasi vndique obuolutus ligatus videatur: ideo anxiatus in-
Phili. 3. quiebat spiritus. Cupio dissolui,& esse cũ Christo,quid est dissolui nisi à corpore separari? sola morte dissoluitur, quia vestimentum Animæ
Aug. in ps. 107. in hora mortis tantum deponitur,vnde ait omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos,& mutabuntur secundum quem modum inquit peribunt? secundũ vestimentum; quid est secundum vestimentũ? A secundum corpus, vestimentum enim Animæ corpus,sic enim illud nominauit Dominus vbi
Luc.12. inquit. Nonne anima plus est, quam esca, & corpus plusquam vestimentum?

Corrumpitur vestimentum, quia corpus senio cõfectum si in potentatibus octoginta anni amplius eorum labor, & dolor: quia superuenit mansuetudo,& corripientur sub quo vestimento sterneturtinea, & operimentum suũ erunt vermes, & tamen sicut opertorium mutabis eos,& mutabuntur:quomodo mutabuntur? quia seminatur corpus animale resurget B corpus spirituale: idest deponitur corruptibile reassumetur incorruptibile, & nos ipsi omnes immutabimur incorruptiq; resurgent mortui.

Et fecerunt quatuor partes vnicuique militi partem, & tunicam expresse cognoscitur milites Christi vestem destruisse, seu lacerando, seu commissuris dissutis diuidendo cum Christus in Sacris scripturis sub litera velut indumento contineatur: hæc vestis milites habet à quibus laceratur, & à sua germana compage dissoluatur. Habet Hebræos de quibus paulo ante dicebamus,habet & hæreticos,& hi quidem quatuor præcipuè esse dicuntur, quorum psalmus C
Lacerãt Christi vestes hæretici. scelestissimus Arius lacerabat dum diuinitatẽ à Christo auferendo lacerabat,vnitatem in vna persona diuina duarum naturarum dissoluebat, & scripturam scindebat Christum Dei filium non naturalem, & consubstantialem, sed tantum adoptiuum ponebant, & lacerabant scripturam: quia (teste D. ambrosio) in illa nil de adoptione, sed de legitima filiatione tantummodo habetur legi (inquit) & reuolui scripturas, nec vnquam inueni (mistum filium adoptiuum esse, & Apostolus cui Ange-
Heb.10 lorum dixit aliquando Deus filius meus es tu? cuius diuinitatis totum Ioannis Euangelium vbique redolet, & nos seriosius supra in prohemio differuimus.

Secundi milites Christi vestem scindẽtes sunt Sacramentarij viri seuissimi, qui in corpus, & sanguinem Christi iam gloriosi, & immortalis prophanis insurgunt blasphemiis diuidentes imo tanquã carnifices ab Ecclesia corpus Christi,& sanguinem separantes,& ab augustissimo Euchatistiæ verum Christi corpus lacerantes, E ac seiungentes signum solum corporis eius reponentes, per quod non solum Ecclesiam adhuc in vmbraculis,& figuris constituunt,sed ipsa Synagogna inferiorem, & infœliciorem efficiunt cum in Synagoga expressius signum, & manifestiorem corporis Christi sanguinisque & passionis eius figuram accepisset Agni vl3 anniculum immaculati, & cum sanguinis effusione occisi.

Nos autem seu Ecclesia eius quam adeo dilexit,vt in fide sibi desponsauerit, solo panis edulio ditauerit quod & supra fusius pertractauimus. hic carnifices scindunt hanc vestem, lacerantque literam, clare proferentem? caro mea vere est cibus, & sanguis meus, vere est potus panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita.Hoc est corpus meum comedite ex eo oẽs hic est sãguis meus, q ꝓ vobis effundetur &c.

Tertius miles est ille alius hæreticus, qui & liberum arbitrium,& bona opera repellit ab Ecclesia,ipsisq; fidelib. quorum insaniam tam sacræ,quam seculares literæ damnant quorũ(inquã)cecitatẽ tam oĩum scripturarum dogmata quam ipsorum profanorum scripta condẽnant quartus miles sunt ipsi Scismatici, à qbus Ecclesiæ vnitas procul repellitur, à qua separantur, & ne vno capiti subsint scinduntur in sectas,& se in tantum monstruosos ostendunt in quantum sine vero capite se viuere arbitrantur,dispẽsant huius vestis partes vnicuiq; militi partem quia licitum faciunt pro eorum libito suę fidei articulos fingere vt quot capita sint hæreticorum, tot sint sententiæ ad inuentionum ipsorum nimitũ, quia non sit in fundamẽto Petre: idest non in Christi fide quæ firma est,& in cõcussa verum in fundamento Arenæ,quæ exposita ventis aut subuertitur, aut euanescit. Hoc igitur tantum abest,vt numero eorum conscribantur,qui sapienti viro assimilantur, qui ædificauit domum suam super petram.

Et tunicam; erat autem tunica inconsutilis, & desuper contexta per totum. Tunica à tegendo dicta, qua exuta nudus quisq; remanebat quam olim lineam totum corpus contegentem antiquiores defferebant, qua postea abbreuiata nõ vltra tunica vocatur, sed camisia nuncupatur, & tunicæ nomen longiori vestimento ascribitur per quod totum corpus contegitur accommodatur quõcunq; hac tunica Chtistus vtere- Christi tunicas.
tur patet omnibus quod Christus nudus crucifigitur quod cum de nullo alio legamus diuino consilio specialiter in ipso factum oportet credamus.

Primo quidẽ quia puer eo, decet enim pueros apparere de tectos in quorum membris nihil turpe, nihil maculatum labe contaminatum so mite apparere poterat ipse .n. puer qui purus, qui innocens,& incontaminatus sic dixit,& de Saule scriptura. Puer vnus anni erat Saul cum 1.Re.13
regnare cepisset, & qui in vtero sanctificatus cap. 1.
fuerat Hieremias protestabatur se puerum a a Domine Deus nescio loqui quia puer ego sũ, & hunc suum filium puerum vocat æternus ille pater qui ait ecce puer meus siue vt aliter ex Isa.42.
ponitur seruus meus quem elegi posui super eum spiritum meum.

Sec qui periculo mortis sunt constituti ex animi temeritate pueri nonnunquam vocantur, quorum corpora, vt puerorum curantur,nam & quem diligebat seruum Centurio puerum nominauit, cuius sanitatem à Christo impetrauit,puer meus(inquit)iacet in domo paralyti- Matt.8.
ticus, & male torquetur qua ratione optime puer potest vocari, & ipse Christus.

Nudus etiã debebat mori Christus,quia nudus expulsus Adam à Paradiso nudus reuersurus erat in paradisũ,solũ hic indumẽtis egemus Christi
vbi ab offensionib. pro posse cauemus, cessat nuditas.
autem ibi illa vestimenti necessitas vbi cessat, & ipsa tediosa, ac periculosa mortalitas, vt igitur totus immortalitatis splendore vestiatur

prius suæ mortalitatis vestibus nudus exuitur nudus moritur quasi terminata suæ vitæ passionis ac mortis tragædia: quas assumpsit mortalitatis vestes exuit: vsque modo enim habitu inuentus vt homo, visus est purus homo, imò vermis, & non homo, imò & peccator homo, dimissa vero mortalitatis exuuię, decorem suũ inducit immortalis effulget Deus, & homo re splendet nudus, quia plerunque quidam pseudoprophetæ, & pseudo Christi ementitis vestibus ouium induti incautos decipiunt.

Nudus i cruce Christ' morit.

Nudus Christus agnosci voluit, & expoliatus contueri vt si quãdoq; dixerint impii, ecce hic est Christus: ecce illis non credatur illis, nudus moritur quandoquidem ipse est illud granum frumenti, quod cadens in terra nudum deponitur, vt vberior fructus augeatur excussum vidimus flagellis nudum conspiciamus, & tunicis.

Nudus insuper cruci distendetur, vnde & illud impleatur dinumerauerunt oĩa ossa mea, nudus ut omnib. conspicuæ sint cicatrices eius quomodo vl; à planta pedis vsque ad verticẽ nullus sibi sanitati sit locus vt omnib. (inquã) peruiam huius mortalitatis transeuntibus appareat quod non sit dolor similis dolori eius, nudus tamen distẽditur quia cum se gallinam dixerit etiam *&* gallinam.

Se fecit cum extensis alis in cruce crocitat ad se pullos conuocat vt exaltatus à terra ad se omnia pertrahat explumant se gallinæ denudant expoliant vt pullis obsequantur.

Ob salutis nostre estũ & sitis ardorẽ vestib' exutus Christ' interiit.

Nunc tempus miserendi eius quia venit tẽpus pœnitus: expoliatur vt cunctis misereatur nobis, suas reliquit vestes, vt qui esse nequimus Christi possimus tamen esse Christiani nũdus postremo moritur vt ardorem suæ qua ardebat charitatis totus anxiatus mundo patefaceret, ardebat & ardore succensus sitiebat quẽ ardorem etiam vestes omnes exuendo demonstrabat quisquis autem in Christi nuditatem oculos ostendit Ambrosium sibi occurrentem audiat, sicut vitiosis ad corruptelam nuda sũt omnia etiam quouis vestimento contecta, ita honestorum mentibus obtecta sunt etiam quę cunque sunt nuda.

Erat autem tunica inconsutilis, per totum scindant hæretici, scindant scismatici vestes Christi diuidant illas carnifices, & milites, tunica eius contexta desuper per totum illibata, & integra manet quomodo non remanebit quæ desuper contexitur per totum? Hæc est Christi ecclesia quam vnam elegit, copulauitq; sibi quam sponsauit, vinculoque charitatis vniuit, cuius vnitatem nequit dissoluere homo, potest tam hæreticus, quam quisque infidelis dissentire ab vnitate, & quam induit fidem dissentiendo ab vnitate diuidere, Non tamen potest ab ecclesia vnitatẽ rumpere, seu remouere contexta cum sit desuper, & roborata, per totũ, & quo desuper? ab eo vtique qui est desuper quis est iste desuper? qui super omnes est, quis iste homo desuper? qui non homo solum, sed & Deus est qui desursum venit super omnes est, cuius testimonium verum ac irrefragabile est vnitatis vinculum ipse contexerit, qui ne ecclesia deficeret rogauit, statuit, & obfirmauit, rogaui pro te (inquit) Petre vt non deficiat fides tua. Hanc milites, nec audent, nec scindere possunt magis reuereri videntur dum inuicem non di-

Christi inconsutilis & i tegra tunica ei' ecclesia

uidendam concludunt, Non scindamus eam (inquiunt) sed sortiamur cuius sit, amant velint, nolint ecclesiæ vnitatem, illamque admirantur ob cuius spectandam vnitatem etiam lædere verentur quod sola ecclesiasticorum diuisio frangere potuit.

Hi sunt qui per sectas ab ecclesia seipsos diuidunt non ecclesiam scindunt. A vinculo charitatis, primo dissoluuntur & ideo facile diuidũtur quandoquidem hoc vnico vinculo salua firma & inseparabilis cõseruatur ecclesia de quo
F vinculo inquit Apostolus quis nos separabit à charitate Christi, & concludit: quod nec tribulatio, nec angustia, nec periculum, nec gladius, nec mors, nec creatura aliqua potens est separare nos a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. 1.Cor.8

Hæc est tunica, qua nos ipsos peccando expoliare possumus, qua non induti procul à conuiuio repellimur, nemo frangere nostram valet charitatem quam potius admirari, & reuereri ipsimet milites coguntur, in hoc cognoscent omnes quod Discipuli Iesu sumus,
G Hinc abundant nostri vndique hostes. Hinc insurgunt in nos qui tantis diuisas sectis conspiciunt qui intestinis nos odiis, & bellis intelligunt.

Ad hanc consequendam indiuisibilem tunicã omnes anhelant dum omnes hæretici se consequuturos illam aspirant qui dum de inuiolabili diuisione desperant in hoc vno conueniut, vt de illa cuius sit sortiantur, & ideo quot annis nonnulli inuicem conueniunt, vt per vota numerosiora, quid credendum sit illo anno concludant passim addentes, aut minuentes
H articulos quos præterito anno professi fuerãt, nunquam enim consutam tunicam possidentes, quia nec tunica Christi illa esse conuincitur quæ inconsutilis non est, nec desuper contexta per totum.

Tunicã nostrã confrin gere nitunt hæretici.

Ea igitur sola tunica est Christi quam nobis integram, indiuisibilem, firmam, contextam per totum orbem per totum tempus, necnon per totũ æuum, nulla vetustate consumi nulla reuolutione variat secernitur, aduersus quam nec milites, nec carnifices, nec hæreticorum, seu infidelium caterua, nec ipsæ portæ inferi
I præualere possunt, per quam agmina insurgentium repellimus, & superamus, quia hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra.

Vt scriptura impleretur, partiti sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Tanta diligentia Spiritus sanctus Christum in scripturis delineauit, vt non ea solum prædicere voluerit, quæ ad eius originem, vitam, mores, miracula, patriam mortem resurrectionem spectant: verum nec vaticinium prætermiserit de vestibus eius, totũ quod est Christus totum quod fecit, totum quod habuit sacra scriptura, aut aperte in litera, aut mysticè
K sub litera continuit. Hæc autem potissima pro fundissima ac inexcogitabilia suę passionis mysteria, quæ vix capere mundus potest, imò quę adhuc Iudæis sunt scandalum, & gentibus stultitia apertissima existere, & in ipsius literæ superficie contineri voluit: vbi tam abdita nobis efficerentur conspicua. Psal.21.

Agnouerat spiritus ille ueritatis, adeo hebetes quorundam ineruditorum mentes, adeo vecordes nonullos fore homines, vt nulli eruditorũ

ingenio

ingenio cessuri essent ideo quædã tam aperta retulerit, vt in ipsa litera veluti in patefacta ianua, quędam alias abditissima collocare statuerit si quomodo agnitæ margaritæ non conculcentur a porcis inuentæ dixerat, suis iam per sermonem eruditis discipulis supra scrutamini scripturas, & ipsæ dicent de me, quid est scrutari nisi intus rimari? illos iubet rimari quos scripturæ literam interpretando abditos sensus voluit inuestigari, qui autem sic hærent literæ vt alium a literali sensum non admittunt hi sunt animalia sensu germano carentia ad solũ hic & nunc respicientia nonne & in veteri, & in noua lege legislatores ipsi sua plerunque dicta sunt interpretati? & (vt Gregorius ait) dignatus est Dominus aliqua per se ipsum exponere, & ad alium sensum interpretari, vt discamus & nos expositiones recipere, & literæ verba ad vberiorem sensum referre.

Cap. 5.

Sunt in scripturis aperta quædam mysteria, quæ si liquida ipso literę sensu recipimus, sunt & sub parabolis plura contecta ne viliora ex facilitate reddantur aut certe minus auide ex cõmunitate sumantur non ne efficacius peroptamus, quæ delibando gustamus: nõ ne marcesceret sine contrario virtus? Non vt docet Apostolus dedit nobis, & in ecclesia desiuit, quosdam quidem Apostolos alios sermonum interpretatores, alios pastores, & doctores in opus ministerij in ædificationem corporis Christi donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filii Dei, erant proinde, qui arbitrantur imo pertinaciter deffendunt omnibus datum esse nosce mysteria regni Dei, sed vobis (inquit Christus) Apostolus videlicet datum est ea nosci cæteris autem in parabolis, vnde sic arguit aliquos rudiores Apostolus, etenim cum deberetis esse magistri propter tempus, idest, ex longa conuersatione cum peritioribus rursus indigetis, vt doceamini, quæ sint elementa exordii sermonum Christi intollerabilis temeritas magisterium profiteri, qui discipulatum abhorrent, qui more ligurum nec præesse sciũt nec subesse patiuntur, docere tamen antequã discant, & discipulos habere antequam nouerint discipulatum nec timent nec verentur. Hi sunt quos abhorret Apostolus erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, quid est, quod magis ineruditorum demulceat animos, seu agricolarum, rusticorum, cerdonum, pedantorum omniumque mecanicorum pruritum excitem aurium, quæ statim nullis mediis vigiliis nullo interueniente incommodo, nullis concurrentibus expensis nullo labore studiorum ad magisterium euectos se audiant, & intelligant dicunt hi errorum magistri Theologos, cæterosque ecclesiæ doctores eorum gloriam emulari, & se ipsos profitentur de quibus Salu. Abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, sed qui nam sint paruuli isti, an ætate, an statura, an paupertate, an ignorantia, an simplicitate, nec intelligunt nec capere possunt.

Ephe. 4

Luc 8.

Heb. 3.

2. Thi. 4

Matt. 9.

Nos autem scimus paruulos eos esse quibus mysteria sunt reuelata non rusticos, non plebeios, non infantes, non ignorantes, sed illos de quibus idem Dominus ait sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cœlorum, qui sunt hi pauperes? Audi supra Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hæc est paruitas inanis gloriæ videlicet iactantiæ, superbiæ, & malitię cuius etiam meminit Apostolus malitia paruuli estote.

Mat. 19

Cap. 5

1. Co. 14

Ex his patet scripturam sacram imo spiritum sanctum totius sacræ scripturæ ac omnis veritatis auctorem etiam materialium Christi vestium rationem habuisse cum autem Apostolo teste, quæcumque scripta sunt ad nostram eruditionem seu doctrinam scriptam sint duabus
A his eruditionibus consolamur, & quidem ea, quæ ad sanctorum venerationem alia quę ad eorundem reliquiarum considerationem quarum vtraque infelicis huius nostri temporis nouatores, & hęretici e medio tollere cognantur eo potissimum ineruditorum argumẽto quod huiusmodi reuerentia, quæ tam sanctis in patria iam existentibus tum eorum corporibus cineribus vestibus cæterisque reliquiis exhibetur cultui diuino contraueniendo detrahatur, quæ quam procul absistant à veritatis tramite, non solum consulendæ sunt vtriusque testamenti paginæ, omniumque Doctorum eccle-
B siasticorum cetus ac ipsa bonorum omniũ sancta Mater traditio verum aduocandi sunt omnium humanarum litterarum professores, omniumque nationum legislatores, quod si nos mysticas Christi vestes sanctos esse non ignoramus quibus circundatur velut vestimento Christus quomodo non honorabimus, seu nõ venerabimur has Christi splendidissimas vestes candidissimusque, vt nix amictus in gloria existentis? quis deturpat, offendit, contaminat re-
C gis vestes, & ipsi regi non irrogat iniuriam? Nõne in Christi contumeliam redundant, proptere a iubebat Dominus, Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari, quid est Christos meos, nisi vestes meas? sic enim consueuimus, & nos continentem sumere pro contento, nam & Amphoram aquæ, idest, continentem aquam & cyatum vini, idest continentem vinum accepimus scriptum est enim de Domino, & sanctis eius. His omnibus velut vestimento vestieris, sicut Amictum mutabis eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es,
D & anni tui non deficient, & alibi, qui vos spernit, me spernit, & qui vos recipit, me recipit dicunt sanctos non esse adorandos, quod si sane intelligerent, aut nobiscum conuenient aut pertinaciter in foribus delinquunt cum vnum in scripturis adorationis genus reperiatur per quod Deo, vt creatori, ac redemptori diuinus cultus in protestationem dominii exhibetur, & in eisdem aliud adorationis genus conspiciatur, quod & excellentioribus creaturis communicatur.

Ro. 15

Ps. 104.

Isa. 49.

Mat. 10

Hęreticorum peruersa confuditur obstinatio.

E *Si de primo intelligere* volunt profecto nobiscũ conueniunt, solus nam Deus tanto cultu, seu tali adoratione nobis colendus proponitur, quod & primum ex præceptis præponitur vnum, inquit, cole Deum, & alibi Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies. Hunc sibi honorem Dominus reseruauit nec cuipiã alteri dedit, hoc aliquis ex iustis ac sanctis hominibus, seu Angelis hanc quam latriæ adorationẽ vocamus vsurpamus, quinimo tamhoĩes quã Angeli tales adoratores a tali eorũ adoratione cohibuerũt, nã Paulus & Barnabas cũ licaonicenses conspicerent, vt Diis sacrificare sibi parent

rent impetum repressserunt, & vix populum à tali adoratione represserunt dicebat enim populus Diis similes nobis apparuerunt respondebant Apostoli. Nos homines sumus sicut & vos nolite nos vt Deos colere, & quod Dei proprium est nobis impẽdere, in Apocalypsi quoque legimus cap. 19. Angelum, nec sic adoraretur prohibuisse, vide inquit, ne feceris con seruus enim tuus sum & fratrum tuorum, alterius autem adorationis quæ non latriæ, sed duliæ dicitur multis abundamus argumentis eam communem esse & hominibus, quis hoc arbitretur filios Iacob fidelium omnium Patriarcha tantæ sanctitatis virum tam præcipuũ Dei amicum filiis suis præcepta dedisse vt hominem in Aegyptum frumenta vendentẽ adorarent, si per talem adorationem gloriam Dei alteri darent.

Act.14. Ca. 19. Adoratione latria nõ adorantur homines quantũcunque sanctissimi.

Nonne & ipse Iacob adorauit Esau tali signo illum honorando vt patet. Nonne & Samuel adhortatus est Abigail, vt Dauid prona adoraret. Nonne Natan proph. Dauid Regẽ adorasse legimus quem sanctum esse non ignoramus. Nonne & à pluribus se adorari ipse Dauid permisit, sed si vlterius vestes ad reliquias reducimus his paucis pro breuitate negotium absoluimus. Ad monumenta non patriarcharum tantum, aut Sanctorum Basilicas tales pietatis expertes remittimus, sed ad tumulos in totius orbis angulis reconditos inspiciẽdos vocamus quibus quãta apud omnes tam fideles quam paganos fuerit cura reposita suorum virtuosiorum corpora incunctãter intelligẽt. An non vbique locorum impietatis arguẽtur, qui hæc talia abhorrent, damnant, & è medio tollunt, necnon quod totum hominum genus amplectitur laudat, & obseruat, dicat Augustinus. Non sunt contemnenda corpora iustorũ quibus velut organis, & vasis vsus est Spiritus sanctus, si enim vestis, & hui tanto carior est posteris quanto erga parentes maior extitit affectus multo maius extimanda qualibet veste Sanctorum corpora quæ multo intimius quocunque indumento gestamus.

Gen.33. Intellige adoratione Dulyæ sanctos istos uenerari. Aug. in libro de cura pro mortuis habẽda Cap.3.

Et milites quidem hæc fecerunt. Hæc (inquit) fecerunt milites: hæc singula isti adimpleuerũt quibus quid vlterius agendum illis restaret quidve sæuiendum haberent non inuenerũt. Hæc omnia milites perfecerunt, & quid agerẽt seu in quem sæuirent non cognouerunt peccauerat Pilatus, peccauerunt & milites ille iubẽdo, isti adimplendo, ille sententiando, isti exequendo vterque in Christum peccauit, verũ est qui grauius peccauerũt de quo supra dicit qui tradidit me tibi, maius peccatum hẽt potiori inuidiæ stimulo agitati, acriori odio conciti malignitatis spiritu impulsi, innumeris beneficiis ingrati, grauiori sunt culpa perditi, propterea enim non sycarios non maleficos non denique carnifices hos in Christum vsque ad mortẽ sæuientes, sed milites nominauit, quorum interest aliorum mandatis parere.

Cap.16

Hi sunt qui hæc fecerunt à Principibus impulsi, imò & pretio ducti, hoc.n. hoĩum genus pecunia ducitur & potius sibi quam iustitiæ obtemperare videntur teste enim Apostolo quis vnquam suis stipendiis militat? Isti hæc fecerunt a quæ illi mandauerunt. Hæcq; hæc? Hæc omnia ad Christi passionem spectantia de quibus supra proinde & nos quidem milites sumus qui in vna ecclesia catholica conuenimus habemus, & militiæ nostræ vexillum habemus, ducem habemus, & arma quæ Apostolo teste non carnalia, sed spiritualia sunt. Habemus Apostolo attestante carnalia desideria quę militant aduersus animam, & Iacobus Coapostolus eius. Vnde bella & lites in vobis? nonne ex concupiscentiis vestris quæ militant in membris vestris? Vtinam non deteriores illis essemus de quibus testatur qui illis dominabatur Centurio. Habeo sub me milites, & dico huic veni, & venit, & seruo meo fac hoc & facit.

2.Cor.9 2.Cor. 10. 1.Pet.2 Cap.4. Luc.7.

F

Ducem bellique ductorem habemus Iesum, ipse præiuit ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum meorum con fortat, Nolite timere eos qui occidũt corpus: corroborat confidite, quia ego vici mundum bellandi formam præbuit sicut me videtis facere, & vos facite, nostrum se cũstituit exemplar exemplum dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis, præcipit & tantũ dicit fac hoc nec illud facimus, mandatis eius ad opera salutis astringimur, nec id de quo iubemur implemus quisquis enim militans Deo implicat se negotiis sæcularibus hic à Christi militia procul repellitur, qui vero Christi militiam profitetur, hic athleta victoriosus ascribitur, cui & si contra castra consistant, nec opprimitur tamen & nec superatur, ipse namq; Dominu s teste proph. Docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum; ideo (inquit Amb.) bonus miles quamuis grauium præliorum, non tamen refugit bella, nec pauescit con flictus, sed fidelis, & prouidus aspirare diuinitus sibi petit auxilia, nec petit vt quiescat à persecutionibus, sed tantum orat in persecutionibus adiuuari cæterum quomodo coronari poteris illa immortali corona gloriæ qua nequit coronari nisi qui legitime certauerit, & Augustinus, miles terrenus, nec filiorum dulcedine, nec vxoris amore, aut aliquo sæculi timere inimicorum salutis corporalis congressũ timet, sed munitus armis quibus hostem superet promptus ad conflictum accedit, multo magis miles Christi sine impedimento huius sęculi, animam suam pręparare ad tentationem iubetur luctaturi cum diabolo spiritualibus nos armis muniri oportet, miles terrenus, donec cõflictum terminauerit, non proicit à se suæ arma militiæ, magnaque diligentia, donec pugnam perfecerit illa custodit, tu autem inermis & imparatus ab hoste calidiore grauioribus vulneribus non cõfossus euades inter aduersa autem Christi miles constitutus æquo animo cuncta debet proferre vix enim maiora quis perferat incommoda ipso milite inuenies iudicemus nos ipsos an Christi milites simus.

Inuictissimus Dux noster Christus & princeps militiæ nostræ.

G

Ps.143.

H

Aug. libro de salutaribus documentis.

I

Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius Maria. Duriora hic & adamantina corda velut ad fontem emolienda prudens Euangelista auocat, stabat (inquit) iuxta crucem Iesu mater eius, mater intacta, mater inuiolata, mater Saluatoris, Iesu inquam mater, illius secundũ humanitatem mater cuius secundum diuinitatẽ in cœlo æternus est pater iuxta crucẽ erat quæ in cruce ascendere nequibat, à cruce nequaquam recedebat, quia in cruce dilectus, & vnicus filius eius pendebat, stabat, (inquit) quia stãdo persistebat, & patienti filio condolebat;

K

stabat

ſtabat alligata teneriſſimæ dilectionis funibus immo iiſdem clauis confoſſa ſpiritu,quibus cōfoſſus corpore pendebat filius, ſtabat Mater, ſed doloroſa iuxta crucem, quidem,ſed lachrimoſa.

O caſtiſsima Matris viſcera o pectora omni ſanctitate conſpicua, hunc tuorum præcordiorum infœſtiſſimum gladium aperto præconio ſanctus ille Simeon tibi prædicere cogitauit, Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, gladius vique doloris, quandoquidem nihil in A corpore patiebatur filius, quin totum in animo non pateretur mater: lachrymabatur Christus ſuper Lazarum iam per quatuor dies defunctum flebat Christus amicum quomodo non flere poterat aut debebat tantum filium tanta mater? ſciebat Ieſus Lazari ſtatim vitam recuperandam, quem properabat vitam reuocandam.

Luc. 2. Beatiſſimę Dei matris virginis Mariæ dolor immenſus.

Nunquid poterat mater lachrymas cohibere in filium mox moribundum, cuius præſentia per triduum ſaltem orbori debebat? iam alias B circundederat vicos, & plateas inter notos, & parentes, vt inueniret, quem diligebat anima eius, ſine cuius præſentia moleſtam vitam ducebat, fili, quid feciſti nobis ſic?ego & pater tuus dolentes quærebamus te tanquam diceret abſcondiſti faciem tuam a nobis, & facti ſumus conturbati, quare tanto nos mœrore afficere voluiſti?quare tam graui,& inſupportabili triſtitia noſtra corda vulneraſti? quid ſi ſine te gaudium, & vita noſtra ſuperſtites erimus certe miſabiliorem cunctis vitam ducemus.

Multo magis de abſceſſu filii per mortem piiſſima Mater dolebat ipſa totius humanitatis puriſſima Mater ſuam ſimul ac Diuinam ſobolem completiſſimo diligebat affectu,in quem C paterna vox inſonuit. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui quid ne? Tacebunt præcordia teneriſſimi pectoris virginis, ac matris?Nonne commoſſa fuerunt viſcera illius matris licet meretricis cum audiſſet Nouercam dicentē de non legitimo filio:Nec mihi, nec tibi, ſed diuidatur?quod cum vera mater necem legitimæ ſobolis intelligeret, tradi potius Nouercæ ſuſtinuit, quam occidi? Nonne & magnanimus ille,regiusque propheta Dauid,quem ex adulterio ſuſceperat filium longo,eoque amariſſimo planctu quem moribundum agnouerat deflebat ſanctus etiam ille patriarca Iacob quamuis multis dotatus filiis pluribus tamen hisque amariſſimis lachrymis lugebat Ioſeph, quem functum vita credebat?ſi bi proceres, orbatiſque homines talibus torquebantur dolorum amaritudinibus pro vno ex multis ſuorum filiis,quid dicemus de doloribus, de amaritudinibus, deque ſuſpiriis e pectore virginis,& matris emanantibus?Abſit tamen vt aliquid minus graue, minuſve compoſitum,aut geſtu aut voce prudentiſſima virgo & mater emitteret.

Si autem, rogas quomodo ſeu quare Euangeliſta nihil de eius dolore interſerit, ſed quaſi ſicco pede immenſum dolorem Matris pertranſierit. Dico euangeliſtam noſtrum nullis commodioribus verbis nullis efficacioribus perſuaſionibus,nulloque ampliori ſimul, ac breuiori methodo grauiſſimum virginis,& Matris dolorem exprimere potuiſſe,quam quod vno tantum verbo innuere voluit, cum videlicet ipſam deiparam non virginem,non Mariam tantum, ſed Matrem appellauit cum Matrem Ieſu pendentis in cruce ſtare iuxta crucem ſerioſe deſcri pſerit nonne ſuperfluum erat aliis verbis eius dolorem exprimere? quæ omnia verba minoris efficaciæ hoc vnico extitiſſent.

Quis vnquam adeo pietate vacuus, ſeu opacus, mente ſiue in ſua ingenii paruitate turgidus, vt à viſceribus Matris præſcindat viſcera pietatis? Nonne hoc nomen matris ſuo iure nomen eſt pietatis?ideo Dominus cum ſe maxima pietate præditum oſtendit, non alteri quam Matri ſe aſſimilauit, nunquid obliuiſci poteſt mater infantem vteri ſui? ſed & ſi illa oblita fuerit ego tamen tui non obliuiſcar maximus itaque in corde dulciſſimę matris verſabatur dolor,pietatiſque lachrymæ vberrimæ profluebant o ſi quis præcordiorum eius ſcrutator adeſſet, quæ omnia diuinæ ſapientiæ filii eius verba ſimul, & facta in ſacro ſui peccatoris armariolo recondebat conferens in corde ſuo, indelebiliterque deſcribens, quanta pietatis obſeruantia ſing. patiētis filii imo morientis ſuſpiria,verba,& occurrētia obſeruaret per ſingula ſuis obtutib,cōſpicua diſcurrebat de quibus ſingulis ipſa gemebat,ſimulque pro illis lachrymis fundebat.

Summam Christi filij ſui charitatem cogitabat, & ſummam ſœuientium impietatem deplorabat animo ſuo intus reuoluebat, quando idem eius filius, & Dominus ſuper Lazarum quatriduanum lachrymas fundebat,& ſorores defuncti pro affectu confortabatur,credibile enim eſt eam intus ſic eſſari; o fili mœſtiſſimæ matris tuæ contuere mœrorem,ſcio enim non minoris in me te eſſe pietatis, quam in Lazarum ſororesve eiuſdem, & tamen Lazarus mortuus in lecto à te plangebatur nec non à ſororibus eius vberrimis lacrymis deplorabatur,Dñe in quiūt ſi, fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus.

Sciebant ipſa te eſſe omnium,viuentium vitam quibus, & mortuorum etiam reſurrectionem verbo, & facto te ipſum mirabiliter demonſtraſti. Ego autem vitam te contemplor moriturum,& hic aſto omni deſtituta conſolatione præſtandi tibi beneficij,Lazarus in lecto,tu in cruce vitam obire voluiſti, Lazarus in medio duarum ſororum ſibi dilectarum condolentiū D & inſeruientiū moritur tu aūt in medio latronum duorum plurimorumque ſicariorum, & ſibi exprobātium mori voluiſti. Lazarus copia pharmacorum refocillatus piis ſororum manibus & amicorum obſequiis fouebatur, tu autem propriis etiam confixis, manibus nec tibi obſequi potes,tu etiam ſitibundus,nec guttam aquæ aurire potuiſti, & quod deteſtabilius eſt impiorum manibus fele,& aceto cum mirra & hiſoppo potatus fuiſti.

Ego(inquam) infelix nullum tibi obſequium E præſtitura aſſiſto. Hæc ſunt mei pectoris vulnera, & mei doloris cauſa prius obſequia tibi præſtare ſemper digna fui,nunc vero exanimis ſub cruce conſtituta remaneo quod tibi nullum poſſim,aut digna ſim minimo etiam fauore,& patrocinari obſequia,o quā doloſa Mater quapropter (teſte euangeliſta noſtro) tam dignum ſpectaculum noſtris obtulit mentibus reuoluēdum dum,inquit,ſtabat mater iuxta crucem vtique iuxta crucem ſtabat, cuius animus cor & vita affixa erat cruci, arborum iuxta arborē, ſed Arbor ſuo naturali, & legitimo fructu ſpoliata

stata iuxta arborem quæ alieno fructu erat ornata. stabat lachrymosa iuxta gaudiosam dolebat virgo de sibi ablato fructu gaudebat crux facta digna tanto fructu, gloriabatur de vsurpato fructu olim maledicta arbor côqueręebatur semper benedicta Virgo, tanto priuata fructu exultabat nouerca de amplexibus sui vsurpati ponderis qui apertis brachiis, capiteque inclinato totus pendebat in ipsa, & vnde illa exultabat ista maximè dolebat tanquam insultaret ipsi cruci, quod tibi ò Crux crudelis, ò ministra impietatis, ò maledicta totius humani generis? Mihi non tibi talis fructus sublimis meæ virginitatis competit quid tibi cum innocêtibus? quid tibi cum iustis? quare impia torques insontem? mihi non tibi matri non nouercæ tradendus est filius viuas, & superstes meum mihi fructum restitue, ego cum ex purissimis sanguinibus hominem formaui, quem tu adeo deformasti, vt nec aspectum, nec speciem habere videatur, Ego vlnis meis gestiens teneris labiis milies benedicendo osculabar, tu ad ludibriũ expositum tenes, & clauis tibi coaptatum retines verum & si crux, nec loquelam, nec vocẽ, nec sensum haberet loco eius quisquis compos mentis, hæc respondere poterat.

Pijssima contem platio.

Audio ò virgo percipio, ò pia mater, iustissimas tuas quærimonias, tamen non est quod vlterius conquæraris de me quæ & si vsq; modo patibulum fuerim impiorum, nunc tamen facta sum thronus Saluatoris, & iustorũ. Prius quidem perdebam quos recipiebam, prius inquam ad mortem pertrahebam quosquos in me recipiebam; ideoque maledicta eram quia solis maledictis præparata eram, postquam autem tuum hunc supremum, diuinumque fructum suscipere digna fui etiam dignitatis eius capax effecta sum: dum enim in me vita pepêdit in me cum ipsa vita mori elegit: vitæ eius gloriæque eius, & maiestatis consors êxtiti fateor equidem tuum esse fructum quem ipsa suscepi, sed hûc tuum fructum huic torculari ad exprimendum salutarem liquorem diuinę gratiæ reponere oportuit, tu (inquam) fateor es vitis illa quæ tantum germen mundo pertulisti, ego autem sum torcular, quod calcari ab ipso oportuit ad exprimendum totius salutis humanæ liquorem, tempera lachrymas, ò Virgo singularis, quia hunc me virginitatis botrum infra triduum suauiorem restituam, quia gloriosior post conculcationem triumphator resurget, accepisti, concepisti, nutriuisti, & fouisti, quidẽ tu, sed tamen mortalem passionibus opprobriis, & ludibriis expositum.

Pulcherrima inter crucem & Dei matrem virginem piaque dialogica disceptatio.

Verum restituam tibi gloriosum, immortalẽ non vlterius iudicandum ab homine, sed iudicaturum omnes homines. Hæc contemptibilia elegit ipse, hæc opprobriosiora suscepit, vt mundi confundat fortia, mundique nobiliora deinceps deprimat vsq; modo ego impios morti tradebam deinceps suscipio ego ad salutem, & ad vitam cunctos peccatores. Non ero vlterius execrabilis hominibus, sed amabilis etiam ipsis regibus, vexillum ero fideliũ, tabula naufragantium, baculus peregrinantium, norma errantium, consolatio tribulatorum, salusque pereuntium.

Stabat iuxta crucem. Appropinquante arbore vetite ipsa mortalium matre malum omen auspicati sumus, quia calidi serpentis auditura vocem, vulnus mortalitatis in se ipsa pro toto genere humano suscepit: & mater non solum mortalium, sed ipsius mortis effecta est causa. Econtrario virgo Christi mater omnem maledictionem ablatura optimũ omen necessario auspicamur iuxta crucem iam constitutam, & non quidem absolutè iuxta crucem fuisse dicitur, sed iuxta crucem Iesu, multas cruces imposuit nobis Eua, quia multis nos doloribus, & maledictionibus condemnauit, verũ quæ iuxta crucem Iesu pia mater extitit omne malum F omen in bonum nostrum côuertit; quid enim boni non suscepit quæ iuxta crucem Christi tã perseueranter stetit: Profecto vbi in illa abundauit delictum in ista abundauit, & gratia, illa effecta fuit mater impietatis, ista effecta est mater virtutis, illa mater peccati, ista mater gratię, illa mater diuinæ indignationis, ista mater diuinæ misericordiæ, quapropter Ioannes noster Euangelista eum statim matrem appellat quam iuxta crucem manere enarrat, stabat (inquit) iuxta crucem mater eius.

Stabat mater, mater inquam, & ancilla, ipsa G enim est Agar quæ positum filium, imo protectum penes arborem sitientem, ac penè moribundum, dolore oppressa contemplabatur. Ipsa enim est ancilla, & filia, mater, & serua summi ipsius creatoris, & redemptoris, stabatque se matrem pendentis in patibulo non negabat, quæ latibula non quærebat, nec horridum caluarię locum horrebat, quæ nec in medio militum, & sicariorum assistere formidabat, fortis enim vt mors est sibi, ipsa filii dilectio.

Stabat ad dexteram, quæ conregnatura erat in dextera: stabat afflicta, quæ sessura erat glo-H riosa: stabat intrepida, firmaque columna, neq; enim carnem suam odio habere pia poterat mater stabat, quia multæ tribulationes iustorum: stabat ad pedes arboris Sanctissimæ crucis, vt suo calcaneo caput draconis, virgo contereret cum Maria igitur persistamus iuxta crucem, quia sine cruce, & sine Maria ad Christum peruenire non valemus sciebat enim prudentissima virgo si quis erubuerit filium eius coram hominibus erubescendum fore ab ipso filio coram Angelis Dei, quapropter cum Iudæi tanquam latronem Christum, imò regem latronũ I existimarent, ipsa tamen nec veretur adeo vilipensi, & in opprobrium constituti se sua præsentia matrem fateri, quæ se matrem esse sciebat Dei conscia eius promissionis si quis confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.

Stabat vt particeps ipsa passionis esset, quæ & in generatione mater fuit, stabat vt sanguinis profluuia à Christi corpore emanantia saltem in animo ipsa reciperet, totumque cruorẽ eius in animo reconderet, & saltem lachrymis profluuio obortis vicem rependeret, scio enim nul-K lam cruoris guttam à corpore dilecti filii non decidisse, quin in animo virginis matris recepta non fuerit.

Stabat virgo iuxta crucem, quasi costa è latere nos regenerantis, quæ enim mater fidelium formanda erat, quæ viuentium efficienda mater erat, illam regenerationi nostræ assistere oportebat, vbi culpa delebatur, inde Eua expellebatur, & mater gratiæ côstituebatur, Abrahã pater multarum gentium, omnium vl; fideliũ ex eo effectus legitur, quia vnico filio non pepercit,

pepercit, sed iubenti Deo, in immolatione eius consensit, & spem contra spem firmissimam habuit; Maria potiori munita fide assistere: debuit tanto filii sui vnigeniti sacrificio, spē contra spem munita, & in morte filii de eius resurrectione secura, risit Sarra cum sibi Angelus in senectute pollicitus esset prolē inquiens postquam consenui & Dominus meus vetulus est voluptati operam dabo? & increpata cur risit Sarra inquiens num verè paritura sum Anus? timore perterrita se risisse negauit prudentior Sarra suffecta est in matrem fidelium Maria q̄ instructa ab Angelo se posse virginitatis decorem non amittere, & Matris dignitatem acquirere, quoniam non esset impossibile apud Deū omne verbum. Nihil ioco dictum, omnia seriò fienda credidit, & respondit, ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Hæc omnia reputata sunt illi ad iustitiam dicente sibi Elisabeth. Beata quæ credidisti quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.

Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum quem diligebat dixit matri suæ, &c. Viderat Iesus & pios animorum affectus aliarum mulierum virginem concomitantium, de eiusq; passione merentium, viderat Mariam Cleophe, Mariam Magdalenæ, Mariam Iacobi minoris, & Iosephi matrem, & Salome, quæ ministrabant ei de facultatibus suis, & secutæ sunt eum in tribulationibus suis, hæ sunt quarum dilectio non solum fortis erat vt mors imò; & fortior morte, quandoquidem fugientibus Apostolis, desereuntibusque discipulis magistrum timentibus illis militum, & armatorum sicariorum copias istæ intrepidæ inter milites Iesum sequuntur, & condolentes patienti simul cum ipso animo dolore confosso commoriuntur. Viderat inquam Iesus, cuius oculi versus compatientes, & tristes flentes, & de seipso merentes. Inter cæteros tamen speciali quodam pietatis oculo ad matrem conuersus describitur attestante ipso Euangelista assistente.

Cum vidisset ergo Iesus matrem, &c. Neque enim poterat qui legem dederat de honorandis parentibus, suæ matris obliuisci, sed ad eam specialiter conuersus, ad eam (inquam) præcæteris afflictam, ad eam præcæteris dilectam, ad eam inquam tanquam ad propriam ouē, baalando conuertitur Agnus ipse, iam ad occisionem ductus, & moribundus. Cum vidisset (inquit) pietatis videlicet oculo, ad lachrymas eius conuersus, dixit matri suæ.

Mulier ecce filius tuus. O verè ingenuum, parentumque amatorem filium, ò verè piam in progenitorem, sobolem. Cognouerat enim Christus, hoc maximè fore suæ matris auxiliū, vitæque eius subsidium si vno saltem verbo antequam diem clauderet illam salutaret, ne quā do insalutato hospite, imo insalutata Virgine, & dilecta matre moriendo recederet, neque.n. prætermittere hoc poterat Christus maxima dilectione in suam matrem actus, in eiusque beneficium maximè propensus, sciebat enim quoniam si quis suorum & maximè domesticorū curam non habet infidelis esset, & infideli deterior, conuertitur igitur & ad ipsam effatur.

Mulier ecce filius tuus. Si autem rogas, tu quicunque hæc audis, aut legis, quare Christus nō matrem hic, sed mulierem dilectam ipsius genitricem vocauerit, obserua. Primo quidem non matrem, sed mulierē maluit eam vocare, quia iamiam moriturus Christus nomen matris ipsa deperdebat. Cum enim Christus in morte, homo non fuerit viuus, sed mortuus, nec ipsa rectè poterat vocari mater, cuius corpus, ab ipsa traditum, ab ipsoque susceptum, mox debebat esse cadauer.

Secundò non valens virgo obsequi aliquo modo filio non vocatur mater quæ q̄ officio matris priuabatur quæ inquam nihil suffragii dilectæ suæ proli impendere poterat.

A *Tertiò vocatur* mulier quia & Christus ipse dilectum patrem aliquando nomine patris, quod est personale aliquando nomine communiori, & essentiali Dei vocari constituit, dixit.n. primo pater ignosce illis quia nesciaunt, quid faciunt, dixit subinde Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me, pari forma ad matrem conuersus primo respexit matrem, & dixit matri, subinde eam mulieris nomine vocare voluit. Cum ipse eiusdem Dei patris eiusdem etiā matris mulieris rectè vocitetur filius propterea Deum & patrem nominans mulierem, &

B matrem seorsum nominare voluit quo expressius intelligamus patrem suum Dominū esse, & matrem suam mulierem esse.

Quartò uocauit patrem sub nomine Dei, quia nihil pater operatus est misericordiæ in passione filii, sed summa iustitia tanquam non in filium sed in reum, & omnium hominum oneratum criminibus iuxta omnes limites iustitię, puniendum tradidit dicente eodem Christo, in me transierunt iræ tuę; Pari ratione nō matrem sed mulierem, in cruce constitutus, & mo

C ribundus, vocare decreuit, cuius corpus, exanime remanere debebat.

Quintò cum à Pilato Christus vocatus, & ostēsus fuerit sub nomine hominis, multis dum esset flagellis, & contumeliis affectus decuit, & matrem eius, mulierem illius hominis, & non matrem Christi vocari per Christum igitur mater per hominem vero mulier intelligi debent vt sic singula singulis diuina dispensatione cōueniant.

Sextò Christus omnino inglorius mori destinauit, imò & nudus propriis vestibus ad amictum expoliatus qui & matrem sua gloria vestiri i. lest nemine matris nuncupari noluit. — Nota has os. solutiones memoratu dignissimas.

D

Septimò cum omnia nobis in sua passione Christus donauerit, cum pro nobis corpus suū morti tradiderit, sanguinemque pro nostra salute effuderit, nihilque sibi proprium reseruauerit, decuit vt etiam matrem suam nobis concesserit; ideo ipse quasi nobis donans matrem noluit ipse matrem nomine matris appellare; prius enim dum corpus, & sanguinem suum in cibum, & potum Sacratissimæ Eucharistiæ, Sacramentum tradiderit non ne qui Christum

E in nobis sumimus, & de nomine matris eius gaudebimus.

Octauò qui iussit ituros ad ęternum patrem debere renuntiari patri, & matri carnali, iturus ipse ad patrem noluit matris carnalis mentionem facere, & sicut dixerat, Nolite vocare patrem vobis super terram vnus est enim pater vester, idem ipse ostendit, nec matrem in terris debere vocari.

Nonò dum inter homines Christus versatur Christus pariformiter cum matre versabatur, maximoque honore illam venerabatur. At vbi nego-

negocium diuinum peragitur, & vbi de cœlestibus tractatur nihil de matris nomine celebratur. Nam & alias cum de miraculo diuino cõuersionis aquæ agendum tractaretur respondit Christus quid mihi, & tibi est mulier, & dũ eadẽ mater de filij absentia conquereretur: ipso de diuinis in templo cum doctoribus disputante dicente matre fili quid fecisti nobis sic respõdit quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse?

Rursus cum quædam mulier beatum ventrẽ diceret qui ipsum portauerat, beataque vbera, quæ ipse suggerat. Respondit quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud tanquam diceret. non est quod comparentur terrena cœlestibus, Non est quod æquentur temporalia diuinis, carnaliave spiritualibus. cędant hæc infirma superius: non est quod quisquam causetur, aut certe vlterius admiretur se Christus his in locis matris nomẽ quod est honoris humanitatis obticuerit.

Præsertim cum ibi Christo in cruce existenti totum nostræ salutis, reconciliationisque diuinæ negotium ageretur, Non renuo matrem, quam ipse mihi elegi, & prælegi in matrẽ, non despicio matrem qui matris obsequia recepi, non obliuiscor matris qui nec calicem aquæ irremuneratum permitto, matrem honoro quã cæteris honorandam præcipio, reuereor, quã reuereri singulos iubeo.

Natus a matre quomodo negabo matrem; Matrem (inquam) quæ me genuit, quæ his compagibus ossium me ministrando materiam composuit, his carnibus vestiuit suo eoq; solo vbere lactauit, ac innumeris obsequiis, in crepundiis crebrissimis fouit. Hoc tantum ago, cui patrem præfero, qui me digniorem ostendo, quia his argumentis me patris vnicum filium declaro, & si aliquando dicentibus mihi in templo existenti, ecce mater tua, & fratres tui foris sũt quærentes te, responderim quæ est mater mea? & qui sunt fratres mei? Qui fecerit voluntatem patris mei ipse mihi mater, soror, & frater est. Non dixi quasi matrem despiciens, sed patrem meum cunctis rebus præferendum ostendens, Non neglexi matrem, sed cœlestia humanis omnino præferenda insinuaui.

Decimò summam in Christo considera erga matrem pietatem, attende prudentiam filii in dilecta matre, & obserua charitatem qua illam prosequitur quandoquidẽ compertum est humanioribus spiritibus nomen matris, nomen teneritudinis, & pietatis esse, quod si tali nomine filius matrem alloquutus fuisset, nonne ipsa dolore acerbiori, seu attrociori vulnerata gladio corruisset? quæ ouis, imò quę ferox bellua inter pecudes ad sui hinnuli vocem, intrinsecus non commouetur, opportunius igitur Christus ne dolorem dolenti seu afflictionem afflicto adderet, nomen matris obticuit, & mulierem nominauit.

Adde noluisse eam vocare sub nomine matris, ne hostes filii insultarent in matrem quã nec probris, nec quibus damnis insultarent in illam, aut certè, ne cum à matre suppetias petere arbitrarent, vt an de Elia perperam comenti fuerãt satius igitur fuit illam mulierem quã matrem vocare.

Hæc est illa mulier sancta mulier fortis, & pu dorata, iam sacris encomiis diuinitus exaltata, cuius pretium, procul, & de vltimis finibus; cuius fundamenta in montibus sanctis, & colũnę aureæ super bases argenteas: hic tamen mœrore, lugubri vestita, non mater, sed mulier, quia non regis mater, sed in patibulo pendentis, velut inhonorata apud hoĩes describitur, vestietur tamen, cum sederit à dextris Iesu, velut Regina, in vestitu deaurato: tunc beatam illam dicent, quinimo, & prædicabunt omnes generationes, generationes (inquam) hominum, & F Angelorum, quia Regina Angelorum effici, & nuncupari pro dignitate meruit.

Tunc (inquam) illustrior apparebit, tunc splẽdidior, soleq; rutilantior, cum Luna posita erit sub pedibus eius.

Duodecimò ne communem crederemus filii matrẽ cæteris hominibus, constituturus Christus matrem suam naturalem, in adoptiuam filiis, & fidelibus, noluit simul suam, & aliorum vocare matrem, ne causarentur hæretici, Christum adoptiuum, sicut & cæteri filium esse; locuturus namq; de adoptione filiorum, ad hãc G matrem, noluit sibi matrem illã appellare, cuius, non adoptiuus, sed naturalis, & legitimus est filius Vnigenitus. n. est matris, ac Virginis; cæteris aũt ipsa est mater sicut adoptiuorũ filiorũ, dicente Proph. famelici saturati sunt, donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est, sic. n. & de patre ante ascensionẽ ad discipulos loquebatur. Ascendo ad patrem meũ, & patrem vestrum, Deũ meũ, & Deum vestrũ, Non. n. dixit: Ascendo ad patrem nostrum, aut ad Deum nostrum, sed ad patrem meum, & patrẽ vestrum, Deum meũ, H & Deum vestrum, vt inde auspicari possimus rationẽ differentię, tum paternitatis, tum Deitatis, in Christo, & in nobis, non unam sed multo differentem esse, quandoquidem Christus filius est patris legitimus. & naturalis, coæternus, & consubstantialis, Nos aũt adoptiui, quibus potestatẽ dedit filios Dei fieri, iis q̃ credũt in noĩe eius. Deitatis verò, per solã gloriã, participes efficimur, qđ & p naturã filio attribuitur. 1. Reg. 2.

Mulier ecce filius tuus. Prius Virginem Virgini Ioseph commẽdauit, quod si adhuc superstes Ioseph fuisset, non est quare Virginem ma I trem alteri commendasset, ex quibus facile dignoscimus, Ioseph virum Mariæ, patremq; putatiuum Christi, diem iam suum clausisse, mortemq; obiisse; existente autem filio Christo, nulla alio patrocinio indigebat Virgo, Hæc verò iam Christo in extremis existente, alteri Virgini, Virgo commendatur; multis namq; obsequiis pro pudore tutando virginum ab hoĩum consortio indigent, ne contingat illas vagari, minusq; prudenter cũ cæteris conuersari. Virgo alteri homini commendari debebat, non tamen cuilibet homini, sed homini Virgini, Chri K stoq; dilecto, sic. n. decet alterutrum inuicem commẽdari, quibus competit rationabiliter simul conuersari: quandoquidem &, sanctus cũ sancto, & pudoratus cum pudorata, Virgo cũ Virgine, amator castitatis, cum amatore eiusdẽ castitatis familiariter conuersatur, vt qui diligunt innocentiam puritatem, omnemq; tam animi, quàm corporis munditiã inuicem conuersantur, qui talibus muneribus oblectãtur.

Vtinam hinc discerent ac saltem in propriam vtilitatem conuerterent quam maximam rationem

Quantū noceat prauorum cōuersatio

tionem habere conuersationis hominum, ac mulierum oporteat, facile namque ex praua conuersatione in prauitatem omnem trahuntur, qui cum peruersis conuersando peruertuntur pudicissima, sanctissima, firmissimaque columna ipsa virgo, materque Christi omnium exterit virtutum, quam tamen Christus nulli alteri, quàm Virgini commendauit, qua omnem prophanum, quolibetque vitio maculatum procul existere voluit conuersus igitur Christus primo ad matrem tali causa verbo consolatur mulier ecce filius tuus respexit matrem dicendo muliere respexit discipulum dicendo ecce filius tuus. Obserua Ioannem ibi matrem suam naturalem, carnalemque personaliter assistentem habuisse, quem tamen dilectum discipulum, non propriæ suæ carnali matri commendauit; alia sibi mater adoptiua consignatur, vt hinc discas diuersam iam incipere matris rationem alteram videlicet, qua filij referuntur ad proprias, naturales que carnis matres referri, aliam vero qua plurimi filii per adoptionem alteram spiritualem oportet intelligi, qui enim Christus pro maxima sua in nos charitate communem fecit patrem, vt eius nos filij adoptiui efficeremur, cuius ipse naturalis filius erat, communem etiam nobis fecit, & matrem, vt cuius ipse filius naturalis erat, eius & nos filii adoptiui constitueremur. Neque enim adeo aperte mysterium istud patere posset si Christus alium discipulum, matrem non habentem. & si habentem tamen non ibi existentem elegisset.

Hoc mysterium per Ioanā apertius manifestatur. [illegible]ente matre carnali eiusdem, aliam sibi Christus matrem consignauit; Dumque & ibi adesset filius matris, & Virginis, IESVS videlicet ipse, & tamen alterius filii mentio inuenitur diuersam profecto filiationis rationem incunctanter agnoscimus, mulier, inquit, ecce filius tuus, filius tuus sum ego, qui tecum loquor, filium alium loco mei, in tuam curam temporalem substituo.

Commendat etiam eorum quia dextris, & à finistris sunt consortia, & subsidia inuicem facienda, vt per eos qui à dextris sunt cum Maria vl3; vl3 cum Ioanne spirituales intelligantur, per eos autem qui sunt à finistris, qui terrenis, ac temporalibus, implicati adhuc existunt. Alterutrum namque subsidio indigent, alternatisque patrociniis inuicem se fouet, vt sic Lya, & Rachel uni Iacob copulentur, Martaque & Maria vni Christo famulentur.

Decebat vtique vnam, eandemque fore matrem etiam membrorum quæ iam effecta erat mater capitis omnium fidelium. Hæc enim est lex matris secundum carnem, quam Christus adimplere voluit secundum spiritum, non enim venerat ipse soluere legem, sed adimplere, digniorique munere colustrare: secus quæ recta retributio fuerit ipsi Virgini matri, cū magis uideretur Christus discipulo quàm suæ dilectæ matri, & Virgini, quandoquidem discipulo concessit, vt filius efficeretur eius matris, quæ etiam Dei vera mater effecta est.

Ipsi vero matri, & consignat filium longe imparis conditionis à suo vero, & legitimo filio sublimatur discipulus minorabit mater? Nonne potiorib, donis magis se diligētes prosequitur Christus: dicēte eodē Pharisæo cōq; renti, quòd peccata dimitteret peccatrici, dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. An inferioris conditionis cæteris diligentibus erit ipsa virgo, & mater, mater (inquam) Saluatoris? An Ioan: magis Christum diligebat, quàm ipsa Virgo eiusdem Christi mater? Neque enim mutatio hæc essent dexteræ excelsi potius autem sinistræ ad dexteram existentis. Non sunt hæc Christe tua opera, nec sunt opera tanto filio digna, nec tantæ matri congruentia.

Attende mysterium in facto perpendere, neque enim inconsulto suppressis utriusque nominibus Christus matrem proprio nomine non uocauit: neque Ioannem suo nomine quo à cæteris personis distinguuntur expressit, vbi mysterium non particulare, sed commune agebatur cōi nomine non Mariam, sed matrem; non Ioannem, sed discipulum vocitare constituit. Mulier (inquit) ecce filius tuus, &; deinde discipulo, ecce mater tua.

Instituta ibi est Maria virgo Christi mater naturalis omnium discipulorum Christi mater, & non spetialiter solius discipuli Ioannis, neque Ioan: solus illam accepit in suam videlicet matrem quasi donum sibi spetiale exhibitum, cui datum est tanquam discipulo vt communem haberet cum Christo matrem. Si igitur Ioan: non ut Ioan: sed vt discipulo hoc cōcessum esse perpendimus quo comperto vtiq; habebimus omnium discipulorū unā esse matrē. An non ioannes statim recessurus erat ab Hierusalem, & à finitimis eius ac suburbanis, in quibus beatissima virgo Dei mater vitam ducebat: cum post ascensionem diuiso orbe ab inuicem sunt seiuncti discipuli, missi in orbē terrarum ad prædicandum Euangelium omni creaturæ, in cuius sortem contigit sibi vt verbum Dei disseminaret in Asia, ubi etiam suam Apocalypsim, i. reuelationem habuit, & composuit? Nunquid Io: munus sibi impositū imo & ab ipso acceptum adimplere neglexit? quod si adimpleturus non esset, ut quid Christus dixit sibi, ecce mater tua, & ut quid ipse accepit eam in suam vl3 matrem? Nescio quo modo aut D. Ioan. sine culpa esset à cura matris sibi designatæ recedendo, si talis cura accipienda esset iuxta interpretationem solius litteræ (prout quidam minus eruditi non procul ab hæretico sensu rationem maternitatis alio non extenderint) aut certe Ioannes imo & ipse Christus Ioannem paucorum dierum interstitio procul a Virgine matre habiturum non ignorabat,

Sicut in generatione omnium rerum uni soli mulieri, quod omnibus mulieribus dicebatur singulariter dictum est; in dolore paries, ita & in regeneratione spirituali dictum est uni matri omnium spirituali. Mulier ecce filius tuus, & sicut uni & primo homini singulariter dictum fuit, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, quæ tamen maledictio in omnes homines extensa probatur, ita & vni discipulo ad benedictionem non singulariter, sed generaliter accipiendum est dictum, ecce mater tua.

N *Hæc*

Hæc sunt bone Iesu tuæ magnificentiæ, & pietatis opera. Hæc tua maxima in nos munificentia, vt quibus dedisti, fecistique communem patrem, his etiam ante tuum abscessum communem faceres, daresque nobis matrem. Quæ igitur mater naturalis erat Christi, ea mater gratiarum effecta est fidelibus Christi, maxima hæc dignitas ipsius matris Saluatoris, quæ effecta est fons gratiæ, & salutis. In tempore tribulationis tunc facta est mater consolationis, meruit mater Saluatoris, vt dum magis oppressa esset dolore, dum inquam vacua esset omnis temporalis consolationis, vt tunc efficeretur mater supra naturalium gratiarum, & salutis. & quæ nullum peccatum haberet pro nobis peccatoribus posse gratiam promereri susciperet qua pro nobis interueniente facilior ad superna aditus pateret. Hæc est nostra Hester quæ coram rege inuenit gratiam, qua iam morti destinatos à sæuiente liberaret. Hæc posita est mediatrix inter nos & Christum pro nobis crucifixum per quam ad ipsum habeamus accessum. Ideo enim & in sabbatho eius memoria recolitur, quia à passione ad gloriam vix sine eius patrocinio, quisque peccatorum tenebris irretitus peruenire creditur.

Beatissimæ Dei matris virginis Mariæ encomia dignitatis humanæ expressa sunt testimonia.

Et ex ea hora accepit eam discipulus in suam. Quis vnquam aut potuisset, aut ausus fuisset matrem, Christi matrem (inquam) Dei sibi in matrem ascissere? Quis vnquam sine spetiali ipsius Christi priuilegio communem matrem cum Christo vsurpare potuisset? Hæc est ciuitas illa refugii ad salutem delinquentium post mortem Pontificis concessa. Hæc est vinea quam Dominus non sibi soli reseruauit, sed prætereuntibus ad refocillandum concessit. Vinea inquam quam ipsa manus diuina plantauit, vinea cunctis peregrinantibus suo fructu proficua. Hæc est noua mater nouiter plurimis fœcunda fœtibus, per Euam enim multiplicati sunt fœtus eius, quasi pro maledictione ipsius; nunc vero longè in melius mutata vice, iis nouis fœtibus noua constituitur, & designatur mater, Filia illius regis Pharaonis gauisa fuit de vno sibi in filio adoptato Moyse videlicet, adhuc in crepundiis existente, & flumine ne submergeretur subleuato. Hæc summi regis filia, imò & Regina Angelorum, ac hominum super omnes homines maternitatis dignitatem est adepta, lauda sterilis, quæ non paris quoniam multi filii desertæ magis quam eius quæ habet virum quid preciosius? Christus Saluator noster, quid sibi carius, quidve nobis vtilius in vltimo suo vale relinquere nobis posset?

Isa. 54.

Sciebat (inquam) suos maximo mœrore afficiendos dicente eodem. Non possunt filii lugere, donec cum eis est sponsus; venit autem tempus in quo auferetur ab eis sponsus: tunc autem lugebunt: Hinc ecclesia nomine matris eam deinceps appellare consueuit quam & inuocare non desinit. Quis vnquam tribulatus, aut quouis mœrore confectus ad hanc reginam, matremque gratiarum pio recurrit affectu suo præsidio se adiutum non agnouit? Propterea enim dum in mortis articulo constitutus esset Christus hanc nobis per quam consolaremur matrem designauit, cuius auxilio protegeremur, cuius præsentia consolaremur, cuiusque patrocinio saluaremur. Hanc enim Dœmones contremiscunt, cuius præsentiam non ferunt. Per hanc tartareæ falanges comprimuntur, & capita Draconis conteruntur. Hæc enim est mulier sine qua quisque ingemit eger, cum qua consolatur quicunque ad illam conuertitur.

Deiparā virginē summo à nobis esse laudum pconio celebrādam, & oī cult' ueneratione dignissimā Author ostēdit.

F *Habeant antiqui illi fideles confugium* Moysi, & Samuelis, qui apud Patrem suo patrocinio populū sibi creditum ab exterminatione defenderunt quandoq; tamen nec Moyses, nec Samuel irati Domino animum pacare non potuerunt dicente eodem Domino, si fuerint coram me Moyses, & Samuel non est anima mea ad populum istum, nobis autem melioribus sacramentis suffragiis, & mediis præmunitis noua consignatur domina, & mater longè Moysi, & Samueli excellentior, sublimior, atque potentior, cuius patrocinio irretiti domini, & Saluatoris animus pacari possit. Quid est enim quod filius tam dilectæ possit negare matri?

G *Ostendit* (inquit) Bernardus Christus patri manus, & latus, ostendit mater filio vbera, & pectus, & vterque pro sua reuerentia est exauditus. Dum ipsa Christi mater effecta est, & fidelium mater tunc in eam velut in apertissimum valem Christus omnem gratiam nobis necessariam collocauit. Ipsa enim est fons hortorum, & puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de libano, in quam quod candor interpretatur, quod ex virginitate eius describitur venit enim ipse de libano, quæ toto vitæ suæ decursū in candidissima virginitate perseuerauit. fluunt inquam ab hoc libano non segniter, sed impetu quæ ex maxima abundantia gratiarum per aquas describuntur.

Bern. in Cantic.

H

Virginis Mariæ laudes

Prompta facilisque est ad omnem gratiam impertiendam magis quam credi posset mater, ipsaque virgo, per hanc aquam fœcundatur cordis nostri sterilis terra, per hanc aquam fructificant fideles fructus dignos pœnitentiæ. Prius quidem dum ab Angelo salutaretur gratia plena nuncupatur, verum quæ sibi ipsi plena erat in incarnatione fili Dei, nunc in morte eiusdem filii non sibi tantum, sed & aliis effecta est mater gratiarum, ò quam proficuum, ò quam iucundum intuentibus ipsam versantem in cubilibus, & in hortis Aromatum, palmam exaltatam in Cades, Rosam plantatam in Ierico, Cupressum in altitudine se tollentem Terebinthum ramos suos extendentem, ò quam gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, imo templum Trinitatis sponsa Spiritus sancti mater Iesu Saluatoris, filia patris creatoris; quibus te encomiis, aut laudibus efferam nescio. Quibus te verbis prædicem ignoro, quibusque sermonibus te prosequar non inuenio, simus quæso, & nos genitricis filii Dei simul & filii accipiamusque illam in nostram, sicuti & ipsa dignata est accipere discipulum in suam rectè diligunt illam, & qui mane vigilauerit ad eam inueniet

I

K

In cessāti gratiarū actione laudanres sanctissimā Dei

matrem & oium Regin. eā in oi nostra debem' salutis necessitate deposcere

niet eam aurora, namque est nobis deferens iustitiæ, Solem in odorem vnguentorum curримus post te trahe tu nos post te, quæ diligis diligentes te.

Postea sciens Iesus, quia omnia iam consumata sunt. Qui venerat omnia consumare sciebat ipse quæ consumata essent. Quædam sic consumata erant ipso in cruce moriente, vt nil residui remaneret, consumata est illa indignatio, & iræ diuinæ seuerissima vltio, consumata est culpa prothoparentis, totiusque generis humani, transierunt in Christum, A iræ diuinæ, adimpletæ sunt promissiones, oracula completa. Gratia elargita, exulesque ad patriam reuocati, abolitum est peccatum, sublata iniquitas, pax reddita, potestas tartarea eneruata, in quod nostrum commune beneficium sperabat, qui inquiebat, in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. (Hoc magnum mysterium) Angelus de cœlo ad Danielem missus reserauit.

Psal.56 Cap.9.

Ecce vir Gabriel quem in visione videram, à principio, cito volans tetigit me, & docuit, ac dixit Daniel nunc egressus sum, vt docerem te, & intelligeres, septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt vt consumetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, Hæc erat aperta illa promissio per Esaiam, Ego ego ipse sum qui deleo iniquitates tuas, qui deleo vt nubem iniquitatem tuam.

Cap.43 & 44.

Hæc est grauitas peccati, hoc onus insupportabile iniquitatis, neque enim per solam Christi incarnationis gratiam, non multa eius ieiunia, neque assiduas eiusdem orationis, sed per mortem totque ac talia tormenta nostras deleri voluit culpas, & cassari. Hoc nostrum delictorum Chyrographum, soli cruci, vt deleret affigi oportuit, vt de rigore iustitiæ per Christum tale debitum solueretur, initium quidem in instanti illo dominicæ incarnationis habuit per quod hominem assumpsit, opus nostræ redemptionis, quod in sola morte compleuit.

Tunc sciebat Christus, omnia consumata esse, cum opus nostræ redemptionis, sciuit se adimplesse, opusque sibi iniunctum consumasse, D suæ diei duodecim horas compleuerat, imo in vltimo diei sextæ, constitutus cuncta compleuit, qui postea die septimo in sepulchro quieuit.

Vt consumaretur scriptura dixit Iesus, vt se Dei filium, promissumque mundi Saluatorem comprobaret, vbique suorum operum irrefragabile scripturæ sacræ testimonium adhibere voluit, & cum omnia iam comprobata essent, hoc vnum supererat, vt consumaretur scriptura, vt vnius verbi apicem non præteriret, de Christi supplicio, de Iu- E dæorum sæuitia, de proteruia militum, hæc scripturæ consumatio est intelligenda, cum adhuc superessent multa ad mortem, ad sepulturam ad resurrectionem ad ascensionem, & ad gloriam eius spectantia.

Maxima scripturæ commendatio, quam Christus in sui ipsius, & cunctarum suarum operationum testimonium protulit. Hanc Abraham super sanctorum hominum ad vitam reuocatorum extulit dum roganti diuiti illi Epuloni respondit. Habent Moysem, & prophetas quos si non audierint, neque si aliquis. Hæ sunt quæ de omnibus nos erudiunt, quæ omnia archana diuina aperiunt, quæ de futuris, & abditis nos instruunt, quæ tandem omnem veritatem pandunt. Luc.16

Hæc sunt quæ neminem vnquam fefellerunt, quæ mentiri nequeunt, nec ab instituto deflectere possunt. Attende quantum deferat Christus scripturæ quantum extollat personale verbum essentiale Dei verbum initio, namque sui exercendi muneris prohibente sanctissimo illo Ioannes Baptista ne à se baptizaretur statim occurrit his verbis Christus sine modo, sic enim oportet impleri omnem iustitiam. Iustitiam implet quisquis Dei verbum obseruat, quisquis voluntatem æterni Patris adimplet, & ideo in suæ vitæ termino constitutus Christus tota vnum & hunc extremum ad scripturæ heraclium lapidem perducere voluit.

Ipsa qua veluti adulio animus reuiuiscit dicente Domino, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei huius obsonii dulcedinem expertus inquiebat, quam dulcia faucibus meis eloquia tua? super mel ori meo. Ipsa est diuina, sacraque scriptura qua turbine ingruentium malorum obruti conualescimus, & à ruina protegimur dicente Propheta, scuto circundabit te veritas eius non timebis a timore nocturno a sagitta volante in die ab incursu, & Dæmonio meridiano. Matt.4. Psal.18. Psal.90

Ecce Christum iam iam moribundum moxque in extremis constitutum ad scripturam recurrere, ne sine scriptura diem suum ex mortalitate clauderet. Nam & secundum alium Euangelistam, illud expirando verbotenus protulit. In manus tuas dñe commendo spiritum meum; Nos autem quare tam segniter incedimus, qui nec in his versati sumus, nec tam opipero Dei verbo oblectamur: sicut enim Apostolo teste fides nostra ex auditu, auditus autem per verbum Dei. Ita eodem alibi attestante, Gratia qua interueniente saluamur per Dei verbum dum recte percipitur audientium mentibus illabitur; sermo (inquit) malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt detur gratia audientibus ipsum. Rom.10 Ephe.4.

Hoc est illud Dei verbum de quo supra inquit Dominus qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis quisquis etiam suæ fragilitatis conscius fortior Athleta in expugnatione scelerum euadere cupit, scripturarum lectionibus vacet per eam namque potentiores euadimur quicumque cum illecebris colluctamur Ecclesiastico dicente, qui audit me non confundetur, & qui operantur in me non peccabunt, & qui elucidant me vitam æternam habebunt. Cap.8. Cap.24

Sacra scripturarũ oracula sũt Christianę pietatis immensa solatia.

Succurrit tribulatis patientiam præstans ne frangantur aduersis, & perseuerantiatm ne demulceantur prosperis. Qui enim corade bono, & optimo verbum retinent; hi sun qui fructum afferunt in patientia.

Tandem sacra nobis scriptura seu eloquia ipsa diuina gloriam nobis immortalitatis acquirit, & à mortalitate nos eximit ipso attestante legislatore, si quis sermonem meum seruauerit mortem non gustabit in æternum. Cæterum vt Augustinus docet, Cum omnis morbus animi suum in scripturis medicamentum habeat. Quomodo peccatores ipsius sedulo non versamur vt cuncta obuenientia mala, & imminentia pericula deuitemus? Quare omissis nugis repudiatisque fabulis cæteris colloquiis ad rem non facientibus in sacris non versamur litteris, in quibus spiritus latet ac in rotis salus continetur ac in puteis? Rogo vos (inquit Augustinus,) Discite sacram scripturam, in illa versate, illam legite sæpè est enim auro preciosior, argento purior, & dulcior melle.

Ioan. 8.

Aug. in Psal. 36.

Aug. in 1 lib. de laudib. sacræ scripturæ.

Hæc nos præcipuè in Deum prouocat, & ad diuina adipiscenda animum inuitat. Hęc mentem illuminat ingenii hebetudinem collustrat, corda mortalium subleuat, conscientiam regulat, culpas fugat, & animum sanctificat. Hæc est quæ fidem roborat, spem nostram firmat, & charitatis semitas parat. Hac calefiunt tepidi, robustiores fiunt pigri, vrgentur desides, & de minimis magnos effecit, hæc mitigat dedignantes, reuocat errantes, instruit ignorantes, retrahit temere confidentes somnolentos excitat, otiosos increpat, laborantes lætificat, legitime certantes, currentesque & cursum confirmantes velut victores coronat, denique quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum spem habeamus, & omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus: quanta nos oporteret cura lectioni, meditationique scripturarum incumbere? Meditabor inquit Sanctus Propheta in iustificationibus tuis semper & iterum, in corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi, Beatus (nempe) qui non abijt in consilio impiorum, sed in lege Domini fuit voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte, erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, sed omnia quæcunque faciet semper prosperabuntur.

Ps. 115.

Sitio. Ne forte causarentur increduli, dicentesque Iesum non esse Saluatorem oraculis prophetarum prædictum, & in lege promissum: qui aceto non potatus interiit, & ideo prophetarum uoces non adimpleuit, insurgerentque in ipsum hostes eius debacarentque dicentes, manus nostra excelsa, & non Dominus fecit, hæc omnia, animos nostros ad adimpletionem scripturæ conuertit, vt impleretur (inquit) scriptura dixit Sitio, vt & illud impletum cerneretur, quod de eo legitur, in siti mea potauerunt me aceto. Reuera Christus corporaliter sitiebat, imò siti magna exinde torquebatur, quod totam noctem insomnem duxisset, quod dolores acerbos perpessus esset. Quod sanguinis riuos, hincinde effudisset, quod lassitudine itineris, & pondere crucis sudore maduisset, quod intus humidum humorem, per resolutionem anxiatus spiritus desicasset, sitiebat propemodum, qui longe ante dicebat anima mea sicut terra sine aqua tibi aruit tanquam testa virtus mea, adhæsitq; lingua mea faucibus meis, propterea cucurrit in siti.

K

Psal. 68.

Non peto dulcia, non quæro suauia, non posco difficilia haustum aquæ peropto, quo naturæ exhaustæ conditio peroptat. Huic solum succurrite, huic indulgete, aruit tanquam testa virtus mea, nec fertilis est, sed inanis, & vacua, arida, sine aqua. Non deponi de cruce postulo, non foueri vulnera quæro, non mortem obire efflagito: hoc vnum, & quidem minimum deposco, qui pro salute vestra fatigatus itinere supra puteum sitibundus sedeo, ad Samaritanam conuersus postulo mulier da mihi bibere, qui tamen, nec aquam illam, & si sitibundus bibi, sed aliam sibi aquam in salutem salientem propinaui cæca Synagoga si scires quis est qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsan petiisses ab eo, & aliam longe salubriorem aquam ad omnem tuam extinguendam sitim præstitisset. Non Betuliæ dulcissimi fontes aquam peto, sed cuiusuis aquæ frigidæ haustum posco. Nondum enim Chaos magnum inter me, & vos firmatum est. Adhuc adimplere iubemini, quod scriptum est, si esurierit inimicus tuus ciba illum, & si sitierit, potum da illi. Adhuc per expetitum beneficium potiora promereri potestis iuxta id quod à me prædictum est, quicunque potum dederit calicem aquæ frigidæ vni ex minimis istis tantū in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam.

F

Christi sitis.

G

Prou. 25

Mat. 10.

H

Cum igitur ex astantibus nullus tantæ pietatis adesset, vt sitienti Christo succurreret, auspicari hinc facile & impietatem, & damnationem illorum facile possunt: quibus & illud improperari suo tempore possit, sitiui, & non dedistis mihi bibere. Ite maledicti in ignem æternum. Attendite (Iudæi) attendite, & (Sycarii) quos testes vestræ impietatis habetis. Non est qui languenti tam exiguum præstet obsequium, & tam facile præbeat beneficium, nemo ex tam copioso numero hic reperitur, qui compatiatur egeno non est, qui non fero agatur animo, clausa vndique in obsequium Christi sunt viscera pietatis.

I

Hæc est impiorum peruersa, conditio in sanctos virosque pios impietate sæuire, indigenti magis minus subuenire, & crudeliores in miserabiliores se præbere. Cæterum ducem nostrum in agone constitutum sæuientem in mortem diabolum mundi principem foras eiicientem fortem armatum expoliantem, eiusque arma, gladium, scutum, & bellum, potentiasque eius confringentem spinas, flagella, clauos, & attrocia vulnera patienter sufferentem. Non adeo sibi indulgentem iudicemus qui seipso mollior effectus siti succumbere videatur aptissima, hic mentis eleuatio per quam necessaria subsequatur contemplatio, modum is qui in tot aduersus tanquam agnus ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum.

Valde purget, & mole stat sitis arbor.

Solius

Solius sitis molestia perurgeretur, sed absit in tam strenuo athleta indulgentem sensibus animam excogitare aliud est ostendere passionis signa, aliud est huius nostrę mortalitatis negare subsidia, si quis n. eſ. ā inedia defecturus, non pośceret, ipse profecto seipsum impia crudelitate intermeret.

Debuit & suam significare sitim qui nos nostræ voluit quęrere obsequium, Huius potius, & non alterius doloris mentionē fecit qui nos ab hoc uno ad cæteros suos, attrocioresq; dolores reuocauit, huius & non alterius in gustu pœnam luisse significauit; qui pro primorum parentum illuuie nostris reatibus patiendo veniam, & salutem promeruit. Nec tamen potuit & hæc Christi actio sublimi ri carere mysterio: dum enim suam nobis sitim proprio ore Christus expressit, non ad se potandum, magis autem nos potaturus poposcit, ipse namque ille est qui cunctos sitientes inuitabat, si quis sitis veniat ad me, & bibat.

Fodebant ante qui ex Synagoga erant sibi cisternas dissipatas quæ continere non valebant aquas moriente Christo deruptæ sunt supernæ cœli cataractæ quæ & sitim extinguere, &
Isa.44. maculas omnes poterant emundare, effundam
Ezec.36 aquas supra sitientem, & alibi, effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, iam percussa est petra, & fluxerunt aquæ torrentesque innundauerunt superest, ut in sicco abeant flumina.

Aperta sunt plagarum foramina quibus ad nos imber serotinus impinguans terram descēdat sitis Christus non suam, sed nostram sitim qui nos sitientes nostram salutem prouocat: commune est peregrinantium desiderium, ibi declinare, & requiescere vbi gratiori poculo valeant p rīam ex lassitudine extinguere si-
Psal.41. tim, audi sitientem, & ad viuum hunc fontem anhelantem, sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum quando veniam, & apparebo ante faciem Dei mei? sic nostram salutem sitiebat Christus, quam & nos sitire inuitabat, solent enim qui protinus sunt bibituri, alios ad bibendum familiari quodam vrbanitatis signo inuitare, iam Christus suæ passionis calicem, quem sibi bibendum tradiderat pater ebiberat. Nam calix iste in manu Domini est nos ad bibendum prouocantis calicem, in-
Mat 20 quiebat meum bibetis, tanquam diceret nullam huius amarissimi Calicis molestiam patior cum vos inde potaturos agnosco.

Bibo hunc calicem, & adhuc sitio, quia ob vestram salutem si opus esset alium calicem bibere non recusarem, in hac sua siti Christus pro nostra siti totum pœnitus suum sermonem concludit, & velut in termino totum suæ Passionis mysterium includit, omnia videlicet, hæc fecisse, passumque fuisse solo haustu æternæ nostræ salutis, vt nos (inquam) à damnatione reuocaret, & ad cœlestia regna perduceret.

Hinc suam sitim nos sitire peroptat, vt nos
Psal.35. ad superna perducat (Psalmista dicente) torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quare nos hoc nostræ salutis desiderium quo fragrat Christus pro nostra desidia fraudamus? Quare sitienti Christo facili lachrymula non occurrimus? Hæc est poculum Christi, quod aqua contritionis porrigitur per quam peccata veniam promereatur, & ideo quidam peccator dicebat, cinerem tanquam panem manduca- Ps.101.
bam, & poculum meum cum fletu miscebam.

Hoc sitio, quod à vobis ardenter exposco, sancti estote, diuina præcepta seruate, inuicem condonate, & etiam inimicum diligite, fidem suscipite, & quæ pietatis sunt obseruate, peccata cauete, mundi, & carnis illecebras pessundate, cœlestia concupiscite, & ad æter-
A na bona anhellate. Hæc mea est sitis, quam si suscipitis sitim, ecce quomodo salubriter mecum extinguetur, dispono enim vobis sicut disposuit mihi pater meus Regnum, vt edatis, & bibatis, in illo mecum opipero conuiuio, super mensam meam in Regno meo.

Ardētissima Christi sitis nostris pœnitentię lachrymis extinguit & sedat.

Vas ergo positum erat aceto plenum: Illi ergo spongiam aceto plenam Hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum vlterius nouæ plagæ non esset locus, ad nouum genus tormentorum se conuertunt, & occasione na-
B cta omne obsequium in impietatem conuertunt, Admirare nouum, ac sæculis inauditum crudelitatis genus, Synagoga ipsa, vas inhonorabile, vas perditum, vas iræ, aceto plenum: quidni præstare poterat cultori, vinea aliena, vinea exterminata, vinea depasta, quæ dum expectatur vt faceret vuas fecerit labruscas. Vinea, cuius vua, vua fellis, & Botrus amarissimus? Cuius vinum, fel draconum, & venenum Aspidum, insanabile.

C *Hæ sunt* illæ vuæ, de spinis collectæ, quæ non nisi corruptum vinum, producunt, est enim acetum, non aliud quam vinum corruptum. Hanc Metamorphosin passa est Synagoga, quæ corruptis legibus, simul ac corruptis moribus, plenum sibi vas aceto, constituit, cuius & propheta meminit, vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum cor- Naū 2.
ruerunt, corruptionis plenum vas, omnis immunditiæ repletum, dicente Propheta, omnia commixta sunt sanguis, homicidium, fur- Sap.14.
tum, corruptio, & infidelitas, turbatio, per-
D iurium, tumultus bonorum, Dei immemoratio, animarum inquinatio; hæc omnia in vase continebantur, quæ in aceti proprietate verificantur.

Vas plenum, aceto (inquam) plenum, rancoris, & acerbitatis odii, & impietatis plenum non vino, sed amurca, plenum fæcis, & fætoris, plenum mortis, & amaritudinis, talia erant Iudæorum corda, talis, & tota Hierosolyma, Simeon & leui fratres, vasa iniquitatis, idest laici, & sacerdotes populus, & prin-
E ceps plebs & leuitæ. Horum omnium vinum cor erat quia aduersus Dominum, & aduersus Christum eius vnanimes conuenerunt, feroque animo ibi assistebant. Quæ in hoc vase cōtenta emanare cernuntur ea sunt quæ coinquinat hominem, quod intrat in os non coinquinat hominem, sed in secessum vadit quæ autem exeunt à corde cogitationes malæ odia, adulteria, blasphemiæ, homicidia ea sunt quæ coinquinant hominem quæ aceti asperitate notantur. Vas (inquit) ergo erat ibi præparatum, & vsque ad summum repletum si autem rogas ad quid vas istud ibi præparatum a-

derat, an sitim Christi aliquis prçuidebat, eumque petiturum proculum prçsciebat.

Aderat & spongia, quæ antequam de Christi proculo ac siti ageretur præparata erat, Nec arundo deerat cui inniteretur spongia, propterea hæc omnia penes Christum præparata erant, qua impietas illa nouis dolorum acerbitatibus Christus torqueretur, & tortus citius moreretur. Ad confricanda totius corporis Christi vulnera, ad exacerbandas flagellorum, & cicatricũ plagas hæc omnia præparata aderant vas aceto plenum, spongia, & Arundo quibus nouis cruciatibus in Christum sæuirent o ferinũ iudæorum animum o inauditam pharisæorum impietatem quorum hæc disposita fuisse creduntur consilio cuius impietatis nõ defuit vaticinium eiusdem Domini conquerentis quẽ tu percussisti percussi sunt, & super dolorem vulnerũ meorum addiderunt appone domine iniquitatẽ super iniquitatem eorum iã vulnerib. percussum imo & plagis Deo sic volentem contossum iudæi noua excogitata sæuitia sunt persecuti, & super vulnerum dolorem nouam comenti sunt immanitatem, dolorem super dolorem addentes, aceti namque mordacitate ad exasperandas totius eius corporis plagas vsi sunt, qualis autẽ & quantus fuerit Christi dolor spongia aceto madida perfundente, & exasperante obducta corporis vulnera, non est, qui non intelligat, & intelligendo non contremiscat.

Psal.68.

Quod si quis obijciat, nullam huius Christi doloris mentionem fieri ab Euangelistis, dicimus non omnium Christi dolorum expressam mentionem fecisse euangelistas, neque tamen ignoramus cum inductus Christus post flagellationem iterum atq; iterum expoliatus maximos ex obductis vulneribus sit dolores perpessus quorum tamen nullus meminit euangelistarũ. Post confixionem etiam eius in cruce dum erigẽdo crucem totus pẽderet à clauis, grauissimos tunc maximè perpessum fuisse dolores, quorũ nulla expressa mentio in euangelijs habetur, cũ hæc & multa alia pus relicti sint mentibus ruminanda: & quamuis Matthæus, & Marcus cucurrisse aliquem, accepisseque acetũ quod propinarent adducant, haud tamen credendum videtur ad ciuitatem cucurrisse, vt inde deferret acetum, sed protinus ad locum se transtulisse vbi vas aceto plenum repositũ erat, sic, enim inquit Matthæus, & continuo currẽs vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit Arundini, & dabat ei bibere, vnus (inquit) cæteris videlicet proteruior statim nacta occasione ob sitim aceti poculum propinare cucurrit. Hoc idem & Marcus insinuat dum ait currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat illi.

Aceti amaritas ... mortalitas.

Nulla alia cursus istorum causa reperitur, nisi vt in aceto spongiam intingerent, & intinctã sitibundo propinarent, neque enim aut vas aut acetum aliunde sportasse referunt, sed ad locum vbi vterque repositum erat, calidiori hastu currẽdo declinasse conueniunt, satis igitur factũ est nobis stratis veritatum catholicarum fundamentis aditus nobis ad scrutanda occultiora aperuisse.

His omnibus in Christi passionem, & necem concurrentibus facile attendere possumus, & videre quoniam non est dolor similis sicut dolor eius. Hæc apud iudæos hucusque passus est Christus, nos autem si tamen vineæ electæ Palmites sumus meliorem Christo nostro rependamus vicem, videamus, quid in vasis cordium cõtineatur a nobis, an scilicet amoris vinum, seu odij acetũm, an pietatis dulcedinem, seu liuoris acrimoniam, vasa expurgate aceti, & fermentati acrimoniã expellete, corda vestra castra tabercula præparate Apostolique præceptum obseruate, fornicatio, & immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis sicut decet sanctos Dei, dãt Christo iudęi acetum, dant infatuatum vinum, dant hæretici Hysopum, hi sunt qui à fidei sinceritate vinum in acetum, & argentum vertunt in scoriam, Principes eorum infideles, socij furũ horum corda vacua sunt pietatis plena infidelitatis, nihil sapidum, nihil purum, nullum vinũ corda lætificans, nihil non infaturatum, & acrimoniæ plenum, hæc Christo degustanda offeruntur, qui cum talia gustasset bibere recusauit Porunt quidem intinctis labijs horum dogmata degustari minime tamen assentiendo in animo intus recundi, quia infideles, hæreticiq; viri Christo nequeunt incorporari, hoc nempe, speciale fidelium, piorumque munus ostenditur per id quod supra dicitur pro eis rogo non pro mundo rogo, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.

Ephe.5.

Isa.1.

Hęreticis p vino esta-cetũ quia oia cor rumpũt & deprauent.

F

G

Cum autem accepisset acetum dixit. Ad cõsummationem malitiæ iudæorum hoc vnum supererat, vt etiam vsque ad terminum obitus Christi in ipsum sæuirent; & quia à plãta pedis usq; ad uerticem vulneribus sauciatum suspiciebat adeo vt nouos vlcus in corpore eius capere non posse, viderent, ad torquenda eius uiscera intus cogitabant. Ad hoc.n. acetum ad bibendum porrigebant, ut eo hausto nouis doloribus uiscerũ torqueretur, sed non ne & ipsis etiam dentib. molestum est acetum? quo dolore ne torqueretur Christus bibere illud recusauit teste namq; Plinio, Magnæ efficaciæ est acetum uirtutẽ penetratiuam, dissolutiuam, dissecatiuam, & infrigidatiuam habens, cuius efficaciã super ferrum aut lapidem proiectum statim ebulliendę demonstrat, quod si metalla dura corrodit, quid in uisceribus moribundi, exaustique corporis effecisset?

H

Aceti virtus efficacia, & proprietas.

I

Noluit Christus illud bibere, ne sibi mortem quod sibi uenenum nouerat intulisse uideretur, sed intinctis labijs ad solius gustus offensam penetrare permisit, neque enim dentium dolore ipsum torqueri congruum erat qui non personales hominum, sed communes naturæ dolores subiiciendo illis se ipsum susceperat, qui.n. non personam, sed naturam humanam suæ diuinæ personę uniuerat ipse non alias, quã naturæ defectus suscipere debebat, & ideo licet ipse superstes stetisset confectus tamen senio tandem obiisset, nunquam tamen aut febrib. aut epidimia aut huiusmodi languoribus laborasset.

K

Præsertim autem noluit torqueri dentes cum huiusmodi dolor præcipue sit illorum damnatorum qui acerbissimas inferni poenas subeunt, dicente eodem Domino, ibi erit fletus, & stridor dentium.

Luc.13. & Mat.8

Cum igitur non ad tollendas damnatorum pęnas pateretur, sed ad mortalium satisfactionem criminum sponte torqueretur nõ dentium dolore arctari uoluit qua propter, & si pluries

Christum

Christum fleuisse legamus, nunquam tamen dolore dentium laborasse legimus, infernorũ namque pœnæ sunt dæmonum pœnæ pro quibus pati noluit Christus non enim suos, sed nostros dolores portauit, & pro nostra salute mori constituit, attritusque ob scelera nostra.

Quicunque autem dãnantur homines hi omnes sua salute frustrantur, quia ad obstinatorũ dæmonum pœnas condemnatur Domino di-
Mat. 28 cente. Ite maledicti in iguem æternum qui paratus est Diabolo, & Angelis eius; non vobis (inquit) sed Diabolo paratus, qui prius ante lap A sum hominis ad ea subeunda tormenta fuit cõdemnatus sufficiebant quidem quæcunque assumptæ pœnæ à Christo pro dignitate supposi ti etiam pro damnatis facere satis dicente in E-
1. Io. 2. pistola Ioanne. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantum, sed & pro totius mundi etiam idest omnium peccatorũ, sed quia damnati obstinatione firmantur exclusi à salute cernuntur, & in capaces redemptionis nunquam à damnatione liberantur, & ideo talis gratiæ consors canit Ecclesia, qui propter nos homines, & propter nostram salutem B descendit de cœlis, & incarnatus est.

Consumatum est. Hoc iamtertio mentionem consumationis agere voluit, qui omnis consumationis finem antequam diem suum clauderet videre voluit, vidit scripturarum consumationem, quæ in earum ad impletionem consistebat, vidit Patris iussa esse consummata, vidit & sui ipsius exhaustam, consumatamque virtutem. Testatur igitur veritas in morte ipsius Saluatoris, omnia consumata esse, opus vi3 redemptionis nostræ, reparationis antiquę fœlicitatis æternæ.

Consumatum est, quidquid à patre sancitum, C à vatibus prædictum: Duodecim horis iam cõpletis cõsumatus est peregrinationis eius dies. Hoc verbum Iesus exclamando dixit, ad quod percipiendum omnem Iudaicam perfidiam excitauit in testes, imo & Iudices illos conuocauit, vt auditum à tanta veritate auertere non non valerent, tanquam diceret contestor vobis palam, & sonora voce vos omnes admoneo, consumatum est: non est, quod vltra alium præstolemini, frustra vestram spem in alium dirigitis, & ab alio salutem expectetis, nil cæteris superest, consumata hic obfirmantur totius hu- D manæ salutis mysteria.

Attendite rebelles, consumatum est vestrum odium, quod quidem ad summum tã lem peruenit, & malitia vestra, quod excogitauit impleuit, consumatum est sacrificium omni sacrificio figuratum: Compleuitque Deus die septimo omne opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni opere, quod patrarat, consumatũ est super domum Iacob, & super domum Iuda: testamẽtum meo sanguine registratum, & mea morte firmatum, hæc omnia consumare solus E
Deu. 4. potuit Christus de quo in lege vestra scriptum est. Quoniam Deus noster ignis cõsumens est, omnia consumit qui ad se omnia trahit, si exaltatus (ait) fuero à terra oĩa traham ad me ipsũ.

Oportuit igitur antequam moreretur se consumatorem ostendere, qui volebat etiam in extremo se Deum manifestare; his potissimum argumentis clamore scilicet valido, in agone, seu lucta cum morte positus, consumatione dictorũ, solis obscuratione, terremotu illo generali, lapidum fractione, veli dirruptione, multorum defunctorum resurrectione, suam innotescere cunctis diuinitatem statuit, vt qui pro communi omniũ hominum salute moriebatur ab omni etiam homine saluator agnoscatur, clamauit moriendo, quo patesceret argumento, quoniã ibi abscondita esset fortitudo eius, quando ante faciem eius abiret mors.

Tandem consumatum dixit cum eam quam plãtauit dextera eius vineam scilicet Ecclesiã perfecit, desponsauit, decorauit, atq; ditauit, eiusque fidem in perpetuum stabiliuit; Tunc consumatum dixit quum sapientia malitiam vicit, *Glorio cum mors aculeos suos perdidit, & quæ victo- sa, & tau riosa triumphauit deinceps victa recessit, iam sta vi- parta victoria consumatum bellum ostendit ctoriæ redemptum hominem propalauit conciliatũ consum Patrem insinuauit cœlestia reserata manifesta matio. uit; Hæc omnia Christus nobis promeruit, cũ Chirographum decreti, quod aduersum nos erat, lacerauit.

Et inclinato capite tradidit spiritum, vt totum se ipsum pro nobis traderet, corpore iam percutientibus tradito, effusoque vndique cruore, tãdem & ipsum spiritum æterno tradidit Patri, notanter quippe nomen mortis obticuit, sed qui spiritũ tradiderit inquit cum ibi non mors in Christum, sed Christus in mortem seuierit, aduersusque eam præualuerit Apostolo dicen- 1. Cor. te. Absorpta est mors in victoria, vbi est mors 15. victoria tua? vbi est ò mors Aculeus tuus? Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum, & alibi, Ero mors tua ò mors.

Esto mortuus sit Christus, tamen quia non Osæ. 13 sic mortuus fuit, quasi morte in ipsum præualente, sed ipso in mortem insurgente tradidisse suum spiritum dicitur; Ad occidendam nempe mortem oportuit eundem in ipsam introire mortem, qui cum vita esset præualuit in illam dũ deglutiuit illam, quomodo autem appareret Christus vita nostra, si mortẽ nostram moriendo non destrueret, & vitam nostram resurgendo non repararet.

Ipse congressurus cum morte, & caput incli- Cap. 10 nat, & spiritum tradit, dixerat enim supra. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à me ipso, & iterum summo eam potestate n enim habeo ponendi eam, & iterum sumendi eam; permisi quidem corpus meum à tortoribus laniari, voluntatique sæuientium tradi, spiritum aũt mihi soli reseruaui, & quem mihi reseruaui hunc non alteri quam æterno Patri tradendo consignaui, ac in solis eius manibus comendaui. Hunc intactum reseruat sibi Dominus dicente ad Sathã eodem Domino cum in potestate ipsius seruum suum Iob tra- Iob 2. didisset. Ecce in manu tua est veruntamen animam illius serua egressusque Sathan à facie Domini percussit quidem Iob vlcere pessimo: à plãta pedis vsque ad verticem eius, animam autẽ eius prorsus nec tangere potuit, ò quam præciosa in conspectu Domini mors iusti, & sanctorũ eius quorum spiritus traditur in manus eius solis insipientium oculis visi sunt mori, sed in manu Dei sunt, & non tanget eos tormẽtum mortis.

Quid possunt tendem inimici facere, & sua sæuitia nobis inferre? possunt occidere, & quum occiderint quid vlterius faciant, non habent;

Nulla

Nulla est timenda mors, vbi viuus remanet spiritus, nullus carcer sepulchri, vbi libertas spiritus, nulla damnatio vbi spiritus est liberatio. Hanc solam spiritus præeminentiam strenui, (quos Heroe, vocamus) magnifecerunt viri, qui ob Patriæ salutem huius corporis mortem nulli fecerunt, is est, qui nullis corporis legibus, qui nullis catenis seu funibus arctatur. Non præpeditur clausus, nullis compedibus detinetur.

Demus, & nos spiritum Domino, qui si sit Domini nullis arctari poterit malis, nullis terrenis affectib. astringi, nullis imis inuolui cupiditatibus imo nullis mortis legibus subici dicente Apostolo vbi spiritus Domini ibi libertas, suum spiritum Christus tradit Patri, vt ad eundem nostros etiam dirigat spiritus, hanc nos cum ipso capite, & duce nostro imo Domino, & Magistro nostro sortiti sumus facultatem, vt inuitis inimicis, inuito Sathana, & crucifixoribus ipsis spiritum Patri resignare possimus, hæc audiāt, & audientes discant quicunque aut articulo, aut periculo mortis sunt constituti.

2.Co.3.

Hoc vno muniti exemplo nec mortem perhorrescent, nec Sathanicas insidias pertimescēt dummodo Patri æterno spiritum suum tradiderint, quod tam prompte fiendum agnoscimus, quam facile nostram nos animam possidemus dicente prophet. anima mea, in manibus meis semper sed anima tunc proprie vocari potest spiritus cum per conuersionem ad Deum efficitur spiritualis, & quasi instar Angeli celestibus tantum oblectatur affectibus, quibus, qui facit Angelos tuos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.

Ps.118.

In hoc autem, quod dicitur Christum tradidisse spiritum pro anima accipiendus est spiritus quandoquidem si aliud ab anima spiritus est quomodo remanente anima Christus mortuus fuisset? sicut enim & supra cum idem Euangelista in carnationem verbi insinuaret dixit Verbum caro factum est, quod non satis expressisse videretur nisi anima carnis ea esset, quæ dicitur rationalis ita nec mortem Christus denotasset si per spiritum eādem animam non accepisset.

Cap.1.

Hanc igitur, quam Patri commendauit Patri tradit hanc ipse a corpore separauit rcogebat vtique prius dolorum acerbitas cogebat ob effusi cruoris corporis tenuitas Christi mortem accelerandam, sed quia in potestate animam habebat non nisi consumatis ad vnguem quibuscūque mysteriis tradere illam volebat, hic in manu adulteræ solum pallium relictum aufugiente ab amplexibus eius iusto conspicimus.

Hic unum e duobus passeribus imolatum altero in libertatem demisso videmus, hic Arietem illum in vepribus hærentem cornibus, mactatum vnigenito superstite existente intelligimus, hinc duos illos in agro consistentes, & duas illas molentes in molla dignoscimus quorum altri assumetur altero vero relinquetur duo inquam in lecto vno vnus assumetur & alius relinquetur solis carnalibus exanimis carne relicta à quibus spiritus ipse subtrahitur, & procul recedere cogitur vrgentibus impiis recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus.

Rarum mysterium.

Sap.2.

Et inclinato capite tradidit spiritum omnibus incommodis expositus Christus non habens vbi caput suum reclinet modo quo poterat caput suum reclinabat. o attrocissimam Regis Regum horam, tantis necessitatibus expositam, tantisque circumstantiis aggrauatam consilio impiorum nil recte excogitantium præcogitatam insidiemur inquiunt sanguini eius morteque turpissima condemnemus eum, quid est morte turpissima condemnari nisi morte crudelissima torqueri turpissima mors ipsa patibuli, qua soli flagitiosi puniri consueuerant turpissima (inquam) mors ipsa crucis, in qua soli maledicti pendebant, de qua scriptum erat, quā do peccauerit homo, quod morte plectendum est adiudicatus morte appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer ius in ligno, sed eadem die sepelietur, quia maledictus est à Deo qui pendit in ligno.

Deu.21.

F

Sed hęc infirma mundi, & detestabilia elegit Deus, ut confunderet fortia, indeque penderet benedictio, vnde pēdebat ipsa damnatio, ad tollendam malefactorum damnationis maledictionem conscendere locū damnationis, & maledictionis debebat.

G

Turpissima itaque extitit, quæ in tantę solemnitatis die, quo cæteri gaudēt in oculisque tantorum, vt malefactor pependit.

Turpissima, quia de nullo conuictus crimine, & nullo seruato iudicio ordine occiditur.

Christi mors vnde qua que turpissima.

Turpissima, ad totius pudicitiæ velut ignominiam excogitata, vt denudato totius pudoris simulacro corpore videlicet eius sublimatus occumberet.

Turpissima, (inquam) quæ nulla est fulta pietate omnia vacua humanitate nulla sociata, carite omni obsequio expoliata.

H

Turpissima, quæ omnium passionum amplexata est genera toto corpore obducta sunt vulnera, qua singulis sensib. illata sunt damna o Christi acerbissimam mortē nullo prorsus obsequio stipatā irrisioribus, maledictis, probriisque vallatam sine causa prorsus illatam ab his, qui retribuebant mala pro bonis, his plagatus in domo eorum qui diligebāt me, quæ turpior mors illa cui nihil humanitatis, aut obsequii, aut cōpassionis inest? quę inquam turpior cui nil æquum, nil iustum, nil congruum ascribitur.

Turpissima, quia in medio facinorosorum cum iniquiis deputatus.

I

Turpissima, quia contumeliis, & pœnis copiosissima contumeliis, & tormentis interrogemus cum uerum morte turpissima plectendus erat, qui omnium iniquitates, cunctorumque hominum scelera, ad hæc abolenda susceperat posuit in eo namque Dominus iniquitates omniū nostrum, & sic attritus est propter scelera nostra consilium quidem impiorum, sed Deo ordinante ad salutem populorum.

Hac morte in te suum, o iudæa, diem saluator clausit, & qui in medio tui suos oculos clausit, qui caput suum uersus te declinauit ipse faciem suam a te abscondit, & oculos suos a tui aspectu diuertit, ut indigno, qui eam iudæus, caput demisit, vt indigno videaris oculos clausit.

K

Hæc simul effecit utrumque, sed prius caput ne videres, quem odiebas inclinauit, simulque versus te suos oculos clausit, & te in tua perfidia reliquit.

Obtinate peccator.

Tu qui uitam occidisti mancipimium mortis optimo iure relinquo, pro meritis debuisti tu te ipsum vita priuasti, qui in te ipso, vitam occidisti, tibi

disti, tibi tenebras cumulasti, qui solē occidere, procurasti, orbatus permansisti, qui solares illos radios claudendos permisisti eius pedes, ac manus confixisti, quem ad te vlterius venire noluisti, & suffragia ab eo tuæ salutis suscipere repudiasti quale gaudium potent inesse tibi, qui in tenebris sedes, & supercœleste lumen non vides?

Digna contemplatione digressio.

Tu caput illud cunctis tremebundum spiritibus spinis coronasti.

Tu faciem illam inquam desiderant Angelis prospicere, colaphis, & sputis deturpasse tu speciosum præ filiis hominum tantis ignominiis inhonorasti, & derrisionis vestibus induisti, quem laudant Angeli, cuiusque laudes cœlestes spiritus concinunt.

Tu contumelijs derisionibus, & probriis affecisti, quem pridie benedixisti, & venientem in nomine Domini recepisti, nunc vt maledictum expulisti, & maledicorum supplicio affixisti te ab inimicis protegentem, fitientem, & famelicum, pauentem: Aliorum regna tibi tribuentē, tuos tandem mortuos suscitantem ægros sanātem, & cæcos illuminantem odio es prosecutus iniquo. Retribuisti illi mala pro bonis, & odium pro dilectione eius, pro eo (inquam) vt cum diligeres detrahebas illi, & grauioribus quibus valuisti passionibus, & contumeliis aduersum dominum, & aduersus Christum eius insurrexisti: His infandis cruciatibus nostra cōpulerunt facinora Christum subesse, hoc vnico pharmaco poterat infirmitas nostra sanari, & vita nostra recuperari: oportebat enim caput pro membris talia pati quo posset salus ad mēbra difundi.

Apoc. 2. *Iudæi ergo quoniam Parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbato, &c.* Iudæi

Deu. 21 dicunt se Iudæos, & non sunt, sed Synagoga Sathane. Ad hoc quod est ciuile mandatum simulata sanctitate suam obtegere perfidiā pharisaica conatur astutia, quam tamen detectam

Mat. 23. propalauit, qui semel atque iterū suas thecnas reprehendens patefecit væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui similes estis sepulcris dealbatis, quæ à foris parē hominibus dealbata, intus autē plena sunt ossibus mortuorum, væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui decimatis mentam, & Anetum, & reliquistis, quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem, dixerant supra non licere illis interficere quemquam: qui tamen vrgebant Pilatum, & acrioribus vocibus instabant, vt tolleretur Christus, crucique affigeretur: Dicebant, qui Christi sanguinem precio comparauerant non licere reiectos à proditore denarios mittere in Corbonam, dixerant, & se non intraturos in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt mā ducarent Pascha: Murmurabant quod non lotis manibus discipuli Christi elicerent ab Aristis grana frumenti ad edendum purgassent.

Hippocritarū simulata malitia.

Attende prætensam sanctitatem quam exterius in oculis, imo & in Auribus aliorum dissimulant, quam sancti viderentur si exterius iudicentur, indecens (inquiunt) apud nos extimatur patibulis pendere, emortua corpora sabbatho, Hanc nos à nobis remoue indecentiam ò Pilate ob quam sanctam digne non possimus celebrare pascha, quod si linceis oculis intus prospicias, nonne mortuorum ossibus plena reperies? quid namque isti animo reuoluebant, nisi quod à Iudice postulabāt, vt defuncti Christi crura frangerentur? His ossibus plena erant hæc sepulchra, adhuc in Iesum mortuum sæuientia.

Huic uni tantum præcepto ementita sanctitate fouere conantur, qui grauiora diuinæ legis mandata etiam audire dedignantur, huic tantum præcepto fauere conatur, quod ad ipsos nullo grauamine spectat fauet eorū liuori præceptum, quod nec digito tangere debent vnanimi itaque voto conueniunt impleri hoc vnū

A præceptum adeuntes Pilatum impleri illud iuberet, eorumque votis faueret cuius Ministri iustitiæ in præuertendis legibus abusi in pluribus fuerant, occiso legislatore legem se uelle seruare dissimulant.

Qui maiora præcepta peruerterant leuioris se zelatores ostentant, ecce quomodo Anetum, & Mentam decimant, quæ inter olera debiliora videntur, vide quantum profectum sua perfidia contaminarunt, vide quam simulata sanctitate festa se celebraturos ostendunt, quasi qui hactenus omnia pro sanctitate fecissent,

B tanquam ora detrahentium obstruere conantes cum in leuioribus se zelatores manifestarent, ad hoc tamen solicitabant Pilatum, vt sublato corpore Christi aspectu populi tradere tur quod citius sepulturæ timentes nouum in turba suboriri tumultum, quæ attenta oculatius, ac seriosius innocentia Christi, & rememoratis ab eodem receptis beneficiis insurgerent in ipsos optimates, principes, & pharisæos: dum enim eorum adhuc aspectibus mortuus pendebat, qui illos à morte reuocabat sanitati

C ægrotos reddebat, famelicos carentes ædulio ad saturitatem in deserto pascebat, facile in illos sœuire potuissent.

Diuino tamen hæc omnia acta sunt consilio ne vlꝫ diutius corpus Christi insepultum remanere ret, oportebat enim, & illud verificari, quod referente Christo debebat adimpleri sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita & filius hominis (quo ad corpus) erit in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus quod si in parasceuæ in sepulchro non recubuisset tribus diebus, nec tribus noctibus

D in corde terræ stetisset insuper, nec die septima ab omni opere quod patrarat requieuisset, dū saltem à loco ad locum mutatus fuisset, cum igitur in vespere diei sextæ consumatum fuerit, diemque Sabbathi integram in sepulcro compleuerit, mox cum diem tertium attigerit, redeuiuus surrexit, sic decebat Dei sanctū nulli corruptioni subesse Propheta dicente. Non Psal. 15. dabis Domine sanctum tuum videre corruptionem.

Poterat quidem virtus illa diuina Christi corpus ab omni corruptione seruare, & illesum,

E inhumatum custodire quod tamen in sepulcro sub terra ad tempus voluit iacere, qui enim animam ad liberandas ab inferis animas, ad inferna descendere voluit: ipse ad reducenda e cineribus pulueris corpora in terris collocare suum corpus decreuit, vt author vtriusꝗ; vitæ intelligatur, per quem nobis tam corporis, quam animæ vita præbetur, longe enim virtuosius in obsequium mortuorum corpus Christi corpore Helisæi probatur quod tamen dum ab alio mortuo in sepulcro tangitur, mox per illud ad vitam restauratur. Hanc igitur

Chri-

Christus illic figuratus corporis reparationem, tunc nobis ostendit cum inter mortuos liber descendere statuit.

Erat enim magnus dies ille Sabbathi. Magnus vtique dies, non quia huius mundialis luminis longiori protractione collustraretur aspectu, sed quia supra celesti diuinis adimpleretur my steriis; Duo quidem olim Deus ad totius huius mundialis machinæ ornatum magna luminaria, quæ præessent posuit, luminare maius vl3 vt præesset diei, luminare autem minus vt præesset nocti; Nec tamen ideo magnus dies ille erat quia à maiori luminari collustraretur, quod commune cæteris diebus obsequium probatur insuper, nec quod suo cursu firmaretur, & staret vt Gedeonis tempore ad compellendam aduersus Amalechitas victoriam. Nec quod retrocederet decem linearum, seu horarum repetito progressu, vt Ezechiæ temporibus rei euentum audiuimus.

Isa.38. *Magnum autem* Sabbathum quia hunc diem Deus inter cæteros elegit, vt sanctum faceret, hunc præcæteris suo cultui dicauit, hunc suum esse constituit: Magnus dies cuius sanctificatio inter magna illa Decalogi præcepta diuina digito Dei scripta reponitur, magnus præsertim dies ille Sabbathi erat, cui & ipsa solemnitas paschalis apposita erat vtraque magna solemnitas diei Sabbathi, & paschalis festiuitatis maiorem tamen constituunt cum in diem vnum coeunt, Magnus postremo dies ille Sabbathi, quod vtrunque præceptum complectitur. Morale, vl3, & Ceremoniale, imo illa duo vtriusque legis in seipso contineat in quibus tota lex pendet, & prophetæ, Dei scilicet, & proximi dilectionem, quomodo non magnus, qui tam magna continet? qui in tam magnis versatur: qui est omnibus terreni obsequij impolutus, & solo diuino cultu ornatus?

Hoc autem Sabbathum quomodo post mortem Christi cessauerit Euangelista videtur annuente cũ ait, erat autem magnus, &c. breuius est obseruandum cum Dominus Sabbathum commendauit, duo in Sabbatho obseruanda proposuit. Alterum est à peccato cessare, aliud

Ps. 30. sanctificationi operam dare, iuxta id quod scriptum est. Declina à malo, & fac bonum. Declinatio à malo ibi præcipitur vbi dicitur omne

Leu.23. opus seruile non facietis in eo.

Aliud expresse in Decalogo iubetur, cum Sabbatha sanctificanda præcipiuntur, opus ser

Sup.c.8 uile illud proprie intelligitur per quod in seruitutem quisquis agendo illud redigitur quod soli peccato ascribitur vbi dicitur, qui facit peccatum seruus est peccati, à qua nos seruitute Christus liberare promittit sup.c.8. si filius vos liberauerit vox liberi eritis, quodcunque igitur opus in Dei cultum, aut in proximi vtilitatem dirigitur illud ex charitate quæ perperam agere nescit perficitur. Quibus operibus, & diuinum præceptum adimpletur, & Sabbathum non violatur, sed sanctificatur: Nam & duo importat hoc nomen Sabb. vnum principale, & aliud secundarium, vnum quod ad Dei laudem, & aliud ad nostrã vtilitatem spectat, & sanctificationem principale in Sabbatho est Dei cultus quem sibi debet homo, aliqua namque tempora sibi seruauit Deus, quibus veluti decimas dierum à nobis in recognitionẽ Crea

Exo.20. toris, & coli, & honorari voluit. Sex diebus fe

(In quo cõsistat Sabbati sanctificatio.)

cit Deus cœlum, & terram, & in septimo die quieuit, idcirco præcepit tibi Dominus, vt septimo die Sabbathum obserues, ergo Sabbathum non dicit diem, sed aliquid agendum in Leu.23. die; Sabbathum enim Hebraice requies dicitur Latine, & Sabbatizare idem est ab operibus ser uilibus quiescere, Sabbathum igitur in ratione sui nominis, non dicit diem aliquam determinatam, sed applicabile est, ad quamcunque ex septẽ diebus, cui talis requies deputatur quod & nonnunquam ex scripturis sacris didicimus.

F Mense septimo, prima die mensis erit vobis Sabbathum, & vocabitur sanctum; nullum opus seuile facietis in eo.

Idem de die decima, & quinta decima eiusdem mensis quæ Sabbata vocantur, non quia semper hi præscripti dies in die Sabbathi quotannis occurrant, quod Lunæ mutatio per quam menses illis computabantur non patitur, sed quia quæ vis e septem illis prænotatis temporibus occurrat in ea Sabbathum celebrari dicitur in qua requies à seruili opere præcipitur, sed Hebræi vnde nos ex gentibus ad fidem to-

G to orbe terrarum conuersis, dierum nomina ex planetis retinemus. Ipsi oẽm diem noĩe Sabbathi ex dignitate denominant, & diem primum, quem nos Dominicum vocamus: ipsi primum Sabbathi, & diem Lunæ, Martis, Mercurij, &c. quibus ferias distinguimus ipsi secundam, tertiam, &c. Sabbathi appellant vnde se bis in Sabbatho ieiunare pharisæus gloriabatur; Pro Sabbatho tamen absolute sumpto diẽ ipsum Sabbathi, qui est septimus semper intelligimus.

Quid est Sabbathum sanctificare nisi opera san

H cta Sabbatho facere? ad nos namque spectat Sabbathum celebrare, ipsumque sanctificare, quid autem est illum sanctificare nisi opera sancta in ipso facere? Hæc vera Sabbathi sanctificatio, de qua Augustinus; ipse Sabbathum custodiebat, qui sine peccato erat, Sabbathum enim obseruare spiritualiter est, non habere peccatũ. Aug. in Ioã.c.8.

Quid autem sit opus seruile à Domino audite omnis, qui facit peccatum seruus est peccati Aug. in illi carnaliter Sabbathum custodiebant quod Ps. 91. spiritualiter ipsi violabant. Idemque ait intus in corde, nostrum est Sabbathum multi vacant

I manib. qui tumultuant conscientia, oĩs homo malus Sabbathum habere non potest, nunquã enim quieta, seu tuta conscientia viuunt. Neq; est pax impiis dicit Dominus, ille vero quietus Isa.58. est, qui nullius criminis sibi conscius est, & talis tranquillitas Sabbathũ est cordis iuxta illud si auerteris pedem tuũ facere voluntatẽ tuam in die sancto meo vocaberis Sabbathũ delicatũ.

Hoc est morale præceptum Decalogi, quod nobis ad salutem præceptum est Synagoga ad externa tantum prospiciens, & interioris spiritus vacua ab operibus tantum exterioribus ab-

(Præceptũ morale Decalogi.)

K stinendum adeo credidit, vt in Christum Sabbatho sanantem totum hominem conuitia pro tulerit; Non est inquiunt hic homo à Deo, qui Sup. c.8 Sabbathum non custodit, qui non intelligebat Christum non soluere, sed adimplere legem in ipsum tanquam inuiolatorem legis insurgunt, qui (inquam) finem legis charitatem ignorabant, ipsi de charitatis beneficio murmurabãt, per quam gratissima nostra opera Deo legislatori redduntur, obseruantibus nobis quæ ab eodem præcipiuntur dicente eodem Domino. Exo.31.

Videte

Videte vt Sabbathum meum custodiatis, vt sit signum inter me, & vos, & sciatis, quia ego Dominus, qui sanctifico vos.

Tunc in memoriam beneficiorum præsertim, qđ à dura Aegypti seruitute tā gloriose educti triumphauerint hoste sub acto præceptum legimus obserua diem Sabbathi, & memēto quod (Deut. 5.) seruieris in Aegypto, & Dominus Deus tuus eduxit te inde in manu forti; Ideo præcepit tibi Dominus, vt obserues diem Sabbathi. (Sabbati institutio.) Qua ratione secundum quod signum erat, non morale, sed ceremoniale præceptum extit, quod A & cum cæteris cæremonialibus veritate accedente vim præcepti perdidit, quia in Christo finem habuit illa nempe eductio à seruitute Aegyptiaca figura erat illius nostræ liberationis à peccato, & diabolica potestate quam nobis Christus sua interueniente morte concessit, & cum oporteret vmbras cedere luci, figurasque cedere veritati, nec non ex littera ad spiritum progredi, ideo cessit dies ille Sabbathi, & in maioris beneficii recolendam memoriam debuit commutari.

Rogauerunt Pilatū, vt frangerentur eorum, crura, & tollerentur B Populorū concursus festiuis diebus cōsuetus ipse est, qui Iudæorū corda ad tollendum e medio corpus exanime Christi sollicitabat: qui enim sibi ipsius timebant si in die festo manus iniecissent in Iesum consultabant non in die festo captum iri Iesum, ne forte tumultus fieret in populo eodem timore cōcussi adeunt suarum impietatum fautorem Iudicem cuius auctoritate fractis cruribus e patibulis deponerentur, sepulturæque darentur ne tam immani spectaculo offensa turba in sacrilegos insurgeret, verum his eorum studiis ad prophetiæ complementum mysterium ipsum C protenditur, Agunt ipsi vt crura Christi frangantur agit mysterium, vt & hæc prophetia de nullo ipsius comminuendo esse adimpleatur, qui mystica crura frangerunt.

Corporalia frangi crura moliuntur mystica ambulantis hominis ad vitam duo sunt necessaria crura ad vitam currentis dextera vż, & sinistra Dei, & proximi dilectio, quia sicut crurum ministerio vehimur, & ad finem quem optamus accedimus, ita his duobus præceptis ad æternitatis vitam quam amamus ambulamus, & sicut duobus cruribus totius corporis D compago regitur, & sustentatur: Audi de crure dextero quid respondeat Christus. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Addens de secundo crure, secundum autem simile est huic, diliges proximum tuum sicut te ipsum: qui mysterium ignorabat de vno solo quærebat, sed qui ambulantes erudiebat de vtroque respondebat; impossibile enim est, vna tibia istarum carentem, intrare ad vitam in quā soli recti admittuntur, qui nec ad sinistram, neç ad dexteram declinant.

(Ambo Christi crura hęretici nituntur infringere.) *Vtrunque crus* frangere Iudæi conantur, qui E in vtroque præcepto claudicasse probantur, quorum indignatione concitus, & zelo exasperatus moyses vtranque Decalogi tabulam confregit, quia Populus ille duræ Ceruicis diuina illa præcepta tam Deo quam proximo debita frangere in vtranque partem claudicare maluerunt. (3.Re.18) Vsquequo claudicatis in duas partes?

Chisti crura frangi curabant, qui totius legis, & Prophetarum oracula peruertebant. His enim duobus mandatis tota lex, & prophetæ pendebant, sed & crura frangi moliuntur, qui veteri iam ab ipsis deprauato testamento ad nouum comminuendum aspirabant, inuetitū tamen frustra nititur Iudæorum perfidia dicente Ecclesia de sponso. Crura eius columnæ (Cant. 5) marmoreæ fundatæ sunt super bases aureas Christi crura columnæ marmoreæ, his cruribus vehitur ipse Christus, quæ sunt hæc crura nisi Apostoli eius. Horum ministerio Christus toto orbe dilatatur, difunditur, introducitur, Ite (inquit) in mundm vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, ecce, crura. Qui vos recipit me, recipit, & de vno suo crure ait. Vas electionis est mihi iste vt portet nomen (Act. 9.) meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israel.

Hæc sunt totius corporis Ecclesiæ firmissima (Eph. 2.) fundamenta de quibus ait Apostolus super edificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarū ipso summo angulari lapide Christo Iesu. His veluti totius Ecclesiastici ædificii (Columnę marmoreæ Christi discipuli.) firmissimę columnæ stabilita est Ecclesia toto terrarum orbe difusa marmoreæ sunt, quia inconcussæ, & inflexibiles, virtute ex alto roboratæ columnæ, quia expoliti lapides ad opus cœlestis spiritualis ędificii accommodatæ columnæ in altitudinem se se erigentes solis basibus, seu pedibus terræ inhærentes, omniaque terrena conculcantes de quibus testatur Apo- (Gal. 2.) stolus Iacobus, & Cęphas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse dexteras dederunt mihi, & Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi vero in circuncisionem Christum vż annunciaremus.

Hæc sunt duo crura quæ Pastor bonus Christus ex populo Israel ab ore Leonis ne deuorarentur eripuit de quibus per Proph. dicitur. (Amos 3) Quomodo si eruat Pastor de ore Leonis duo crura, aut extremum auriculæ sic eruentur filii Israel, duo crura pręcum reliquo corpore ne simul deuorarentur seruauit, qui Apostolos ne cum Iudaico illo populo à rugiente Leone quærente quem deuoret ingurgitarentur.

Crura hæc illius populo Iudaico ex inde dicuntur, quia non nisi vltimi, atque nouissimi in populo extiterunt, & in finem prodierunt. Hi vt Catholicæ fidei portatores crurium officiū susceperunt, qui nobis Christum detulerunt extremum auriculæ ab eiusdem Leonis faucibus detractum; ipsa assensio fidei cæteris in incredulitatis damnatione traiectis, & quia extremum auriculæ Dominus sibi reseruauit. Ideo quam Petrus abscidit Christus restituendam suo loco curauit.

Insuper duo crura Christus ne absorberentur eripuit, & sua ne confregerentur ordinauit (Profundissima in Christi cruribus sunt signata mysteria.) quia pauperes, & humiles ad salutem vocauit crura nostra sunt affectus nostri, quibus aut in damnationem progredimur eum in magnis, & in mirabilibus supra nos ambulamus, aut certè per humilitatem ad vitam currimus cum humilitatis semitas pertransimus.

Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo. Veniunt ad Christum tam boni, quam mali: quia ad hunc qui finis est omnium omnia perducuntur, veniunt boni, aut cum pastoribus, vt nobis natum Saluatorem admirentur, aut cum Regibus ab Oriente venientibus cum muneribus

bus adorēt, siue cum Natanaelle, vt Iesum intuaetur, siue cum Nicodemo, vt de diuinis disserat, seu cum Iuuene sciscitante, quid sibi faciendum ad æternam vitam consequendam, siue cum Magdalena, vt suorum peccatorum veniam consequatur, siue tandem cū sanctis Mulieribus pio affectu ad inungendum quem plāgebant mortuum diluculo per gentibus: Mali vero veniunt ad Christum non nisi, aut vt circumueniunt illum, aut vt capiant in sermone, aut vt tentent, & decipiant, aut vt prodant osculando, siue vt capiant, & ligent, ducantq; ad inimicos, vt sæuiant, aut vt accusent, collaphizent, & flagellent, vel crucifigant, & post obitum ossa confringant.

Luce clarior euidenter agnoscitur Iudæorū in Christū odiosa malignitas. *Vide ad* quid veniant ad Christum milites, vt crudelius in ipsum quam egerint agant, crudelius (inquam) quia crudelius sæuitur in mortuum. Hinc quanto liuore ferebantur Iudęi in Christum conijcere licet: imo si lincis inspiciamus oculis. Non videmus qua alia ratione induxerint milites quorum hoc non interest vt frangant crura damnatorum, quandoquidem sint hæc officia propria carnificum, aut sicariorum. Ad quid igitur impetrant copias. Militū vbi ad opus perficiendum sufficere potuisset vnus sicariorum? certe certius certo Satrapas illos insultus Turbæ timuisse; ideoque caterua militum se muniuisse, & potestatis Iudici se stipasse ne incursibus turbarum molestarentur; Misso igitur à Centurione lictorem latronum prius crura fregerunt. Quæ in consilio Impiorum abierunt, & in via peccatorum steterunt, Horum crura franguntur; dissipante Domino ossa eorum qui hominibus placent acclamantibus Iudæis non hunc, sed Barrabam, qui socius criminis erat cum ipsis.

Christi crura non franguntur ad latera autem eius pendentium franguntur, quia tam infidelium quam hæreticorum, tam iudæorum quā gentium, quia corpore Christi sunt seiuncti crura franguntur, quum tortoribus ad damnationem traduntur. Hoc & plerunque Principibus, Regibusq; contingunt, quorum mentis integritas à nemine possit à veritate deflecti. Nonnunquam tamen ad latera horum collocantur, quorum crura franguntur ministri plerunque a recto tramite diuertunt, & iustitiæ iura peruertunt à pietate recedunt, & auaritiæ student, sanguinem sitiunt, & dum diuites effici student in laqueos Diaboli incidunt, ecce Acab à latere vxorem Iezabel habentem, ecce Heli; Duo crura à lateribus Ophni, & Phinees degeneres filios omne iudicium, ac sacerdotis officium præuertentes, ecce Assuerum seruum Aman impiissimum in suo latere exaltantem.

1. Re. 4. Hest. 3.

Attende ex his, nostris etiam temporibus tam Ecclesiasticos quam temporales Principes, attende vxoratos, attende, & Patres talia crura à suo corpore pendentia ad latera eorum existētia, quorum crura sunt omnino franda dum impietatis, & criminum fiunt instrumenta, iubente Domino, si oculus tuus scandalizat te (ecce vxorem) erue eum, & proiice abs te, & Manus tua (ecce filios) scandalizat te proice abs te, & si pes tuus (ecce seruos, siue ministros) scandalizant te abscide hæc, & proice à te melius namque tibi ad vitam ingredi debilem, vel claudum, & vnum oculum habentem; quam duos oculos, manus, ac pedes habentem

Matt. 5.

mitti in gehennam ignis; hi sunt de quibus per Psalmistam dicitur, si mei non fecerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Ps. 18.

Quorum crura si non frangantur ad summitatis altitudinem pertingere conantur; De quorum capite inquiebat; Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Quid dicebas in corde tuo; In cœlum conscendam, & super Astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, veruntamen in infernum detraheris in profundum laci; ad latera mali conscendere moliuntur ad latra (inquam) Aquilonis, idest peccati à quo Aquilone omne malum dependet. Isa. 14. F Ps. 125.

Ad hæc aspirant, vt superbia, ambitione, inuidia, auaritia, & emulatione etiam summis Principibus efficiantur æquales, quibus sunt crura frangenda cum ad dignitates, ad honores, & magisteria ascendere pro voluptate desiderant. Ad quos cohibendos hortabatur, qui dicebat. Non ambulaui in magnis, nec in mirabilibus super me, quod si non omnium frangenda sunt crura eorum tamen sunt frangenda, qui ambulant viam non bonam, sed post peccata sua. G

Tandem moribundum crura frangantur, quibus ad ambulandum, siue bonum, siue malum semitæ præcluduntur, singulis namque humana illa facultas adimitur, quum in suum finem quique peruenerit. At bonum nequit quis vlterius ambulare, quia nullum merendi opus poterit agere, vnde Apostolus. Dum tempus habemus operemur bonum, &c. Ipseque nostræ salutis author, & amator. Ambulate dum lucem habetis ne tenebræ vos comprehendant venit enim nox idest mors quando nemo poterit operari, ad malum etiam nequit vlterius progredi impius, qui suis non poterit vlterius indulgere valuptatibus audiuimus vilicum bonorum terrenorum vsurpatorem sublatum à vilicatione conquerentem quod vlterius non posset vilicare, audiuimus & diuitem Epulonem, nec Guttulam aquæ impetrare volentem quorum crura confracta cernuntur, quū talia sibi responsa data leguntur; inter nos, & vos magnum Cahos firmatum est, vt hi qui volunt hinc ad vos transire non possint, neque huc inde remeare. Gal. 44. Sup. c. 14. H I

Ad Iesum autem cum peruenissent non fregerunt eius crura. Nihil roboris adimere potuerūt à Christo quo minus viam mandatorum curreret, & exultaret vt Gigas ad currendam viā; regressus eius ad Patrem excursus vsq; ad inferos recursus ad sedem Dei, nullis vnquam præpediri potuit incursibus, qui & fluctus maris pessundat, & super pennas ventorum perambulat Eius crura non franguntur, quandoquidem nihil damnationis in Christo Iesu reperitur caro Christi, frangitur, laceratur clauis perforatur aculeis spinarum terebratur. Nullum tamen os eius aut frangitur, aut quouis modo comminuitur, quia spiritus quidem semper promptus est caro autem infirma. K

Non franguntur ossa ad compagem membrorum disposita, vbi nec voluntas flexibilis est ad malum, nec intelligentia abduci potest à vero; duæ sunt hæ interioris hominis tibiæ, hominis inquam non cuiuscunq; sed eius, qui corporis Christi mystici effectus est mēbrorū.

Custodit

Custodit Dominus omnino ossa istorum; unũ ex his non conteretur. Hinc ossium non autẽ carnis maximam curam patres illos virtute, ac sanctitate insignes habuisse cõspicimus, Ioseph iussit antequam diem clauderet astantibus fratribus, Asportate ossa mea vobiscũ de loco isto & alibi, asportauit quoq; Moyses ossa Ioseph secum, eo qđ adiurasset filios Israel dicens efferte ossa mea, hinc uobiscum, iuxta ossa uiri Dei ponite ossa mea. Ideo cârnem suam comminui passus est Christus: ossa aũt confringi prorsus abhorruit; quia dum caro ministra est peccati, fomitisq; ac stimuli instrumentũ, in carne passus est Saluator, corruperat enim omnis caro uiam suam coram Domino.

Gen. vltimo. Exo. 13. 3. Reg. 13.

Ossa autem intacta seruauit, quia per hæc nemo peccauit, passus est in carne, quia passioni capax est sola caro, quæ neruiculis obtecta reperitur, frustra ad fractionem crurium Christi adducuntur milites, quorum fractione nullius reparationis, & redẽptionis videtur esse ratio, milites in corpus Christi viuum insurgere properabant, & in eundem mortuum sæuire desistebant: quia tam hæretici, quam infideles in ecclesiam temporalibus suffragiis abundantem mundo, quæ uiuentem, ac carnalibus operibus vacãtem insequuntur, & vsq; adeo persequuntur, vt crura quibus regitur, & defertur cõfringere, imò pœnitus comminuere moliantur.

Super duo Christi crura incedit ecclesiã diuinitatis, & humanitatis.

Duo crura habet ecclesia quibus sustentatur, & vehitur diuinitatis vl3, & humanitatis Christi, quæ in suis subinde distincta sunt articulis, dum duobus pedibus decẽ addũtur digiti, hæc sunt fidei nostræ ossa, quæ comminuere cogun tur, qui huic fidei Catholicæ apponere se nitun tur. Hæc ecclesiæ temporaliter seu adhuc carnaliter viuenti occurrunt, Quæ si mundo emortua dignosceretur ne, vtiq; ab hæreticis oppugnaretur, nec his crurib. vnquã cõminueretur, seu nullis articulorũ fidei incursib. pater. Duæ erant præcipuè ecclesiæ Catholicę, Apostolicæ, atq; Romanæ Tibiæ, Galiæ, s. & Germanę, has Tibias confringere potuerũt qui corpus Christi. i. ecclesiã ibi carnaliter adhuc uiuentẽ inuenerunt. Hæ corporis Christi ecclesiæ finitimæ Tibiæ, quarũ confinia ad nos vsq; perueniunt.

Moriamur nos mundo moriamur, carni mortificantes mẽbra nostra quæ sunt super terrã fornicationem immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus: pp quam uenit ira Dei super filios incredulitatis, in quib⁹ & uos ambulastis, aliqñ cum uiueretis in illis, eorum trium in cruce pendentium duorum tantũ crura franguntur; quia tres nobis sunt ppositæ cruces in quarum altera Christus pependit, duobus expositus malefactoribus, vnicuiq; suam designatam crucem ostendit, vnam vl3 quæ est iustorũ aliã quæ est peccatorum de commissis dolentium, tertia obstinatorum in iniquitate perseuerantium de eorum salute nihil cogitantium.

Psal. 33.

Crux Christi est crux omnium iustorum. Hi in multis expositi sunt tribulationibus, iuxta id quod scriptum est, Multæ tribulationes iustorum, & de oĩbus his liberauit eos. Dñs inconcussis relictis ossibus, quia custodit Dñs ossa eorũ vnũ ex his non cõteretur. Iste est perfectorũ status, qui nullis ipsorũ demeritis in fornace pbãtur, & tanq̃ uasa aurea in cælestib. collocant.

Luc. 9.

Alia est crux malefactorum resipiscentium in quam pœnitẽtes ascendunt, ad quos per ipsum Saluatorẽ dicitur, si quis vult post me uenire abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me, suam (inquit) tollat non meã, quæ propter aliorum salutem accepta fuit; ideo suã tollat ad salutem sui. Hãc latro ille bonus, & ad Christũ conuersus accepisse dignoscitur, cum de ipso legitur. Nos quidem iuste pro peccatis patimur, hic autem nil mali fecit.

Hæc à latere Christi dextero reposita à pœnitente recipitur, ut per eam peccatorum uenia cum latrone condonetur.

Damnatorũ crux.

Tertia crux est damnatorum quorũ pœna ipsis adhuc in peccatis uersantibus initiũ sumit, nec aliquando finit. Horum malefactorũ ossa dum confractis cruribus moriuntur integritati redduntur, quia per resurrectionem et incinerata corpora restaurantur, & in uirum perfectum reuiuiscunt mystica autem horum ossa in solis pœnitentibus restaurantur, cum puro corde ad Dominum conuertuntur, & à pœnis purgatorii liberantur.

Ecce nobis optio datur, vt ad unã ex tribus crucibus confugiamus, quarum prima est perfectissima solis perfectis exposita, alia teterrima solis damnatis præparata, & alia spe recuperandæ salutis dolẽtibus peccatoribus exposita, qđ si illam quæ est damnatis abhorremus,

Illã autem perfectorum est, habere nequimus quare ad eam quæ pœnitentibus relinquimur non accedimus? huic nostra salus aptatur, sine qua nullus peccator saluatur Domino commonente, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis, tandem Christi crura non frangant, sed integra reseruãt cum ipse sit agnus de quo per Moysem præcepit Dominus, os illius non cõfringetis, qui videlicet figura erat agni Christi pro nobis imolati.

Luc. 13 Exo. 12

Sed unus militũ lancea latus eius aperuit, ecce cateruã militũ armis aduersus, incursus si qui oboriren tur armatã, unus (inq̃) militũ Aug. teste, Longinus noĩe quem inter Sanctos Magnus Albertus cõnumerat in Christi latus impegit, illudq; ferro perforatum aperuit. Non solus iste ferox, & lanceatus miles, sed ex militibus unus confodere telo Christum curauit, & totam de Christo tragædiam compleuit, in latus Christi Deo dirigente mucronem infixit vt ibi aditus ad Christum singulis pateret.

Aug. in manuali c. 23.

In hunc sinum collocandi sunt quicunque saluandi, habebat Synagoga sinũ Abrahæ in quẽ recundebantur qui ad salutem recipiebantur, in quẽ Lazarus Angelorum ministerio est euectus, nobis autem nobilius receptaculum præparatur cum Christi latus aperitur. Propterea enim non dicitur militum lancea latus percussisse, seu vulnus in latere perfodisse, sed tantum aperuisse, quod apprimè Augustinus obseruat, quandoquidem ad hoc tantum lãceæ ictus illi dirigitur, ut maceria carnis effossa cauerna ad salutem pateret.

Cant. 2.

Hic quem in suam sponsam elegit Christus uocauit ecclesiam, veni columba mea, veni dilecta mea, electa mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ: ego qui e latere dormientis Euam produxi, dum unam ex costis Adæ sponsam illi formaui, quæ suæ esset delitiæ, ecclesiã & mihi disposui non habentem rugam, aut maculam, meæ quæ essent delitiæ cum filiis hominum inhabitaret. Non enim ulterius sinu

Abrahæ indigemus, ſed in Chriſti ſinum aſcen
dimus qui ad gloriam adipiſcendam propera-
mus, de qua ſponſa prædixerat Dominus vxor
tua ſicut vitis abundans in laterib. domus tuę.

Hoc neceſſarium ſalutis noſtræ præſidium,
in illa arcæ figura monſtratur ibi à Domino ip
Gen.6. ſi Noe præcipitur oſtiũ arcæ pones ex latere
deorſum per quod intrare poſſent q́ à ſubmer-
Gen.7. ſione ſaluandi erant, vnde illi iubetur, ingrede
re tu & omnis domus tua in arcam ſe enim vi
di iuſtũ corã me in generatione hac hos ſuos
dilectos, iuſtosq; viros in oſtio ſuo introducit
ipſo dicente, ego ſum hoſtiũ, per me ſi quis in-
troierit ſaluabitur, in ſinũ reponit qui ſibi ſunt
cordi, qui ſibi ſunt dilecti, & ad ſecũ conregnã
dũ electi. Hic vera illa mater ſuum quē genue-
rat filium reponebat, nouerca illum eripiente,
& ſibi vſurpante. venit hæc mulier me dormiē
3.Reg.3 te, & tulit fraudulēter filium meũ de ſinu meo,
& ſuũ qui erat mortuus collocauit in ſinũ meũ.

Hæc nouerca voluptas fraudulenter eſt opera-
ta quæ viuum à ſinu eius à quo quaſi modo ge
niti, infantes regenerati ſumus abripuit, vbi
ſuum exanimem reclinare cogitauit. Quod pia
mater nullo modo permiſit Deus.n. non eſt
Deus mortuorum, ſed vita viuentium: quia
Deus in ſinum ſuum non recipit, quem culpa
vita priuauit, eum vero iterum in ſinu ſalutis
recondit, qui non mortuam tantum ſed viuã
fidem retinuit.

Hinc Moyſes dum manũ in ſinũ retinuit mun
dam à lepra ſeruauit, q̃ eum è ſinu primo extra
xit immundã, & vlceribus reſperſam inuenit,
ad ingreſſum nobis Chriſti latus aperitur, in
quod intrantes à lepra peccati mundemur, De
bebat præterea Chriſtus latus aperiri q nos in
filios voluit adoptari, cum.n. ipſe Dei filius in
ſinu patris dicatur reperiri ſupra vnigenitus
Cap.1. Dei filius qui eſt in ſinu patris ipſe nobis enar-
rauit. Nobis in adoptionis filiorũ ſortē receptis
& in Chriſto regeneratis in eius ſinu locus de-
bebatur, vt vbi ſum ego & vos ſitis, & vnũ cũ
ipſo ſimus quotquot in ipſo conſiſtimus.

Noſtrum Chriſti latus efficitur i quo omnis
ſpes ſalutis noſtræ collocatur qđ pro nobis di-
uino cõſilio aperitur, in ipſo namq; à turbine,
& à pluuia, ingredientibusq; quibuſcunq; pro
cellis ſaluamur, vbi diuina virtute ꝓtegimur.
Hic ab Angelo exterminatore protegimur, vbi
donec pertranſeat furor Dñi abſcondimur, in-
Iſa.2. gredere in petram, & abſcondere in foſſa humo
à facie timoris Dñi. In quam petram tuti poſſu
mus occultari, vt à furore Dñi nõ debeamus re
1.Cor. periri certe non in alia petra, præter ipſum Chri
10. ſtũ de quo ſcriptũ eſt. Petra aũt erat Chriſtus.

Hæc eſt petra in refugium Herinacis poſita;
Deus refugiũ noſtrum, & virtus q̃ Iudæi petra
ſcandali nobis aũt ſalutis refugiũ effecta : lapis
(inq̃) quẽ reprobauerunt increduli ac ſtulti in
arena ædificantes. Quã tñ elegerunt vt ſuã ibi
inconcuſſam domum haberent electi, viriq; ſa-
pientes. Qđ & ſapiens ille prædixit vbi inquit, K
fundamēta æterna ſupra petrã ſolidã, in quã
Eccl.26 ſuã domum (quæ eſt eccleſia fundare voluit
Chriſtus eodē dicēte ad Petrũ, tu es Petrus, &
Mat.16. ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.

Hanc (inquit) non illã q̃a non in te, ſed in me
tamq̃ in ꝑcipuo fundamento ipſam ædifico qñ
quidē fundamentum aliud nemo põt ponere ꝓ
1.Cor.3 ter id quod poſitum eſt, qđ eſt Chriſtus Ieſus.

Et continuo exiuit ſanguis, &c. Quã mirũ re-
demptionis noſtrę myſterium, potiſſimumq; no
ſtrę ſalutis argumentũ. Hæc ſunt ſupremæ veri
tatis teſtimonia, quibus tã de Chriſto, q̃ de cun
ctis Chriſtianæ fidei rudimentis negotiũ totũ Epiſt.1.
concluditur, tria ſunt q́ de cœlo percipimus te- cap.5.
ſtimonia, teſte diuo noſtro Ioan: de Chriſto in
cęlis veritatē cõprobantia pater, verbũ, & Spiri
tus ſanctus, & hi tres vnũ ſunt. Nõ ſemel tãtũ,
ſed & iterũ patre atteſtante. Hic eſt filius meus
dilectus in quo mihi bene cõplacui ipſum audi
F te filio de aſſerēte. Si ego teſtimoniũ perhibeo
de me ipſo teſtimoniũ meũ uerũ eſt, & ſup. qui
de cęlo uenit ſuper oẽs eſt qđ uidit, & audiuit
hoc teſtat̃, & teſtimonũ eius nemo accipit, q́ aũt
accipit eius teſtimoniũ ſignauit, q̃a Deus verax
ē, q́ miſit me pr̃, ipſe teſtimoniũ phibet de me.

Hēt & Spiritus ſancti teſtimoniũ, qđ de cœ-
lo eſt ipſo in ſpē colũbæ ſuper ipſum deſcēden-
te, & viſibiliter apparēte qui & vlterius de eodē
præbiturus dr̃ teſtimonium ſup. Cũ uenerit pa
raclitus ille teſtimoniũ perhibebit de me, & vos
teſtimoniũ perhibetis, ipſe corda veſtra robora
G bit, ut teſtes intrepidi de me ſitis. Accipietis vir-
tutē Spiritus ſancti, & eritis mihi teſtes in oĩ Iu Act.1.
dæa, & Samaria, & vſq; ad vltimũ terræ, opor-
tebat, & in inferioribus ſuſcipere, de Chriſto te-
ſtimonium, cum in medio noſtrum cõuerſatus
ſit Chriſtus, & ideo tribus cœleſtibus expreſſis.
addidit Ioãnes, & tres ſunt qui teſtimoniũ dãt
in terra ſpiritus, aqua, & ſanguis Spiritus (inq̃t)
q̃a emittēdo ſpũm Ieſus uoce magna clamauit,
qđ diuinitate eius in mortis articulo ꝓbuit ar-
gumentũ, cũ nulla naturali uirtute, ob cuius de
fectũ moribũdi moriunt poſſit purus, tã ſonora
H ſeu ualida uoce in extremo ſpiritum exhalare.

Debebat duobus adhuc teſtibus in terris tanti
momenti ueritas cõprobari ſanguinis vlꝫ, & a-
quæ de quib. Euangeliſta ſubſequitur & conti-
nuo exiuit ſanguis, & aqua. Hæc.n. ideo dñr &
ſũt diuinitatis Chriſti teſtimonia, q̃a nullo mo
do à ſola humanitatis virtute prodire poterant,
& eo maximè cũ exanime corpus in ligno pen
deret, & poſt obitum exanime corpus ibi per lõ
gã horarum mora pependiſſet. Nã Iudæi nõ re
ceſſerunt à loco donec Chriſtum expiraſſe cer-
to argumēto dignoſcerent; & eum hoc hora no
I na cõtigerit ſaltem per tres horas exanime cor
pus remãſerat. Quibus interim reuerſi ſunt Iu-
dæi Hieroſolymam, & acceſſerunt ad Pilatum
acceptisq; militibus reuerſi ſunt caluariã crura
aliorum pendentium confracta fuerunt, & tan
dem veſpere corpora pendentia in ſtipitibus re
manerent ſabbatho affixa depoſuerunt.

Quapropter cum tã ſanguinis, q̃ aquæ à mor-
tuo, & vitalibus ſpiritibus frigido effluxus nõ
niſi miraculosè diuino diſponente iudicio eue
nire nequerit myſterio carere nullo modo po-
tuit, vnde rectè tã factum, q̃ modũ Euangeliſta
deſcribere curauit, cum.n. cõtinuo exiſſe aquã
& ſanguinē dixit uirtutē interioris agētis aper-
tè mõſtrauit, Agētis (inq̃) non humana uirtute
quã cadauer illud pro iure naturæ carebãt; ſed
ex uirtute illa diuina, cui corpus illud inſepara
biliter inhærebat. Huius nõ alia uirtute ipulſus
tã ſanguinis q̃ aquæ exiuit uterq; & qdem nõ
mixtè, nec ſucceſſiuè, ſed ſimul cõtinuè, & im-
mixtè effluxiſſe deſcripſit, q́ cum iure naturali
minimè talia; & taliter prodire poſſent, Ioãnes
ad huius certitudinem facti ſuũ adduxit teſti-
monium,

moniũ,& qui vidit (inquit) testimonium perhibuit, & scimus quia verum est testimonium eius:frustra.n.testimonium adhibuisset si negotiũ,& opus istud naturaliter euenire potuisset.

Vtriusq; exitus sanguinis,& aquę cũ sit miraculosus ad abdita nos scrutãda mysteria cogit, per sanguinem .n.redimimur per aquam vero abluimur,pręparata per mortem Christi nobis uenia peccatorũ,concessoq; salutis nostræ mysterio sanguis statim nobis offertur per quem redẽptionem consequamur, simulq; aqua exhibetur,per quam emundemur,audi Apostolũ de vtroq; differentem, in eo habemus redemptionem per sanguinẽ eius omnia penè in sanguine secundum legem mundantur,& sine sanguinis effusione non fit remissio. Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato,qui lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo,& alia penè infinita quæ Christi sanguinem delictorũ nostrorum probant singulare præsidium.

Ephe.1. Hebr.9. 1.Ioã.1. Apoc.1

De aqua insuper maxima se offerunt testimonia aquam vl; qua lauemur à maculis peccatorum nobis diuina bonitate promissum propter duo vl; sacramenta, quibus principaliter ad salutem disponimur, & præparamur baptismi.s.& eucharistiæ cum primum in aqua, & aliud in passionis mysterio, quod per sanguinẽ manifestatur fundentur de qua aqua scriptura plerunque testatur, effundam super vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Percussit petram, & effluxerunt aquæ spiritus eius velut torrens innundans, ecce aquæ egredientes à latere dextero, & aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis descendunt ad plana deserti intrabunt mare,& exibunt, & sanabuntur aquæ & omnis anima uiuens quæ serpit quocunque venerit torrens uiuet.

Sublimia & mirãda sanguinis & aquæ mysteria. Psal.77. Ezec.36 Isa.30. Eze.47.

Per aquam sanantur aquæ cum per baptismũ abluuntur peccata,& animal serpens viuet, q̃a peccator terrenis affectibus deditus ad uitam medio sacramento per gratiam perueniet,aqua quam ego dabo fiet fons aquæ salientis in vitam æternam ; His præsertim Arabonibus per fidei sacramenta fidelis anima Christo dum coniungitur desponsatur, obseruandum tamen quod nec sine sanguine aqua,nec sine aqua sanguis emanauit, quia non nisi in virtute sanguinis peccatorũ sordes abluit aqua, nec sibe baptismatis aqua sanguinis uirtutem consequimur Domino dicente. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non põt introire in Regnũ Dei, ecce igitur unius fontis duos simul emanare riuulos oportebat aquã simul cum sanguine prodire,ut non aliunde, quã ab ipso sanguine ad abluenda peccata virtutem dignosceremus habere. Huius namq; fontis meminit Propheta,erit (inquit) fons patẽs domui Dauid in ablutionem peccatoris, & menstruatæ, & disperdam die illa nomina idolorum de terra, & spiritum immundum auferã de terra.

Nota hsc & obserua sup.c.3. Zach.13

Quod autem post mortem hæc ipsa profluxerint miro peracto est consilio & primo quidem vt post mortem Christi in corpore eius etiam exanimato,virtus percipiatur diuina qua & milles ampliori luce perfunditur,& sic in cordibus fidelium Christus exaltatur, gẽtilisq; populus superno lumine irradiatur. Per hanc insuper effusionem corpore mortuo manantem nostris etiam oculis lumen augetur dum sanctorũ reliquias maximo honore fore prosequendas agnoscimus, & quamuis exinanitæ sint sanctorum reliquiæ nunquam tamen diuina virtute sunt vacuæ.

Sanctorũ reliquiæ sũmo honore colendæ.

A

Habemus & barram vnde suffragia à mortuis sperare possimus:dum à mortuo beneficia recipimus post mortem hæc nobis è suo corpore tã benefica contulit dona, vt per sanguinem peccata mortalia abluantur, & per aquam peccata venialia condonentur, de primo clamabat inquinatus libera me de sanguinib. Deus Deus salutis meæ. De secundo lauabis me, & super niuem dealbabor post mortem hoc nobis etiã contulit beneficium ut nobis post mortem ẽt prodesse possit, dum sacrificiorum seu missarũ suffragiis subleuamur à pœnis & per sanguinis effusionem ab æternis pœnis ad perennem uitam reuocamur seu orationum piorum ex charitate ad æternam gloriam sublimamur.

Psal.50. Ibidem

B

Hæc sunt dona, quæ Rex noster supra seu vltra dotem nobis impertitur irriguum superius idest sanguinis sui preciosissimi, & irriguum inferius aquarum de libano effluentium,libanus enim cãdidus interpretatur,vt sit sponsus noster candidus, & rubicundus, simusq; & nos per aquæ lauacrum candidi, & per sanguinis effusionẽ rubicundi,in Principe Caleb tale obfuturum figuratum est beneficiũ,qui filiæ suæ Axæ ultra dotem duo supradicta concessit irrigua. Dedit nobis peracta passione aquã,& sanguinem,aquam ad infernalem ignem extinguẽdam,sanguinem ad inungendas postes nostrorum ostiũ,ne ab exterminatore periremus,sanguinem vt intus roboraremur,aquam vt etiam extrinsecus immunditias abhorreremus,aquã vt ad fidem amplectendam præparemur,sanguinem ut charitatem amplectemur,aquam ut ab operibus mortis per confessionem delictorũ emundemur,sanguinem ut ad eucharistiæ sacramentum purificati disponamur,aquam ut gratiam suscipiẽdam properemus, sanguinem ut ad immortalitatis gloriam accedamus.

Iosue 15

C

Et qui uidit testimonũ perhibuit, &c. Ne quis hanc contra nostram emortui corporis effusionẽ sanguinis,& aquæ adeo admiraretur,ut negare,seu tergiuersari potius quam confiteri conaretur testium præsidio præclarum admirandumq; facinus roborauit,& qui uidit (inquit) testimonium perhibuit,testisq; omni ex captione maior,cuius irrefragabile dictum indubitate percipitur crediderũt olim patres, imo credamus & nos hodie Moysi credimus, & ipsis prophetis, nec ad unguẽ refellimus, quidquid de scriptis eorum legimus. Nec minus illis credamus & istis à Dño in testimonium electis, credidit Synagoga his aut enigmatica, aut phetica uisione contuebantur,in spiritu, in somnis in extasi in umbraculis,& figuris uidebãt, & q̃ uiderunt nobis credenda reliquerunt testes de proprio sensu ad confirmandam ueritatẽ idoneus triplici sensu Io: sua enarrata cõfirmamus uisu, auditu, ac contactu. Quod vidimus oculis nostris qđ perspeximus qđ manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ,qđ uidimus,& audiuimus hoc testamur & annunciamus uobis,ut & uos societatem habeatis nobiscum.

D

E

1.epist. cap.1.

Testimonium istud est testimonium non huius tantum actionis Christi in cruce pendentis, sed & totius itinerarii eiusdem Christi in terris nobiscum conuersantis de quo dicitur testimonium

Psal.18.

monium Domini fidele sapientiam præstans paruulis: quia de diuinis præcipuisque actionibus Christi Ioannes disseruit, & humilium intellectus, ad sublimiora capescenda mirabiliter euexit. Hoc eodem argumento vsus est Christus ad conciliandum sibi Nicodemi animum

Cap.3. supra ait, quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. Magnum ergo quod à Christo mutuatum est argumentum quo certius nullũ inter homines præstari potest, aut efficacius: quapropter subintulit, & verum est testimoniũ eius, & ille scit, quia vera dicit vt & vos credatis; tanquam aperte diceret; Non tantum sibi ipsi vidit qui talia vidit, sed propterea vidit, vt de visis certum nobis testimoniũ redderet, vt & nos credibilibus, credendisque credamus, &

Ioan.20 per fidem salutem consequi mereamur, secundum quod alibi scriptum est. Quia vidisti me Thoma credidisti, Beati qui non viderũt, & cre

August. ibidem. diderũt, vbi Augustinus (inquit) scit enim qui vidit cuius testimonio credat qui nõ vidit sciebat, & ipsa Deipara Virgo, & Mater Saluatoris Dei verbum in ea carnem assumpsisse sciebat se ipsam virginea integritate eundem peperisse sciebat solam vbere purissimo Christum suo lacte fauisse, &c.

Sciebant & Apostoli sub Pontio Pilato Christum Iesum mortẽ subijsse cruci affixum fuisse, corpusque eius sepultum in monumento iacuisse. Qui horum testes in aliis vulnera incredulitatis veluti salutari oleo, perfusa, consolidãdo sanarent, meritum autem fidei non perdiderunt qui de Christo quæ nos credimus illi vi-

Stat cũ veritatis visione fidei meritũ. derunt, quandoquidem fides & si non visis cõstare dicatur de non visis dicitur. i. de his quæ ratione naturali probari nõ possunt sed soli primæ innituntur veritati. Neque igitur Mater Christi nec Ioannes, nec Apostoli cæteri sine fide seu sine merito fidei ex eo extitisse persuaderi potest quod multos quos habemus articulos fidei conspexerint cum in diuinitate personæ, quæ in humanitate latebat firmiter inhæ-

Luc.1. rendo credebant, vnde B. Deiparam ait Helisa-

Cap.14 beth. Beata quæ credidisti, & supra Christus ad aliquem discipulorum Philippum videlicet non credis, quia ego in patre, & pater in me est, Quod si crediderunt vtiq; de eo quem conturbantur fidem habebant; fidem (inquam) occultę diuinitatis, ac supranaturalis in ipso virtutis.

Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur: os non comminuetis ex eo, & alia scriptura inquit videbunt in quem transfixerunt. Ne videretur suo nudo fidendum præsumere testimonio Ioannes, duo alia antiquæ legis testimonia Moysi videlicet, & Prophetarum Moyses namque futurarum præscius veritatem in præscribenda lege, ac obseruãdo ritu imolationis agni Paschalis, iussit ea rõne non confringenda, seu comminuenda eiusdem agni ossa, quia potior veritas in figurato agno illo cęlesti, quam in figura illius agni ex genere pecudum, alterius mysteriũ prophetico euectus spiritu obseruandum esse voluit perpetuo, sed ad quid Moysi mandatum dicimus cum hunc ritum de agno ipse statuerit Dominus?

Sit igitur Domini præceptum sit Dñs author præcepti sit & Moysi legẽ scribentis præceptũ, in auribusq; totius Synagogæ ab ipso publicatũ, & sua cura obseruatũ, sicut. n. & alias diximus, hoc tantũ absit à nobis ut ideo talia egerit

Christus, quia prædixerant de illo prophetæ, imo non Christus ad Prophetas, sed prophetæ ad Christũ reducunt, ipse. n. legis ac prophetarũ finis esto posterior fuerit executione spiritus tũ extitit in intẽtione. Quapp dicitur facta esse hęc (seu alia similia de Christo) ut scripturæ implerentur, non causaliter (vt Theologi docẽt)

sed consecutiuè sunt oĩno accipienda secundũ q & alibi legitur. Mitto ad vos prophetas, & sa- Matt.23

pientes, & ex eis flagellabitis, & occidetis vt veniat super vos oĩs sanguis iustus qui effusus est

F super terrã à sanguine Abel, &c. Neq;. n. est q dicat Iudæos ad hoc psecutos fuisse Prophetas siue sapientes, vt iustorũ sanguis effusus in perditionẽ ipsorũ in ipsos descendere, sed effectualiter consecutiue, ac si diceret, ideo venit sup vos iustorum sanguis effusus, quia persecuti fuistis & interemistis iustos, quorũ & hoc se offert dictũ facta vlʒ hæc vt scriptura impleretur i. hoc facto & cõsumato sublata est vmbra futurorũ, & adimpleta uaticinia prophetarũ, & (vt Aug.

inquit) testimonia de scripturis sanctis eligẽda Aug.20. li. de Ciuitate Dei c.4.

sint de vtroque testamento. Prius tñ eligenda

G sunt de nouo, & postea de veteri: quia quamuis vetera tpe' sint nouis priora dignitate tñ anteponẽda sunt noua, qm illa vetera præconia sũt nouorũ, Diuus igitur noster Io: suo qđ ad nouũ pertinet exhibito testimonio, ad antiquæ legis recurrit utrunque testimonium, legis. f. & prophetarum: vt in ore duorum, vel triũ inconcussum, & firmum stabiliatur omne verbum.

Primum testimonium a Moyse siue à lege desumptum est in eo quod Dñs iubente præcipi-

tur nullam agni Paschalis fractionem ossium Exo.12.

fiendã. Quod cum sit propheticum dictũ; Non

H mysticam tantum interpretationem patitur, verum necessaria ad litteralẽ sensum perducitur, vt ea rõne dictum dicto, figura figurato, & Prophetia suæ veritati respõdeat, sunt in scripturis tam mystica, quã naturalia ossa quorũ diuersa

ratio spectatur, mystica sunt ossa de quibus dici Psal.34.

tur oĩa ossa mea dicent Dñe quis similis tui, & qđ alibi habetur, exultabunt Dño ossa humi-

liata, & alibi, dulcedo aĩæ sanitas ossium, putre Psal.50.

do vero ossium inuidia, & alia huiusmodi plu-

ra quæ ossa non sunt, nec possunt litterali sensu Prou.16

adaptari, sed ad mysticum illũ reduci, vt ad in- Cap.14.

I star ossium in sustinendo, regendoq; corpore, cuius rectitudo, robur, dispositioq; corporis in ossibus eius consistit. Ita in interiori hoĩe, non desunt longè solidiora, præstantioraq; instar

ossium instrumenta tam intrinseca, quã interio Plurima i sacris scripturis eloquia mystico tantum gaudẽt sensu.

rem hoĩem interrogantia, intelligẽtia, ratio, voluntas, & affectus quibus corroboratur, dirigitur, & in omni bono aius noster disponitur.

Horum ossium, sensum, procul absistere à litterali illo ossium corporalium sensu ea rõne cogimur: quod de eo sensu litterali verificari minimè possint. Alia sunt laudantium Dñm exultãtiumq; Dño ossa à corporalibus, insensibilibus

K que ossibus nostris, horum ossium curã, nec in ipsis iustis ad protegendũ ne confringantur siue incinerentur habere noluit Dñs, qui iustorum corpora quãdoq; à feris deuorari, qñque igne consumari, & communiter illa incinerari permittat, & tamen de iustorum custodia scri-

ptũ est, custodit Dominus oĩa ossa eorum unũ Psal.33.

ex his non conteretur, & de reprobis. Dissipa-

bit Dominus ossa eorũ qui hominibus placent Psal.52.

confusi sunt quoniam Deus spreuit eos.

Hæc

Hæc autem prophetia de Christi ossiū integritate sensum expetit literalē, quo conuinci posset proteruia Iudæorū hunc tantummodo sensum admittentiū, solius igitur Christi hoc fuit priuilegium crurium etiam eius rationem habere, & per istud etiam argumētum Christum verum Messiam comprobare, potissimo igitur hoc argumento usus est D. Ioannes; quo animus Iudæorum confoderet, nosque in Christi fide consolidaret.

Proprijs cui initūtur rōnum armis conuincuntur Iudæi.

Aliud subinde protulit suæ veritatis testimonium ex prophetis, videbunt in quem transfixerunt. A

Zach. 12 Cap. 5.

Congruum erat utique utrinque desumere legis, videlicet, & prophetarum testimonium ab ipso edoctus Magistro dicente supra ad Pharisæos scrutamini scripturas in quibus putatis vos uitam ęternam habere, & illę testimonium perhibent de me tunc & hos suæ Diuinitatis asciuit sibi, & ipse Dominus testes quando suę Diuinitatis voluit eosdem interesse radiis, apparuerunt illis visibiliter (inquam) Moyses, & Elias loquentes cum Iesu venit Moyses, & Elias testes effecti Diuinitatis eius, qui a lex & Prophetæ tale nobis testimonium præbent, vterq; eorū nobis eandem veritatē confirmāt. B

Horum itaque factorum quæ ultima, ac postrema sunt totius eius passionis mysteria his fulta voluit argumentis, vt optime in ipsis omnia de Christo concludat, vt his colligata nexibus alterutrum ista non diuidat. Præsertim autem Moysem, & Zachariam accersit, quorum dicto apertius veritas quæ probatur innotuit; Duo tunc maxime D. Ioan: suo testimonio quæ viderat comprobabat primum de non confractis cruribus eius secundum de suscepto in latere eius per lanceam vulnere, ideo illos maximè citat in testes, qui euidentius hæc ista fatentur Moyses ipse diuinum illud indixit præceptum de non frangendis, agni illius typici Paschalis ossibus per quem sub velamine figurę Christus significabatur. C

Secundum in Zacharia expresse demonstratur, Qui de vulnere lanceæ quo latere fuit confossus prophetauit, cum ait, videbunt in quē trāsfixerunt, poterat utiq; dicere videbūt quē confixerunt, nec à germano sensu declinasset. Maluit tamen ad tale vulnus specialiter denotandum his verbis uaticinium afferre, videbunt in quem transfixerunt: cum in latere coniecto vulnere intus in corpore Christi ferrum increpilerit, videbunt (inquit) cum viderint cicatrices in Christo, cunctis in iudicio apparituris cunctorumq; hominum facta discussurus, tūc visis vulneribus sibi ab impiis illatis contabescent, & terrore horribili expergefacti obmutescent. D

Videbunt iusti, videbunt & impij, Christum iudicantē, cui Pater oē iudicium dedit, & sicut nihil amabilius iustis, ita & impiis nihil horribilius apparere poterit. Hinc benignus iustis, isthinc seuerus impiis, hinc placido, serenoque vultu, isthinc rigida, tremebundaque fronte conspicuus apparebit: ó quam horrendum impiis incidere in manus Dei uiuentis, & omnipotentis, videbunt inquit D. Ioan: ex Zachariæ uaticinio in quem transfixerunt. E

Huius specialiter vulneris mentionem facere propheta maluit, quia crudelius etiam in corpus mortuum Iudæorum proteruia sæuit propter ecclesia crudelem, ac dirum vulnus huius cicatricis nuncupauit quo vulneratus insuper mucrone diræ lanceæ, &c. Non crudeliora erant vulnera, quibus torquebatur, quā illud per quod nihil patiebatur. Quomodo non dira ea quæ in viuo sæuiebant vulnera, dirum autem quo sæuiebant in mortuo? imó dulcia erāt illa. Dulce lignum dulces clauos, &c. Dirum autem mucronis vulnus dulcia fuerunt quæcunque ipso viuente inflicta suscepit vulnera; quæ ipsius recipientis benignitate sunt dulcorata, amarissima quidem & liuoris plena erant ex animi impietate ferientium: dulcissima autem ex amore, & charitate in se talia recipientis, & ideo peracto nostræ Redemptionis mysterio, cumque corpus ex animæ feriretur, dira, attrocia, amaraque remanserunt.

Dulcissima Christi vulnera sū & aspera.

Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, &c. Translacto Redemptionis nostræ mysterio, iam transuadato suæ passionis alueo ignominiarumque suarum turbine Christus ęquanimiter transgresso ac superato ad manus peruenit amicorum, ab impiorum potestate sublatus ad piorum amplexus conceditur, iam post mortem Saluatoris post effusionē sanguinis Redemptoris, postquā inquam suum inter mortales diē clausit Iesus, quasi noster effectus petentibus, & cupientibus ipsum conceditur vsque modo non nisi crudelis, non nisi ignominiosa, non nisi attrocia in Iudæorum manibus, ac in Sycariorū potestate relictus est hinc inde perpessus; crudeles fuerunt latrones qui plagis impositis descendentem ab Hierusalem in Hierico semiuiuum reliquerunt, crudelis vtique ac pietatis expers leuita qui coniectis oculis in sauciatum vulneribus nullo succurrit subsidio, tandem occurrit Samaritanus Ioseph, qui charitatis subsidia non in semiuiuum sed functum vita & exanimem suscepit, & quibus ualet suis præsidiis fouet.

Hactenus occultus Discipulus erat Saluatoris, ueluti qui sibi ipsi timebat ne exul a Synagoga eiiceretur foras. Nunc omni à se ipso excusso timore audacter in Hierusalē regressus: patenter etiam apud ipsum iudicem imo & in aula eiusdem iudicis Discipulum emortui Saluatoris se prodit.

Attende unde statim exordium gloriæ Christi? Quidne. Non ne humiliauerat seipsum usque ad mortem, mortem quidem crucis? Non ne & illum inde exaltari oportebat, ac sibi daretur nomen quod esset super omne nomen? A turba exiliens ad nobilium peruenire manus, à plagiis ad unguēta, à patibulo ad solēne sepulchrum, à derisoriis uestibus ad Syndonē mundam, ab insultoribus ad protectores, à persecutoribus tandem ad receptores.

Hæc gloriæ Christi prælúdia optimè igitur Euangelista texens historiam inquit, post hæc idest his ad cōtumeliam Christi peractis, suisq; passionibus terminatis, completisque totius uitæ, ac mortis eius mysteriis. Rogauit Pilatum Ioseph quem ab Arimathia descripsit, quem Marcus nobilem siue Senatorem declarauit, Quem Matthæus diuitem nominauit, quem Lucas uirum bonum, & iustum, ac decurionē descripsit, & quem non consensisse consilio aduersus Christus probauit quem demum Ioannes Christi discipulorum consortio ascripsit.

Gloriæ Christi prælúdia.

Hic audacter ad Pilatum accessit omnem timorem,

 morem,

morem, per quem occultabatur excussit, palamque quod clam viuenti innotuit omnibus in aperto manifestauit; Cui petitioni pro reuerentia viri Pilatus consensit, hayd tamen priusquam à Centurione resciffet Iesum vita functum permisit corpus Iesu e cruce deponi, sed tunc permisit cum actum esse de Christo cogitauit, concessione itaque lætus statim Ioseph mercatus Syndonem regressus ad Caluariam tulit corpus Iesu, idest e cruce deposuit, verũ opus ex se ipso perficere nõ posset, alius affuit pollincthor, seu funeris præparator, & adiutor vnde sequitur.

Venit autem & Nicodemus (is vl3) qui venerat, iam pridem ad Iesum nocte ferens mixturam Mirrhæ, & Aloes, quasi libras centum, vir iste in signis, clancularius Christi discipulus primus
Ioan. 3. inter Doctores, seu pharisæos velut magistrorum magister habeatur dicente sibi Domino, tu es magister in Israel, & hæc ignoras? quasi aperte dicat, tu per anthonomasiam magister inter magistros censeris, &c.

Hos itaque tam nobilitatis, quam sapientiæ insignes funeris sui Pollinctores habere voluit, ac decuit, vt inde suę gloriæ initium in monumento exordium sumat, ibique in tumulo honorari incipiat, vbi mundus suam gloriam ter-
Isa. 11. minat, quod profecto mysterium Propheta lõge ante pateferat, qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulcrum eius gloriosum,

Gloriosũ Christi sepulchrum. *Gloriosum* sepulcrum, quia gloriosi funeris ministri fuerũt inter cæteros mortales communis videtur conditio hominum, & iumentorum, & æquentur sepulcri in consumatione corporum, conuertamurque in cinerem, siue in terram ex qua formati sumus, solus Christus in sepulcro gloriosus, solus decorus, solus omnis corruptionis expers, ac inter mortuos liber, vsque modo infinitis incommodis expositus locum non habuit vbi suum reclinaret caput, hodie ad præclarum sui corporis funus adeptus est locum: ubi, & caput, & membra totumque corpus ad quiescendum reponeret.

Hæc est illa præclara dies qua initio creationis rerum. Compleuit Deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni opere, quod patrarat dies (inquam) benedictionis digna, & benedixit Deus diei septimæ, & sanctificauit illum quia in ipso cessauerat ab om-
Gen. 2. ni opere suo. Gen. c. 2. Dies celebris initium gloriæ; Dei Christi dies præclara in qua Ecclesiæ exordium illucessit.

Huic funeri Christi non solum aßistere hi duo eximii viri voluerunt, sed pollictorum officia peragere statuerunt Christum e cruce, & contractare manibus, & propriis humeris cadauer amplexati deposuerunt, nihil illos pudet. Ipsi sunt qui vnguenta deferunt, qui Syndonem afferunt, qui corpus inungunt, & vnguentis deliburum Sindone inuoluunt, ac in sepulcro recondunt. Hæc sunt præcipua dilectionis signa. Hæc sunt summæ pietatis obsequia. Hæc (inquam) sunt diuinæ charitatis argumenta: omnia sunt magnifica, & super humano tantũ homine digna, Mirrhæ, & Aloes libras, quasi cẽtum mercatus Syndonem, quam nemo contingerat. In sepulcro nouo, in quo nullus iacuerat; eminentioribus non sunt vacautia mysteriis.

Audio interim Iudam indignantem, audio, & hæreticum murmurantem, vt quid perditio hæc facta est? Poterat vnguentum venundari trecentis denariis, & dari pauperibus, nullum concedunt infunctis vita pietatis obsequium, & funera non nisi damnatis, & ab Ecclesia depulsis, qui se indignos meliori vita sic mordicus detrahendo declarant; Ipse qui contra Imperium Iudam opus mulieris effundentis vnguentum super caput eius vna murmuratione damnata ipse, & Nicodeme, & Ioseph propul-
F sauit iniuriam, excusauit mulierem, quæ præuenerat vnctione nondum defuncti corporis in sepulturam; quia dum accessura noscceretur, & mortuum corpus, quod pergebat inungere non repertura nõ esset adhuc viuens Christus acceptauit opus eius pietatis.

Magnifica pietatis opera sãctorum & catholicorũ omniũ corpora honesta sepulchri habitatione recondere.

Affuit tamen alta vnguenti copia, quo abunde totum Christi corpus inungi posset, obserua quomodo nihil non altum, nihilue nõ gloriosum duo isti primates de Christo sentiebãt, ac protestabantur præciosiorum vnguentorum copia tam sublimi corporis denotat di-
G gnitatem, quod vsque ad diem resurrectionis à corruptione; ac patefactione incontaminatũ obseruare cogitant; nondum compotes mysteriorum effectu, aut ipsum velut eximium prophetam his obsequiis fouebant, aut de diuinitate eius altius cogitabant; certum enim de singulari ipsorum dilectione, qua Christum in morte etiam ac post mortem sunt prosecuti redolet argumentum, & velut cæteris discipulis constantiores, imo & Apostolis animæquiores.

Hi duo etiam mundo insignes habiti, Christi
H discipuli non abierunt, nec aufugerunt non reliquerunt Christum sycariorum manibus tentum non abnegauerunt Discipulatum, non timuerunt se ipsos prodere, sed cum cæteri sibi ipsis timerent; isti audacter, isti magnificè, isti cæteris constantiores soli ex omnibus Discipulis affuerunt, astiterunt, permanserunt, & vsque ad sepulcrum funeris officia perfecerunt, omnique studio quod fideliter inceperunt vsque ad vltimum prosecuti sunt.

Adhuc viuentem Christum caterua discipulorum comitabatur; illum obsequia præstantem multa turba sequebatur, illo ædulia ministran-
I te à multitudine, & in Desertis quærebatur: expoliato suis vestibus Christo in ærumnis Christo constituto tandem vita functo Christo etiam a proximioribus derelinquitur, quod facinus per Prophetam exprobratur vbi dicitur. Amici mei, & proximi mei aduersum Psal. 37.
me appropinquauerunt, & steterunt, & qui iuxta me erant de longe steterunt, ex omnibus amicis hoc sibi resseruauit ne veluti Sodoma essemus, ac veluti Gomorrhæ similes efficeremur; qui olim septem millia viros ne flecte-
K rent genua coram Baal reseruauit; ipse ex cæteris suis fidelibus, & amicis, duos istos custodiuit, ac ad peragenda funeris mysteria reseruauit.

Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis cum Aromatibus. Ne vnguentum circum circa deflueret, sed corpori inhereret, vt a corruptione totum (quod putabant) præseruarent, linteis compresserunt, & sic oblitũ deuinxerunt. Attẽde quibus, & a quibus Christus ligatus fuerit viuus obserua pariter, quibus

bus,& à quibus ligatus sit mortuus: impiorum manibus expositus, crudelibus ligatus est funibus; in manibus iustorum concessus, suauis vinculis, linteis, mundaq; Syndone, ligatur. Cum ligatur viuus, non totus ligatur, cum vero ligatur mortuus, undique totum corpus dum obuoluitur ligatur. Nequeant prorsus impii totum ligare Christum, sed quod impius nequit, iustus perficit. Neque possibile erat, illum undique ligari, qui aliorum tantum criminibus, nullis autem propriis, detinebatur, iusti totum occupant Christum, cui uiui sibi vndique A hærent.

Vinciebatur funibus peccatorum, non inundique, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, vinciebatur vtique sed non vndique, quia nulla culpa, sed sola peccatoribus debita pœna ligabatur. Has tamen funes, hæc (inquam) vincula, Sanson noster dirupit, cum nos à damnationis pœna liberauit, amara sunt

Ps.118. hæc vincula, ipso dicente, funes peccatorum circumplexi sunt me, & legem tuam nō sum oblitus, ligatur inquam non nisi manibus, qui sola pœna ligatur, ligantur & manibus, & pedi B bus, qui tam culpa; quam pœna, ligatur, dicente Domino de impio, ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, iu

Matt.22 sti autem econtrario, totum ligant Christum,

cap.13. sed quomodo? iam audiuimus, ligauerunt eū, linteis, cum Aromatibus, supra diximus, vno se Christum linteo præcinxisse, nunc linteis, ab alijs inuolutum intelligimus, ante passionē vno linteo ligabatur. Duobus peractis passionis eius mysteriis ligatur à nullo ante passionē ligari permittitur, sed seipsum ipse præcingit: C quia solis nitidis, ac ab omni sorde mundatis ligari poterat, & quem funibus ligare potuerunt, linteo ligare non meruerunt.

Potius ad emundanda aliorum immunditias, ad abstergendas nostras sordes ipse linteo se præcinxit, verum completis passionum mysteriis ab alijs se ligari permisit effusus erat sanguis, & aqua quibus sufficienter emundari valemus. His loti baptismatis scilicet, & pœnitentiæ sacramentis, instar niuis candescimus, & ideo Christum ligare valemus. Cæterum ab immundo quis mundabitur? Ecce primum quod ad D ligandum Christum requiritur mundic: quæ

Psal.50. instar niuis candescat, lauabis me (inquit) & super niuem dealbabor, nitida sunt linteamina, nitidum corpus, nitidum sepulchrum, Nitidus nitidos amat, in nitidorum manibus se credit, à nitidis se ligari permittit, audi nitidum li-

Gen.32. gantem, imo & cogentem Dominum. Dimitte me (inquit Dominus) Non dimittam te (inquit iustus) nisi benedixeris mihi, & benedixit eum in eodem loco. Non vltra vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum, quia si contra Deum fortis fuisti, quanto magis, contra homines præualebis?

Si autem alios astringentes Dominum intueri desideras. Attende Moysem astringentem eundē

Exo.32. Dominum quærentem ab ipso dimitti. Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, &

Ligant Christū sācti & iusti. deleam eos. Respondit Moyses, aut dimitte illis hanc noxam, aut si non facis dele me de libro tuo, quem scripsisti, & ab vltione se continuit dicens, in die ultionis visitabo, & hoc peccatum eorum: astrinxerunt, & illi duo Discipuli Iesum, quando coegerunt illum, vt ad hospitium declinaret, mūdi erant omnes iste ab omni sorde peccati, ideo cum Ioseph ac Nicodemo Christi corpus non solum contingere, sed & ligare potuerunt.

Cæterum nobis hæc obseruanda proponūtur quibus & corpus Christi datum est contingere, & idem contrectare, sacris contingit altaribus. Acceperunt duo illi Christi corpus ad sepeliendum in sepulchro lapideo tamen & nouo. Accipimus & intus in anima, & vbique tam linteo inuoluto nitido, quam aromaticis unguentis delibuto, acceperūt illi corpus Christi exanime, & sanguinis expers, acceperunt manibus amplexati sunt vlnis in petra exciso sepulchro receperunt, & fragrantium aromatum abundantia reposuerunt. Quibus nos aromatis quibus munditiis illud in nobis in Euchatistiæ sacramento Christi corpus recipi debet.

Aromata nostra sunt orationes nostræ. Hæc bene olent si piis affectibus proferantur, intret oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, munditia illud assumens indiget, quia ab errore intellectum per fidem expurgare in hoc maximè sacramento debemus: quia in hoc præsertim negotio totum in fide consistit ubi præstat fides supplementum sensuum defectui, & ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit. Hæc est illa munditia de qua ait Apostolus Petrus fide purificans corda eorum. Act.15.

Subinde expurgari omni sorde peccati debet cōscientia quod solis iustis exhiberi debet, quādoquidem non nisi lotis pedibus se tradidit Dominus, lauabant se manibus, lauabantque extrinsecus Pharisæi panē communem & materialem comesturi. Nec uolebat Achimelech sacerdos dare panes illos qui altari oblati erant à panibus communibus seorsum disiuncti nisi prius sciret an Dauid, & cæteri comesturi mundi essent à crimine, præsertim autem immunes à carnali contactu mulierum. Proh qualis mūditia requiritur cœlestem illum panem Ange- 1.Reg. 21.

lorum comesturi; congrua est uasorum omnium, ac instrumentorum munditia laudabilis est maparum ac syndonis calicum ac paternarum munditia; congrua ecclesiarum maxime vero altaris munditia, quæ interior est immunditia hæc damnabilis efficitur nobis. Hæ quæ interiores sunt animi sordes peccatorum videlicet maculæ.

Sunt qui diuinis nos obtutibus nos reddunt in dignos ad quos propheta lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarū Isa.1. ab oculis meis, quod & Apostolus confirmans meminit vbi ait: Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1.Cor. 11. Qui autem manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit non diiudicans corpus Domini, quod (inquam) corpus non E nisi mundis manibus contrectari, non nisi munda syndone inuolui, non nisi mundo in loco reponi uoluit.

Sicut mos est Iudæis sepelire. Cum supra ceremoniarum legalium pro die sabbathi Euangelista tractaret loquens in præterito ait, erat enim magnus dies ille sabbathi: Nunc uero cum de ceremoniis in tumulandis defunctorū corporibus, quæ communia sunt omnium gētium officia, ad morem seu consuetudinem Iudæorum nos adducit, tanquam aperte diceret: Cum talia obseruanda sint officia pia in funerum

rum

rum executione, qualia solita sunt piis ritibus diuersarum gentium. Hi funeris executores, talia in genere, in tumulatione corporis Christi præstiterunt obsequia: qualia communia nouerant esse populo Iudæorū. Non est enim præscripta diuinitus, nec per statuta Principū; seu à legislatoribus nostris aliqua funerum forma, sed iuxta particularum prouinciarum, nationum, rerum publicarum, ciuitatum in mortuos ipsorum piæ mentis affectum concessa relinquitur optio, quapropter quales diuersi sint ritus in funeralibus obsequiis exhibendis antiquissimorum testimonio facile hinc inde prospicimus uix enim cunctorum funera vno poterant ritu comprehendi cum nec paria sint dignitate, seu santitate, siue etiam merito corpora defunctorum, nec egenis obsequiis satis est potentiores, illustrioresq; sepelire licet natura æquales simus ad inuicem omnes, quæ vero voluntariis concessa sunt piorum ritibus obseruanda hæc iuxta personarum merita tractari; sic enim diuersis apparatibus Principes à plebeis, maiores à subditis, illustriores, & nobiliores à cæteris dum viuunt, distinguuntur; Ita & eorum cadaueribus non æqualis adhibenda est forma sepulcri, totiusque generis funerum.

Diuersa de fumeto humãdi consuetudo

Cum igitur audis pollinctores illos eximios iuxta Iudæorum morem Christum sepelisse, accipe responsum quo tam Iudæ, quam hæreticorum ora obstruas, eos vl3 nobilitasse tumulum multis, ac præcipuis aromatibus cadauer excisum in petra sepulcrum delegisse quibus non vulgaris hominis, sed spectabilis saltem viri Prophetæ eximii viri omni virtute prædi ti Deoque saltem gratissimi protestarentur insignia: Propterea namque & monumenta dicuntur non ex eo tantum quod mortalium admoneant mentes, se æque morituros, angustique cauerna non longo temporis ductu conclusuros, verum vt monent mentes etiam cadaueribus iustorum præclarumque facinoribus patraturis post mortem aliqua illis stipendia superesse meritorum, vt dum nostris non constat aspectibus quæ sint præparata stipendia animabus virtute fulgentibus ex his corporalibus ad spiritualia ascendamus dicente Apostolo oculus non vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum.

Monumentū.

1. Co. 2.

Erat aūt in loco vbi crucifixus est Iesus hortus. Decebat Christū non alibi, quam in horto resuscitari; Mortuus est cum mortuis in Caluariç vl3 loco reuixit in horto vbi speciali cura cuncta reuiuiscunt, sic enim & suis proportionibus cuncta suis respondent locis cum intrantibus se peregrinum exhibuit, & in horto se flentibus vt hortolanus apparuit moriturus in caluaria ducitur. Resurrecturus in horto asp rtatur. hæc mutatio dexteræ excelsi; morimur, & nos in caluariæ loco, vbi & condemnati moriuntur, tamen in hoc ab illis distinguimur quia in horto sepulti reuiuiscemus; statutum est omnibus hominibus semel mori non tamen statutum omnibus reuiuiscere; impius ille dū mortuus sepelitur in infernum detruditur iustus in horto deliciarum, qui sinus est Abrahæ collocatur: quia & si communis sit interitus hominum, & iumentorum, communis tamen non est spes vera resurgentium, de impiis scriptum est sepultura eorum, domus eorum in æternū, & alibi non resurgunt impij in iudicio, & alibi. Cadent, & non resurgent vltra non ista demerunt morte, qui sepeliuntur in horto, quibus superest reuocatio non ad naturalem tantum sed & ad æternam vitam, in caluaria moritur, qui pro peccato moritur, sed in caluaria non sepelitur, quisquis in peccato non moritur. Ps. 48. Ps. 1. Amos 8

In caluaria moritur quisquis mundo moritur, sed in horto sepelitur quisquis cum Christo moritur; Moritur in caluaria, quisquis stipendia mortis, & statutas pœnas soluit haud tamē in caluaria sepelitur, quisquis sublata culpa moritur; Moritur in caluaria, qui illecebris, & voluptatibus mundi, ac carnis moritur, quisquis pro Christo moritur, quisquis in gratia, & virtute moritur, & in horto sepelitur quicunque ad gloriam post mortē destinatur. Non enim casu, sed Diuino hæc sunt acta iudicio, cuncta suo sublimiori euecta mysterio, à caluaria post mortem transitur ad hortum, à sterilitate, ab asperitate, ab incommodis, à tristitia, ad flores, ad delicias, ad iucunditatem, ad gaudia, ad perennem vitam, & fœlicitatem.

Hic Christus, hic & membra Christi conquiescunt, quibus deliciarum locus præparatus conceditur, illic asciscimur, & (si dilecti sumus) inuitamur. Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructus pomorum suorum exprobrantur, qui imolant in hortis, quia non occisionis, sed vitæ locus est hortus non passionum, sed deliciarum, non mœroris, sed lętitię, non terroris, sed gaudii, non spinarum, sed florum, non stipularum, aut aridorum, siue infrugiferum lignorum ad ignem, & non ad fructus aptorum, sed oleum, sed virgultorum, sed frugiferorum lignorum; erunt (inquit propheta) tāquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum dabit in tempore suo, erit anima eorum tanquam hortus irriguus, & iterum. Terra inculta facta est velut hortus voluptatis, quæ est terra inculta nisi terra maledicta, quæ protulit tribulos, & spinas. Cant. 5. Isa. 65. Ps. 1. Hier. 31 Ezec. 36

Eiectus propter peccatum homo ab horto quē Paradisum vocant voluptatis post mortē Christi iterum in illum introducitur, dum à peccato per gratiam liberatur. Hoc nobis beneficium Redemptor noster præstitit cum à caluaria in hortum introiuit. Visitasti terram, & inebriasti eam multiplicasti locupletare eam, prope hortum crucifigitur Christus quia à solis peccatoribus procul ipsa salus efficitur. Ps. 64.

Hæc sunt coherentia, & inuicem contigua, caluaria vl3, & hortus, quia non nisi per caluarię desertum peruenitur ad hortum, quibus datū est non nisi per multas tribulationes introire in Regnum cœlorum sic enim, & Christum oportuit pati, & ita intrare in gloriam suam. Iusta collocatio horti penes caluariam, vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret, & Nazarenus noster inter virentia reuiuisceret, ac inter fragrantia olera redoleret, floridusque inter flores resurgens appareret.

Et in horto monumentum nouum in quo nunquam quisquam positus fuerat. Dignum illustri viro monumentum quod ipsi soli Domino præparatur, ipsique soli debetur, excedit hoc Christi monumentum cæterorum Patriarcharum, seu Prophetarum monumenta; quandoquidē Abraham emens ab Ephrō locum sepulcri elegit Gen. 23

git, ex sibi propositis locis à filiis Het. speluncam duplicem, id est inquam dispositæ erant loca, siue accommodatæ mansiones non vnius tantum, sed & plurium passim ibidem descendentium cadauerum: in quod subinde sepulti fuerunt Abraham, & Sarra, Isaac, & Rebecca, Iacob, & Rachel. Iubente eodem Iacob præcepit illis suis vl; ibi coram congregatis filiis dicens; ego congregor ad populum meum sepelite me cū patribus meis in spelunca duplici quā emit Abraham & Lya condita iacet. Gen. 49

Duplicem elegit qui pro se ipso, & aliis elegit; Nam & in sepulcro magistri Prophetæ Helisæi aliorum cadauera recondita fuisse apertis constat oraculis. Proiecerunt cadauer in sepulcro Helisæi quod cum tetigisset ossa Helisæi reuixit homo; Tobiasque Tobiæ filio præceptū dedit cum acceperit Deus animam meam corpus meum sepelies & cum Mater tua compleuerit tempus suum sepelies eam iuxta me in vno sepulcro, quasi si essent corpus vnum, siue duo in carne vna. A 4.Re.13 Tob. vl.

Decebat namque eos, qui concorditer viuendo vnanimes fuerunt, communi etiam accommodari sepulcro, Iesus autem qui nihil cū mundo communi habuit solus etiam in sepulcro iacere voluit: solus ipse in suo sepulcro iacuit, qui solus liber inter mortuos, fuit solus inq̄ ne quādoquis suspicare de eius resurrectione posset, quia dum ibi alterius cadauer repertum fuisset in controuersiam eius resurrectionis certitudinem conuertisset. B

Nec igitur aliquem ex con crucifixis latronibus esto vni eorum concessa iam fuisset ex consortio se cum suprema gratia salutis, aut cuilibet alteri permissa est sepulturæ eius communicatio quamuis latronis societatem non abhorruerit, sed elegerit dum sibi promisit. Hodie mecū eris in Paradiso. Neque enim maior fuisset hæc dignatio consortem in sepulcro iustum admittere quam eundem in Paradiso secum assumere, sed quia resurrecturus statim erat ideo gratiam quæ ad tempus erat admittere nolebat, aut certe quomodo non statim rediuiuus apparuisset, qui tam virtuosos actus contigisset; Aut si resuscitari pro sua virtute cadaueris permisisset iam alius ante ipsum resurrexisset, nec caput resurgentium se fore demonstrasset. C

Solus igitur in sepulcro reponitur in eo inquam sepulcro in quod nunquam quisquam positus fuerat, sic enim respondent vltima primis ingressus est virginis veterum carnem re assumpturus in eo monumento in quod nunquam quisquam positus fuerat. D

Erat monumentum nouum, monumentum inauditum, quod toti orbi factum est conspicuum insigne monumentum, quod ab omnibus conspicitur; & veneratur Moyses occultū habuit monumentum ne Iudæis ad Idolatriā propēsis eorum salutis afferret detrimentum. Hoc autem Saluatoris perspicuum est omnib. quo visibili testimonio Mortis Saluatoris ad salutem accederemus. A fidelibus maxime colitur, quod ab infidelibus celebratur. A Turca veneratur, & custoditur Dei, namque singulari iudicio integrum in cunctis cladibus est, reseruatum à ruina, & de populatione integrū perseuerat, ita vt subuersis etiam regionibus, & ipsa Hierosolimorum ciuitate cum omni Palestina pœnitus demolita, ac ad solum redacta solum Christi sepulcrum intactum perseueret. E

Iesu Cristi Dominimo numentū a Turcarū gēte custoditur intactum, & ab oibus celebratur, & colitur.

Ibi ergo propter parasceuem iudæorū, quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum oportebat solicitius obsequia funeralia terminari approximante vespere in quod Sabbathi solemnitas Domini præscripto incipiebat. A vespera vsq; ad vesperam celebrabitis Sabbatha vestra. Iam enim in vltima diei portione constituti quæ parasceuem terminabat viciniorem locum sepulturę aptum degerunt; ne contigisset ingruēte vespera ad opere cessare, & inhumatum corpus relinque. Ibi igitur posuerunt Iesum, ibi non sine copia lacrymarum clauserunt dilecti sui magistri corpus nescii, adhuc quod ante cōmunem illam omnium resurrectionem rediuiuus breui apparere deberet. Aderant, qui ad obsignandum sepulcrum missi fuerant. Aderāt & custodes, ac milites, qui custodient illud abeunt alii concluso Christo in sepulcro, in horto repertum erat sepulcrum, in sepulcro conclusus est Iesus, iam sederat lassus, puteus super puteum, nunc hortus in horto in quo quiescerat reponitur, puteus aquæ salientis in vitam æternam super puteum sedere delegit materialis aquæ hortus in horto concluditur dū Christus in sepulcro horti recluditur hortus (inquam) omnium deliciarum, omniumque virtutum in virenti horto reponitur vnde non tā tum semel sedet iterum hortus nominatur hortus conclusus soror mea, hortus cōclusus fons signatus, quam libenter Christus in hortum descendit, descendit (inquam) non vt transeat, sed vt conquiescat, dum in agrum descendit pertransit, & in vineis idem pertransit, qui in horto suæ quietionis locum elegit. Transiui per agrum hominis pigri, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ. Leu. 23. Cant. 4. Pro. 25.

Ibi autem conquiescit vbi suas delicias reperit, Conclusus tamen est hortus conclusum est, & sepulcrum: conclusus hortus, qui optimis extat stipatus legibus locus solis fidelibus post mortem præparatus quibus, & dicitur. Venite Benedicti percipite Regnum quod vobis paratū est ab origine mundi. His legibus septus ecclesiæ hortus existit, quas transgredi non permittitur si uis inquit ad vitam ingredi serua mandata. Neque enim patent anfractus, quibus singularis ferus depascat, aut vnde Aper de Sylua exterminet spinarum septus aculeis de quibus dicitur. Beati qui nunc fletus, beati qui persecutionem patiuntur, Beati eritis cum vos oderint homines, beati pauperes, &c. Mat. 25 Mat. 19.

Conclusum claustris, ac Religiosorum legibus siue statutis, qui mundo mortui in horto tamen virtutum quibus vacare debent in cęnobiis mundo incogniti delitescunt, gemmatis namque vocibus hortus conclusus nuncupatur, qui in Baptismate consepulti sunt Christo Ecclesiæ legibus astricti, & iterum sunt conclusi per pœnitentiæ votum, qui profitentur Religionem suarum Regularum sæpibus, obseruātus, ac votis deuincti. Matt. 5.

Religiosorum claustra & constitutionis sunt sepes quibus gloriosum Christi sepulcrum interclusum occulitur, & seruatur.

A monumento autem ad hortum ab ire nisi post resurrectionem, id est à mortificatione ad voluptates trāsire indignum se vitæ declarare. Nemo enim mittens manum ad Aratrum, & retro respiciens aptus est Regno Dei: propterea enim non in terra effossum, sed in lapide incisum est sepulcrum, quod & superioris sigillo est obsignatum, quia non nisi confractis legibus

bus potest Religiosus seculo implicari, & violato professionis sigillo quo obstrictus se incluserat ad mundana gaudia transire luxibusue seculi animum dare.

Qui autem ab incepto suum retrahunt pedem; hi sunt qui violenta cupiditatum manu claustra monumenti confringunt, & in quod Aromaticis deliniti vnguentis piæ deuotionis se incluserant seculi denuo voluptatibus abducti ad sepulcri fractionem vbi delituerant frangere, & demoliri nituntur. An non vides Lutherum suæ Religionis sepulcro prodeuntem quanta impietate claustra Monachorum peruertat, & à bono incepto animos reuocare contendat.

Christi sepulchrum, & claustra monacorũ perfid⁹ sua Lutherus impietate fœdauit.

Cæterum obsignata sunt Christi monumenta vbi quæ contingunt in claustris delicta, & quę male olent nonnullorum facinora sæculo, ne fiant præuia continentur Apostolo dicente. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in his, qui salui fiunt, & in his, qui pereunt. Alijs autem odor mortis in mortem, &c. De patentibus autem & non obsignatis sepulcris vnde scandala prodeunt, & turpitudinem detegunt proprioque ore in aliorum auribus prædicant, ac suas ignominias foris in oculis laicorum manifestant.

2. Co. 2.

Fragrãtissimi Christi odores sunt veri Religiosi.

Sunt, & domorum sepulcra in quibus Christi membra (quæ sunt ipsi fideles) in horto, vl; Ciuitatis, aut opidorum sunt reposita, quæ iure obsignari, & velut inclusa lapide cæteris quæ mali sunt odoris, si quæ fœda sunt manifestari non debent: imo cura diligentiori occultari ne inde emergentibus scandalis propẽsiores fiant, ad omne genus mali perficiendum qui per abrupta vitiorum facile incedant, & facinus quod noscunt tam prompte comittunt.

F *Sunt & mentes, seu corda fidelium* Christi sepulcra velut in animæ horto conclusa, in quibus Christus per fidem inhabitat, & quæ Christi sunt mens nostra pia meditatione recogitat intus hæc puro nouo at ab omni sporcitia purgato Christum recondit, & omnem spem in sinu suo reponit, dum nihil aliud à Christo crucifixo se scire proponit sunt autem plerunque quædam in mentis nostræ sepulcro immunda quæ extra si prodeant hominem ipsum contaminant non enim Saluator inquit quæ intrant suggestione vl; sed quæ formato malorum cõcepta ab homine producuntur, & exeunt, blasphemis, adulteria, &c. quæ foris surrepunt animæ nostræ, hortum coinquinant obsignato manente sepulcro: nil foris emergit, nil fędari contingit; nil (inquam) coinquinatum deG periit vis videre Christi sepulcrum omni obsignatum virtute omniue sanctitate refertum. Audi cum ipso loquentem. In corde meo (inquit) abscondi eloquia tua, vt non pecem tibi, Ps. 118. quid est eloquia tua, nisi præcepta tua, verba tua sermonem tuum: Hæc in petra recondimus, dum firmiter in corde retinemus, quæ sunt Christi Domini nostri, cui Laus sit, & honor in æternum, & vltra.

FINIS.



REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp.

A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes sunt Terniones præter. A. E. I prioris Alphabeti, qui sunt Duerniones, & Pp. Vnum est folium.

Tabula per se patet.



VENETIIS. MDCV.

Apud Baretium Baretium Bibliopolam.

Ad Signum BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

